











37
44 E
7





EVSEBII PAMPHILI PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBRI QVINDECIM.

GRÆCE ET LATINE.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗ.

EVSEBII PAMPHILI
CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI



PRÆPARATIO EVANGELICA.

*FRANCISCVS VIGERVS ROTHOMAGENSIS, SOCIET. JESV PRESBYTER
ex MMSS. CODD. & laudatis ab ipsomet Eusebio Scriptoribus recensuit, Latine vertit, Notis illustravit.*

EDITIO NOVA

*juxta Parisinam ANNI M DC XXVIII
adornata.*

ACCESSERUNT INDICES NECESSARII.



COLONIÆ,
Sumptibus MAVRITII GEORGII WEIDMANNI.
M DC LXXXVIII.



ILLUSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO DOMINO D.
JOAN. FRANCISCO
DE GONDY,
PRIMO LUTETIÆ PARISIORUM
ARCHIEPISCOPO.

OPTANDUM inprimis erat, ARCHIPRÆSUL ILLUSTRISSIME, ut quantum in convellendis profanæ superstitionis erroribus, eruditionis ac diligentiæ Noster hic Eusebius afferebat, tantum idem Christianæ pietatis in causa, vel integritatis, vel constantiæ retineret. Sed fuit ille nimirum in eligendo tam infelix & iniquus, ut cujus per se se jactura mediocris erat ac tolerabilis futura, ejus sibi possessionem omni contentione defenderit; quæ omni pretio major est, cum ejus luce atque dignitate, nudi & vacui nominis umbram ac speciem compensarit. Quem igitur alioquin Ecclesia sanctissimorum & doctissimorum Virorum in numero censere voluisset, eum, quod ipsemet maluisse visus est, inter Origenes, Tertullianos, Bardesanes, Tatianos, & si qui præterea miserabili dissidio, ingenii doctrinæque laudem a Religionis & Fidei gloria sejunxerunt, numeravit. In quo quidem id providit suo more sapienter, ut quorum ex morbi contagione pericula cavere posset, eorum industriæ fructu non careret. Et vero, sive timiditatis hoc fuit, sive fraudis, tectius hic aliquanto quam cæteri, ac verecundius insanire conatus est, ut suis ipse libris Arianæ perfidiæ maculam aspergere potius, quam inurere videatur. Atque ut de aliis hoc loco taceamus, Equidem hunc se se mihi potissimum obtulisse gaudeo, in quo labis ac veneni parcissimus fuerit, exquisitas eruditionis opes liberali plenaque manu congesserit.

Sane vero, quicquid hoc in genere lævum ac flagitiosum Eusebii manus alleverat, id omne Trapezuntii pietas, molliore vel stylo induxerat, vel spongia deleverat: sed in Interprete fides magis commendari solet, quam pietas. Quanquam nec tanti certe dissimulatio ista fuit, cum præsertim non doceat, ut cæteri, non probet, non urgeat, sed mentem modo furtim indicet innuatque suam: quasi non sine pudore aliquo Catholicæ frontis pudorem exueret. At quantum hic ex locuplete penu rerum atque locorum, & quanta cum varietate protulerit, suavius, ut opinor, legendo sentiri potest, quam dicendo uberius explicari. Qui quidem sensus, literatorum omnium communis adhuc idemque fuit, qui & hujus in Operis cognitione non mediocri diligentia studioque versati sunt, & in eo non minus Eusebium de Antiquitate ipsa, quam de universa Posteritate meruisse judicarunt. Atque hoc judicium veritatis est, non gratiæ. Nam ut eos Scriptores omittam, quorum monumenta nobis superiorum ætatum nec incuria eripuit, nec invidit injuria; quibus tamen hic novo quodam & illustri usu, auctoritatis plurimum & splendoris accessit. Quis non hunc ejus laborem, & prisco illi ævo salutarem, & nostro huic jucundissimum ac fructuosissimum esse intelligat, per quem superstites nec paucas, nec exiguas vetustorum, hoc est vel tempore ipso pretiosorum Ingeniorum reliquias, sic tanquam servatas ex fœdissimo naufragio tabulas habeamus? Atque ut obiter beneficii partem aliquam degustemus, ejus inprimis opera Sanchoniathonem illum, hominem Phœnicium, & Trojanis, si plerisque fides, temporibus supparem audimus, Philonis Byblienfis ore, de antiquissima Phœnicum Theologia disputantem; quæ Hebræorum ex fontibus, sed obliquo ac devio flexu derivata, in Ægyptios postea Græcosque redundavit. Audimus & Oenomaum, acrem, Superi! pugnacemque Philosophum, qui ab Apolline in fraudem impulsus, quam ingeniose totam illam Oraculorum vanitatem illudit? quanta vi dictionis bilem ac stomachum in profani Numinis caput erumpit? Quid graves & eruditas commemorem Origenis, Diogeniani, Bardesanis concertationes, adversus impiam Siderum Fatique necessitatem, pro humanæ libertatis defensione susceptas? Quid Dionysios Alexandrinos, quid Maximos, inveteratam illam multorum Philosophorum de Materia æternitate ac prope divinitate sententiam, pulcherrimis ac firmissimis rationibus evertentes? Dat ille nobis Porphyrium, ex intimo veterum Oraculorum sinu, novum reconditæ Philosophiæ genus eruentem. Producit Numenium, Platonicæ Academiæ sectas atque divortia, non minus diligenter & enucleate, quam jucunde ac suaviter explicantem. Ejusdem ex Academiæ Spatiis Atticum, Aristoclem sistit ex Lyceo, quorum ille sic Aristotelem a Platone divellit, ut omnem inter eos Philosophiæ societatem commerciumque tollat: hic autem Aristotelis sui defensionem, cum longa & accurata eorum maxime Philosophorum, qui sensibus aut nihil, aut omnia crederent, reprehensione conjungit. Debet huic Africanus Chronologiæ suæ fragmentum sane luculentum. Debet Plotinus egregiæ disputationis auctarium, qua immortalium Animorum purissimam divinamque naturam, ab omni corporeæ molis concretione sejungit. Debet Philo Judæorum eloquentissimus, pulcherrimam, si unum aut alterum inde nævum sustuleris, Providentiæ Divinæ prædicationem. Cui tamen si quid deerat, id totum amplissima ex Dionysii Alexandrini opere, tam pietatis, quam eruditionis omnis accessione cumulavit. Debet postremo, quæ pars est Præparationis hujus perinsignis, Hebræorum illa natio, memoriam generis rerumque suarum vetustissimam: cujus ad celebritatem, qui non ejus voce ductuque convenere? Græci, Barbari Oratores, Poetæ, Historici, Berosi, Megasthenes, Abydeni, Eupolemi, Hecatæi, Demetrii, Choerili, Ezechieles, Artapani. Cujus in laudis ac diligentiæ partem, ut Jo-

ut Josephus etiam veniat, longè tamen est Eusebii gratia liberalior: & eo quidem æstimanda pluris, quod ex illis profanorum hominum testimoniis, ad sacræ Historiæ notitiam plurimum sæpe lucis hauriamus.

Hoc igitur Eusebius tam frequenti, ac tam nobili comitatu septus, ad te venit, ARCHIPRÆSVL ILLVSTRISSIME, ut quod per sese non posset, tot eruditorum Clientium, quos, ne tots nobis sibique morerentur, singulari studio prohibuit, conjunctis vocibus graviorem ab humanitate tua temeritatis suæ pœnam deprecetur. Non es, ut spero, in eum durior & inclementior futurus, quam summos Pontifices eadem in caussa jam senserit. Mihi forte verior metuendi caussa restat, ne gravioribus tuis sanctioribusque curis molestus interpellator adveniam, ignotus præsertim ac novus homo, tam mihi tenuitatis & inopiæ meæ conscius, quam tuæ conscius dignitatis. Quanquam, ubi te penitus moresque tuos recognovi, ne hunc quidem metum, sine aliqua offensione injuriaque tua retineri posse intelligo. Rara sane laus & eximia voluntatis indolisque tuæ, in tanta divini muneris amplitudine cavere diligenter, ne quisquam aditu se congressuque tuo, ac ne benevolentiæ quidem tuæ beneficio indignum arbitretur. Utar igitur hoc naturæ tuæ bono, si tuum illud tamen est, quod acceptum a Majoribus, & novis per te incrementis auctum, tam commune cum omnibus esse voluisti. Nec vero solam hanc facilitatis, aliarumque virtutum gloriam, in clarissimæ GONDIORVM Familiæ stirpem fontemque refudisti. Novus ad eam per te splendor accessit, ita tibi proprius, ita singularis, ut socium in eo quemquam nec habeas, nec habere possis. Illustria sunt, nec laudis ullius egentia nominis ac generis tui decora, fateor: ac ne tanta in luce quæreretur vivum etiam ac spirans Christianæ demissionis exemplum, Frater ille tuus, se ipso nunc, quæ summa prædicatio est, fortior atque nobilior, Gallia tota mirante perfecit. Sed ejusmodi tamen omnia sunt, quæ tecum & cum aliis communicari potuerint. Nam, ut cætera modo non attingam, summus ille profecto est dignitatis honorisque gradus, ad quem Illustrissimus Cardinalis HENRICVS, Frater item tuus, non minus virtutum suarum, quam LUDOVICI JVSTI suffragio evectus ascenderat. Sed illum ipsum tamen, quantuscunque est, qui certe maximus est, quamplurimi & antea consequuti sunt, & postea consequentur: atque ut de te ipso non nisi modeste loquar, tu quidem ex illis unus esse potes. At primus Parisiorum, hoc est Urbis urbium omnium Principis Archiepiscopus, nec alius abs te quisquam tot retro seculis fuerat, & omnibus deinceps ætatibus, præter unum te, alius esse non poterit. Cujus tibi cogitationis eo suavior gustus esse debet, quo jam & communi sensu populorum, & longo seculorum usu, hac prærogativa dignitatis & ordinis, lætissimum quoddam sanctitatis eximiæ vel auspicium, vel præjudicium continetur. Itaque abs tuo nomine, ARCHIPRÆSVL REVERENDISSIME, novus imposterum, ac priori longe nobilior, majorum Antistitum ordo seriesque ducetur, & quoties non tantum amplissima GONDIORVM tuorum Familia, sed etiam Lutetia Regni caput, de maximis honoribus titulisque suis recordabitur, toties utraque FRANCISCI sui memoriam, a quo novum hunc auspicetur sanctissimi Sacerdotii Principatum, suavissima & ornatissima gratulatione celebrabit. Verum ut ad me revertar, nec tamen abs te discedam, mihi quidem, si aliud nihil fiduciam aleret foveretque meam, vel eo tamen egregie sperandum putarem, quod ea me Societas in suis numeret, cui ex animo benevelle, tam prope hæreditarium Familiæ tuæ est ac solenne, quam nomen. Qui sensus, quam alte animo insideat, hæreatque tuo, jam ultro sæpius non tantum amantissime, sed etiam amicissime declarasti. Cujus voluntatis ne te unquam pœniteat,

Socie-

Societas vicissim nostra omnibus observantiæ gratique animi officiis, cum amoris tui beneficio studioque certabit. Ego vero, ut omnium novissimus, animo tamen omnibus obsequioque simillimus, cum aliud mihi nunc ad manum esset nihil, hunc, cuicuimodi sit, laboris nostri fœtum, Amplitudini tuæ offerendum & consecrandum putavi: ut quem in medio Lutetiæ tuæ sinu, quotidianas inter docendi curas natum atque susceptum hactenus educavi, is tuo in complexu deinceps non modo feliciter adolescat, sed omnes etiam vel temporis injurias, vel petitiones invidiæ, tuo patrocinio tectus ac defensus eludat. Vale. Lutetiæ Parisiorum, Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, quarto Calendas Octobris.

Illustriss. ac Reverendiss. Amplitudini T.

Deditissimus

FRANCISCVS VIGERVS
Societ. Jesu Presbyter.

APPROBATIO ET FACULTAS
PRÆPOSITI PROVINCIALIS.

EGO Joannes Fillæus Præpoſitus Provincialis Societatis JESV in Provincia Franciæ hanc Euſebii Præparationis Evangelicæ Interpretationem a P. Franciſco Vigero Societatis noſtræ Presbytero elaboratam, Notis illuſtratam, & virorum eruditorum ejusdem Societatis judicio approbatam; poteſtate ad id mihi facta ab admodum Reverendo Patre Noſtro Generali Præpoſito Mutio Viteleſco, typis mandari permitto. In quorum fidem hoc ei teſtimonium manu noſtra ſubſcriptum, & ſigillo noſtro munitum dare voluimus. Flexiæ Andegavorum die XXVI. Septembris, Anno Chriſti CIↃ IↃC XXVII.

JOANNES FILLÆUS.

SUMMA PRIVILEGII.


CAUTUM eſt authoritate Regis, ne quis in regno Franciæ Euſebii Pamphili Præparationis libros a R. P. Franciſco Vigero Societatis Jeſu Presbytero, Latine verſos Notisque illuſtratos, absque Michaelis Sonnii, Sebaſtiani Cramoiſy, & Caroli Morelli, permiſſu, intra ſexennium imprimat, aut divendat: publicationis exemplarium, ſi quis ſecus fecerit, mulcta vindicabitur, prout amplius in ipſo diplomate continetur, dato Lutetiæ Pariſiorum.

Sic ſignatum, RENOVARD.

b AD



AD CHRISTIANVM ET CANDIDVM LECTOREM.



VM in eo esset Eusebius, ut sanctissimum Christianæ Religionis Auctorem, perspicuis & evidentibus argumentis Christum illum esse ostenderet, quem divina Hebræorum Oracula tanto ante cecinissent; ne quam Gentilibus interea lacessendi, atque interpellandi sui occasionem relinqueret, eorum sibi os frenandum prius atque obturandum putavit. Itaque alterum illud opus, quod præcipue ac proprie animo designabat, Evangelicam Demonstrationem appellavit; huic autem, quo ad facilem susceptæ Disputationis cursum, planam sibi expeditamque viam muniebat, Præparationis Evangelicæ nomen imposuit. Est quidem hoc Argumenti genus, tam Græce, quam Latine, sanctissimorum & sapientissimorum hominum opera studioque tractatum. Sed illi tamen, vel altera duntaxat in parte laborarunt, vel utramque strictim & obiter attigerunt. Ita Noster hic, ut cæteris laudibus inferior sit, alios tamen utriusque complexione, alios scribendi ubertate superavit. Verum hoc loco Demonstrationem prætereo, cujus pro integro justoque corpore, informis ad nos truncus, sine capite cruribusque pervenit. Hac quidem in Præparatione ita versatus est, ut in Græcorum vel erroribus illustrandis, vel refutanda superbia, non tam suo, vel suorum, quam popularium

ac domesticorum Testium ore loqueretur: quorum nec suspectam ipsi fidem habere possent, nec prudentiam desiderare, nec alienam existimare voluntatem. Tametsi nostrorum etiam interdum, hoc est Christianorum hominum pugnavit armis. Prorsus, ut hujus in operis molitione, sedulitatis potius ac diligentiæ, quam facultatis & ingenii quæsiisse laudem, nec tam suis ipse viribus cum adversario congredi, quam ex peregrino & conductitio milite aciem instruere, imo cum hoste hostem committere videatur. Cæterum, quem ille ordinem hac in pugna modumve tenuerit, ipso Libri decimi quinti exordio tam enucleate diserteque complexus est, ut ejus verbis addi nihil possit, præter Auctoris injuriam.

Sequitur ergo potius, Christiane Lector, ut quam de illo bene mereri studuerimus, hoc est, quid in nova PRÆPARATIONIS hujus editione conati simus, breviter accipias. Extitit ante hos centum Annos Trapezuntius, homo & natione Græcus, & Latinis insuper literis non mediocriter informatus: Qui, si horum ad librorum interpretationem, quantum eruditionis ac solertiæ afferebat, tantum a curis gravioribus temporis & otii conferre potuisset; nobis utique legendi voluptatem, non alterius operæ necessitatem reliquisset. At dum, (quod ipsemet vel excipit, vel excusat) cum eorum a quibus urgebatur desiderio, vertendi celeritatem æquare gestiret, Eusebium Eusebio suffuratus est; itaque suo ex sensu vultum ei speciemque finxit, ut ab eo Trapezuntium verius, quam Eusebium haberemus. Ita capitum ordinem numerumque mutat; ita sententias, periodos, paginas nonnunquam integras modo interpolat, modo, quod longe gravius est, expungit ac resecat. Librum certe decimum quintum ne attigit quidem. Id quod viris etiam doctissimis fraudi fuit, qui quum Eusebii Græca non legissent, postremum hunc librum periisse crediderunt. Ostenderat Grynæus quidam, homo, ut ajunt, hæreticus, velle se tam inveterato morbo medicinæ aliquid facere: sed ostendit re ipsa tantum, quippe qui labes hiatus-

que nonnullos sparsim duntaxat, ac sæpe novis erroribus impleverit.

Quocirca justum ambo nobis integrumque pensum reliquere: de quo nihil admodum ab Hoppero, qui extremum librum Trapezuntii Latinis attexuit, detrahi potuisse, invitus nemo fatebitur, qui hanc in lectionem horas ex otio suo aliquot derivare voluerit. Novam ergo a capite interpretationem aggressi, duos ex Bibliotheca Regia, (quod D. Rigaltii doctissimi atque honestissimi viri beneficium est) Manuscriptos Codices accepimus, quorum altero Stephanus in Græca editione usus videtur, alterum ei sæpe dissimillimum reperi. Accesserunt variæ lectiones ex Richardi Montacutii libro descriptæ, quarum mihi copiam aliquanto serius fecit D. Morellus, ὁ μακαρίτης, Bibliopola Regius; usu cum in aliis non contemnendo, tum in lacunis quibusdam explendis fere præcipuo. Verum præter communem illam interpretandi molestiam, quæ sapientissimis hominibus tam gravis semper ac spissa visa est, quam sæpe necessaria; laborem insuper, & huic scriptionis generi proprium, & altero illo vix minorem exhausimus. Cum enim, ut ante diximus, alienas toto hoc opere linguas Eusebius mutuetur, quorum adhuc rivorum fontes haberemus, adeundos imprimis omnes ac studiose lustrandos putavimus: quorum autem exaruerant, horum tamen, ubicunque subodorari licuit, vel tenuissima vestigia persequuti sumus. Et quamvis alienæ manus ope ac subsidio, quod sese tum ultro præsens obviumque dabat, uti licuerit; studio tamen utcunque nostro diligentiaque niti, quam precariam hinc inde stipem corrogare maluimus. Partim, quod & delicati nimis, & parum liberalis ingenii videretur, ubi per te ipsum tentare aliquid & experiri possis, alieni laboris fructu otiose pasci; ac fæcem illam mendicorum imitari, qui levius egestatem ferunt, quam sudorem, quosque aliena crumena vivere, non tam necessitatis est, quam voluptatis; adeo publica benignitate non ad sublevandam inopiam, sed ad fovendam inertiam abutuntur. Partim, ne si tantam

Scriptorum varietatem, nihilo minor Interpretum diversitas exciperet, non fœtus aliquis vultu, coloreque uno, sed deforme monstrum existeret, dissimillimis ex partibus formisque conflatum. Utrum enim, ex hoc nostro cultu, membris quoque singulis ad speciem aliquid ac nitorem accesserit, æquitatis est prudentiæque tuæ, Lector, optime statuere, non modestiæ pudorisque nostri.

Porro, in librorum & capitum lemmatis atque indicibus præfigendis, Membranarum facem ductumque sequuti sumus, nisi quod fidenter, quæ in alterum vitia nonnunquam irrepserant, alterius integritate beneficioque sustulimus. Et quoniam Indices illi, nec tituli præ se, nec capitis, nec aliud ejusmodi nomen ferebant, solas iis numerales, ut vocant, notas addidimus: sic tamen, ut simul paginarum ad oram, & prioris Editionis Græcæ paginas, & Trapezuntianæ versionis capita notaremus: quod utrumque ad nonnullam quoque, tum legendi, tum nostra cum aliis componendi facilitatem pertinere videbatur. Superest, ut de Notis, quæ ad calcem adjectæ sunt, unum aut alterum moneamus. Eæ triplici potissimum genere continentur. Aut enim, sicubi necesse est, Græcæ dictionis vim ac proprietatem expendunt: aut varias locorum illorum, quæ ab Eusebio passim afferuntur, modo lectiones, modo interpretationes excutiunt, in quo dici vix potest, quantum ex mutua Nostri hujus aliorumque opera, lucis in omnes fructusque redundarit. Aut denique, si quid ad loci alicujus intelligentiam perstringi potius, quam explicari potuit, breviter expediunt. Quæ vel Sanctorum Patrum illustratione, vel uberiori tractatione digna videbantur, ea certis Observationum capitibus comprehensa dare statueram: sed quoniam alio me interim susceptæ vitæ rationes vocant, affectumque opus ducere nonnihil ac proferre cogunt, uti jam non semel gravibus justisque de caussis, & interpretationis, & ipsius editionis cursum inhibuerunt, hanc mihi dare veniam humanitatis est tuæ, ut Bibliopolarum nostrorum fides, exteris jam Provinciis obligata, sine hoc justi, ni fallor, o-

peris Auctario, ad tempus liberari possit. Ne tamen ipso statim in limine dubitare te patiar, cuinam Theodoto Præparationem hanc suam Eusebius inscripserit; hunc ego non alium arbitror, quam Laodicenum Episcopum, qui Marcello summo Pontifice, sub annum Constantini Magni tertium, Stephano in Episcopatu successit, Arianæ impietatis fautorem acerrimum, quo de legendus Noster Eccles. Histor. lib. 7. cap. ult. & Theodoretus ejusd. Histor. lib. 1. cap. 5.

Ad extremum, quoniam homines sumus, nec humani quicquam a nobis alienum existimare debemus, qui nobis errores exciderint, eos abs te non alia, quam hominis, & Christiani hominis censura castigari velim, nec ante saltem gravius duriusque configi, quam aut erratorum in classem rejectos, aut in Notis ipsis indicatos non esse cognoveris.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBER PRIMUS.

LIBRI PRIMI CAPITA.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

ΕΥΣΕ-



ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ, ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝῌ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ, ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑ.

EUSEBII PAMPHILI CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI, PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ LIBRI QVINDECIM.

Interprete Francisco Vigero Rothomagensi, Societatis JESU Presbytero.

Liber Primus.

α.

ΤΙΣ Η ΤΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΥΠΟΘέσεως ἐπαγγελία.

pag. 1. Τὸν χριστιανισμὸν, ὅ, τί ποτέ ἐστιν, ἡγοῦμαι τοῖς οὐκ εἰδόσι παραστήσασθαι διὰ τῆς προκειμένης πραγματείας, τὴν Εὐαγγελικὴν ἀπόδειξιν περιέξειν ἐπαγγελλομένης, τήν δέ σοι, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, Θεόδοτε φίλη Θεῷ καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, σὺν εὐχαῖς ἐπεφώνησα. εἴ πως ἄρα τῆς παρὰ σοῦ τύχοιμι βοηθείας, ταῖς φιλοθέοις ὑπὲρ ἡμῶν ἱερουργίαις τὰ μεγάλα μοι συμπράττοντος, εἰς τὴν προεξειλημμένην τῆς Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν. ἀλλὰ γάρ τι

A

I.

QVID ILLUD SIT, QVOD Evangelicæ materiæ ratio pollicetur.

Cogitanti mihi Christianæ Religionis institutum, hoc opere, qvod veritatis Evangelicæ demonstrationem pollicetur, illius ignaros edocere; idem tibi, qvi sacrum Episcoporum decus & ornamentum es, Theodote sanctissime Deoq; carissime, adjunctis etiam precibus consecrare visum est. Qva qvidem in re hoc sequut⁹ sum, ut opis abs te aliqvid impetrarem, qvippe qvi sacrificiis tuis divino amore succensis hoc abs me susceptum Evangelicæ doctrinæ argumentum summopere promovebis. Sed enim qvid Cap. I. Trap.

A

illud sibi velit, qvod Evangelium appellamus, diligenter in primis enucleare juvat. Est igitur Evangelium, qvod faustam cœlestium maximorumq; bonorum præsentiam humani generis universitati annunciat; qvæ cùm prædicta jam olim fuissent, tùm verò novissimè omnibus illuxerunt. Illud porro nec cœcarum opum, nec vitæ hujus brevissimæ ac miserrimæ copiam facit, nec ullius omnino rei, qvæ cum corpore sit & corruptione conjuncta: sed earum duntaxat, qvæ cum animis intelligente natura præditis necessitudinem ac societatem iniere; a qvibus ea, qvæ corporis propria sunt, ita pendent, ut eas etiam instar umbræ conseqvantur. Caput autem horum omnium pietas est, non jam ista, qvæ nomen ementita suum infinitis erroribus implicatur; sed ejusmodi, qvæ hanc sibi appellationem suffragante veritate defendit. Hæc illa est, qvæ cùm sensus nostros ad eum, qvem unum ac solum, uti verè est, omnia Deum confitentur, erigit; tùm vitæ nostræ rationes ex ipsius qvoq; voluntate moderatur. Ex hoc autem vitæ genere nascitur hominis cum Deo amicitia, cui ter ille felix, & singulari Dei benevolentia constitutus finis comitatur, qvi cùm cœlitus ex rerum immortalium connexione aptus est, tum ad earum exemplū ac similitudinem regitur, atq; in iis postremò acqviescit. Qvid verò felici hac & divitiis omnibus circumfluente Dei amicitia beatius cogitari possit? Non ille vitæ, lucis, veritatis, bonorumqve omnium qvæstor veluti ac dispensator est? Non qvamobrem omnia sint atqve vivant, caussam in se ipse complectitur? Qvi ergo semel divinæ hujus amicitiæ munere ornatus sit, qvid tandem is ultra desideret? qvid, inqvam, ei desit, qvi bonorum auctorem omnium sibi devinctum habuerit? Cujus deniqve rei laboret inopia, qvi magnum illum Præsidem, ac præpotentem hujus universitatis Moderatorem in patris ac tutoris locum obtinuerit? Nihil profecto dici potest, qvoad summam cumulatamqve tùm animi, tùm corporis, externorumqve bonorum felicitatem indigeat, qvi propiùs ad Regem universorum Deum vi caritatis accesserit, qviqve ab eo fuerit beatissimi amoris gratiam, pietatis huius, scientiæ ac sapientiæ conciliatricis, merito consequutus. Hanc igitur adeo lætam ac salutarem hominum cum Deo necessitudinem, missus ad nos cœlitus ex DEO summè bono Deus Verbum, sic tanqvam splendor aliqvis immensi luminis, cunctis hominibus feliciter annunciat. Is non

Evangelium quid sit.

Quæ vera pietas.

Divina amicitia felicitas.

A βούλεται τοῦτο δηλοῦν, ὃ φαμὲν Εὐαγγέλιον, πρῶτον ἁπάντων διαρθρῶσαι καλόν. Τοῦτο δὴ πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν παρουσίαν τῶν ἀνωτάτων καὶ μεγίστων ἀγαθῶν, πάλαι μὲν προηγορευμένων, νεωστὶ δὲ τοῖς πᾶσιν ἐπιλαμψάντων εὐαγγελίζεται· οὐ τὸν οὐ βλέποντα πλοῦτον, οὐδὲ τὴν σμικρὰν καὶ πολυπαθῆ ταύτην ζωὴν προξενοῦν, οὐδ' ὅσα σώματος καὶ φθορᾶς οἰκεῖα· τὰ δὲ ψυχαῖς νοερὰν οὐσίαν κεκτημέναις φίλα τε καὶ προσήκοντα, ὧν καὶ τὰ σωμάτων ἐξῆπται, σκιᾶς ἑπόμενα δίκην. εἴη δ' ἂν αὐτῶν τὸ κεφάλαιον, εὐσέβεια, οὐχ ἡ ψευδώνυμος καὶ πολυπλανής, B ἀλλ' ἡ σὺν ἀληθείᾳ τὴν προσηγορίαν ἐπιγραφομένη. ἔστι δὲ αὕτη ἡ πρὸς τὸν ἕνα καὶ μόνον ὡς ἀληθῶς ὁμολογούμενόν τε καὶ ὄντα θεὸν ἀνάνευσις, καὶ ἡ κατὰ τοῦτον ζωή. ἐξ ἧς καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν ἐγγίνεται φιλία, ᾗ παρέπεται τὸ θεοφιλὲς ὄντως καὶ τρισμακάριον τέλος, ἄνωθεν ἐκ τῶν κρειττόνων ἀπῃωρημένον, καὶ πρὸς αὐτὰ διακυβερνώμενον, καὶ αὖ πάλιν εἰς αὐτὰ καταλῆγον. τί οὖν ἂν γένοιτο τῆς ἀγαθῆς ταύτης καὶ πανολβίου θεοφιλίας μακαριστότερον; οὐχὶ καὶ ζωῆς αὐτός, καὶ φωτός, καὶ ἀληθείας, καὶ πάντων ἀγαθῶν ταμίας καὶ χορηγὸς τοῖς C πᾶσι καθέστηκεν; οὐχὶ καὶ τοῦ εἶναι τὰ πάντα, καὶ τοῦ ζῆν αὐτὸς τὴν αἰτίαν περιείληχε; τῷ δὴ οὖν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐσταλμένῳ φιλίαν τί ἂν ἔτι λείποιτο; τίνος δ' ἂν ὑστεροῖτο ὁ τῶν ἀγαθῶν τὸν δημιουργὸν ἐξοικειούμενος; ἢ τίνος ἂν ἐλαττοῖτο ὁ καὶ πατρὸς ἐν χώρᾳ καὶ κηδεμόνος τὸν μέγαν προστάτην καὶ παμβασιλέα τῶν ὅλων ἐπιγραφόμενος; ἀλλ' οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅ, τι μὴ οὐχ ὁ τῇ διαθέσει τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ πλησιάζων, καὶ τῆς παμμακαρίστου φιλίας διὰ τῆς ἐπιστημονικῆς εὐσεβείας ἠ- D ξιωμένος, ὁμοῦ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ τῶν ἐκτὸς ἀπόντων εὖ ἂν ἔχοι. Ταύτην δὴ τὴν ἀγαθὴν καὶ σωτήριον πρὸς Θεὸν ἀνθρώπων φιλίαν, ἄνωθεν ἐκ τοῦ παναγάθου Θεοῦ καταπεμφθεὶς ὁ Θεὸς Λόγος, ὥσπερ τις ἀπειρομεγέθους φωτὸς αὐγή, πᾶσιν ἀνθρώποις εὐαγγελίζεται· οὐκ ἐνθένδε ποθέν, οὐδ'

ὑπέρωθεν, ἀλλὰ πανταχόθεν ἐξ ἁπάντων ἐθνῶν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν προθύμως ἥκειν, σπεύδειν τε, καὶ πάσῃ προθυμίᾳ ψυχῆς τὸ δῶρον ὑποδέχεσθαι, Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ Βαρβάρους, ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ νηπίοις, πένητάς τε καὶ πλουσίους, σοφοὺς καὶ ἰδιώτας, οὐδὲ τὸ οἰκετικὸν γένος ὑπερφρονῶν τῆς κλήσεως. ὅτι δὴ μίαν τὴν πάντων οὐσίαν τε καὶ φύσιν ὁ πατὴρ αὐτῶν συστησάμενος, μιᾶς εἰκότως καὶ τῆς ἴσης πάντας πάλιν μεγαλοδωρεᾶς ἠξίωσε, τὴν πρὸς αὐτὸν γνῶσίν τε καὶ φιλίαν ἅπασι B τοῖς ὑπακούειν ἐθέλουσι, καὶ τὴν χάριν ἀσμένοις ἀσπαζομένοις δωρούμενος. ταύτην ὁ Χριστοῦ λόγος ἧκε τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα φιλίαν τῷ σύμπαντι κόσμῳ εὐαγγελιζόμενος. " Θεὸς γὰρ ἦν κόσμον καταλλάσσων ἑαυτὸν, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα, ἢ τὰ θεῖα διδάσκει λόγια. ἐλθών τε φησιν, εὐηγγελίσατο εἰρήνην τοῖς μακρὰν, καὶ εἰρήνην τοῖς ἐγγύς. Ταῦτα πρόπαλαι παῖδες Ἑβραίων θεοφορούμενοι, τῷ σύμπαντι κόσμῳ προεθέσπιζον. Ὁ μέν C τις βοῶν· μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. καὶ πάλιν· εἴπατε ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι κύριος ἐβασίλευσε· καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται. ὁ δὲ φάσκων· ἐπιφανὴς ἔσται κύριος ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐξολοθρεύσει πάντας τοὺς Θεοὺς τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, ἕκαστος ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. Ταῦτα πρόπαλαι θείοις χρησμοῖς ἀνακείμενα, νῦν εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰη- D σοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας πέφηνεν, ὡς τὴν πάλαι κηρυττομένην τε, καὶ τοῖς μὴ τούτων ἀπείροις προσδοκωμένην τῶν ἐθνῶν ἁπάντων θεογνωσίαν, εἰκότως ἡμῖν τὸν ἔναγχος ἐξ οὐρανοῦ παρόντα λόγον εὐαγγελίζεσθαι, ταῖς τῶν παλαιῶν φωναῖς τὰ διὰ τῶν ἔργων ἀποτελέσματα συντρέχειν ἐπιδεικνύμενον.

Ἀλλὰ τί χρὴ σπεύδειν φθάνοντα τῇ προθυμίᾳ τὴν τῶν διὰ τοῦ μέσου λόγων ἀκολουθίαν, ἀναλαβεῖν ἐξ ὑπαρχῆς δέον, καὶ τὰ ἐμποδὼν ἅπαντα διαλύσασθαι; ἐπειδὴ γὰρ τὸν χριστιανισμόν τινες οὐδένα λόγον ἀποσώζειν, ἀλόγῳ δὲ πίστει καὶ ἀνεξετάστῳ nomen illud amplectantur, eos qvod se-

A ex uno alterove loco, sed ex omnibus orbis universi nationibus homines ad rerum omnium Deum vehementer invitat, Græcosq; pariter ac Barbaros, viros simul, fœminas, ac puerulos; inopes æqve ac divites, sapientes & idiotas, ut properare, oblatumqve munus omni cum animorum alacritate ac studio suscipere velint, extimulat: ac ne ipsum qvidem servile genus ab ejusmodi societate vocationis excludit. Qvippe qvi enim una eademque omnes substantia naturaqve procreavit, omnium parens, is jure omnes pariter in uni⁹ æqvalisq; munificentiæ communionem ascivit, notitiam amoremqve sui cum iis omnibus prolixe communicans, qvi morem vocanti gerere, gratiæqve suæ beneficium libenter accipere complectiqve voluerint. Hanc itaqve Christus erga Patrem suum caritatem oratione sua toti passim orbi prædicatum venit. *Deus enim erat in Christo seipsum mundo concilians, nec imputans eis peccata sua*, qvemadmodum literæ divinæ docent. 2.Cor.5,19. *Cum venisset*, inqvit, *evangelizavit pacem iis, qvi procul erat, & pacem iis, qvi prope.* Isaia 57,19. Atq hæc ipsa mundo pridem universo Hebræorum aliqvi divino afflati spiritu oracula C cecinere. Et eorum qvidem unus magna voce pronunciat. *Reminiscentur, & convertentur ad Dominum omnes fines terræ, & adorabunt eum omnes patriæ gentium.* Psal.22,28. Et rursus. *Dicite in gentibus, qvoniam Dominus regnavit: etenim correxit orbem terræ, qvi non commovebitur.* Psal.95,10. Alius vero sic loqvitur. *Conspicu⁹ erit Dominus in ipsis, & funditus exterminabit omnes Deos nationum terræ, ipsumq; adorabunt singuli ex loco suo.* Soph.2,11. Hæc nimirũ illa sunt, qvæ jam usq; ab ultima seculorum memoria divinis oraculis mandata cum essent, JesuChristi Servatoris nostri doctrinæ beneficio nostris aliqvando temporibus extitere. D Ac merito sane Verbum illud, qvod nuper ad nos e cœlo delapsum est, hanc tot pridem vocibus prædicatam, & ab iis saltem, qvi in hujusmodi rebus non hospites penitus ac peregrini erãt, expectatam, per omnes populos Dei notitiam annunciavit, ut priscorum illorum voces consentiente operum ipsorum exitu comprobaret.

Verumenimvero, qvorsum nimis incitato animi gestientis impetu congruentẽ intermediæ disputationis ordinem, & conseqvẽtiam occupamus, cum rem a capite arcessere, qvæqve nobis incommodare possunt omnia summoveri prius ac refelli oporteat? Nam cum hoc nonnulli persvasum habeant, disciplinæ Christianæ professionem nulla posse ratione defendi, sed qvi mel visum fuerit, inconsiderata fide, ne-

gligentiq; ac temeraria qvadam assensione A comprobare; adeoqve asseverent, qvi sese ad hoc institutum aggregarint, evidens certumq; argumentum habere nullum, qvorerum qvæ promittuntur veritatem demonstrent, verum ad unam tantummodo fidem adhærescere velle, eosdemq; propter istam nullo judicii nulloq; rationis examine attentatam exploratamq; fidem, fideles vulgo nominari: jure sane ac merito facturus mihi operæ pretium videor, si cum ad hoc Evangelicæ demonstrationis opus aggrediar, pauca sternendæ ac præmuniendæ ad B universam hanc disputationem viæ gratia de rebus iis ante definiam, de qvibus tum Græci, tum qvi circumcisionem profitentur, aut si qvi præterea diligentius propius q; res nostras inspicere ac scrutari velint, justā nobis qvęstionem movere posse videantur. Etenim sic existimo, nostrum hunc sermonem ad perfectiorem Demonstrationis Evangelicæ doctrinam, graviorumq; dogmatum intelligentiam ita demum convenienti ordine processurum, si qvæ ad præparationem illam pertinent, viam nobis aperuerint, qvippe qvæ primorum elementorum C ac facilioris introductionis loco futura sint, magisq; ad earum gentium, qvæ nuper ad nos accessere, captum accomodata. Deinde vero, simulatq; hujusmodi rudimenta superarint, habitumq; mentis ad majora capienda probe compararint, exqvisitam ipsis eorum cognitionem trademus, qvæ ad perfectissimæ cæteraq; omnia complexæ Jesu Christi Servatoris ac Domini Deiq; nostri œconomiæ mysteria pertinebunt. Hanc igitur Præparationem ab iis auspicemur, qvæ tam a Græcis, qvam a Judæis ac reliqvis omnibus, qvi subtilius in mores institutumq; nostrum inqvirunt, commemorari possent. D

A συγκαταθέσει τὰς προσηγορίας ἐφιεμένους τὸ δόξαν κυρίως ὑπειλήφασιν· μηδὲν φάσκοντες δύνασθαι ἀποδείξεως ἐναργὲς παρέχειν τεκμήριον τῆς ἐν τοῖς ἐπαγγελομένοις ἀληθείας, πίστει δὲ μόνῃ προσέχειν ἀξιοῦν τοὺς προσιόντας· παρ' ὃ καὶ πιστοὺς χρηματίζειν, τῆς ἀκρίτου χάριν καὶ ἀβασανίστου πίστεως· εἰκότως ἐπὶ τήνδε καθεὶς τὴν πραγματείαν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, εἰς προκατασκευὴν τῆς ὅλης ὑποθέσεως, B ἡγοῦμαι δεῖν βραχέα προδιαλαβεῖν περὶ τῶν ζητηθέντων ἂν πρὸς ἡμᾶς εὐλόγως ὑπό τε Ἑλλήνων, καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς, παντός τε τοῦ μετ' ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὰ καθ' ἡμᾶς διερευνωμένου. ταύτῃ γάρ μοι δοκῶ τὸν λόγον ἐν τάξει χωρήσειν εἰς τὴν ἐντελεστέραν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως διδασκαλίαν, εἴς τε τὴν τῶν βαρυτέρων δογμάτων κατανόησιν, εἰ τὰ τῆς προπαρασκευῆς ἡμῖν πρὸ ὁδοῦ γένοιτο, στοιχειώσεως καὶ εἰσαγωγῆς ἐπέχοντα τόπον, καὶ τοῖς ἐξ ἐ- C θνῶν ἄρτι προσιοῦσιν ἐφαρμόττοντα· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα, τοῖς ἐνθένδε διαβεβηκόσι, καὶ τὴν ἕξιν ἤδη παρεσκευασμένοις εἰς τὴν τῶν κρειττόνων παραδοχὴν, τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν παραδώσειν τῆς συνεκτικωτάτης κατὰ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Θεὸν μυστικῆς οἰκονομίας. ἀρξώμεθα δὲ τῆς προπαρασκευῆς, τὰ πρὸς ἡμᾶς εὐλόγως ὑπό τε Ἑλλήνων, καὶ τῶν ἐκ περιτομῆς, παντός τε τοῦ μετ' ἀκριβοῦς ἐξετάσεως τὰ καθ' ἡμᾶς διερευνωμένου λεχθησόμενα προσάγοντες.

II.

QVÆNAM VULGO NOBIS, qvi res nostras criminantur, objicere soleant.

Cap. II. Trap.

AC primum qvidem non sine causa qværierit ex nobis qvispiam, qvidnam hominum simus, qvi ad hoc scribendi genus accedamus: Græcine an Barbari? aut qvid inter utrosq; medium esse qveat? qvales porro nos esse profiteamur, non utiq; nomine, qvod jam apud omnes vulgatum est, sed morum vitæq; rationibus? Qvippe se neqve Græcorum apud nos ritus, neqve

β.

ΤΙΝΑ ΠΡΟΣ ΗΜΑΣ ΣΥΝΗΘΕΣ ἐστὶ λέγειν τοῖς τὰ καθ' ἡμᾶς διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν.

ΠΡΩΤΟΝ μὲν γὰρ εἰκότως ἄν τις διαπορήσειε, τίνες ὄντες ἐπὶ τὴν γραφὴν παρεληλύθαμεν· πότερον Ἕλληνες ἢ βάρβαροι; ἢ τί ἂν γένοιτο τούτων μέσον; καὶ τίνας ἑαυτοὺς εἶναί φαμεν, οὐ τὴν προσηγορίαν, ὅτι καὶ τοῖς πᾶσιν ἔκδηλος αὕτη, ἀλλὰ τὸν τρόπον καὶ τὴν προαίρεσιν τοῦ βίου; οὔτε γὰρ τὰ Ἑλλήνων φρονοῦντας ὁρᾶν,

οὔτε τὰ βαρβάρων ἐπιτηδεύοντας. τί οὖν ἂν γένοιτο τὸ καθ' ἡμᾶς ξένον, καὶ τίς ὁ νεωτερισμὸς τοῦ βίου; πῶς δ' οὐ πανταχόθεν δυσσεβεῖς ἂν εἶεν καὶ ἄθεοι, οἱ τῶν πατρίων ἐθῶν ἀποστάντες, δι' ὧν πᾶν ἔθνος καὶ πᾶσα πόλις συνέστηκεν; ἢ τί καλὸν ἐλπίσαι εἰκὸς τοὺς τῶν σωτηρίων ἐχθροὺς καὶ πολεμίους καταστάντας, καὶ τοὺς εὐεργέτας παρωσαμένους; καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ θεομαχοῦντας; ποίας δὲ καὶ ἀξιωθήσεσθαι συγγνώμης τοὺς ἐξ αἰῶνος μὲν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, κατά τε πόλεις καὶ ἀγροὺς παντοίοις ἱεροῖς καὶ τελεταῖς καὶ μυστηρίοις πρὸς ἁπάντων ὁμοῦ βασιλέων τε καὶ νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων θεολογουμένους ἀποστραφέντας, ἑλομένους δὲ τὰ ἀσεβῆ καὶ ἄθεα τῶν ἐν ἀνθρώποις; ποίαις δ' οὐκ ἂν ἐνδίκως ὑποβληθεῖεν τιμωρίαις, οἱ τῶν μὲν πατρίων φυγάδες, τῶν δ' ὀθνείων καὶ παρὰ πᾶσι διαβεβλημένων Ἰουδαϊκῶν μυθολογημάτων γενόμενοι ζηλωταί; πῶς δ' οὐ μοχθηρίας εἶναι καὶ εὐχερείας ἐσχάτης, τὸ μετατίθεσθαι μὲν εὐκόλως τὰ τῶν οἰκείων, ἀλόγῳ δὲ καὶ ἀνεξετάστῳ πίστει τὰ τῶν δυσσεβῶν καὶ πᾶσιν ἔθνεσι πολεμίων ἑλέσθαι; καὶ μηδ' αὐτῷ τῷ παρὰ Ἰουδαίοις τιμωμένῳ Θεῷ, κατὰ τὰ παρ' αὐτοῖς προσανέχειν νόμιμα· καινὴν δέ τινα καὶ ἐρήμην ἀνοδίαν ἑαυτοῖς συντεμεῖν, μήτε τὰ Ἑλλήνων, μήτε τὰ Ἰουδαίων φυλάττουσαν;

Ταῦτα μὲν οὖν εἰκότως ἄν τις Ἑλλήνων, μηδὲν ἀληθὲς μήτε τῶν οἰκείων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαΐων, πρὸς ἡμᾶς ἀπορήσειεν. Ἐπιμέμψαιντο δ' ἂν ἡμῖν καὶ Ἑβραίων παῖδες, εἰ δὴ ἀλλόφυλοι ὄντες καὶ ἀλλόγλωσσοι ταῖς αὐτῶν βίβλοις ἀποχρώμεθα μηδὲν ἡμῖν προσηκούσαις· ὅτι τε ἀναιδῶς, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, καὶ ἀναισχύντως ἑαυτοὺς μὲν εἰσωθοῦμεν, τοὺς δὲ οἰκείους καὶ ἐγγενεῖς τῶν αὐτοῖς πατρίων ἐξωθεῖν βιαζόμεθα. εἴτε γάρ τις εἴη Χριστὸς θεσπιζόμενος, ἀλλὰ Ἰουδαίων ἦσαν προφῆται οἱ τούτου τὴν ἄφιξιν προκηρύξαντες, οἳ καὶ λυτρωτὴν καὶ βασιλέα Ἰουδαίων ἥξειν αὐτὸν, οὐχὶ δὲ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν κατήγγελλον· εἴ τε τινὰ ἄλλα φαιδρότερα περιέχουσιν αἱ γραφαὶ, καὶ ταῦτα Ἰουδαίοις ἀναφωνεῖσθαι, ὧν οὐκ εὖ πρέποντας παρακούειν ἡμᾶς. καὶ σφό-

A Barbarorum sectam ullam intueri. Qvid ergo novi profe!lio nostra sit? aut qvænã hæc nupera vivendi norma? Deinde vero, qvis nos & summe impios esse, & Divinitatem funditus sustulisse neget, qvi mores patrios deseruerimus, qvorum observantia nullus non populus, non civitas ante nulla continebatur? Præterea, qvid hominibus illis ad spem ullius boni ostendatur, qvi tutelaribus Diis bellum denunciarint, qvosqve tot beneficiorum auctores habent, repudiarint? Nam qvid ab iis aliud fieri, qvam cum Diis ipsis pugnari dicas? Qva porro venia dignos fore, qvi cum ab eorum cultu de-
B fecerint, qvos ab omnis ævi memoria tam Græci, quam Barbari passim universi, tam in urbibus qvam in agris, omni sacrorum, religionum, ac mysteriorum genere, cõmuniq; Regum omnium, Legum-latorum, ac philosophorum approbatione Deos celebrarunt; tum vero quicquid inter homines impium, ac Diis invisum erat, ultro delegerint? Qvibus autem ii jure non subjiciãtur pœnis, qvi patriorum sacrorum desertores, peregrinas & omnium traductas vocibus Judæorũ fabulas æmulentur? Qvis item hoc summæ cu-
C jusdam improbitatis ac temeritatis esse non videat, amicorum necessariorumq; mores atq; ritus inconsiderate ac leviter abjicere, ac sese futili qvadam nulloq; examine probata fide ad hominum impiorum, populosq; omnes hostili proseqventium odio sectã adjungere? Imo, ne Deum qvidem ipsum a Judæis cultum more institutoq; Judeorum venerari: sed novam ac desertam qvandam, ubi nullum aut Græcorum, aut Barbarorum vestigium appareat, semitam insistere?

Atque hæc Græcorum forte qvispiam, qvi nihil usqvam veri de suis nostrisve rebus ac rationibus intellexerit, nobis verisimiliter objiciat. Hebræi vero contra succenseant, qvod externi & alienigenæ cum
D simus, eorum tamen libris nihil ad nos utique pertinentibus abutamur, qvodqve nos ipsos inverecunde (ut ipsi loqventur) & impudenter intrudentes, domesticos & indigenas patriis religionibus per vim exturbare conemur. Enimvero, sive Christus aliqvis divinitus olim prænunciatus habeatur, ex Judæis certè Prophetas illos fuisse, qui adventum ejus prædixere, qui simul ipsum Judæis, non autem populis alienigenis Redemptorem esse Regemqve venturum cecinere: sive alia qvædam lætiora sacræ literæ contineant, ea quoque Judæis pronunciata esse, adeoque minus juste nos facere, qui perperam eadem & alieno plane sensu capiamus. Illud

Qvid Hebræi Christianis objiciant.

Illud etiam, perabsurdũ esse, qvod eas qvidem reprehensiones, qvibus nationis hujus delicta coarguuntur, cupide admodum avideq; arripiamus; qvæ vero promissa divinitus ei bona sunt, omnino reticeamus, vel potius extorta per vim in nos ipsos transferamus: qvod sane palam & cum aliorum injuria suæ cupiditati servire, ac se ipsum in errorem & fraudem inducere est. Deniq; hoc ab omni ratione maxime alienum esse, qvod cum ne illa qvidem, qvæ Judæorum legibus constituta sunt, eodem ritu servemus, sed in omnium oculis adversum ea delinqvamus; promissa tamen iis qvi legibus obtemperant optima qvæqve nobis præmia vendicemus.

ἄδρα ἀτόπως τοὺς μὲν κατὰ τοῦ ἔθνους ἐφ᾽ οἷς ἡμάρτανον ἐλέγχους, εὖ μάλα ἁρπαλέως ἀποδέχεσθαι· τὰς δὲ τῶν ἀγαθῶν πάλιν αὐτοῖς θεσπιζομένας ἐπαγγελίας ἀποσιωπᾶν, μᾶλλον δὲ ἐκβιάζεσθαι καὶ εἰς ἑαυτοὺς μεταφέρειν, ἄντικρυς πλεονεκτοῦντας, καὶ οὐδὲν πλέον, ἢ ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντας. τὸ δὲ οὖν ἁπάντων παραλογώτατον, ὅτι μηδὲ τὰ νόμιμα παραπλησίως αὐτοῖς παραλείποντες, ἀλλὰ προφανῶς παρανομοῦντες, τὰς ἐπηγγελμένας τοῖς τῶν νόμων φύλαξι χρη-B στοτέρας ἀμοιβὰς εἰς ἑαυτοὺς ἐπισπώμεθα.

III.

NON TEMERE SUSCEPTAM a nobis esse Salutaris doctrinæ veritatem.

γ.

ΟΤΙ ΜΗ ΑΝΕΞΕΤΑΣΤΩΣ ΤΑ τοῦ σωτηρίου λόγου φρονεῖν εἱλόμεθα.

Cap. III. Trap.

ADDUCTIS in medium iis, de qvibus dubitari cum aliqva probabilitate possit, age jam, implorato hujus universitatis Dei per Servatorem nostrũ ipsius Verbum, tanqvam per summum Pontificem, auxilio; qvod primũ nobis objectum est ita purgemus, ut eos ante omnia calumniari demonstremus, qvi nihil a nobis certo posse argumento confirmari, sed fidei cuidã ab omnibus rationib⁹ imparatæ addictos nos esse affixosq; pronuntiant. Neq; vero commentum istuc longius repetitis probationibus, sed e re nata ductis redarguemus; partim videlicet eo demonstrationum genere, qvo apud illos utimur, qvi percipiendæ sermonũ eorum qvos de rebus nostris instituimus doctrinæ gratia conveniunt: partim ex respõsis, qvibus in qvæstionib⁹ ex subtiliori Logicorũ arte discussis adversariorum argumẽta refellimus; partim deniq; ex disputationibus illis, qvas tanqvam nobis honorificas, tam scripto qvam sine scripto, sive privatim cum singulis qvi nos interrogãt, sive publice ad populum ultro habere consvevimus. Qvibus merito sane libri, qvos præ manibus habemus, addi possunt, utpote qvi universum Evangelicæ demonstrationis op⁹ comprehendant. Sic enim manantẽ ex Deo gratiam, ac cœlestis munificentiæ vim, tanqvã felix nunci⁹, universo hominum generi susceptus a nobis sermo declarat, ut illã qvoq; Jesu Christi Dei Filii Servatoris Dominiqve nostri œconomiam subtiliore plurimorum & illustrissimorum argumentorum demõstratione confirmet. Ac permulti qvidẽ an-

ΤΟΥΤΩΝ εὐλόγως αὖ ἡμῖν ἐν πρώτοις ἀπορηθέντων, φέρε τὸν τῶν C ὅλων Θεὸν διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τοῦ αὐτοῦ Λόγου, ὡς δι᾽ Ἀρχιερέως ἐπικαλεσάμενοι, τὸ πρῶτον τῶν προτεθέντων ἀποκαθάρωμεν, συκοφαντίας προαποδείξαντες, τοὺς μηδὲν ἔχειν ἡμᾶς δι᾽ ἀποδείξεως παριστάναι, ἀλόγῳ δὲ πίστει προσέχειν ἀποφηναμένους. αὐτόθεν δὴ οὖν τοῦτο, καὶ οὐκ ἐκ μακροῦ διελέγξομεν, ἔκ τε ὧν χρώμεθα πρὸς τοὺς ἐπὶ διδασκαλίᾳ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς λόγων προσιόντας ἀποδείξεων, καὶ τῶν πρὸς τοὺς ἀντιδιατιθεμένους ἡμῖν ἐν ταῖς λογικωτέ-D ραις ζητήσεσιν ἀντιρρήσεων· δι᾽ ὧν τε φιλοτιμούμεθα ποιεῖσθαι ἀγράφων τε καὶ ἐγγράφων, ἰδίᾳ τε καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν ἐρωτώντων, καὶ κοινῇ πρὸς τὰ πλήθη διαλέξεων. ναὶ μὴν καὶ διὰ τῶν ἐν χερσὶ συγγραμμάτων, τὴν καθόλου πραγματείαν περιεχόντων τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως· ἐν ᾗ πᾶσαν τὴν ἐκ Θεοῦ χάριν, καὶ τὴν οὐράνιον εὐεργεσίαν, ὁ παρὼν λόγος πάντας ἀνθρώπους εὐαγγελίζεται, τὴν κατὰ τὸν σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, λογικωτέραν διὰ πλείστων καὶ ἐναργῶν ἀποδείξεων πιστούμενος. Ἐσπουδάσθαι μὲν οὖν πλείστοις τῶν πρὸ ἡμῶν πολλή τις ἄλλη πραγματεία, τοτὲ μὲν ἐλέγχους καὶ ἀντιρρήσεις ἐναντίων

ἡμῖν λόγων συνταξαμένοις, τοτὲ δὲ τὰς ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραφὰς ἐξηγητικοῖς ὑπομνήμασι, καὶ ταῖς κατὰ μέρος ὁμιλίαις διερμηνεύσασι, τοτὲ δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς δόγμασιν ἀγωνιστικώτερον πρεσβεύσασιν. ἡμῖν γε μὴν ἰδίως ἡ μετὰ χαρᾶς ἐκπονεῖται πρόθεσις. Πρῶτός γέ τοι πάντων ὁ ἱερὸς ἀπόστολος Παῦλος τὰς μὲν ἀπατηλὰς καὶ σοφιστικὰς πιθανολογίας παραιτούμενος, ἀναμφιλόγοις δὲ χρώμενος ταῖς ἀποδείξεσι, φησί που,
» Καὶ ὁ λόγος ἡμῶν, καὶ τὸ κήρυ-
» γμα οὐκ ἐν πειθοῖ ἀνθρωπίνης σοφίας λό- B
» γων, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυ-
» νάμεως. οἷς ἐπιλέγει, Σοφίαν δὲ λαλοῦμεν
» ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ, οὐ τοῦ αἰῶνος
» τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τῶν καταργου-
» μένων· ἀλλὰ λαλοῦμεν Θεοῦ σοφίαν ἐν
» μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, καὶ αὖθις,
» ἡ ἱκανότης ἡμῶν, φησιν, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ὃς
» καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθή-
» κης. εἰκότως δῆτα ἡμῖν ἐν ἅπασι παρήγγελται, ἑτοίμους εἶναι εἰς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι ἡμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ἡμῖν C ἐλπίδος. ὅθεν καὶ τῶν νέων συγγραφέων μυρίας ὅσας, ὡς εἴρηται, πανσόφους καὶ ἐναργεῖς μετὰ συλλογισμῶν ἀποδείξεις, ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς γραφείσας λόγου διαγνῶναι πάρεστιν, ὑπομνήματά τε οὐκ ὀλίγα εἰς τὰς ἱερὰς καὶ ἐνθέους γραφὰς πεπονημένα, τὸ ἀψευδές τε καὶ ἀδιάπτωτον τῶν ἀρχῆθεν καταγγειλάντων ἡμῖν τὸν τῆς θεοσεβείας λόγον, γραμμικαῖς ἀποδείξεσιν παριστῶντα. Πλὴν ἀλλὰ περιττοὶ οἱ λόγοι πάντες, ὧν ἐναργῆ καὶ σαφέστερα τὰ ἔργα, ἅπερ ἡ θεία D καὶ οὐράνιος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δύναμις, πάντας ἀνθρώπους τὴν ἔνθεον καὶ οὐράνιον ζωὴν εὐαγγελιζομένη, διαρρήδην εἰσέτι καὶ νῦν ἐπιδείκνυται. αὐτίκα γοῦν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ κηρυχθήσεσθαι καθόλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θεσπίσαντος, τήν τε ὕστερόν ποτε συστᾶσαν τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίαν, οὔπω τότε καθ' οὓς ἐνηνθρώπει χρόνους ὁρωμένην, οὐδὲ συνεστῶσάν πω, ἐνθέῳ προγνώσει ἀήττητον καὶ ἀκαταμάχητον ἔσεσθαι, καὶ μηδεπώποτε ὑπὸ θανάτου νικηθήσεσθαι· ἑστάναι δὲ καὶ μένειν ἄσειστον, ὡς ἂν ἐπ' ἀσείστῳ καὶ ἀρραγεῖ πέ-

Are nos in alio saepe disputandi genere studiosius elaborarunt; seu scriptis voluminibꝰ adversariorum nostrorũ objectiones confutarent, seu comentariis qvibusdam & tractatibus sigillatim in certa mēbra digestis, inspiratas divinitus sacrasq; literas diligēter explanarent, seu deniq; fidei nostræ dogmata vehementiori cōtentione defenderent. Hujusmodi tamen qvasi propriũ ac singulare argumentũ a nobis cũ animi voluptate tractatur. *Proprium Eusebii hoc in opere consilium.* Qvanqvā omniũ sane princeps Paulus ille sacer Apostolus, repudiatis fallacibus ac fucatā probabilitatis speciem ostendētibꝰ conclusiũculis, certas & ab omni ambiguitate vacuas demonstrationes adhibens, sic alicubi loqvitur: *Et sermo meꝰ & prædicatio mea non in persvasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.* *1.Cor.2,4.* Qvibꝰ hæc subjicit, *Sapientiam autem loqvimur inter perfectos; sapientiam vero non hujus seculi, neq; Principum hujus seculi, qvi destruuntur: sed loqvimur Dei sapientiam in mysterio, qvæ abscondita est.* Ac rursum, *Sufficientia nostra,* inqvit, *ex Deo est, qvi & idoneos nos fecit ministros novi Testamenti.* *2.Cor.3,5.* Enimvero jure nobis inter omnes præceptũ hoc est, ut qvicunq; demũ illius spei, qvæ religione nostra continetur, rationē ex nobis reqvirat, ad suscipiendā ejus defensionem parati continuo & expediti simꝰ. Qvamobrē explorare cuivis ac discutere licet, cum innumerabiles, ut ante dicebam, qvas recentiores pleriq; acutissimas & evidētissimas ad doctrinæ nostræ confirmationem argumentorum probationes edidere: tũ etiam comentarios nō paucos, qvibus sacras ac divinitꝰ conceptas literas illustrando, veritatem illorum & nusqvā vacillantem orationis constantiā, qvi hunc nobis ab initio religionis divinæ ritum prædicarunt, sic tanqvam adhibitis Mathematicorum demōstrationibꝰ, in omnium oculis ac luce posuerunt. Sed enim supervacaneũ, opinor, fuerit, verborũ fidem qværere, ubi res ipsas iisdē longe clariores & illustriores intueri liceat, qvas cœlestis ac divina Servatoris nostri vis ac potestas, universis hominibꝰ divinam ac cœlestem vitā feliciter annuntians, palam etiamnum & evidenter ostendit. *Vera Christi prædicta.* Nam cum ipse nō tantum fore prædixerit, ut (qvod suæ apud omnes populos monimentũ volũtatis extaret) tradita ab eo doctrina, ubi ubi degeret hominũ genꝰ, longe lateq; prædicaretur: verum etiam divina præsensione, illam ipsam qvæ aliqvāto post ejusdem numine ex omnium gentiũ societate cōflata est, qvæq; nec dum eo tempore, qvo vitā inter homines homo ipse degebat, coaluisse videbatur, Ecclesiam, nullis unqvā viribus expugnandam, ac ne ab ipsa qvidem morte superandam: at penitus inconcussum

illius robur mansurum esse prænuntiarit, ut A pote, qvæ vi ejus ac potestate, sic tanqv. immoto ac nullis omnino machinis perrūpēdo scopulo, altis defixa radicibus niteretur: huj⁹ sane prædictionis veritas exitu cōprobata, hiantem ac procacem hominum istorū buccam omni oratione justius, obstruxerit, qvi vulgò nihil non intemperanter & impudenter effutiunt. Qvis enim verax illud Christi oraculum esse non fateatur, cum res ipsæ tātum non magna palam & aperta voce pronuncient, non humanæ id naturæ, sed numini divino tribuendum, qvod res illas, priusqvam fierent, eo futuras modo prospiciens ita prædixerit, ut easdem operis ipsius fine compleret? Etenim jam universum, qvi Solis B qvidem radiis illustretur, orbem terrarū illius Evangelii fama pervasit, jam omnes undiqvaq; populos nationesq; percurrit, ipsiusq; prædicatio, viā plane cum ejusdem verbis cohærente, longius in dies etiamnum latiusq; procedit. Præterea qvam nominatim ipse divinitus prænunciavit Ecclesia, jam profundis nixa radicibus, hominumq; sanctorum ac Deo dilectorum precibus votisq; sublata, ad cœlestium usq; orbium fornicem caput attollit, ac novis qvotidie dignitatis incrementis aucta, spiritali ac divino prædicatæ ab illo pietatis fulgore passim ita coruscat C ut non suis tantum hostibus, sed ne ipsis qvidem mortis foribus vel tantillum debilitata concedat. Qvæ qvidem omnia huic uni ab eo qvondam prolatæ voci accepta ferēda sunt: *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* (Matth. 16.) Cæterum infinita sunt id genus alia, a Servatore nostro prænunciata, qvibus in proprium ac singulare argumentum locumq; congestis, dum congruentes & cōsentaneos divinis ejus præsensionibus rerum ipsarum exitus ante oculos ponimus, eorum qvæ nobis de ipso persvademus, certiorem omni D dubitatione veritatem esse demonstramus. Neq; vero levis & contemnenda est, si ad superiores adjungatur, eidem veritati asserendæ fides, qvam ex Hebraicarum literarum testimonio arcessimus, cum iis ante tot años præsentium bonorum promissionem Hebræi Prophetæ generi mortalium universo prædicarint, ipsiusq; adeo Christi nominis ita meminerint, ut futurum simul ad homines ejusdem adventum prædixerint. Addè qvod novum etiam & insolens ejus, qvæ per omnes populos funderetur, doctrinæ genus indicarunt, futuram qvoq; Judaicæ nationis incredulitatem & obfirmatam in repugnando contumaciam prædicentes, nec non qvicqvid adversus eum impie molita est, ac qvæcunq; illam propterea non dilatæ lon-

(Christianæ religioni Hebraicas etiam literas suffragari,)

A πέτρᾳ τῇ αὐτοῦ δυνάμει βεβηκυῖαν τε καὶ ἐρριζωμένην ἀποφηναμένου ὑπὲρ πάντα λόγον, τὸ τῆς προρρήσεως ἀποτέλεσμα, εἰκότως πᾶν ἄθυρον ἀποφράξοι ἂν στόμα τῶν ἀναισχυντεῖν ἀναιδῶς παρεσκευασμένων· τίς γὰρ οὐκ ἀλήθειαν ὁμολογήσαι ἂν τῇ προρρήσει, τῶν πραγμάτων ἐναργῶς οὕτως μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντων, ὅτι δὴ Θεοῦ δύναμις, ἀλλ᾽ οὐκ ἀνθρωπεία φύσις ἦν, ἡ ταῦτα τοῦτον ἐσόμενα τὸν τρόπον πρὸ τοῦ γενέσθαι θεασαμένη, προθεσπίσασά τε, καὶ ἔργοις ἐπιτελέσασα; πεπλήρωκε γὰρ τὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἥ- (pag. 7.) B λιος ἐφορᾷ, ἡ τοῦ κατ᾽ αὐτὸν Εὐαγγελίου φήμη, καὶ πάντα δὲ τὰ ἔθνη διέδραμε, καὶ εἰσέτι νῦν αὔξει καὶ ἐπιδίδωσι τὸ περὶ αὐτοῦ κήρυγμα, ταῖς αὐτοῦ φωναῖς ἀκολούθως. ἥ τε ὀνόματι προθεσπισθεῖσα ἐκκλησία αὐτοῦ, ἕστηκε κατὰ βάθους ἐρριζωμένη· καὶ μέχρις οὐρανίων ἁψίδων εὐχαῖς ὁσίων καὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν μετεωριζομένη· δοξαζομένη τε ὁσημέραι, καὶ εἰς ἅπαντας τὸ νοερὸν καὶ ἔνθεον φῶς τῆς ὑπ᾽ αὐτοῦ καταγγελθείσης εὐσεβείας ἀπαστράπτουσα, οὐδαμῶς τε τοῖς ἐχθροῖς ἡττω- C μένη καὶ ὑποείκουσα, ἀλλ᾽ οὐδὲ ταῖς τοῦ θανάτου πύλαις ὑποχωροῦσα· διὰ μίαν ἐκείνην, ἣν αὐτὸς ἀπεφήνατο λέξιν, εἰπών, „Ἐπὶ τὴν „Πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ „πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Καὶ ἄλλα δὲ μυρία πρὸς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν λεχθέντα τε καὶ προρρηθέντα, ἐν οἰκείᾳ συναγαγόντες ὑποθέσει, ταῖς τε ἐνθέοις αὐτοῦ προγνώσεσι τὰς τῶν πραγμάτων ἀποβάσεις συμφώνους παραστήσαντες, ἀναμφίλεκτον τὴν περὶ αὐτοῦ δοξαζομένων ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐπιδεικνύμεθα. D Πρὸς τούτοις δὲ πᾶσιν, οὐ μικρᾶς τυγχάνει τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἀληθείας ἀπόδειξις καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ἑβραϊκῶν γραφῶν μαρτυρία, ἐν αἷς περὶ μυρίων ὅσων ἐτῶν οἱ παρ᾽ Ἑβραίοις προφῆται τὴν τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελίαν παντὶ τῷ θνητῷ βίῳ κηρύξαντες, ὀνόματι τῆς τε τοῦ Χριστοῦ προσηγορίας ἐμνήσθησαν, καὶ τὴν εἰς ἀνθρώπους αὐτοῦ παρουσίαν προεθέσπισαν. τόν τε νέον τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη διαδραμούσης διδασκαλίας αὐτοῦ τρόπον κατήγγειλαν, προειπόντες τὴν ἐσομένην αὐτῶν ἀπιστίαν, καὶ ἀντιλογίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους· τά τε κατ᾽ αὐτοῦ δραθέντα αὐτοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις αὐτίκα, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν

μετελθόντα αὐτοῖς σκυθρωπά· λέγω δὲ τῆς βασιλικῆς μητροπόλεως αὐτῶν τὴν ἐσχάτην πολιορκίαν, καὶ τῆς βασιλείας τὴν πολυτελῆ καθαίρεσιν, αὐτῶν τε τὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη διασπορὰν, καὶ τὴν ὑπό τε ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις δουλείαν. ἃ καὶ ταῖς προρρήσεσιν ἀκολούθως, μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, φαίνονται πεπονθότες. Ἐπὶ τούτοις, τίς οὐκ ἂν ἐκπλαγείη τῶν αὐτῶν ἀκούων προφητῶν, μετὰ τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόπτωσιν, τὴν τῶν ἐθνῶν κλῆσιν, λαμπραῖς καὶ διαυγέσι φωναῖς εὐαγγελιζομένων; ἣ καὶ αὐτὴ ἄντικρυς εἰς ἔργον ἐχώρησε ταῖς B προφητείαις ἀκολούθως, διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας. δι' οὗ ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων μυρίοι ὅσοι τὴν τῶν εἰδώλων ἀποστραφέντες πλάνην, τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ τὴν ἀληθῆ γνῶσίν τε καὶ εὐσέβειαν κατεδέξαντο, μονονουχὶ πιστούμενοι τοὺς τῶν παλαιῶν χρησμοὺς, τούς τε ἄλλους, καὶ δὴ τὸν διὰ τοῦ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου φήσαντος,
" Κύριε ὁ Θεός μου, πρὸς σὲ ἔθνη ἥξουσιν
" ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς. καὶ ἐροῦσιν, ὡς ψευδῆ C
" ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα, καὶ οὐκ
" ἦν ἐν αὐτοῖς ὠφέλεια. εἰ ποιήσειεν αὐτῷ ἄν-
" θρωπος θεοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν οὗτοι θεοί;

Agius, sed qvasi e vestigio secutæ calamitates oppressere: Supremam intelligo regiæ ipsorum Metropolis obsidionem, ipsamqve adeo regni funditus excisi eversionem, cum eorum per omnes gentes dispersione, qvāq; sub inimicorum & hostium dominatu patiuntur servitute conjunctam. Quæ certe prædictionibus illis consentanea, post ejusdem nostri Servatoris adventum, in omniū oculis pertulere. Jam vero, qvis non illustres illas atq; perspicuas eorundem Prophetarum voces, qvibus futuram, Christo jam ex rebus humanis subducto, cum Judæorum prolapsionem ac repudiationem, tum Gentium vocationem feliciter prænuntiarunt, admiratione defixus obstupescat, cum hæc similiter Servatoris nostri doctrinæ beneficio, palam exitum nacta fuerit cum illorum prophetiis omnino congruentem? Per ipsum enim effectum est, ut innumerabilis ex omni hominum genere multitudo rejectis idolorum erroribus, veram præpotentis rerum omnium moderatoris Dei notitiam religionemq; suscipe-ret, cumq; cæterorum qvæ prisci homines fuderunt oraculorum, tum hujus inprimis Hieremiæ Prophetiæ fidem qvodammodo facere videretur: *Domine Deus meus, ad te* Hieremiæ 16. *Gentes venient ab extremo terræ, & dicent,* 19. *quod falsa patres nostri idola possederunt, nec erat in ipsis utilitas. Si faciet sibi homo Deos, & ipsi non sunt Dii?*

δ.

ΟΤΙ ΜΗ ΑΚΡΙΤΩΣ ΗΜΙΝ Η ΠΕΡΙ τῶν ὠφελιμωτάτων πίστις κατὰ καιρὸν D παραλαμβάνεται.

ΠΑΝΤΑ δὴ ταῦτα τὸν περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων πιστοῦται λόγον, ὡς οὐκ ἐξ ἀνθρωπίνης ὁρμῆς ἐπιτηδευθέντα, θεόθεν δὲ προεγνωσθέντα, καὶ θεόθεν διὰ τῶν ἐγγράφων χρησμῶν προαναφωνηθέντα, καὶ πολὺ πλέον ἔτι θεόθεν διὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πᾶσιν ἀνθρώποις προβεβλημένον. αὖθίς τε ἐκ Θεοῦ δυναμούμενον καὶ συνεστῶτα, ὡς ἐν τοσούτοις ἐτῶν χρόνοις ἐλαυνόμενον πρός τε τῶν ἀοράτων δαιμόνων, καὶ πρὸς τῶν κατὰ χρόνους ὁρατῶν ἀρχόντων, πο-
* ισ. τε λὺ πλέον διαλάμπειν, ὁσημέραι * τι διαπρέπειν καὶ αὔξειν, καὶ πολὺ μᾶλλον πληθύειν· ἄντικρυς τῆς ἄνωθεν ἐκ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ
ΜΣ. συνεργίας, τὸ ἄμαχον καὶ ἀήττητον, τό τε κατὰ τῶν ἐχθρῶν νικητικὸν τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δι-

IIII.

NON INCONSIDERATE NOS ad rerum utilissimarum fidem suo tempore adhærescere.

HÆC igitur illa sunt, qvibus instituti Cap. iiii. Trap. nostri ratio ita confirmatur, ut qvivis intelligat eam non humano qvodam impetu excogitatam, sed prævisam divinitus, scriptisq; oraculis divinitus prænunciatam, longeqve adeo magis universis hominibus a Servatore nostro divinitus oblatam fuisse. Præterea numine plane divino robur ejus ac firmitatem constitisse, cum vexata tot annos, partimqve dæmonum qvi videri non possunt, partim eorum qvi pro varietate temporum diversi imperabant, oculisqve cernebantur Principum acerbitate jactata, majoribus in dies ornamentis & illustriori splendore conjunctis, hominumqve freqventiori multitudine augeatur. Ut plane dubitare nemo possit, qvin DEUS ille rerum moderator omnium, Servatoris nostri doctrinæ

& ac nomini vim qvandam omni conatu & oppugnatione superiorem, cunctorumqve victricem hostium cœlesti auxilio largiatur. Jam vero illud ipsum, qvod omnibus per sese hominibus ad bene beateqve vivendum, partim clarissimis ipsius verbis, partim vi occultiore proponebatur, cujus non oculis divinam ejus potestatem virtutemqve subjiciat? Etenim divinæ profecto arcanæqve potestatis id fuit, ut simul atqve verbum illius, deqve summi unius tantùm Dei, qvi rebus præesset omnibus, principatu, doctrina proponeretur, continuo genus hominum in integram libertatem cum a fraudulenta dæmonum efficacitate, tum a multiplici gentium dominatu vindicaretur. Præsertim, cum sexcenti olim Reges singulis in nationibus, in urbibus autem ac regionibus imperium infiniti Reguli obtinerent; aliiqve Populi, Tyrannorum alii, alii deniq; plurium dominatu premerentur: cumq; inde omnis generis bella, ut par erat, existerent, commissis inter sese gentibus, vicinosqve populos infestis semper armis petentibus, mutuasqve vicissim clades stragesqve subeuntibus, qvod mutuis alios alii obsidionibus incursionibusqve vexarent. Ex qvo proinde fiebat, ut non ii modo, qvi civitates incolebant, sed etiam ii, qvi in agrorum ac terræ cultura versabantur, rem militarem jam inde a pueris addiscerent, gladiosqve continenter ac vulgo per vias publicas, pagos, agrosqve & rura gestarent. At vero cum sese primum Christus ostendisset, (de qvo Prophetæ olim ista cecinerant: *Orietur in diebus ipsius justitia & multitudo pacis: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non sumet gens adversus gentem gladium, nec discent amplius bellum gerere:*) oraculorum veritatem continuo rerum exitus comprobavit. Etenim multiplex ille Romanorum principatus illico sublatus est, cum Augustus sub ipsum nostri Servatoris adventum summam rerum unus accepisset. Ex eo vero tempore ad ætatem usqve nostram, civitates ut antea cum civitatibus dimicantes, populosqve cum populis commissos, hominum deniqve vitam rerum omnium perturbatione contritam nemo vidit. Qvis ergo non jure miretur, si diligenter secum ipse cogitet, qvid causæ fuerit, qvamobrem homines olim, quo tempore gentes universas dæmones tyrannide oppressas tenebant, & summo cunctis a mortalibus cultu celebrabantur, Deorum ipsorū œstro perciti, in mutua bella furioso quodam impetu ruerēt: sic, ut modo Græci cum Græcis, modo cum Ægyptiis Æ-

Pacem orbis Christi ortum consequutam esse Isa. 2. 4.

διδασκαλίᾳ τε καὶ προσηγορίᾳ παρεχούσης. καὶ τὸ αὐτόθεν δὲ πρὸς εὐζωΐαν πᾶσιν ἀνθρώποις, οὐ μόνον ἐκ τῶν προφανῶν αὐτοῦ λόγων, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀπορρήτου δυνάμεως προβεβλημένον, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο τῆς ἐνθέου δυνάμεως αὐτοῦ παραστατικόν; θείας μὲν γὰρ καὶ ἀπορρήτου δυνάμεως ἦν, τὸ ἅμα τῷ αὐτοῦ λόγῳ, καὶ σὺν τῇ περὶ μοναρχίας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ προβεβλημένῃ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ, ὁμοῦ καὶ τῆς πολυπλανοῦς καὶ δαιμονικῆς ἐνεργείας, ὁμοῦ καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν πολυαρχίας ἐλεύθερον καταστῆναι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. μυρίων γοῦν τὸ παλαιὸν καθ' ἕκαστον ἔθνος βασιλέων καὶ τοπαρχῶν ἐπικρατούντων κατὰ πόλεις καὶ χώρας, καὶ τῶν μὲν δημοκρατουμένων, τῶν δὲ τυραννουμένων, τῶν δὲ πολυαρχουμένων, πολέμων τε κατὰ τὸ εἰκὸς ἐκ τούτου παντοίων συνεστώτων, ἐθνῶν ἔθνεσι προσρηγνυμένων, καὶ συνεχῶς τοῖς πλησιοχώροις ἐπανισταμένων, δῃούντων τε καὶ δῃουμένων, ταῖς κατ' ἀλλήλων πολιορκίαις ἐπιστρατευομένων, ὥστε διὰ ταῦτα πανδημεὶ πάντας τούς τε τὰς πόλεις οἰκοῦντας, καὶ ἐν ἀγροῖς γεηπονοῦντας, ἐξ ἔτι παίδων τὰ πολεμικὰ διδάσκεσθαι, ξιφηφορεῖν τε διαπαντὸς κατά τε τὰς λεωφόρους, καὶ κατὰ κώμας, καὶ ἀγρούς. ἐπειδὴ παρῆν ὁ Χριστὸς, περὶ οὗ πάλαι διὰ τῶν προφητῶν ἀνείρητο, » Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη, καὶ πλῆθος εἰρήνης· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν· ἀκόλουθα ταῖς προρρήσεσιν ἐπηκολούθει τὰ ἔργα, πᾶσα μὲν αὐτίκα περιῄρητο πολυαρχία Ῥωμαίων, Αὐγούστου κατὰ τὸ αὐτὸ τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείᾳ μοναρχήσαντος. ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ εἰς δεῦρο οὐκ ἂν ἴδοις, ὡς τὸ πρὶν, πόλεις πόλεσι πολεμούσας, οὐδ' ἔθνος ἔθνει διαμαχόμενον, οὐδέ γε τὸν βίον ἐν πάσῃ συγχύσει κατατριβόμενον. καί τοι πῶς οὐκ ἄξιον θαυμάζειν ἐπιστήσαντας, τί δή ποτε τὸ μὲν παλαιὸν, ὅτε τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κατετυράννουν οἱ δαίμονες, καὶ πολλή τις ἦν ἀνθρώπων ἡ περὶ αὐτοὺς θεραπεία, πρὸς αὐτῶν τῶν θεῶν ἐξοιστρούμενοι ἐπὶ τοὺς κατ' ἀλλήλων ἐξεμαίνοντο πολέμους· ὡς τοτὲ μὲν Ἕλληνας αὐτοῖς Ἕλλησι, τοτὲ δὲ Αἰγυπτίους

Αἰγυπτίοις, καὶ Σύρους Σύροις, Ρωμαίους τε Ρωμαίοις πολεμεῖν, ἀνδραποδίζεσθαί τε ἀλλήλους καὶ κατατρύχειν ταῖς πολιορκίαις, ὥσπερ οὖν αἱ περὶ τούτων δηλοῦσι τῶν παλαιῶν ἱστορίαι. ἅμα δὲ τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εὐσεβεστάτῃ καὶ εἰρηνικωτάτῃ διδασκαλίᾳ, τῆς μὲν πολυθέου πλάνης ἡ καθαίρεσις ἐπετελεῖτο· τὰ δὲ τῆς τῶν ἐθνῶν διαστάσεως, παῦλαν αὐτίκα παλαιῶν κακῶν ἀπελάμβανεν· ὃ καὶ μάλιστα μέγιστον ἡγοῦμαι τεκμήριον τυγχάνειν τῆς ἐνθέου καὶ ἀπορρήτου δυνάμεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν. B Τῆς δ' ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων περιφαινομένης ὠφελείας δεῖγμα ἐναργὲς ἴδοις ἄν, ἐπιστήσας, ὡς οὐδὲ ἄλλοτέ πω ἐξ αἰῶνος, οὐδ' ὑπό τινος τῶν πάλαι διαφανῶν, ἐκ μόνων δὲ τῶν αὐτοῦ φωνῶν, καὶ τῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαδοθείσης διδασκαλίας αὐτοῦ, εὖ τὰ πάντα τῶν ἐθνῶν νόμιμα κεῖται, αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ πρὶν θηριώδη καὶ βάρβαρα. ὡς μηκέτι Πέρσας μητρογαμεῖν, τοὺς αὐτοῦ μαθητευθέντας· μηδ' ἀνθρωποβορεῖν Σκύθας διὰ τὸν καὶ μέχρις αὐτῶν ἐλθόντα τὸν Χριστοῦ C λόγον· μηδὲ ἄλλα γένη βαρβάρων ἐκθέσμως θυγατράσι καὶ ἀδελφαῖς μίγνυσθαι. μηδ' ἄρρενας ἄρρεσιν ἐπιμαίνεσθαι, καὶ τὰς παρὰ φύσιν ἡδονὰς μετιέναι· μηδὲ κυσὶ καὶ οἰωνοῖς τοὺς οἰκείους νεκροὺς προτιθέναι τοὺς πάλαι τοῦτο πράττοντας, μηδ' ἀγχόνῃ τοὺς γεγηρακότας, ὥσπερ ἦν πρότερον, ἐπιβάλλειν. μηδὲ σάρκας νεκρῶν τῶν φιλτάτων κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος θοινᾶσθαι· μηδ' ἀνθρωποθυτεῖν ὡς θεοῖς τοῖς δαίμοσι κατὰ τοὺς παλαιούς, μηδὲ τὰ φίλτατα κατασφάττειν εὐσεβείας ὑπολήψει. D ταῦτα γὰρ ἦν καὶ συγγενῆ τούτοις μυρία τὰ πάλαι τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον λυμαινόμενα. ἱστοροῦνται Μασσαγέται καὶ Δέρβικες ἀθλιωτάτους ἡγεῖσθαι τῶν οἰκείων τοὺς αὐτομάτως τελευτήσαντας. διὸ καὶ φθάσαντες κατέθυον, καὶ εἱστιῶντο τῶν φιλτάτων τοὺς προακμάσαντας. Τιβαροὶ δὲ ζῶντας κατεκρήμνιζον τοὺς ἐγγυτάτω γέροντας. Ὑρκανοὶ δὲ καὶ Κάσπιοι, οἱ μὲν οἰωνοῖς καὶ κυσὶ παρέβαλλον ζῶντας, οἱ δὲ τεθνεῶτας. Σκύθαι δὲ συγκατώρυττον ζῶντας, καὶ ἐπέσφαττον ταῖς πυραῖς οὓς ἠγάπων οἱ τε-

Agyptii, Syri cum Syris, cum Romanis deniq; Romani ipsi bella susciperent aliiq; vicissim alios vel in servitutē abducerēt, vel obsidionibus conficerent, qvemadmodum veteres illorum temporum historiis consignatū ac testatū reliqvere. Ut primùm autē religiosissima pacisq; amātissima Servatoris nostri doctrina increbuit, non ille tantū error, qvi Deorum multitudinem invehebat, fundit⁹ tolleretur; verùm etiā importatæ dudū per ista populorū dissidia calamitates subitò cōqviescerent? Eqvidem id vel maximū arbitror divinæ arcanæq; Servatoris nostri potestatis argumentū. Illi⁹ autem utilitatis, qvę palam doctrinæ hujus prædicationem cōsequuta est, cuivis rem secū attentè reputanti clarum hoc in primis & illustre specimen intueri liceat; qvòd nec aliàs unqvam ex omni hominum memoria, nec ab eorū ullo, qvi fama qvondā nominis & existimatione floruerunt: sed tantū ex qvo ipsi⁹ doctrinæ per universum orbem diffusæ verbis & concionibus hominū aures afflari cœpere, continuò factū sit, ut qvi ferini prius ac barbari nationum omniū mores fuerāt, iidem lenioribus & humanioribus institutis mansvescerent. Itaq; nec Persæ, qvi semel ejus disciplinæ nomen dederunt, nuptias ampliùs cum matribus ineunt: nec Scythæ, qvòd in eorū qvoq; regionem Christi sermo penetrarit, humana jam carne pascuntur; nec alia barbarorū genera incesto filiarum ac sororū cōcubitu polluūtur: nec ad mares furioso libidinis æstu mares ipsi rapiūtur, nec cæteras, qvę naturæ leges violant, corporis voluptates perseqvūtur, nec canib⁹ atq; volucrib⁹ necessariorū ac propinqvorū suorū cadavera, qvibus id qvondā in more fuerat, objiciūt: nec senio jam cōfectis, ut antea, laqveos injiciūt, nec sibi amicissimorum carne post obitū antiqvo ritu saginantur: nec majorū instituto dæmonib⁹ tanqvā diis homines immolant, nec sibi carissimos jugulāt falsa pietatis opinione delusi. Hæc nimirum illa sunt, aliaq; id genus propemodum infinita, qvibus infesta qvondā hominum vita habebatur. Ac Massagetæ qvidē atq; Derbices, ut historiarum fide proditum est, propinqvorū suorum lōgè miserrimos eos putabāt, qvi naturali fato supremū vitæ diem obiissent, cuj⁹ ante propterea necessitatem occupantes, qvos vehementi⁹ diligerent, eos ætate jam effœtos nō imolabant modò, sed iis etiam qvasi lautissimis epulis utebātur. At verò Tibareni, senes maxima secū affinitate conjunctos præcipites agere: Hyrcani vivos eosdē ac spirantes, Caspii jam morte functos avibus canibusq; qve mortui summopere adamassent, ipsorū objicere: Scythæ vivos unà defodere, qvos-

Gentium feritatem Christi doctrina sublatam esse.

ad rogos jugulare, Bactrii deniq; seniores adhuc superstites canibus itidem laniandos projicere consveverant. Hæc, inqvā, omnia superioribus illis temporibus grassabantur, nunc autem fieri omnino desiere, im̃ani ac belluina tot malorum peste salutaris unius evangelicæ legis viribꝰ profligatá. Jā verò, qvod neq; expertia vitæ, surdaq; simulacra, neq; conscelerati dæmones suarum in iis præstigiarum vim exerentes, neq; partes mundi hujus aspectabilis, neq; hominū pridem extinctorum manes, neq; animantium ratione carentium teterrimæ ac nocentissimæ Deorum ampliꝰ in numero habeantur: sed istorum omnium loco, per unam hanc B evangelicā Servatoris nostri doctrinā effectū sit, ut ex Græcis pariter ac Barbaris qvotqvot ejus verbū syncero animo, nō simulatione qvadā & inani ostentatione suscipiunt, eum supremæ philosophiæ gradū attingāt, ut unum eundemq; summum Deum, nullis hujus aut universitatis aut ævi finibꝰ comprehensum, præpotentem cœli terrarumq; Regem ac Dominum, Solis, astrorum, totiusq; mundi procreatorem venerentur, celebrent, Deumq; fateantur: ita porrò vitam qvasi ad amussim exigere cōformareq; studeant, ut ipsum etiā oculorum sensum disci- C plinæ legibus contineant, nihilq; non temperatum ex aspectu cū cupiditate cōjuncto in animū subire patiantur, ac vel ipsa ex cogitatione radicitꝰ genꝰ omne fœdæ perturbationis exscindant: hæc omnia qvis plurimùm cunctis hominibus ad benè beateqve vivendum momenti afferre nō videat? præterea, quod nullo planè jurejurādo opus habeant, (tantùm abest ut perjurio locus esse possit) eo qvod nunqvam omnino jurandū esse, at rejecto mendacio verum constanter & ubiq; retinēdum ex illo didicerunt, adeò ut, ita, vel non, in omnem partē satis esse putent, qvippe qvi vel ipsam animi inductionē D omni sacramento firmiorem atq; certiorem exhibeant. Similiter, qvod ne in levissimis qvidem voculis, ac mutuis qvotidianisqve congressionibus sese negligentiùs habere velint, sed in iis etiam accuratè, qvicqvid loqvuntur, expendant, ne qvod ipsis verbum aut vanum, aut contumeliosum, aut turpe, minusve compositum excidat; idq; propter unum hoc ejusdē monitum: *De omni verbo otioso reddetis rationē in die judicii*; totū, inqvā, illud cujus obsecro vitæ est, qvamq; sublime philosophiæ genus profitentis? Ad hęc, qvod infinita virorum, mulierū ac puerorum, servorum pariter atqve liberorum, ignobilium & nobilium, nec non Barbarorū simul atqve Græcorum, omnibus in locis, oppidis, regionibus, & qvotqvot Soli sub-

Veri Dei cognitionem religionis Christianæ fructū esse.

Matth. 12, 36.

Præcepta Christianæ religionis eximia.

A θνεῶτες μάλιστα. καὶ Βάκτριοι δὲ τοῖς κυσὶ παρέβαλλον ζῶντας τοὺς γέροντας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πάλαι ἦν πρότερον, νυνὶ δὲ οὐκ ἔθ' ὁμοίως ἐστὶν, ἑνὸς τοῦ σωτηρίου νόμου τῆς Εὐαγγελικῆς δυνάμεως τὴν θηριώδη καὶ ἀπάνθρωπον τούτων ὅλων καταλύσαντος νόσον. τὸ δὲ μηκέτι θεοὺς ἡγεῖσθαι ἤτοι τὰ νεκρὰ καὶ κωφὰ ξόανα, ἢ τοὺς ἐν τούτοις ἐνεργοῦντας πονηροὺς δαίμονας, ἢ τὰ μέρη τοῦ φαινομένου κόσμου, ἢ τὰς τῶν πάλαι κατοιχομένων θνητῶν ψυχὰς, ἢ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ βλαπτικώτερα· ἀντὶ δὲ τούτων ἁ- B πάντων διὰ μιᾶς τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους, τοὺς γνησίως ἀλλ' οὐκ ἐπιπλάστως αὐτοῦ τῷ λόγῳ προσανέχοντας, εἰς τοσοῦτον ἄκρας φιλοσοφίας ἐλθεῖν, ὡς μόνον τὸν ἀνωτάτω Θεὸν, αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων, τὸν παμβασιλέα καὶ κύριον οὐρανοῦ καὶ γῆς, ἡλίου τε καὶ ἄστρων, καὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸν σέβειν, καὶ ὑμνεῖν, καὶ θεολογεῖν· βιοῦν τε ἀκριβῶς οὕτω μανθά- C νειν, ὡς μέχρι καὶ τοῦ ἐμβλέπειν τοῖς ὀφθαλμοῖς παιδαγωγεῖσθαι, καὶ μηδὲν ἀκόλαστον ἐκ τοῦ μετ' ἐπιθυμίας ὁρᾶν, ἐννοεῖν· πρόρριζον δ' ἐξ αὐτῆς διανοίας πᾶν αἰσχρὸν ὑποτέμνεσθαι πάθος· ταῦτα πάντα πῶς οὐκ ἄν τις πᾶσι συμβάλλοιτο πρὸς εὐζωΐαν; καὶ τὸ μηδὲν εὐορκίας δεῖσθαι, πολλοῦ γε δεῖ ἐπορκεῖν, διὰ τὸ πρὸς αὐτοῦ μανθάνειν, μηδὲ ὀμνύναι ὅλως, ἐν πᾶσι δὲ ἀψευδεῖν καὶ ἀληθεύειν, ὡς ἀρκεῖσθαι τῷ ναί, καὶ τῷ οὔ, παντὸς ὅρκου τὴν προαίρεσιν βεβαιοτέραν παρασκευάζοντας· τὸ δὲ μηδ' ἐν ψιλοῖς D ῥηματίοις καὶ ταῖς κοιναῖς ὁμιλίαις ἀδιαφορεῖν, ἀκριβολογεῖσθαι δὲ καὶ μέχρι τούτων, ὡς μήτε ψεῦδος, μήτε λοιδορίαν, μήτε τι αἰσχρὸν καὶ ἄσχημον ῥῆμα προΐεσθαι τῇ φωνῇ, διὰ τὴν αὐτοῦ πάλιν παρακέλευσιν, δι' ἧς ἔφησε, » περὶ παντὸς ἀργοῦ ῥήματος δώσετε λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως· » ὁποίας ὑπερβολῆς φιλοσόφου ζωῆς » ἔχεται; τὸ δὲ καὶ συλλήβδην ἀθρόως μυριάδας ὅλας ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ παίδων, οἰκετῶν τε καὶ ἐλευθέρων, ἀδόξων τε καὶ ἐνδόξων, καὶ προσέτι βαρβάρων ὁμοῦ καὶ Ἑλλήνων, κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ χώραν, καὶ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἥλιον

ἔθνεσιν ἐπὶ διδασκαλίᾳ τῶν τοιούτων μαθημάτων, οἵων ἀρτίως μεμαθήκαμεν, φοιτᾶν καὶ τὰς ἀκοὰς λόγοις παρέχειν, ἀναπείθουσιν οὐ μόνον ἀκολάστων ἐπιχειρημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν αἰσχρῶν ἐνθυμημάτων, γαστρός τε καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα κρατεῖν· τό τε πᾶν γένος παιδείαν παιδεύεσθαι ἔνθεον καὶ εὐσεβῆ, φέρειν τε μανθάνειν γενναίως καὶ βαθεῖ φρονήματι τὰς τῶν ἐπανισταμένων ὕβρεις, καὶ μὴ τοῖς ἴσοις τοὺς φαύλους ἀμύνεσθαι· θυμοῦ δὲ καὶ ὀργῆς, καὶ πάσης ἐμμανοῦς ὀρέξεως κρείττους γίνεσθαι· ναὶ μὴν καὶ τῶν ὑπαρχόντων B ἀπόροις καὶ ἐνδεέσι κοινωνεῖν, πάντα τε ἄνθρωπον ὁμογενῆ δεξιοῦσθαι, καὶ τὸν νενομισμένον ξένον, ὡς ἂν νόμῳ φύσεως οἰκειότατον καὶ ἀδελφὸν γνωρίζειν. Ταῦτα δὴ ἀθρόως ταῦτά τις συναγαγὼν, πῶς οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τὰ μέγιστα καὶ ἀληθῶς ἀγαθὰ πάντας ἀνθρώπους εὐαγγελίσασθαι τὸν ἡμέτερον λόγον, τό τε αὐτόθεν ὑπάρχον πρὸς εὐζωΐαν τῷ τῶν ἀνθρώπων παρεσχηκέναι βίῳ; Ὁποῖον δέ σοι εἶναι δοκεῖ, τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων, οὐ μόνον Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνημερωτάτων βαρβάρων, C καὶ τῶν ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς τῆς γῆς οἰκούντων, τῆς μὲν ἀλόγου θηριώδειας ἀναχεῖν, δόξας δὲ φιλοσόφους ἀναλαβεῖν παρασκευάσαι; οἷον, φέρε εἰπεῖν τὰς περὶ ἀθανασίας ψυχῆς, καὶ ζωῆς τῆς παρὰ Θεῷ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν τοῖς θεοφιλέσιν ἀποκειμένης, δι' ἣν τοῦ προσκαίρου τούτου ζῆν καταφρονεῖν ἐμελέτησαν· ὥστε ἀποδεῖξαι παῖδας τούς πώ ποτε ἐπὶ φιλοσοφίᾳ διαβοήτους, καὶ παίγνιον τὸν θρυλλούμενον ἐκεῖνον θάνατον, ἀνὰ στόμα φιλοσόφων πάντων ᾀδόμενον· θηλειῶν παρ' ἡμῖν καὶ κομιδῇ παίδων, βαρβάρων τε ἀνδρῶν καὶ εὐτελῶν τῷ δοκεῖν, τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δυνάμει τε καὶ συνεργείᾳ, τὸν περὶ ψυχῆς ἀθανασίας λόγον ἔργοις πρότερον ἢ ῥήμασιν ἐπαληθεύοντα δειξάντων. Οἷον δὲ, καὶ τὸ καθόλου πάντας ἀνθρώπους τοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἐκ τῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθημάτων περὶ Θεοῦ προνοίας ὡς ἐφορώσης τὰ σύμπαντα, ὑγιῶς καὶ ἐῤῥωμένως φρονεῖν παιδεύεσθαι. καὶ τὸ

Ajectæ sunt nationibus, ad subeundam eorum præceptorum, qvibus nuper informati sumus, disciplinam, denso agmine multitudo confluat, ejusmodiq; sermonibus aures præbeat, qvibus ad coërcendam non actionum modo petulantiam, verum etiam earum, qvæ in sola mente versantur, cogitationum turpitudinem, omnesq; tũ ventris, tum qvæ sub ventre sedem habent voluptates domandas excitetur: qvodq; nullum non genus hominum divinæ doctrinæ præceptionibus imbuatur, ut lacessentium inimicorũ injurias excelso exaggeratoq; animo ferre, non mutuis ac similibus improbos homines ulcisci velit: ut iracundiæ vim, ut impotentē ac furiosum cupiditatis omnis impetum regere ac frænare conetur, adeoq; ut opes fortunasq; suas cum inopibus egentibusq; communicet: ut qvemlibet hominem cōmunis humanitatis nomine complectatur, qvemq; vulgo tanqvam peregrinum habent, eum qvasi naturæ lege conjunctissimum ac veluti fratrem agnoscat. Hæc qui simul universa congerat, fieri ne poterit, qvin idem prædicatam a nobis doctrinam eam esse fateatur, qvæ sum̃a veraq; bona cunctis hominibus feliciter nũciarit, qvodq; præcipuum & qvasi caput ad bene beateq; vivendum per sese erat, hominum vitæ contulerit? Illud porrō qvod seqvitur, cujusmodi tandem esse putas, qvod nimirum eadem genus hominum universum non Græcorum modo, sed ferocissimorum etiam barbarorum, & eorum, qvi in extremis terræ finibus degebant, a vecordi ferinoq; ritu abduxerit, atq; ad sententias Philosophis plane dignas traduxerit? Cujusmodi sunt eæ, qvas de animi im̃ortalitate vitaq; illa, qvæ postqvam migratũ hinc fuerit Deo caros homines apud ipsum qvasi recondita manet, imbiberunt: cujus amore capti tantum in brevis hujus fluxæq; vitæ contemptu meditationis ac studii posuere, ut vere pueros, qvotqvot olim maximam ex philosophia laudem sibi famamq; pepererāt, illamq; jactatam perdiu mortem ac Philosophorum omnium ore decantatam, nihil nisi puerilem qvandam lusionem fuisse ostenderint; cum ipsæ qvoq; apud nos puellæ teneriq; pusiones, adeoq; barbari homines, iidemq;, si oculis æstimarentur, viles & abjecti, Servatoris nostri viribus auxilioqve freti, hujus de animorum immortalitate doctrinæ veritatem re ipsa potius qvam oratione comprobarint. Cujusmodi etiam illud est, qvod universi passim homines, ubi ubi gentium ipsi degant, ex ejusdem Servatoris nostri disciplinæ præceptis sanum & constantem divinæ providentiæ hanc rerum universitatem moderantis sensum hauriant,

pag. 10.

Immortalitas animorum religionis Christianæ dogma.

quodque nemo non ea, quæ de tribunali judicioqve divino prædicantur, mente percipiat, eoque plurimum instituendæ vitæ cautionis adhibeat, & ab omni sceleris improbitatisque genere singulari studio ac provisione declinet.

V.

NON SINE PRUDENTI MAturoqve judicio, nos à superstitioso majorum nostrorum errore discessisse.

At vero præcipui maximique beneficii, qvod a salutari prædicatione profectū est, ita facile summam intelligas, si superstitiosum illum errorem veteris idololatriæ tecum ipse repertes, qva gen⁹ humanum universum propter vim ac violentiam dæmonum antea pessundabatur: ex qva tamen illa sic tanqvam ex teterrima caligine Græcos simul ac Barbaros divino numine liberatos, ad spiritalem eandemq; clarissimam veræ erga Deum præpotentem rerum omnium Regem pietatis lucem vindicavit. Sed enim, qvid attinet hoc loco pluribus id conari, ut non inconsideratæ cuidam ac temerariæ fidei, sed consilii utilitatisq; plenis rationibus, quæq; veræ pietatis formam & institutum complectantur, nos ipsos addixisse ostendamus? Eqvidem, cum universo hoc opere id agatur unum, qvi vim ac momenta rationum capere & assequi possunt, eos ut in pervidendam argumētorum sanitatem incumbant, ut qvas accipiunt dogmatum nostrorum demonstrationes attentius ac subtilius examinent, uti deniq; ad suscipiendam, qvicunq; rationem ex nobis qværat, illius, qvæ Religione nostra continetur, spei defensionem, promptos sese ac paratos exhibeant, etiam atq; etiam adhortamur. Nunc vero, qvoniam omnium ea facultas & solertia non est, cum ejusmodi sit tamq; amans hominum verbi divini svavitas, ut neminem omnino repudiet, sed potius cuilibet sanando congruam & convenientem medicinam adhibeat: adeoq; imperitos & idiotas ad leviorem curationis rationem invitet; jure sane ac merito qui ex rudioribus initiantur, mulieres videlicet ac pueros, vulgariumq; ac plebeiorum hominum multitudinem ad Christianæ vitæ pietatem qvasi manu adducentes, integram sanamq; fidem principio sic tanquam medicamentum aliquod adhibemus, eorumq; mentibus de divina providentia, de animorum imortalitate, deq; vita ad virtutis normam exigenda

Idololatria per Christianam religionem profligata.

Credere quanti sit momenti, accurata inductione probat.

πᾶσαν ψυχὴν μανθάνειν τὸν περὶ δικαιωτηρίων καὶ κρίσεως θεοῦ λόγον, καὶ τὸ πεφροντισμένως ζῆν, καὶ φυλακτικῶς ἔχειν τῶν τῆς κακίας ἐπιτηδευμάτων.

ε.

ΟΤΙ ΜΗ ΑΝΕΥ ΣΩΦΡΟΝΟΣ ΛΟγισμοῦ, τῆς πατρίου δεισιδαίμονος πλάνης ἀνεχωρήσαμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δὲ τῆς πρώτης καὶ μεγίστης εὐεργεσίας τοῦ σωτηρίου λόγου γνοίης ἄν, εἰ ἐν νῷ λάβοις τὴν δεισιδαίμονα πλάνην τῆς παλαιᾶς εἰδωλολατρείας, ᾗ τὸ σύμπαν ἀνθρώπων γένος δαιμόνων ἀνάγκαις πάλαι πρότερον κατετρύχετο. ἧς ὥσπερ ἀπὸ σκοτίας ζοφερωτάτης Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους δυνάμει θείᾳ μεταστησάμενος, ἐπὶ νοερὰν καὶ φωτεινοτάτην ἡμέραν τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τοὺς πάντας μετηγάγετο. καὶ τί χρὴ μηκύνειν, ἀποδεικνύναι πειρωμένους ὅτι μὴ ἀλόγῳ πίστει ἑαυτοὺς ἀνεθήκαμεν, σώφροσι δὲ καὶ ὠφελίμοις λόγοις τὸν τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τρόπον περιέχουσι; τῆς παρούσης ὑποθέσεως αὐτὸ δὴ τοῦτο καθόλου πραγματευομένης, τοὺς μὲν ἐπιτηδείως ἔχοντας ἕπεσθαι λόγων ἀποδείξεσι, προτρεπομένων καὶ παρακαλοῦμεν λόγων φρονήσεως ἐπιμελεῖσθαι, καὶ λογικώτερον τῶν δογμάτων τὰς ἀποδείξεις παραλαμβάνειν, ἑτοίμους τε εἶναι πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ ἐπερωτῶντι ἡμᾶς τὸν λόγον τῆς καθ' ἡμᾶς ἐλπίδος. ἐπεὶ δὲ μὴ πάντες τοιοῦτοι, φιλανθρώπου τυγχάνοντες τοῦ λόγου, καὶ μηδένα μηδαμῶς ἀποτρεπομένου, πάντα δὲ ἄνθρωπον τοῖς καταλλήλοις ἰωμένου φαρμάκοις, καὶ τὸν ἀμαθῆ καὶ ἰδιώτην ἐπὶ τὴν πρᾳοτέραν θεραπείαν παρακαλοῦντες. εἰκότως ἐν εἰσαγωγῇ τοὺς ἀρχομένους τῶν ἰδιωτικωτέρων, γυναῖκας καὶ παῖδας, καὶ τὸ τῶν ἀγελαίων πλῆθος ἐπὶ τὸν εὐσεβῆ βίον χειραγωγοῦντες, ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ, τὴν ὑγιῆ πίστιν παραλαμβάνομεν, ὀρθὰς δόξας περὶ θεοῦ προνοίας, καὶ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας, καὶ περὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου

ἐντιθέντες αὐτοῖς. ἢ οὐχ οὕτως καὶ τοὺς τὰ σωμάτων τῶν καμνόντων ἰωμένους ἐπιστημόνως ὁρῶμεν, αὐτοὺς μὲν διὰ πλείστης ἀσκήσεως καὶ παιδείας τοὺς κατὰ ἰατρικὴν λόγους ἀνειληφότας, καὶ πάντα λογικῶς χειρουργοῦντας· τοὺς γε μὴν ἐπὶ θεραπείᾳ προσιόντας αὐτοῖς, πίστει ἑαυτοὺς καὶ τῇ τῶν χρηστοτέρων ἐλπίδι παρέχοντας· καὶ τῶν μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην θεωρημάτων μηδὲν ἀκριβῶς ἐπαΐοντας, μόνης δὲ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος τε καὶ πίστεως ἐξηρτημένους; καὶ ὁ μὲν τῶν ἰατρῶν ἄριστος εἰς μέσον παρελθών, ἅτε χρὴ προφυλάττεσθαι, καὶ ἃ προσήκει δρᾶν, ὥσπερ τις ἄρχων καὶ κύριος μετ' ἐπιστήμης προστάττει· ὁ δ' ὡς βασιλεῖ καὶ νομοθέτῃ πείθεται, πιστεύων συνοίσειν αὐτῷ τὸ προστεταγμένον. οὕτω καὶ μαθηταὶ παρὰ διδασκάλων λόγους παιδείας ἀποδέχονται, πιστεύσαντες ἀγαθὸν αὐτοῖς ἔσεσθαι τὸ μάθημα. ναὶ μὴν καὶ φιλοσοφίας οὐ πρότερόν τις ἐφάψαιτ' ἄν, ἢ πιστεύσας συνοίσειν αὐτῷ τὸ ἐπάγγελμα. καὶ ὁ μέν τις αὐτόθεν εἵλετο τὰ Ἐπικούρου· ὁ δὲ τὸν Κυνικὸν ζηλοῖ βίον. ἄλλος κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφεῖ, κατ' Ἀριστοτέλην ἕτερος, καὶ πάλιν ἄλλος πάντων τὰ Στωϊκὰ προετίμησεν, ἑκάστου χρηστοτέρᾳ ἐλπίδι τε καὶ πίστει τὴν δόξαν ὡς συνοῖσον ἀγαπήσαντος. οὕτω καὶ τέχνας ἄνθρωποι τὰς μέσας μετῆλθον, καὶ ἄλλοι τὸν στρατιωτικόν, ἄλλοι δὲ τὸν ἐμπορικὸν βίον, πίστει πάλαι προειληφότες βιωφελέστατον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὸ ἐπιτήδευμα. καὶ γάμων δὲ αἱ πρῶται σύνοδοι, καὶ κοινωνίαι τῆς κατὰ παιδοποιίαν ἐλπίδος, ἐξ ἀγαθῆς ἐνήρξαντο πίστεως. καὶ πλεῖ τις αὖθις εἰς ἄδηλον, οὐδ' ἄλλην προβεβλημένος τῆς σωτηρίας ἄγκυραν, ἢ μόνην τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα. καὶ γεωργεῖ πάλιν ἄλλος, καὶ τὸν σπόρον εἰς γῆν ἀπορρίψας κάθηται, τῆς ὥρας τὴν τροπὴν ἐκδεχόμενος, πιστεύων τὸ φθαρὲν ἐπὶ γῆς καὶ πλημμυρείσιν ὑετῶν καλυφθέν, αὖθις ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἀναβιώσεσθαι. πορείαν δέ τις μακρὰν ἐπ' ἀλλοδαπὴν ἐκ τῆς οἰκείας στελλόμενος, πάλιν τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν πίστιν ἀγαθοὺς ὁδηγοὺς ἑαυτῷ συνεπάγεται. καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ τὸν πάντα τῶν ἀνθρώπων βίον δυοῖν τούτων ἀνηρτημένον, ἐλπίδος τε καὶ πίστεως καταλαμβανόμεθα;

A cogitationes inserimus. Qvid autem? an non eos etiam videmus, qvi curandis corporum ægrotationibus operã scienter navant, qvæcunq; ad exqvisitam Medicinæ artis cognitionem pertinent longo usu multaq; doctrina perdiscere, omniaq; ratione tractare: qvi vero ad eosdem curandæ gratia valetudinis accesserint, illos fidei cuidam exitusq; lætioris expectationi sese ita permittere, ut cũ ex istius scientiæ præceptis intelligere nihil accurate perfecteq; possint, non nisi ex utraq; suspensas habeant incolumitatis suæ rationes? Ac peritissimus qvidem Medicus in medium prodiens, qvid aut cavere aut facere oporteat, sic tanqvam Princeps ac Dominus B aliqvis scienter præcipit: ægrotus autem ipsi perinde ac Regi & Legislatori obseqvitur, qvod sibi quicquid præceptum ab eo fuerit: utile qvoq; futurum putet. Ita discipuli cujusvis doctrinæ præcepta a Magistris excipiunt, qvod ab illis didicerint, id sibi expedire rati. Imo vero ne ipsius qvidem Philosophiæ partem ullam qvisqvam attingeret, nisi ejus professionem usui ante sibi fore crederet. Atq; ita factum videmus, ut alius Epicuri sectam eligeret, alius Cynicum vivendi C genus æmularetur, ad Platonis, ad Aristotelis alius sese disciplinam adjungeret, alius deniq; Stoicorum dogmata cæteris omnibus anteferret: sic ut singuli quicquid probarent, id fide qvadam speq; meliori tanqvam sibi profuturum amarent atq; retinerent. Sic artes eas, qvæ mediæ nominantur, homines persequuti sunt; & alii qvidem rei militari se dedere; mercaturam alii factitare maluerunt, ea nimirum fide ac persvasione multo ante adducti, qvod ejusmodi vitæ ratio plurimum sibi ad eam tuendam opis esset ac commoditatis allatura. Nuptiarum etiã primæ illæ congressiones, ejusq; spei quæ sobolis propagationem intuetur conjunctiones mutuæ, ex syncera quadam egregiaq; D fide initium habuerunt. Præterea navigationem qvis adornat ancipiti exitu, qvi non alia prius salutem suam qvam fidei lætæq; spei anchora fundaverit. Alius item agriculturam exercet, jactoq; in terram semine domi sedet, tempestatis conversionem expectans, futurumqve sibi persvadens, ut semen illud jam in terræ gremio corruptum, ac pluviarum inundationibus obrutum, denuo tanqvam ex ipsa morte reviviscat. Alius porro longum ex patria in exteram aliqvam regionem iter instituens, spem similiter atqve fidem sibi adjungit, faustas utiqve sibi viæ duces futuras. Qvid aliud deniq; manibus oculisq; tenemus, qvam vitam hominum universam ex duabus hisce rebus spe nimirum fideq; suspensam teneri?

Qvid ergo causæ est, qvamobrem adeo mireris, qvibus non vacat omnia sigillatim ac subtilius addiscere, illis divina hæc, qvibusqve tantum animus informatur, præcepta fidei manu tradi; aliis vero licere præterea ipsas qvoq; vestigare rationes, & eorum, qvę asseruntur docenturq; demonstrationes indagare? Sed enim pauca hæc quasi prolusionis causa nec sine utilitate præfari, ad primum accusationis caput aliqvando redeamus, & qvinam simus, qvasve sequuti antea vitæ rationes, iis, qvi utrumq; ex nobis qværere solent, respondeamus. Nos igitur & genere Græcos esse, & Græcorum olim sententias moresq; complexos fuisse, nunc autem B ex universis nationibus, tanqvam novissime conscripti exercitus selectos eximiosq; milites congregatos a patria superstitione defecisse, ne ipsi qvidem negaverimus. Præterea nobis, cum Judæorum literas approbemus, maximamq; doctrinæ nostræ partem ex eorum prophetiis colligamus, non idem tamē amplius, qvo circumcisionis defensores utūtur, vitæ genus placere, id vero sponte quoqve ultroqve fateamur. Nunc ergo tempus est istorum omnium reddendi rationem. Qvonam autem alio consequi modo poterimus, ut ritus patrios jure ac merito deseruisse videamur, qvam si illos ipsos C in medium producamus, & eorum, qui hos in libros inciderint, ob oculos ponamus? Sic enim Evangelicæ quoque Demonstrationis vis illa divina clarius elucescet, si oculis omnes usurpare potuerint, quorum tandem & cujusmodi malorum ea medicinam feliciter annunciet. Quo pacto præterea nos magna cum ratione Judæorum literas persequutos esse constabit, nisi earum etiam vim atq; auctoritatem ostendamus? Jam vero præclarum simul fuerit, qvam ob causam qui ipsorum monumenta complectamur, similem tamen vitæ consvetudinem D repudiemus, ostendere. Ad extremum quæ nostra sit Evangelicæ doctrinæ ratio, quis item proprie Christianismus nominetur, qvippe, qui neq; Græcorum sit, neqve Judæorum institutum, sed recens quædam veraque Dei sapientia, qvæ vel ipso nomine professionis suæ novitatem præ se ferat. Age itaqve, vetustissimas adeoqve illas ipsas, qvas a Majoribus accepimus de Deorum natura sententias, quæque in omnibus passim urbibus etiamnum jactari solent; unaqve pergraves illas egregiorum Philosophorum, de Mundi ac Deorum ipsorum origine, disputationes ante omnia contemplemur: sic enim intelligemus, jurene an secus ab iisdem recesserimus.

A τί δὴ θαυμάζεις, εἰ καὶ τὰ κρείττονα κατὰ τὴν ψυχήν, τοῖς μὲν διὰ πίστεως παραδίδοται, οἷς οὐ σχολὴ λογικώτερον τὰ κατὰ μέρος παιδεύεσθαι, τοῖς δὲ καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς πάρεστι μετιέναι, καὶ τὰς ἀποδείξεις τῶν πρεσβευομένων μανθάνειν; Ἀλλὰ γὰρ ἐν ὀλίγῳ τούτων ἡμῖν οὐκ εἰς ἄχρηστον προγεγυμνασμένων, ἀνίωμεν ἐπὶ τὴν πρώτην κατηγορίαν. καὶ τίνες ὄντες, καὶ πόθεν ὁρμώμενοι, τοῖς διερωτήσασιν ἀποκρινώμεθα. Ὅτι μὲν οὖν τὸ γένος Ἕλληνες ὄντες, καὶ τὰ Ἑλλήνων φρονοῦντες, ἐκ παντοίων τε ἐθνῶν, B ὡς ἂν νεολέκτου στρατιᾶς λογάδες συνειλεγμένοι, τῆς πατρίου δεισιδαιμονίας ἀποστάται καθεστήκαμεν, οὐδ᾽ ἂν αὐτοί ποτε ἀρνηθείημεν· ἀλλὰ καὶ ὅτι ταῖς Ἰουδαϊκαῖς βίβλοις προσανέχοντες, κἀκ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς προφητειῶν τὰ πλεῖστα τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς λόγου συνάγοντες, οὐκ ἔθ᾽ ὁμοίως ζῆν τοῖς ἐκ περιτομῆς προσφιλὲς ἡγούμεθα, καὶ τοῦτ᾽ αὖ αὐτόθεν ὁμολογήσαιμεν. ὥρα τοιγαροῦν τούτων τὸν ἀπολογισμὸν ὑποσχεῖν. πῶς οὖν ἂν ἄλλως δόξαιμεν εὖ πεποιηκέναι τὰ C πάτρια καταλείψαντες, ἢ πρῶτον εἰς μέσον αὐτὰ παραθέμενοι, καὶ ἀγαγόντες ὑπ᾽ ὄψιν τῶν ἐντευξομένων; οὕτω γὰρ ἂν γένοιτο φανερὰ καὶ τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως ἡ θεία δύναμις, εἰ τοῖς πᾶσι πρὸ ὀφθαλμῶν τεθείη, τίνων καὶ ὁποίων κακῶν τὴν ἴασιν εὐαγγελίζεται. πῶς δ᾽ ἂν τὸ εὔλογον τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν γραμμάτων μεταδιώξεως φανείη, μὴ οὐχὶ καὶ τῆς τούτων ἀρετῆς ἀποδειχθείσης; τίνι τε λόγῳ τὰς παρ᾽ αὐτοῖς γραφὰς ἀσπαζόμενοι, τὸν ὅμοιον τοῦ βίου D τρόπον ἀποκλίνομεν, καλῶς ἂν ἔχοι διελθεῖν· καὶ ἐπὶ πᾶσι, τίς ὁ καθ᾽ ἡμᾶς τῆς Εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως λόγος, καὶ τίς ἂν κυρίως λεχθείη ὁ Χριστιανισμός, οὔθ᾽ Ἑλληνισμὸς ὤν, οὔτε Ἰουδαϊσμός, ἀλλά τις καινὴ καὶ ἀληθὴς θεοσοφία, ἐξ αὐτῆς τῆς προσηγορίας τὴν καινοτομίαν ἐπαγγελομένη. Φέρε οὖν δή, πρῶτον ἁπάντων τὰς παλαιοτάτας καὶ δὴ καὶ τὰς πατρίους ἡμῶν αὐτῶν θεολογίας, κατὰ πᾶσαν πόλιν εἰσέτι καὶ νῦν τεθρυλλημένας ἐπιθεωρήσωμεν, τάς τε σεμνὰς τῶν γενναίων φιλοσόφων περί τε κόσμου συστάσεως καὶ περὶ θεῶν διαλήψεις· ἵνα γνῶμεν εἴτε καὶ ὀρθῶς ἀπέστημεν αὐτῶν, εἴτε καὶ μή.

θήσω δὲ οὐκ ἐμὰς φωνὰς ἐν τῇ τῶν δηλουμένων ἐκφάνσει, ἀλλ᾽ αὐτῶν δὴ τῶν μάλιστα τὴν περὶ οὓς φασι θεοὺς εὐσέβειαν περισπούδαστον πεποιηκότων, ὡς ἂν ὁ λόγος ἁπάσης ἐκτὸς τῆς περὶ τὸ πλάττεσθαι ἡμᾶς ὑπονοίας καταστάιη.

A Verbis autem, in iis qvæ abs me prodentur atq; vulgabuntur, non meis utar, sed illorum, qvi qvos ipsi Deos vocant, eorum cultum singulari ac præcipua contentione studioq; defenderunt, ut ab omni fingendi calumniandiq; suspicione nostra hæc disputatio vindicetur.

ς'.

ΠΕΡΙ ΦΟΙΝΙΚΩΝ ΚΑΙ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ θεολογίας πρώτης.

ΦΟΙΝΙΚΑΣ τοιγαροῦν καὶ Αἰγυπτίους πρώτους ἁπάντων κατέχει λόγος, ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας θεοὺς ἀποφῆναι, μόνους τε εἶναι τῆς τῶν ὅλων γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς αἰτίους· ἔπειτα δὲ τὰς παρὰ τοῖς πᾶσι βοωμένας θεοποιΐας τε καὶ θεογονίας εἰσηγήσασθαι τῷ βίῳ. πρὸ δέ γε τούτων μηδένα μηδὲν πλέον τῶν κατ᾽ οὐρανὸν φαινομένων εἰδέναι, ὀλίγων ἐκτὸς ἀνδρῶν τῶν παρ᾽ Ἑβραίοις μνημονευομένων, οἳ διανοίας καθαρωτάτοις ὄμμασι πᾶν τὸ C ὁρώμενον ὑπερκύψαντες, τὸν κοσμοποιὸν καὶ τὸν ὅλων δημιουργὸν ἐσεβάσθησαν, ὑπερθαυμάσαντες τῆς τοσαύτης αὐτὸν σοφίας τε καὶ δυνάμεως, ἣν ἐκ τῶν ἔργων ἐφαντάσθησαν, καὶ μόνον εἶναι θεὸν πεισθέντες, μόνον εἰκότως ἐθεολόγησαν, τὴν ἀληθῆ καὶ πρώτην, καὶ μόνην εὐσέβειαν παῖς παρὰ πατρὸς διαδεξάμενοι καὶ φυλάξαντες. οἵ γε μὴν λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων τῆσδε τῆς μόνης καὶ ἀληθοῦς ἀποπεσόντες εὐσεβείας, τὰ φωσφόρα τῶν οὐρανίων, σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, οἷα νήπιοι τὰς ψυχάς, κα- D ταπλαγέντες, θεούς τε ἀνεῖπον, καὶ θυσίαις καὶ προσκυνήσεσιν ἐγέραιρον· οὐ νεὼς δειμάμενοι, οὐδ᾽ ἀφιδρύμασι καὶ ξοάνοις θνητῶν εἰκόνας πλαττόμενοι· πρὸς αἰθέρα δὲ καὶ αὐτὸν οὐρανὸν ἀποβλέποντες, καὶ μέχρι τῶν τῇδε ὁρωμένων ταῖς ψυχαῖς ἐφικνούμενοι. ἀλλ᾽ οὐ τῇδε ἄρα καὶ τοῖς μετέπειτα ἀνθρώποις τὰ τῆς πολυθέου πλάνης ἑλίσσετο, ἐλαύνοντα δὲ εἰς βυθὸν κακῶν, μείζονα τῆς ἀθεότητος τὴν δυσσέβειαν ἀπειργάζετο· Φοινίκων, ἔπειτα Αἰγυπτίων ἀπαρξαμένων τῆς πλάνης· παρ᾽ ὧν φασι πρῶτον Ὀρφέα τὸν Ὑάγρου

VI.

DE PRINCIPE PHOENICUM Ægyptiorumq; Theologia.

B PHOENICES qvidem & Ægyptios omnium principes Soli, Lunæ, ac Stellis divinitatem tribuisse, vulgatum est, iisq; solis rerum omnium ortus interitusq; causam assignasse; deinde vero qvæ passim & ubiqve jactantur Deorum tam molitiones qvam procreationes in hominum genus invexisse: saltem ante illos, supra res eas, qvæ in cœlo videri solent, intelligentia vel tantillum progressum esse neminem; si tamen paucos aliqvot excipias, qvorum apud Hebræos memoria celebratur, qvi totum id, qvod visu percipitur, longe purissimo mentis oculo superantes, ipsum mundi Effectorem, ac rerum omnium Molitorem sancte pieq; coluerunt, cum tantam illius sapientiam atq; potestatem, qvam utcunq; sibi ex operibus ipsis animo & cogitatione fingebant, singulari qvadam admiratione proseqverentur: cumq; unum illum Deum semel esse credidissent, eundem qvoq; Deum unum, ut par erat, ita prædicarunt, ut veram illam ac principem eandemq; solam pietatem, qvam a parentibus acceperant, studiose liberi retinerent. At reliqva hominum multitudo cum ab ejus unius veritate pietatis excidisset, ad cœli astrorum, qvæ corporeis oculis intuebatur, splendorem puerili mente obstupescens, illa Deos esse pronunciavit, iisdemqve sacrificiorum & adorationis cultum adhibuit, sic tamen, ut nec ipsis templa construeret, nec eorum statuas atq; simulacra mortalem ullam in speciem effingeret, sed aspectum in æthera cœlumq; ipsum omnino defigeret, vimq; mentis omnem rerum earum, qvæ in illo cernuntur finibus terminaret. Verum enimvero, neqvaqvam hic stetit eorum, qvi postea sequuti sunt, hominum de multitudine Deorum error, sed in altam improbitatis voraginem actus, impietatem peperit ipso qvoq; negatæ Divinitatis scelere graviorem. Atqve hujus erroris Phœnices ac paulo post Ægyptii auctores fuere. Primum enim ex iis Orpheum memorant Hyagri

filium translata secum Ægyptiorũ mysteria A cum Græcis hominibus cõmunicasse; Phœnicũ autem religiones apud eosdẽ una cum ipsarum literarum disciplina Cadmum intulisse: nec literarum eo adhuc tempore notũ Græcis usum fuisse. Nos igitur in primis, qvæ ad primam illam mundi procreationem attinent, eo plane modo spectabimus, qvo vulgati laudatiq; a nobis scriptores de illa disputarunt: tum qvæ de principe ac vetustissima generis humani superstitione prodiderunt: tertium vero locum iis, qvæ Phœnices, qvartum iis, qvæ Ægyptii docuere, tribuemus; qvinto autem, quæ Græcorum propria sunt, ita dividemus, ut primum qvidem priscum B etiam illorum pluribusq; fabulis implicatum errorem, deinde paulo graviorem magisq; adeo cum ipsamet natura conjunctam philosophandi rationem contemplemur; tum vero de egregiis ipsorum oraculis disputationem persequamur: ad extremum gravissima qvæq; præclaræ Græcorum philosophiæ momenta ponderemus. Jam ubi hæc omnia diligenter & enucleate discusserimus, ad Hebræorum nos dogmata conferemus, eorum inqvam Hebræorum, qvi primi ac vere hoc nomine censebantur, qviq; Judæorum appellationem postea nacti sunt. Qvibus omnibus nostrorum deniq; rituum C explicationem, sic tanqvam sigillum aliqvod imponemus. Cæterum ad pertexendam istorum omnium historiam necessitate quadam adducimur; ut iis, quæ in qualibet religione primaria eximiaq; videri solent, in omnium luce positis, ipsius veritatis ratio clarius deprehendi certiusq; possit, adeoq; nemo non intelligat, qui modo libros hosce legerit, cujusmodi sint cum ea, qvæ deseruimus, tum illa veritas, quam sequuti sumus. Sed enim ad primum caput aliqvando veniamus. Unde autem demonstrationum nostrarum firmamenta repetemus? non utiq; nostris ex literis, ne doctrinæ huic nostræ D servire nimium, ac prolixius indulgere videamur. Eos ergo potius ex Græcis ipsis testes producamus, qvi non modo Philosophiæ nomine gloriantur, sed etiam qvi cæterarũ gentium historias diligentius indagarunt. Ac Diodorus qvidẽ Siculus, vir apud Græcæ eruditionis principes longe notissimus, qvippe qvi unum in corpus Bibliothecam historiarũ universam compegerit, antiqvã Ægyptiorum theologiam ab ipsomet arcessens capite proseqvitur. Ex qvo prima tantum illa subjiciam, qvæ ipso statim operis initio veterum sententias commemorans de mundi ortu hunc in modum ipse disputavit.

Quem ordinem servaturus sit Eusebius.

Cap. IIII. Trap.

μεταςησάμενον τὰ παρ᾽ Αἰγυπτίοις, Ἕλλησι μεταδοῦναι μυςήρια, ὥσπερ οὖν καὶ Κάδμον τὰ Φοινικικὰ τοῖς αὐτοῖς ἀγαγεῖν μετὰ καὶ τῆς τῶν γραμμάτων μαθήσεως· οὔπω γὰρ εἰσέτι τοὺς Ἕλληνας τότε τὴν τῶν γραμμάτων χρῆσιν εἰδέναι. Πρῶτα τοίνυν σκεψόμεθα τὰ τῆς κοσμογονίας τῆς πρώτης, ὅπως οἱ δηλούμενοι διειλήφασι· ἔπειτα τὰ περὶ τῆς πρώτης καὶ παλαιοτάτης τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου δεισιδαιμονίας· καὶ τρίτον, τὰ Φοινίκων· τέταρτον, τὰ Αἰγυπτίων. μεθ᾽ ἃ πέμπτον, τὰ Ἑλλήνων διελόντες, πρότερον μὲν τὴν καὶ τούτων παλαιὰν καὶ μυθικωτέραν πλάνην ἐπιστήσομεν· εἶτα δὲ τὴν σεμνοτέραν καὶ φυσικωτέραν δὴ περὶ θεῶν φιλοσοφίαν· καὶ μετὰ ταῦτα τὸν περὶ τῶν θαυμαστῶν χρηστηρίων λόγον ἐφοδεύσομεν. ἐφ᾽ οἷς, καὶ τὰ σεμνὰ τῆς γενναίας Ἑλλήνων φιλοσοφίας ἐπισκεψόμεθα. τούτων δ᾽ ἡμῖν διευκρινηθέντων, ἐπὶ τὰ Ἑβραίων μεταβησόμεθα, τῶν δὴ πρώτων καὶ ἀληθῶς Ἑβραίων, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν Ἰουδαίων λαχόντων προσηγορίαν. ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, ὥσπερ ἐπισφράγισμα τῶν ὅλων, ἐποίσομεν τὰ ἡμέτερα. Ἀναγκαίως δὲ τῆς τούτων ἁπάντων μνημονεύσομεν ἱστορίας, ὡς ἂν διὰ τῆς τῶν ἑκασταχοῦ τεθαυμασμένων παραθέσεως ὁ τῆς ἀληθείας ἔλεγχος ἀποδειχθείη, ὁποίων τε ἡμεῖς ἀποστάντες, τὴν ὁποίαν εἱλόμεθα φανερὸν τοῖς ἐντυγχάνουσι γένοιτο. ἀλλὰ γὰρ ἐπίωμεν ἐπὶ τὸ πρῶτον. πόθεν δῆτα πιστωσόμεθα τὰς ἀποδείξεις; οὐ μὲν δὴ ἐκ τῶν παρ᾽ ἡμῖν γραμμάτων, ὡς ἂν μὴ δοκοῖμεν κεχαρισμένα πράττειν τῷ λόγῳ. μάρτυρες δὲ παρέστων ἡμῖν Ἑλλήνων αὐτῶν οἵ τε τὴν φιλοσοφίαν αὐχοῦντες, καὶ τὴν ἄλλην τῶν ἐθνῶν ἱστορίαν διηρευνηκότες. Γράφει τοίνυν ἄνωθεν τὴν παλαιὰν ὑφηγούμενος θεολογίαν Αἰγυπτίων ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, γνωριμώτατος ἀνὴρ τοῖς Ἑλλήνων λογιωτάτοις, ὡς ἂν ὑπὸ μίαν συναγηοχὼς πραγματείαν ἅπασαν τὴν ἱστορικὴν βιβλιοθήκην. ἐξ οὗ καὶ πρῶτα παραθήσομαι, ἃ περὶ τῆς τοῦ παντὸς κοσμογονίας ἀρχόμενος τοῦ λόγου διείληφε, τὰς τῶν παλαιῶν ἱστορῶν δόξας, τοῦτον τὸν τρόπον.

pag. 8.

ζ. A VII.

ΠΟΙΑ ΤΙΣ ΕΙΝΑΙ ΛΕΓΕΤΑΙ Η καθ' Ἕλληνας κοσμογονία.

» ΠΕΡΙ μὲν οὖν θεῶν τίνας ἐννοίας ἔχον
» οἱ πρῶτοι καταδείξαντες τιμᾶν τὸ
» θεῖον, καὶ περὶ τῶν μυθολογουμένων ἑ-
» κάστου τῶν ἀθανάτων, τὰ μὲν πολλὰ συν-
» τάξασθαι πειρασόμεθα, κατ' ἰδίαν, διὰ
» τὸ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην πολλοῦ λόγου B
» προσδεῖσθαι. Ὅσα δ' ἂν ταῖς προκειμέ-
» ναις ἱστορίαις ἐοικότα δόξωμεν ὑπάρχειν,
» παραθήσομεν ἐν κεφαλαίοις, ἵνα μηδὲν τῶν
» ἀκοῆς ἀξίων ἐπιζητῆται. περὶ δὲ τοῦ γένους
» τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων, καὶ τῶν πρα-
» χθέντων ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς
» οἰκουμένης, ὡς ἂν ἐνδέχηται περὶ τῶν οὕτω
» παλαιῶν, ἀκριβῶς ἀναγράψομεν, ἀπὸ τῶν
» ἀρχαιοτάτων χρόνων ἀρξάμενοι. Περὶ τῆς
» πρώτης τοίνυν γενέσεως τῶν ἀνθρώπων διτταὶ
» γεγόνασιν ἀποφάσεις παρὰ τοῖς νομιμωτάτοις C
» τῶν τε φυσιολόγων καὶ τῶν ἱστορικῶν. οἱ μὲν γὰρ
» αὐτῶν, ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον ὑποστησά-
» μενοι τὸν κόσμον, ἀπεφήναντο καὶ τὸ γένος
» τῶν ἀνθρώπων ἐξ αἰῶνος ὑπάρχειν, μη-
» δέποτε τῆς αὐτῶν τεκνώσεως ἀρχὴν ἐσχη-
» κυίας. οἱ δὲ, γεννητὸν καὶ ἄφθαρτον εἶναι νο-
» μίσαντες, ἔφησαν ὁμοίως ἐκείνοις τοὺς ἀν-
» θρώπους τυχεῖν τῆς πρώτης γενέσεως ὡρι-
» σμένοις χρόνοις. κατὰ γὰρ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν D
» ὅλων σύστασιν, μίαν ἔχειν ἰδέαν οὐρανόν τε καὶ
» γῆν, μεμιγμένης αὐτῶν τῆς φύσεως. μετὰ
» δὲ ταῦτα διαστάντων τῶν σωμάτων ἀπ'
» ἀλλήλων, τὸν μὲν κόσμον περιλαβεῖν ἅπα-
» σαν τὴν ὁρωμένην ἐν αὐτῷ σύνταξιν, τὸν
» δ' ἀέρα κινήσεως τυχεῖν συνεχοῦς. καὶ τὸ
» μὲν πυρῶδες αὐτοῦ πρὸς τοὺς μετεωροτά-
» τους τόπους συναναδραμεῖν, ἀνωφεροῦς οὔ-
» σης τῆς τοιαύτης φύσεως διὰ τὴν κουφότη-
» τα· ἀφ' ἧς αἰτίας τὸν μὲν ἥλιον καὶ τὸ λοι-
πὸν πλῆθος τῶν ἄστρων ἐναποληφθῆναι τῇ
πάσῃ δίνῃ· τὸ δὲ ἰλυῶδες καὶ θολερὸν μετὰ
τῆς τῶν ὑγρῶν συγκρίσεως ἐπὶ ταυτὸ κατα-
» στῆναι διὰ τὸ βάρος· εἰλούμενον δ' ἐν ἑ-
» αυτῷ καὶ συστρεφόμενον συνεχῶς, ἐκ μὲν
» τῶν ὑγρῶν, τὴν θάλασσαν· ἐκ δὲ τῶν στε-

γρ. ἐναπολη-φθῆναι. ἐν συγκρί-σει.

CUJUSMODI EX MENTE Græcorum mundi ortus fuisse dicatur.

DE Diis igitur, qvas & cujusmodi notio- »
nes illi animis informarint, qvi primi »
divini numinis cultum exemplo suo docue- »
re, ac de singulis eorum, qvibus immortali- »
tatem fabulæ tribuerunt, dabimus operam, »
ut qvoniam hoc argumentum ejusmodi est, »
qvod longam orationem desideret, suo qvæ- »
qve loco seorsim plurima complectamur. »
Nunc vero, qvæ cum iis, qvas præ manibus »
habemus, historiis consentanea nobis & con- »
gruentia videbuntur, summatim hic ea sub- »
jiciemus, ne qvid omnino, qvod scitu dignũ »
sit, reqviratur. Ac de universo qvidem ho- »
minum genere, omnibusq; rebus, qvæ in »
cognitis orbis terrarum partibus gestæ sunt, »
qvam in tanta vetustate fieri accuratissime »
poterit, narrationem instituemus, eamq; ab »
ultima seculorum memoria repetemus. »
Igitur de primo hominum ortu, apud æqvis- »
simos ac probatissimos rerum naturalium »
historiarumqve scriptores, sententiæ fue- »
runt omnino duæ. Qvi enim ex iis nec »
mundi ortum ullum fuisse, nec interitum »
futurum esse posuerunt, ii sempiternum »
qvoqve genus hominum esse, nec ullo »
unqvam tempore illorum procreationem »
cœpisse voluerunt. Qvi vero genera- »
tum eundem atqve occasurum putaverunt, »
ii perinde atqve ipsius, hominum etiam »
generationem certo qvodam tempore prin- »
cipium habuisse detenderunt. Qvippe cum »
hujus primum universi coagmentatio fie- »
ret, unam aliqvam cœli & terræ ex permixta »
confusaq; amborum natura formam exti- »
tisse; deinde vero simul atqve corporum »
distinctio successisset, continuo mundum »
qvidem, totum hunc, qvem videmus, par- »
tium ordinem accepisse, aërem vero con- »
tinenti motu agitari cœpisse; ita tamen ut »
pars ejus ignea supremam in regionem »
evolaret, qvod ipsius natura sursum inge- »
nita levitate ferretur; (atqve hanc esse »
causam, qvamobrem Sol ipse ac reliqva »
siderum multitudo incitatissimæ circum- »
vectionis impetu rapiatur;) qvod autem »
cœnosum ac turbidum erat, id ex humidi »
conjunctione concretum, unum in locũ ob »
insitam gravitatem subsideret? Illud porro »
cum in se ipsum perpetua conversione »
volveretur, ex humidis sui partibus mare, »

De hominum ortu sententiæ duæ.

Veterum de universi molitione opinio

ex ſolidioribus vero terram lutoſam admodumq; teneram mollemq; procreaſſe: qvæ principio qvidem igneo ſolis irradiantis afflatu compacta ſenſim ac ſtipata conſtiterit; deinde, cum extima ſuperficies vi caloris efferveſceret, partes ejus qvædam humidiores variis ſubinde locis intumuerint, qvibus incluſa materies putrida, membranisq; tenuiſſimis involuta foveretur: id qvod in ſtagnis etiamnum, locisq; paluſtribus fieri videmus, ſi qvando poſteaqvam ſolum refrixerit, æſtu repētino aër incaleſcat, neq; paulatim mutationem ejusmodi patiatur. Itaq; cum humidiores illæ partes hunc in modum vitalem pariendi vim ex calore prolemqve conciperent, eas noctu qvidem ex decidente ab aëre circumfuſo nebula nutrimentum, interdiu vero robur ex calore ac firmitatem accepiſſe: donec ipſi fœtus juſtum incremētum ſuamqve maturitatem obtinerent, ruptisq; demum æſtu membranis, animantium omnis generis formæ naſcerentur. Ex his autem, qvæ majorem nactæ calorem eſſent, eas pennis inſtructas altiores in mundi plagas ſubvolaſſe: in qvibus vero terrena concretio dominaretur, illas reptilium ac cęterarum, qvæ in terra verſantur, animantium ordine ac numero comprehenſas fuiſſe: qvotqvot deniq; humida maxime natura conſtarent, eas in cognatum ſibi affinemq; locum omnes confluxiſſe, piſcium nomine appellatas. Ad extremum vero terram, cum majorem in dies ſolidioremq; duritiem partim ex Solis ardentiori calore, partim ex ventorum flatu capiat, nullam per ſeſe amplius ex grandioribus animantibus procreare poſſe, ſed earum qvamlibet ex mutua marium ac fœminarum commixtione generari. Neq; diſcrepantem ab iis, qvæ adhuc commemoravimus, Euripidis, qvi Anaxagoram Phyſicum audierat, de hujus univerſi ortu mentem fuiſſe putaverim. Is enim ſic in Menalippe ſcribit,

Cœli unus ante vultus ac terræ fuit,
Ac proprius ex qvo utrumq; diſcluſit locus,
Cuncta ambo generant, inq; lucem efferunt
Sylvas, volucres, ac feras; tum qvos ſalum
Nutrit, hominumq; genus.

Atqve hæc de prima mundi procreatione a Majoribus accepimus. Porro, qvi principes omnium nati homines erant, eos ſine ordine ac ferino plane ritu victitantes, hucqve diſſipatos atqve illuc ad paſcua exiiſſe, ac ſi qvid teneriorum & mitiorum herbarum eſſet, cum ſponte naſcentibus arborum fructibus comediſſe ferunt.

ρεμνωτέρων ποιῆσαι τὴν γῆν, πηλώδη, καὶ παντελῶς ἁπαλήν. ταύτην δὲ, τὸ μὲν πρῶτον τοῦ περὶ τὸν ἥλιον πυρὸς καταλάμψαντος, πῆξιν λαβεῖν. ἔπειτα διὰ τὴν θερμασίαν ἀναζεούσης τῆς ἐπιφανείας, συνοιδῆσαί τινα τῶν ὑγρῶν κατὰ πολλοὺς τόπους καὶ γενέσθαι περὶ αὐτὰ σηπεδόνας ὑμέσι λεπτοῖς περιεχομένας. ὅπερ ἐστὶν ἐν ἕλεσι καὶ τοῖς λιμνάζουσι τῶν τόπων ἔτι καὶ νῦν ὁρᾶσθαι γινόμενον, ἐπειδὰν τῆς χώρας κατεψυγμένης ἄφνω διάπυρος ἀὴρ γένηται, μὴ λαβὼν τὴν μεταβολὴν ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον. ζωογονουμένων δὲ τῶν ὑγρῶν διὰ τῆς θερμασίας τὸν εἰρημένον τρόπον, τὰς μὲν νύκτας λαμβάνειν αὐτίκα τὴν τροφὴν ἐκ τῆς πιπτούσης ἀπὸ τοῦ περιέχοντος ὁμίχλης· τὰς δ' ἡμέρας ὑπὸ τοῦ καύματος στερεοῦσθαι. τὸ δὲ ἔσχατον, τῶν κυοφορουμένων τὴν τελείαν αὔξησιν λαμβανόντων, καὶ τῶν ὑμένων διακαυθέντων τε καὶ περιρραγέντων, ἀναφυῆναι παντοδαποὺς τύπους ζώων. τούτων δὲ τὰ μὲν πλείστης θερμασίας κεκοινωνηκότα, πρὸς τοὺς μετεώρους τόπους ἀπελθεῖν γενόμενα πτηνά· τὰ δὲ γεώδους ἀντεχόμενα συγκρίσεως, ἐν τῇ τῶν ἑρπετῶν καὶ τῇ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιγείων τάξει καταριθμηθῆναι· τὰ δὲ φύσεως ὑγρᾶς μάλιστα μετειληχότα, πρὸς τὸν ὁμογενῆ τόπον συνδραμεῖν, ὀνομασθέντα πλωτά. τὴν δὲ γῆν ἀεὶ μᾶλλον στερεουμένην ὑπό τε τοῦ περὶ τὸν ἥλιον πυρὸς, καὶ τῶν πνευμάτων, τὸ τελευταῖον μηκέτι δύνασθαι μηδὲν τῶν μειζόνων ζωογονεῖν, ἀλλ' ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα μίξεως ἕκαστα γεννᾶσθαι τῶν ἐμψύχων. Ἔοικε δὲ περὶ τῆς τῶν ὅλων φύσεως οὐδ' Εὐριπίδης διαφωνεῖν τοῖς προειρημένοις, μαθητὴς ὢν Ἀναξαγόρου τοῦ φυσικοῦ. ἐν γὰρ τῇ Μεναλίππῃ τίθησιν οὕτως,

Ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία,
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα, κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Δένδρα, πετεινὰ, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν.

Καὶ περὶ μὲν τῆς πρώτης τῶν ὅλων γενέσεως ταῦτα παρειλήφαμεν. τοὺς δὲ ἐξ ἀρχῆς γεννηθέντας τῶν ἀνθρώπων φασὶν ἐν ἀτάκτῳ καὶ θηριώδει βίῳ καθεστῶτας, σποράδην ἐπὶ τὰς νομὰς ἐξιέναι, καὶ προσφέρεσθαι τῆς τε βοτάνης τὴν προσηνεστάτην, καὶ τοὺς αὐτομάτους ἀπὸ τῶν

» δένδρων καρπούς. καὶ πολεμουμένους μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων, ἀλλήλοις βοηθεῖν ὑπὸ τοῦ συμφέροντος διδασκομένους, ἀθροιζομένους δὲ διὰ τὸν φόβον, ἐπιγινώσκειν ἐκ τοῦ κατὰ μικρὸν τοὺς ἀλλήλων τύπους. τῆς φωνῆς δ' ἀσήμου καὶ συγκεχυμένης ὑπαρχούσης, ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον διαρθροῦν τὰς λέξεις, καὶ πρὸς ἀλλήλους τιθέντας σύμβολα περὶ ἑκάστου τῶν ὑποκειμένων, γνώριμον σφίσιν αὐτοῖς ποιῆσαι τὴν περὶ ἁπάντων ἑρμηνείαν. τοιούτων δὲ συστημάτων γινομένων καθ' ἅπασαν τὴν οἰκουμένην οὐχ ὁμόφωνον πάντας ἔ- B χειν τὴν διάλεκτον, ἑκάστων, ὡς ἔτυχεν, συνταξάντων τὰς λέξεις· διὸ καὶ παντοίους τε ὑπάρξαι χαρακτῆρας διαλέκτων, καὶ τὰ πρῶτα γενόμενα συστήματα τῶν ἁπάντων ἐθνῶν ἀρχέγονα γενέσθαι. τοὺς οὖν πρώτους τῶν ἀνθρώπων, μηδενός πω τῶν πρὸς τὸν βίον χρησίμων *εὑρημένων, ἐπιπόνως διάγειν, γυμνοὺς μὲν ἐσθῆτος ὄντας, οἰκήσεως δὲ καὶ πυρὸς ἀήθεις, τροφῆς δ' ἡμέρου παντελῶς ἀνεννοήτους. καὶ γὰρ τὴν συγ- C κομιδὴν τῆς ἀγρίας τροφῆς ἀγνοοῦντας, μηδεμίαν τῶν καρπῶν εἰς τὰς ἐνδείας ποιεῖσθαι παράθεσιν· διὸ καὶ πολλοὺς αὐτῶν ἀπόλλυσθαι κατὰ τοὺς χειμῶνας, διά τε τὸ ψῦχος, καὶ τὴν σπάνιν τῆς τροφῆς. ἐκ δὲ τούτου κατ' ὀλίγον ὑπὸ τῆς πείρας διδασκομένους, εἴς τε τὰ σπήλαια καταφεύγειν ἐν τῷ χειμῶνι, καὶ τῶν καρπῶν τοὺς φυλάττεσθαι δυναμένους, ἀποτίθεσθαι· γνωσθέντος δὲ τοῦ πυρὸς, καὶ τῶν ἄλλων χρησίμων, κατὰ μικρὸν καὶ τὰς τέχνας ἐξευρεθῆναι, καὶ τὰ ἄλλα τὰ δυνά- D μενα τὸν κοινὸν βίον ὠφελῆσαι. καθόλου γὰρ πάντων τὴν χρείαν αὐτὴν διδάσκαλον γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις, ὑφηγουμένην οἰκείως τὴν ἑκάστου μάθησιν εὐφυεῖ ζώῳ, καὶ συνεργοὺς ἔχοντι πρὸς ἅπαντα χεῖρας, καὶ λόγον, καὶ ψυχῆς ἀγχίνοιαν. καὶ περὶ μὲν τῆς πρώτης γενέσεως τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοῦ παλαιοτάτου βίου τοῖς ῥηθεῖσιν ἀρκεσθησόμεθα, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας.

ἐξευρημένων. — *pa. 15.*

Τοσαῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς συγγραφεὺς, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος τοῦ Θεοῦ μνημονεύσας ἐν τῇ κοσμογονίᾳ, συντυχικὴν δέ τινα καὶ αὐτόματον εἰσηγησάμενος τὴν τοῦ παντὸς διακόσμησιν. τούτῳ δ' ἂν εὕροις συμφώνους καὶ τοὺς πλείστους τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων, ὧν ἐγώ σοι τὰς περὶ ἀρχῶν

A cum autem eos feræ persequerentur, utilitate magistra mutuam sibi opem tulisse, metuq; simul congregatos, alterius alterum paulatim formam agnovisse: cumq; vocem illi confusam primum & ab omni significatione vacuam effunderent, singulis paulatim vocibus articulate proferendis, signisq; rerum, qvæ occurrebant, inter sese constitutis, notam eorum sibi omnium explicationem interpretationemq; fecisse. Jam vero qvod cœtus ejusmodi toto passim orbe conflarentur, singuliq; voces, pro ut cuiq; temere ac fortuito visum erat, componerent, non eandem idcirco loqvendi rationem cũ universis communem fuisse. Atq; hinc formæ lingvarum multiplices, primæq; illæ hominum societates omnium parentes & capita gentium extiterunt. Cæterum quod nihil adhuc eorum, qvæ conservandæ ac tuendæ vitæ serviunt, excogitatum esset, illam ægre admodum primi isti homines tolerabant, qvippe qvi & a vestibus imparati, nec domiciliorum aut ignis usum edocti, & victus alimentiqve mitioris prorsus ignari essent. Etenim cum ipsi nondum comportandæ ex agris annonæ rationem tenerent, nihil omnino fructuum levandæ qvondam inopiæ gratia recondebant. Itaq; plurimi per hyemem cũ asperitate frigoris, tum ciborum penuria passim interibant. Verum ubi paulatim usu ipso cautiores evasissent, in speluncas hyemis tempore confugere, qviqve asservari diutius poterant fructus reponere cœperunt. Ignis autem aliarumqve commoditatum utilitate perspecta, ipsas quoque paulatim artes ac cætera, quorum ex opportunitate plurimum ad communem vitam emolumenti redundaret, invenerunt. Enimvero ipsa primum inopia sese omnium omnino rerum magistram hominibus præbuit; cum uniuscujusqve notitiam animali optime a natura comparato, qvodqve non tantum administris ad omnia manibus utebatur, sed etiam ratione valebat animiqve solertia, familiariter suggereret. Atqve hæc, nobis præsertim qui mediocritati studeamus, de primo hominum ortu, deqve vivendi ritu vetustissimo, satis erunt.

Hominum genus quo admodum paulatim expolitum putarent.

Hactenus laudatus a nobis Auctor, qui in ista sua mundi procreatione commemoranda, ne Dei qvidem vel nomine tenus meminit, sed fortuitam qvandam ac sponte oblatam hujus universi dispositionem invexit. Eadem vero Græcos Philosophos partem sane maximam videas prodidisse. Qvorum eqvidem in præsentia de rerum principiis



opiniões ac dissensiones mutuas, ex iis, quos Stromata Plutarchus inscripsit, tibi ante oculos ponam, easq; non ex certa quadam & comprehensa animo cognitione, sed ex conjecturarum nescio qua probabilitate profectas. Tu autem non dicis causa, sed otiose adhibitoq; judicio, eorum, qui abs me commemorantur, dissidia tecum ipse contemplare.

A δόξας, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους διαστάσεις καὶ διαφωνίας, ἐκ στοχασμῶν, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπὸ καταλήψεως ὁρμηθείσας, ἀπὸ τῶν Πλουτάρχου στρωματέων, ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐκθήσομαι. σὺ δὲ μὴ παρέργως, σχολῇ δὲ καὶ μετὰ λογισμοῦ, θέα τὴν πρὸς ἀλλήλους διάστασιν τῶν δηλουμένων.

VIII.

OPINIONES PHILOSOPHORUM de hujus Universi coagmentatione.

Cap. V. Trap. *Thales quid senserit.*

THALETEM ferunt ante cæteros omnes hujus universitatis principium Aquam posuisse, quod ex ea cuncta prodiisse, ac rursus in eandem dissolvi arbitraretur. *Quid Anaximander.* Hunc secutus Anaximander, qui ejusdem Thaletis consvetudine ac familiaritate usus erat, causam omnium omnino rerum uni duntaxat infinito assignandam esse docuit; ex eo quippe cum cœlestes orbes, tum infinitos plane mundos eductos ac secretos esse dicebat. Corruptionem autem, multoq; ante generationem ipsam ex eo fieri asserebat, quod mundi isti omnes ab imẽso quodam ævo perpetua conversione volverentur. Terram vero figura cylindrum imitari, ejusq; altitudinis esse, quæ si cum latitudine conferatur, tertiã illius partem constituat. Cæterum fœcundas atq; genitales calidi frigidiq; partes, circa mundi hujus procreationem ab omni æternitate sepositas fuisse pronunciabat, ex quibus conflata Sphæra quædam ignea circumfusum terræ aërem veluti cortex arborem involveret. Ea disrupta cum esset, ac circulis quibusdam interclusa, Solem inde Lunam, ac Stellas extitisse. præterea hominem ex diversæ formæ animantibus initio genitum esse defendebat: nam cum cæteræ per se ipsas continuo pastum capessant, tum certe hominem, qui perdiu lacte operaq; nutricis indigeat, nunquam alias, si ejusmodi foret, eo tempore salvum esse potuisse. Hæc Anaximander. *Quid Anaximenes.* Anaximenem autem ajunt, rerum omnium principiũ Aërem statuisse, qui genere quidem ipso infinitus esset, at certis qualitatibus suis definitus, atq; circumscriptus. Hujus partim ex constipatione, partim raritate succedente cuncta generari: itemque, sempiternum esse motum; ex eodem aëre in sese coacto atque compresso terram omnium principem eamque latam admodum natam esse, aërique propterea jure ipsam ac merito insidere. Solem porro, Lunam, ac reliquam siderum multitudinem ex terra sui principium

η.

ΔΟΞΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ τοῦ παντὸς συστάσεως.

B ΘΑΛΗΤΑ πρῶτον πάντων φασὶν ἀρχὴν τῶν ὅλων ὑποστήσασθαι τὸ ὕδωρ. ἐξ αὐτοῦ γὰρ εἶναι τὰ πάντα, καὶ εἰς αὐτὸ χωρεῖν. μεθ᾽ ὃν Ἀναξίμανδρον Θάλητος ἑταῖρον γενόμενον, τὸ ἄπειρον φάναι τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἔχειν τῆς τοῦ παντὸς γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς. ἐξ οὗ δή φησι τούς τε οὐρανοὺς ἀποκεκρίσθαι, καὶ καθόλου τοὺς ἅπαντας ἀπείρους ὄντας κόσμους. ἀπεφήνατο δὲ τὴν C φθορὰν γίνεσθαι, καὶ πολὺ πρότερον τὴν γένεσιν, ἐξ ἀπείρου αἰῶνος ἀνακυκλουμένων πάντων αὐτῶν. ὑπάρχειν δέ φησι τῷ μὲν σχήματι τὴν γῆν κυλινδροειδῆ, ἔχειν δὲ τοσοῦτον βάθος, ὅσον ἂν εἴη τρίτον πρὸς τὸ πλάτος. φησὶ δὲ τὸ ἐκ τοῦ ἀϊδίου γόνιμον θερμοῦ τε καὶ ψυχροῦ, κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ κόσμου ἀποκριθῆναι, καί τινα ἐκ τούτου φλογὸς σφαῖραν περιφυῆναι τῷ περὶ τὴν γῆν ἀέρι, ὡς τῷ δένδρῳ φλοιόν. ἧς τινος ἀπορραγείσης, καὶ εἴς τινας ἀποκλεισθείσης D κύκλους, ὑποστῆναι τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας. ἔτι φησὶν, ὅτι κατ᾽ ἀρχὰς ἐξ ἀλλοειδῶν ζώων ὁ ἄνθρωπος ἐγεννήθη· ἐκ τοῦ τὰ μὲν ἄλλα δι᾽ ἑαυτῶν ταχὺ νέμεσθαι, μόνον δὲ τὸν ἄνθρωπον πολυχρονίου δεῖσθαι τιθηνήσεως. διὸ καὶ κατ᾽ ἀρχὰς οὐκ ἄν ποτε τοιοῦτον ὄντα διασωθῆναι. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἀναξίμανδρος. Ἀναξιμένην δέ φασι τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν τὸν ἀέρα εἰπεῖν, καὶ τοῦτον εἶναι τῷ μὲν γένει ἄπειρον, ταῖς δὲ περὶ αὐτὸν ποιότησιν ὡρισμένον. γεννᾶσθαι δὲ πάντα κατά τινα πύκνωσιν τούτου, καὶ πάλιν ἀραίωσιν. τὴν γε μὴν κίνησιν ἐξ αἰῶνος ὑπάρχειν· πιλουμένου δὲ τοῦ ἀέρος, πρώτην γεγενῆσθαι λέγει τὴν γῆν, πλατεῖαν μάλα· διὸ καὶ κατὰ λόγον αὐτὴν ἐποχεῖσθαι ἀέρι· καὶ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα,

τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ γῆς ἔχειν. ἀποφαίνεται γοῦν τὸν ἥλιον, γῆν· διὰ δὲ τὴν ὀξεῖαν κίνησιν, καὶ μάλ' ἱκανῶς θερμοτάτην κίνησιν λαβεῖν. Ξενοφάνης δὲ ὁ Κολοφώνιος, ἰδίαν τινὰ ὁδὸν πεπορευμένος, καὶ παρηλλαχυῖαν πάντας τοὺς προειρημένους, οὔτε γένεσιν, οὔτε φθορὰν ἀπολείπει· ἀλλ' εἶναι λέγει τὸ πᾶν ἀεὶ ὅμοιον. εἰ γὰρ γίνοιτο τοῦτο, φησὶν, ἀναγκαῖον πρὸ τούτου μὴ εἶναι. τὸ μὴ ὂν δὲ, οὐκ ἂν γένοιτο, οὐδ' ἂν τὸ μὴ ὂν ποιήσαι τι, οὔτε ὑπὸ τοῦ μὴ ὄντος γένοιτ' ἄν τι. ἀποφαίνεται δὲ καὶ τὰς αἰσθήσεις ψευδεῖς, καὶ καθόλου σὺν αὐταῖς, καὶ αὐτὸν τὸν λόγον διαβάλλει. ἀποφαίνεται δὲ καὶ τῷ χρόνῳ καταφερομένην συνεχῶς, καὶ κατ' ὀλίγον τὴν γῆν εἰς τὴν θάλασσαν χωρεῖν. φησὶ δὲ καὶ τὸν ἥλιον ἐκ μικρῶν καὶ πλειόνων πυρίων ἀθροΐζεσθαι. ἀποφαίνεται δὲ καὶ περὶ Θεῶν, ὡς οὐδεμιᾶς ἡγεμονίας ἐν αὐτοῖς οὔσης. οὐ γὰρ ὅσιον δεσπόζεσθαί τινα τῶν θεῶν. ἐπιδεῖσθαί τε μηδενὸς αὐτῶν μηδένα μηδ' ὅλως· ἀκούειν δὲ καὶ ὁρᾶν καθόλου, καὶ μὴ κατὰ μέρος. ἀποφαίνεται δὲ καὶ τὴν γῆν ἄπειρον εἶναι, καὶ κατὰ πᾶν μέρος μὴ περιέχεσθαι ὑπὸ ἀέρος. γίνεσθαι δὲ ἅπαντα ἐκ γῆς· τὸν δὲ ἥλιόν φησι καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα ἐκ τῶν νεφῶν γίνεσθαι. Παρμενίδης δὲ ὁ Ἐλεάτης ἑταῖρος Ξενοφάνους, ἅμα μὲν καὶ τῶν τούτου δοξῶν ἀντεποιήσατο, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἐναντίαν ἐνεχειρήσατο στάσιν. ἀΐδιον μὲν γὰρ τὸ πᾶν, καὶ ἀκίνητον ἀποφαίνεται, καὶ κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν εἶναι γὰρ αὐτὸ μόνον, μουνογενές τε καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον· γένεσιν δὲ τῶν καθ' ὑπόληψιν ψευδῆ δοκούντων εἶναι. καὶ τὰς αἰσθήσεις ἐκβάλλει ἐκ τῆς ἀληθείας. φησὶ δὲ, ὅτι εἴ τι παρὰ τὸ ὂν ὑπάρχει, τοῦτο οὐκ ἔστιν ὄν· τὸ δὲ μὴ ὂν, ἐν τοῖς ὅλοις οὐκ ἔστιν. οὕτως οὖν τὸ ὂν ἀγένητον ἀπολείπει· λέγει δὲ τὴν γῆν τοῦ πυκνοῦ καταῤῥυέντος ἀέρος γεγονέναι. Ζήνων δὲ ὁ Ἐλεάτης, ἴδιον μὲν οὐδὲν ἐξέθετο, διηπόρησε δὲ περὶ τούτων ἐπὶ πλεῖον. Δημόκριτος ὁ Ἀβδηρίτης ὑπεστήσατο τὸ πᾶν ἄπειρον, διὰ τὸ μηδαμῶς ὑπό τινος αὐτὸ δεδημιουργῆσθαι· ἔτι δὲ καὶ ἀμετάβλητον αὐτὸ λέγει, καὶ καθόλου, οἷον πᾶν ἐστι, ῥητῶς ἐκτίθεται· μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχειν τὰς αἰτίας τῶν νῦν γιγνομένων· ἄνωθεν δὲ ὅλως ἐξ ἀπείρου χρόνου προκατέχεσθαι τῇ

pag. 16.

nullum penit⁹ habere principium; sed quæ vel

Aortus habuisse. Quare Solem quidem ipsum terram nuncupabat, eundem tamen arbitrabatur incitatissimo cursu vehementissimum illum calorem, idq; opportune admodum, esse consequutum. Jam vero Xenophanes Colophonius singularem quandam insistens viam, & ab eorum, quos adhuc produximus, omnium opinione deflectentem, nullum penitus vel ortum vel interitum relinquit, sui semper simile hoc universum esse ratus: si enim detur procreatum illud esse, continuo sequuturum uti prius non fuerit; id autem, quod non est, neq; fieri, neq; aliud B efficere, neq; rursus ex eo fieri quicquam posse. Præterea sensus fallaces esse contendit, unaq; cum illis ipsam quoq; rationem in omnibus criminatur. Terram progressu temporis continenter deorsum ferri, ac paulatim in mare labi: Solem autem ex pusillis iisdemq; pluribus igniculis conflatum esse tradit. Quin etiam de Diis ita disputat, nullum ut inter eos esse principatum existimet, quod nefas utiq; videatur Deorum quemquam alterius ferre dominatum: rem esse nullam, ad quam ullius ipsorum auxilio alius omnino quisquam indigeat: eosdem porro cuncta in universum audire pariter ac cernere, sigillatim vero ac per partes nihil. C Postremo terram infinitam esse, nec omnes illius partes aëre contineri, nihil non ex ea procreari, Solem tamen ac reliqua sidera suam nubibus originem debere pronunciat. Parmenides autem Eleates Xenophanis ejusdem familiaris, partim ad illius sese opiniones adjunxit, partim contrariam quandã instituit factionem. Etenim sempiternum esse orbem hunc universum, omniq; motu carere; ipsiusq; naturæ veritatem omnino cõstare defendit; singularem enim illum & unigenam, stabilẽ ac quietũ, nec certo aliquo D tempore generatum esse: generationẽ porro ad ea rejicit, quæ falsa quadam opinione putentur esse, adeoq; sensus omnes cõmunione veritatis excludit. Affirmat præterea, si quid præter id, quod vere est, uspiam existat, illud ipsum aliquid non esse; quod autem aliquid non sit, id universo minime contineri: quod igitur vere est, id neqvaqvam esse genitum ea ratione concludit. Cum deniq; vis magna densioris aëris deflueret, inde terrã extitisse opinatur. Zeno quidem Eleates nihil hoc in genere singulare vulgavit, sed ancipiti fere dubitationis æstu fluctuavit. At vero Democritus Abderites universum, quod effectorẽ sui ac molitorem habeat neminẽ, infinitũ esse vult, omnisq; mutationis expers. Idem quoq; disertis conceptisq; verbis asserit, hoc mundi statu, rerũ earum, quę nunc efficiãtur, causas fuerũt antea, vel nũc sunt, vel posthac futura

Quid Xenophanes.

Quid Parmenides.

Quid Democritus.

sunt omnia, jam olim infiniti plane spatio temporis vi qvadam necessitatis colligata esse. Soli porro ac Lunæ generationem attribuit, actum seorsim utrumq; docet proprios habuisse motus, cum nondum usq; adeo calidã ambo fulgentemq; naturam obtinerent, sed terrenæ potius naturæ persimilem: ad eum enim prius modum utrumq; procreatum esse, qvem singularis qvædam ac propria subjecti mundi conditio postulabat: deinceps vero ubi major Solis ejusdem circulus evasisset, ignem ipso tum inclusum & comprehensum fuisse.

Quid Epicurus.

Epicurus Neoclis filius Atheniensis, inanem earum, qvæ de Diis suscipiuntur, disputationum fastum dejicere conatur: simulq; contendit, ex eo, qvod non sit, oriri nihil: hoc universum tale semper fuisse, taleq; perpetuo futurum, quale nunc est: si tempus infinitum jamq; ante productum excipias, novi nihil toto orbe perfici: universum, corpus esse non solum immutabile, sed etiam infinitum: bonorum deniq; finem una voluptate contineri. Aristippus Cyrenæus bonorum qvoq; finem in voluptate, malorum autem in dolore constituit: reliquam Physiologiam ita circumscribit, hujus ut unius rei considerationem utilem esse dicat,

Qvid tristis lætive domi sors improba verset.

Quid Empedocles.

Empedocles Agrigentinus quatuor Elementa ponit, Ignem, Aqvam, Aërem & Terram, qvorum causas amicitiam ac discordiam esse vult. Idem ex prima Elementorum confusione secretum Aërem ac circum in orbem fusum esse ait: Ignem verò postmodum exilientem, cum locum sibi alium non reperiret, sursum tandem concreti aëris frigore compulsum evolasse. Duos præterea dimidios orbes circa terram circulari motu ferri, alterum ex igne totum, alterum ex aëre igneqve modico temperatum, qvam ipse noctem esse arbitratur: motus autem initium ex eo contigisse, qvod in ista Elementorum conjunctione vehementior ignis impetus extitisset. Jam vero Solem natura sua non ignem, sed ignis reflexionem esse, illi qvam ex aqva fieri videmus persimilem: at Lunam ex aëre, qvem ignis reliqverat, sua sponte coaluisse; (qvippe enim grandinis instar concrevisse aërem;) lumen porro suum eandem a Sole mutuari. Deniqve Animi principatum nec in capite, nec in pectore, sed in sanguine constituit; ubi orve qua parte corporis diffusus magis sanguis ille fuerit, eadem homines præstare arbitratur.

Quid Metrodorus.

Metrodorus Chius sempiternum esse hoc universum affirmat, propterea quod si genitum illud esset,

A ἀνάγκης πάνθ᾽ ἁπλῶς τὰ γεγονότα καὶ ὄντα καὶ ἐσόμενα. ἡλίου δὲ καὶ σελήνης γένεσίν φησι. κατ᾽ ἰδίαν δὴ φέρεσθαι ταῦτα μηδέπω τὸ παράπαν ἔχοντα θερμὴν φύσιν, μηδὲ μὴν καθόλου λαμπροτάτην, τοὐναντίον δὲ ἐξωμοιωμένην τῇ περὶ τὴν γῆν φύσει. γεγονέναι γὰρ ἑκάτερον τούτων πρότερον ἔτι κατ᾽ ἰδίαν ὑποβολήν τινα κόσμου· ὕστερον δὲ μεγεθοποιουμένου τοῦ περὶ τὸν ἥλιον κύκλου, ἐναπολειφθῆναι ἐν αὐτῷ τὸ πῦρ.

B Ἐπίκουρος Νεοκλέους Ἀθηναῖος, τὸν περὶ θεῶν τῦφον πειρᾶται καταστέλλειν· ἀλλὰ καὶ οὐδέν φησι γίνεται ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ὅτι τὸ πᾶν ἀεὶ τοιοῦτον ἦν, καὶ ἔσται τοιοῦτον· ὅτι οὐδὲν ξένον ἀποτελεῖται ἐν τῷ παντὶ, παρὰ τὸν ἤδη γεγενημένον χρόνον ἄπειρον· ὅτι πᾶν ἐστι σῶμα, καὶ οὐ μόνον ἀμετάβλητον, ἀλλὰ καὶ ἄπειρον· ὅτι τέλος τῶν ἀγαθῶν, ἡδονή. Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος τέλος ἀγαθῶν τὴν ἡδονὴν, κακῶν δὲ τὴν ἀλγηδόνα. τὴν δὲ ἄλλην φυσιολογίαν περιγράφει, μόνον ὠφέλιμον εἶναι λέγων τὸ ζητεῖν,

Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ᾽ ἀγαθόν τε τέτυκται.

C Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, στοιχεῖα τέσσαρα, πῦρ, ὕδωρ, αἰθέρα, γαῖαν· αἰτίαν δὲ τούτων, φιλίαν καὶ νεῖκος. ἐκ πρώτης φησὶ τῆς τῶν στοιχείων κράσεως ἀποκριθέντα τὸν ἀέρα, περιχυθῆναι κύκλῳ. μετὰ δὲ τὸν ἀέρα, τὸ πῦρ ἐκδραμὸν, καὶ οὐκ ἔχον ἑτέραν χώραν, ἄνω ἐκτρέχειν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸν ἀέρα πάγου. εἶναι δὲ κύκλῳ περὶ τὴν γῆν φερόμενα δύο ἡμισφαίρια, τὸ μὲν καθόλου πυρὸς, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀέρος καὶ ὀλίγου πυρὸς, ὅπερ οἴεται τὴν νύκτα εἶναι. τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς

D κινήσεως συμβῆναι ἀπὸ τοῦ τετυχηκέναι κατὰ τὸν ἀθροισμὸν, ἐπιβρίσαντος τοῦ πυρός. ὁ δὲ ἥλιος τὴν φύσιν οὐκ ἔστι πῦρ, ἀλλὰ τοῦ πυρὸς ἀντανάκλασις, ὁμοία τῇ ἀφ᾽ ὕδατος γινομένῃ. σελήνην δέ φησι συστῆναι καθ᾽ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ ἀπολειφθέντος ἀέρος ὑπὸ τοῦ πυρός· τοῦτον γὰρ παγῆναι, καθάπερ καὶ τὴν χάλαζαν· τὸ δὲ φῶς αὐτὴν ἔχειν ἀπὸ τοῦ ἡλίου. τὸ δὲ ἡγεμονικὸν, οὔτε ἐν κεφαλῇ, οὔτε ἐν θώρακι, ἀλλ᾽ ἐν αἵματι. ὅθεν καθ᾽ ὃ, τι ἂν μέρος τοῦ σώματος πλεῖον ᾖ παρεσπαρμένον τὸ ἡγεμονικὸν, οἴεται κατ᾽ ἐκεῖνο προτερεῖν τοὺς ἀνθρώπους. Μητρόδωρος ὁ Χῖος, ἀΐδιον εἶναί φησι τὸ πᾶν, ὅτι εἰ ἦν γεννητὸν, ἐκ τοῦ

ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἂν ἦν, ἄπειρον δὲ, ὅτι ἀΐδιον, οὐ γὰρ ἔχειν ἀρχὴν, ὅθεν ἤρξατο, οὐδὲ πέρας, οὐδὲ τελευτήν· ἀλλ' οὐδὲ κινήσεως μετέχειν τὸ πᾶν· κινεῖσθαι γὰρ ἀδύνατον, μὴ μεθιστάμενον· μεθίστασθαι δὲ ἀναγκαῖον ἤτοι εἰς πλῆρες, ἢ εἰς κενόν. πυκνούμενον δὲ τὸν αἰθέρα ποιεῖν νεφέλας, εἶτα ὕδωρ, ὃ καὶ κατιὸν ἐπὶ τὸν ἥλιον, σβεννύναι αὐτόν· καὶ πάλιν ἀραιούμενον ἐξάπτεσθαι· χρόνῳ δὲ, πήγνυσθαι τῷ ξηρῷ τὸν ἥλιον, καὶ ποιεῖν ἐκ τοῦ λαμπροῦ ὕδατος ἀστέρας, νύκτα τε καὶ ἡμέραν ἐκ τῆς σβέσεως καὶ ἐξάψεως, καὶ καθόλου τὰς ἐκλείψεις ἀποτελεῖν. Διογένης ὁ Ἀπωλλωνιάτης, ἀέρα ὑφίσταται στοιχεῖον· κινεῖσθαι δὲ τὰ πάντα, ἀπείρους τε εἶναι τοὺς κόσμους· κοσμοποιεῖ δὲ οὕτως· ὅτι τοῦ παντὸς κινουμένου, καὶ ᾗ μὲν ἀραιοῦ, ᾗ δὲ πυκνοῦ γινομένου, ὅπου συνεκύρησε τὸ πυκνὸν, συστροφὴν ποιῆσαι, καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ κουφότατα τὴν ἄνω τάξιν λαβόντα, τὸν ἥλιον ἀποτελέσαι.

Pr. 7.

Τοιαύτη καὶ τῶν πανσόφων Ἑλλήνων τῶν δὴ Φυσικῶν φιλοσόφων ἐπικληθέντων ἡ περὶ τῆς συστάσεως τοῦ παντὸς, καὶ τῆς πρώτης κοσμογονίας διάληψις, οὐ δημιουργὸν, ἢ ποιητήν τινα τῶν ὅλων ὑποστησαμένων, ἀλλ' οὐδ' ὅλως Θεοῦ μνήμην ποιησαμένων· μόνῃ δὲ τῇ ἀλόγῳ φορᾷ καὶ τῇ αὐτομάτῳ κινήσει τὴν αἰτίαν τοῦ παντὸς ἀνατεθειμένων. τοσαύτη δὲ αὐτῶν καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους ἐναντιότης, ἐν μὲν οὐδενὶ ἀλλήλοις συμπεφωνηκότων, μάχης δὲ καὶ ἀντιφωνίας τὰ πάντα ἀναπεπληρωκότων· ὅθεν καὶ ὁ θαυμάσιος Σωκράτης, τούτους πάντας μωραίνοντας ἀπήλεγχε, καὶ μαινομένων κατ' οὐδὲν ἔλεγε διαφέρειν, εἰ δή σοι μάρτυς ἀξιόχρεως Ξενοφῶν ἐν Ἀπομνημονεύμασι λέγων οὕτως· Οὐδεὶς δὲ πώποτε Σωκράτους οὐδὲν ἀσεβὲς, οὐδὲ ἀνόσιον, οὔτε πράττοντος εἶδεν, οὔτε λέγοντος ἤκουσεν· οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς ἁπάντων φύσεως, ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλεῖστοι, διελέγετο, σκοπῶν ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίγνεται τῶν οὐρανίων· ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα, μωραίνοντας ἀπεδείκνυε, καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς·

A ex eo, qvod nusquam est, genitum fuisset: quoniam autem sempiternum sit, infinitum pariter esse, utpote quod neque principium, unde cœperit, nec terminum aut finem habeat. Imò, ne moveri qvidem universum; nec enim illud moveri posse, nisi aliò migret; necesse autem esse vel in plenum migrare, vel in vacuum. Præterea ex aëre constipato nubes primùm, deinde aqvam procreari, qvæ in Solem defluens, ipsius ignem extinguat, qvi tamen denuò succedente raritate accendatur. Eundem porrò Solem, progressu temporis siccitate concrescere, ac stellas quidem & limpida & splendenti aquâ generare, noctem verò simul atq; diem B ex mutuâ illa cùm extinctione tùm inflammatione, omnesque omnino defectiones eâdem ratione complere. Diogenes Apolloniata, Aërem elementum ponit, moveri autem universa, & infinitos esse mundos affirmat. Cæterum ejusmodi somniat eorum molitionem: scilicet cùm universum ita moveretur, ut rarius hîc, alibi densius fieret, ubicunque major densitas contigeret, ibi convolutionem quandam effecisse, tùm similem in modum cætera: quæ autem omnium levissimæ partes essent, eas regione superiori occupatâ Solem produxisse.

Quid Diogenes.

C Talis ergo fuit sapientissimorum etiam Græciæ Philosophorum, eorum saltem, qvi Physici vocabantur, de Universi constitutione, deque prima mundi procreatione disputatio, in qva nullum Architectum, nullum rerum omnium Effectorem posuerunt, imò ne Dei qvidem mentionem ullam fecerunt, sed temerariæ cuidam agitationi, ac fortuito planè motui hujus universitatis caussam assignarunt. Ac tanta qvidem eorum est inter se se dissensio, ut eadem nulD la prorsus in re pronunciarint, sed contentione ac sententiarum diversitate omnia compleverint. Itaque Socrates vir ille singularis & eximius, istos omnes vaticinari ostendebat, nihilq; omnino ab insanis ac furiosis discrepare, si Xenophontem ut dignum fide testem audiamus. Sic enim in Memorialibus ipse loqvitur. Socratem verò nullus unqvam impii qvicqvam atq; nefarii aut vidit agentem, aut loqventem audivit. Neque enim de Universi naturâ, qvemadmodum pleriqve vulgò, disputabat, sic nimirum, ut qvo pacto se se hic habeat, qui à Sophistarum natione mundus vocatur, aut qua fati ac necessitatis vi cujuslibet rei cœlestis ratio teneatur, investigaret; sed eos potius, qvi genus hoc rerum curiosiùs agitarent, insanire demonstrabat. Qui-

Socrates antiquos Physicos ridebat.

bus hæc subjungit. Permirum autem ipsi A videbatur, ne perspectum quidem illis hoc fuisse, quod eo cognitionis hominum ingenia pervenire nullo modo possint, cum ii, præsertim qui se se hoc disputationis genere plurimum efferant, non in eadem opinione sententiaque versentur, sed alii cum aliis furiosorum utiq; more se gerant. Quippe enim ex furiosis alios esse, qui ne gravia quidem & atrocia metuant, alios vero, qui ipsa quoque non metuenda extimescant: sic eorum, qui naturam Universi diligentius explorare conentur, alios quicquid est unum esse velle, B alios infinitam rerum multitudinem invehere; aliis item placere continenti motu res omnes agitari, aliis contra, nullo unquam tempore moveri posse; aliis denique generari omnia ac deinceps interire, aliis verò nihil unquam vel genitum esse, vel interitu periturum. Atque hæc Socrates, ut Xenophon auctor est. Quibus similia prorsus ea sunt, quæ Plato eundem Socratem in eo, quem de Animo scripsit, dialogo ita commemorantem inducit. Etenim mirum, inquit, ò Cebes, quanta me juvenis cum essem illius cupiditas sapientiæ tenuerit, quam vulgò naturæ contemplationem appellant, C quippe magnificum oppido mihi videbatur causas nosse rerum singularum, ac cur unaquæque vel oriatur, vel intereat, vel existat, intelligere; sæpiusque adeò me sursum deorsumque versabam, cum in ejusmodi primum quæstiones incumberem: utrum scilicet, quod nonnullis placebat, ubi frigidum & calidum loci aliquid corruptioni dederint, tam demum animantia nutrimentum ac firmitatem accipiant? utrum sanguine, an aëre, an potius igne sapiamus? an vero his omnibus exclusis, uni cerebro audiendi, videndi, atque odorandi sensuum origo debeatur: sic ut ex iis memoria D simul & opinio, ex utraque autem, ubi placide quieteque constiterint, cum iisdem cohærens scientia generetur? Cumq; vicissim rerum earundem interitus, quæque tam in cœlo quam in terra vulgò contingunt mecum ipse reputarem, demum ita me ad hoc contemplationis genus ineptũ, ut qui maximè; esse judicavi. Cujus rei hoc tibi argumentum instar omnium proferam; quod quæ mihi prius ac cæteris optime videbar intelligere, eadem postmodum omnia dediscerem; tantum illa ipsa contemplatio mihi cæcitatis offuderat. Hæc Socrates ille Græcorum omnium ore famaq; celebratus. Quare cum ea tanti Philosophi de illorum omnium, quos ante commemoravimus, Physiologia mens & sententia fuerit; jure quoque sentio nos

A ἐθαύμαζε, δὲ, εἰ μὴ φανερὸν αὐτοῖς ἐστιν, ὅτι ταῦτα ἀδύνατόν ἐστιν ἀνθρώποις εὑρεῖν· ἐπεὶ καὶ τοὺς τὰ μέγιστα φρονοῦντας ἐπὶ τῷ περὶ τούτων λέγειν, οὐ ταὐτὰ δοξάζειν ἀλλήλοις· ἀλλὰ τοῖς μαινομένοις ὁμοίως διακεῖσθαι πρὸς ἀλλήλους. τῶν τε γὰρ μαινομένων, τοὺς μὲν οὐδὲ τὰ δεινὰ δεδιέναι, τοὺς δὲ, τὰ μὴ φοβερὰ φοβεῖσθαι· τῶν τε περὶ τῆς πάντων φύσεως μεριμνώντων, τοῖς μὲν δοκεῖν ἓν μόνον τὸ ὂν εἶναι, τοῖς δὲ, B ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ τοῖς μὲν ἀεὶ πάντα κινεῖσθαι, τοῖς δὲ οὐδ᾽ ἂν ποτε κινηθῆναι· καὶ τοῖς μὲν ἅπαντα γίνεσθαί τε καὶ ἀπόλλυσθαι, τοῖς δὲ οὔτ᾽ ἂν γενέσθαι ποτὲ οὐδὲν, οὔτ᾽ ἀπολεῖσθαι. ταῦθ᾽ ὁ Σωκράτης, ὡς Ξενοφῶν μαρτυρεῖ. συνᾴδει δὲ καὶ ὁ Πλάτων τούτοις ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, τοιάδε λέγοντα αὐτὸν ἀναγράφων. Ἐγὼ γὰρ, ἔφη, ὦ Κέβης, νέος ὢν, θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν· ὑπερήφανον γάρ μοι ἐδόκει εἶναι εἰ-C δέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου, διὰ τί γίνεται ἕκαστον, καὶ διὰ τί ἀπόλλυται, καὶ διὰ τί ἐστι· καὶ πολλάκις ἐμαυτὸν ἄνω καὶ κάτω μετέβαλλον, σκοπῶν πρῶτον τὰ τοιάδε· ἆρ᾽ ἐπειδὰν τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ θερμὸν σηπεδόνα τινὰ λάβῃ, ὥς τινες ἔλεγον, τότε ἤδη τὰ ζῶα συντρέφεται; καὶ πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν, ἢ ὁ ἀὴρ, ἢ τὸ πῦρ· ἢ τούτων μὲν οὐδὲν, ὁ δ᾽ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων τοῦ ἀκούειν, καὶ ὁρᾶν καὶ ὀσφραίνεσθαι. ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα· ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν, κατὰ ταῦτα γίνεσθαι D ἐπιστήμην. καὶ αὖ τούτων τὰς φθορὰς σκοπῶν, καὶ τὰ περὶ τὸν οὐρανόν τε καὶ τὴν γῆν πάθη, τελευτῶν, οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα. τεκμήριον δέ σοι ἐρῶ ἱκανόν. ἐγὼ γὰρ ἃ καὶ πρότερον σαφῶς ἠπιστάμην, ὥς γε ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκουν, τότε ὑπ᾽ αὐτῆς τῆς σκέψεως οὕτω σφόδρα ἐτυφλώθην, ὥστε ἀπέμαθον καὶ ταῦθ᾽ ἃ πρὸ τοῦ ᾤμην εἰδέναι. Ταῦτα Σωκράτης αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πᾶσιν ἀοίδιμος Ἕλλησιν. ὅτε τοίνυν καὶ τῷ τηλικούτῳ φιλοσόφῳ τοιάδε ἐδόκει εἶναι τὰ τῆς τῶν δηλωθέντων φυσιολογίας, εἰκότως μοι δοκῶ καὶ ἡμᾶς

τὴν τούτων ἁπάντων ἀθεότητα παρῃτῆσθαι. ἐπεὶ καὶ τὰ τῆς πολυθέου πλάνης αὐτῶν, οὐκ ἔοικεν εἶναι ἀλλότρια τῶν εἰρημένων. τοῦτο μὲν οὖν ἐπὶ καιροῦ τοῦ προσήκοντος ἐλεγχθήσεται, καθ' ὃν ἀποδειξόμεθα, ὅτι πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας νοῦν ἐπιστῆσαι τῇ τοῦ παντὸς αἰτίᾳ μνημονεύεται. νυνὶ δέ μοι ἐπὶ τὸν Διόδωρον μετάβα, καὶ σκόπει οἷα περὶ τῆς πρώτης τῶν ἀνθρώπων θεολογίας ἱστορεῖ.

θ.

ΟΤΙ ΟΙ ΠΑΛΑΙΟΙ ΤΩΝ ἀνθρώπων, τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας μόνον ἔσεβον, μηδὲν περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ περὶ ξοάνων ἱδρύσεως, οὐδὲ περὶ δαιμόνων ἐπιστάμενοι.

B

ΤΟΥΣ δ' οὖν κατ' Αἴγυπτον ἀνθρώπους τὸ παλαιὸν γενομένους, ἀναβλέψαντας εἰς τὸν κόσμον, καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν καταπλαγέντας τε καὶ θαυμάσαντας, ὑπολαβεῖν εἶναι θεοὺς ἀϊδίους τε καὶ πρώτους τόν τε ἥλιον καὶ τὴν σελήνην, ὧν τὸν μὲν, Ὄσιριν, τὴν δὲ Ἶσιν ὀνομάσαι, ἀπό τινος ἐτύμου τεθείσης ἑκατέρας τῆς προσηγορίας. μεθερμηνευομένων γὰρ τούτων εἰς τὸν Ἑλληνικὸν τῆς διαλέκτου τρόπον, εἶναι μετὰ τὸν Ὄσιριν πολυόφθαλμον· εἰκότως· (ἴσ. πάντη) παντὶ γὰρ ἐπιβάλλοντα τὰς ἀκτῖνας, ὥσπερ ὀφθαλμοῖς πολλοῖς βλέπειν ἅπασαν γῆν καὶ θάλασσαν· καὶ τὸν ποιητὴν δὲ λέγειν σύμφωνα τούτοις,

Ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ, καὶ πάντ' ἐπακούει.

Τῶν δὲ παρ' Ἕλλησι πάλαι μυθολόγων τινὲς τὸν Ὄσιριν, Διόνυσον προσαγορεύουσι, καὶ Σύελον παρωνύμως. (ἴσ. σείριον) ὧν Εὔμολπος μὲν ἐν τοῖς Βακχικοῖς ἔπεσί φησιν,

Ἀστροφαῆ Διόνυσον ἐν ἀκτίνεσσι πυρωπόν.

Ὀρφεὺς δὲ,

Τοὔνεκά μιν καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον.

Φασὶ δέ τινες καὶ τὸ ἔναμμα αὐτῷ τὸ τῆς νεβρίδος, ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων ποικιλίας περιῆφθαι. τὴν δὲ Ἶσιν μεθερμηνευομένην εἶναι παλαιὰν, τεθειμένης τῆς προσηγορίας τῇ σελήνῃ ἀπὸ τῆς ἀϊδίου καὶ παλαιᾶς γενέσεως. κέρατα δ' αὐτῇ περιτιθέασιν, ἀπό τε τῆς ὄψεως, ἣν ἔχουσα φαίνεται, καθ' ὃν ἂν χρόνον ὑπάρχῃ

A ab istorum negatæ divinitatis scelere declinasse: præsertim cum ipsorum de multitudine Deorum error ab iis, quæ de universi ortu somniarunt, nequaquam alienus esse videatur. Cæterum id suo loco manifeste deprehendetur, ubi principem Græcorum Anaxagoram, qui Mentem hujus universitatis molitioni præfecerit, laudari ostendemus. Nunc vero transfer animum sis ad Diodorum, quæque de prima hominum Theologia memoriæ prodidit, considera.

IX.

PRISCOS HOMINES cœli tantùm Astra coluisse, cùm nihil neque de hujus universi Deo, neque de simulachris erigendis, neque de Dæmonibus cognovissent.

PRISCOS Ægyptios ferunt, cùm oculos hujus in mundi contemplatione defixissent, cumque rerum omnium naturam vehementiori admiratione obstupescerent, C Solem ac Lunam sempiternos esse Deos omniumque principes censuisse; quorum alterum Osirin, alteram Isin, ex certa quadam notatione, utriusque nominis ratione ductâ, nuncuparint. Etenim, si vocum istarum significationem Græcæ linguæ verbis exprimamus, Osirin quidem aliud esse nihil, quam multis oculis præditum: nec immerito sane, cum ipse radiis omnem in partem longe lateque diffusis, sic tanquam pluribus oculis terram simul ac mare lustret universum. Quibus-cum illud etiam Poëtæ consentiat,

CAP. VI. TRAP. Ægyptios ... astra coluisse.

Sol qui cuncta procul cernitque auditque per orbem.

Quanquam prisci quidam apud Græcos fabularum inventores eundem Osirin, & Bac-D chum, & verò similitudine quadam atque affinitate nominis Sirium appellarunt. Ex quibus Eumolpus in Bacchicis carminibus ita cecinit,

More Astri Bacchum vultu flagrante mi-(cantem.

Orpheus autem sic,

Ergo Phanetem ipsum, vel Bacchum nominе dicunt.

Quin etiam addunt nonnulli, ex siderum varietate ortum hunc esse morem, ut idem adstrictam nodo hinnuli pellem circumferret. Isin verò, Antiquam, significare ajunt, quo nomine Luna propter antiquissimũ ac sempiternũ ortum appellata fuerit. Cornua porro eidem affigunt, partim ea figura permoti, quam sub accretionem diminutionemve luminis cornuum instar curvatam ostendit,

partim quod ei vacca sit apud Ægyptios A consecrata. Cæterum geminos hosce Deos mundum universum moderari docent. Ac de Ægyptiis quidem hæc à nobis dicta sunto. Jam in Phœnicum etiam Theologia reperias, qui principes apud illos naturalis sese Philosophiæ studio dediderunt, eos Solem pariter atque Lunam, cæterasque Stellas inerrantes, Elementa præterea, quæque cum iis conjuncta sunt, Deorum in loco tantum habuisse. Iisdem porro mortales vetustissimos terræ germina dedicasse, quibus divinitatem ipsi quoque cum adorationis cultu tribuebant, quibus cum vitam ipsimet adhuc B tolerabant, tum eorum non posteri modo, sed etiam majores in inferiis ac libationibus solenni ritu perficiendis uti consuevere. Misericordiam autem, commiserationem & luctum senescenti terræ germini, primæ animantium ex terra procreationi, ac simul eorum ex mutua congressione generationi, mortique adeo ipsi, per quam hac vita defungerentur, consecrabant. Ejusmodi erant divini cultus notiones hominum istorum imbecillitati, & angustis adhuc pusillisque animis congruentes. Atque hæc Phœnicum etiam libris, ut deinceps ostendemus, continentur. C Quinetiam ille ipse, qui nostra memoria vixit, quique evomendis in nos contumeliis atque maledictis famam sibi nomenque conficit, in iis quos de vitando rerum animatarum usu conscripsit, priscæ illius veterum consuetudinis, laudato Theophrasti testimonio, meminit his omnino verbis. Infinitum plane videtur fluxisse tempus, ex quo genus hominum longe sapientissimum, ut loquitur Theophrastus, sanctissimam illam & à Nilo conditam regionem incoleret, ad focum domesticum sacra Diis D cœlestibus facere cœpit, non myrrhæ, non casiæ thurisque cum croco mixtorum primitiis: (neque enim istorum usus nisi post multas ætates fuit, cum homo curiosus erroris indagator effectus, post multorum laborum atque lachrymarum guttas, necessariæ vitæ primitias Diis obtulit;) non illarum, inquam, rerum, sed virentis herbæ, cujus sic tanquam naturæ genitalis primævam quandam lanuginem manibus sublatam offerebat. Quippe enim priores animantibus arbores, multoque ante ipsas gramen annuum terra procreavit, cujus folia radicesque carpentes cum integris earum naturæ germinibus veteres illi comburebant, eoque sacrificii genere, qui cœlestes Dii videbantur, sibi conciliabant, atque sempiternos ignis honores ipsorum divinitati consecrabant. Nam illis etiam ignem conservabant suis in templis immortalem, quod iisdem simillimus esse videretur.

Nec minus Phœnices.

Antiqua sacrificandi ratio ex Porphyrio.

A μηνοειδής· καὶ ἀπὸ τῆς καθιερωμένης αὐτῇ βοὸς παρ᾽ Αἰγυπτίοις. τούτους δὲ τοὺς θεοὺς ὑφίστανται τὸν σύμπαντα κόσμον διοικεῖν. τοιαῦτα μὲν οὖν καὶ ταῦτα. Ἔχεις δὲ καὶ ἐν τῇ Φοινικικῇ θεολογίᾳ, ὡς ἄρα Φοινίκων οἱ πρῶτοι φυσικοὶ, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς πλανήτας ἀστέρας, καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰ τούτοις συναφῆ, θεοὺς μόνους ἐγίνωσκον· καὶ ὅτι τούτοις οἱ παλαίτατοι τὰ τῆς γῆς ἀφιέρωσαν βλαστήματα, καὶ θεοὺς ἐνόμισαν, καὶ προσεκύνουν ταῦτα. ἀφ᾽ ὧν αὐτοί τε διεγίνοντο, B καὶ οἱ ἑπόμενοι, καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν πάντες, καὶ χοὰς καὶ ἐπιχύσεις ἐτέλουν. ἔλεον δὲ καὶ οἶκτον καὶ κλαυθμὸν βλαστήματι γῆς ἀπιόντι καθιέρουν, καὶ γενέσει ζώων ἐκ γῆς πρώτῃ, καὶ τῇ ἐξ ἀλλήλων, καὶ τελευτῇ, καθ᾽ ἣν τοῦ ζῆν ἀπήρχοντο· αὗται δ᾽ ἦσαν αἱ ἐπίνοιαι τῆς προσκυνήσεως, ὅμοιαι τῇ αὐτῶν ἀσθενείᾳ, καὶ ψυχῆς ἔτι ἀτολμίᾳ. ταῦτα καὶ ἡ Φοινίκων γραφὴ, ὡς ἑξῆς ἀποδειχθήσεται. Ἀλλὰ καὶ ὁ καθ᾽ ἡμᾶς γεγονὼς αὐτὸς ἐκεῖνος, ὁ ταῖς καθ᾽ ἡμῶν λαμπρυνόμενος C δυσφημίαις, ἐν οἷς ἔγραψε περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, καὶ τῆς παλαιῶν ἀρχαιότητος, τὴν μνήμην ὧδέ πως αὐτολεξεὶ, Θεοφράστῳ μάρτυρι χρώμενος, παρατίθεται. Ἀνάριθμος μέν τις εἶναι ἔοικε χρόνος, ἀφ᾽ οὗ τόγε πάντων λογιώτατον γένος, ὥς φησι Θεόφραστος, καὶ τὴν ἱερωτάτην ὑπὸ τοῦ Νείλου κτισθεῖσαν χώραν κατοικοῦν, ἤρξαντο οἱ πρῶτοι ἐφ᾽ ἑστίας τοῖς οὐρανίοις θεοῖς θύειν, οὐ σμύρνης οὐδὲ κασσίας καὶ λιβανωτοῦ κρόκῳ D μιχθέντων ἀπαρχάς· πολλαῖς γὰρ γενεαῖς ὕστερον παρελήφθη ταῦτα καὶ πλάνης· ἐρευνητὴς μαστὴρ ὁ ἄνθρωπος γιγνόμενος, τῆς ἀναγκαίας ζωῆς μετὰ πολλῶν πόνων καὶ δακρύων σταγόνας, ἀπήρξατο τοῖς θεοῖς, οὐ τούτων οὖν ἔθυον πρότερον, ἀλλὰ χλόης οἱονεί τινα τῆς γονίμου φύσεως χνοῦν ταῖς χερσὶν ἀράμενοι. δένδρα μὲν γὰρ δὴ πρὸ ζώων ἀνέδωκεν ἡ γῆ· τῶν δένδρων δὲ πολὺ πρόσθεν τὴν ἐπέτειον γινομένην πόαν, ἧς δρεπόμενοι φύλλα καὶ ῥίζας, καὶ τοὺς ὅλους τῆς φύσεως αὐτῶν βλαστοὺς κατέκαιον, ταύτῃ τοὺς φαινομένους οὐρανίους θεοὺς τῇ θυσίᾳ δεξιούμενοι, καὶ τοῦ πυρὸς ἀπαθανατίζοντες αὐτοῖς τὰς τιμάς. τούτοις γὰρ καὶ τὸ πῦρ ἐφύλαττον ἀθάνατον ἐν τοῖς ἱεροῖς, ὡς ἂν μάλιστα αὐτοῖς ὁμοιότατον.

vid. Ne...

» ἐκ δὲ τῆς θυμιάσεως τῆς ἀπὸ γῆς, θυμια-A
» τήριά τε ἐκάλουν, καὶ τὸ θύειν, καὶ τὸ θυ-
» σιάσαι· ἃ δὴ ἡμεῖς ὡς τῆς ὕστερον πλημμέ-
» λειαν σημαίνοντα, οὐκ ὀρθῶς ἐξακούομεν,
» τὴν διὰ τῶν ζώων δοκοῦσαν θεραπείαν κα-
» λοῦντες θυσίαν. τοσοῦτον δὲ τοῖς παλαιοῖς
» τοῦ μὴ παραβαίνειν τὸ ἔθος ἔμελεν, ὡς κα-
» τὰ τῶν ἐκλειπόντων τὸ ἀρχαῖον, ἐπεισα-
» γόντων δὲ ἕτερον, ἀρασαμένους, ἀρώμα-
» τα τὰ θυμιώμενα προσαγορεῦσαι. ταῦτα
» εἰπὼν, ἐπιλέγει μεθ' ἕτερα· Πόῤῥω δὲ B
» τῶν περὶ τὰς θυσίας ἀπαρχῶν τοῖς ἀνθρώ-
» ποις προϊουσῶν παρανομίας, ἡ τῶν δεινο-
» τάτων θυμάτων παράληψις ἐπεισήχθη ὠμό-
» τητος πλήρης· ὡς δοκεῖν τὰς πρόσθεν
» λεχθείσας καθ' ἡμῶν ἀρὰς νῦν τέλος
» εἰληφέναι, σφαξάντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ
» τοὺς βωμοὺς αἱμαξάντων. τοσαῦτα καὶ ὁ Πορ-
φύριος, οὐ μᾶλλον ἢ ὁ Θεόφραστος. Ἐπισφρά-
γισμα τοῦ λόγου γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὁ Πλάτων
ἐν Κρατύλῳ, πρόσθεν τῶν εἰρημένων αὐ-
τῷ περὶ τῶν Ἑλλήνων, ὧδέ πη φάσκων C
„ πρὸς ῥῆμα· Φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν
„ ἀνθρώπων τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα, τούτους
„ μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν
„ βαρβάρων, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ γῆν, καὶ
„ ἄστρα, καὶ οὐρανόν· ἅτε οὖν αὐτὰ ὁρῶντες πάν-
„ τα ἀεὶ ἰόντα δρόμῳ καὶ θέοντα, ἀπὸ ταύτης
„ τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν, θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι.

Ἀλλ' ὅτι μὲν οἱ πρῶτοι καὶ παλαιότατοι τῶν ἀνθρώπων, οὔτε ναῶν οἰκοδομίαις προσεῖχον, οὔτε ξοάνων ἀφιδρύμασιν, οὔπω τότε γραφικῆς, οὐδὲ πλαστικῆς, ἢ γλυπτικῆς, ἢ ἀνδριαντοποιητικῆς τέχνης ἐφευρημένης, οὐδὲ μὴν οἰκοδομικῆς, οὐδὲ ἀρχιτεκτονικῆς συνεστώσης, παντί τῳ οἶμαι συλλογιζομένῳ δῆλον εἶναι. ὅτι δὲ οὐδὲ τῶν μετὰ ταῦτα κατωνομασμένων θεῶν τε καὶ ἡρώων μνήμη τις τοῖς τότε παρῆν, οὔτ' οὖν τις ἦν αὐτοῖς Ζεὺς, οὐ Κρόνος, οὐ Ποσειδῶν, οὐκ Ἀπόλλων, οὐχ Ἥρα, οὐκ Ἀθηνᾶ, οὐ Διόνυσος, οὐδέ τις ἕτερος θήλειά τε καὶ ἄῤῥην θεὸς, οἷοι μετὰ ταῦτα μυρίοι παρά τε βαρβάροις καὶ Ἕλλησιν· ἀλλὰ οὐδὲ δαίμων τις ἀγαθὸς, ἢ φαῦλος ἐν ἀνθρώποις ἐθαυμάζετο· μόνα δὲ τὰ φαινόμενα τῶν οὐρανίων ἄστρων, παρὰ τὸ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέ- D

A Cæterum ex illa rerum, quas terra produxerat, ἀναθυμιάσει, has ſubinde voces θυμιατήρια, θύειν, θυσίασαι effinxerunt, quibus nos perinde ac ſi novum hoc improbitatis genus ſignificarent, alieno planè ſenſu abutimur, dum fallacem hunc cultum, qui animantium immolatione perficitur, θυσίαν appellamus. Ac priſci quidem illi homines, ne quid adverſus hunc ritum peccaretur, tanto ſtudio tantaque diligentia providebant, ut quod in eos, qui rejecto vetere inſtituto novum aliquod inveherent, ἠράσαντο, hoc eſt diras effunderent, ἀρώματα τὰ θυμιώμενα, id eſt ſuffi- B tiones ipſas, imprecationes dirasque nominarent. Quibus, poſt alia quædam, hæc ſubjicit. Ubi autem illæ ſacrificiorum pri- „ mitiæ in majorem impietatem hominum vi- „ tio prorupiſſent, tandem uſus teterrima- „ rum victimarum crudelitate plenus inva- „ luit, ut quas ante conceptas noſtrum in ca- „ put imprecationes diximus, eæ hoc demum „ tempore, quo homines ipſi vivas ac ſpiran- „ tes animantes jugulant, earumque ſangui- „ ne altaria cruentant, exitum ſortitæ videantur. Hæc ipſe quoque Porphyrius, nec ſuo magis quam Theophraſti ore commemorat.

C Plato denique ſermonem hunc nobis auctoritatis ſuæ veluti ſigillo concludat. Is enim in Cratylo ante ea quæ de Græcis ipſis diſputat, ſic ad verbum loquitur. Mihi quidem illi homines videntur, qui Græciam » primi tenuerunt, eos tantùm Deos cenſuiſ- » ſe, quos nunc Barbarorum plerique colunt, » Solem nimirum, Lunam, Terram, Aſtra, » Cœlum: quæ cum ipſi viderent omnia con- » tinenti curſu ferri, eadem ab illa, τοῦ θεῖν, hoc » eſt curſus ejuſmodi natura θεοὺς, Deos nomi- » narint.

Græcos etiam olim Aſtra ſola pro diis habuiſſe.

D Ac primos illos quidem & vetuſtiſſimos homines nihil vel in templis extruendis, vel in erigendis ſimulacris operæ ac ſtudii poſuiſſe, cum necdum iſtæ pingendi, fingendi, cælandi, ſtatuas efficiendi, ac ne domos quidem tectaque ædificandi artes inventæ ac conſtitutæ eſſent, cuivis, opinor, rem apud ſe reputanti facilè conſtabit. Quod autem nec ipſorum, qui Dii poſtea vel Heroes appellati ſunt, ulla apud eoſdem mentio fuerit; quodque nec Jovem, aut Saturnum, aut Neptunum, aut Apollinem, aut Junonem, aut Palladem, aut Bacchum, aut alium omnino Deum, ſeu mas foret, ſeu fœmina, quales infiniti poſtea cum apud Barbaros, tum apud Græcos paſſim extiterunt, agnoſcerent: Imo, quod nullus tum inter homines ſeu bonus, ſeu malus Dæmon celebraretur: ſed illa tantum quæ in cœlo apparebant Aſtra, παρὰ τὸ θέειν, id eſt à currendo, θεῶν, hoc eſt

A Deorum nomen, ut ipsimet ajunt, obtinerent: denique, quod ne illa quidem animantium immolationibus, aut iis, qui postea sunt excogitati superstitiosis honoribus colerentur; non jam oratione nostra, sed domestico Gentilium ipsorum testimonio, quod certam ex disertis eorum verbis, quæque citavimus antea, quæque suis posteà locis subjiciemus, probationem suppeditat, plane conficimus. Quanquam divinæ etiam Christianæ religionis literæ hoc ipsum docent, quibus continetur, gentibus quidem universis eorum, B quæ sub aspectum cadunt, siderum attributum initio cultum fuisse, uni autem Hebræo populo singularem quandam & eximiam cum hujus universi effectoris ac molitoris Dei, tum etiam veræ adversus eum pietatis notitiam præcipuo munere beneficioque concessam. Qvare nulla plane apud antiquissimos homines sive Græcorum, sive Barbarorum Theogoniæ mentio, nullus statuendorum simulacrorum usus, nulla, quæ multa nunc est in ista Deorum partim marium, partim fœminarum appellatione, nugarum vanitas. Nec enim illius ætatis hominibus nota erant, quæ posteà ex mortalium ipsorum turba petita confictaque C nomina; imò ne dæmonum quidem spirituumve sensus fugientium invocationes, nec absurdæ ineptæque de Diis & Heroibus fabulæ, nec arcanarum & infandarum initiationum mysteria, nec ullum omnino multiplicis ac stolidæ eorum, qui seqvuti sunt, hominum superstitionis vestigium cernebatur. Sunt hæc nimirum ab hominibus excogitata commenta, sunt mortalis naturæ fictiones, vel potius turpis ac flagitiis perditæ vitæ artes; id quod illius etiam divini oraculi fide comprobatur, *Initium fornicationis, exquisitio idolorum.* Maneat igitur hunc D omnium gentium de multitudine Deorum errorem nonnisi post longam ætatum seriem extitisse, qui cum à Phœnicibus & Ægyptiis initium habuisset, ab iis in reliquas postmodum nationes ad ipsos usque Græcos se se propagarit. Atque id ipsum præterea vetustissimæ historiæ monumenta declarant, quam utique jam tempus est, ducto ab Phœniciis initio propius intueri.

Simulacra nulla.

Sap. 14. 12.

Res autem istas Sanchuniatho quidam memoriæ prodidit vir antiquissimus, quemque ante Trojana tempora floruisse, summaque cum diligentiæ, tum veritatis laude Phœnicum historiam scripsisse testantur. Hujus opera omnia Philo, non Hebræus ille, sed Byblius ex Phœnicum idiomate Græcam in linguam conversa vulgavit. Ejusdem quo-

ἀρχήν, θεῶν τε προσηγορίας, ὥς αὐτοί φασιν, ἐτύγχανε, καὶ οὐδὲ ταῦτα ταῖς διὰ ζώων θυσίαις, καὶ ταῖς μετὰ ταῦτα ἐπινοηθείσαις τιμαῖς ἐθρησκεύετο, οὐχ ἡμέτερος ὁ λόγος, pag. 10. οἴκοθεν δὲ καὶ ἐξ αὐτῶν Ἑλλήνων ἡ μαρτυρία, διὰ τῶν προτεθειμένων φωνῶν, καὶ τῶν αὖθις ἑξῆς παρατεθησομένων τὴν ἀπόδειξιν παρεχομένη. Τοῦτο δὲ καὶ οἱ ἱεροὶ καθ' ἡμᾶς διδάσκουσι λόγοι, πᾶσι μὲν τοῖς ἔθνεσι τὸ κατ' ἀρχὰς τὴν τῶν ὁρωμένων φωστήρων τιμὴν ἀπονενεμῆσθαι περιέχοντες, μόνῳ δὲ τῷ Ἑβραίων γένει τὴν ἐποπτείαν ἀνατεθεῖσθαι τῆς θεωρίας τοῦ τῶν ὅλων ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ θεοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἀληθοῦς εὐσεβείας. Οὐκ ἄρα τις ἦν θεογονίας Ἑλληνικῆς, ἢ βαρβαρικῆς τοῖς παλαιτάτοις τῶν ἀνθρώπων λόγος, οὐδὲ ξοάνων ἱδρύσεις, οὐδ' ἡ νῦν πολλὴ φλυαρία τῆς τῶν θεῶν ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν κατονομασίας. αἱ γοῦν προσηγορίαι καὶ τὰ ὀνόματα, ἐξ ἀνθρώπων ὕστερον ἐφευρημένα, οὔπω τότε ἐν ἀνθρώποις ἐγνωρίζετο· ἀλλ' οὐδὲ δαιμόνων καὶ πνευμάτων ἀφανῶν ἀνακλήσεις. οὐκ ἔκτοποι περὶ θεῶν καὶ ἡρώων μυθολογίαι, οὐκ ἀπορρήτων τελετῶν μυστήρια· οὐδ' ὅλως τι τῆς πολλῆς καὶ ἀδολέσχου τῶν μετέπειτα ἀνδρῶν δεισιδαιμονίας. ἀνθρώπων ἄρα ἦν ταῦτα εὑρήματα, καὶ θνητῆς φύσεως ἀναπλάσματα· μᾶλλον δὲ τρόπων αἰσχρῶν καὶ ἀκολάστων ἐπιτεχνήματα, κατὰ τὸ παρ' ἡμῖν θεῖον λόγιον τὸ φάσκον· „ἀρχὴ πορνείας, ἐπίνοια εἰδώλων. „ἡ γοῦν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πολύθεος πλάνη μακροῖς ὕστερον αἰῶσι πέφανται, δεξαμένη μὲν ἀπὸ Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων, διαβᾶσα δὲ ἐκ τούτων ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, καὶ μέχρις αὐτῶν Ἑλλήνων. ὡς καὶ τοῦτο πάλιν, ἡ τῶν παλαιτάτων ἱστορία κατέχει, ἣν καὶ αὐτὴν ἐπισκέψασθαι καιρός, ἀπὸ τῶν Φοινικικῶν ἀρξαμένους.

Ἱστορεῖ δὲ ταῦτα Σαγχουνιάθων ἀνὴρ παλαίτατος, καὶ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων, ὥς φασι, πρεσβύτερος, ὃν καὶ ἐπ' ἀκριβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ τῆς Φοινικικῆς ἱστορίας ἀποδεχθῆναι μαρτυροῦσι. Φίλων δὲ τούτου πᾶσαν τὴν συγγραφήν, ὁ Βύβλιος, οὐχ ὁ Ἑβραῖος, μεταβαλὼν ἀπὸ τῆς Φοινίκων γλώσσης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέδωκε. μέμνη-

ται τούτων ὁ καθ' ἡμᾶς τὴν καθ' ἡμῶν πεποιημένος συσκευὴν, ἐν τετάρτῳ τῆς πρὸς ἡμᾶς ὑποθέσεως, ὧδε τῷ ἀνδρὶ μαρτυρῶν πρὸς λέξιν. ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, ὅτι καὶ τοῖς τόποις καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν τὰ συμφωνότατα, Σαγχουνιάθων ὁ Βηρύτιος, εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως Θεοῦ τοῦ Ἰευώ. ὃς Ἀβιβάλῳ τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεὶς, ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας, παρεδέχθη. οἱ δὲ τούτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωικῶν πίπτουσι χρόνων, καὶ σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζουσιν, ὡς αἱ τῶν Φοινίκης βασιλέων μηνύουσι διαδοχαί. Σαγχουνιάθων δὲ κατὰ τὴν Φοινίκων διάλεκτον, φιλαλήθως τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας, ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσσυρίων βασιλίδος, ἢ πρὸ τῶν Ἰλιακῶν, ἢ κατ' αὐτούς γε τοὺς χρόνους γενέσθαι ἀναγέγραπται. τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσε Φίλων ὁ Βύβλιος. ταῦτα μὲν ὁ δηλωθεὶς, ἀλήθειαν ὁμοῦ καὶ παλαιότητα τῷ δὴ θεολόγῳ μαρτυρήσας. ὁ δὲ προϊὼν, οὐ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν, οὐδὲ μὴν τοὺς κατ' οὐρανὸν, θνητοὺς δὲ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, οὐδὲ τὸν τρόπον ἀστείους, οἵους δι' ἀρετὴν ἄξιον εἶναι ἀποδέξασθαι, ἢ ζηλῶσαι τῆς φιλοσοφίας, φαυλότητος δὲ καὶ μοχθηρίας ἁπάσης κακίαν περιβεβλημένους θεολογεῖ. καὶ μαρτυρεῖ γε τούτους αὐτοὺς ἐκείνους εἶναι, τοὺς εἰσέτι καὶ νῦν θεοὺς

pag. 22. παρὰ τοῖς πᾶσι νενομισμένους κατά τε τὰς πόλεις καὶ τὰς χώρας. δέχου δὲ καὶ τούτων ἐκ τῶν ἐγγράφων τὰς ἀποδείξεις. Ὁ δὴ Φίλων εἰς ἐννέα βίβλους τὴν πᾶσαν τοῦ Σαγχουνιάθωνος πραγματείαν διελὼν, κατὰ τὸ προοίμιον τοῦ πρώτου συγγράμματος αὐτοῖς ῥήμασι προλέγει περὶ τοῦ Σαγχουνιάθωνος ταῦτα. Τούτων οὕτως ἐχόντων, ὁ Σαγχουνιάθων ἀνὴρ πολυμαθὴς καὶ πολυπράγμων γενόμενος, καὶ τὰ ἐξ ἀρχῆς, ἀφ' οὗ τὰ πάντα συνέστη, παρὰ πάντων εἰδέναι ποθῶν, πολὺ φροντιστικῶς ἐξεμάστευσε τὰ Τααύτου, εἰδὼς, ὅτι τῶν ὑφ' ἥλιον γεγονότων, πρῶτός ἐστι Τάαυτος ὁ τῶν γραμμάτων τὴν εὕρεσιν ἐπινοήσας, καὶ τὸ τῶν ὑπομνημάτων γραφῆς καταρξας, καὶ ἀπὸ τοῦδε ὥσπερ κρηπῖδα βαλόμενος τοῦ λόγου, ὃν Αἰ-

Aque meminit, is qui nostra memoria opus illud adversum nos mendaciis fraudibusque textum consarcinavit, dum libro quarto ipsum hujus testimonii sui prædicatione commendat. Rerum inquit, ad Judæos pertinentium historiam Sanchuniatho Berytius summa fide conscripsit, quippe quæ cum eorum locis atque nominibus apprime consentiat, cum præcipua rerum illarum capita ab Hierombalo quodam Ievi Dei sacerdote accepisset. Hoc illius opus Abibalo Regi Berytiorum dedicatum, non modo Rex, sed etiam ii, quorum apud ipsum erat de scriptorum veritate cognoscere, omnes comprobarunt. Atque istorum quidem ætas Trojanis temporibus antiquior, proxime ad Mosem ipsum accedit, ut ex Phœniciæ Regum serie quivis auferre potest. Hic igitur Sanchuniatho, qui Phœnicia lingua veterem historiam partim ex singularum urbium Actis, partim ex Templorum monimentis coagmentatam singulari veritatis studio perscripsit, Semiramide, quam Iliacis temporibus vel antiquiorem vel æqualem fuisse memorant, apud Assyrios regnante, vixit. Ejusdem porro Sanchuniathonis opera Philo Byblius Græco sermone donavit. Hæc ille, quibus istius Theologi cum in scribendo veritatem, tum etiam vetustatem nobis testatam reliquit. Verum in operis suscepti progressu non jam Deum universi moderatorem, immo ne cœli quidem incolas, sed viros quosdam ac mulierculas morti obnoxios, eosque non ea morum honestate, ut propter virtutem suscipi ac probari mereantur, aut ea præditos sapientia, quæ nos ad ipsorum æmulationem invitet, sed omnibus flagitiis ac sceleribus coopertos nobis pro Diis obtrudit, ac simul eos ipsos esse confirmat, qui passim etiamnum omnibus in oppidis atque regionibus Deorum loco celebrantur. Quarum tu rerum certas etiam & ex illorum scriptis depromptas accipe probationes. Philo igitur, qui Sanchuniathonis opus universum novem in libros distribuit, ipso statim primi libri proœmio hæc ad verbum de eodem Auctore præfatur. Hæc cum ita se haberent, Sanchuniatho vir in primis eruditus, cum operam in rerum plurimarum studio posuisset, cumque gentium omnium historiam jam usque a prima universi molitione nosse vehementer optaret, præcipuam quandam in pervestigandis Taauti rebus diligentiam adhibuit, quod satis intelligeret, omnium qui lucem hanc aspexerant, eum literas principem invenisse, ac scribendorum commentariorum auctorem fuisse: Ab illo autem auspicatum esse, quem ab Ægyptii

Sanchuniathonis opera.

Philo Byblius de Sanchuniathone, quid habeat.

Thoyth, ab Alexandrinis Thoth, nomina-
tum, Græci Ἑρμῆν hoc est Mercurium reddi-
dere. His commemoratis, recentiores illos,
qui postea emerserant, eo nomine repre-
hendit, quòd quæ de Diis vulgò ferebantur,
ad allegorias nescio quas & physicas expli-
» cationes vi facta veritati traducerent. Is er-
» go sic in progressu loquitur. Sed enim qui
» novissimè rerum sacrarum disputationem
» attigere, cùm eorum quæ facta erant ipso
» statim initio veritatem rejecissent, allegoriis
» quibusdam ac fabulis excogitatis, cumque
» rebus iis, quæ hujus universi naturam conse-
» quuntur affinitate conficta, mysteria densis
» obducta tenebris instituerunt, ne qvis eo-
» rum, quæ reapse gesta erant, veritatem in-
» tueri facile posset. Ille autem cum in arcana
» quædam Ammoneorum volumina incidis-
» set, quæ ex interioribus templorum pene-
» tralibus, ubi ante jacuerant, educta cum ob-
» via passim non essent, omnium sententiam
» diligenti meditatione quæsivit, lætumqve
» suscepti laboris exitum conseqvutus, quæ in
» ipso aditu occurrebant fabulis cum allegori-
» is omnibus de medio sublatis, institutum o-
» pus suam ad perfectionem maturitatemqve
» perduxit: donec qui post illum extitere Sa-
» cerdotes, idem ipsum occultare denuò atque
» ad priscarum fabularum commenta revo-
» care postea voluissent, unde mysticus ille
» sensus emersit, qui nunquam antea Græco-
» rum animos occuparat. Quibus deinceps
» ista subjungit. Hæc tandem à nobis reperta
» sunt, cum vehementi cognoscendæ Phœni-
» cum historiæ desiderio teneremur, ac po-
» steaquam ingentem librorum monimento-
» rumq; sylvam cupidè scrutati essemus, non
» eam tamen, quæ penes Græcos erat, quod
» ipsam magna cum dissensione animorum,
» & contentionis potius quam veritatis studio
» conflatam à nonnullis esse perviderem.
» Tum quibusdam interjectis, Ad fidem, in-
» quit, illius scriptis adhibendam, eo maximè
» quod oculis intuemur Græcorum hominum
» dissidio adducti sumus: quo de tria quoqve
» volumina, quorum inscriptio est, De incre-
» dibili historia, studiosè ac diligenter elabora-
» vimus. Ac rursum post alia nonnulla, subdit.
» Jam vero, quo illustrior habeatur magisqve
» distincta rei totius intelligentia hoc etiam
» ante omnia ponere nos oportet, Barbarorum
» antiquissimos, Phœnices in primis & Ægy-
» ptios, à quibus cæteri deinceps populi mo-
» rem illum accepere, in maximorum Deorū
» loco eos omnes habuisse, qvi res ad vitam a-
» gendam necessarias invenissent, quique be-
» neficium aliquod in genus hominum contulissent. Eos nimirum quod sibi plurimorum
» auctores bonorum esse persuaderent, divinis honoribus coluere; ac Templorum
» usu, quæ jam ante constructa fuerant, hoc ad munus officiumqve traducto,

Ammoneorum libri.

A Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωΰθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θώθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνες μετέφρασαν. Ταῦτα εἰπὼν ἐπιμέμφεται τοῖς νεωτέροις τοῖς μετὰ ταῦτα, ὡς ἂν βεβιασμένως καὶ οὐκ ἀληθῶς τοὺς περὶ θεῶν μύθους ἐπ' ἀλληγορίας καὶ φυσικὰς διηγήσεις τε καὶ θεωρίας ἀνάγουσι· λέγει δ' οὖν προϊών. Ἀλλ' οἱ μὲν νεώτατοι τῶν ἱερολόγων, τὰ μὲν γεγονότα πράγματα ἐξ ἀρχῆς ἀπεπέμψαντο, ἀλληγορίας καὶ μύθους ἐπινοήσαντες, καὶ τοῖς κοσμικοῖς παθήμασι συγγένειαν πλασάμενοι, μυστήρια κατέστησαν. καὶ πολὺν αὐ-
B τοῖς ἐπῆγον τῦφον, ὡς μὴ ῥᾳδίως τινὰ συνορᾶν τὰ κατ' ἀλήθειαν γενόμενα. ὁ δὲ συμβαλὼν τοῖς ἀπὸ τῶν ἀδύτων εὑρεθεῖσιν ἀποκρύφοις Ἀμμουνέων γράμμασι συγκειμένοις, ἃ δὴ οὐκ ἦν πᾶσι γνώριμα, τὴν μάθησιν ἁπάντων αὐτὸς ἤσκησε· καὶ τέλος ἐπιθεὶς τῇ πραγματείᾳ, τὸν κατ' ἀρχὰς μῦθον, καὶ τὰς ἀλληγορίας ἐκποδὼν ποιησάμενος, ἐξηνύσατο τὴν πρόθεσιν. ἕως πάλιν οἱ ἐπιγενόμενοι ἱερεῖς, χρόνοις ὕστερον ἠθέλησαν αὐτὴν ἀποκρύψαι, καὶ εἰς τὸ μυθῶδες
C ἀποκαταστῆσαι. ἐξ οὗ τὸ μυστικὸν ἀνέκυπτεν οὐδέπω φθάσαν εἰς Ἕλληνας. τούτοις ἑξῆς, φησίν· Ταῦθ' ἡμῖν εὕρηται, ἐπιμελῶς εἰδέναι τὰ Φοινίκων ποθοῦσι, καὶ πολλὴν ἐξερευνησαμένοις ὕλην, οὐχὶ τὴν παρ' Ἕλλησι· διάφωνος γὰρ αὕτη, καὶ φιλονεικότερον ὑπ' ἐνίων μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀλήθειαν συντεθεῖσα. καὶ μεθ' ἕτερα. Οὕτως τε ἔχειν πεπεῖσθαι ἡμῖν παρέστη, ὡς ἐκεῖνος γέγραφε, τὴν διαφωνίαν
D ὁρῶσι τὴν παρ' Ἕλλησι. περὶ ἧς μοι τρία πεφιλοτίμηται βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα, παραδόξου ἱστορίας. καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Πρὸς διαρθρῶσαι δὲ ἀναγκαῖον πρὸς τὴν αὖθις σαφήνειαν, καὶ τὴν τῶν κατὰ μέρος διάγνωσιν, ὅτι οἱ παλαιότατοι τῶν βαρβάρων, ἐξαιρέτως δὲ Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι, παρ' ὧν καὶ οἱ λοιποὶ παρέλαβον ἄνθρωποι, θεοὺς ἐνόμιζον μεγίστους τοὺς τὰ πρὸς τὴν βιωτικὴν χρείαν εὑρόντας, ἢ καὶ κατά τι εὖ ποιήσαντας τὰ ἔθνη· εὐεργέτας τε τούτους καὶ πολλῶν αἰτίους ἀγαθῶν ἡγούμενοι, ὡς θεοὺς προσεκύνουν. καὶ εἰς τὸ χρεὼν καταστάντας ναοὺς μετασκευασάμενοι,

στήλας τε καὶ ῥάβδους ἀφιέρουν ἐξ ὀνόματος αὐτῶν, καὶ ταῦτα μεγάλως σεβόμενοι, καὶ ἑορτὰς ἔνεμον αὐτοῖς τὰς μεγίστας Φοίνικες. ἐξαιρέτως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν σφετέρων βασιλέων, τοῖς κοσμικοῖς στοιχείοις, καί τισι τῶν νομιζομένων θεῶν τὰς ὀνομασίας ἐπέθεσαν. Φυσικοὺς δὲ, ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς πλανήτας ἀστέρας, καὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰ τούτοις συναφῆ, θεοὺς μόνους ἐγίνωσκον. ὥστ' αὐτοῖς τοὺς μὲν θνητοὺς, τοὺς δὲ ἀθανάτους θεοὺς εἶναι. ταῦτα καὶ τὸ προοίμιον ὁ Φίλων διαστειλάμενος, ἑξῆς ἀπάρχεται τῆς τοῦ Σαγχουνιάθωνος ἑρμηνείας, ὧδέ πως τὴν Φοινικικὴν ἐκτιθέμενος θεολογίαν.

A Columnas insuper statuasque ligneas ipsorum nomine consecrarunt, eaque præcipuo religionis cultu prosequuti Phœnices, festos illis quoque dies longè celeberrimos dedicarunt. In quo quidem eximium illud fuit, quod Regum suorum nomina universi hujus elementis, ac quibusdam eorum, quibus Divinitatem ipsi tribuebant, imponerent. Naturales porro Deos. Solem, Lunam, reliquasque stellas inerrantes, cum Elementis ac cæteris cum iisdem affinitate conjunctis, solos ex omnibus agnoscebant; ut mortales qvidem alios, alios autem immortales Deos haberent. Quibus Philo breviter B in procemio constitutis, ad Sanchuniathonis interpretationem aggreditur, his verbis Phœnicum Theologiam edisserens.

pag. 32.

I. ΦΟΙΝΙΚΩΝ ΘΕΟΛΟΓΙΑ.

ΤΗΝ τῶν ὅλων ἀρχὴν ὑποτίθεται ἀέρα ζοφώδη καὶ πνευματώδη, ἢ πνοὴν ἀέρος ζοφώδους, καὶ χάος θολερὸν, ἐρεβῶδες. ταῦτα δὲ εἶναι ἄπειρα, καὶ διὰ πολὺν αἰῶνα μὴ ἔχειν πέρας. ὅτε δέ, φησιν, ἠράσθη τὸ πνεῦμα τῶν ἰδίων ἀρχῶν, καὶ ἐγένετο σύγκρασις, ἡ πλοκὴ ἐκείνη ἐκλήθη πόθος. αὕτη δὲ ἀρχὴ κτίσεως ἁπάντων. αὐτὸ δὲ οὐκ ἐγίνωσκε τὴν αὐτοῦ κτίσιν. καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ συμπλοκῆς τοῦ πνεύματος, ἐγένετο Μώτ. τοῦτό τινές φασιν ἰλύν. οἱ δὲ, ὑδατώδους μίξεως σῆψιν. καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως, καὶ γένεσις τῶν ὅλων. ἦν δέ τινα ζῶα οὐκ ἔχοντα αἴσθησιν, ἐξ ὧν ἐγένετο ζῶα νοερὰ, καὶ ἐκλήθη Ζωφασημὶν, τοῦτ' ἔστιν οὐρανοῦ κατόπται. καὶ ἀνεπλάσθη ὁμοίως ᾠοῦ σχήματι. καὶ ἐξέλαμψε Μὼτ ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρες τε καὶ ἄστρα μεγάλα. τοιαύτη μὲν αὐτῶν ἡ κοσμογονία, ἄντικρυς ἀθεότητα εἰσάγουσα. Ἴδωμεν δὲ ἑξῆς, ὡς καὶ τὴν ζωογονίαν ὑποστῆναι λέγει. Φησὶν οὖν. καὶ τοῦ ἀέρος διαυγάσαντος, διὰ πύρωσιν καὶ τῆς θαλάσσης καὶ τῆς γῆς ἐγένετο πνεύματα, καὶ νέφη, καὶ οὐρανίων ὑδάτων μέγισται καταφοραὶ καὶ χύσεις. καὶ ἐπειδὴ διεκρίθη, καὶ τοῦ ἰδίου τόπου διεχωρίσθη διὰ τὴν τοῦ ἡλίου πύρωσιν, καὶ πάντα συνήντησε πάλιν ἐν ἀέρι τάδε τοῖσδε, καὶ συνέρραξαν, βρονταί τε ἀπετελέσθησαν καὶ ἀστραπαὶ, καὶ

X. PHOENICUM Theologia.

Cap. vii. Trap. Sanchuniathonis verba de Phœnicum theologia.

PRINCIPIUM hujus universitatis ponit Aërem tenebrosum ac spiritu fœtum, seu mavis tenebrosi aëris flatum ac spiritum, chaosque turbidum altaque caligine circumfusum. Hæc porro infinita esse, nullumq; nisi longo seculorum intervallo terminum C habere. Verum, ubi spiritus, inquit, amore principiorum suorū flagrare cœpisset, eumque simul esset mixtio consequuta, nexum hunc mutuum Cupidinem appellarunt. Is quidem rerum omnium procreationis principium fuit. Spiritus vero suam ipsius procreationem minime agnoscebat. Ex hac illius conjunctione prodiit Mot; Id quod limum nonnulli, alii aquosæ mixtionis corruptionem esse volunt, ex qua seqvutæ productionis semina, ipsaq; adeo rerum universarum generatio extiterit. Cæterū animantia quædam erant omni sensu carentia, quæ postmodum D intelligentia præditos animantes procrearunt. Eos illi Zophasemin, hoc est cœli contemplatores nominarunt, in ovi figuram conformatos. Illico autem Mot, cum Sole, Luna, Stellis, ac reliqua majorum Astrorum multitudine emicuit. Hujusmodi à Phœnicibus mundi ortus ponitur, qui omnē plane Divinitatem exterminet. Jam, qualis ab iisdem invehatur animalium generatio, videamus. Sic ergo philosophatur. Cum igneum splendorem aër emisisset, ex ardenti maris ac terrarum inflammatione, venti, nubes, magnoque ruentium impetu cœlestium imbrium ac nimborum effusiones extitere: cum autem hæc omnia, quæ distincta paulo ante, ac propter vehementiorem Solis æstum a propria sede disjuncta fuerant, in eodem rursus aëre concurrerent, atq; alia cum aliis committerentur; tonitrua simul ac fulgura

Mot, quid sit.

Zophasemin qui.

peperere; quorum ad tonitruûm fragorem, descripti antea intellectu præditi animantes velut à somno excitati, horrendoque sonitu exterriti, mares pariter ac fœminæ tam in terra quam in mari moveri cœpere. Ejusmodi est, quæ ab istis somniatur, animalium generatio: quam hæc ejusdem Auctoris verba excipiunt. Hæc in Taauti de Mundi ortu commentariis scripta reperta sunt, quæ quidem ipse cùm argumentis & conjecturis, quas mentis acie perviderat, excogitavit; tum eorum quoque facem nobis lumenque prætulit. Mox Austri ac Boreæ, cæterorumque ventorum nominibus explicatis, ita prosequitur. At illi omnium principes terræ germina consecrarunt, iisque Deorum in loco habitis adorationis cultum tribuerunt, quibus vitam non ipsi modò, sed ipsorum etiam posteri, majoresq. omnes tolerarunt, inferiasq. ac libamina perfecerunt. Atque hæ divini cultus cogitationes, inquit, cum eorũ imbecillitate animique angustiis congruebant. Tum scribit, ex Colpia vento, atque ejus uxore Baau, quam Græci νύκτα, hoc est noctem, interpretantur, Ævum ac Primogenitum, mortales ambo, procreatos; Ævumque cibi ex arboribus petendi auctorem fuisse. Qui ab illis geniti sint, eos Genus ac Progeniem appellatos, Phœnicen incoluisse: cumque vehementior æstus urgeret, in cœlum manus ad Solem sustulisse. Quippe, Deum enim hunc, inquit, unum cœli moderatorem esse credebant, eumq; propterea Beelsamen, id est, Phœnicum linguâ, cœli Dominum, Græca vero Δία, hoc est Jovem, nominabant. Deinceps Græcorum his verbis traducit errorem. Neque enim sine ratione pluribus ista modis explicate distinguenda putavimus, sed varias hac etiam in parte nominum quæ rebus attribuuntur notiones ac significationes sequuti sumus, quæ Græci homines cum ignorarent, alieno sensu accepere, in errorem ambiguitate significationis inducti. Porro ex Genere Ævi ac Primogeniti filio natos ait esse liberos morti similiter obnoxios, eosque Lucis, Ignis, & Flammæ nominibus appellatos; qui cum ignem ex mutua lignorum collisione repperissent, ejusdem usum homines docuerint. Iidem filios genuere, qui mole ac proceritate corporis vulgus hominum longe superarent, quorum nomina montibus iis attributa sunt, quos ipsi prius occuparant. Quare montes Cassius, Libanus, Antilibanus, & Brathyus, ab illis nomen accepere. Cæterum ab iis Memrumus & Hypsuranius procreati sunt; qui à matribus ejusmodi appellationes invenere, mulierculis, inquam,

Taauti commentarii. *Ævum Phœnicib. genit.* *Jupiter Phœnicum Beelsamen.* *Generis liberi ac nepotes.*

A πρὸς τὸν πάταγον τῶν βροντῶν τὰ προγεγραμμένα νοερὰ ζῶα ἐξηγρηγόρησεν, καὶ πρὸς τὸν ἦχον ἐπτύρη, καὶ ἐκινήθη ἔν τε γῇ καὶ θαλάσσῃ ἄρρεν καὶ θῆλυ. Τοιαύτη αὐτοῖς καὶ ἡ ζωογονία. Τούτοις ἑξῆς ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ἐπιφέρει λέγων· Ταῦθ' εὑρέθη ἐν τῇ κοσμογονίᾳ γεγραμμένα Ταάυτου, καὶ τοῖς ἐκείνου ὑπομνήμασιν, ἔκ τε στοχασμῶν καὶ τεκμηρίων, ὧν ἑώρακεν αὐτοῦ ἡ διάνοια, καὶ εὗρε, καὶ ἡμῖν ἐφώτισεν. ἑξῆς τούτοις ὀνόματα τῶν ἀνέμων εἰπὼν Νότου καὶ Βορέου, καὶ τῶν B λοιπῶν, ἐπιλέγει· Ἀλλ' οὗτοί γε πρῶτοι ἀφιέρωσαν τὰ τῆς γῆς βλαστήματα, καὶ θεοὺς ἐνόμισαν, καὶ προσεκύνουν ταῦτα, ἀφ' ὧν αὐτοί τε διεγίνοντο, καὶ οἱ ἑπόμενοι, καὶ οἱ πρὸ αὐτῶν πάντες, καὶ χοὰς καὶ ἐπιθύσεις ἐποίουν. καὶ ἐπιλέγει· αὗται δ' ἦσαν αἱ ἐπίνοιαι τῆς προσκυνήσεως, ὅμοιαι τῇ αὐτῶν ἀσθενείᾳ, καὶ ψυχῆς ἀτολμίᾳ. εἶτά φησι γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ Κολπία ἀνέμου, καὶ γυναικὸς αὐτοῦ Βάαυ, τοῦτο δὲ νύκτα ἑρμηνεύειν, Αἰῶνα καὶ Πρω- C τόγονον θνητοὺς ἄνδρας, οὕτω καλουμένους. εὑρεῖν δὲ τὸν Αἰῶνα τὴν ἀπὸ τῶν δένδρων τροφήν. ἐκ τούτων τοὺς γενομένους κληθῆναι Γένος, καὶ Γενεάν, καὶ οἰκῆσαι τὴν Φοινίκην. αὐχμῶν δὲ γενομένων, τὰς χεῖρας ὀρέγειν εἰς οὐρανοὺς πρὸς τὸν ἥλιον. τοῦτον γάρ φησι, θεὸν ἐνόμιζον μόνον οὐρανοῦ κύριον, Βεελσάμην καλοῦντες, ὅ ἐστι παρὰ Φοίνιξι κύριος οὐρανοῦ, Ζεὺς δὲ παρ' Ἕλλησι. μετὰ ταῦτα πλάνην Ἕλλησιν αἰτιᾶται λέγων. Οὐ γὰρ ματαίως αὐτὰ πολλαχῶς διεστειλάμεθα, ἀλλὰ πρὸς τὰς αὖθις παρεκδοχὰς τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ὀνομάτων, ἅπερ οἱ Ἕλληνες ἀγνοήσαντες, ἄλλως ἐξεδέξαντο, πλανηθέν- D τες τῇ ἀμφιβολίᾳ τῆς μεταφράσεως. Ἑξῆς φησιν ἀπὸ Γένους Αἰῶνος καὶ Πρωτογόνου γεννηθῆναι αὖθις παῖδας θνητούς, οἷς εἶναι ὀνόματα Φῶς καὶ Πῦρ καὶ Φλόξ. οὗτοί φησιν, ἐκ παρατριβῆς ξύλων εὗρον πῦρ, καὶ τὴν χρῆσιν ἐδίδαξαν. υἱοὺς δὲ ἐγέννησαν οὗτοι μεγέθει τε καὶ ὑπεροχῇ κρείσσονας, ὧν τὰ ὀνόματα τοῖς ὄρεσιν ἐπετέθη, ὧν ἐκράτησαν· ὡς ἐξ αὐτῶν κληθῆναι τὸ Κάσιον, καὶ τὸν Λίβανον, καὶ τὸν Ἀντιλίβανον, καὶ τὸ Βραθύ. ἐκ τούτων, φησίν, ἐγεννήθησαν Μημροῦμος καὶ ὁ Ὑψουράνιος. ἀπὸ μητέρων δέ, φησιν, ἐχρημάτιζον τῶν τότε γυναικῶν ἀναίδην pr. 24

» μισγομένων οἷς ἂν ἐντύχοιεν. εἶτά φησι τὸν
» Ὑψουράνιον οἰκῆσαι Τύρον, καλύβας τε
» ἐπινοῆσαι ἀπὸ καλάμων καὶ θρύων, καὶ πα-
» πύρων στασιάσαι δὲ πρὸς τὸν ἀδελφὸν ΟΥ-
» σωον, ὃς σκέπην τῷ σώματι πρῶτος ἐκ
» δερμάτων ὧν ἴσχυσε συλλαβεῖν θηρίων εὗρε.
» ῥαγδαίων δὲ γενομένων ὄμβρων καὶ πνευμά-
» των, παρατριβέντα τὰ ἐν τῇ Τύρῳ δένδρα πῦρ
» ἀνάψαι, καὶ τὴν αὐτόθι ὕλην καταφλέξαι.
» δένδρου δὲ λαβόμενον τὸν ΟΥσωον καὶ ἀπο-
» κλαδεύσαντα, πρῶτον τολμῆσαι εἰς θάλασ-
» σαν ἐμβῆναι· ἀνιερῶσαι δὲ δύο στήλας πυρί
» τε καὶ πνεύματι, καὶ προσκυνῆσαι, αἷμά τε
» σπένδειν αὐταῖς ἐξ ὧν ἤγρευε θηρίων. Τού-
» των δὲ τελευτησάντων, τοὺς ἀπολειφθέντας
» φησὶ ῥάβδους αὐτοῖς ἀφιερῶσαι, καὶ τὰς στή-
» λας προσκυνεῖν, καὶ τούτοις ἑορτὰς ἄγειν κατ'
» ἔτος. χρόνοις δὲ ὕστερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Υ-
» ψουρανίου γενεᾶς, γενέσθαι Ἀγρέα καὶ Ἁλιέα,
» τοὺς ἁλείας καὶ ἄγρας εὑρετάς, ἐξ ὧν κλη-
» θῆναι ἀγρευτὰς καὶ ἁλιεῖς. ἐξ ὧν γενέσθαι
» δύο ἀδελφοὺς σιδήρου εὑρετάς, καὶ τῆς τού-
» του ἐργασίας· ὧν θάτερον τὸν Χρυσὼρ λό-
» γους ἀσκῆσαι, καὶ ἐπῳδὰς καὶ μαντείας· εἶναι
» δὲ τοῦτον τὸν Ἥφαιστον. εὑρεῖν δὲ καὶ ἄγκιστρον,
» καὶ δέλεαρ, καὶ ὁρμιάν, καὶ σχεδίαν πρῶτόν τε
» πάντων ἀνθρώπων πλεῦσαι. διὸ καὶ ὡς
» θεὸν αὐτὸν μετὰ θάνατον ἐσεβάσθησαν. κα-
» λεῖσθαι δὲ αὐτὸν καὶ Διαμίχιον. οἱ δὲ τοὺς
» ἀδελφοὺς αὐτοῦ τοίχους φασὶν ἐπινοῆσαι ἐκ
» πλίνθων, μετὰ ταῦτα ἐκ τοῦ γένους τούτου γενέ-
» σθαι νεανίδας δύο, καλεῖσθαι δὲ αὐτῶν τὸν μὲν
» Τεχνίτην, τὸν δὲ Γήϊνον Αὐτόχθονα. οὗτοι
» ἐπενόησαν τῷ πηλῷ τῆς πλίνθου συμμι-
» γνύειν φορυτόν, καὶ τῷ ἡλίῳ αὐτὰς τερσαίνειν,
» ἀλλὰ καὶ στέγας ἐξεῦρον. ἀπὸ τούτων ἐγένοντο
» ἕτεροι, ὧν ὁ μὲν Ἀγρὸς ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Α-
» γρούηρος ἢ Ἀγρότης, οὗ καὶ ξόανον εἶναι μάλα
» σεβάσμιον. καὶ ναὸν ζυγοφορούμενον ἐν Φοι-
» νίκῃ· παρὰ δὲ Βυβλίοις ἐξαιρέτως θεῶν ὁ μέ-
» γιστος ὀνομάζεται. ἐπενόησαν δὲ οὗτοι αὐλὰς
» προστιθέναι τοῖς οἴκοις, καὶ περιβόλαια, καὶ
» σπήλαια. ἐκ τούτων ἀγρόται καὶ κυνηγοί. οὗτοι
» δὲ καὶ Ἀλῆται καὶ Τιτᾶνες καλοῦνται). ἀπὸ τού-
» των γενέσθαι Ἀμύνον καὶ Μάγον, οἳ κατέδει-
» ξαν κώμας καὶ ποίμνας. ἀπὸ τούτων γενέσθαι

A illis quæ sui copiam eo tempore obvio cui- »
libet impudentissime faciebant. Jam vero »
Hypsuranium in insula Tyro domicilium »
suum collocasse, ac tuguriorum ex calamis »
cum junco papyroque contextis efficiendo- »
rum artem excogitasse, gravesque cùm »
Vsoo fratre inimicitias exercuisse tradit. Ac »
princeps quidem pellibus quas feris ab se »
captis detraxerat, corpus tegere Vsous insti- »
tuit: cumque turbulenta imbrium vento- »
rumque tempestate coorta, ex Tyri arbo- »
rum collisione ignis exarsisset, quæque ibi- »
dem erat sylvam incendisset, arbore cujus »
ante ramos amputarat, navigii loco usus ne- »
B quaquam se se mari nullo licet exemplo »
committere dubitavit. Geminos quoque »
cippos cum igni ventoque dedicasset, mox »
utrique adorationis cultum exhibuit, quas- »
que venando ceperat ferarum sanguinem »
libavit. Posteaquam autem supremum isti »
omnes diem obiissent, qui superstites, in- »
quit, remansere, virgas ac cippos in eorum »
honorem consecratos adorarunt, festosque »
dies solenni ritu quotannis peregerunt. At »
verò multis post seculis, ex illius Hypsura- »
nii sobole Venator ac Piscator nati sunt, qui »
C piscationis ac venationis artem invenere, ac »
toti piscatorum venatorumque nationi su- »
um postea nomen indidere. Ab iisdem fra- »
tres procreati duo, qui ferrum ac multipli- »
cem ferri usum reperere. Quorum alter » *Vulcanus*
Chrysor nomine, quem Vulcanum esse ait, » *Phœnicum*
plurimum operæ ac studii partim in eloquē- » *Chrysor.*
tia, partim in cantionibus ac divinandi arti- »
bus collocavit. Is etiam hamum atq; escam, »
piscatorum lineam, ac tumultuarias rates in- »
venit, primusqve mortalium omnium navi- »
gavit. Quamobrem eum quoq; post obitum »
instar Dei coluerunt, ipsumq; præterea Dia- »
D michii nomine appellarunt: nec desunt etiam »
qui ab ejusdem fratribus struendorum ex la- »
teribus murorum ac parietum rationem ex- »
cogitatam esse velint. Ab ejusdem posteris »
geniti adolescentes duo, quorum unus Arti- »
fex, alter verò Terrestris Indigena nuncu- »
patus. Hi quisquiliarum cum lateritio luto »
miscendarum, utriusq; verò Solis calore ex- »
siccandi, ac tectorum ædibus imponendo- »
rum auctores fuere. Alios item duos pro- » *Longa &*
crearunt, quorum unus Agri, alter Rustici » *fabula*
sive Agricolæ nomen accepit. Et huic qui- » *Phœnicio-*
dem simulacrum eximio cultu dedicatum » *rum nomina*
est, addito quoque in Phœnice templo, quod » *sunt.*
ab aliquot jugatorum boum paribus gesta- »
batur: quin etiam in veterum libris Deorum »
maximus elogio plane singulari nominatur. »
Ambo prætereà construendis ædibus non solùm atria, verùm etiam ducta in orbem se- »
pta cum speluncis addidere. Ab iis tam agricolarum, quam venatorum, qui canibus ute- »
rentur, genus propagatum. Iisdem Erronum ac Titanum attributum nomen. Filios relique- »
re Amynum & Magum, quibus villarum gregumquè alendorum rationes feruntur acceptæ. »

Ex istis nati Misor & Sydyc, hoc est Solutu, A facilis, ac Justus, qui salis usum reperere. Misor filium Taautum habuit, primorum in scribendo elementorum inventorem, quem Ægyptii Thoor, Alexandrini Thoyth, Græci Mercurium nominarunt. Ex Sydyc verò Dioscuri, seu Cabiri, seu Corybantes, seu denique Samothraces originem accepere. Ambos qvoque navigium primos excogitasse ferunt. Ab utroqve procreati alii, qui non herbas modo, sed etiam venenatorum morsuum curationem, & cantiones invenere. Eorundem ætate natus est Eliun qvidam nomine Altissimus, itemq; fœmina Beruth appellata. Hi loca Byblo vicina tenuere ac Terrestrem quendam sive Indigenam Cœlum B postea nuncupatum genuere, à quo etiam illud sublime Elementum, quod suprà nos volvitur, propter eximiam pulchritudinis ac formæ speciem cœlum vocarunt. Is sororem habuit iisdem parentibus natam, cui nomen Terra, quod propter singularem ejus corporis dignitatem, cum ea, quam terram vocamus, postea communicarunt. Parens autem illorum Altissimus, cùm ferarū congressione periisset, Deorum in numerum est relatus, quem libationibus ac sacrificiis liberi coluere. At Cœlus ubi paternum in imperi- C um successisset, Terram sororem matrimonio secum junxit, ex eaque liberos quatuor suscepit, Ilum, qui Saturnus dictus est, Betylum, Dagonem, qui Sito, hoc est frumenti præses, nominatur, & Atlantem. Ex aliis autem uxoribus ingentem liberorum multitudinem genuit; id quod adeò grave & acerbum Terræ accidit, ut zelotypiâ vehementiore succensa, abs Cœlo multis ante probris onerato divortium fecerit. Cœlus autem etsi ab eâ discesserat, vi tamen quoties libitum erat, eadem oppressa, domum se se denuò recipiebat. Verum quod susceptos ex ipsa filios interficere conaretur, Terra convocatis au- D xiliaribus copiis, ejus impetum sæpe propulsabat. Interea Saturnus, ubi virilem ætatem attigisset, Mercurii Trismegisti, qui ipsi à tabulis & codicillis erat, consilio atque opibus, maternas ulturus injurias, Cœlo patri se se acriter objecit. Idem liberos procreavit, Proserpinam & Minervam; ac prior quidem, virgo diem obiit: Minerva autem Mercurioque auctoribus, falcem ex ferro hastamque conflavit; tùm Mercurius Saturni sociis vehemens contra Cœlum pro Terra dimicandi studium magicis cantionibus injecit. Saturnus igitur his instructus copiis, bellum cum Patre committit, eoq; imperii finibus ejecto, regnum capessit.

Μισὼρ καὶ Συδὺκ, τουτέστιν εὔλυτον καὶ δίκαιον. οὗτοι τὴν τοῦ ἁλὸς χρῆσιν εὗρον. ἀπὸ Μισὼρ Τάαυτος, ὃς εὗρε τὴν τῶν πρώτων στοιχείων γραφήν· ὃν Αἰγύπτιοι μὲν Θωὼρ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωὺθ, Ἕλληνες δὲ Ἑρμῆν ἐκάλεσαν. ἐκ δὲ τοῦ Συδὺκ, Διόσκουροι, ἢ Κάβειροι, ἢ Κορύβαντες, ἢ Σαμοθρᾶκες. οὗτοι, φησὶ, πρῶτοι πλοῖον εὗρον. ἐκ τούτων γεγόνασιν ἕτεροι, οἳ καὶ βοτάνας εὗρον, καὶ τὴν τῶν δακετῶν ἴασιν, καὶ ἐπῳδάς. κατὰ τούτους γίνεταί τις Ἐλιοῦν καλούμενος Ὕψιστος, καὶ θήλεια λεγομένη Βηρούθ, οἳ καὶ κατῴκουν B περὶ Βύβλον. ἐξ ὧν γεννᾶται Ἐπίγειος ἢ Αὐτόχθων, ὃν ὕστερον ἐκάλεσαν Οὐρανόν· ὡς ἀπ' αὐτοῦ καὶ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς στοιχεῖον, δι' ὑπερβολὴν τοῦ κάλλους ὀνομάζειν οὐρανόν. γεννᾶται δὲ τούτῳ ἀδελφὴ ἐκ τῶν προειρημένων, ἣ καὶ ἐκλήθη Γῆ, καὶ διὰ τὸ κάλλος, ἀπ' αὐτῆς, φησὶν, ἐκάλεσαν τὴν ὁμώνυμον γῆν. Ὁ δὲ τούτων πατὴρ ὁ Ὕψιστος ἐκ συμβολῆς θηρίων τελευτήσας ἀφιερώθη, ᾧ καὶ χοὰς καὶ θυσίας οἱ παῖδες ἐτέλεσαν. παραλαβὼν C δὲ ὁ Οὐρανὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἀρχὴν, ἄγεται πρὸς γάμον τὴν ἀδελφὴν Γῆν, καὶ ποιεῖται ἐξ αὐτῆς παῖδας δ', Ἶλον, τὸν καὶ Κρόνον, καὶ Βέτυλον, καὶ Δαγὼν, ὅς ἐστι Σίτων, καὶ Ἄτλαντα. καὶ ἐξ ἄλλων δὲ γαμετῶν ὁ Οὐρανὸς πολλὴν ἔσχε γενεάν. διὸ καὶ χαλεπαίνουσα ἡ Γῆ, τὸν Οὐρανὸν ζηλοτυποῦσα ἐκάκιζεν, ὡς καὶ διαστῆναι ἀλλήλων. ὁ δὲ Οὐρανὸς ἀποχωρήσας αὐτῆς, μετὰ βίας, ὅτε καὶ ἐβούλετο ἐπιών, καὶ πλησιάζων αὐτῇ, πάλιν ἀπηλλάττετο. ἐπεχείρει δὲ καὶ τοὺς ἐξ αὐτῆς παῖδας διαφθείρειν. τὴν δὲ Γῆν ἀ- D μύνασθαι πολλάκις, συμμαχίαν αὐτῇ συλλεξαμένην. εἰς ἄνδρας δὲ προελθὼν ὁ Κρόνος, Ἑρμῇ τῷ τρισμεγίστῳ συμβούλῳ καὶ βοηθῷ χρώμενος, οὗτος γὰρ ἦν αὐτοῦ γραμματεὺς, τὸν πατέρα Οὐρανὸν ἀμύνεται, τιμωρῶν τῇ μητρί. Κρόνου δὲ γίνονται παῖδες, Γερσεφόνη καὶ Ἀθηνᾶ. ἡ μὲν οὖν πρώτη, παρθένος ἐτελεύτα· τῆς δὲ Ἀθηνᾶς γνώμῃ καὶ Ἑρμοῦ, κατεσκεύασε Κρόνος ἐκ σιδήρου ἅρπην καὶ δόρυ. εἶτα ὁ Ἑρμῆς τοῖς τοῦ Κρόνου συμμάχοις λόγους μαγείας διαλεχθεὶς, πόθον ἐνεποίησε τοῖς κατ' Οὐρανὸν μάχης ὑπὲρ τῆς Γῆς. καὶ οὕτω Κρόνος τὸν Οὐρανὸν, πολέμῳ συμβαλὼν, τῆς ἀρχῆς ἤλασε, καὶ τὴν

βασιλείαν

» βασιλείαν διεδέξατο. ἑάλω δὲ ἐν τῇ μάχῃ
» καὶ ἡ ἐπέραστος τοῦ Οὐρανοῦ σύνοικος ἐγ-
» κύμων οὖσα, ἣν ἐκδίδωσιν ὁ Κρόνος πρὸς
» γάμον τῷ Δαγῶνι. τίκτει δὲ παρὰ του-
» τῷ ὃ κατὰ γαστρὸς ἐξ Οὐρανοῦ ἔφερεν,
» ὃ καὶ ἐκάλεσε Δημαροῦν. ἐπὶ τούτοις ὁ
» Κρόνος τεῖχος περιβάλλει τῇ ἑαυτοῦ οἰκή-
» σει, καὶ πρώτην πόλιν κτίζει τὴν ἐπὶ Φοι-
» νίκης Βύβλον. μετὰ ταῦτα τὸν ἀδελφὸν τὸν
» ἴδιον Ἄτλαντα ὑπονοήσας ὁ Κρόνος, με-
» τὰ γνώμης τοῦ Ἑρμοῦ εἰς βάθος γῆς ἐμ-
» βαλὼν κατέχωσε. κατὰ τοῦτον χρόνον οἱ
» ἀπὸ τῶν Διοσκούρων σχεδίας καὶ πλοῖα
» συνθέντες, ἔπλευσαν. καὶ ἐκριφέντες
» κατὰ τὸ Κάσσιον ὄρος, ναὸν αὐτόθι ἀφιέ-
» ρωσαν. οἱ δὲ σύμμαχοι Ἴλου, τοῦ Κρόνου,
» Ἐλωεὶμ ἐπεκλήθησαν, ὡς ἂν Κρόνιοι,
» οὗτοι ἦσαν οἱ λεγόμενοι ἐπὶ Κρόνου. Κρό-
» νος δὲ υἱὸν ἔχων Σάδιδον, ἰδίῳ αὐτὸν σι-
» δήρῳ διεχρήσατο, δι' ὑπονοίας αὐτὸν ἐ-
» σχηκώς, καὶ τῆς ψυχῆς, αὐτόχειρ τοῦ
» παιδὸς γενόμενος, ἐστέρησεν. ὡσαύτως καὶ
» θυγατρὸς ἰδίας τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν·
» ὡς πάντας ἐκπεπλῆχθαι θεοὺς τὴν Κρό-
» νου γνώμην. χρόνου δὲ προϊόντος Οὐ-
» ρανὸς ἐν φυγῇ τυγχάνων, θυγατέρα
» αὐτοῦ παρθένον Ἀστάρτην μεθ' ἑτέρων αὐτῆς
» ἀδελφῶν δύο, Ῥέας καὶ Διώνης, δόλῳ τὸν
» Κρόνον ἀνελεῖν ὑποπέμπει· ἃς καὶ ἑλὼν ὁ Κρό-
» νος κουριδίας γαμετὰς ἀδελφὰς οὔσας ἐποι-
» ήσατο. γνοὺς δὲ ὁ οὐρανός, ἐπιστρατεύει κατὰ τοῦ
» Κρόνου Εἱμαρμένην καὶ Ὥραν μεθ' ἑτέρων συμ-
» μάχων, καὶ ταύτας ἐξοικειωσάμενος ὁ Κρό-
» νος, παρ' ἑαυτῷ κατέσχεν. ἔτι δέ, φησιν, ἐπε-
» νόησε Θεὸς Οὐρανὸς Βαιτύλια, λίθους ἐμψύ-
» χους μηχανησάμενος. Κρόνῳ δὲ ἐγένοντο ἀπὸ
» Ἀστάρτης θυγατέρες ἑπτὰ Τιτανίδες ἢ Ἀρτέ-
» μιδες. καὶ πάλιν τῷ αὐτῷ γίνονται ἀπὸ Ῥέας
» παῖδες ἑπτὰ ὧν ὁ νεώτατος ἅμα τῇ γενέσει ἀ-
» φιερώθη· καὶ ἀπὸ Διώνης θήλειαι· καὶ ἀπὸ
» Ἀστάρτης πάλιν ἄρρενες δύο, Πόθος καὶ Ἔρως. ὁ
» δὲ Δαγών, ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκ-
» λήθη Ζεὺς Ἀρότριος. Συδύκῳ δέ, τῷ
» λεγομένῳ δικαίῳ, μία τῶν Τιτανίδων συν-
Περαί. ελθοῦσα, γεννᾷ τὸν Ἀσκληπιόν· ἐγεννήθη-
σαν δὲ καὶ ἐν * Περαίᾳ Κρόνῳ, τρεῖς
παῖδες, Κρόνος ὁμώνυμος τῷ πατρί, »

A Hoc in certamine capta Cœli concubina »
gestans uterum, cujus ille singulari amore »
flagrabat. Eam Saturnus Dagoni in uxo- »
rem dedit, apud qvem susceptum ex Cœlo »
fœtum enixa Demaroontem nominavit. »
Tum vero Saturnus ædes suas muro cingit, »
Byblumqve condit urbem Phœniciæ prin- »
cipem. Mox Atlantem fratrem, qvod eum »
suspectum haberet, svadente Mercurio alta »
terra defossum obruit. Per idem ferme »
tempus Dioscurorum nepotes cum tumul- »
tuariis ratibus navigiisqve conflatis navi- »
B garent, ad Cassium montem ejecti templum »
eo loco dedicarunt. Jam vero socios Ili, »
qvi Saturnus idem erat, Eloim qvasi Sa- »
turnios appellarunt, qvi ejusdem Satur- »
ni æqvales etiam dicebantur. Porro Sadi- »
dum filium Saturnus, qvod secus aliqvid »
de illo suspicaretur, gladio suo jugulavit, »
manusqve paternas extincti sangvine cru- »
enravit, ac paulo post filiam qvoqve suam »
capite truncavit, ut reliqvi omnes Dii hanc »
Saturni mentem penitus obstupescerent. »
At Cœlus cum interim exularet, post ali- »
qvod temporis intervallum, Astarten »
filiam virginem cum duabus aliis sororibus »
C Rhea nimirum ac Dione summisit, qvæ Sa- »
turnum fraude insidiisqve tollerent. Ve- »
rum Saturnus puellas amore blanditiisqve »
captas, sorores ambas secum matrimonio »
copulavit. Qvod ubi Cœlus audiisset, Fa- »
tum ac Pulchritudinem cum aliis sociis ad- »
versus eum expeditionem suscipere jussit, »
qvam pariter utramqve Saturnus illecebris »
delinitam apud se retinuit. Præterea, Cœ- »
lus, inqvit, DEUS Bætylia reperit, anima- »
tos lapides insolenti arte molitus. Cæte- »
rum, Astarte filias septem Titanidas, sive »
Dianas Saturno peperit, simulqve Rhea to- »
tidem filios, qvorum postremus ut primum »
D lucem aspexit, consecratus est. Qvin etiam »
ex Dione qvidem puellas, ex Astarte vero »
mares præterea duos Cupidinem Amorem- »
qve suscepit. Dagon autem, qvod frumen- »
tum & aratrum invenisset, Aratrius Jupi- »
ter nuncupatus est. Sydyco, qvem »
justum interpretamur, una ex Titani- »
dis Æsculapium genuit. Saturno præ- »
terea liberi tres in Peræa nati, Sa- »
turnus ejusdem cum Patre nominis, »

Jupiter Belus, & Apollo. His propemodum æqvales Pontus, Typho & Nereus Ponti pater. Ex Ponto Neptunus ac Sidon nascuntur. Sidonis autem ea suavitas & elegantia vocis erat, ut hymni modulate canendi artem princeps inveniret. A Demaroonte Melicarthus & Hercules procreantur; moxqve Cœlus ad Demaroontis sese partes adjungens, Ponto, a qvo defecerat, denuo bellum movet. At Pontus Demaroontem, qvi magno impetu suos in fines incubuerat, in fugam vertit; ille autem felicis fugæ gratia sacrificium vovit. Porro Saturnus anno occupati regni altero supra tricesimum, ubi Cœlum patrem mediterraneo qvodam in loco structis insidiis captum in potestatem habuisset, verenda ipsi juxta fontes fluviosqve circumfusos amputavit; qvo loco Cœlus idem postea consecratus est. Tum vero dispertitus ejus ac dissipatus spiritus est, & sangvis e vulnere defluens in vicinorum fontium ac fluviorum aqvas distillavit. Locus etiamnum ostenditur. Hæ sunt cum Saturni, tum eorum, qvi Saturni ætate vixerunt, decantati a Græcis ævi laudes egregiæ; qvos etiam, princeps atqve aureum hominum lingva discrepantium genus, ob jactatam illam veterum felicitatem, nuncupare solent. Verum noster hic scriptor interjectis qvibusdam ita proseqvitur. Astarte vero, qvæ maxima nominatur, Jupiter Demaroon, & Rex Deorum Adodus, in ea regione Saturno consentiente regnarunt. Astarte capiti suo, tanqvam insigne regni, Tauri caput imposuit: cumqve terrarum orbem peragraret, lapsam de cœlo stellam reperit, eamqve in Tyro sancta insula consecravit. Cæterum hanc ipsam Astarten Phœnices Venerem esse memorant. At vero Saturnus, dum orbem lustrat universum, Minervæ filiæ totius Atticæ regnum tradit, ac diræ pestilentiæ inclementia exitioqve commotus, filium, qvem unum ex legitima uxore susceperat, Cœlo patri totum flammis consumptum immolat, tum sibi ipse verenda præscindit, sociosqve omnes ad simile factum per vim adigit; nec multo post, Muth filium, qvem ex Rhea genuerat, vita functum consecrat, qvem Phœnices modo Mortem, modo Plutonem appellant. Deinde Saturnus Byblum urbem Deæ Baaltidi, qvæ etiam Dione vocabatur, Neptuno autem & Caberis, Agricolis item & Piscatoribus

A καὶ Ζεὺς Βῆλος, καὶ Ἀπόλλων. παρὰ τούτους γίνονται Πόντος καὶ Τυφὼν, καὶ Νηρεὺς, πατὴρ Πόντου. ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου γίνεται Σιδὼν, ἣ καθ' ὑπερβολὴν εὐφωνίας πρώτη ὕμνον ᾠδῆς εὗρε· καὶ Ποσειδῶν. τῷ δὲ Δημαροῦντι γίνεται Μελίκαρθος, ὁ καὶ Ἡρακλῆς. εἶτα πάλιν Οὐρανὸς, πολεμεῖ Πόντῳ, καὶ ἀποστὰς, Δημαροῦντι προστίθεται. ἐπεισί τε Πόντῳ ὁ Δημαροῦς, τρέπεταί τε αὐτὸν ὁ Πόντος. ὁ δὲ Δημαροῦς φυγῆς θυσίαν ηὔξατο. ἔτει δὲ τριακοστῷ δευτέρῳ τῆς ἑαυτοῦ κρατήσεως καὶ βασιλείας, ὁ Ἶλος, τοῦτ' ἔστιν B ὁ Κρόνος, Οὐρανὸν τὸν πατέρα λοχήσας ἐν τόπῳ τινὶ μεσογείῳ, καὶ λαβὼν ὑποχείριον, ἐκτέμνει αὐτοῦ τὰ αἰδοῖα, σύνεγγυς πηγῶν τε καὶ ποταμῶν. ἔνθα ἀφιερώθη Οὐρανὸς, καὶ ἀπηρτίσθη αὐτοῦ τὸ πνεῦμα, Pag. 35. καὶ ἀπέσταξεν αὐτοῦ τὸ αἷμα τῶν αἰδοίων, εἰς τὰς πηγὰς, καὶ τῶν ποταμῶν τὰ ὕδατα, καὶ μέχρι τούτου δείκνυται τὸ χωρίον. Τοσαῦτα μὲν δὴ τὰ τοῦ Κρόνου, καὶ τοιαῦτά γε τοῦ παρ' Ἕλλησι βοωμένου βίου τοῦ ἐπὶ Κρόνου τὰ σεμνά. οὓς καί φασι γεγονέναι πρῶτον χρύσεόν τε C γένος μερόπων ἀνθρώπων, τῆς μακαριζομένης ἐκείνης τῶν παλαιῶν εὐδαιμονίας. Πάλιν δὲ ὁ συγγραφεὺς τούτοις ἐπιφέρει μεθ' ἕτερα λέγων. Ἀστάρτη δὲ ἡ μεγίστη, καὶ Ζεὺς Δημαροῦς, καὶ Ἄδωδος βασιλεὺς θεῶν, ἐβασίλευον τῆς χώρας, Κρόνου γνώμῃ. ἡ δὲ Ἀστάρτη ἐπέθηκε τῇ ἰδίᾳ κεφαλῇ βασιλείας παράσημον κεφαλὴν Ταύρου· περινοστοῦσα δὲ τὴν οἰκουμένην, εὗρεν ἀεροπετῆ ἀστέρα, ὃν καὶ ἀνελομένη, ἐν Τύρῳ τῇ ἁγίᾳ νήσῳ ἀφιέρωσε. Τὴν δὲ D Ἀστάρτην Φοίνικες, τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. καὶ ὁ Κρόνος δὲ περιιὼν τὴν οἰκουμένην, Ἀθηνᾷ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ δίδωσι τῆς Ἀττικῆς τὴν βασιλείαν. λοιμοῦ δὲ γενομένου καὶ φθορᾶς, τὸν ἑαυτοῦ μονογενῆ υἱὸν Κρόνος Οὐρανῷ πατρὶ ὁλοκαρποῖ, καὶ τὰ αἰδοῖα περιτέμνεται, ταὐτὸ ποιῆσαι καὶ τοὺς ἅμ' αὐτῷ συμμάχους καταναγκάσας. καὶ μετ' οὐ πολὺ, ἕτερον αὐτοῦ παῖδα ἀπὸ Ῥέας ὀνομαζόμενον Μοὺθ ἀποθανόντα ἀφιεροῖ. θάνατον δὲ τοῦτον καὶ Πλούτωνα Φοίνικες ὀνομάζουσι. καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ Κρόνος Βύβλον μὲν τὴν πόλιν θεᾷ Βααλτίδι, τῇ καὶ Διώνῃ δίδωσι, Βηρυτὸν δὲ Ποσειδῶνι καὶ Καβείροις Ἀγρό-

A ταῖς τε καὶ ἁλιεῦσιν, ὃ καὶ Πόντου λείψανα εἰς τὴν Βηρυτὸν ἀφιέρωσαν. πρὸ δὲ τούτων θεὸς Τάαυτος μιμησάμενος τὸν Οὐρανὸν, τῶν θεῶν ὄψεις, Κρόνου τε καὶ Δαγῶνος, καὶ τῶν λοιπῶν διετύπωσεν τοὺς ἱεροὺς τῶν στοιχείων χαρακτῆρας. ἐπενόησε δὲ καὶ τῷ Κρόνῳ παράσημα βασιλείας, ὄμματα τέσσαρα ἐκ τῶν ἐμπροσθίων καὶ τῶν ὀπισθίων μερῶν· δύο δὲ ἡσυχῇ μύοντα, καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων πτερὰ τέσσαρα· δύο μὲν, ὡς ἱπτάμενα, δύο δὲ ὡς ὑφειμένα. τὸ δὲ σύμβολον ἦν, ἐπειδὴ Κρόνος κοιμώμενος ἔβλεπε, καὶ ἐγρηγορὼς ἐκοιμᾶτο· καὶ ἐπὶ τῶν πτερῶν ὁμοίως, ὅτι ἀναπαυόμενος ἵπτατο, καὶ ἱπτάμενος ἀνεπαύετο. τοῖς δὲ λοιποῖς θεοῖς, δύο ἑκάστῳ πτερώματα ἐπὶ τῶν ὤμων, ὡς ὅτι δὴ συνίπταντο τῷ Κρόνῳ. καὶ αὐτῷ δὲ πάλιν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, πτερὰ δύο· ἓν ἐπὶ τοῦ ἡγεμονικωτάτου νοῦ, καὶ ἓν ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως. ἐλθὼν δὲ ὁ Κρόνος εἰς Νότου χώραν, ἅπασαν τὴν Αἴγυπτον ἔδωκε θεῷ Ταάυτῳ, ὅπως βασίλειον αὐτοῦ γένηται. Ταῦτα δέ, φησι, πρῶτοι πάντων ὑπεμνηματίσαντο οἱ ἑπτὰ Συδὲκ παῖδες Κάβειροι, καὶ ὄγδοος αὐτῶν ἀδελφὸς Ἀσκληπιὸς, ὡς αὐτοῖς ἐνετείλατο θεὸς Τάαυτος. Ταῦτα πάντα ὁ Θαβίωνος παῖς, πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος γεγονότων Φοινίκων ἱεροφάντης ἀλληγορήσας, τοῖς τε φυσικοῖς καὶ κοσμικοῖς πάθεσιν ἀναμίξας, παρέδωκε τοῖς ὀργιῶσι, καὶ τελετῶν κατάρχουσι προφήταις. οἱ δὲ τὸν τῦφον αὔξειν ἐκ παντὸς ἐπινοοῦντες, τοῖς αὐτῶν διαδόχοις παρέδωσαν καὶ τοῖς ἐπεισάκτοις. ὧν εἷς ἦν Ἴσιρις τῶν τριῶν γραμμάτων εὑρετής, ἀδελφὸς Χνᾶ τοῦ πρώτου μετονομασθέντος Φοίνικος. εἶθ' ἑξῆς αὖθις ἐπιλέγει. Οἱ δὲ Ἕλληνες, εὐφυΐᾳ πάντας ὑπερβαλλόμενοι, τὰ μὲν πρῶτα πλεῖστα ἐξιδιώσαντο, καὶ τοῖς προσκοσμήμασι, ποικίλως ἐξετραγῴδησαν, ταῖς τῶν μύθων ἡδοναῖς, θέλγειν ἐπινοοῦντες, παντοίως ἐποίκιλλον. ἔνθεν Ἡσίοδος, οἵ τε κυκλικοὶ περιηχημένοι θεογονίας καὶ Γιγαντομαχίας, καὶ Τιτανομαχίας ἔπλασαν ἰδίας καὶ ἐκτομὰς, οἷς συμπεριφερόμενοι, ἐξενίκησαν τὴν ἀλήθειαν. σύντροφοι δὲ τοῖς ἐκείνων πλάσμα-

A Berytum dono dedit, ubi Ponti reliqvias iidem consecrarunt. Taautus vero Deus cum jam ante Cœli imaginem effinxisset, mox Saturni etiam atq; Dagonis cæterorumqve Deorum vultus, unaq; sacros elementorum characteres expressit. Qvin etiam insigne regni Saturno ejusmodi excogitavit; oculos in vultu binos ac totidem in occipite, qvorum duo placide connivere ac nictare viderentur: alas item singulis in humeris geminas, e qvibus explicatæ duæ, duæ vero contractæ ac demissæ forent. Atq; oculorum symbolo significatum volebat, Saturnum & B dormiendo cernere, & dormire vigilando; alarum autem, eundem & volare qviescendo, & volando qviescere: cæteris vero Diis alas in humeris duas tantum attribuit, qvippe qvi Saturnum ipsum volando seqverentur. Ad ejusdem Saturni caput alas propterea geminas affinxit, qvarum altera mentis principatum, altera sentiendi vim indicaret. Saturnus autem cum in Meridiem venisset, Taautum Deum Ægypti universæ Regem creavit. Atq; hæc principes omnium, inqvit, Cabiri septem liberi Sydec, cum Æsculapio fratre octavo, ipsiusmet Taauti jussu, in C commentarios tabulasq; retulerant. Thabionis autem filius, primus apud Phœnices ex omni memoria sacrorum interpres, eadem allegoriis qvibusdam ementitus, cum rerum naturalium & eorum qvæ passim hoc in mundo contingunt affectionibus conjuncta, Prophetis Orgia celebrantibus, & sacrificiorum mysteriorumq; principibus tradidit. Qvi deinceps inanem hanc ostentationem, qvam omni ope omniq; studio augere conati erant, suis qvoq; successoribus & initiatis reliqvere. Horum unus Isiris qvidam fuit, trium literarum inventor, frater illius D Chnæ, qvi primus postea Phœnix vocatus est. Qvibus hæc deinde subjicit. At vero Græci, homines præ cæteris gentibus politi admodum & elegantis ingenii, primum qvidem istorum pleraqve sibi tanqvam propria vindicarunt: sed cum aures atqve animos fabularum voluptate permulcere vellent, novis eadem ac multiplicibus postea commentorum qvasi ornamentorum accessionibus supra modum exaggerarunt. Atq; hinc Hesiodus, ac reliqvi circulares Poetæ, qvorum fabellis omnia circumsonant, propria sibi qvædam Gigantum ac Titanum certamina, sectionesqve alias confinxere. Qvæ cum illi passim & ubiqve jactarent, veritatem ipsam tandem oppresserunt. Aures vero

» noſtræ jam inde ab infantia illorum fictioni- A
» bus aſſvetæ, & opinionibus per multa ſecula
» propagatis occupatæ, qvam ſemel accepere
» fabularum vanitatem perinde ac depoſitum
» aliqvod, ut ſtatim ab initio dixi, cuſtodiunt.
» Itaq; qvod ab ipſo tempore vires ac robur
» acceperit, poſſeſſionem ita confirmavit ſuã,
» ut eam excutere longe difficillimum ſit, jam-
» qve veritas ipſa nugarum, adulterinæ vero
ac ſpuriæ narrationes loco veritatis habean-
tur. Verum ſatis iſta ſunto, qvæ ex Sanchuni-
athonis operibus huc usq; retulimus, qvæ
cum a Philone Byblio converſa græceq; red-
dita ſunt, tum Porphyrii Philoſophi teſtimo-
nio tanqvam vera comprobantur. Cæterum B
idem in eo, qvem de Judæis ſcriptũ reliqvit,
» hæc præterea de Saturno cõmemorat. Taau-
» tus ille, qvem Thoth Ægyptii vocant, cum
» ingenti apud Phænices ſapientiæ laude flo-
» reret, qvæ ad religionem cultumq; Deorum
» pertinebant, primus ex humilium ac plebe-
» jorum capitum inſcientia vindicata, eleganti
» & accõmodato ad ſcientiæ leges ordine diſ-
» poſuit. Cui cum Surmubelus Deus, & Thuro,
» qve deinceps mutato nomine Chuſarthis ap-
» pellata eſt, longo ætatum intervallo ſucceſ-
» ſiſſent, occultam ipſius & allegoriarum invo-
» lutam umbris Theologiam illuſtrarunt. Ac C
» paulo poſt, Hæc, inqvit, apud veteres in mo-
» re poſitum erat, ut in ſumis Reipublicæ cala-
» mitatib⁹, penes qvos aut civitatis aut Gentis
» imperium eſſet, ii liberorum cariſſimi ultori-
» bus dæmonib. jugulati ſangvine qvaſi pretio,
» publicum exitium peſtemq; redimerent. Qvi
» vero tum ad ſacrificium devovebantur, eos
» myſticis qvib⁹dam ceremoniis adhibitis ju-
» gulabant. Saturnus igitur, qvem Phœnices
» Iſraelem nominant, qvemq; poſt obitum in
» Aſtrum ejusdem nominis conſecrarũt, cum
» iis in locis regnaret, ac filium unigenam ex D
» Nympha qvadam indigena, qvam Anobre-
» tem vocabant, ſuſcepiſſet, eumq; propterea
» nomine Jeüdem appellatum, qvod ea vox
» apud Phœnices unigenam etiamnum ſigni-
» ficet: cumqve graviſſimum belli periculum
» univerſam in regionem incubuiſſet, illum
» ipſum regio cultu ornatum ad aram ab ſeſe
prius erectam & inſtructam immolavit. Jam
vero conſidera, cujusmodi ea ſint, qvæ idem
ipſe Philo ex Sanchuniathonis opere de
Phœnicum elementis conſcripto, græcis ex-
preſſa verbis, de reptilib⁹ qvibusdam ac ve-
nenũ jaculantibus animalibus cõmemorat;
qvæ cum nullam hominib⁹ utilitatem afferãt,
tum peſtem iis atq; interitum creant, in qvos
tetrũ illud ſuum & exitiale venenũ excuſſe-
» rint. Sic igitur ad verbum ille. Taaut⁹ qvidẽ
» Draconis Serpentiumq; naturæ divinitatem
» aliqvam tribuebat, qvam ejus opinionem

σιν αἱ ἀκοαὶ ἡμῶν γινόμεναι, καὶ προληφθεῖ- »
σαι πολλοῖς αἰῶσιν, ὡς παρακαταθήκην φυ- pa. 16.
λάσσουσιν, ἣν παρεδέξαντο μυθοποιΐαν, κα- »
θάπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον. ἥ τις συνεργη- »
θεῖσα χρόνῳ, δυσεξίτητον τὴν κατοχὴν αὐτῆς »
εἴργασται. ὥστε τὴν μὲν ἀλήθειαν δοκεῖν λῆρον· »
τὸ δὲ τῆς ἀφηγήσεως νόθον, ἀλήθειαν. Ταῦτα
ἀπὸ τῆς Σαγχουνιάθωνος περιηκέτω γραφῆς,
ἑρμηνευθείσης μὲν ἀπὸ Φίλωνος τοῦ Βυ-
βλίου, δοκιμασθείσης δὲ ὡς ἀληθῶς ὑπὸ τῆς
Πορφυρίου τοῦ Φιλοσόφου μαρτυρίας. Ὁ δ'
αὐτὸς ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων συγγράμματι ἔτι
καὶ ταῦτα περὶ τοῦ Κρόνου γράφει. Τάαυτος, »
ὃν Αἰγύπτιοι Θωὺθ προσαγορεύουσι, σοφίᾳ »
διενεγκὼν παρὰ τοῖς Φοίνιξι, πρῶτος τὰ »
κατὰ τὴν θεοσέβειαν ἐκ τῆς τῶν χυδαίων ἀπειρίας, »
εἰς ἐπιστημονικὴν ἐμπειρίαν διέταξεν. ᾧ μετὰ »
γενεὰς πλείστας, Θεὸς Σουρμουβηλὸς, Θου- »
ρώ τε ἡ μετονομασθεῖσα Χουσάρθις, ἀκολου- »
θήσαντες, κεκρυμμένην τοῦ Τααύτου καὶ ἀλ- »
ληγορίαις ἐπεσκιασμένην τὴν θεολογίαν ἐ- »
φώτισαν. καὶ μετὰ βραχέα φησίν. Ἔθος ἦν τοῖς »
παλαιοῖς ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν »
κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς, τὸ ἠ- »
γαπημένον τῶν τέκνων, τοὺς κρατοῦντας ἢ »
πόλεως ἢ ἔθνους, εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι »
λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. κατεσφάττον- »
το δὲ οἱ διδόμενοι μυστικῶς. Κρόνος τοίνυν, »
ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βα- »
σιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ »
βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα »
καθιερωθεὶς, ἐξ ἐπιχωρίας Νύμφης Ἀνω- »
βρὲτ λεγομένης, υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν »
διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς »
οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοί- »
νιξι. κινδύνων ἐκ πολέμου μεγίστων κατει- »
ληφότων τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας »
σχήματι τὸν υἱὸν, βωμόν τε κατασκευασά- »
μενος κατέθυσεν. Ὁ δ' αὐτὸς πάλιν περὶ τῶν
Φοινίκων στοιχείων ἐκ τῶν Σαγχουνιάθωνος
μεταβαλὼν, θέα ὁποῖά φησι περὶ τῶν ἑρ-
πυστικῶν καὶ ἰοβόλων θηρίων, ἃ δὴ χρῆσιν μὲν
ἀγαθὴν ἀνθρώποις οὐδεμίαν συντελεῖ,
φθορὰν δὲ καὶ λύμην οἷς ἂν τὸν δυσαλθῆ
καὶ χαλεπὸν ἰὸν ἐγχρίμψειεν, ἀπεργάζεται.
γράφει δὲ καὶ ταῦτα πρὸς λέξιν ὧδέ πως λέ-
γων. Τὴν μὲν οὖν τοῦ Δράκοντος φύσιν καὶ τῶν »
Ὄφεων αὐτὸς ἐξεθείασεν ὁ Τάαυτος, καὶ μετ' »

αὐτὸν αὖθις Φοίνικές τε καὶ Αἰγύπτιοι. πνευματικώτατον γὰρ τὸ ζῷον πάντων τῶν ἑρπετῶν, καὶ πυρῶδες ὑπ' αὐτοῦ παρεδόθη· παρ' ὃ καὶ τάχος ἀνυπέρβλητον διὰ τοῦ πνεύματος παρίστησι, χωρὶς ποδῶν τε καὶ χειρῶν, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ἔξωθεν, ἐξ ὧν τὰ λοιπὰ ζῷα τὰς κινήσεις ποιεῖται· καὶ ποικίλων σχημάτων τύπους ἀποτελεῖ, καὶ κατὰ τὴν πορείαν ἑλικοειδεῖς ἔχει τὰς ὁρμάς, ἐφ' ὃ βούλεται τάχος· καὶ πολυχρονιώτατον δέ ἐστιν, οὐ μόνον τῷ ἐκδυόμενον τὸ γῆρας νεάζειν, ἀλλὰ καὶ αὔξησιν ἐπιδέχεσθαι μείζονα πέφυκε. καὶ ἐπειδὰν τὸ ὡρισμένον μέτρον πληρώσῃ, εἰς ἑαυτὸν ἀναλίσκεται, ὡς ἐν ταῖς ἱεραῖς ὁμοίως αὐτὸς ὁ Τάαυτος κατέταξε γραφαῖς. διὸ καὶ ἐν ἱεροῖς τοῦτο τὸ ζῷον καὶ ἐν μυστηρίοις συμπαρείληπται. εἴρηται δὲ ἡμῖν περὶ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἐθωθιῶν ὑπομνήμασιν ἐπιπλεῖον, ἐν οἷς κατασκευάζεται, ὅτι ἀθάνατον εἴη, καὶ εἰς ἑαυτὸν ἀναλύεται, ὥσπερ προείρηται· οὐ γὰρ θνήσκει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βίᾳ τινὶ πληγῇ τοῦτο τὸ ζῷον. Φοίνικες δὲ αὐτὸ ἀγαθὸν δαίμονα καλοῦσιν· ὁμοίως καὶ Αἰγύπτιοι Κνὴφ ἐπονομάζουσι· προστιθέασι δὲ αὐτῷ ἱέρακος κεφαλὴν, καὶ διὰ τὸ πρακτικὸν τοῦ ἱέρακος. καί φησιν ὁ Ἐπήϊς ἀλληγορῶν, ὁ ὀνομασθεὶς παρ' αὐτοῖς μέγιστος ἱεροφάντης, καὶ ἱερογραμματεὺς, ὃν μετέφρασεν εἰς Ἑλλάδα φωνὴν Ἄρειος Ἡρακλεοπολίτης κατὰ λέξιν οὕτως. Τὸ πρῶτον ὂν θειότατον, ὄφις ἐστὶν ἱέρακος ἔχων μορφὴν, ἄγαν ἐπίχαρις. ὃς εἰ ἀναβλέψειε, φωτὸς τὸ πᾶν ἐπλήρου ἐν τῇ πρωτογόνῳ χώρᾳ αὐτοῦ· εἰ δὲ καμμύσειε, σκότος ἐγίνετο. ἔμφασιν διδοὺς ὁ Ἐπήϊς, ὅτι καὶ διάπυρόν ἐστι, διὰ τοῦ φάναι, διηύγασε· φωτὸς γὰρ ἴδιόν ἐστι τὸ διαυγάσαι. παρὰ Φοινίκων δὲ καὶ Φερεκύδης λαβὼν τὰς ἀφορμὰς, ἐθεολόγησε περὶ τοῦ παρ' αὐτῷ λεγομένου Ὀφιονέως θεοῦ, καὶ τῶν Ὀφιονιδῶν, περὶ ὧν αὖθις λεξόμεθα. Ἔτι μὴν οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐννοίας τὸν κόσμον γράφοντες, περιφερῆ κύκλον ἀεροειδῆ καὶ πυρωπὸν χαράσσουσι, καὶ μέσον τεταμένον ὄφιν ἱερακόμορφον· καὶ ἔστι τὸ πᾶν σχῆμα, ὡς τὸ παρ' ἡμῖν Θῆτα· τὸν μὲν κύκλον, κόσμον μηνύοντες, τὸν δὲ μέσον ὄφιν συνεκτικὸν

Pag. 27.


A Phœnices & Ægyptii postea comprobarunt. Enimvero genus hoc animantis præ cunctis reptilibus, vi & copia spiritus abundare docet, ejusq; naturam igneam esse, qvod etiam propterea celeritatem, inqvit, præ se fert omni exceptione majorem, cum neq; pedum, neq; manuum, neq; alterius cujusqvam exterioris membri adminiculum habeat, cujusmodi sunt, qvibus ad motum reliqvæ animantes uti solent. Præterea varias ac multiplices corporis formas ostendit, ac sinuosis intortum spiris, sese qvam libuerit incitato vibrat impetu. Diuturnæ admodum vitæ est, nec solum exuto senio juvenescit, verum et-B iam majora corporis simul & virium accipit incrementa, donec tandem confecto certo qvodam annorum curriculo in seipsum iterum dissolvatur, qvemadmodum in sacris etiam tabulis idem Taautus scriptum reliqvit. Id qvod in causa fuit, cur hoc animantium genus in sacris pariter atq; mysteriis adhiberi soleret. De hoc autem in comentariis, qvos Ethothia inscripsimus, pluribus a nobis disputatum est, ubi ipsum imortale esse, & in sese denuo, qvemadmodum ante dicebam, resolvi demonstravimus. Nec enim hujusmodi animal, nisi vi qvadam percussum ante fuerit, morte naturali extingvitur. Atq; illud C qvidem Phœnices bonum Dæmonem, Ægyptii vero Cnephum similiter nuncuparunt, eidemq; caput Accipitris ob præcipuam qvandam huj⁹ volucris agendi vim addiderunt. Qvin etiam Epeis ille, qvi summus ab iis sacrorum interpres & scriba nominatur, qvemq; Arius Heracleopolites græca lingva donavit, sic ad verbum allegorice rem istam exposuit, Unus omnium maxime divinus erat serpens ille, qvi Accipitris formam præ se ferebat, idemq; aspectu jucundissimus: qvippe enim, ubi oculos aperuisset, continuo primigeniæ suæ regionis loca omnia luce complebat: Sin autem conniveret, illico tenebræ D succedebant. Ac naturâ qvidem igneum illum esse vi ipsa verbi διηύγασε, id est, illustrabat, Epeis manifeste declaravit: lucis enim, τὸ διαυγάσαι, hoc est illustrare, proprium est. Pherecydes autem, occasione ex Phœnicib⁹ arrepta, theologicam de illo Numine qvod Ophionem ipse nuncupat, deq; Ophionidis instituit disputationem; nos autē de illis aliqvid etiam postea subjiciemus. Cæterum Ægyptii mundū eodem consilio depingentes, rotundum circulum aërio colore, flamisqve sparsum exprimunt, cujus in medio serpens extentus Accipitris forma collocatur. Ac tota qvidem figura Græco Theta persimilis est, ita nimirum, ut circulo Mundum exhibeant, serpente autem medio illum utrinqve

„ conjungente, Bonum Dæmonem significēt. At vero Zoroastres Magus in sacro Persicorum rituum comentario, hæc totidem verbis habet. „ Deus autem est Accipitris capite, princeps omnium expers interitus, sempiternus, sine ortu, sine partibus, maxime dissimilis, omnis boni moderator, integerrim⁹, bonorum optimus, prudentium prudentissimus, legum æqvitatis ac Justitiæ parens, se tantum præceptore doctus, naturalis, perfectus, sapiens, & sacræ vis physicæ unus inventor. Eadem insuper Ostanes de illo tradit in eo, qvod Octateuchum inscripsit, volumine. Reliqvi autem omnes, principem illum sequuti, de rerum natura, qvemadmodum ante dictum est, philosophati sunt: ac primis elementis serpentium forma, in templis qvæ construxerant solemni ritu dedicatis, cum sacrificia, tum festos qvoqve dies, & orgia celebrarunt, qvod illos Deorum maximos esse, rerumq; omnium principes ac moderatores putarent. Verum hæc de serpentibus modo satis.

Hujusmodi ergo est Phœnicum Theologia, qvam ut irretortis oculis fugiamus, ac priscorum vesaniæ medicinam perseqvamur, salutaris Evangelii doctrina præcipit. Nam qvod ista omnia nec fabulæ sint, nec commenta Poëtarum, qvæ latentem nescio qvam in intimis sensibus contemplationem involvant: sed potius vera sapientium ac veterum, ut ipsi qvidem appellant, Theologorum testimonia, qvæ res omnibus & poëtis & fabularum scriptoribus antiqviores complectantur, fidemq; arcessant cum ex illa ipsa, qvæ in Phœnicum urbibus ac pagis etiamnum celebratur Deorum appellatione atq; historia, tum ex iis, qvæ apud singulos peraguntur, Mysteriis qvivis opinor intelligit: nihil ut jam necesse sit coactas rerum istarum physicas explicationes perscrutari, cum certissimis qvæ sponte ac per se ipsas illæ suppeditant, argumentis indiciisqve teneantur. Hæc ergo de Phœnicum Theologia dicta sunto. Jam enim tempus est, ut ad Ægyptiorum sacra doctrinamqve transeamus.

A τοῦτον, ἀγαθὸν δαίμονα σημαίνοντες. καὶ Ζωροάστρης δὲ ὁ Μάγος ἐν τῇ ἱερᾷ συναγωγῇ τῶν Περσικῶν φησι κατὰ λέξιν. „ Ὁ δὲ θεός ἐστι κεφαλὴν ἔχων ἱέρακος. οὗτός ἐστιν ὁ πρῶτος, ἄφθαρτος, ἀΐδιος, ἀγέννητος, ἀμερής, ἀνομοιότατος, ἡνίοχος παντὸς καλοῦ, ἀδωροδόκητος, ἀγαθῶν ἀγαθώτατος, φρονίμων φρονιμώτατος. ἔστι δὲ καὶ πατὴρ εὐνομίας καὶ δικαιοσύνης, αὐτοδίδακτος, φυσικὸς, καὶ τέλειος, καὶ σοφὸς, καὶ ἱεροῦ φυσι-B κοῦ μόνος εὑρετής. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ Ὀστάνης „ φησὶ περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ ὀκτατεύχῳ. πάντες δὲ τὰς ἀφορμὰς παρ' αὐτοῦ λαβόντες, ἐφυσιολόγησαν, ὥσπερ προείρηται· καὶ τὰ μὲν πρῶτα στοιχεῖα τὰ διὰ τῶν ὄφεων, ναοὺς κατασκευασάμενοι, ἐν αὐτοῖς ἀφιέρωσαν, καὶ τούτοις θυσίας καὶ ἑορτὰς ἐπετέλουν καὶ ὄργια, θεοὺς τοὺς μεγίστους νομίζοντες καὶ ἀρχηγοὺς τῶν ὅλων. τοσαῦτα καὶ τὰ περὶ τῶν ὄφεων.

Ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν τῆς Φοινίκων θεολογίας τοῦτον περιέχει τὸν τρόπον. ἣν ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν, καὶ τῆς τῶν παλαιῶν φρενοβλαβείας C τὴν ἴασιν μεταδιώκειν, ὁ σωτήριος εὐαγγελίζεται λόγος. Ὅτι δὲ μὴ μῦθοι ταῦτα, καὶ ποιητῶν ἀναπλάσματα λανθάνουσάν τινα ἐν ὑπονοίαις ἔχοντα θεωρίαν τυγχάνει σοφῶν δὲ καὶ παλαιῶν, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, θεολόγων ἀληθεῖς μαρτυρίαι, τὰ καὶ ποιητῶν ἁπάντων καὶ λογογράφων πρεσβύτερα περιέχουσαι, τό, τε πιστὸν τῶν λόγων ἐπαγόμεναι ἀπὸ τῆς εἰσέτι δεῦρο ἐν ταῖς κατὰ Φοινίκην πόλεσί τε καὶ κώμαις κρατούσης τῶν D θεῶν προσηγορίας τε καὶ ἱστορίας, τῶν τε παρ' ἑκάστοις ἐπιτελουμένων μυστηρίων, δῆλον ἂν εἴη· ὡς μηκέτι τούτων χρεὼν εἶναι βιαίους ἀνιχνεύειν φυσιολογίας, σαφῆ τὸν ἐξ ἑαυτῶν ἔλεγχον ἐπιφερομένων τῶν πραγμάτων. τοιαύτη μὲν οὖν ἡ Φοινίκων θεολογία. ὥρα δὲ μεταβάντας καὶ τὴν Αἰγυπτίων ἐπιθεωρῆσαι.



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.
PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ
LIBER SECUNDUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

SECUNDI LIBRI CAPITA.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΑ μὲν δὴ τῆς Φοινίκων θεολογίας τὸν προειρημένον περιέχει τρόπον, ἣν ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν, καὶ τῆς τῶν παλαιῶν φρενοβλαβείας τὴν ἴασιν μεταδιώκειν, ὁ σωτήριος λόγος εὐαγγελίζεται. Ὅτι δὲ μὴ μῦθοι ταῦτα καὶ ποιητῶν ἀναπλάσματα, λανθάνουσάν τινα ἐν ὑπονοίαις ἔχοντα θεωρίαν, τυγχάνει· σοφῶν δὲ καὶ παλαιῶν, ὡς ἂν αὐτοὶ

PROOEMIUM.

HUJUSMODI ergo sunt, qvæ Phoenicum theologia continentur, qvæ qvidem sic ut nusqvam omnino respiciamus, fugienda nobis esse, priscorum autem vesaniæ curationem studiose perseqvendam, salutaris Evangelii doctrina præcipit. Enimvero qvod ista nec fabulæ sint, nec commenta Poëtarum, qvæ latentem nescio qvam reconditis in sensibus contemplationem involvant; sed potius vera sapientium ac veterum, ut ipsi

qvidem loqvuntur, Theologorum testimonia, qvæ res omnibus & Poetis, & fabellarum scriptoribus antiqviora complectantur, sibiq; fidem arcessant cum ab illa ipsa, qvæ in Phœnicum urbibus ac pagis etiamnum retinetur, Deorum appellatione atqve historia, tum ex iis, qvæ apud singulos antiqvo ritu celebrantur Mysteriis, qvivis, opinor, ex communi tam reliqvorum Auctorum, qvam eorum etiam, qvi pro Theologis habentur, consensu intelligat. Siqvidem ex eo constat, veteres illos, qvi res ad Deorum naturam ac religionem pertinentes omnium primi collegere, nihil penitus vel ad morum informationem, vel allegoricos fabularum sensus referre, sed in nuda ac simplici narrationis ipsius historia constanter hærere voluisse. Hoc ipsissima eorum, qvos laudavimus, omnium verba declarant, nihil ut jam necesse sit, coactas rerum istarum physicas explicationes indagare, cum certissimis, qvæ sponte ac per se ipsas illæ suppeditant, argumentis indiciisq; teneantur. Hæc igitur de Phœnicum Theologia dicta sunto. Jam vero tempus est, ut ad Ægyptiorum sacra doctrinamq; transeamus, ut perspectum omnes & exploratum habeant, num absq; diligenti ac matura deliberatione ab iis qvoq; discedendum nobis esse statuerimus, nostrumq; hoc consilium non aliunde qvam ex ipsamet Evangelica Demonstratione petitis rationibus, primum qvidem Ægyptiis, tum reliqvis deinceps omnibus, qvi cum iis opinionibus erant sententiisq; conjuncti, probatum fauste ac feliciter evenerit. Ac Manethus qvidem Ægyptius historiam illorum universam Græcis literis fuse admodum explicavit, præsertim vero qvæ ad ipsorum Theologiam pertinebant, cum in sacro volumine, tum aliis qvibusdam operibus comprehendit. Sed qvoniam Diodorus, is qvem antea commemoravimus, qvi diversas ex pluribus collegit historias, singularumq; ritus, qvam accuratissime fieri potuit, complexus est, vir sane clarissimus, opinionemqve doctrinæ non exiguam apud omnes politioris literaturæ studiosos consequutus, sic totam in unum veluti corpus veterum historiam coegit, seqventia cum prioribus apte connectens, ut ab illa Ægyptiorum theologia operis universi principium duxerit: operæ pretium me facturum arbitror, si ex eadem, qvæ ad propositam nobis disputationem faciunt, deprompta in omnium oculis ac luce constituam, qvod Græci homines sæpius in hujus Auctoris lectione versentur. Hæc igitur ad verbum ille commemorat.

Manethus Ægyptius hystericus.

φαῖεν, θεολόγων ἀληθεῖς μαρτυρίαι, τὰ καὶ ποιητῶν ἁπάντων καὶ λογογράφων πρεσβύτερα περιέχουσαι, τό τε πιστὸν τῶν λόγων ἐπαγόμεναι ἀπὸ τῆς εἰσέτι δεῦρο ἐν ταῖς κατὰ Φοινίκην πόλεσί τε καὶ κώμαις κρατούσης τῶν Θεῶν προσηγορίας τε καὶ ἱστορίας, τῶν τε παρ' ἑκάστοις ἐπιτελουμένων μυστηρίων δῆλον ἂν εἴη, ἀπό τε τῆς τῶν λοιπῶν συγγραφέων. καὶ δὴ καὶ τῶν νομιζομένων θεολόγων ὁμολογίας· δι' ἧς ἐμαρτύρησαν τοὺς παλαιοὺς καὶ πρώτους τὰ περὶ θεῶν συστησαμένους, μηδὲν εἰς φυσικὰς ἀναφέρειν τροπολογίας, μηδ' ἀλληγορεῖν τοὺς περὶ θεῶν μύθους, ἐπὶ μόνης δὲ τῆς λέξεως φυλάττειν τὰς ἱστορίας. ταῦτα γὰρ αἱ παρατεθεῖσαι τῶν εἰρημένων ἐδήλουν φωναί, ὡς μηκέτι χρῆναι τούτων βιαίους ἀνιχνεύειν φυσιολογίας, σαφῆ τὸν ἐξ ἑαυτῶν ἔλεγχον ἐπιφερομένων τῶν πραγμάτων. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ τῶν Φοινίκων θεολογία. ὥρα δὲ μεταβάντας, καὶ τὰ Αἰγυπτίων ἐπιθεωρῆσαι, εἰς τὸ κατανοῆσαι καὶ συνιδεῖν ἐξητασμένως, εἰ μὴ κεκριμένη καὶ εὔλογος συνέστηκεν ἡμῖν ἡ ἐξ αὐτῶν ἀναχώρησις· οὐδ' ἄλλως, ἢ διὰ μόνης τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, πρώτιστα πάντων αὐτοῖς Αἰγυπτίοις, εἶτα δὲ καὶ τοῖς τὰ ἴσα φρονοῦσιν αὐτοῖς κατωρθωμένη. πᾶσαν μὲν οὖν τὴν Αἰγυπτιακὴν ἱστορίαν εἰς πλάτος τῆς Ἑλλήνων μετείληφε φωνῆς, ἰδίως τε τὰ περὶ τῆς κατ' αὐτοὺς θεολογίας Μανεθῶς ὁ Αἰγύπτιος, ἔν τε ᾗ ἔγραψεν ἱερᾷ βίβλῳ, καὶ ἐν ἑτέροις αὐτοῦ συγγράμμασι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ Διόδωρος ὁ πρόσθεν ἡμῖν μνημονευθείς, ἐκ πλειόνων τὰς ἱστορίας ἀναλεξάμενος, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα τὰ παρ' ἑκάστοις ἔθνεσιν ἀπηκριβωκώς, ἐπιφανὴς ἀνήρ, καὶ δόξαν οὐ μικρὰν παιδείας παρὰ πᾶσι τοῖς φιλολόγοις κτησάμενος· καὶ δὴ καὶ πᾶσαν τὴν παλαιὰν συναγαγὼν ἱστορίαν, συνάψας τε τὰ πρῶτα τοῖς ἑξῆς πράγμασι, τὴν καταρχὴν τῆς ὅλης ἐποιήσατο πραγματείας ἀπὸ τῆς κατ' Αἰγυπτίους θεολογίας· ἀφ' ἧς ἡγοῦμαι κρεῖττον εἶναι ποιήσασθαι τὴν τῶν προκειμένων παράθεσιν, ὡς ἂν μᾶλλον οὔσης γνωριμωτέρας τοῖς Ἕλλησι τῆς τούτου γραφῆς. ἱστορεῖ δ' οὖν ταῦτα πρὸς λέξιν.

α. A I.

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΗΣ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ, καὶ ὡς εἰς Ἕλληνας μετεκομίσθη.

ΦΑΣΙ τοίνυν Αἰγύπτιοι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς τῶν ὅλων γένεσιν, πρώτους τοὺς ἀνθρώπους γενέσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον, διά τε τὴν εὐκρασίαν τῆς χώρας, καὶ διὰ τὴν φύσιν τοῦ Νείλου. τοῦτον γὰρ πολύγονον ὄντα, καὶ τὰς τροφὰς αὐτοφυεῖς B παρεχόμενον, ῥαδίως ἐκτρέφειν τὰ ζωογονηθέντα. τοὺς δὲ θεούς, ἀνθρώπους μὲν ὑπάρξαι θνητούς, διὰ δὲ σύνεσιν καὶ κοινὴν ἀνθρώπων εὐεργεσίαν, τυχεῖν τῆς ἀθανασίας· ὧν ἐνίους καὶ βασιλεῖς γενέσθαι. μεθερμηνευομένους δὲ αὐτούς, τινὰς μὲν ὁμωνύμως ὑπάρχειν τοῖς οὐρανίοις, τινὰς δὲ ἰδίαν ἐσχηκέναι προσηγορίαν, Ἥλιόν τε, καὶ Κρόνον, καὶ Ῥέαν, ἔτι δὲ καὶ Δία τὸν ὑπό τινων Ἄμμωνα προσαγορευόμενον, πρὸς δὲ τούτοις, Ἥραν καὶ Ἥφαιστον, ἔτι δὲ Ἑστίαν, καὶ τελευταῖον Ἑρμῆν. C καὶ πρῶτον μὲν Ἥλιον βασιλεῦσαι τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον, ὁμώνυμον ὄντα τῷ κατ᾽ οὐρανὸν ἄστρῳ. ἔνιοι δὲ τῶν ἱερέων φασὶ πρῶτον Ἥφαιστον βασιλεῦσαι, πυρὸς εὑρετὴν γενόμενον. μετὰ δὲ ταῦτα Κρόνον ἄρξαι, καὶ γήμαντα τὴν ἀδελφὴν Ῥέαν, γεννῆσαι κατὰ μέν τινας, τὸν Ὄσιριν καὶ τὴν Ἶσιν· κατὰ δὲ τοὺς πλείους, Δία τε καὶ Ἥραν, οὓς δι᾽ ἀρετὴν βασιλεῦσαι τοῦ σύμπαντος κόσμου. ἐκ δὲ τούτων γενέσθαι πέντε θεούς, Ὄσιριν, καὶ Ἶσιν, καὶ Τυφῶνα, Ἀπόλλωνά τε, καὶ Ἀφροδίτην. καὶ τὸν μὲν Ὄσιριν, εἶναι τὸν Διό- D νυσον· τὴν δὲ Ἶσιν, τὴν Δήμητραν. ταύτην δὲ γήμαντα τὸν Ὄσιριν, καὶ τὴν βασιλείαν διαδεξάμενον, πολλὰ πρᾶξαι πρὸς εὐεργεσίαν τοῦ κοινοῦ· κτίσαι τε πόλιν ἐν τῇ Θηβαΐδι ἑκατόμπυλον, ἣν τινὰς μὲν Διὸς πόλιν, ἐνίους δὲ Θήβας προσειπεῖν. ἱδρύσασθαι δὲ καὶ ἱερὸν τῶν γονέων, Διός τε καὶ Ἥρας· καὶ τῶν ἄλλων δὲ θεῶν ναούς τε χρυσοῦς, ὧν ἑκάστῳ τιμὰς ἀπονεῖμαι, καὶ καταστῆσαι τοὺς ἐπιμελουμένους ἱερεῖς. εὑρετὴν δὲ γενέσθαι τὸν Ὄσιριν τῆς ἀμπέλου, πρῶτόν τε * ψιλᾷ χρήσασθαι, καὶ διδάξαι τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους

* οἴν.

THEOLOGIÆ ÆGYPTIORUM epitoma: & qvemadmodum ad Græcos inde transierit.

Cap. I. Trad.

AJUNT, inqvit, Ægyptii sub primum hujus universitatis ortum, primos etiam homines in Ægypto procreatos fuisse, partim ob singularem qvandam totius regionis temperationem, partim ob ipsius Nili naturam: illum enim, qvod fœcundus admodum sit, ac cibos ultro sponteqve nascentes præbeat, facile genitas animantes alere. Jam vero Deos ipsos, cum homines qvoqve mortales fuissent, tamen propter sapientiam, & communia qvædam in hominum genus merita, immortalitatem consequutos esse, qvorum etiam aliqvi in Ægypto regnaverint. Eorum alios, si interpretari lubeat, ejusdem cum Cœlitibus nominis fuisse, alios propriam qvandam appellationem sibi vendicasse: atqve inter eos Solem, Saturnum, Opem, ipsumq; præterea Jovem, qvi Ammon a qvibusdam nuncupatur: Junonem item atqve Vulcanum, Vestam, postremumqve Mercurium. Ac Solem qvidem, cœleste sidus nomine referentem Ægypti regnum principem tenuisse, Qvanqvam e Sacerdotibus nonnulli volũt, Vulcanum illum ignis inventorem primum Regem numerandum esse, cui Saturnus in imperio successerit, exqve Ope sorore, qvam in uxorem ipse duxerat, vel Osirin & Isin, ut scribunt aliqvi, vel, ut plures asserunt, Jovem Junonemqve susceperit, qvi orbi postmodum universo propter eximiam virtutem imperarint; Deos autem qvinqve genuerint, Osirin, Isin, Typhonem, Apollinem ac Venerem. Et Osirin qvidem Bacchum esse, Isin vero Cererem, qvam cum ille secum matrimonio conjunxisset, regnumq; capessisset, cum plurima ab eodẽ beneficia in Rempublicam esse collata, tum urbem in Thebaide centum instructam portis, ædificatam, qvæ ab aliis civitas Jovis, ab aliis Thebæ nominetur. Jovi præterea Junoniq; parentibus sacram ædem, itemqve Diis cæteris aurea templa excitata, qvibus singulis cum certos qvosdam honores, tum etiam in qvos eorum cura incumberet, Sacerdotes attribuerit. Porro eundem Osirin vitem invenisse tradunt, primumqve vino usum esse, ac reliqvos omnes populos agriculturam docuisse.

A Apud eum autem summo in honore Mercurium fuisse, qvod in excogitandis iis, qvæ vitam hominum juvare possent, ingenii solertiam ostenderet plane singularem: qvippe qvi literas invenerit, Deorum sacrificia rite instituerit, lyræ cantum repererit, Græcosq; homines τὴν ἑρμηνείαν hoc est, elocutionem docuerit, qvam ob causam ἑρμῆς, id est Mercurius ab iisdem fuerit appellatus; deniq; olivæ plantam invenerit. Jam vero, cum orbem terrarum Osiris peragraret, Phœniciæ qvidem Busirim, Æthiopiæ autem ac Libyæ Antæum ab eo præfectum esse: at illum expeditionem Apolline fratre B socio suscepisse, a qvo repertam Laurum esse ferunt. Osirim præterea duos liberos expeditionis suæ comites habuisse, Anubin, & Macedonem; iisqve Panem adjunxisse, qvem præcipua qvadam Ægyptii veneratione proseqvantur, cujus etiam nomine Panos urbem ædificarint. Dum autem circa Taphosirin versaretur, adductos ad eum Satyros fuisse: qvodqve svavitate cantus in primis delectaretur, Musicorum ab eo multitudinem circumductam, qvorum e numero novem qvoqve Virgines canendi peritissimæ nec minus ab aliarum rerum doctrina paratæ fuerint, qvas Græci Musas appellent, qvibus Apollo præ- C esset. Porro cum nullus populus Osirin, propter accepta ab eo beneficia, non qvasi Deum exciperet, plurima sui passim eundem monimenta reliqvisse, urbesqve non paucas in India condidisse: alias item circa Phrygiam obiisse nationes, ac per Hellespontum in Europam trajecisse; qvin etiam ex filiis Macedonem Macedoniæ Regem creasse, Triptolemo vero colendorum Atticæ regionis agrorum curam provinciamqve mandasse; tandemqve rebus subductum humanis, Templa, ac cæteros qvi Diis tribui solent honores eximios ab Iside ac Mercurio consequutum esse; D qvi ejus non modo sacrificia religionesqve docuerint, sed etiam pleraqve mysteriis involuta ipsius in gratiam excogitarint. Cæterum a Typhone fratre, homine conscelerato & impio interfectum illum fuisse tradunt, qvi cum ejus cadaver in sex & viginti partes concidisset, eas in sicarios totidem cædisqve fraternæ socios diviserit, qvod omnes immani piaculo obstrictos esse vellet. Isin autem, qvod Osiridis & soror & uxor esset, operam ei suam navante Oro filio, parricidium ultam esse, cumqve Typhonem ac reliqvos sceleris administros,

τὴν γεωργίαν. τιμᾶσθαι δὲ ὑπ' αὐτοῦ μάλιστα πάντων τὸν Ἑρμῆν, διαφόρῳ φύσει κεχορηγημένον πρὸς ἐπίνοιαν τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι τὸν κοινὸν βίον. εὑρετὴν τε γὰρ αὐτὸν γενέσθαι τῶν γραμμάτων, καὶ θυσίας θεῶν διατάξασθαι, λύραν τε εὑρεῖν, καὶ τοὺς Ἕλληνας διδάξαι τὴν περὶ τούτων ἑρμηνείαν ἀφ' ἧς ἐπ' αὐτὸν Ἑρμῆν ὀνομασθῆναι, τοῦτον δὲ καὶ τῆς ἐλαίας τὸ φυτὸν εὑρεῖν. τὸν δὲ Ὄσιριν ἐπελθόντα πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἐπὶ μὲν Φοινίκης καταστῆσαι Βούσιριν, κατὰ δὲ τὴν Αἰθιοπίαν καὶ Λιβύην, Ἀνταῖον. αὐτὸν δὲ ἐπιστρατεῦσαι μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ἀπόλλωνος, ὅν φασιν εὑρετὴν τοῦ φυτοῦ τῆς δάφνης γενέσθαι. συστρατεῦσαι δὲ τῷ Ὀσίριδι τοὺς δύο υἱοὺς, Ἄνουβίν τε καὶ Μακεδόνα, παραλαβεῖν τε καὶ τὸν Πᾶνα διαφερόντως ὑπ' Αἰγυπτίων τιμώμενον, οὗ καὶ ἐπώνυμον εἶναι τὴν Πανὸς πόλιν. ὄντι δὲ τῷ Πανὶ περὶ τὴν Ταφόσιριν, ἀχθῆναι τὸ τῶν Σατύρων γένος. φιλόμουσον δὲ ὄντα, περιάγειν πλῆθος μουσουργῶν· ἐν οἷς καὶ παρθένους ἐννέα δυναμένας ᾄδειν, καὶ τἆλλα πεπαιδευμένας, pag. 9. τὰς παρ' Ἕλλησιν ὀνομαζομένας Μούσας, ὧν ἡγεῖσθαι τὸν Ἀπόλλωνα. παντὸς δὲ ἔθνους ὡς θεὸν ἀποδεχομένου τὸν Ὄσιριν, διὰ τὰς εὐεργεσίας, πανταχοῦ μνημεῖα ἑαυτοῦ καταλιπεῖν. κτίσαι δὲ καὶ πόλεις οὐκ ὀλίγας ἐν Ἰνδοῖς. ἐπελθεῖν δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔθνη, καὶ περαιωθῆναι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον εἰς Εὐρώπην. καὶ Μακεδόνα μὲν τὸν υἱὸν ἀπολιπεῖν Μακεδονίας βασιλέα. Τριπτολέμῳ δὲ ἐπιτρέψαι τὰς κατὰ τὴν Ἀττικὴν γεωργίας· καὶ μετὰ ταῦτα ἐξ ἀνθρώπων εἰς θεοὺς μεταστάντα, τυχεῖν ὑπὸ Ἴσιδος καὶ Ἑρμοῦ, ἱερῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων ἐν θεοῖς τιμῶν. τούτους δὲ καὶ τελετὰς καταδεῖξαι, καὶ πολλὰ περὶ αὐτοῦ μυστικῶς εἰσηγήσασθαι. ἀναιρεθῆναι δὲ αὐτὸν ὑπὸ Τυφῶνος τοῦ ἀδελφοῦ, πονηροῦ καὶ ἀσεβοῦς ὄντος· ὃν διελόντα τὸ σῶμα τοῦ φονευθέντος εἰς ἓξ καὶ εἴκοσι μέρη, δοῦναι τῶν συνεπιθεμένων ἑκάστῳ μερίδα, βουλόμενον ἅπαντας μετασχεῖν τοῦ μύσους. τὴν δὲ Ἶσιν ἀδελφὴν οὖσαν Ὀσίριδος καὶ γυναῖκα μετελθεῖν τὸν φόνον, συναγωνιζομένου τοῦ παιδὸς αὐτῆς Ὥρου. ἀνελοῦσαν δὲ τὸν Τυφῶνα καὶ τοὺς συμπράξαν-

τὰς, περὶ τὴν νῦν Ἀνταίου καλουμένην κώμην βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου. εὑροῦσαν δὲ πάντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, πλὴν τῶν αἰδοίων τοῦ Ὀσίριδος, ἑκάστῳ μέρει περιπλάσαι λέγουσιν αὐτὴν τύπον ἀνθρωποειδῆ, παραπλήσιον Ὀσίριδι τὸ μέγεθος, ἐξ ἀρωμάτων καὶ κηροῦ. καὶ παραδοῦναι τοῖς ἱερεῦσι καθ' ὅλης τῆς Αἰγύπτου τιμᾶν. καθιερῶσαι δὲ καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς γινομένων ζώων ἓν ὁποῖον ἂν βουληθῶσιν. τοὺς δὲ Ταύρους τοὺς ἱερούς, καὶ τόν τε ὀνομαζόμενον Ἆπιν, καὶ τὸν Μνεῦιν Ὀσίριδι καθιερωθῆναι, καὶ τούτους σέβεσθαι καθάπερ θεοὺς, κοινῇ καταδειχθῆναι πᾶσιν Αἰγυπτίοις. ταῦτα γὰρ τοῖς εὑροῦσι τὸν τοῦ σίτου καρπὸν συνεργῆσαι πρός τε τὸν σπόρον, καὶ τὰς κοινὰς γεωργίας. ὀμόσαι δὲ τὴν Ἶσιν, μηδενὸς ἀνδρὸς ἔτι συνουσίαν δέξασθαι. μεταστῆναι δὲ αὐτὴν ἐξ ἀνθρώπων, τυχεῖν ἀθανάτων τιμῶν, καὶ ταφῆναι κατὰ τὴν Μέμφιν. τὰ μὲν οὖν ἀνευρεθέντα τοῦ Ὀσίριδος μέρη, ταφῆς ἀξιωθῆναί φασι τὸν εἰρημένον τρόπον· τὸ δὲ αἰδοῖον ὑπὸ μὲν Τυφῶνος εἰς τὸν ποταμὸν ῥιφῆναι λέγουσιν, ὑπὸ δὲ τῆς Ἴσιδος οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων ἀξιωθῆναι τιμῶν ἰσοθέων. ἔν τε γὰρ τοῖς ἱεροῖς εἴδωλον αὐτοῦ κατασκευάσασαν, τιμᾶν καταδεῖξαι καὶ τελετὰς, καὶ τὰς θυσίας τὰς τῷ θεῷ τούτῳ γινομένας ἐντίμους ποιῆσαι. διὸ καὶ τοὺς Ἕλληνας ἐξ Αἰγύπτου παρειληφότας τὰ περὶ τοὺς Ὀργιασμοὺς, καὶ τὰς Διονυσιακὰς ἑορτὰς, τιμᾶν τοῦτο τὸ μόριον ἐν τοῖς μυστηρίοις, καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ τούτου τελεταῖς τε καὶ θυσίαις, ὀνομάζοντας αὐτὸ Φαλλόν. τοὺς δὲ λέγοντας ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς γεγονέναι τὸν θεὸν ἐκ Σεμέλης καὶ Διὸς, σχεδιάζειν. Ὀρφέα γὰρ εἰς Αἴγυπτον μεταβαλόντα καὶ μετασχόντα τῆς τελετῆς, καὶ τῶν Διονυσιακῶν μυστηρίων μεταλαβεῖν, τοῖς τε Καδμείοις φίλον ὄντα καὶ τετιμημένον ὑπ' αὐτῶν, μεταθεῖναι τοῦ θεοῦ τὴν γένεσιν, ἐκείνοις χαριζόμενον. τοὺς δὲ ὄχλους, τὰ μὲν διὰ τὴν ἄγνοιαν, τὰ δὲ διὰ τὸ βούλεσθαι τὸν θεὸν Ἕλληνα ὀνομάζεσθαι, προσδέξασθαι προσηνῶς τὰς τελετὰς καὶ τὰ μυστήρια. ἀφορμὰς δὲ ἔχειν τὸν Ὀρφέα πρὸς τὴν μετάθεσιν τῆς τοῦ θεοῦ γενέσεως καὶ τελετῆς, τοιαύτας· Κάδμον ἐκ Θηβῶν ὄντα Αἰγυπτίων,

A circa eum, qvi nunc Antæi pagus nominatur, sustulisset, toti Ægypto imperasse. Præterea, cum omnia corporis illius membra præter verenda reperisset, partes singulas, in singulas item hominis effigies, qvæ Osirin magnitudine referebant, ex aromatibus ceraq; conflatas inclusisse, easq; Sacerdotibus tota passim Ægypto colendas tradidisse, sic ut ex iis, qvę apud illos nascerentur, animantibus, qvodcunq; visum esset, consecrarent: Tauros autem, qvi sacri dicuntur, qvosqve Apin ac Mnevin ipsi vocant, dedicatos ab B iisdem fuisse. Itaq;, ut ejusmodi animantes divinis honoribus omnes Ægyptii venerarentur, ubiqve constitutum, qvippe qvos primis frumenti inventoribus, tam ad semen terræ committendum, qvam ob cæteros agriculturæ labores, ante omnes usui fuisse constaret. Porro eandem Isin jurejurando confirmasse ajunt, nullius se se viri consvetudinem in posterum admissuram; vitaqve functa cum esset, immortales etiam honores consequutam, ac circa Memphin sepultam fuisse. Jam vero C cum reperta Osiridis membra, eum in modum, qvem paulo ante commemoravimus, sepulturæ mandata essent; tum ipsius verenda, qvæ a Typhone projecta in fluvium erant, Isidem nihilo minus qvam cætera divino cultu prosequutam esse ferunt. Nam & illorum in templis simulacrum erexisse, ritusq; ac ceremonias, cum legitimis ac solennibus hujus Dei sacrificiis summa cum religione celebranda curasse. Qvam ob rem ipsos qvoq; Græcos, qvi ab Ægyptiis orgia ca sacra cum Bacchi festis acceperint, mem- D brum illud tam in Mysteriis, qvam in istius Numinis initiationibus atq; sacrificiis phalli nomine venerari solitos esse. Enimvero, qvi Thebis Bœotiæ Deum illum ex Jove ac Semele natum esse dicant; id temere ac leviter effutire. Quippe, Orpheum enim, cum in Ægyptum commigrasset, iisqve sacris initiatus in ipsorum qvoqve Bacchi Mysteriorum partem ac societatem venisset, propter eam, qvæ sibi cum Cadmeis intercedebat, amicitiam, qvosqve ab illis honores acceperat, numinis illius ortum in ipsorum gratiam transtulisse: multitudinem autem, partim ignoratione veritatis, partim qvod hunc Deum genere Græcum haberi vehementer optaret, ejusdem cum initiandi ritus, tum etiam mysteria studiose ac libenter admodum esse complexam. Cæterum Orpheo, transferendi ortus numinis, ejusmodi ansas & occasiones fuisse. Cadmum videlicet Thebis Ægyptiis oriundum, cum

Osiris Bacchus Græcorum.

A aliis aliqvot liberis Semelem quoq; genuisse, hanc vero a nescio qvo forte constupratam, post septem a conceptu menses infantem peperisse, ei, qvem apud se natum Ægyptii prædicant, Osiridi per similem: Cadmū vero infantis mortui cadaver auro convestiisse, eiq; solennes sacrificiorum ritus instituisse, ac demum ipsius procreationem Jovi assignasse, hoc utiq; consilio, ut cum Osiridi majestatem conciliaret, tum ipsam qvoq; matrem a stupri oblati infamia liberaret. Hunc igitur in modum sparsam illam apud Græcos de Osiride famam esse, qvod eum ex Jove Semele Cadmi filia suscepisset, qva fabu- B larum scriptores omnia postmodum Theatra compleverint, eoq; tandem factum esse, ut constans ejus & inconcussa fides posterorum mentibus insideret. Qvin etiam Græcos ut verbo dicam, celeberrimos qvosq; ajunt Ægyptiorum Heroas atq; Deos sibi tanqvā proprios vindicasse. Nam Herculem etiam, Ægyptius genere cum esset, ac singulari fortitudine præditus, magnam orbis terrarum partem obiisse; eundem tamen qvasi Græcum a Græcis prædicari, tametsi longe ab altero qvodam Hercule diversum, qvem C in Græcia multis post seculis Alcmena pepererit. Addunt Perseum qvoq; lucem in Ægypto primum aspexisse; & ipsiusmet Isidis originem a Græcis hominibus translatam Argos fuisse, qvi hanc ipsam, Jo bovis in figuram aliqvando mutatam esse fabulentur; cum eandem tamen Isin alii, alii Cererem, Thesmophoron, hoc est, legiferam alii, nonnulli Lunam, alii deniq; Junonem esse opinentur. Osirin autem a qvibusdam Sarapin, Bacchum ab aliis, a nonnullis Plutonem, ab aliis Ammonem, vel Jovem, vel Pana existimari. Jam ab Iside remedia pleraq; , ipsamq; D adeo Medicinæ artem inventam esse tradunt, ac simul immortalitatis pharmacum; cujus illa vi Orum filium qvem Titanum insidiis exceptum, ac mortuum in aqvis repertum, non tantum in lucem reddito animo revocarit, sed etiam immortalitate donarit. Porro hunc Orum, qvi Deorum novissimus est, in Ægypto regnasse, ejusq; nomen, interpretari si velis, Apollinem significare; qvi qvod ab Iside parente medendi, ac vaticinandi artem didicisset, edendis oraculis morbisqve sanandis optime de hominum genere mereatur. Est autem hæc communis plurimorum existimatio, gigantas qvosdam immani vastaq; mole corporis, ac prodigioso qvodam instructos apparatu, Jovem Osirinq; Deos, Isidis temporibus bello lacessivisse. Ex eo deniqve legem illam Ægyptiorum de matrimonio cum sororibus ineundo fluxisse volunt,

Heroes Græcorum ex Ægyptiis.

γεννῆσαι σὺν ἄλλοις τέκνοις καὶ Σεμέλην, ταύτην δὲ ὑπὸ τοῦ Διός ποτε φθαρεῖσαν, ἔγκυον γενέσθαι, καὶ τεκεῖν ἑπτὰ μηνῶν διελθόντων βρέφος. οἷόν περ οἱ κατ᾽ Αἴγυπτον τὸν Ὄσιριν γεγονέναι νομίζουσι. τὸν δὲ Κάδμον, τελευτήσαντος τὸ βρέφος χρυσῶσαι, καὶ τὰς καθηκούσας αὐτῷ ποιήσασθαι θυσίας, ἀνάψαι δὲ καὶ τὴν γένεσιν εἰς Δία, σεμνύνοντα τὸν Ὄσιριν καὶ τῆς φθαρείσης τὴν διαβολὴν ἀφαιρούμενον. διὸ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐκδοθῆναι λόγον, ὡς ἡ Κάδμου θυγάτηρ Σεμέλη τέτοκεν ἐκ Διὸς Ὄσιριν. ἔπειτα παρελθόντων τῶν μυθογράφων, ἐμπλῆσαι τὸ θέατρον, καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις ἰσχυρὰν πίστιν καὶ ἀμετάθετον ἐγγενέσθαι. καθόλου δέ φασι τοὺς Ἕλληνας ἐξιδιάζεσθαι τοὺς ἐπιφανεστάτους Αἰγυπτίων ἥρωάς τε καὶ θεούς. καὶ γὰρ Ἡρακλέα τὸ γένος Αἰγύπτιον ὄντα, δι᾽ ἀνδρείαν ἐπελθεῖν πολλὴν τῆς οἰκουμένης. ἐξοικειοῦσθαι δὲ αὐτὸν τοὺς Ἕλληνας, καὶ μὴν ἕτερον ὄντα τοῦ ἐξ Ἀλκμήνης παρ᾽ Ἕλλησιν ὕστερόν ποτε γενομένου. φασὶ δὲ καὶ τὸν Περσέα γενέσθαι κατὰ τὴν Αἴγυπτον, καὶ τῆς Ἴσιδος τὴν γένεσιν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰς Ἄργος μεταφέρεσθαι, μυθολογούντων αὐτὴν εἶναι Ἰὼ τὴν εἰς βοὸς τύπον μεταμορφωθεῖσαν. τὴν αὐτὴν δέ, τοὺς μὲν Ἶσιν, τοὺς δὲ Δήμητραν, τοὺς δὲ Θεσμοφόρον, ἄλλους δὲ Σελήνην, καὶ ἄλλους Ἥραν νομίζειν. τὸν δὲ Ὄσιριν, τοὺς μὲν Σάραπιν, τοὺς δὲ Διόνυσον, τοὺς δὲ Πλούτωνα, τοὺς δὲ Ἄμμωνα, τοὺς δὲ Δία, ἑτέρους δὲ Πᾶνα νομίζειν. εὑρετὴν δὲ γενέσθαι τὴν Ἶσιν φασὶ φαρμάκων πολλῶν, καὶ ἰατρικῆς ἐπιστήμης· εὑρεῖν δὲ καὶ τὸ τῆς ἀθανασίας φάρμακον, δι᾽ οὗ τὸν υἱὸν Ὧρον ὑπὸ τῶν Τιτάνων ἐπιβουλευθέντα, καὶ νεκρὸν εὑρεθέντα καθ᾽ ὕδατος, μὴ μόνον ἀναστῆσαι δοῦσαν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀθανασίας ποιῆσαι μεταλαβεῖν. τὸν δὲ Ὧρον ἔσχατον ὄντα τῶν θεῶν, βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτου. μεθερμηνευόμενον δέ φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν Ἀπόλλωνα. τήν τε ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν ὑπὸ τῆς μητρὸς Ἴσιδος διδαχθέντα, διὰ τῶν χρησμῶν, καὶ θεραπειῶν εὐεργετεῖν. συμφωνεῖται δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις, ὅτι τοῖς περὶ τὸν Δία καὶ τὸν Ὄσιριν θεοῖς, κατὰ τὴν Ἴσιδος ἡλικίαν μεγαλόσωμοί τινες Γίγαντες ἐπὶ τὸ τερατῶδες κοσμούμενοι, πόλεμον ἤγειραν. νομοθετῆσαι δὲ τοὺς Αἰγυπτίους γαμεῖν ἀδελφάς,

p.g.6

διὰ

» διὰ τὸ τὴν Ἶσιν τῷ Ὀσίριδι ἀδελφὴν οὖσαν
» αὐτῆς γαμηθῆναι. καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων ἱστοροῦσι. Περὶ δὲ τῶν ἀφιερωμένων ζώων κατ' Αἴγυπτον, τοιοῦτός τις παρ' αὐτοῖς κατέχει λόγος. τινὲς μέν φασι τοὺς ἐξ ἀρχῆς γενομένους θεοὺς, ὀλίγους ὄντας καὶ κατισχυομένους ὑπὸ τοῦ πλήθους, καὶ τῆς ἀσεβείας τῶν γηγενῶν ἀνθρώπων, ὁμοιωθῆναί τισιν ἀλόγοις ζώοις, καὶ οὕτως διαφυγεῖν· ἔπειτα χάριν ἀποδιδόντας τῆς σωτηρίας, ἀφιερῶσαι τὰς φύσεις αὐτῶν τῶν ζώων, οἷς ἀφωμοιώθησαν. οἱ δέ φασιν, ἐν ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους συμβολαῖς, κατασκευάσαντας εἰκόνας τῶν ζώων, ἃ νῦν τιμῶσι, φορεῖν ταύτας τοὺς ἡγεμόνας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ τοῦτο γνώρισμα τῆς ἀρχῆς ἔχειν· ἐν δὲ ταῖς κατὰ τῶν ἐχθρῶν νίκαις, ὡς ἂν αἴτια τὰ ζῶα γενόμενα, ὧν τὰς εἰκόνας ἔφερον, ἀποθεῶσαι. ἕτεροι δὲ τρίτην αἰτίαν φέρουσι, τῆς χρείας ἕνεκα τῶν ζώων φάσκοντες αὐτὰ τετιμῆσθαι. τὴν μὲν γὰρ θήλειαν βοῦν, τίκτειν καὶ ἀροῦν· τὰ δὲ πρόβατα, τίκτειν καὶ σκέπην παρέχειν, καὶ τὴν διὰ τοῦ γάλακτος καὶ τοῦ τυροῦ τροφήν. τὸν δὲ κύνα συνθηρεύειν ἀνθρώποις, καὶ φυλακτικὸν εἶναι. διόπερ τὸν θεὸν τὸν παρ' αὐτοῖς καλούμενον Ἄνουβιν, κυνὸς ἔχειν κεφαλὴν ἐμφαίνοντες, ὅτι σωματοφύλαξ ἦν τῶν περὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὴν Ἶσιν. ἔνιοι δέ φασι, τῆς Ἴσιδος προηγουμένους τοὺς κύνας, καθ' ὃν καιρὸν ἐζήτει τὸν Ὄσιριν, τά τε θηρία καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἀπείργειν. καὶ τὸν μὲν Αἴλουρον πρὸς τὰς Ἀσπίδας εὔθετον ὑπάρχειν καὶ τὰ
pag. 32. ἄλλα δακετὰ τῶν ἑρπετῶν· τὸν δὲ Ἰχνεύμονα, τὰ τῶν Κροκοδείλων ᾠὰ συντρίβειν, ἀναιρεῖν τε καὶ τοὺς Κροκοδείλους πηλῷ κυλιόμενον, καὶ ἐπιπηδῶντα κεχηνόσι τοῖς στόμασι, διαφαγόντα τε αὐτῶν τὰ ἐντὸς τῆς κοιλίας, νεκροὺς ἀπεργάζεσθαι. τῶν δὲ ὀρνέων, τὴν μὲν Ἶβιν χρησίμην ὑπάρχειν πρός τε τοὺς ὄφεις καὶ τὰς ἀκρίδας καὶ τὰς κάμπας· τὸν δ' Ἱέρακα, πρὸς τοὺς Σκορπίους καὶ Κεράστας, καὶ τὰ μικρὰ τῶν δακετῶν θηρίων, καὶ διὰ τὸ συμβάλλεσθαι ταῖς μαντείαις. τὸν δ' Ἀετὸν, διὰ τὸ βασιλικὸν εἶναι· τὸν δὲ Τράγον φασὶν ἀποτεθεῶσθαι, καθάπερ καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησι τὸν Πρίαπον, διὰ τὸ γεννητικὸν μόριον. τὸ μὲν γὰρ ζῶον εἶναι τοῦτο καταφερέστατον πρὸς τὰς συνουσίας

A Qvod Osiris primus Isidem sororem in uxorem accepisset. Atqve hujusmodi sunt, »
qvæ de hominibus in Deos consecratis Ægyptiorum historiæ prodiderunt. Jam vero de animalium consecratione hæc ab iisdem fere tradi solent. Qvibusdam sane placet, qvi ab initio Dii fuerint, cum ob paucitatem, hominum terrenorum partim multitudine partim impietate opprimerentur, eos animalium ratione carentium forma tectos periculum declinasse, eorumqve naturas, qvorum mutuati similitudinem fuerant, ut aliqvam ob acceptæ salutis beneficium gratiam referrent, consecrasse. Alii vero
B sic existimant, qvod in certaminibus adversum hostes initis, earum animantium, qvas ipsi nunc venerantur, arte elaboratas imagines, summis in capitibus exercitus Duces ac Principes, sic tanqvam imperii monimentum aliqvod & insigne, gestassent, partis postmodum victoriis, illas ab iisdem, qvasi victoriam peperissent, Deorum in numerum relatas fuisse. Postremo sunt, qvi tertiam cultus ejusmodi causam proferant, utilitatem eam, qvam ex hoc animantium genere perciperent. Qvippe, bovem enim fœminam non parere modo, sed etiam arare; ab ovibus autem fœtus, vestes, lactis, caseiq;
C alimentum suppeditari: canem usui cum ad venationem, tum ad custodiam hominibus esse; qvam ob causam, Deum illum, qvem Anubin nominant, canino esse capite, ut eum Osiridis & Isidis prætorianum fuisse militem significent. Qvanqvam non desunt, qvi velint, Isidem qvo tempore Osirin qværeret, præeuntes secum duxisse canes, qvi feras & obvium qvemq; summoverent. Porro Felem qvidem adversum Aspidas, reliqvosq; serpentes, qvi morsu venenum infundunt, perutilem esse; Ichneumonem autem non modo Crocodilorum ova conterere, sed etiam Crocodilos ipsos extingvere, qvod in cœno ante volutatus, in hiantia ipsorum ora insiliat, qvæq; ventre continentur intestina corrodat. Ex avibus etiam, plurimum Ibin contra serpentes, locustas, & erucas opis auxiliiq; conferre; nec minus Accipitrem contra Scorpiones ac Cerastas, minorumq; bestiarum vulgus, qvæ morsu pestem & interitum afferunt, cum eidem præterea multū in auguriis divinationibusq; tribuatur: Aqvilam deniq;, qvod regium aliqvid præ se ferat venerationi esse. Jam, hircum ipsum qvoq; tanqvam Deum ab illis habitum fuisse, nihilo minus qvam Priapum a Græcis, ob membrum corporis ad generationem comparatum: qvippe hoc animantis genus in venerem pronum admodū esse atq; propensum:

Animalium apud Ægyptios consecratio.

illam vero partem corporis, cui debetur generatio, qvod potissimum animalium naturæ principium sit, non sine ratione coli. Et sane partem istam, si in universum loqvi placet, non ab Ægyptiis modo, sed ab aliis etiam plerisqve gentibus in sacrorum initiis, utpote causam generationis animantium esse consecratam: ipsosqve adeo Sacerdotes, qvi patrium in Ægypto Sacerdotium hæreditario qvasi jure accipiant, Numinis hujus mysteriis initiari. Qvinetiam & Panas & Satyros ajunt eandem ob causam venerationem ab hominibus consequutos esse, qvorum simulacra pleriqve, magna cum hircorum natura similitudine, in templis arrigentia dedicarint, qvod nimirum hoc animal salacissimum habeatur. Sacros Tauros Apin ac Mnevin qvod attinet, divinos ipsis honores concedi, partim qvod arandæ terræ serviant, partim qvod iis ipsarum qvoqve frugum inventio tribuatur. Lupos vero similiter coli, non modo propter eam, qvam habent cum canibus naturæ affinitatem, sed etiam qvod olim, inqviunt, Iside cum Oro filio adversus Typhonem dimicatura, filio simul & uxori suppetias ab inferis excitatus & lupi forma tectus Osiris tulisset. Qvanqvam alii tradunt, Æthiopes cum in Ægyptum incubuissent, a luporum multitudine pessime vexatos & in fugam actos fuisse, id qvod etiam in causa fuerit, cur ea regio Lycopolitana diceretur. Crocodilorum venerationem institutam esse, qvod eorum metu Arabiæ Libyæqve latrones Nilum transmittere non audeant: & unum qvidem suis e Regibus, ut canum suorum impetum ac rabiem effugeret, cum in paludem confugisset, a Crocodilo qvodam præter expectationem leniter exceptum, atq; in ulteriorem ripam transvectum fuisse. His alias qvoqve brutorum animalium cultus rationes adjiciunt. Enimvero, cum a Regibus olim multitudo defecisset, jamq; de tollendo funditus regio dominatu conspiratione facta cogitaret, id ab aliqvo solerter inventum, uti varios illis ac discrepantes colendorum animantium ritus traderet, ut cum singulis suos qviqve animantes & religiose colerent, & consecratos ab aliis repudiarent, nunqvam universæ totius Ægypti Præfecturæ in mutuam consiliorum voluntatumqve societatem & conjunctionem venire possent. Jam, ubi animalium istorum aliqvod extinctum est, ipsum linteo opertum sacris in thecis cum ingenti luctu planctuqve sepeliunt.

A τὸ δὲ μόριον τοῦ σώματος, τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον, τιμᾶσθαι προσηκόντως, ὡς ἂν ἀρχηγὸν ὂν τῆς τῶν ζώων φύσεως. καθόλου δὲ τὸ αἰδοῖον, οὐ κατ' Αἰγυπτίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους καθιερωκέναι κατὰ τὰς τελετάς, ὡς αἴτιον τῆς τῶν ζώων γενέσεως. τοὺς τε ἱερεῖς τοὺς παραλαβόντας τὰς πατρικὰς ἱερωσύνας κατ' Αἴγυπτον, τούτῳ τῷ θεῷ μυεῖσθαι· καὶ τοὺς Πᾶνας δὲ, καὶ τοὺς Σατύρους φασὶν ἕνεκα τῆς αὐτῆς αἰτίας τιμᾶσθαι παρὰ ἀνθρώποις. διὸ καὶ τὰς εἰκόνας B αὐτῶν ἀνατιθέναι τοὺς πλείστους ἐν τοῖς ἱεροῖς ἐντεταμένας, καὶ τῇ τοῦ τράγου φύσει παραπλησίως· τὸ γὰρ ζῶον τοῦτο παραδίδοσθαι πρὸς τὰς συνουσίας ὑπάρχειν ἐνεργότατον. τοὺς δὲ Ταύρους τοὺς ἱερούς, τὸν Ἆπιν καὶ τὸν Μνεῦιν τιμᾶσθαι παραπλησίως τοῖς θεοῖς, ἅμα μὲν διὰ τὴν γεωργίαν, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὸ τὴν εὕρεσιν τῶν καρπῶν αὐτοῖς ἀνατιθέναι. τοὺς δὲ λύκους τιμᾶσθαι, διὰ τὴν πρὸς τοὺς κύνας τῆς φύσεως ὁμοιότητα, καὶ ἐπεὶ τὸ παλαιὸν φασι, τῆς Ἴσιδος μετὰ τοῦ παιδὸς Ὥρου μελλούσης διαγωνίζεσθαι C πρὸς Τυφῶνα, παραγενέσθαι βοηθὸν ἐξ ᾅδου τὸν Ὄσιριν τῷ τέκνῳ καὶ τῇ γυναικί, λύκῳ τὴν ὄψιν ὁμοιωθέντα. ἕτεροι δὲ λέγουσιν Αἰθίοπας στρατεύσαντας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, ὑπὸ πλήθους λύκων διωχθῆναι· διὸ καὶ Λυκοπολίτην κληθῆναι τὴν χώραν. τὸν δὲ Κροκόδειλον σέβεσθαί φασι, διὰ τὸ μὴ τολμᾶν διανήχεσθαι τὸν Νεῖλον τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀραβίας καὶ Λιβύης λῃστάς, τῶν Κροκοδείλων χάριν. φασὶ δέ τινα τῶν παρ' αὐτοῖς βασιλέων διωκόμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν, D καταφυγεῖν εἰς τὴν λίμνην, ἔπειτα ὑπὸ Κροκοδείλου ἀναληφθέντα παραδόξως, εἰς τὸ πέραν ἀπενεχθῆναι. αἰτίας δὲ καὶ ἄλλας φασί τινες τῆς τῶν ἀλόγων ζώων τιμῆς. τοῦ γὰρ πλήθους τὸ παλαιὸν ἀφισταμένου τῶν βασιλέων, καὶ συμφρονοῦντος εἰς τὸ μηκέτι βασιλεύεσθαι, ἐπινοῆσαί τινα διάφορα σεβάσματα αὐτοῖς τῶν ζώων παρέχειν, ὅπως ἑκάστων τὸ μὲν παρ' αὐτοῖς τιμώμενον σεβομένων, τοῦ δὲ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀφιερωμένου καταφρονούντων, μηδέποτε ὁμονοῆσαι δυνῶνται πάντες οἱ κατ' Αἴγυπτον. ὅταν δὲ ἀποθάνῃ τι τῶν εἰρημένων ζώων, σινδόνι καλύψαντες, καὶ μετ' οἰμωγῆς τὰ στήθη καταπληξάμενοι, ἐν ἱεραῖς θήκαις θάπτουσιν.

ὃς δ' ἂν τι τούτων τῶν ζῴων ἑκὼν διαφθείρῃ, θανάτῳ περιπίπτει, πλὴν ἐὰν αἴλουρον ἢ τὴν ἶβιν ἀποκτείνῃ. ταῦτα γὰρ ἐάν τε ἑκὼν, ἐάν τε ἄκων ἀποκτείνῃ τις, πάντως θανάτῳ περιπίπτει. ἀλλὰ μὴν, καὶ καθ' ἣν οἰκίαν εὑρεθῇ κύων τετελευτηκὼς, ξυρῶνται πάντες ὅλον τὸ σῶμα, καὶ ποιοῦνται πένθος. κἂν οἶνος, ἢ σῖτος, ἤ τι τῶν πρὸς τὸν βίον ἀναγκαίων τύχῃ κείμενον ἐν τῷ οἴκῳ, οὐκ ἔτι χρήσασθαι αὐτοῖς ὑπομένουσιν. τρέφουσι δὲ τὸν Ἆπιν ἐν Μέμφει, καὶ τὸν Μνεῦιν ἐν Ἡλίου πόλει, καὶ τὸν Τράγον ἐν Μένδει, καὶ τὸν Κροκόδειλον ἐν τῇ Μύριδος λίμνῃ, καὶ τὰ λοιπὰ θηρία ἐν ἱεροῖς περιβόλοις, σεμίδαλιν προσφέροντες, ἢ χόνδρον ἕψοντες ἐν γάλακτι, καὶ πέμματα παντοδαπὰ μέλιτι φυρῶντες, καὶ κρέα χήνεια, τὰ μὲν ἕψοντες, τὰ δὲ ὀπτῶντες. τοῖς δὲ ὠμοφάγοις πολλὰ τῶν ὀρνέων παραβάλλουσι, καὶ θηλείας ἑκάστῳ τῶν ζῴων τὰς εὐειδεστάτας συντρέφουσιν, ἃς παλλακίδας προσαγορεύουσιν. ὅταν δὲ ὁ Ἆπις τελευτήσας ταφῇ μεγαλοπρεπῶς, ζητοῦσιν ἕτερον ὅμοιον· ὅταν δὲ εὑρεθῇ, τὰ μὲν πλήθη τοῦ δέους ἀπολύονται καὶ τοῦ πένθους· ἄγεται δὲ ὁ μόσχος πρῶτον εἰς Νείλου πόλιν. κἀκεῖ τότε μόνον αἱ γυναῖκες αὐτὸν ὁρῶσι κατὰ πρόσωπον ἱστάμεναι, καὶ δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια. τὸν δὲ ἕτερον χρόνον ἅπαντα, κεκωλυμένον ἐστὶν εἰς ὄψιν αὐτὰς ἔρχεσθαι τούτῳ τῷ θεῷ. φασὶ δὲ τὴν τοῦ Ὀσίριδος ψυχὴν εἰς τοῦτον μετὰ τὴν τελευτὴν μεταστῆναι. τοιαύτη καὶ ἡ Αἰγυπτίων ἀσχήμων ἀθεότης μᾶλλον ἢ θεολογία, πρὸς ἣν καὶ τὸ ἐνίστασθαι αἰσχρόν. ἧς καὶ εἰκότως καταπτύσαντες ἀνεχωρήσαμεν, λύτρωσιν καὶ ἐλευθερίαν τῶν τοσούτων κακῶν οὐδετέρως εὑράμενοι, ἢ διὰ μόνης τῆς σωτηρίου καὶ Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, τῆς τὰς διανοίας τυφλοῖς τὴν ἀνάβλεψιν εὐαγγελισαμένης. τούτων δὲ αὐτῶν τὰς σεμνοτέρας δὴ θεωρίας τε καὶ φυσιολογίας, μικρὸν ὕστερον ἐπισκεψόμεθα, ἐπὰν καὶ τὰ Ἑλληνικὰ διαλάβωμεν. οὕτω δῆτα ἀναμὶξ Αἰγυπτιακῆς ὁμοῦ καὶ Φοινικικῆς συνδραμούσης μυθολογίας, κεκράτηκεν εἰκότως παρὰ τοῖς πλείστοις τῶν ἐθνῶν ἡ τῆς παλαιᾶς πλάνης δεισιδαιμονία.

A Qvod si qvis eorum qvodpiam sponte dataqve opera occiderit, morte damnatur. Felem autem vel Ibin qvisqvis sive prudens, sive imprudens peremerit, circa veniam omnem capitis supplicium luit. Præterea, qvacunq; in domo extinctus canis repertus fuerit, corpus totum ad cutem usqve radentes in luctu versantur universi; ac licet vinum aut frumentum, aut aliqvid aliud necessariæ victum annonæ repositum in ædibus illis fuerit, eo tamen sibi nemo prorsus uti fas in posterum esse arbitratur. Cæterum B Memphi qvidem Apin, Mnevin autem in Solis civitate alunt; Mendæ Hircum, Crocodilum in Myridis palude, cæteras bestias in sacrorum qvorundam septorum ambitu, qvibus similam, aut elixum lacte chondrum ac placentas omnis generis cum anserinis carnibus partim elixis, partim assis objiciunt. Iis autem, qvæ cruda vescuntur, aves obtrudunt qvamplurimas, fœminasqve pulcherrimas cum singulis maribus enutriunt, qvas pellices nominare solent. At vero Api magnifice post mortem consepulto, alterum ei persimilem qværunt; C eoqve reperto, metu populus universus luctuqve liberatur. Vitulus autem primum in Nili civitatem ducitur, ac tum qvidem solis mulieribus eum videre licet, qvæ coram sistentes sese reductis vestibus honestas ipsi partes ostendunt, ac deinceps ab omni prorsus ejusdem Numinis aspectu excluduntur: Hujus autem in corpus Osiridis vita functi animum transmigrasse ajunt. Hæc illa est Ægyptiorum Divinitatis omnis ejectio potius, qvam theologia, eo usqve infamis certe qvidem, D ut vel eam argumentis oppugnare turpe videatur. Hanc nos jure sane ac merito respuendam nobis repudiandamqve putavimus, qvi tamen non alia tantorum malorum scelerumqve tyrannidem, qvam salutaris unius & Evangelicæ doctrinæ vi excussimus, qvæ mente animoqve cæcis videndi facultatem feliciter annunciat. Qvod superest, illas qvoqve rerum naturalium rationes, qvarum honestiorem paulo speciem infandis religionibus obtendunt, postmodum expẽdemus, si tamen prius de Græcorum etiam rituum superstitione disputaverimus. Enimvero, cum unum aliqvod veluti corpus hũc in modum extitisset, ex permixta Phœniciarum Ægyptiarumq; fabellarum varietate conflatum, mirum sane videri non debet, si erroris antiqvi superstitio perdiu fuerit apud gentes plerasq; dominata. Sic igitur, qvomodo ante narravi, egregia sese Ægyptiorum commenta fabulæqve habuerunt.

Api & Mnevi.

Nunc ut de Græcis aliqvid dicamus, ordo postulat. Et qvanqvam istas aliud esse nihil, qvam fragmenta qvædam, invectasq; perperam & alieno sensu veterum illarum interpretationes, ipsamet jam sæpius laudatorum scriptorum auctoritate judicioqve ostendimus; id ipsum tamen producta in lucem Græcorum hominum theologia clarius apparebit: qvippe qvi in suis illis de universo Deorum genere comentariis, proprium domesticumqve proferant nihil, sed in exterorum figmenta populorum incidant, partimqve simulacris omnino similibus, partim iisdem qvoqve mysteriis uti convincantur; qvemadmodum ex eorundem historia qvivis auferre potest, qvam ipsemet Diodorus cujus non semel ante memini tertio qvartoqve volumine citati operis, qvo varias unum in corpus Bibliothecas collegit, fuse proseqvitur, eam a Cadmi ætate auspicatus. Hunc vero Cadmum post Moysen natum esse, accurata temporum serie ac successione manifeste comprobatur, ut suo loco ostendemus. Ex qvo proinde, Græcorum Numinibus antiqviorem fuisse Mosen, certa ratione conficitur, cum is ætate Cadmum antecesserit, post qvem Græcorum Deos in lucem editos fuisse constat. Sed ipsissima ejusdem auctoris verba jam audi.

Ἀλλὰ γὰρ λεκτέον καὶ τὰ Ἑλλήνων. τὰ μὲν δὴ σεμνὰ τῆς Αἰγυπτίων μυθολογίας, τὸν προτεθέντα περιείληφε τρόπον. τὰ δὲ Ἑλληνικὰ, ὅτι τούτων αὐτῶν ἀποσπάσματα καὶ παρακούσματα τυγχάνει, προείρηται μὲν πολλάκις, καὶ διὰ τῆς τῶν προτεθέντων συγγραφέων διαγνώσεως. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἐπαγομένων ἐν ταῖς οἰκείαις περὶ θεῶν ἀναγραφαῖς οἴκοθεν μὲν οὐδὲν, ταῖς δὲ τῶν ἔξωθεν περιπιπτόντων μυθολογίαις. ξοάνοις τε γὰρ τοῖς παραπλησίοις, καὶ μυστηρίοις τοῖς αὐτοῖς ἀποδείκνυνται συγχρώμενοι, ὡς ἔνεστι μαθεῖν ἐκ τῆς περὶ τούτων ἱστορίας, ἣν ὁ τὰς Βιβλιοθήκας ἐπὶ ταυτὸν ὁμοῦ συναγαγὼν, οὗ καὶ πρόσθεν ἐμνημόνευσα, κατὰ τὸ τρίτον καὶ τέταρτον τῆς δηλωθείσης αὐτοῦ πραγματείας ἱστορεῖ, τὴν τῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ τῶν τοῦ Κάδμου χρόνων πεποιημένος, τὸν δὲ Κάδμον, μετὰ Μωσέα γενέσθαι αἱ ἀκριβεῖς τῶν χρονογραφιῶν παριστῶσι διαδοχαὶ, ὡς κατὰ καιρὸν ἐπιδείξομεν. ὥς τε καὶ τῶν Ἑλληνικῶν θεῶν ἀποδείκνυσθαι τὸν Μωσέα προτερεῖν· εἰ δὴ πρὸ Κάδμου μὲν οὗτος, οἱ δὲ θεοὶ νεώτεροι τῆς Κάδμου γεγονότες ἡλικίας ἀναφαίνονται. ἄκουε δ' οὖν τῶν τοῦ συγγραφέως φωνῶν.

II. EORUM EPITOMA, QVÆ DE Græcorum Diis & Heroibus fabulose conficta sunt.

β. ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΕΛΛΗΣΙ περί τε θεῶν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς Ἡρώων μυθευομένων.

Cap. II. Trap.

CADMUM Agenoris filium memorant, ex Phœnicia jussu Regis, Europæ qvam Juppiter rapuerat qværendæ gratia profectum esse: hanc vero qvod reperire non potuisset, in Bœotiam venisse, qvæqve ibi sitæ sunt Thebas condidisse, ac Semelen cum ejusdem sororibus ex Harmonia Veneris filia, qvam uxorem duxerat, suscepisse. At cum a Jove, qvi secum rem habuerat, vehementer Semele petiisset, uti ejus in posterum consvetudine, qva Junonem conveniebat, frui sibi liceret, cum majestate plane divina cum tonitru ac fulguribus accessisse, qvorum illa vim cum sustinere non posset, qvem utero fœtum gestabat abortivum effudisse, flammaqve cœlesti conflagrasse.

ΚΑΔΜΟΝ τὸν Ἀγήνορός φασιν ἐκ Φοινίκης ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποσταλῆναι πρὸς ἀναζήτησιν τῆς Εὐρώπης, ἣν ὑπὸ Διὸς ἁρπαγῆναι. μὴ εὑρόντα δὲ, εἰς Βοιωτίαν ἐλθεῖν κτίσαι τε τὰς αὐτόθι Θήβας, γήμαντα δὲ Ἁρμονίαν τὴν Ἀφροδίτης, γεννῆσαι ἐξ αὐτῆς Σεμέλην καὶ τὰς ταύτης ἀδελφάς. τῇ δὲ Σεμέλῃ τὸν Δία μιγέντα παρακληθῆναι τὰς ἐπιπλοκὰς ὁμοίας αὐτῇ ποιήσασθαι ταῖς πρὸς τὴν Ἥραν. ἐπελθόντος δὲ αὐτοῦ θεοπρεπῶς μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, οὐκ ἐνεγκεῖν τὴν Σεμέλην· ἐγκύμονα οὖσαν ἐκτρῶσαι τὸ βρέφος, ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι.

Pag. 34. τὸν δὲ Δία λαβόντα τὸ παιδίον, παραδοῦναι τῷ Ἑρμῇ, ἐκπέμψαι τε εἰς τὸ ἐν τῇ Νύσῃ ἄντρον, κείμενον μεταξὺ Φοινίκης τε καὶ Νείλου. οὕτω δὲ τραφέντα τὸν Διόνυσον ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, εὑρετὴν τοῦ οἴνου γενέσθαι, καὶ τὴν φυτείαν διδάξαι τῆς ἀμπέλου τοὺς ἀνθρώπους. εὑρεῖν δὲ καὶ τὸ ἐκ τῆς κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ καλούμενον ζῦθον. περιφέρειν δὲ στρατόπεδον, οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, καὶ τοὺς ἀδίκους καὶ ἀσεβεῖς τῶν ἀνθρώπων κολάζειν. στρατεῦσαι B δὲ εἰς τὴν Ἰνδικὴν τριετεῖ χρόνῳ. ἐντεῦθεν τοὺς Ἕλληνας καταδέξαι Τριετηρικὰς θυσίας Διονύσῳ, καὶ τὸν θεὸν νομίζειν κατὰ τὸν χρόνον τοῦτον ποιεῖσθαι τὰς παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφανείας· σέβειν τε αὐτὸν πάντας ἀνθρώπους, διὰ τὴν τοῦ οἴνου δόσιν· ὥσπερ καὶ τὴν Δήμητραν διὰ τὴν τῆς σιτώδους τροφῆς εὕρεσιν. εἶναι δέ φασι καὶ ἄλλον Διόνυσον πολὺ τοῖς χρόνοις προτερεῦντα τούτου, τὸν ὑπό τινων Σαβάζιον ὀνομαζόμενον, ἐκ Διὸς καὶ Περσεφόνης γενό- C μενον. οὗ τὴν γένεσιν, καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰς τιμὰς νυκτερινὰς καὶ κρυφίους εἰσάγουσιν, διὰ τὴν αἰσχύνην τὴν ἐκ τῆς συνουσίας ἐπακολουθοῦσαν. ἐν καὶ πρῶτον βοῦς ἐπιχειρῆσαι ζευγνύειν· ἀφ' οὗ δὴ καὶ κεράτινον αὐτὸν εἰσάγουσι. τὸν δὲ ἐκ Σεμέλης νεώτερον, τρυφερὸν τῷ σώματι, καὶ εὐπρεπείᾳ διενεγκεῖν, καὶ πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονὰς εὐκατάφορον γενέσθαι φασί. κατὰ δὲ τὰς στρατείας, γυναικῶν πλῆθος περιάγειν καθωπλισμένας λόγχαις τεθυρσωμέναις. φασὶ δὲ καὶ τὰς Μούσας αὐ- D τῷ συναποδημεῖν παρθένους οὔσας, καὶ πεπαιδευμένας διαφερόντως, ἃς καὶ διὰ μελῳδίας καὶ ὀρχήσεως ψυχαγωγεῖν τὸν θεόν· παιδαγωγόν τε αὐτοῦ Σιληνὸν μεγάλα συμβάλλεσθαι αὐτῷ πρὸς ἀρετήν. πρὸς δὲ τὰς ἐκ τοῦ πλεονάζοντος οἴνου κεφαλαλγίας, ἀναδεδέσθαι τὴν κεφαλὴν μίτρᾳ. διμήτορα δὲ αὐτὸν προσαγορεύουσι, διὰ τὸ πατρὸς ἐξ ἑνὸς ὑπάρξαι τοὺς δύο Διονύσους, μητέρων δὲ δυοῖν. νάρθηκα δὲ προσάπτουσιν αὐτῷ, διὰ τὸ πίνοντας ἄκρατον τοὺς παλαιοὺς τὸν οἶνον, μανιώδεις γίνεσθαι, καὶ ταῖς βακτηρίαις ἀλλήλους τύπτειν, ὡς καὶ ἀναιρεῖσθαί τινας. ὅθεν καὶ ἀντὶ ξύλων, νάρθηκι χρῆσθαι κατέδειξε. καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Βάκχον, ἀπὸ τῶν Βακχῶν· Ληναῖον δὲ, ἀπὸ τοῦ πατεῖσθαι τὰς σταφυλὰς

A Jupiter autem, inquiunt, exceptum infantem Mercurio tradidit, a quo in quoddam Nysæ antrum Phœniciam inter Nilumque delatus est. Hic ergo Bacchus Nympharum studio & opera educatus, vini usu reperto, vineæ simul plantandæ rationem homines docuit, potusque genus, quod ex hordeo conficitur, zythumque hoc est cerevisia nominatur, invenit. Idem exercitum ex viris mulieribusque conflatum circumducens, pœnas a facinorosis & impiis expetiit. Quod autem is triennium in Indica expeditione posuisset, Græci Trieterica sacra ejus in honorem instituere, cum per illud tempus Bacchum sese hominibus spectandum præbere solitum putarent. Cæterum divinos honores propter vini mun⁹, quemadmodum Ceres ob invēti frumenti beneficium, ab universo hominum genere impetravit. Jam, alium præterea Bacchum fuisse tradunt, qui hunc longo ætatum intervallo præcesserit, quemque Sabazium nonnulli vocant, Jovis ex Proserpina filium. Hujus non ortus modo, sed etiam sacrificia, ritusq; nocturni ac latentes, quod perpetuus veluti comes ad concubitus fœditatem pudor adhærescat, ab illis invehuntur. Eum quoq; jugandorum boum rationem primum excogitasse ajunt, ideoq; cornua ejusdem simulacris affigunt. At vero juniorem alterum ex Semele natum, corporis mollitie luxuq; diffluentem, specie formaq; præstitisse, atq; in res venereas pronum admodum ac proclivem fuisse comemorant. In bellicis autem expeditionibus mulierum turbam circumducebat, a quibus hastæ frondibus tectæ ferebantur. Quinetiam addunt, Musas virgines, eximia rerum plurimarum scientia preditas, itinerum ejus comites fuisse, quæ Bacchi animum partim svavitate cantus, partim saltationis elegantia & concinnitate recrearēt. Eidem Silenum pædagogum attribuunt, cujus ex præceptis maxima caperet ad virtutem adjumenta. Porro, mitra quidem revinctum illum caput habuisse ferunt, adversus acutos capitis dolores, quos ex immoderato vini haustu pateretur: Bimatris vero cognomentum accepisse, quod ex uno quidem patre, sed ex matre gemina Bacchi duo nati essent. Ferulam quoq; in manum ipsi dare solent, quod cum prisci homines assiduo meri usu in rabiem ac furorem acti, sese baculis ita mutuo cæderent, ut ex plagis interitus aliquando sequeretur, lignorum loco Bacchus eos ferulis uti docuerit. Eum præterea volūt Bacchum quidē a Bacchis mulieribus nominatum esse, Lenæum autem quasi Torcularium, quod in torcularibus uvæ calcentur,

De Baccho fabula.

Bromium deniqve qvasi sonorum ob ingentem illum fragorem, qvi cœlitus in ipsius ortu contigerat. Ad extremum Satyros etiam passim ab illo circumductos, qvi eum saltationum & tragœdiarum oblectatione ac voluptate mulcerent, adeoq; Theatrum ipsum, cum iis qvæ ad plenam ac numerosam variorum concentuum integritatem pertinent, excogitatum fuisse. Atq; hæc de Baccho Græci prodiderunt. Jam vero Priapum ejusdem Bacchi Venerisq; filium esse tradunt, qvod homines vino madidi naturali qvodam in obscenam voluptatem impetu arrigere consveverint. Qvanqvam aliis placet, honestum corporis humani membrum a veteribus Priapum in fabulis appellatum esse: alii vero malunt, idem ipsum qvod humanæ generationis causa sit, immortales honores ex omni seculorum memoria consequutum fuisse: qvemadmodum etiam Ægyptii ferunt Isidem cum investigandis Osiridis membris occupata, veretrum unum ex omnibus reperire non posset, divinum ei cultum instituisse, & arrectum ejus simulacrum in templo consecrasse. At enim apud Græcos non tantum in Bacchi sacris & initiis, verum & in cæteris qvoq; omnibus hoc numinis genus, in sacrificia cum risu ac jocis inductum, certo qvodam honore proseqvuntur. Persimilis huic Hermaphroditus, cui qvod Herme & Aphrodite, hoc est Mercurio ac Venere satus esset, hoc nominis tribuere. Ac nonnulli qvidem statis qvibusdam temporibus Deum istum inter homines apparere, viriliq; simul ac muliebri sexu procreari scribunt: alii contra, qvod ejusmodi hominum ortus perraro contingant, eos in prodigiorum loco habitos, res nonnunqvam adversas, aliqvando secundas prænunciare defendunt. Præterea Musas alii Jovis ac Mnemosynes, alii Cœli Terræq; filias esse volunt: easdem virgines fuisse pleriq; fabulantur, Musarumqve nomine appellatas, qvod homines ipsos μυεῖν, id est honesta docere putarentur.

De Herculis fabula. De Hercule autem in hunc fere modum Græci loqvuntur. Perseum qvidem ex Jove & Danae Acrisii filia procreatum, Electryonem ex Andromeda suscepisse, qvi Alcmenam postea genuerit: Alcmenam vero Jovi, qvi noctem in suo complexu cum tribus noctibus æqvaverat, Herculem peperisse. Et qvidem solum hunc ex omnibus Jovis congressum, non ex amatoria cupidine ut cæteros, qvibus rem cum aliis mulieribus habuerat, sed ex singulari qvadam ac præcipua suscipiendæ sobolis cupiditate profectum esse. At Juno zelotypia flagrans, cum Jovem diserte

ἐν Λήναις· Βρόμιον δὲ, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ βρόμου. καὶ Σατύρους δέ φασιν αὐτὸν περιάγεσθαι ἐν ταῖς ὀρχήσεσι καὶ ταῖς τραγῳδίαις, τέρψιν αὐτῷ καὶ ἡδονὴν παρέχοντας, καταδεῖξαι δὲ θέατρον, καὶ μουσικῶν ἀκροαμάτων συστήματα. τοιαῦτα μὲν τὰ περὶ Διονύσου. Τὸν δὲ Πρίαπον, υἱὸν εἶναί φασι Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης, διὰ τὸ τοὺς οἰνωθέντας φυσικῶς ἐντετάσθαι πρὸς τὰς ἀφροδισιακὰς ἡδονάς. τινὲς δέ φασι τὸ αἰδοῖον τῶν ἀνθρώπων τοὺς παλαιοὺς μυθικῶς Πρίαπον ὀνομάζειν. ἔνιοι δὲ λέγουσι, τὸ γεννητικὸν μόριον αἴτιον ὑπάρχειν τῆς γενέσεως τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα τυχεῖν τῆς ἀθανάτου τιμῆς. ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν ἔφησαν τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος ἀναζητοῦσαν, τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ μὴ δυναμένην εὑρεῖν, καταδεῖξαι τιμᾶν ὡς θεὸν, καὶ ἀναθεῖναι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐντεταμένον. ἀλλὰ καὶ παρ᾽ Ἕλλησιν οὐ μόνον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις οὗτος ὁ θεὸς τυγχάνει τινὸς τιμῆς, μετὰ γέλωτος καὶ παιδιᾶς παρεισαγόμενος ἐν ταῖς θυσίαις· ὡς καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον, ὃν ἐξ Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γεννηθέντα, τυχεῖν τῆς προσηγορείας. τοῦτον δέ φασι τὸν θεὸν κατά τινας χρόνους φαίνεσθαι παρ᾽ ἀνθρώποις, καὶ γεννᾶσθαι, τὴν τοῦ σώματος φύσιν ἔχοντα ἐξ ἀνδρὸς καὶ γυναικός. ἔνιοι δὲ τὰ *Pag. 35.* τοιαῦτα τέρατα ὑπάρχειν φασὶ, σπανίως τε γενόμενα, σημαντικὰ ποτὲ μὲν κακῶν, ποτὲ δ᾽ ἀγαθῶν γίνεσθαι. τὰς δὲ Μούσας, θυγατέρας εἶναι Διὸς καὶ Μνημοσύνης τινὲς, δὲ Οὐρανοῦ καὶ Γῆς. παρθένους τε αὐτὰς οἱ πλεῖστοι μυθολογοῦσι, τυχεῖν τε τῆς προσηγορείας ἀπὸ τοῦ μυεῖν τοὺς ἀνθρώπους, τοῦτο δέ ἐστι διδάσκειν τὰ καλά. περὶ δὲ τοῦ Ἡρακλέους Ἕλληνες τοιάδε φασί. Δανάης τῆς Ἀκρισίου καὶ Διὸς, γενέσθαι Περσέα· Περσέως δὲ καὶ Ἀνδρομέδας, Ἠλεκτρύωνα· ἐκ δὲ τούτου γενέσθαι τὴν Ἀλκμήνην, ᾗ μιγέντα τὸν Δία γεννῆσαι τὸν Ἡρακλέα. μισγόμενον δ᾽ αὐτῇ, τριπλασίονα τὴν νύκτα ποιῆσαι· μόνην τε ταύτην τοῦ Διὸς τὴν ὁμιλίαν, οὐκ ἐρωτικῆς ἐπιθυμίας ἕνεκα γενέσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἀλλὰ τὸ πλεῖστον τῆς παιδοποιίας χάριν. τὴν δ᾽ Ἥραν ζηλοτυποῦσαν

προκαταχεῖν μὲν Ἀλκμήνης τὰς ὠδῖνας, τὸν δ' Εὐρυσθέα πρὸ τοῦ καθήκοντος χρόνου πρὸς τὸ φῶς ἀγαγεῖν, τοῦ Διὸς προαγορεύοντος τὸν γεννηθησόμενον κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν βασιλεῦσαι τῶν Περσιδῶν γενεοῦς. τεκοῦσα δ' Ἀλκμήνη, ἐξέθηκεν, ὥς φασι, τὸ βρέφος, φόβῳ τῆς Ἥρας. τὴν δ' Ἀθηνᾶν ἀγασθεῖσαν τὸ βρέφος, πεῖσαι τὴν Ἥραν ὑποσχεῖν αὐτῷ τὴν θηλήν. τοῦ δὲ παιδὸς ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν βιαιότερον ἐπισπασαμένου τὴν θηλήν, ἡ μὲν Ἥρα διαλγήσασα τὸ βρέφος ἔρριψεν· Ἀθηνᾶ δὲ κομισαμένη αὐτὸ, τὴν μητέρα τρέφειν παρεκελεύσατο, μετὰ δὲ ταῦτα ἡ μὲν Ἥρα δύο δράκοντας ἀπέστειλε, τοὺς ἀναλώσοντας τὸ βρέφος, ὁ δὲ παῖς οὐ καταπλαγείς, ἑκατέρᾳ τῶν χειρῶν τὸν αὐχένα θλίψας ἀπέπνιξε τοὺς δράκοντας. ἀνδρὶ δὲ γενομένῳ τῷ Ἡρακλεῖ, Εὐρυσθεὺς ὁ τὴν βασιλείαν ἔχων τῆς Ἀργείας, προσέταττεν ἄθλους τελέσαι δώδεκα. εἰς πολλὴν δὲ ἀμηχανίαν ἐμπεσόντος αὐτοῦ, Ἥρα μὲν ἔπεμψεν αὐτῷ λύσσαν· ὁ δὲ τῇ ψυχῇ δυσφορῶν, εἰς μανίαν ἐνέπεσε· τοῦ πάθους δὲ αὐξανομένου, τῶν φρενῶν ἐκτὸς γενόμενος, τὸν ἑταῖρον καὶ ἀδελφιδοῦν Ἰόλαον ἐπεβάλλετο κτείνειν, τούτου δὲ φεύγοντος, τοὺς ἰδίους παῖδας ἐκ Μεγάρας τῆς Κρέοντος τοῦ βασιλέως θυγατρὸς γεγονότας αὐτῷ κατετόξευσεν ὡς πολεμίους. καὶ μετὰ ταῦτα ἠρέμα καταστὰς ὑπουργεῖ τῷ Εὐρυσθεῖ τοὺς δώδεκα ἄθλους. ἀναιρεῖ δὲ καὶ τοὺς Κενταύρους, μεθ' ὧν Χείρωνα τὸν ἐπὶ τῇ ἰατρικῇ βοώμενον. φασὶ δ' ἴδιόν τι συμβῆναι κατὰ τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ θεοῦ. Ζεὺς γὰρ πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως, ἐσχάτῃ δ', Ἀλκμήνῃ τῇ τοῦ Ἡρακλέος μητρί. ταύτην δὲ ἀπὸ Νιόβης ἑκκαιδεκάτην γενεαλογοῦσιν. ἐν ταύτῃ δὲ τὴν πρὸς τὰς θνητὰς ὁμιλίαν κατέλυσεν. ἀλλὰ γὰρ τελέσας τοὺς ἄθλους ὁ Ἡρακλῆς, τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν συνῴκισεν Ἰόλᾳ τῷ ἀδελφιδῷ, διὰ τὴν περὶ τὰ τέκνα συμφοράν. αὐτὸς δ' Ἰόλην τὴν Εὐρύτου πρὸς γάμον αἰτήσας, μὴ δόντος δὲ τοῦ πατρὸς νοσήσας, χρησμὸν λαμβάνει ἀπολυθήσεσθαι τῆς νόσου, εἰ πρότερον πραθεὶς δουλεύσειεν. πλεύσας οὖν εἰς τὴν Φρυγίαν ὑπό τινος τῶν φίλων πιπράσκεται, καὶ δοῦλος γίνεται Ὀμφάλης βασιλευούσης τῶν τότε Μαιόνων, νυνὶ δὲ Λυδῶν ὀνομαζομένων. γίνεται δ' αὐτῷ κατὰ τὸν τῆς δουλείας καιρὸν ἐκ δούλης υἱὸς Κλεόλαος. γήμας δ' τὴν Ὀμφάλην,

B

C

D

Apprædicantem audiisset, futurum ut qvi eo die nasceretur, is Persidarum generi imperaret, Alcmenæ partu qvi maturus jam erat inhibito, Eurystheum in lucem ante legitimum nascendi tempus eduxit. Qvin etiam Alcmena Junonis metu sublatum infantem exposuit; Pallas autem ejusdem admiratione capta, Junonem ipsam ut mammam illi præberet, adduxit, qvam ubi vehementius qvam ętas ferre videbatur infans attraxisset, Juno doloris impatiens eum projecit. Pallas vero susceptum ut mater aleret sua adhortatione perfecit. Nec multo post geminos dracones qvi puerulum deglutirent Juno summittit: at ille nihil territus alterum dextera, sinistra alterum eliso gutture suffocavit. Cũ autem virilem Hercules ætatem attigisset, Euristheus qvi tum Argis imperabat, certamina duodecim ei conficienda præscribit, eumq; dum ingenti rerum difficultate anxius ac perturbatus hæret, imisso furore Juno de mentis potestate dejicit. Ergo vi morbi animum in dies altius pervadente, cum jam nullum amplius rationis sensum haberet, socium ac nepotem Jolaum interficere conatus, cumq; is sese fuga subduxisset, liberos ipse suos ex Megara Creontis Regis filia susceptos sic tanqvam hostes sagittis confecit. Postea sibi paulatim mentiq; redditus suæ, ex imperatis ab Eurystheo certaminibus duodecim victor evasit, ac Centauros ipsumq; adeo Chironem Medicinæ arte florentem occidit. Cæterum, peculiare ac singulare qvidpiam hujus in Numinis procreatione contigisse narrant: qvippe, Jovem enim, ut cum Niobe Phoronei filia mortalium omnium mulierum principe, ita cum Alcmena Herculis parente omnium postrema rem habuisse, & in ea, qvam post Nioben decimam sextam generationis ordine numerant, finem cum mortalibus congrediendi fecisse. Porro, cum e suis illis expeditionibus victor Hercules rediisset, Megaram uxorem, ob acerbam liberorum, qvos illa sibi pepererat calamitatem, matrimonio cum Jolao nepote conjunxit: ipse vero cum expetitam ad nuptias Jolen ab Euryto patre non impetraret, in morbum incidit, qvo ita demum se liberatum iri ex Oraculo intelligit, si prius sese venundatum voluntariæ servituti manciparet. Igitur in Phrygiam navigatione suscepta, ab uno qvodam ex amicis venditus, Omphalen eorum, qvi tum qvidem Mæones vocabantur, nunc vero Lydorum nomen habent, Reginam dominam sortitus est: ac primum servitutis suæ tempore filium ex ancilla qvadam genuit, nomine Cleolaüm; mox ubi Omphalen ipsam in

conjugem duxisset, liberos ex ea qvoqve A suscepit. Inde repetita Arcadia, posteaqvam Lei Regis filiam, a qvo exceptus hospitio fuerat, clandestino concubitu gravidam effecisset, continuo rediit. Tum extincto jam Meleagro Deianiram Oenei filiam uxorem ducit, idemqve postmodum cum Phylei cujusdam filia, qvam bello ceperat, congreditur, ex eaqve Tlepolemum generat. Cum autem apud Oeneum aliqvando cœnaret, eum, qvi mensæ ministrabat, qvod nescio qvid ministerio obeundo peccasset, pugno percussum interemit. B Præterea, cum itinere suscepto ad Evenum fluvium accessisset, Nessum ibi Centaurum offendit, qvi viatores mercede trajiceret. Hic transvecta primum Deianira, mulieris amore captus ob elegantiam formæ singularem, ipsam vi opprimere conabatur; sed cum illa virum magna voce appellasset, Hercules Centaurum qvidem sagitta confixit; Nessus autem in flagranti concubitu ob vulneris acerbitatem morti jam proximus, philtrum Deianiræ sese daturum pollicetur, qvo si uti velit, omnino perficiat uti ne alterius unqvam Hercules mulieris amo- C ribus capiatur. Jubet itaqve, seminis sui defluentis aliqvid colligere, qvod cum oleo & sangvine, qvi ex teli cuspide distillabat, commisceret, eoqve tunicam Herculis ungeret. Paruit Deianira, atqve apud se pharmacum servavit. At Hercules rursus cum aliis duabus, qvas bello ceperat, consvevit, qvarum altera Phyllantis cujusdam filia Antiochum, altera vero Astyanira nomine, Rege Armenio parente sata, Ctesippum ei peperit. Deinde Thespis Atheniensis Erecthei filius, qvi ex diversis mulieribus fili- D as qvinqvaginta genuerat, cum eas omnes ex Herculis complexu prolem suscipere vehementer optaret, eum ad solenne qvoddam sacrificium invitat, eidemqve magnifice admodum lauteqve accepto singulas seorsim summittit. Ille autem cum omnibus una eademq; nocte congressus, eorum, qvi Thespiadæ nominantur, pater effectus est. Postremo cum Jolen qvoq; captivam abduxisset, sacris operam daturus, misit qvi a Deianira conjuge tunicam & vestem acciperet, qvibus in sacrificiis uti solitus erat. Deianira tunicam Centauri philtro perunctam nuncio ferendam tradit, qvam simulatqve Hercules induisset, in pestem longe teterrimam incidit: cum enim sagittæ ferrum, qvo Nessum vulneraverat, Lernæ veneno tinctum esset, tunica corpus ejus vehementi ardore populabatur. Ille ergo vi doloris adactus, eum, qvi funestam ad se vestem attulerat,

A ποιεῖται, καὶ ἐξ αὐτῆς παῖδας. ἐπανιὼν δὲ εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, καὶ καταλύσας παρὰ Λεῷ τῷ βασιλεῖ, τῇ θυγατρὶ τούτου λάθρα μιγεὶς, καὶ ποιήσας αὐτὴν ἔγκυον, ἐπανῆλθε. καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἔγημε Δηϊάνειραν τὴν Οἰνέως, τετελευτηκότος ἤδη τοῦ Μελεάγρου. λαβὼν δὲ αἰχμάλωτον τὴν Φυλέως θυγατέρα, ἐπεμίγη αὐτῇ, καὶ ἐτέκνωσε Τληπόλεμον. δειπνῶν δὲ παρ' Οἰνεῖ, τὸν διακονοῦντα περί τι διαμαρτήσαντα κονδύλῳ πατάξας ἀπέκτεινεν. ἐπεὶ δὲ πορευόμενος B ἦλθε πρὸς τὸν Εὔηνον ποταμὸν, καταλαμβάνει Νέσσον τὸν Κένταυρον, μισθοῦ διαβιβάζοντα τὸν ποταμόν. οὗτος δὲ πρώτερον διαβιβάσας τὴν Δηϊάνειραν, καὶ διὰ τὸ κάλλος ἐρασθεὶς αὐτῆς, ἐπεχείρησεν αὐτὴν βιάσασθαι. ἐπιβοωμένης δὲ αὐτῆς τὸν ἄνδρα, ὁ μὲν Ἡρακλῆς ἐτόξευσε τὸν Κένταυρον· ὁ δὲ Νέσσος μεταξὺ μισγόμενος, καὶ διὰ τὴν ὀξύτητα τῆς πληγῆς εὐθὺς ἀποθνήσκων, ἔφησε τῇ Δηϊανείρᾳ δώσειν φίλτρον, ὅπως μηδεμιᾷ τῶν ἄλλων γυναικῶν Ἡρακλῆς θελήσῃ πλησιάσαι. παρεκελεύσατο οὖν λαβοῦ- C σαν τὸν ἐξ αὐτοῦ πεσόντα γόνον, καὶ τούτῳ προσμίξασαν ἔλαιον, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκίδος ἀποστάζομενον αἷμα χρῖσαι τὸν χιτῶνα τοῦ Ἡρακλέος. τοῦτο δὲ ποιήσασα Δηϊάνειρα, κατεῖχε παρ' ἑαυτῇ τὸ φάρμακον. πάλιν δὲ ὁ Ἡρακλῆς τὴν Φύλαντος θυγατέρα λαβὼν αἰχμάλωτον, καὶ μιγεὶς αὐτῇ, ἐξ ἧς Ἀντίοχον ἐγέννησε. καὶ πάλιν Ἀστυάνειραν τὴν Ἀρμενίου τοῦ βασιλέως θυγατέρα λαβὼν αἰχμάλωτον, καὶ μιγεὶς αὐτῇ, Κτήσιππον ἐξ ἧς ἐγέννησε. Θέσπις δὲ ὁ Ἀθη- D ναῖος παῖς Ἐρεχθέως, ἐκ διαφόρων γυναικῶν θυγατέρας ἀριθμῷ πεντήκοντα πεποιηκὼς, φιλοτιμησάμενός τε αὐτὰς ἐξ Ἡρακλέος παῖδας κτήσασθαι, καλέσας ἐπί τινα θυσίαν τὸν Ἡρακλέα, καὶ λαμπρῶς αὐτὸν ἑστιάσας, κατὰ μίαν αὐτῷ τῶν θυγατέρων ἀπέστειλεν. ὁ δὲ ἐν μιᾷ νυκτὶ διέφθειρεν τὰς πάσας, καὶ γίνεται πατὴρ τῶν καλουμένων Θεσπιαδῶν. λαβὼν δὲ καὶ τὴν Ἰόλην αἰχμάλωτον, καὶ θυσίαν ἐπιτελῶν, ἀποστείλας ἐπὶ τὴν γυναῖκα Δηϊάνειραν, ᾔτει χιτῶνα καὶ ἱμάτιον, οἷς εἰώθει χρῆσθαι πρὸς τὰς θυσίας. ἡ δὲ τὸν χιτῶνα χρίσασα τῷ παρὰ τοῦ Κενταύρου διδομένῳ φίλτρῳ ἀπέστειλεν. ὁ δὲ Ἡρακλῆς τὸν χιτῶνα περιθέμενος, περιέπεσε τῇ μεγίστῃ συμφορᾷ. τῆς γὰρ ἀκίδος τὸν ἐκ τῆς Ἐχίδνης ἰὸν ἀπειληφυίας, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ χιτῶνος διὰ τὴν θερμασίαν τὴν σάρκα τοῦ σώματος λυμαινομένου, περιαλγὴς γενόμενος τὸν διακονήσαντα ἀπέκ-

τεινεν, αὐτός τε κατὰ χρησμὸν πυρὶ ἑαυτὸν παραδοὺς, οὕτως κατέλυσε τὸν βίον. καὶ τὰ μὲν καθ' Ἡρακλέα τοιαῦτα. Περὶ δὲ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, φασὶν εἶναι υἱὸν Ἀπόλλωνος καὶ Φορωνίδος, ζηλῶσαι δὲ τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην, ἐπὶ τοσοῦτον δὲ προελθεῖν τῇ δόξῃ, ὡς πολλοὺς τῶν ἀπεγνωσμένων ἀρρώστων παραδόξως θεραπεύειν. ὥστε τὸν Δία παροξυνθέντα, κεραυνῷ βαλόντα αὐτὸν διαφθεῖραι· τὸν δὲ Ἀπόλλωνα διὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ παιδὸς παροξυνθέντα, φονεῦσαι τοὺς τὸν κεραυνὸν τῷ Διῒ κατασκευάσαντας Κύκλωπας. ἐπὶ δὲ τῇ τούτων τελευτῇ παροξυνθέντα τὸν Δία, προστάξαι τῷ Ἀπόλλωνι θητεῦσαι παρ' Ἀδμήτῳ, καὶ ταύτην τὴν τιμωρίαν λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τοῦ ἐγκλήματος. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν βιβλιοθηκῶν ὁ Διόδωρος παρατέθειται.

Καὶ τὴν λοιπὴν δὲ θεολογίαν πάλιν ὁ αὐτὸς ἐκ τῶν ἄλλων ἐθνῶν μετειληφέναι φησὶ τοὺς Ἕλληνας, γράφων ἐν τῷ τρίτῳ τῆς αὐτῆς ἱστορίας τάδε. Φασὶ τοίνυν Ἀτλάντιοι πρῶτον παρ' αὐτοῖς βασιλεῦσαι Οὐρανὸν, τοῦτον δὲ γενέσθαι παῖδας ἐκ πλειόνων γυναικῶν πέντε πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα, ὧν ὀκτωκαίδεκα λέγουσιν ὑπάρχειν ἐκ Τιταίας γυναικὸς, ἣν σώφρονα γενομένην καὶ πολλῶν ἀγαθῶν αἰτίαν, ἀποθεωθῆναι μετὰ τὴν τελευτὴν, Γῆν μετονομασθεῖσαν. γενέσθαι δὲ Οὐρανοῦ θυγατέρας Βασίλειαν καὶ Ῥέαν, τὴν καὶ Πανδώραν. τὴν δὲ Βασίλειαν ἐκθρέψασαν τοὺς ἀδελφοὺς μητρὸς εὔνοιαν παρεχομένην, μητέρα προσαγορευθῆναι. ὕστερον δὲ μετὰ τὴν τοῦ Οὐρανοῦ τελευτὴν συνοικήσασαν Ὑπερίονι τῷ ἀδελφῷ, γεννῆσαι δύο παῖδας, οὓς καὶ ὠνόμασεν Ἥλιον καὶ Σελήνην. τοὺς δὲ ἀδελφοὺς τῆς Ῥέας φοβηθέντας, τὸν μὲν Ὑπερίονα κατασφάξαι, τὸν δὲ Ἥλιον εἰς τὸν Ἠριδανὸν ποταμὸν ἀποπνῖξαι· τὴν δὲ Σελήνην ταῦτα μαθοῦσαν, ἀπὸ τέγους ἑαυτὴν ῥίψαι. τὴν δὲ μητέρα ἐμμανῆ γενομένην πλανᾶσθαι κατὰ τὴν χώραν, λελυμένην μὲν τὰς τρίχας, διὰ τυμπάνων δὲ καὶ κυμβάλων ἐνθεάζουσαν, καὶ τέλος ἀφανῆ καὶ αὐτὴν γενέσθαι. τοὺς δὲ ὄχλους θαυμάσαντας τὴν περιπέτειαν, τὸν μὲν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην μεταγαγεῖν ἐπὶ τὰ κατ' Οὐρανὸν ἄστρα· τήν τε μητέρα τούτων, θεόν τε νομίσαι, καὶ βωμοὺς ἱδρύσασθαι, καὶ ταῖς διὰ τυμπάνων καὶ κυμβάλων ἐνεργείαις τιμῆσαι

interfecit, idemqve postmodum Oraculi jussu vitam incendio terminavit. Ac de Hercule modo satis. Jam vero qvod Æsculapium attinet, hunc Apollinis ex Phoronide filium esse tradunt, qvi cum Medicinæ artem præcipuo qvodam studio coleret, tantum est in ea laudis & gloriæ consequutus, ut plurimos etiam, qvorum deplorata jam salus erat, præter omnium expectationem incolumitati redderet: qvod Juppiter cum moleste ferret, cum fulmine ictum vita spoliavit. Apollo vero interitu filii graviter commotus, Cyclopas fulminis illius artifices interemit: qvorum cæde Jupiter vehementius exasperatus Apollinem jussit humilem ac sordidam Admeto Regi operam navare, hancqve ab eo commissi facinoris pœnam expetivit. Atqve hæc Diodorus libro Bibliothecæ qvarto commemorat.

De Æsculapio fabula.

Idem autem, Græcos reliqvam pariter suæ Theologiæ sylvam ab exteris nationibus mutuatos esse docens, operis sui tertio ita fere scribit. Cœlum Atlantii primum apud se regnasse dictitant, qvi liberos qvinqve supra qvadraginta ex pluribus mulieribus procrearit, qvorum octodecim Titæa matre natos esse volunt. Hanc vero, qvod singulari temperantiæ laude floruisset, ac de suis optime merita esset, divinitatem post obitum consequutam, novoq; nomine Terram appellatam fuisse. Præterea Cœli filias Basileam, Rheamq; laudant, qvæ Pandora qvoq; nominatur. Ac Basileam qvidem ajũt, qvod materna plane benevolentia fratres educasset, Matrem esse nuncupatam: cumq; Cœlo jam vita functo cum Hyperione fratre matrimonium iniisset, liberos genuisse duos, qvorum alterum Solem, alteram Lunam vocarit: Rheæ vero fratres, qvod ab iis sibi metuerent, Hyperionem primum jugulasse, deinde Solem Eridani fluminis aqvis præfocasse; Lunam autem, accepto diræ calamitatis nuncio, sese de summo tecto præcipitem dedisse: Matrem deniqve furore actam, sparsis crinibus, tympanisqve ac cymbalis afflatum numinis & impetum ostendentem, totam passim regionem oberrasse, donec ipsa qvoqve omnium ex oculis evanuisset. Itaqve multitudinem hujus novitate casus attonitam, Solem atqve Lunam in gemina Cœli sidera transtulisse, utriusqve vero Matrem Deæ loco habitam erectis altaribus, & usurpato simili tympanorum cymbalorumq; crepitu coluisse.

Cap. III.

Atlantiorum theologia.

Cap. IV. Trap.

At vero Phryges Meonem qvendam aiunt Phrygiæ Regem filiam habuisse nomine Cybelem, qvæ prima fistulam invenerit, & Montana Mater appellata fuerit: Marsyam autem patria Phrygem, cum ipsi familiaris esset, tibias conflavisse; & corporis integritatem a rebus venereis immunem ac liberam ad obitum usqve servasse. Addunt præterea Cybeles Patrem, cum eam ex Attidis consvetudine uterum gestare comperisset, de medio non Attin modo, sed ipsas qvoqve nutrices sustulisse: qvi adolescentis interitus eo Cybeles animum furore concitavit, ut per universam regionem cum ululatibus, ac tympanorum sonitu perpetuo discursaret. Porro Marsyam tum qvidem ut plurimum cum ea versatum esse, postea vero ab Apolline, qvi victoriam ex musico certamine cum eodem commisso retulerat, cutem ipsi vivo ac spiranti detractam fuisse. Deinde Apollinem Cybeles amore flagrantem, errorum ei sese ad Hyperboreos usq; comitem ac socium præbuisse, Attidisq; cadaver sepeliri, Cybelemq; ipsam pro Dea coli jussisse: qvæ causa sit, qvamobrem Phryges etiamnum hunc morem ita retineant, ut Adolescentis interitum lachrymis luctuq; proseqvantur, eumq; cum Cybele tum extructis aris, tum solennibus sacrificiis venerentur. Qvinetiam ab iisdem postmodum in Pessinunte Phrygiæ oppido superbum ac magnificum illi Templum excitatum, in eoq; sacrificia honoresq; divinos maximo splendidissimoq; apparatu institutos fuisse. Jam vero Cœli filios Hyperione sublato Regnum inter sese divisisse, qvorum longe clarissimi Atlas & Saturnus evaserint. Atq; Atlantem qvidem vicina Oceano loca tenuisse, rara qvadam Astrologiæ cognitione præstantem. Hunc septem filias habuisse nomine Atlantidas, qvæ ex primariorum eximiæq; indolis Deorũ concubitu amplissimi generis capita ducesq; fuerint, susceptis ej⁹modi liberis, qvos propter virtutem in Deorum Heroumq; numero postea censuerunt. Earum vero natu maximã, qvæ Maja vocabatur, Mercuriũ Jovi peperisse. At Saturnum non min⁹ avaritia qvam libidine intemperãtiaq; famosum, Rheam sororem secum matrimonio conjunxisse, ex eaqve Jovem suscepisse. Et alium qvidem jam ante Jovem extitisse, qvi Cœli frater cum esset in Creta regnaverat, qvem tamen posterior hic longo dignitatis & gloriæ superarit intervallo. Qvippe, hunc enim orbi terrarum universo imperasse, cum prior ille soli Cretæ dominatus esset, ubi decem filios Curetas nomine procrearit; cujus etiam adhuc sepulchrum in Creta ostendi fama est.

Φρύγες δέ φασι Μηόνα βασιλεύσαντα τῆς Φρυγίας, παῖδα Κυβέλην κτήσασθαι, ἣν καὶ σύριγγα πρώτην εὑρεῖν, κληθῆναί τε ὀρείαν μητέρα. Μαρσύαν δὲ τὸν Φρύγα πρὸς ταύτην φιλίαν ἔχοντα, πρῶτον αὐλοὺς συστήσασθαι, διατελέσαι δὲ μέχρι τελευτῆς ἀπείρατον ἀφροδισίων. τὴν δὲ Κυβέλην συνελθοῦσαν εἰς ὁμιλίαν Ἄττιδι, γενέσθαι ἐγκύμονα. οὗ γνωσθέντος, ὁ ταύτης πατὴρ, τὸν Ἄττιν ἀναιρεῖ, καὶ τὰς τροφούς· τὴν δὲ Κυβέλην ἐμμανῆ γενομένην, ἐπὶ τὴν χώραν ἐκπηδῆσαι, ἐκεῖσέ τε ὀλολύζουσαν καὶ τυμπανίζουσαν διατελεῖν. συνεῖναι δὲ αὐτῇ Μαρσύαν, ὃν εἰς ἅμιλλαν περὶ μουσικῆς ἐλθόντα τῷ Ἀπόλλωνι, καὶ ἡττηθέντα, ζῶντα ὑπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐκδαρῆναι. τὸν δὲ Ἀπόλλωνα ἐρασθέντα τῆς Κυβέλης, συμπλανηθῆναι αὐτῇ μέχρι τῶν Ὑπερβορέων, κελεῦσαί τε θάψαι τὸ Ἄττιδος σῶμα, καὶ τιμᾶν ὡς θεὸν τὴν Κυβέλην. διόπερ εἰσέτι καὶ σήμερον τοὺς Φρύγας τοῦτο ποιεῖν, θρηνοῦντας τοῦ μειρακίου τὸν θάνατον, βωμούς τε ἱδρυσαμένους, θυσίαις Ἄττιν τε καὶ τὴν Κυβέλην τιμᾶν. ὕστερον δὲ ἐν Πεσινοῦντι τῆς Φρυγίας κατασκευάσαι ναὸν πολυτελῆ, καὶ τιμὰς καὶ θυσίας καταδεῖξαι μεγαλοπρεπεστάτας. μετὰ δὲ τὴν Ὑπερίονος τελευτὴν τοὺς Οὐρανοῦ παῖδας διελέσθαι τὴν βασιλείαν, ὧν ὑπάρχειν ἐπιφανεστάτους Ἄτλαντα καὶ Κρόνον. τοῦτον δὲ τὸν Ἄτλαντα λαβεῖν τοὺς παρὰ τὸν Ὠκεανὸν τόπους, γενόμενον ἀστρολόγον ἄριστον· ὑπάρξαι δὲ αὐτῷ καὶ θυγατέρας ἑπτὰ, τὰς καλουμένας Ἀτλαντίδας. ταύτας δὲ μιγείσας τοῖς ἐπιφανεστάτοις θεοῖς, ἀρχηγοὺς καταστῆναι τοῦ πλείστου γένους, τεκούσας δι᾽ ἀρετὴν θεοὺς καὶ ἥρωας. ὧν τὴν πρεσβυτάτην Μαῖαν Διῒ μιγεῖσαν, τεκνοποιῆσαι τὸν Ἑρμῆν. τὸν δὲ Κρόνον διαφέροντα πλεονεξίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ, γῆμαι τὴν ἀδελφὴν Ῥέαν, ἐξ ἧς γεννῆσαι τὸν Δία. γεγονέναι δὲ καὶ ἕτερον Δία, τὸν ἀδελφὸν μὲν Οὐρανοῦ, τῆς δὲ Κρήτης βασιλεύσαντα, τῇ δόξῃ πολὺ λειπόμενον τοῦ μεταγενεστέρου, τοῦτον μὲν οὖν βασιλεῦσαι τοῦ σύμπαντος κόσμου· τὸν δὲ τῆς Κρήτης, καὶ δέκα παῖδας γεννῆσαι, τοὺς ὀνομασθέντας Κουρῆτας. δείκνυσθαι δὲ αὐτοῦ φασιν εἰσέτι νῦν τάφον ἐν Κρήτῃ.

Δυναστεῦσαι δὲ τὸν Κρόνον κατὰ Σικελίαν καὶ Λιβύην καὶ Ἰταλίαν. τούτου δὲ γενόμενον τὸν Δία, τὸν ἐναντίον τῷ πατρὶ βίον ζηλῶσαι. διαδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν βασιλείαν οἱ μὲν φασιν ἑκόντος τοῦ πατρὸς παραχωρήσαντος· οἱ δὲ, ὑπὸ τῶν ὄχλων αἱρεθέντα διὰ τὸ μῖσος τὸ πρὸς τὸν πατέρα. ἐπιστρατεύσαντος δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν τοῦ Κρόνου μετὰ τῶν Τιτάνων, κρατῆσαι μάχῃ τὸν Δία, καὶ ἐπελθεῖν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. διενεγκεῖν δὲ αὐτὸν σώματος ῥώμῃ, καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς, σπουδήν τε ποιεῖσθαι πᾶσαν εἰς κόλασιν μὲν τῶν ἀσεβῶν, εὐεργεσίας δὲ τῶν ἀγαθῶν, ἀνθ᾽ ὧν μετὰ τὴν ἐξ ἀνθρώπων μετάστασιν ὀνομασθῆναι Ζῆνα, διὰ τὸ δοκεῖν τοῦ καλῶς ζῆν αἴτιον γενέσθαι τοῖς ἀνθρώποις. τῶν μὲν οὖν περὶ τοῖς Ἀτλαντίοις θεολογουμένων, τὰ κεφάλαια ταῦτά ἐστι. τούτοις δέ φασι καὶ τοὺς Ἕλληνας συγχρῆσθαι. Ταῦτα ὁ Διόδωρος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν. ὁ δ᾽ αὐτὸς καὶ ἐν τῇ ἕκτῃ ἀπὸ τῆς Εὐημέρου τοῦ Μεσσηνίου γραφῆς, ἐπικυροῖ τὴν αὐτὴν θεολογίαν, ὧδε κατὰ λέξιν φάσκων. Περὶ θεῶν τοίνυν διττὰς οἱ παλαιοὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς μεταγενεστέροις δεδώκασιν ἐννοίας. τοὺς μὲν γὰρ ἀϊδίους καὶ ἀφθάρτους εἶναί φασιν, οἷον Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατ᾽ Οὐρανὸν ἄστρα. πρὸς δὲ τούτοις, ἀνέμους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τῆς ὁμοίας φύσεως τούτοις τετευχότας. τούτων γὰρ ἕκαστον ἀΐδιον ἔχειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν διαμονήν· ἑτέρους δὲ λέγουσιν ἐπιγείους γενέσθαι θεούς, διὰ δὲ τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας, τετευχηκότας τιμῆς καὶ δόξης, οἷον Ἡρακλέα, Διόνυσον, Ἀρισταῖον, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς τοιούτους ὁμοίως. περὶ δὲ τῶν ἐπιγείων θεῶν, πολλοὶ καὶ ποικίλοι παραδέδονται λόγοι παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς τε καὶ μυθογράφοις. καὶ τῶν μὲν ἱστορικῶν, Εὐήμερος ὁ τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἰδίως ἀνέγραψε. τῶν δὲ μυθολόγων, Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι τερατωδεστέρους μύθους περὶ θεῶν πεπλάκασιν. ἡμεῖς δὲ τὰ παρ᾽ ἀμφοτέροις ἀναγεγραμμένα πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας. Εὐήμερος μὲν οὖν φίλος γεγονὼς Κασσάνδρου βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτον ἠναγκασμένος τελεῖν βασιλικάς τινας χρείας καὶ μεγάλας ἀποδημίας, φη-

Porro Saturnum Siciliam, Libyam, & Italiam imperio tenuisse, cujus filius Jupiter vitæ rationem inierit paternæ omnino contrariam. Hunc alii Regnum cedente ultro Patre capessisse volunt, alii consensu populorum, qvi Patrem odio prosеqverentur, electum fuisse: cumqve Saturnus Titanum auxilio fretus in filium movisset, commisso prælio Jovi cessisse victoriam, qvi universum postea Mundum peragrarit. Eundem non robore modo corporis, sed aliarum qvoqve virtutum laude præstitisse, in eoqve curam omnem ac studium posuisse, uti sceleratos qvidem meritis pœnis afficeret, bonos autem beneficiis cumularet: id qvod in causa fuerit, cur eum rebus humanis subductum ζῆνα, hoc est vitæ parentem nominarint, qvod hominibus ipse bene vivendi auctor fuisse videretur. Atqve hæc sunt Atlantiorum Theologiæ summa veluti capita, qvibus ipsos qvoqve Græcos uti solitos esse tradunt. Hactenus Diodorus historiarum volumine tertio, qvi ejusdem operis sexto hanc ipsam de Numinum ratione sententiam Evemeri cujusdam Messenii verbis testimonioqve confirmat, ita scribens. Deorum, inqvit, notiones posteris suis veteres tradiderunt omnino duas: alios enim sempiternos & omnis expertes interitus esse dicunt, cujusmodi Solem, Lunam, ac reliqva Cœli Astra commemorant, itemqve ventos, atqve id genus cæteros, qvi similem iis naturam sortiti sint: nullum enim istorum nec ortus sui principium habuisse, nec desiturum unqvam esse: alios vero, terreni cum nati essent, tamen propter ea beneficia, qvibus, hominum sibi genus obstrinxerant, cultum & gloriam consequutos fuisse, qvorum in numero Herculem, Bacchum, Aristæum, cum aliis, qvorum similis causa erat, posuerunt. Cæterum multa sane admodumqve varia de terrenis hisce Numinibus cum Historici, tum fabularum qvoqve scriptores memoriæ prodiderunt. Evemerus qvidem inter Historicos, in sacra illa, qvam scripsit, historia proprium hoc sibi delegit argumentum: Ex Poetis autem Homerus, Hesiodus, Orpheus ac cæteri, qvibus fabulæ placuerũt, prodigiosa qvædam monstrisq; similia de Diis commenta somniarunt. Nos vero qvæ ab utroq; scriptorum genere accepimus, ut modum aliqvem teneamus, breviter ea summatimqve percurrere conabimur. Evemerus igitur qvod Regis Cassandri amicus esset, cum ejus causa regia qvædam obire munia, & longinqvas instituere

Evemeri theologia & historia.

peregrinationes cogeretur, sese in Oceanum aliqvando meridiem versus delatum esse commemorat: cum autem ex felice Arabia solvisset, multos in Oceano dies navigationis cursum tenuisse, donec ad transversas qvasdam & obliqvas Insulas appelleret, ex qvibus ea, qvæ cæteris eminebat, Panchæa dicebatur. Hic vero se Panchæos Insulares vidisse, qvi pietate ac religione præstarent, Deosqve magnifico admodum sacrificiorum apparatu, donisq; pretiosissimis auro argentoqve fulgentibus venerarentur. Hanc igitur Insulam Diis sacram esse, in qva cum alia pleraqve viserentur, qvæ admirationem partim vetustate rerum, partim singulari artis excellentia commoverent, qvæqve superioribus libris persequuti sumus; tum in qvodam mirum in modum edito colle Jovis Triphylæi Templum ab eodem olim dum adhuc inter homines ageret, orbiqve Terrarum imperaret, excitatum. In hoc aureum cippum fuisse, qvi res a Cœlo, Saturno, ac Jove præclare gestas Panchaicis literis summatim exaratas contineret. Qvibus subjungit, Cœlum omnium principem regnasse, virum ut summæ æqvitatis, sic benignitatis in omnes eximiæ, qviqve siderum motus & conversiones apprime calleret, ipsumqve adeo qvod primus sacrificiis cœlestia Numina coluisset, Cœli cognomentum invenisse. Eundem filios ex Vesta conjuge duos habuisse Panem & Saturnum, filiasqve totidem, Rheam ac Cererem. Ipsi vero Saturnum in Regnum successisse, qvi Rhea secum torojuncta Jovem, Junonem, ac Neptunum procrearit. Jovem autem, cum Saturni Regnum hæreditario jure accepisset, uxores duxisse tres, Junonem, Cererem, ac Themidem, qvarum ex prima Curetas, Proserpinam ex secunda, ex tertia deniqve Palladem susceperit. In Babylonem cum venisset, hospitio Beli usum esse, indeqve simul ac in Insulâ Panchæam Oceano proximam delatus fuisset, aram Cœlo, cujus nepos erat, sacram erexisse: atqve hinc per Syriam ad Cassium qvendam, a qvo mons Cassius nomen acceperit, ejusdem ævi principem sese contulisse: mox in Ciliciam ventum cum esset, bello Cilicem Toparcham superasse; deniqve ab omnibus gentibus, qvas ille plurimas obiisset, honores consequutum, Deumqve renunciatum fuisse. Hæc Diodorus aliaqve his similia de Numinibus, sic tanqvam de hominibus morti obnoxiis ubi disputavit, ita proseqvitur.

σὺν ἐκπεμφθῆναι κατὰ τὴν μεσημβρίαν εἰς τὸν Ὠκεανόν. ἐκπλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι' Ὠκεανοῦ πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πλαγίαις, ὧν μίαν ὑπάρχειν τὴν ὀνομαζομένην Παγχαίαν, ἐν ᾗ τεθεᾶσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Παγχαίους εὐσεβείᾳ διαφέροντας, καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπρεπεστάταις θυσίαις, καὶ ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις, ἀργυροῖς τε καὶ χρυσοῖς. εἶναι δὲ τὴν νῆσον, ἱερὰν * θεῶν. καὶ ἕτερα πλείω θαυμαζόμενα κατά τε τὴν ἀρχαιότητα, καὶ τὴν τῆς κατασκευῆς πολυτεχνίαν. περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος, ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἀναγεγράφαμεν, εἶναι δ' ἐν αὐτῇ κατά τινα λόφον ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολήν, ἱερὸν Διὸς Τριφυλαίου, καθιδρυμένον ὑπ' αὐτοῦ, καθ' ὃν καιρὸν ἐβασίλευσε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἔτι κατὰ ἀνθρώπους ὤν. ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ στήλην εἶναι χρυσῆν, ἐν ᾗ τοῖς Παγχαίοις γράμμασιν ὑπάρχειν γεγραμμένας τάς τε Οὐρανοῦ καὶ Κρόνου καὶ Διὸς πράξεις κεφαλαιωδῶς. μετὰ ταῦτά φησι πρῶτον Οὐρανὸν βασιλέα γεγονέναι, ἐπιεικῆ τινα ἄνδρα καὶ εὐεργετικόν, καὶ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως ἐπιστήμονα. ὃν καὶ πρῶτον θυσίαις τιμῆσαι τοὺς οὐρανίους θεούς, διὸ καὶ Οὐρανὸν προσαγορευθῆναι. υἱοὺς δὲ αὐτοῦ γενέσθαι ἀπὸ γυναικὸς Ἑστίας, Πᾶνα καὶ Κρόνον· θυγατέρας δέ, Ῥέαν καὶ Δήμητραν. Κρόνον δὲ βασιλεῦσαι μετὰ Οὐρανόν, καὶ γήμαντα Ῥέαν γεννῆσαι Δία καὶ Ἥραν, καὶ Ποσειδῶνα. τὸν δὲ Δία διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν τοῦ Κρόνου, γῆμαι Ἥραν, καὶ Δήμητραν, καὶ Θέμιν· ἐξ ὧν παῖδας ποιήσασθαι, Κουρῆτας μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης, Περσεφόνην δὲ ἐκ τῆς δευτέρας, Ἀθηνᾶν δὲ ἀπὸ τῆς τρίτης. ἐλθόντα δὲ εἰς Βαβυλῶνα, ἐπιξενωθῆναι Βήλῳ· καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Πάγχαιαν νῆσον πρὸς Ὠκεανῷ κειμένην παραγενόμενον, Οὐρανοῦ τοῦ ἰδίου προπάτορος βωμὸν ἱδρύσασθαι. κἀκεῖθεν διὰ Συρίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν τότε δυνάστην Κάσσιον, ἐξ οὗ καὶ τὸ Κάσιον ὄρος. ἐλθόντα δὲ εἰς Κιλικίαν πολέμῳ νικῆσαι Κίλικα τοπάρχην. καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα ἔθνη ἐπελθόντα παρ' ἅπασι τιμηθῆναι, καὶ θεὸν ἀναγορευθῆναι. ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ὡς περὶ θνητῶν ἀνδρῶν, περὶ τῶν θεῶν διελθών, ἐπιφέρει λέγων,

ἱερῶν.

καὶ περὶ μὲν Εὐημέρου τοῦ συνταξαμένου τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν, ἀρκεσθησόμεθα τοῖς ῥηθεῖσι. τὰ δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησι μυθολογούμενα περὶ θεῶν, ἀκολούθως Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ καὶ Ὀρφεῖ, πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν. εἶθ' ἑξῆς ἐπισυνάπτει τὰς τῶν ποιητῶν μυθολογίας. Ἀλλὰ γὰρ τοσαῦτα καὶ ἀπὸ τῆς Ἑλλήνων Θεολογίας ἀποχρώντως ἡμῖν ἀποτετμήσθω. οἷς εὔλογον ἐπισυνάψαι τῶν αὐτῶν θεῶν τὰς ἐν τοῖς ἀδύτοις τελετὰς, καὶ τὰ ἀπόρρητα μυστήρια· σκέψασθαί τε πότερον θείας ὡς ἀληθῶς θεολογίας ἐχούσας τι θεοπρεπὲς δεῖγμα φέρουσιν, ἢ κάτωθέν ποθεν ἀπὸ μακρᾶς καὶ δαιμονικῆς πλάνης ὁρμῶνται, γέλωτος ἢ καὶ μᾶλλον αἰσχύνης. μᾶλλον δὲ τοῖς ἔτι τυφλώττουσιν οἴκτου ὄντα ἄξια. Ταῦτα δὲ Κλήμης ὁ θαυμάσιος ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικῷ διαῤῥήδην ἐκκαλύπτει, πάντων μὲν διὰ πείρας ἐλθὼν ἀνὴρ, θᾶττόν γε μὴν τῆς πλάνης ἀνανεύσας, ὡς ἂν πρὸς τοῦ σωτηρίου λόγου, καὶ διὰ τῆς Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τῶν κακῶν λελυτρωμένος. βραχέα δ' οὖν καὶ τούτων ἐπάκουσον.

A Ac Evemerum qvidem qvod attinet, qvi sacram conscripsit historiam, hæc ab illo mutuatos nos esse sufficiat: deinceps, qvas de natura Deorum Græci fabulas vulgaverunt, Hesiodi, Homeri, Orpheiqve vestigiis insistentes, carptim summatimqve perstringere conabimur. Tum superioribus illis Græcorum Poetarum fictiones attexit. Sed enim ista nobis Græcorum Theologiæ qvasi fragmenta satis erunt, qvibus opportunum utiqve fuerit solennes eorundem Numinum in templorum adytis initiandi ritus, arcanaqve Mysteriorum sacra subjun- B gere, ac diligenter simul videre, num verè divinas illi Numinum rationes, Deoqve dignum aliqvid complexas religiones inferant, an contra ab inferis excitatos errores ac Dæmonum fraudibus dolisq. conflatos obtrudant, qvos risus, immo pudor ex rerum indignitate contractus, aut eorum potius, qvi tanta etiamnum in cæcitate versantur, commiseratio jure ac merito excipiat. Atq; horum turpitudinem admirabilis ille Clemens, ea qvam ad Græcos dirigit cohortatione, nudam omniumq. spectandam oculis pro- C ponit, qvippe qvi cum omnes illorum ceremonias sua ipsius experientia cognoverit, tum celerrime ab infami errore caput extulerit, verbi salutaris & Evangelicæ doctrinæ vi ex tot tantorumq; malorum contagione liberatus. Hæc tu igitur paucis etiam accipe.

Cap. V. Trap.

γ. ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ἀπορρήτων τελετῶν, καὶ κρυφίων μυστηρίων τῆς πολυθέου πλάνης.

III. ARCANORUM INITIORUM ET occultorum Mysteriorum epitoma, qvæ multiplicium Deorum superstitione continentur.

D

Ἄδυτα τοίνυν ἄθεα μὴ πολυπραγμονεῖτε, μηδὲ βαράθρων στόματα τερατείας ἔμπλεα, ἢ Λέβητα Θεσπρώτειον, ἢ Τρίποδα Κιρραῖον, ἢ Δωδωναῖον χαλκεῖον, γεράνδρυον δὲ *ψάμμοις ἐρήμαις τετιμημένον, καὶ τὸ αὐτόθι μαντεῖον αὐτῇ δρυῒ μεμαρασμένον μύθοις γεγηρακόσι καταλείψατε. σεσίγηται γοῦν καὶ ἡ Κασταλίας πηγὴ, καὶ Κολοφῶνος ἄλλη πηγὴ, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως τέθνηκε τὰ μαντικὰ νάματα, καὶ δὴ τοῦ τύφου κενὰ ὀψὲ μὲν, ὅμως δ' οὖν διελήλεγκται τοῖς ἰδίοις συνεκρεύσαντα μύθοις. διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς τὰ ἄχρηστα χρηστήρια, τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα, τὸν Ἀμφιαρέων, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἀμφίλοχον.

γρ. ἱ.

NOLITE, inqvit, scelerata impiaq. adyta curiosius explorare, nec profundorum antrorum hiatus, præstigiis monstrisq. plenos, aut Thesproteum Lebetem, aut Tripodem Cirrhæum, aut æneum Dodonæ Tintinnabulum: Gerandryon autem illud desertis olim in arenis cultum, qvodq; ibidem celebrabatur oraculū, jam vero cum ipsa Qvercu prorsus emarcuit, rancidis ac vetustate contritis fabulis relinqvite. Enim vero, siluit utiqve fons ille Castalius, siluit Colophonius alter, ac reliqvæ simul omnes fatidicæ undæ aruerunt, qvas ventoso fastu sero licet, palam tamen aliqvando spoliatas viderunt, posteaqvam illæ suis cum fabellis omnino diffluxissent. Decanta tu nobis, per me licet, reliqua vaticinationis aut furiosæ potius vanitatis Oracula, Clarium, Pythium, Didymea, Amphiaraum, Apollinē, Amphilochū:

Clementis Alexandrini locus ex protrept. de Mysteriis Græcor.

F

„adde si lubet prodigiorum Interpretes, ad-
„de Augures, profanosque somniorum con-
„jectores. Quin age sis, ac simul eos coram
„Pythio statue, qui divinationes suas farina
„hordeove perficiunt, quique a plurimis
„etiamnum observantur Ventriloquos. Jam
„vero & Ægypriorum Penetralia, & Manium
„apud Hetruscos vaticinationes in tenebris
„jaceant: vesanæ profecto illæ sunt infidelium
„hominum fallendi artes, & comparatæ ad
„puram putamque fraudem quasi aleæ ac
„sortis officinæ. Ejusdem quoque fascinatio-
„nis veluti negotiationis sociæ habeantur ca-
„præ ad divinandum informatæ: nec non cor-
„vi illi, quos ad responsa reddenda homines
„erudiere. Quid si ipsa quoque mysteria tibi
„enucleem? Non ea quidem temere vulgabo,
„ut Alcibiadem fecisse tradunt; sed tamen bel-
„le admodum quicquid sub iis præstigiarum
„latet, ipsa veritatis oratione nudabo, quosque
„Deos nuncupatis ac mysticis ritibus colitis,
„illos sic tanquam in aliqua hujus vitæ scena
„inclusos veritatis ejusdem spectatorū oculis
„objiciam. Ac primum, ecce tibi homines fu-
„roris œstro perciti Bacchum Mænolen so-
„lennibus Orgiis celebrant, crudarum carni-
„um helluatione sacram insaniam peragentes,
„cæsarumque victimarum partes dividunt,
„serpentibus coronati: Evamque illam vastis
„ululatibus inclamantes, per quam janua est
„non errori modo, sed ipsi quoque morti pa-
„tefacta. Et sane, cum Orgiorum Bacchicorum
„sit quasi quoddam insigne serpens arcano
„ritu consecratus, tum vero si accurate vocem
„Hebraicam interpretari velis, Heva cum
„aspiratione graviori serpentem fœminam
„significat. Deinde Ceres & Proserpina in
„mysticum etiam fabulæ genus transiere, qua-
„rum errores & raptum & luctum nocturnis
„facibus Eleusis illustrat. Ac mihi quidem tan-
„ti est, propriam Orgiorum & Mysteriorum
notationem excutere. Orgia sane ἀπὸ τῆς ὀργῆς,
hoc est ab iracundia nomen accepere, qua
Ceres adversus Jovem exarserat: Mysteria
„vero ἀπὸ τοῦ μύσους hoc est ab execrando scele-
„re, quod circa Bacchum ipsum contigerat.
„Quod si vocem istam à Myśunte quodam At-
„tico derivare placet, quem Apollodorus in
„venatione periisse testatur, equidem nihil
„hoc vobis invideam, ut Mysteria vestra se-
„pulchrali cum nomine, tum etiam honore
„decorentur. Quinimo liceat tibi mysteria
„quasi μυθήρια, hoc est venatica, mutua duorum
„elementorum permutatione, accipere: ve-
„nantur enim si quæ aliæ, hujusmodi fabulæ,
„quotquot sive apud Thraces immanitate,
„sive apud Phryges insania, sive apud Græ-
„cos superstitione principes memorantur.

Orgiorum & mysteriorum etymologia.

Ἀεὶ δὲ βούλει καὶ τερατοσκόπους, ἢ οἰωνοσκόπους „
ἢ τοὺς ὀνείρων κριτὰς τοὺς ἀνιέρους σὺν αὐτοῖς „
στῆσον δὲ ὁμοῦ παρὰ τὸν Πύθιον ἄγων τοὺς ἀ- „
λευρομάντεις, καὶ κριθομάντεις, καὶ τοὺς „
εἰσέτι παρὰ τοῖς πολλοῖς τετιμημένους ἐγ- „
γαστριμύθους· καὶ μὴν ἄδυτα Αἰγυπτίων „
καὶ Τυῤῥηνῶν νεκυομαντεῖαι σκότει παρα- „
διδόσθων· μανικὰ ταῦτα ὡς ἀληθῶς αν- „
θρώπων ἀπίστων σοφιστήρια, καὶ πλάνης „
ἀκράτου κυβευτήρια. συνέμποροι τῆσδε „
τῆς γοητείας αἶγες ἐπὶ μαντικὴν ἠσκη- „
μέναι, καὶ κόρακες ἀνθρώποις χρᾶν ὑπ' „
ἀνθρώπων διδασκόμενοι. τί δ' εἴ σοι κα- „
ταλέγοιμι τὰ μυστήρια; οὐκ ἐξορχήσο- „
μαι μὲν ὥσπερ Ἀλκιβιάδην λέγουσιν· ἀ- „
πογυμνώσω δὲ εὖ μάλα ἀνὰ τὸν τῆς ἀλη- „
θείας λόγον τὴν γοητείαν τὴν ἐγκεκρυμ- „
μένην αὐτοῖς, καὶ αὐτούς γε τοὺς καλουμέ- „
νους ὑμῶν θεούς, ὧν αἱ τελεταὶ μυστικαί, „
οἷον ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου τῆς ἀληθείας· ἐγ- „
κεκλήσθω θεαταῖς. Διόνυσον Μαινόλην ὀρ-
C γιάζουσι· Βάκχοις ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερο- „
μανίαν ἄγοντες καὶ τελίσκουσι τὰς κρεονο- „
μίας τῶν φόνων, ἀνεστεμμένοι τοῖς ὄφε[σιν] „
ἐπολολύζοντες Εὖαν ἐκείνην, δι' ἣν ἡ „
πλάνη παρηκολούθησε, καὶ ὁ θάνατος ἐπη- „
κολούθησε. καὶ σημεῖον ὀργίων Βακχικῶν ὄ- „
φις ἐστὶ τετελεσμένος. αὐτίκα γοῦν κατὰ „
τὴν ἀκριβῆ τῶν Ἑβραίων φωνήν, τὸ ὄνο- „
μα τὸ Εὖα δασυνόμενον ἑρμηνεύεται „
ὄφις θήλεια. Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη „
ἐγενέσθην μυστικόν, καὶ τὴν πλάνην, καὶ „
D τὴν ἁρπαγήν, καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ἐλευ- „
σὶς δᾳδουχεῖ. καί μοι δοκεῖ τὰ Ὄργια, καὶ „
τὰ Μυστήρια δεῖν ἐτυμολογεῖν, τὰ μέν, „
ἀπὸ τῆς ὀργῆς τῆς Δηοῦς τῆς πρὸς Δία „
γεγενημένης· τὰ δέ, ἀπὸ τοῦ μύσους τοῦ „
συμβεβηκότος περὶ τὸν Διόνυσον. εἰ δὲ καὶ „
ἀπὸ Μυοῦντός τινος Ἀττικοῦ, ὃν ἐν κυνη- „
γίᾳ διαφθαρῆναι Ἀπολλόδωρος λέγει, οὐ „
φθόνος ὑμῶν δεδοξάσθαι τὰ μυστήρια ἐπι- „
τυμβίῳ φωνῇ καὶ τιμῇ. πάρεστι δὲ καὶ ἄλ- „
λως μυθήριά σοι νοεῖν, ἀντιστοιχούντων τῶν „
γραμμάτων, τὰ μυστήρια. θηρεύουσι γὰρ εἰ „
καὶ ἄλλοι τινές, ἀτὰρ καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε, „
Θρᾳκῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους, Φρυγῶν „
τοὺς ἀνοητοτάτους, Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας. „

Ὄλοιτ' οὖν ὁ τῆσδε ἄρξας τῆς ἀτοπίας ἀνὴρ ἀνθρώποις· εἴτε ὁ Δάρδανος ὁ μητρὸς θεῶν καταδιδάξας τὰ μυστήρια, εἴτε Ἠετίων ὁ τὰ Σαμοθρᾴκων ὄργια καὶ τελετὰς ὑποστησάμενος, εἴτε ὁ Φρὺξ ἐκεῖνος ὁ Μίδας, ὁ παρὰ τοῦ Ὀδρύσου μαθὼν, ἔπειτα διαδοὺς τοῖς ὑποτεταγμένοις ἔντεχνον ἀπάτην. οὐ γάρ με ὁ Κύπριος ὁ νησιώτης Κινύρας παραπείσαι ποτ' ἂν, τὰ περὶ τὴν Ἀφροδίτην μαχλῶντα ὄργια, ἐκ νυκτὸς ἡμέρᾳ παραδοῦναι τολμήσας, φιλοτιμούμενος θειάσαι πόρνην πολίτιδα. Μελάμποδα δὲ τὸν Ἀμυθάονος ἄλλοι φασὶν ἐξ Αἰγύπτου μετακομίσαι τῇ Ἑλλάδι τὰς Δηοῦς ἑορτὰς, πένθος ὑμνούμενον. τούτους ἔγωγ' ἂν ἀρχεκάκους φήσαιμι μύθων ἀθέων, καὶ δεισιδαιμονίας ὀλεθρίου πατέρας, σπέρμα κακίας καὶ φθορᾶς ἐγκαταφυτεύσαντας τῷ βίῳ τὰ μυστήρια. ἤδη δὲ καὶ γὰρ καιρὸς αὐτὰ ὑμῶν τὰ ὄργια ἐξελέγξω ἀπάτης καὶ τερατείας ἔμπλεα. καὶ εἰ μεμύησθε, μᾶλλον ἐπιγελάσεσθε τοῖς μύθοις ὑμῶν τούτοις τιμωμένοις. ἀγορεύσω δὲ ἀναφανδὸν τὰ κεκρυμμένα, οὐκ αἰδούμενος λέγειν, ἃ προσκυνεῖν οὐκ αἰσχύνεσθε. Ἡ μὲν οὖν ἀφρογενὴς, καὶ κυπρογενὴς καὶ Κινύρᾳ φίλη, τὴν Ἀφροδίτην λέγω τὴν φιλομηδέα, ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη, μηδέων ἐκείνων τῶν ἀποκεκομμένων Οὐρανοῦ, τῶν λάγνων, τῶν μετὰ τὴν τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων, καὶ ἀσελγῶν ὑμῖν μορίων ἄξιος Ἀφροδίτη γίνεται, καρπὸς ἐν ταῖς τελεταῖς ταύτης τῆς πελαγίας ἡδονῆς. τεκμήριον τῆς γονῆς, ἁλῶν χόνδρος, καὶ φαλλὸς τοῖς μυουμένοις τὴν τέχνην τὴν μοιχικὴν ἐπιδίδοται. νόμισμα δὲ εἰσφέρουσιν αὐτῇ οἱ μυούμενοι ὡς ἑταίρᾳ ἐρασταί. Δηοῦς δὲ μυστήρια, καὶ Διὸς πρὸς μητέρα Δήμητραν ἀφροδίσιοι συμπλοκαὶ, καὶ μῆνις, οὐκ οἶδ' ὅ, τι φῶ λοιπὸν, μητρὸς ἢ γυναικὸς, τῆς Δηοῦς. ἧς δὴ χάριν, Βριμὼ προσαγορευθῆναι λέγεται· ἱκετηρίαι Διὸς, καὶ πόμα χολῆς, καὶ καρδιουλκίαι, καὶ ἀρρητουργίαι. ταῦτα οἱ Φρύγες τελίσκουσιν, Ἄττιδι καὶ Κυβέλῃ, καὶ Κορύβασι. τεθρυλλήκασι δὲ ὡς ἄρα ἀποσπάσας ὁ Ζεὺς τοῦ κριοῦ τοὺς διδύμους, φέρων ἐν μέσοις ἔρριψε τοῖς κόλποις τῆς Δηοῦς, τιμωρίαν ψευδῆ τῆς βιαίας συμπλοκῆς ἐκτιννύων.

A At male pereat, quisquis tantæ vecordiæ hominum generi auctor fuit, seu Dardanus, qui Matris Deũ mysteria docuit, seu Eetion, qui Samothracum Orgia cum eorum initiis protulit, seu Phryx ille Midas, qui cum ab Odrydo callidam & artificii plenam fraudem accepisset, eam postmodum in subditos suæ ditioni sparsit universos. Nec enim mihi Cinyras ille Cyprius insularis unquam imposuerit, qui quum famosam Insulæ suæ meretricem Deam efficere vehementer optaret, flagitiosa Veneris Orgia ex tenebris in lucem ausus est diemque producere. Jam alii Melampodem Amythaonis filium, Cereris B festa, luctum, inquam, illum carminibus hymnisque decantari solitum, in Græciam ex Ægypto traduxisse volunt. Istos equidem impiarum fabularum, ac pestiferæ superstitionis parentes, malorum principes omnium fuisse merito dixerim, cum illa Mysteria scelerum ac mortis semina in hominum vitam intulerunt. At enim jam tempus est, ut Orgia vestra fraudis ac præstigiarum plena esse demonstremus: vos, si modo initiati estis, risu ac sibilis vestras illas fabulas, quibus tantum venerationis tribuitur, præ cæteris excipietis. Ego vero abdita penitusque recondita palam in omnium luce collocabo, nec me pudor ab iis proferendis revocabit, quæ C vos divinis honoribus colere non pudeat. Vestra igitur illa, spumæ marinæ proles, Cyprique fœtus, ac Cinyræ delicium, Venerem intelligo, quam *Φιλομηδέα*, hoc est veretri amantem, nominatis, qvippe *membris ex genitalibus ortam*; fœtus utique abscissis illis Cœli genitalibus, usque adeo salacibus, ut secta quoque undam ipsam constuprarint, nec non effusis in libidinem corporis vestri partibus longe dignissimus, Venus ista procreatur. Itaque, in arcanis voluptatis hujus marinæ sacris, grumus salis, effigiesque veretri, tanquam fœturæ symbolum iis tradi solet, qui flagitiosi concubitus artibus initiantur: hi vero nummum ipsi tanquam amicæ D amatores offerunt. Jam Mysteria Cereris aliud nihil sunt, quam incestuosi Jovis cum Cerere matre congressus ejusdemq;, matris ne ultra dicam, an uxoris? iracundia, qvæ caussa fuit, cur Brimo qvasi fremens & indignabunda vocaretur; itemque Jovis supplicationes, fellis haustus, cordis convulsiones, ac cæteræ id genus infandæ ceremoniæ. Ac Phryges quidem ejusmodi sacra in Attidis, Cybeles, & Corybantium honorem memoriamque faciunt: passim autem fama vulgatum est, Jovem avulsos geminos Arietis testiculos in medium Cereris sinum conjecisse, cum a se ipso exactum abscissionis qvasi voluntariæ pœnam ob stuprum vi oblatum, hac fraude simularet.

Mysteria quid? eorumque symbola.

Cujus initiationis egregia symbola soluto otiosoque animo producta risum vobis utique moveant, tametsi opinor vobis ridere non libet, quod sic religionum vestrarum indignitas omnium in oculis defigatur, *Ex tympano comedi: bibi ex cymbalo: cernum gestavi: me in thalamum clam insinuavi.* Non hæc symbola probrum & infamiam sapiunt? non sanna ludibrioque digna mysteria sunt? Quid porro si attexam reliqua? Ceres quidem fœtum enititur, puella vero educatur: rursum ecce tibi castus Jupiter cum Pherephatta, quam ipse genuerat, post Cererem matrem, congreditur execrandi flagitii prioris oblitus; & congreditur Draconis forma tectus: sic tamen ut qui sub ea latet, manifesto postmodum teneatur. Enim vero, Sabaziorum utiq; mysteriorum, iis qui sacris initiantur, symbolum est, Deus sinum pervadens: Deus autem iste Draco est, qui per medium eorum, quos solenni ritu initiant, sinum trahitur, certum plane impotentis Jovis libidinis argumentum. Parit etiam Pherephatta, sed filium taurina specie; nimirum, ut Idolorum cultor Poëta cecinit,

Taurus Draconem genuit, & Taurum Draco.
In monte occultum Bubulcus stimulum:

" Bubulci, opinor, stimulum scuticam nominans, quam lignis quibusdam homines bacchico furore correpti circumagunt. Vin'tu hic etiam lectos a Proserpina flores tibi commemorem, ejusdemque calathum, & raptum a Plutone patratum, & terræ labem, & Eubulei sues, quæ cum utraque Dea simul haustæ dicuntur? quod quidem in causa est, cur in Thesmophoriis Megarica lingua porcos ejiciant. Totam hanc fabellam variè mulieres singulis in urbibus solenni festo celebrant, Thesmophoria, Scirrhophoria, Arrhetophoria: atque ita diversis plane tragicisque modis raptum Proserpinæ recolunt. Jam Bacchi Mysteria omni diritate teterrima sunt, quippe quem, dum adhuc puerulus esset, ac circum ipsum Curetes armata saltatione agerentur, subeuntes dolo Titanes puerilibus crepundiis ludicrisqve deceptum membratim discerpserant, quemadmodum Thracius Orpheus hujus sacri vates cecinit,

Mysteriorum symbola.

Turbo, trochus, tum queis in flexus membra cientur
Ludicra, & auricomi blandarum ex arbore fœtus
Hesperidum.

" Neque vero inutile fuerit, arcani sacri symbola, inutilia licet, hoc loco subjicere, ut omnium judicio sensibusqve damnentur.

ὡς ἑαυτὸν δῆθεν ἐκτεμών. τὰ σύμβολα τῆς μυήσεως ταύτης ἐκ περιουσίας παρατεθέντα, οἶδ' ὅτι κινήσει γέλωτα, καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμῖν διὰ τοὺς ἐλέγχους. Ἐκ τυμπάνου ἔφαγον· ἐκ κυμβάλου ἔπιον. ἐκερνοφόρησα· ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυν. ταῦτα οὐχ ὕβρεις τὰ σύμβολα; οὐ χλεύη τὰ μυστήρια; τί δὴ καὶ τὰ ἐπίλοιπα προσθείην; κύει μὲν ἡ Δημήτηρ, ἀνατρέφεται δὲ ἡ κόρη, μίγνυται δ' αὖθις ὁ γεννήσας οὑτοσὶ Ζεὺς τῇ Φερεφάττῃ, τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ μετὰ τὴν μητέρα, Δηῶ, ἐκλαθόμενος τοῦ προτέρου μύσους, καὶ μίγνυται δράκων γενόμενος, ὃς ἦν ἐλεγχθείς. Σαβαζίων γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου Θεός· δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός· κύει καὶ ἡ Φερεφάττα παῖδα ταυρόμορφον. ἀμέλει φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός, Ταῦρος

Πατὴρ δράκοντος, καὶ πατὴρ ταύρου δράκων,
Ἐν ὄρει τὸ κρύφιον βουκόλος τὸ κέντρον.

Βουκολικόν, οἶμαι, κέντρον τὸν νάρθηκα ἐπικαλῶν, ὃν δὴ κάλων ἀναστρέφουσιν οἱ Βάκχοι. Βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσωμαί σοι, καὶ τὸν κάλαθον, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀϊδωνέως ἁρπαγήν, καὶ τὸ χάσμα τῆς γῆς, καὶ τὰς ὗς τοῦ Εὐβουλέως τὰς συγκαταποθείσας ταῖν θεαῖν; δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις Μεγαρίζοντες, χοίρους ἐκβάλλουσι. ταύτην τὴν μυθολογίαν ποικίλως κατὰ πόλεις ἑορτάζουσιν αἱ γυναῖκες, Θεσμοφόρια, Σκιρροφόρια, Ἀρρητοφόρια, πολυτρόπως τὴν Φερεφάττης ἐκτραγῳδοῦσιν ἁρπαγήν. τὰ γὰρ Διονύσου μυστήρια τέλεον ἀπάνθρωπα, ὃν εἰσέτι παῖδα ὄντα, ἐνόπλῳ κινήσει περιχορευόντων Κουρήτων, δόλῳ ὑποδύντων Τιτάνων, ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασιν. οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες διέσπασαν ἔτι νηπίαχον ὄντα, ὡς ὁ τῆς τελετῆς ποιητὴς Ὀρφεύς φησιν ὁ Θρᾴκιος,

Κῶνος, καὶ ῥόμβος, καὶ παίγνια καμπεσίγυια,
Μῆλά τε χρύσεα, καλά, παρ' Ἑσπερίδων λιγυφώνων.

" Καὶ τῆσδε ἡμῖν τῆς τελετῆς τὰ ἀχρεῖα σύμβολα, οὐκ ἀχρεῖον εἰς κατάγνωσιν παραθέσθαι.

» Ἀστράγαλος, Σφαῖρα, Στρόβιλος, Μῆλα, A
» Ῥόμβος, Ἔσοπτρον, Πόκος. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν τὴν
» καρδίαν τοῦ Διονύσου ὑφελομένη, Παλλὰς ἐκ
» τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν προσηγορεύθη. οἱ δὲ
» Τιτᾶνες, οἱ καὶ διασπάσαντες αὐτὸν, λέβητά
» τινα τρίποδι ἐπιθέντες, καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβα-
» λόντες τὰ μέλη, καθήψουν πρότερον· ἔπειτα
» ὀβελίσκοις περιπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαί-
» στοιο. Ζεὺς δ' ὕστερον ἐπιφανεὶς εἰ θεὸς ἦν, τά-
» χα που τῆς κνίσσης τῶν ὀπτωμένων κρεῶν μεταλα-
» βὼν, ἧς δὴ τὸ γέρας ὁμολογοῦσιν ὑμῶν οἱ θεοὶ B
» λαχεῖν, κεραυνῷ τοὺς Τιτᾶνας αἰκίζεται, καὶ
» τὰ μέλη τοῦ Διονύσου Ἀπόλλωνι τῷ παιδὶ πα-
» ρακατατίθεται θάψαι. ὁ δ' οὐδὲ γὰρ ἠπείθησε
» Διῒ, εἰς τὸν Παρνασσὸν φέρων κατατίθεται διε-
» σπασμένον τὸν νεκρόν. Ἐθέλεις ἐποπτεῦ-
» σαι καὶ τὰ Κορυβάντων ὄργια; τὸν τρίτον ἀδελ-
» φὸν ἀποκτείναντες οὗτοι, τὴν κεφαλὴν τοῦ
» νεκροῦ φοινικίδι ἐπεκαλυψάτην, καὶ καταστέ-
» ψαντε θαψάτην, φέροντε ἐπὶ χαλκῆς ἀσπί-
» δος ὑπὸ τὰς ὑπωρείας τοῦ Ὀλύμπου. καὶ ταῦτ'
» ἔστι τὰ μυστήρια, συνελόντι φάναι, φόνοι καὶ
» τάφοι. οἱ δ' ἱερεῖς οἱ τούτων, οὓς ἀνακτοτελέστας C
» οἷς μέλον καλοῦσι, προσεπιτερατεύονται τῇ
» συμφορᾷ, ὁλόριζον ἀπαγορεύοντες σέλινον
» ἐπὶ τραπέζης τιθέναι· οἴονται γὰρ δὴ ἐκ τοῦ αἵ-
» ματος τοῦ ἀπορρυέντος τοῦ κορυβαντικοῦ τὸ
» σέλινον ἐκπεφυκέναι. ὥσπερ ἀμέλει καὶ αἱ θε-
» σμοφοριάζουσαι τοὺς τῆς ῥοιᾶς κόκκους παρα-
» φυλάττουσιν ἐσθίειν· τοὺς γὰρ ἀπεπτωκότας
» χαμαὶ ἐκ τῶν τοῦ Διονύσου αἵματος σταγό-
» νων βεβλαστηκέναι νομίζουσι τὰς ῥοιάς. Κα-
» βείρους δὲ τοὺς Κορύβαντας καλοῦντες, καὶ
» τελετὴν Καβειρικὴν καταλέγουσιν. αὐτὼ D
» γὰρ δὴ τούτω τὼ ἀδελφοκτόνω, τὴν κίστην
» ἀνελομένω, ἐν ᾗ τοῦ Διονύσου τὸ αἰδοῖον ἀπέ-
» κειτο, εἰς Τυρρηνίαν κατήγαγον, εὐκλεοῦς ἔμ-
» ποροι φορτίου. κἀνταῦθα διετριβέτην φυγάδε
» ὄντε, τὴν πολύτιμον εὐσεβείας διδασκαλίαν,
» αἰδοῖα καὶ κίστην παραθεμένω θρησκεύειν Τυρ-
» ρηνοῖς· δι' ἣν αἰτίαν οὐκ ἀπεικότως τινὲς τὸν
» Διόνυσον Ἄττιν προσαγορεύεσθαι θέλουσιν,
» αἰδοίων ἐστερημένον. καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ Τυρ-
» ρηνοὶ οἱ βάρβαροι αἰσχροῖς οὕτω τελίσκονται
» παθήμασιν, ὅπου γε Ἀθηναίοις καὶ τῇ ἄλ-
» λῃ Ἑλλάδι, αἰδοῦμαι καὶ λέγειν, αἰσχύνης
» ἔμπλεως ἡ περὶ τὴν Δηὼ μυθολογία; ἀλω-

Sunt hæc, Talus, Pila, Trochus, Poma, »
Turbo, Speculum, Vellus. Ac Minerva »
quidem, quod ejusdem Bacchi cor furtim »
sustulisset, Pallas ἐκ τοῦ πάλλειν τὴν καρδίαν, hoc »
est a cordis vibratione, seu palpitatione nun- »
cupata fuit. Titanes vero, qvorum manibus »
laniatus erat, ipsius membra in lebetem sup- »
posito tripodi insidentem conjecerunt, ea- »
que prius elixa verubus postmodum infi- »
gentes, *Vulcano imposita tenebant*. At Jupiter, »
eo repente delapsus, (qvippe enim, cum De- »
us esset, eum, opinor, assarum carnium ni- »
dor afflaverat, qvem Dii vestri sic tanquam »
honorarium quoddam munus accipere se se »
confitentur,) fulmine Titanas conficit, & »
Bacchi membra Apollini filio sepelienda »
commendat: Ille autem, nec enim parere Jo- »
vi renuit, discerptum lacerumque cadaver »
in Parnasso monte deponit. Placetne Cory- » *Corybantium Orgia.*
bantium qvoqve Orgia contemplemur? Ni- »
mirum, ex illis duo tertium fratrem cum oc- »
cidissent, caput demortui purpura conte- »
ctum & corona cinctum ad Olympi montis »
radices, qvo illud æreo scuto impositum de- »
tulerant, sepeliere. Hæc illa sunt præclara »
Mysteria, verbo, cædes ac sepulcra, qvorum »
Sacerdotes, Ἀνακτοτελέσται, quasi Reges sacro- »
rum, ab iis, qvorum ejusmodi appellatio in- »
terest, nuncupati, novis insuper monstris »
cædem istam exaggerant, Appium cum to- »
ta radice ad mensam apponi omnino prohi- »
bentes, qvod ex Corybantico illo sanguine, »
qvi in terram effluxerat, Appium germi- »
nasse arbitrentur: nempe, qvemadmodum »
illæ Thesmophoriorum Antistitæ a come- »
dendis mali punici granis diligenter absti- »
nent, qvod ex iis cruoris Bacchici guttis, qvæ »
solum asperserant, mala Punica extitisse opi- »
nentur. Cæterum, cum illi Corybantas istos »
Cabiros nominent, tum vero Cabiricum hu- » *Cabirica sacra.*
jusmodi sâcrum memorant. Qvippe, duo »
enim isti fratricidæ, cistam illam secum au- »
ferentes, in qva Bacchi pudendum inclusum »
erat, in Thusciam detulere, mercis egre- »
giæ mercatores, ubi cum exules agerent, lu- »
culentâ admodum pietatis doctrina Hetru- »
scorum animos informarunt, dum cistam iis »
ac veretrum nova religione colenda tradi- »
derunt. Atqve hanc nonnulli caussam esse »
volunt, quæ sane verisimilitudine non caret, »
quamobrem Bacchum ipsum, Attin qvasi »
exsectum nuncuparint. Qvanqvā quid mi- »
rum Hetruscos, homines barbaros his fla- »
gitiorum probris initiari, cum ipsi qvoqve »
Athenienses ac reliqui Græciæ populi quod »
me vel referre pudet, illam de Cerere fabu- »
lam usq; adeo turpē indignamq; retineant? »

Enim vero, cum in vestiganda Proserpina filia, huc atqve illuc errabunda Ceres vagaretur, circa Eleusinem, (Atticæ locus est) labore debilitata, constitit, ac puteo cuidam insedit ingenti mœrore confecta. sed enim, iis qvi initiantur, graviter ne quid simile agant, in hodiernum usqve diem prohibetur; utiqve, ne sacris initiati lugentem Cererem imitari videantur. Cæterum Eleusinem per id tempus indigenæ qvidam incolebant, quorum hæc fuere nomina, Baubo, Dysaules, Triptolemus, Eumolpus & Eubuleus. Ac Triptolemus qvidem bubulcus erat, Eumolpus pastor, Eubuleus vero subulcus, ex qvibus Eumolpidarum, nec non illud Præconum genus sacrorum ac religionum interpres, Athenis effloruit. Baubo igitur, (nec enim ab hujus etiam rei commemoratione revocari me patiar,) cum hospitio Cererem excepisset, hauriendum ei cinnum propinat, qua propter vim doloris poculum potumque respuente, illa repulsam moleste ferens, qvod se despectam ac spretam fuisse putaret scilicet, reductis vestibus occultas corporis partes Divæ oculis objicit; quæ spectaculo delectata, oblatam sibi potionem, ægre licet, aliquando tamen ebibit. Hæc Atheniensium recondita mysteria sunt, quæ scriptis Orpheus etiam ipse mandavit. Hujus ego tibi versus quoqve subjiciam, ut quem tu Mystagogum habes, eundem habeas flagitiosæ ac turpis infamiæ testem.

Dixerat, obscenam Cereri tum veste reducta
Corporis ostentat speciem: puer adstat Jacchus;
Quem lætata manu medias Baubonis in ulnas
Conjicit: hinc olli arridens luctuque soluta,
Multiplicis commixta haurit Dea pocula cinni.

Jam, Eleusiniorum mysteriorum communis qvædam qvasi tessera, hæc est, *Jejunavi: cinnum ebibi: accepi e cista: operatus in calathum reposui, ac rursum in cistam ex calatho.* Egregia vero spectacula, qvæqve Deam in primis deceant: imo, digna sane tenebris igniqve mysteria, digna ingentibus aut potius vanitate plenis Erechthidarum, cæterorumqve Græcorum animis, qvos qvidem post obitum pœnæ manent, a qvibus spe & cogitatione longissime absunt. Et vero, qvibus tandem Heraclius ille Ephesius vaticinatur? Tenebrionibus profecto, Magis, Bacchis, Lenis, Mystis. Hi sunt, qvibus pœnas mortē secuturas comminatur, ignemque denunciat. Nam qvæ hominum ex

A ἀλωμένη γὰρ ἡ Δηὼ κατὰ ζήτησιν τῆς θυγατρὸς τῆς Κόρης περὶ τὴν Ἐλευσῖνα· τῆς Ἀττικῆς ἐστι τοῦτο χωρίον· ἀποκάμνει, καὶ φρέατι ἐπικαθίζει λυπουμένη. τοῦτο τοῖς μυουμένοις ἀπαγορεύεται εἰσέτι νῦν, ὡς μὴ δοκοῖεν οἱ τετελεσμένοι μιμεῖσθαι τὴν ὀδυρομένην. ᾤκουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς. ὀνόματα αὐτοῖς Βαυβώ, καὶ Δυσαύλης, καὶ Τριπτόλεμος, ἔτι δὲ Εὔμολπός τε καὶ Εὐβουλεύς. βουκόλος ὁ Τριπτόλεμος ἦν, ποιμὴν δὲ ὁ Εὔμολπος, συβώτης δέ, ὁ Εὐβουλεύς. ἀφ' ὧν δὴ τὸ Εὐμολπιδῶν, καὶ B τὸ Κηρύκων τὸ ἱεροφαντικὸν τοῦτο γένος ἤνθησε. καὶ δή· οὐδὲ γὰρ ἀνήσω μὴ οὐχὶ εἰπεῖν· ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. τῆς δὲ ἀναινομένης λαβεῖν, καὶ πιεῖν οὐκ ἐθελούσης· πενθήρης γὰρ ἦν· περιαλγὴς ἡ Βαυβὼ γενομένη, ὡς ὑπεροραθεῖσα δῆθεν, ἀναστέλλεται τὰ αἰδοῖα, καὶ ἐπιδεικνύει τῇ θεῷ· ἡ δὲ τέρπεται τῇ ὄψει ἡ Δηώ, καὶ μόλις ποτὲ δέχεται τὸ ποτόν, ἡσθεῖσα τῷ θεάματι. Ταῦτ' ἐστι τὰ κρύφια τῶν Ἀθηναίων μυστήρια. ταῦτά τοι καὶ Ὀρφεὺς ἀναγράφει. παραθήσομαι δέ σοι αὐτὰ τοῦ Ὀρ- C φέως τὰ ἔπη, ἵν' ἔχοις μάρτυρα ἀναισχυντίας τὸν Μυσταγωγόν.

Ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο, δεῖξε δὲ πάντα
Σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
Χειρί τέ μιν ῥίπτεσκε· γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε, θεὰ μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
D Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

Κἄστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων· Ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα. ἔλαβον ἐκ κίστης· ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην· καλά γε τὰ θεάματα καὶ θεᾷ πρέποντα. ἄξια μὲν οὖν νυκτὸς τὰ τελέσματα, καὶ πυρός, καὶ τοῦ μεγαλήτορος, μᾶλλον δὲ ματαιόφρονος Ἐρεχθειδῶν δήμου, πρὸς δὲ καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οὕστινας μένει τελευτήσαντας, ἅσσα οὐδὲ ἔλπονται. τίσι δὲ μαντεύεται Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος; Νυκτιπόλοις, Μάγοις, Βάκχοις, Λήναις, Μύσταις· τούτοις ἀπειλεῖ τὰ μετὰ θάνατον, τούτοις μαντεύεται τὸ πῦρ. τὰ γὰρ νομιζόμενα

κατ' ἀνθρώπους μυστήρια· ἀνιέρως μυοῦνται. νόμος οὖν καὶ ὑπόληψις κοινή, καὶ τοῦ Δράκοντος τὰ μυστήρια, ἀπάτη τίς ἐστι θρησκευομένη τὰς ἀμυήτους ὄντως μυήσεις, καὶ τὰς ἀνοργιάστους τελετὰς εὐσεβείᾳ νόθῳ προτρεπομένων. οἷαι δὲ καὶ αἱ κίσται αἱ μυστικαί; δεῖ γὰρ ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν, καὶ τὰ ἄρρητα ἐξειπεῖν. οὐ σησάμαι ταῦτα, καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπαι, καὶ πόπανα πολυόμφαλα, χόνδροι τε ἁλῶν; καὶ δράκων, ὄργιον Διονύσου Βασσάρου; οὐχὶ δὲ ῥοιαί πρὸς τοῖσδε καὶ καρδίαι, νάρθηκές τε καὶ κιττοί, πρὸς δὲ καὶ φθόϊς, καὶ μήκωνες; ταῦτ' ἔστιν αὐτῶν τὰ ἅγια. Καὶ προσέτι τῆς Θέμιδος τὰ ἄρρητα σύμβολα, ὀρίγανον, λύχνος, ξίφος, κτεὶς γυναικεῖος, ὅς ἐστιν εὐφήμως καὶ μυστικὸν μόριον γυναικεῖον. ὢ τῆς ἐμφανοῦς ἀναισχυντίας· πάλαι μὲν ἀνθρώποις σωφρονοῦσιν ἐπικάλυμμα ἡδονῆς, νὺξ σιωπωμένη· νυνὶ δὲ τοῖς μυουμένοις ἡ ἱερὰ τῆς ἀκρασίας νὺξ ἐστι λαλουμένη· καὶ τὸ πῦρ ἐλέγχει τὰ πάθη δᾳδουχούμενα. ἀπόσβεσον, ὦ ἱεροφάντα, τὸ πῦρ· αἰδέσθητι δᾳδοῦχε τὰς λαμπάδας. ἐλέγχει σου τὸν Ἴακχον τὸ φῶς· ἐπίτρεψον ἀποκρύψαι τῇ νυκτὶ τὰ μυστήρια· σκότει τετιμήσθω τὰ ὄργια. τὸ πῦρ οὐχ ὑποκρίνεται· ἐλέγχειν καὶ κολάζειν κελεύεται. Ταῦτα τῶν ἀθέων τὰ μυστήρια. ἀθέους δὲ εἰκότως ἀποκαλῶ τούτους, οἳ τὸν μὲν ὄντως ὄντα θεὸν ἠγνοήκασι, παιδίον δὲ ὑπὸ Τιτάνων διασπώμενον, καὶ γύναιον πενθοῦν, καὶ μόρια ἄρρητα, ὡς ἀληθῶς, ὑπὸ αἰσχύνης, ἀναισχύντως σέβουσι, διττῇ ἐνισχημένοι τῇ ἀθεότητι· προτέρᾳ μέν, καθ' ἣν ἀγνοοῦσι τὸν θεόν, τὸν ὄντως ὄντα μὴ γνωρίζοντες θεόν· ἑτέρᾳ δὲ καὶ δευτέρᾳ, ταύτῃ δὴ τῇ πλάνῃ τοὺς οὐκ ὄντας ὡς ὄντας νομίζοντες, καὶ θεοὺς τούτους ὀνομάζοντες, τοὺς οὐκ ὄντως ὄντας, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὄντας, μόνου δὲ τοῦ ὀνόματος τετυχηκότας. Τοσαῦτα καὶ οὗτος.

δ.

ΤΙΣΙ ΛΟΓΙΣΜΟΙΣ ΤΟΥ ΜΗ τὰ ὅμοια περὶ θεῶν φρονεῖν ἀνεχωρήσαμεν.

Εἰκότως δῆτα ἡμεῖς τούτων ἁπάντων ἐλευθέρους ἡμᾶς γενέσθαι

Aſenſu myſteria ſtatuuntur, ea profanos habent initiandi ritus. Itaque, & ſtatæ illæ ſacrorum leges, & communis hominum opinio, & univerſa iſta Draconis myſteria, aliud nihil ſunt quam error quidam initia, qvæ nihil plane initiorum habeant, ſuperſtitioſe colens, impiosqve ritus adulterina pietatis ſpecie venerans. Qvæ porro & cujusmodi ſunt myſticæ illæ ciſtæ? nudandum enim quicquid apud eos ſancti eſt, qvidqvid arcani evulgandum. Nonne hæc omnia, Seſamæ pyramides, glomi, placentæ variis ſignatæ umbilicis, grana ſalis, & Draco Dionyſii Baſari ſacramentum? non mala punica? non medullæ arborum? non ferulæ cum hederis? non paſtilli ex ſiligine caſeoque confecti? non denique papavera? Hæc ſunt, quæ ſancta vocant. Qvid? Themidis nonne recondita ſymbola iſta ſunt? origanum, lychnus, gladius, pecten muliebris quod honeſtum ac myſticum eſt muliebris pudendi nomen. O gnavam perfrictamqve impudentiam! hominum enim temperantiorum voluptas noctis ſilentio tegebatur; nunc vero nox eſt, qvæ initiandis ſacra libidinis enunciat; adeoqve ignis flagitia ſuccenſis facibus illuſtrata pandit. Extingue ſis hunc ignem, Hierophanta; tuque, o qvi lumen præfers, tuas ipſe faces reverere: Lumen iſtud Jacchum traducit tuum: patere noctem myſteria tenebris occultare; Orgiorum honori conſulatur: Ignis ſimulare non poteſt; arguere, punireque jubet. Hæc igitur illa ſunt hominum atheorũ myſteria. Jure enim atheos dixerim, qui a veri Numinis cognitione prorſus alieni, puſionem a Titanibus diſcerptum, ejulantem mulierculam, partesque corporis, quas pudor nominare non ſinit, impudentiſſime venerentur: ut duplici nomine impietatis ac negatæ divinitatis rei teneantur, altero, qvod Deum ignorent, dum nequaquam eum qvi vere Deus eſt agnoſcunt; altero, qvod eos ſuperesſe, qvi non ſunt, arbitrentur, ipſosque Deos nuncupent, qvi tantum a vera divinitate abſunt, ut ne ſuperſint quidem, eamqve ſunt nomine ſolotenus aliqvando conſeqvuti. Huc uſqve Clemens.

Cereris ciſtæ quales.

IV.

QVIBUS RATIONIBUS a ſuſcipiendis ejusmodi de Diis opinionibus abducti ſimus.

JURE ſane ac merito nos ab iſtis omnibus liberatos eſſe profitemur, quippe qvi

tam diuturni tamque inveterati erroris sic A tanquam acerbissimi gravissimique morbi calamitatem depulimus: primum quidem singulari præpotentis Dei gratia & beneficio, deinde Servatoris nostri evangelicæ doctrinæ vi qvadam & potestate, qvæ verbis explicari nequeat, sano deniqve maturoqve consilio in eam adducti sententiam, ut augustum omnique dignum veneratione Dei nomen obnoxiis morti hominibus imperti- ri, nefas & impium crederemus, qvi cum pridem inter mortuos jaceant, tum vero temperantiæ documentum reliquerint nul- B lum, sed omnis potius intemperantiæ, libidinis, crudelitatis ad animorum perniciem monimenta posteris conservanda crediderint. Enim vero, qvis non extremæ stultitiæ futurum id videat, si homines sanctimoniæ ac morum integritatis amantes, primas libidinosis flagitiosisqve concederent? si maturi atqve sapientes, perditæ projectæqve mentis homines; si æquitatis humanitatisque studiosi, eos qui tantum diritate cæteros & immanitate superarunt, ut sceleratas manus execrandis liberorum parentumqve cædi- C bus cruentarint, augustissimo cultu celebrarent? Cujus vero non cogitationem impietate vicerunt, qvi vel ad obscenas, qvasqve ne honeste qvidem nominare liceat, virorum mulierumqve partes, vel ad naturam bestiarum ratione carentium adorandum illud atque sacrosanctum Dei nomen abjecere? qviqve ejusmodi flagitiorum immanitatisqve monstra in theologiæ suæ mysteriis tradidere, cujusmodi si qvæ vel in facinorosissimis hominibus deprehenderentur, pœnas continuo legibus constitutas citra veniam omnem sustinerent? Quanquam, D qvid pluribus opus est, ut universo hominum tam Barbarorum, quam Græcorum generi felicem tot tantorumque malorum liberationem prædicemus, caussasqve nostræ a fictitiis numinibus defectionis justissimas in medium afferamus; cum eorum etiam, qvi arctiore antea superstitione tenebantur, plurimi jam qvasi ex alto diuturnæ crapulæ veterno ad animi sanitatem redeuntes, & in media antiqvæ noctis caligine mentis oculos aperientes, profundam erroris patrii vesaniam agnoverint ipsi qvoqve, suiqve tandem ac rationis compotes, novam aliqvando prisca relicta viam inierint? Et alii quidem velut hostibus obviam strenue prodeuntes, totam istam fabularum colluviem despuere, majores suos effuso quoq; risu cachinnisq; proseqvuti: alii vero impietatis salrē ac spretæ Divinitatis opinionē declinantes, nec eodē prorsus in vestigio consistere, nec ab eo tamen omnino discessere.

A ὁμολογοῦμεν, τῆς μακρᾶς καὶ πεπαλαιωμένης πλάνης, ὥσπερ τινὸς δεινῆς καὶ χαλεπωτάτης νόσου λελυτρωμένοι· καὶ πρῶτα μὲν τῇ τοῦ παντοκράτορος θεοῦ χάριτι καὶ εὐεργεσίᾳ, δεύτερον δὲ, ἀπορρήτῳ δυνάμει τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας· καὶ τρίτον, σώφρονι λογισμῷ κρίναντες ἀνόσιον εἶναι καὶ ἀσεβές, τῇ τοῦ θεοῦ σεβασμίᾳ προσηγορίᾳ τιμᾶν τοὺς πάλαι ἐν νεκροῖς κειμένους θνητοὺς ἄνδρας, καὶ οὐδὲ B σωφρόνων ἀνδρῶν μνήμην ἀπολελοιπότας, ἐσχάτης δ' ἀκρασίας καὶ ἀκολασίας, ὠμότητός τε καὶ φρενοβλαβείας δείγματα τοῖς μετ' αὐτοὺς φυλάττειν παραδεδωκότας. πῶς γὰρ οὐ πάντων ἠλιθιώτατον, τοὺς σωφροσύνης ἐραστὰς τοῖς αἰσχροῖς καὶ ἀκολάστοις τῶν πρωτείων παραχωρεῖν, καὶ τοὺς συνετοὺς καὶ ἔμφρονας τοῖς τὰς φρένας ἀπολωλεκόσι τὴν σεβάσμιον παρέχειν τιμήν· τούς τε δικαιοσύνης καὶ φιλανθρωπίας ἀσκητὰς, τοῖς δι' C ὑπερβολὴν ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας, τεκνοκτονίας καὶ πατροκτονίας μιάσμασιν ἐνεσχημένοις; ποίαν δὲ οὐχ ὑπερηκόντισεν ὑπερβολὴν ἀσεβείας, τὸ καταβάλλειν εἰς ἄρρητα ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν μόρια, καὶ εἰς τὴν ἄλογον, καὶ θηριώδη φύσιν, τὴν σεμνὴν καὶ παναγίαν τοῦ θεοῦ προσρήσιν; τοιαῦτά τε αἰσχρὰ καὶ ἀπάνθρωπα θεολογεῖν, οἷα ἐπὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις κακούργων, εἰ κατελεγχθῇ, ταῖς ἀπὸ τῶν νόμων ἀπαραιτήτοις ὑποπέσοιεν ἂν τιμωρίαις; καὶ τί χρὴ μηκύνειν εὐαγ- D γελιζομένους πάντας, βαρβάρους ὁμοῦ καὶ Ἕλληνας, τὴν ἀπὸ τῶν εἰρημένων κακῶν ἐλευθερίαν, τῆς τε ἀπὸ τῶν ψευδωνύμων θεῶν ἀποστασίας τὸ εὔλογον εἰς φῶς ἀγαγόντας, ὁπότε καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν σφόδρα δεισιδαιμόνων οἱ πλείους, ὥσπερ ἐκ βαθέως κάρου διανήψαντες, καὶ τῆς παλαιᾶς ἀχλύος τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα διοίξαντες, τὸν βαθὺν λῆρον συνεῖδον τῆς πατρικῆς πλάνης· καὶ στάντες ἐπὶ λογισμοῦ, τὴν ἑτέραν ὁδὸν εἵλοντο, τῆς παλαιᾶς ἀναχωρήσαντες; ὧν οἱ μὲν ὁμόσε χωρήσαντες, τῆς ὅλης κατέπτυσαν μυθολογίας τῶν σφετέρων προγόνων πλατὺ καταγελάσαντες· οἱ δ' ἀθεότητος δόξαν ἐκκλίναντες, οὔτε ἐπὶ τὰς προτέρας ἔστησαν, οὔτε ἐξ ἅπαντος αὐτῶν ἀνεχώρησαν. κολα-

κολακεῦσαι δὲ καὶ θεραπεῦσαι τὴν οἰκείαν προθέμενοι δόξαν, τὰς περὶ τῶν πεθρυλλημένων παρ' αὐτοῖς θεῶν ἱστορίας ἀληθεῖς, μύθους εἶναι πεπλασμένους ὑπὸ ποιητῶν ἐπεφήμησαν, φυσικὰς ἐν αὐτοῖς ἀποκρύπτοντες θεωρίας. ὧν εἰ καὶ ὅτι μάλιστα μηδὲν φέρουσιν ἀληθείας δεῖγμα, ὅμως δ' οὖν ἀναγκαία γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἡ ἔκθεσις, εἰς θεωρίαν τῶν καὶ παρὰ τούτοις σεμνῶν· ὡς ἂν καὶ τῆς τούτων ἀναχωρήσεως, οὐκ ἄλλως ἡμῖν προξενηθείσης, ἢ εἰ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τὸ εὔλογον παραστείη. Φέρε οὖν καὶ τούτων τὸν λόγον ἄνωθεν ἀναλαβόντες ἐπισκεψώμεθα.

A Ergo cum sectam isti suam lenire qvodammodo novisque artibus procurare statuissent, veras numinum suorum tamdiu jactatorum historias, figmenta qvædam & commenta Poëtarum ominis causſa meliores esse dixerunt, quibus rationes caussæque rerum naturalium inclusæ latitarent. Qvarum licet nullum omnino veritatis indicium proferre possint, nos tamen pretium operæ facturos arbitramur, si qvæcunqve apud eos honestiorem qvandam præ se ferant speciem, in apertum lucemqve producamus, ut summam hujus præterea, quam ab iis, (non alia sane qvam Evangelica Servatoris nostri doctrina informati adductique,) faciendam B nobis putavimus, discessionis æquitatem oculis omnes tenere possint. Age itaqve, rem totam altius repetentes propius contemplemur.

ε. ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ ΤΩΝ πρόσθεν εἰρημένων.

ΤΗΣ μὲν οὖν Ἑλληνικῆς θεολογίας, λέγω δὴ τῆς πανδήμου καὶ μυθικωτέρας, καὶ πολὺ προτέρας τῆς παρὰ Φοίνιξι καὶ Αἰγυπτίοις, τοῖς τε ἄλλοις, ὧν καὶ τὴν μνήμην οἱ πρὸ τούτου παρέχον λόγοι, ποιός δέ τις ὁ τρόπος ἀποδέδεικται, οἷος διὰ τῶν προεκτεθεισῶν φωνῶν, αὐτῶν δὴ τῶν Ἑλληνικῶν συγγραφέων, προδεδήλωται. ἣν καὶ εἰκότως ἐν ἀρχαῖς τῆς προκειμένης Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς εἰς διάγνωσίν τε καὶ ἐπίκρισιν τοῖς ἐντευξομένοις προτεθείκαμεν, ὡς ἂν αὐτοὶ μάθοιμεν, ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ καὶ οἱ τῇδε εἰσέτι καὶ νῦν ἄπειροι, τίνες ὄντες πάλαι πρότερον, καὶ οἵων ἐκ πατέρων φύντες, πηλίκοις τε τὸ πρὶν κακοῖς πεπεδημένοι, δυσσεβείας τε ὁπόσῃ καὶ ἀγνωσίας θεοῦ μέθῃ τὰς ψυχὰς κατορωρυγμένοι, τῆς τούτων ἁπάντων ἀνανεύσεως καὶ ἐλευθερίας ἠξιώθημεν, διὰ μιᾶς μόνης τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, οὐκ ἄλλως ἡμῖν πρυτανευθείσης, ἢ δι' ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. ὃς οὐ μέρει γῆς, οὐδ' ἐν γωνίᾳ χώρας ἔθνους ἑνὸς, καθ' ὅλης δὲ τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, καθ' ἧς μάλιστα τὰ τῆς δεισιδαίμονος πλάνης ὑπερέχυσεν, οἷά τις νοερῶν καὶ λογικῶν ψυχῶν ἥλιος, τὰς τοῦ οἰκείου φωτὸς ἐφαπλώσας ἀκτῖνας, ὁμοῦ πᾶν γένος ἀνθρώπων βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων, ὡς-

V. BREVIS EORUM, QVÆ SUPERIUS dicta sunt, complexio.

Cap. VII. Trap.

GRÆCORUM igitur vulgatam illam pluribusque contextam fabulis theologiam, qvæqve præterea vel Phœnicum, vel Ægyptiorum, ac cæterorum, qvorum ante mentionem fecimus, propria fuit, C Græca ista longe vetustiorem, ad eum se se modum habuisse constat, qvem productis superius ipsissimis Græcorum Auctorum verbis repræsentavimus. Atque id mihi quidem Evangelicæ Præparationis, qvæ hoc opere instituitur, initio commode posuisse videor, iis qvi in ipsius lectione versabuntur, excutiendum judicioque suo ponderandum, ut cæteri nobiscum omnes, qvos adhuc rerum istarum cognitio latuit, intelligant, quales tandem a multis retro seculis, qvibusqve nati parentibus, quantis implicati malis, D quanta demum impietatis ac divini Numinis ignoratione, tanquam alta qvadam crapula obruti, tollere oculos aliquando, tamque funesta servitute liberari unius Evangelicæ doctrinæ vi beneficioqve potuerimus, qvam profecto non alia ratione sumus, quam JESU Christi Servatoris Deiqve nostri adventu conseqvuti. Hic enim ille est, qvi non parte aliqva terrarum, aut gentis unius angulo regionis includens, sed toto passim orbe, ubi ubi degerent homines, qvaqve potissimum grassabatur erroris superstitiosi dominatus, veluti Sol qvidam intelligentium ac ratione præditorum animorum, luminis sui radios longe lateqve diffundens, universum hominum Barbarorum simul Græcorumque

Christi doctrina quæ tenebras depulerit.

genus, adeoque nos omnes densissima caligine ac teterrima, omnemque lucem excludente mendacis vanæque superstitionis nocte, in veræ erga rerum omnium moderatorem Deum pietatis diem vindicavit. Enimvero, quotquot ubiq; olim ad stuporem usque profanis de Deorum multitudine erroribus tam in urbibus, quam in pagis adhæserunt, eosdem mortuorum idola, hominumque pridem extinctorum simulacra statis omnes honoribus coluisse, clarissimis laudatorum ante scriptorum testimoniis ac vocibus comprobatur: ita plane, ut priscum B illud hominum genus, propter ferinam supra modum eo tempore vivendi rationem, de summo rerum omnium opifice Deo nihil omnino cogitaret, nec divinam ejus in repetendis scelerum pœnis justitiam ullatenus vereretur, sed in omnia flagitiorũ & impietatis genera præcipiti quodam æstu raperetur. Nam, cum nullis adhuc hominũ vita legibus ad virtutẽ informata, nullo mitiore ac politiore cultu temperata, solute ac vage, Nomadum aut belluarum potius ritu ageretur: aliis quidem pecudum instar ratione carentium, præter abdominis saturitatem pen- C si nihil erat, quorum in animos primum impietatis genus altius subire solet: alii vero, inditis a natura notionibus tantillum excitati, Deum quidem ac Dei potestatem salutaris ac boni quidpiam esse cogitabant; sed cum ad ejus cognitionem aspirarent, sublatis & erectis in cœlum animis, vim in eo mentis aciemque defixere, Astrorumque toto cœlo micantium sensusque ferientium pulchritudinem admirati, Deorum iis nomen honoremque tribuere. Alii denique in terram se se animosque devolventes, quos ætate sua communi consensu aut sapientiæ primas tu- D lisse viderent, aut corporis viribus, ac potestatis magnitudine pluribus esse dominatos, Gigantas puta, vel Tyrannos, vel præstigiis etiam fascinationibusque nobiles, qui cum a rebus divinioribus quomodocunque tandem excidissent, maleficas veneficiorum artes conflaverant: quicunque demum communis alicujus beneficii atque ad vitæ humanæ utilitatem pertinentis auctores fuissent, partim vivos adhuc & spirantes, partim jam morte functos pro Diis prædicarunt. Itaque Deorum ipsorum ædes, mortuorum sepulcra esse perhibentur, quemadmodum Clemens in ea, quam ad Græcos scribit, cohortatione commemorat, Græcorum ipsorum testimonia proferens, quem tu, si placet, hunc in modum rursus loquentem audi.

A πρὸς ἐξ ἀχλύος δεινῆς, καὶ ζοφερωτάτης τε καὶ ἀειδοῦς νυκτὸς τῆς δεισιδαίμονος πλάνης, ἐπὶ λαμπρὰν καὶ διαυγεστάτην ἡμέραν τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τοῦ παμβασιλέως θεοῦ, πάντας ἡμᾶς μετεστήσατο. Διαρρήδην γοῦν αἱ προπαρατεθεῖσαι φωναί, νεκρῶν εἴδωλα, καὶ ἀνδρῶν πάλαι κατοιχομένων εἰκόνας, πάντας πανδημεὶ τοὺς ἀμφὶ τὴν πολύθεον πλάνην, κατά τε πόλεις καὶ κώμας ἐπισημάνους, θεοποιεῖν τε καὶ σέβειν B ἐδίδαξαν τὴν πάλαι ἀνθρώπων δι' ὑπερβάλλουσαν τοῦ τότε βίου θηριωδίαν, θεοῦ μὲν τοῦ πάντων δημιουργοῦ μηδένα λόγον ποιουμένων, μηδὲ τῆς θείας καὶ ἐπὶ τῆς πλημμελουμένης τιμωροῦ δίκης ἐμπαζομένων, εἰς πάσας δὲ ἀνοσιουργίας καταβαλλόντων. οὔπω γὰρ εἰσέτι νόμων τότε, καθ' οὓς χρὴ βιοῦν, συνεστώτων, οὐδέ γε τῆς ἡμέρου πολιτείας ἐν ἀνθρώποις κατατεταγμένης, ἀνειμένου δὲ καὶ νομαδικοῦ τοῦ βίου, θηριώδους τε καθεστῶτος· τοῖς μὲν θρεμμάτων ἀλό- C γων δίκην τὴν τῆς γαστρὸς ἀποπληρώσεως πλέον οὐδὲν ἔμελλεν, οἷς καὶ πρῶτος ἀθεότητος ὑποικουρεῖ τρόπος· οἱ δ' εἰς βραχύ τι φυσικαῖς ἐννοίαις ἀνακινούμενοι, θεὸν καὶ θεοῦ δύναμιν σωτήριόν τι καὶ ἀγαθὸν εἶναι χρῆμα διενοήθησαν, αἱρεῖν δὲ τοῦτον ἐθελήσαντες, ἄνω μὲν τὰς ψυχὰς εἰς οὐρανὸν ἔτειναν, αὐτόθι δὲ τῇ διανοίᾳ στάντες, καὶ τὴν κατ' οὐρανὸν φαινόντων τε καὶ φαινομένων φωστήρων καταπλαγέντες τὰ κάλλη, ταῦτ' εἶναι θεοὺς ἀπεφήναντο. τρίτοι δὲ ἄλλοι, σφᾶς αὐτοὺς D ἐπὶ γῆς ῥίψαντες, τοὺς ἐπὶ συνέσει τῶν κατ' αὐτοὺς προφέρειν νενομισμένους, ἢ καὶ ῥώμῃ σώματος καὶ δυναστείας ἰσχύι τῶν πλειόνων ἐπικρατήσαντας, γίγαντάς τινας, ἢ τυράννους, ἢ καὶ γόητας, καὶ φαρμακέας ἄνδρας, ἐκ τινος τῶν θειοτέρων ἀποπτώσεως, τὰς κακοτέχνους γοητείας συνεσκευασμένους· ἢ καὶ τοὺς ἄλλους κοινῆς τέ τινος καὶ βιωφελοῦς εὐεργεσίας προάρξαντας, ζῶντάς τε ἔτι καὶ μετὰ τελευτὴν θεοὺς ἐπεφήμισαν. ἔνθεν αὐτοῖς καὶ οἱ τῶν θεῶν οἶκοι, νεκρῶν εἶναι τάφοι μνημονεύονται, ὡς ὁ Κλήμης ἐν τῷ πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικῷ ἱστορεῖ, τοῦ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς Ἕλληνας ἐπαγόμενος. εἰ δέ σοι φίλον, αὖθις καὶ τούτου τῇδε φράζοντος ἄκουε τὸν τρόπον. pag. 46

A

ε. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΝΕΚΡΩΝ εἶναι τάφους τὰ καλούμενα αὐτῶν ἱερὰ τῶν θεῶν.

ΕΙΚΟΤΩΣ ἄρα ἀρχήν ποθεν ἡ δεισιδαιμονία λαβοῦσα, κακίας ἀνοήτου γέγονε πηγή· ἔπειτα μὴ ἀνακοπεῖσα, ἀλλ᾽ εἰς ἐπίδοσιν ἐλθοῦσα, πολὺ δὴ ῥυεῖσα, δημιουργὸς πολλῶν καθίσταται δαιμόνων, ἑκατόμβας ποιοῦσα, καὶ πανηγύρεις ἐπιτελοῦσα, ἀγάλματα ἀνιστῶσα, καὶ νεὼς ἀνοικοδομοῦσα, ὃ δὴ οὐδὲ γὰρ τοῦτο σιωπήσομαι, πρὸς δὲ καὶ αὐτὸ ἐλέγξω· νεὼς μὲν εὐφήμως ὀνομαζομένους, τάφους δὲ γενομένους, τουτέστι τοὺς τάφους νεὼς ἐπικεκλημένους. ὑμεῖς δὲ ἀλλὰ κἂν νῦν δεισιδαιμονίας ἐκλάθεσθε, τοὺς τάφους τιμᾶν αἰσχυνόμενοι. Ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Λαρίσσῃ, ἐν τῇ ἀκροπόλει τάφος, ἐστὶν Ἀκρισίου. Ἀθήνησι δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλει, Κέκροπος, ὥς φησιν Ἀντίοχος ἐν τῷ ἐνάτῳ τῶν ἱστοριῶν. τί δὲ Ἐριχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; Ἴσμαρος δὲ Εὐμόλπου, καὶ Δαείρας, οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ κεκήδευται τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει; αἱ δὲ Κελεοῦ θυγατέρες ἐν Ἐλευσῖνι τετάφαται; τί σοι καταλέγω τὰς ἐξ ὑπερβορέων γυναῖκας; Ὑπερόχη καὶ Λαοδίκη κεκλῆσθον, ἐν τῷ Ἀρτεμισίῳ ἐν Δήλῳ κεκήδευσθον· τὸ δὲ ἐν τῷ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου ἐστὶν ἱερῷ. Λέανδρος δὲ Κλεόμαχον ἐν Μιλήτῳ τετάφθαι ἐν τῷ Διδυμαίῳ φησίν. ἐνταῦθα τῆς Λευκοφρύνης τὸ μνῆμα οὐκ ἄξιον παρελθεῖν· ἑπομένη Ζήνωνι τῷ Μυνδίῳ, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἐν Μαγνησίᾳ κεκήδευται· οὐδὲ μὴν τὸν ἐν τῷ Τελμισσῷ τοῦ Ἀπόλλωνος βωμόν, μνῆμα εἶναι καὶ τοῦτον Τελμισσέως τοῦ μάντεως ἱστοροῦσι. Πτολεμαῖος δὲ ὁ τοῦ Ἀγησάρχου, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ τὸν Φιλοπάτορα, ἐν Πάφῳ λέγει, ἐν τῷ τῆς Ἀφροδίτης ἱερῷ, Κινύραν τε καὶ τοὺς Κινύρου ἀπογόνους κεκηδεῦσθαι. ἀλ-

VI. SEPULCRA MORTUORUM esse, quæ Deorum templa nominantur.

MIRUM, inquit, profecto videri non debet, si nefandæ superstitionis error, posteaquam aliquod semel initium accepisset, flagitiosæ vesaniæ fons extiterit. Enim vero cum intercisus ille postea non fuisset, B sed potius novis in dies incrementis auctus, magna vi tandem ac vehementi cursu ferri cœpit. Mox itaque multiplicium dæmonum architectus efficitur, hecatombas sacrificat, solennes conventus instituit, erigit simulacra, templa ædificat; sed quæ, (nec enim id quoque dissimulabo, sed potius manifeste coarguam) honesto quidem templorum nomine celebrantur, cæterum aliud nihil fuere quam sepulcra, quibus deinceps hanc templorum appellationem indidere. Vos ergo, nunc saltem impiam superstitionem dediscite, vel hac tumulorum cultus indignitate C revocati. Larissæ, in Minervæ templo, quod summa in arce visitur, Acrisii sepulchrum est; Athenis autem in ipsa pariter Acropoli, Cecropis, ut Antiochus historiarum nono scriptum reliquit. Quid porro Erichthonius? nonne in Poliadis templo sepultus est? Nonne Ismarus Eumolpi Dairæque filius, in Eleusinii septis, quod sub Arcem constructum est? nonne Celei filiæ, Eleusine sepulturæ mandatæ sunt? Nam quid Hyperboreas tibi mulieres commemorem? Duæ sane, quarum altera Hyperoche Laodice altera vocabatur, in Dianæ sacello, quod in insula Delo Apollinis Delii templo continetur, sepultæ sunt. D Leander autem Cleomachum Mileti, in Apollinis Didymæi templo conditum esse testatur. Neque vero æquum fuerit hoc loco præterire, aut Leucophrynes illius monimentum, quæ, si Zenonem Myndium sequamur, Magnesiæ in Dianæ templo sepulta est; aut Telmissi erectam Apollinis aram, quod Telmissis cujusdam vatis monumentum esse historiæ prodiderunt. Quinetiam Ptolemæus Agesarchi filius, volumine ex iis primo, quæ de Philopatre scripsit, auctor est, in insula Papho Cinyram ac Cinyræ posteros, in Veneris templo conditos fuisse,

Cap. VIII.

Diversi Deorum sepulchra dein quæ templa.

At enim tempus me deficiat, si tumulos omnes, quibus divinos honores tribuitis, recensere velim: vos autem, ni scelerum istorum pudor vos aliquis ceperit, ite porro, vereque mortui, cum vestram in hominibus mortuis fiduciam collocetis, passim huc illucque vagamini. O miseri! quid tantum mali sustinere juvat? Hæc ille: paucisque interjectis. Novum item alium, inquit, Romanus Imperator in Ægypto, atque adeo in ipsa pene Græcia, ad Numinũ turbam cum eximia religione Deum aggregavit Antinoum, qui pulcherrimos inter numerandus erat, delicias amoresque suos, quem ipse, quomodo Ganymedem antea Jupiter, consecravit. Nec enim cupiditas ea modum facile tenere potest, quæ nullo metu cohibetur. Itaque sacræ Antinoi noctes ab hominibus hodie cultu divino celebrantur, quarum turpitudinis sibi amator ipse conscius erat, qui eas cum puero vigilarat. Tum subdit. Nunc vero catamiti hujus sepulcrum, Antinoi templum & oppidum est. Enim vero, simili, opinor, templa sepulcraque admiratione prosequuntur: Pyramides quippe, Mausolea, Labyrinthi, alia quædam sunt templa mortuorum, quemadmodum illa, Deorum sepulcra. Idemque paulo post. Age vero, inquit, certamina quoque vestra paucis obeamus, ac sepulcrales istos conventus, Isthmica Nemea, Pythia, Olympia deniq; dissipemus. Pythone quidem, Pythium Draconem venerantur, serpentisque conventum nomine Pythiorum indicunt. Apud Isthmum autem, mare eiectitiũ ac miserabile cadaver expuit, jamque Melicertem Isthmia lamentantur. Nemeæ similiter, cum alium pusionem Archemorum condidissent, hujus sepulcrale certamen Nemea nuncuparunt. Pisa quoque apud vos, o Græcorum genus universum, Aurigæ Phrygii tumulus est: atque Olympia, hoc est Pelopis inferias, Phidiacus sibi Jupiter vindicat. Hactenus Clemens. Tu vero

Age et quatuor funebres agones.

Cap. IX. Trap.

superiorem nostram de superstitioso errore disputationem ab initio repetens, totam hanc miserorum prolapsionem uno aspectu intuere. Ac primum quidem eximium illud esse ac salutare in primis, quod Dei nomen essentiamque significat, ipsius naturæ ductu, impressisque animo per se se notionibus, vel divinitus potius inspiratis, nemo non intelligit: hoc enim omnes populi communi quodam rationis sensu præcepere, cum id omni animo ratione & intelligentia prædito, idem hujus universitatis Artifex naturalibus quibusdam cogitationibus inseverit. At vero, nequaquam ad ejusmodi religionis institutum adhæsere, quod rationis lumen ostendebat.

A Ἀλλὰ γὰρ ἐπιόντι μοι τοὺς προσκυνουμένους ὑμῖν τάφους, ἐμοὶ μὲν οὐδὲ ὁ πᾶς ἂν ἐξαρκέσαι χρόνος· ὑμᾶς δὲ εἰ μὴ ὑπεισέρχεταί τις αἰσχύνη τῶν τολμημάτων, νεκροὶ ἄρα τελέως νεκροῖς πεπιστευκότες περιέρχεσθε· ὦ δειλοί, τί κακὸν τόδε πάσχετε; καὶ μετ' ὀλίγα φησί. Καινὸν δὲ ἄλλον ἐν Αἰγύπτῳ, ὀλίγου δεῖν καὶ παρ' Ἕλλησι, σεβασμίως τεθείακε θεὸν ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὸν ἐρώμενον ὡραιότατον σφόδρα γενόμενον
B Ἀντίνοον· ἀνιέρωσεν οὗτος, ὡς Γανυμήδην ὁ Ζεύς. οὐ γὰρ κωλύεται ῥᾳδίως ἐπιθυμία, φόβον οὐκ ἔχουσα, καὶ νύκτας ἱερὰς τὰς Ἀντινόου προσκυνοῦσιν ἄνθρωποι νῦν, ἃς αἰσχρὰς ἠπίστατο ὁ συναγρυπνήσας ἐραστής. ἐπάγει. Ἤδη δὲ ὁ τάφος τοῦ ἐρωμένου, νεώς ἐστιν Ἀντινόου, καὶ πόλις. καθάπερ γάρ, οἶμαι, οἱ ναοί, οὕτω καὶ οἱ τάφοι θαυμάζονται, Πυραμίδες, καὶ Μαυσωλα, καὶ Λαβύρινθοι ἄλλοι ναοὶ τῶν νεκρῶν, ὡς ἐκεῖνοι τάφοι τῶν θεῶν. καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα. Ἴθι δή, καὶ τοὺς ἀγῶνας ἐν βραχεῖ περιοδεύσωμεν, καὶ τὰς ἐπιτυμβίους ταυτασὶ
C πανηγύρεις καταλύσωμεν, Ἴσθμιά τε, καὶ Νέμεα, καὶ Πύθια, καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις Ὀλύμπια. Πυθοῖ μὲν οὖν ὁ δράκων ὁ Πύθιος θρησκεύεται, καὶ τοῦ ὄφεως ἡ πανήγυρις καταγγέλλεται Πύθια. Ἰσθμοῖ δέ, σκύβαλον προσέπτυσεν ἐλεεινὸν ἡ θάλασσα, καὶ Μελικέρτην ὀδύρεται τὰ Ἴσθμια· Νεμέασι δὲ ἄλλο παιδίον Ἀρχέμορος κεκήδευται, καὶ τοῦ παιδίου ὁ ἐπιτάφιος προσαγορεύεται Νέμεα. Πίσα δ' ἐστὶν ἐν ὑμῖν τάφος,
D ὦ Πανέλληνες, Ἡνιόχου Φρυγός, καὶ τοῦ Πέλοπος τὰς χοάς,, τὰ Ὀλύμπια σφετερίζεται ὁ Φειδίου Ζεύς. ταῦτα μὲν οὗτος.

Σὺ δὲ τὸν λόγον ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβὼν τῆς δεισιδαίμονος πλάνης, ἐπίσκεψαι τὴν διάπτωσιν. Φύσει μὲν οὖν καὶ αὐτοδιδάκτοις ἐννοίαις, μᾶλλον δὲ θεοδιδάκτοις, καλόν τι καὶ ὠφέλιμον τυγχάνειν, τὸ σημαῖνον τὴν τοῦ θεοῦ προσηγορίαν τε καὶ οὐσίαν. πάντες γὰρ ἄνθρωποι κοινοῖς λογισμοῖς προειλήφεσαν, τοῦ τῶν ὅλων Δημιουργοῦ, τοῦτο πάσῃ λογικῇ καὶ νοερᾷ ψυχῇ, φυσικαῖς ἐννοίαις ὑποσπείραντος. οὐ μὴν καὶ τῇ προαιρέσει τῇ κατὰ λόγον ἐκέχρηντο. P.4.1

εἰς

εἷς μὲν γάρ που τάχα τις καὶ δεύτερος, ἢ καί τινες ἄλλοι κομιδῇ βραχεῖς, ὧν τὴν μνήμην τὰ Ἑβραίων περιέχει λόγια, εἰς οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ἐφαρμόσαντες τὴν περὶ θεοῦ ἔννοιαν, ἀδιαστρόφοις δὲ τοῖς λογισμοῖς ἐπὶ τὸν τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργόν, καὶ τὸν μέγαν τῶν ὅλων ποιητήν, ἐκ τῶν ὁρωμένων ἀναγαγόντες, διανοίας ὄμμασι κεκαθαρμένοις μόνον αὐτὸν εἶναι θεόν, τὸν πάντων σωτῆρα, καὶ μόνον ἀγαθῶν δοτῆρα συνενόησαν. οἱ δὲ λοιποὶ παντοίᾳ ψυχῆς ἀμαυρώσει περιτραπέντες, κατὰ βυθὸν ἀσεβείας ἠνέχθησαν, ὥστε θηρῶν ἀγρίων τρόπον, τὸ καλὸν καὶ συμφέρον καὶ ἀγαθὸν μέχρις ὀμμάτων καὶ σαρκὸς ἡδονῆς στῆσαι. ταύτῃ δὲ κατὰ τὰ προειρημένα, τοὺς τῶν νενομισμένων τοῦ σώματος καλῶν καὶ χρησίμων εὑρετάς, ἢ καὶ δυνάστας τινὰς καὶ τυράννους, ἢ καὶ γόητας καὶ φαρμακέας ἄνδρας, τὴν φύσιν θνητοὺς καὶ ἀνθρωπίναις κεχρημένους συμφοραῖς, ὡς ἀγαθῶν χορηγούς, σωτῆρας καὶ θεοὺς ἀναγορεύειν, τὴν σεβάσμιον ἔννοιαν φυσικῶς αὐτοῖς ἐνυπάρχουσαν, ἐφ' οὓς ἐνόμιζον εὐεργέτας μετατεθεικότες. τοσαύτη δ' ἄρα συνεῖχεν αὐτοὺς φρενῶν ἀποπληξία, ὡς μηδὲν τῶν πλημμελουμένων τοῖς θεολογουμένοις ὑπολογίζεσθαι, μηδ' ἐρυθριᾶν ἐπὶ τοῖς αἰσχρῶς περὶ αὐτῶν φημιζομένοις, τὰ πάντα δὲ τοὺς ἄνδρας διὰ τὰς παρ' αὐτῶν παρεχομένας ὠφελείας, ἢ καὶ διὰ τὰς τότε πρῶτον συνισταμένας δυναστείας τε καὶ τυραννίδας ἀποθαυμάζειν. νόμων γοῦν, ὥσπερ ἔφην, ἤδη πρότερον μηδέπω τότε ἐν ἀνθρώποις πολιτευομένων, μηδ' ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἁμαρτίας ἀπηγορευμένης, μοιχείας καὶ ἀρρένων φθοράς, ἐκθέσμους τε καὶ παρανόμους γάμους, μιαιφονίας τε καὶ πατροκτονίας, τέκνων τε καὶ ἀδελφῶν σφαγάς, καὶ μὴν καὶ πολέμους καὶ στάσεις πεπραγμένας ὄντως τοῖς οἰκείοις προστάταις, οὓς θεοὺς ἡγοῦντό τε καὶ ἀπεκάλουν, ὥσπερ ἐν μέρει κατορθωμάτων καὶ ἀνδραγαθίας ἀπεμνημόνευον, τὴν τούτων μνήμην ὡς σεμνῶν καὶ ἀνδρείων τοῖς ὀψιγόνοις ἀπολιπόντες. τοιαῦτα μὲν τὰ τῆς παλαιᾶς θεολογίας, ἣν μεταβαλόντες νέοι τινὲς χθὲς καὶ πρώην ἐπιφυέντες

A Nam unus fortassis alterve duntaxat, aut si qui alii, sane paucissimi, quos Hebræorum literæ celebrarunt, quum ad nullam rerum earum, quæ oculis usurpantur, haustam animis de divino Numine notionem affixissent, sed eam ad magnum illum ac præpotentem orbis hujus universi Molitorem, ab eorum quæ sub aspectum cadunt omnium turba, constanti ac certa mentis inductione sustulissent, eundem unum esse Deum, simulque omnium servatorem, ac solum bonorum auctorem purioribus intelligentiæ oculis perviderunt. Cæteri autem multiplici
B variaq; animorum in caligine volutati, in impietatis barathrum ita corruerunt, ut brutarum animantium ritu, honesti, utilis, boniq; rationem una oculorum & corporis voluptate metirentur. Itaq; si qvi vel eorum aliqvid invenirent, qvæ fovendo curandoq; corpori utilia putarentur, vel imperium aut tyrannidem occuparent, vel præstigiis veneficiisq; præstarent; eos, ut superius commemoravi, licet alioqvi morti ac reliqvis humanæ naturæ casibus obnoxios, tanqvam eos, a qvibus cum reliqva bona, tum ipsam qvoq;
C salutem haberent, adeoq; tanqvam Deos celebrarunt, ac venerandam illam augustamq; notionem, qvam a natura hauserant atq; expresserant, in eos, qvos ejusmodi beneficiorum auctores esse censebant, contulerunt. Eos præterea tantus animorum stupor invasit, ut omnia consecratorum abs sese Numinum scelera facile paterentur, nec ad qvidqvam eorum, qvæ de ipsis fœdissime jactabantur, erubescerent; sed potius qvicqvid ad eos pertineret, sive propter ipsorum in hominum genus merita, sive propter im-
D peria vel tyrannides eo primum tempore constitutas, singulari cum approbatione suspicerent. Cum igitur necdum (ut ante dixi) legibus ullis hominum vita regeretur, pœnaq; flagitiis nulla immineret; adulteria, mariumq; concubitus, nefandas item flagitiosasq; nuptias, cędes, parricidia, liberorum, fratrumq; jugulationes, bella deniq; & animorum intestina dissidia, qvibus eorũ Principes, qvos illi Deos opinabantur & vocabant, se ipsos vere obstrinxerant, sic tanqvã rerum ab iis præclare gestarum, eximiæq; virtutis monimenta celebrabant, eorumq;, qvasi egregiorum qvorundam facinorum ac præcipua cum fortitudinis laude conjunctorum, memoriã ad posteros ipsi suos propagabant. Atq; huj⁹ modi fuit priscorum hominũ Theologia, qvã nuperi qvidã ac nudiusterti⁹ exclusi sic imutarũt, ut subtiliorẽ nescio qvam philosophandi rationẽ jactantes,

Numina beneficiorum magnitudine consecrata.

rerum scilicet naturæ propiorem de deorum historia opinionem inveherent, & honestiorem aliqvam novorum commentorum speciem fabulis attexerent: hoc nimirum sequuti, ut nec omnino a scelerata majorum suorum impietate discederent, nec omnino tamen ex illorum religionibus existentem consecratorum Numinum improbitatem paterentur. Hi ergo, cum semel patrium errorem qvoqvo modo procurare statuissent, ad naturalium causarum atq; rationum explicationem fabulas traduxere. Ac primam, qvibus alendi corporis augendiq; vis inesset, ea fabulis significari novo & insolenti fastu jactabant, perinde ac si qvid arcanum magis magisq; reconditum attulissent: mox vero progressi ulterius, mundi etiam elementa Deorum in numero ita collocarunt, ut ne in Sole qvidem ac Luna cæteraq; Astrorum multitudine sisterēt, sed ipsam qvoqve Terram, cum Aqva, Aëre, Igne, adeoq; cum iis, qvæ horum ex temperatione ac permistione conflantur, adjungerent. Qvinetiam tempestivos terræ fructus, aliaq; tum siccioris, tum humidioris alimenti germina: qvæ, qvod ipsa qvoq; nostrorum corporum vitam conservarent, Cereris, Proserpinæ, Bacchi, ac cæteris ejusmodi nominibus consecrarunt, coactum nescio qvem minimeq; verum fabulis vultum & colorem affingentes. Verum, licet isti serius, qvod eos majorum suorum theologiæ suppuderet, honestiorem qvendam, prout suum cuiq; cerebrum cuderet, ac veteres illas Deorum fabulas explicatum adjungerent, nemo tamen ritus patrios mutare ausus est, sed omnes potius cum priscorum instituta, tum usitatam illam qvæq; secum a pueris adoleverat sacrorum religionisq; rationem præcipuo studio retinendam sibi colendamq; putaverūt. At qvi eosdem ætate præcesserant, brutorum animalium consecrationem eqvali plane cum hominum ipsorum apotheosi dignitatis jure esse voluerunt, partim ea, qvam ex ipsis capiebant, utilitate, partim cæterarum causarum, qvas ante protulimus, conjunctione permoti. Itaq;, pares omnino pecudibus ratione carentibus superstitiosæ venerationis honores sacris legibus ita statuere, ut libationibus, sacrificiis, & arcanis initiandi ritibus, hymnis deniq; & carminibus, perinde atqve hominum ipsorum, qvibus divinitatem dederunt, earum cultui majestatem cōciliarent. Tandem eo flagitiorum devenere, ut impotenti fœdissimæ libidinis æstu concitati, partes etiam corporis turpitudinem ac venerem cientes, dirasq; ac protervas hominum cupiditates divinis plane honoribus proseqverentur, cum in ejusmodi rebus nullum qvæsito affectatoqve verborum pudori esse locum oportere præclari Theologi decrevissent. Maneat igitur veteres, ut nihil præter nudam rerum historiam noverant, sic ad ipsas tantum fabulas semper adhæsisse, multis hactenus testimoniis esse comprobatum.

Res inanima pro Diis habita.

λογικώτερόν τε φιλοσοφεῖν αὐχοῦντες, τὴν δὴ φυσικωτέραν τῆς περὶ θεῶν ἱστορίας δόξαν εἰσηγήσαντο, σεμνοτέρας εὑρεσιολογίας τοῖς μύθοις προσεπινοήσαντες, καὶ μήτε πάντῃ τῆς προπατόρων τὸ πλημμελὲς τῆς δυσσεβείας ἐκφυγόντες, μήτ' αὖ πάλιν τὴν αὐτόθεν προφαινομένην τῆς θεολογουμένων μοχθηρίαν ὑπομείναντες. Θεραπεῦσαι δ' οὖν ὅμως οἵδε τὸ πατρικὸν ἁμάρτημα προθυμηθέντες, ἐπὶ φυσικὰς διηγήσεις καὶ θεωρίας τοὺς μύθους μετεσκευάσαντο, τὰ θρεπτικὰ καὶ αὐξητικὰ τῆς τῶν σωμάτων φύσεως ταῦτ' εἶναι τὰ διὰ τῶν μύθων δηλούμενα, ὡς δὴ μυστικώτερον κομπάσαντες. ἔνθεν ἀνιόντες καὶ οἵδε τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου θεοὺς ἐπεφήμισαν. οὐκ αὐτὸ μόνον, Ἥλιον καὶ Σελήνην καὶ ἄστρα, προσέτι δὲ Γῆν καὶ Ὕδωρ, Ἀέρα τε καὶ Πῦρ, τά τε ἐκ τούτων συγκρίματά τε καὶ ἀποτελέσματα· ναὶ μὴν καὶ τοὺς ὡραίους ἀπὸ γῆς καρποὺς, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ξηρᾶς καὶ ὑγρᾶς τροφῆς βλαστήματα· ἃ καὶ αὐτὰ ὡς ἂν τῆς τῶν σωμάτων ζωῆς αἴτια, Δήμητραν καὶ Κόρην καὶ Διόνυσον, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἐμφερῆ προσειπόντες τεθειάκασι, βεβιασμένον καὶ οὐκ ἀληθῆ τῶν μύθων τὸν καλλωπισμὸν εἰσηγησάμενοι. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ὀψέ ποτε ὡς ἂν ἐπαισχυνόμενοι τὰς τῶν προγόνων θεολογίας, ὁπόθεν ἂν ἕκαστος ἐφεῦρε σεμνολογίας τοῖς περὶ θεῶν μύθοις προσεπενόησαν, κινεῖν τὰ πάτρια τολμήσαντες οὐδενὸς, περὶ πολλοῦ δὲ τὴν ἀρχαιότητα εἶναι, καὶ τὴν συνήθη καὶ σύντροφον ἐκ παίδων ἀγωγὴν τιμώμενοι. Οἵ γε μὴν τούτων πρεσβύτεροι, ἐν ἴσῳ τῇ τῶν ἀνδρῶν θεοποιΐᾳ, καὶ τὰς τῶν ἀλόγων ζώων ἐκθεώσεις διετάξαντο, διά τε τὸ καὶ ἐξ αὐτῶν χρήσιμον καὶ τὰς πρόσθεν ἀποδοθείσας αἰτίας· καὶ τοῖς ἀλόγοις θηρίοις τὰς ἴσας ἀφιέρωσαν θρησκείας, σπονδαῖς καὶ θυσίαις, καὶ μυστικαῖς τελεταῖς, ὕμνοις τε καὶ ᾠδαῖς, ὁμοίως τοῖς τεθεοποιημένοις ἀνδράσι, καὶ τὰς τούτων τιμὰς ἐπάραντες· εἰς τοσοῦτον δ' ἄρα κακῶν ἤλαυνον, ὡς δι' ὑπερβολὴν ἡδυπαθείας ἀκρατοῦς, τὰ ὁλκὰ πρὸς αἰσχρουργίαν μέρη τοῦ σώματος, τά τε ἀκόλαστα ἐν ἀνθρώποις πάθη, ταῖς ἰσοθέοις ἐκθειάσαι τιμαῖς, μηδὲν τὸ παράπαν ἐν τούτοις χρῆναι σεμνολογεῖν τῶν δὴ θεολόγων αὐτῶν ἀποφηναμένων. τηρητέον γοῦν ὡς τὰ μάλιστα οἱ παλαιότεροι οὐδέν τι πλέον τῆς ἱστορίας εἰδότες, μόνοις δὲ τοῖς μύθοις προσανέχοντες Pag. 47

ἐμαρτυρήθησαν. ἀλλ' ἐπείπερ ἅπαξ ὡρμήθημεν, καὶ τὰ σεμνὰ καὶ ἀπόρρητα τῶν γενναίων φιλοσόφων κατασκοπῆσαι, φέρε, καὶ ταῦτα ἐπιθεωρήσωμεν, ὡς ἂν μὴ δοκοῖμεν ἀγνοεῖν καὶ τὰς θαυμαστὰς αὐτῶν φιλοσοφίας. πρὶν δὲ τὴν τούτων ἔκθεσιν ποιήσασθαι, ἐμοὶ δοκεῖ προεπισημαίνεσθαι καὶ τὴν αὐτὴν τῶν θαυμαστῶν φιλοσόφων, κἀν τούτοις, πρὸς ἑαυτοὺς ἐναντιολογίαν. οἱ μὲν γὰρ τὴν ἄλλως διηγοῦνται, καὶ κατὰ τὸ παραστὰν ἕκαστος ἰδίως ἀποφαίνονται· οὐδὲ γὰρ ἀλλήλοις σύμφωνα φυσιολογοῦσιν. οἱ δὲ ἀγνωμονέστεροι τὸ σύμπαν ἀναιροῦσιν, καὶ τῆς οἰκείας πολιτείας οὐ μόνον τὰς ἀπρεπεῖς περὶ θεῶν διηγήσεις, ἀλλὰ καὶ τὰς τούτων ἑρμηνείας ἀπελαύνουσιν· ἔστι δ' ὅτε φόβῳ τῆς ἀπὸ τῶν νόμων τιμωρίας τοὺς μύθους ὑποκορίζονται. Ἄκουε δ' οὖν αὐτῶν Ἑλλήνων δι' ἑνὸς τοῦ πάντων ἀρίστου, τοτὲ μὲν ἐξωθοῦντος, τοτὲ δ' οὖν πάλιν εἰσποιουμένου τοὺς μύθους. ὁ δ' οὖν θαυμάσιος αὐτῶν Πλάτων, ὅτε μὲν τὴν οἰκείαν ἀπογυμνοῖ προαίρεσιν, τολμηρότερον ἀπαγορεύει καθόλου περὶ θεῶν τοιαῦτα φρονεῖν τε καὶ λέγειν, οἷα τοῖς παλαιοῖς εἴρηται· εἴ τε περιέχοιέν τι λεληθὸς ἐν ὑπονοίαις δηλούμενον, εἴτε ἐκτὸς πάσης ὑπονοίας λέγοιτο, ὅτε δὲ τοὺς νόμους ὑποκορίζεται, καὶ δεῖν φησι τοῖς περὶ θεῶν μύθοις πιστεύειν, ὡς μηδὲν ἔχουσιν ἐν ὑπονοίαις ἐξ αὐτῶν δηλούμενον. ἤδη δέ ποτε τὴν παλαιῶν μύθων τὴν οἰκείαν θεολογίαν ἀφορίσας, περί τε Οὐρανοῦ, καὶ Ἡλίου, καὶ Σελήνης, καὶ ἄστρων, καὶ ἔτι περὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ τῶν τούτου μερῶν κεχωρισμένως φυσιολογήσας, ἰδίως πάλιν καὶ ἀφωρισμένως περὶ τῶν πάλαι γενεαλογηθέντων θεῶν, ὧδέ πως αὐταῖς ῥήμασιν ἐν τῷ Τιμαίῳ διέξεισιν.

A Sed quoniam speciosa quoq; ac recondita egregiorum Philosophorum dogmata jam semel explorare cœpimus, age, propius etiam illa contemplemur, ne saltem eximias eorum philosophandi rationes ignorare videamur. Prius tamen, qvam eas in medium afferimus, juverit, opinor, qvam graviter magni isti Philosophi non modo cum aliis hoc in genere, sed etiam secum ipsi pugnent, observare. Nam cum hac in Physiologia nulla sit inter eos sententiarum opinionumque conjunctio, alii temere ac prout sua cui-
B qve mens suggesserit, rem totam definiunt; alii melioris utiqve fidei, simul universa tollunt, nec ea solum omnia, quæ de Diis tanta cum indignitate jactantur, sed eorum qvoqve explicationes Reipublicæ suæ finibus ejiciunt; tametsi pœnarum legibus constitutarum metu fabulis interdum ipsis lenocinentur. Græcos ergo Philosophos audi, unius tamen ore omnium præstantissimi, easdemq; fabulas modo procul amandantis, modo contra studiose retinentis. Plato ille est, qvem tantopere suspiciunt, qui si qvando suam ipse mentem ac sensum aperiat,
C tum vero majori cum libertate prorsus interdicit, qvo minus ea, qvæ a veteribus decãtata olim fuerant, de Diis in posterum sentiantur; sive reconditioris aliqvid iis inclusum lateat, qvod verborum ac sententiarum allegoriis indicetur, sive eadem extra omnem allegoriam, figuramq; dicantur. Ubi autem ad leges sese orationemque suam homo meticulosus accommodat, simul jactatis de natura Deorum fabulis habendam esse fidem pronunciat, qvippe qvæ nihil per sese aliud figurarum integumentis signifi-
D catum repræsentent. Idem præterea posteaqvam suam ipse theologiam ab antiqvarum fabularum societate commercioq; se junxit, deque Cælo, Sole, Luna, sideribus, imo de tota hac Universitate, ac singulis ejus partibus seorsim Physiologi more disputavit, suam iterum de Diis, qvorum genealogiam veteres illi texuerant, opinionem his verbis plane explicateq; conceptam in Timæo prosequitur.

ζ. ΟΠΩΣ Ο ΠΛΑΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ παλαιῶν θεολογίας ἐδόξαζεν.

» ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν, » καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' » ἡμᾶς· πιστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν.

VII. QVID DE VETERUM THEOlogia Plato senserit.

JAM vero de cæteris, inqvit, Dæmonibus „ disserere, aut eorum nosse procreatio- „ nem, non est facultatis viriumque nostra- „ rum. Itaq; fidem iis, qui naturam illorum „ jam olim explicarunt, habere nos oportet, „

quippe qui Deorum nepotes cum fuerint, ut ipsi confirmant, suos quoq; Majores optime noverint. Et sane fieri nullo modo potest, ut Deorum liberis fides negetur, in iis etiam, quæ sine ulla verisimilium aut necessariarum probationum vi atq; auctoritate dicunt; sed iis potius tanqvam domestica referentibus, qvemadmodum lex ipsa jubet, omnino credendum est. Maneat igitur, eoq; plane modo comemoretur a nobis Deorum istorum generatio, qvo illam ab iisdem accepimus. Ex Terra qvidem ac Cælo Oceanus Tethysq; nati sunt; ex his vero Phorcys, Saturnus, Rhea, ac cæteri, qvi ad tres illos aggregari solent. Jam Saturnus ex Rhea Jovem Junonemq; suscepit, cũ reliqvis omnibus, qvos amborum fratres vulgo recenseri novimus; itaq; deinceps reliqvi eorum posteri numerantur. Hæc sunt, qvibus Plato ex placitis decretisq; legum fidem habere jubet, tametsi ea nullis aut necessariorum aut probabilium argumentorum momentis niti fateatur. In qvo notandum illud in primis, qvod nihil omnino recondiri in ista egregiorum Numinum vel appellatione, vel generis serie contineri, qvod Physiologiæ rationibus explicetur, diserte pronunciat. Idem vero alibi suam ipse mentem ingenue candideqve aperiens, ita loqvitur. Tum ego, In primis, inqvam, maximum illud ac de maximis rebus mendacium qvi protulit Hesiodus, non satis prudenter mentitus est, sive dum ea, qvæ cominiscitur, facinora Cælo tribuit, sive dum qvas Saturnus de illo pœnas expetiverit, comemorat. Nam qvæ Saturnus idẽ vel perpetrasse dicitur, vel a filio pertulisse, ea ne si vera qvidem essent, tam in apud homines nullius consilii eosq; adolescentes, ut facile adeo temereq; jactarentur, non probarem, sed potius, aut ut omnino silerentur, maxime vellem; aut si qvando illa proferri necesse esset, saltem ut secreto atq; a paucis audirentur, qvi non jam porcum, sed eximiam aliqvam raramq; victimam sacrificarent, ut hoc pacto non nisi paucissimos ejusmodi sermonibus interesse contingeret. Sane, inqvit ille, graves enim ac perniciosæ fabulæ istæ sunt. Imo, nec ulla tenus (inqvam, o Adimante) nostra in Republica audiendæ. Nec enim ferendum, ut juvene aliqvo præsente dicatur, vel qvi teterrimis qvibusq; sceleribus seipsum obstringat, vel qvi acceptas a Patre injurias modis omnibus ulciscatur, eum nihil admodum insolentis ac novi perpetrare, cum ea tantum faciat, qvæ a Principibus maximisq; Deorum facta esse constet. Tum ille, Eqvidem ista qvoqve prorsus indigna censeo, qvæ hominum auribus occinantur.

Ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν ὡς ἔφασαν, σαφῶς δὲ πούς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καί περ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν, ἀλλ᾽ ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. οὕτως οὖν κατ᾽ ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν θεῶν ἐχέτω καὶ λεγέσθω, Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην· τούτων δὲ, Φόρκυς, Κρόνος τε καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων. ἐκ δὲ Κρόνου τε καὶ Ῥέας, Ζεὺς, Ἥρα, καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τούτων ἐκγόνους ἄλλους. Ταῦτά φησιν ὁ Πλάτων ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέα εἶναι, καί περ ἄνευ εἰκότων, καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων εἰρῆσθαι αὐτὰ ὁμολογήσας. προσεκτέον δὲ, ὡς οὐδὲν ἔχειν ἀπόρρητον τὰς τῶν θεῶν δὴ προσηγορίας τε καὶ γενεαλογίας ἐν φυσιολογίαις δηλουμένων ἐμφαίνει. αὖθις δ᾽ ἐν ἑτέροις ὁ αὐτὸς τὴν οἰκείαν ἀπογυμνῶν προαίρεσιν, πάλιν τούτοις κέχρηται τοῖς ῥήμασι. Πρῶτον μὲν, ἦν δ᾽ ἐγὼ, τὸ μέγιστον καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπὼν, οὐ καλῶς ἐψεύσατο ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο, ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος, ὅ τε αὖ Κρόνος, ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. τὰ δὲ δὴ τοῦ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος, οὐδ᾽ ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως λέγεσθαι οὕτω πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους· ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι· εἰ δ᾽ ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι᾽ ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους οὐ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἀπόρρητον θῦμα, ὅπως ἂν ἐλαχίστοις συνέβη ἀκοῦσαι. Καὶ γὰρ, ἦ δ᾽ ὅς, οὗτοι οἱ λόγοι δὴ χαλεποί. Καὶ οὐ λεκτέοι γε, ὦ Ἀδείμαντε, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει. οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι, ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα γε οὐδ᾽ ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδ᾽ αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ· ἀλλὰ δρῴη ἂν, ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι. Οὐδὲ αὐτῷ μοι δοκεῖ ἐπιτήδεια εἶναι λέγειν.

A οὐδέ γε, ἦν δ' ἐγώ, τὸ παράπαν, ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσι, καὶ ἐπιβουλεύουσι, καὶ μάχονται. οὔτε γὰρ ἀληθῆ, εἴ γε δεῖ ἡμῖν τοὺς μέλλοντας τὴν πόλιν φυλάξειν, αἴσχιστον νομίζειν τὸ ῥᾳδίως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι· πολλοῦ δεῖ Γιγαντομαχίας μυθολογητέον αὐτοῖς, καὶ ποικίλας ἔχθρας καὶ παντοδαπὰς Θεῶν τε καὶ Ἡρώων πρὸς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους αὐτῶν. ἀλλ' εἴ πως μέλλοιμεν πείσειν ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο, οὐδ' ἔστι τοῦτο ὅσιον, τοιαῦτα μᾶλλον
B λεκτέα πρὸς τὰ παιδία εὐθύς, καὶ γέρουσι καὶ γραυσὶ καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις, καὶ τοὺς ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν. Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ Διός, καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρὸς μέλλοντος τῇ μητρὶ τυπτομένῃ ἀμυνεῖν, καὶ θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτ' ἄνευ ὑπονοιῶν. Σαφῶς δὴ διὰ τούτων ὁ Φιλόσοφος καὶ τοὺς τῶν παλαιῶν μύθους
C τοὺς περὶ θεῶν, καὶ τὰς τῶν μύθων ἐν ὑπονοίαις εἰρῆσθαι νομιζομένας Φυσιολογίας παραιτητέας εἶναι διδάσκει· ὡς μηκέτ' ἀλόγως ἡμῖν καὶ τὴν ἐκ τούτων ἀναχώρησιν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελίζεσθαι διδασκαλίαν, ὁπότε καὶ πρὸς τῶν οἰκείων ἀποβέβληται. Ὅθεν ἔπεισί μοι καὶ τοὺς παλαιοὺς τῶν Ῥωμαίων θαυμάζειν, τίνα τρόπον ἁπάσας τὰς Ἑλληνικὰς περὶ θεῶν Φυσιολογίας ἀτόπους οὔσας καὶ ἀνωφελεῖς, μᾶλλον δὲ βεβιασμένας καὶ ἀσυστάτους κατανοήσαντες, αὐ-
D τοῖς μύθοις τῆς οἰκείας περιέγραψαν θεολογίας. καὶ τοῦτο δέ σοι γνῶναι πάρεστιν ἀπὸ τῆς Διονυσίου τοῦ Ἁλικαρνασέως Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. οὗτος γὰρ ἐν τῷ δευτέρῳ, τὰ κατὰ Ῥωμύλον τὸν πρῶτον κτιστὴν τῆς Ῥώμης ἱστορῶν, τά τε ἄλλα διέξεισιν αὐτοῦ κατορθώματα, ἅ τε καὶ τὰ περὶ τῶνδε τοῦτον γράφων τὸν τρόπον.

A Ego vero, nec illud, inqvam, ullo modo ferre possum, ut mutua Deorum bella, insidiæ, præliaq; narrentur, cum id verum esse neqveat, si modo qvi servandam custodiendamq; Rempublicam suscepturi sunt, eos mutuas facilesq; nimium dissensiones tanqvam fœdissimas habere oportebit. Tantum abest, ut iis aut Gygantum pugnas multiplici fabularum varietate perspersas, aut alias omnis generis inimicitias, ab ipsis Diis atq; Heroibus cum affinibus necessariisq; gestas inculcare deceat. Qvinimo, si
B mentem hanc nostris hominibus injicere cupiamus, nemo ut unqvam civis popularem suum odio proseqvatur, hocq; nefas sibi ut esse persvadeant: danda opera fuerit, ut qvæ hanc in rem opportuna videbuntur, ea non modo Senes atq; Anus, qviq; adeo jam ætate maturiores erunt, pueris crebro commemorent; verum etiam ut Poetæ similes qvoq; fabulas scribere cogantur. Nam injecta qvidem Junoni a filio vincula, aut Vulcanum præcipitem a Patre actum, qvod inflictas Matri plagas propulsare conaretur, aut ejusmodi Numinum pugnas, qvales no-
C bis Homerus fabulatur, seu latentes qvosdam allegoriæ sensus contineant, seu nullos aditum nostram ad Rempublicam habere nusqvam debere pronuncio. Vides utiqve, qvam diserte Philosophus qvamq; explicate doceat, cum vulgatas illas a Veteribus de Diis fabulas, tum etiam omnes cujusvis allegoriæ sensus, qvos ad Physiologiam accommodatos esse putant, excludi penitus atq; arceri oportere. Qvamobrem nihil profecto causæ est, cur perperam aut immerito nobis istorum omnium fugam Ev-
D angelica Servatoris nostri doctrina præcepisse videatur; cum eadem a suis qvoq; rejecta fuerint. Ac mihi qvidem priscorum Romanorum hoc in genere consilium, fieri non potest, qvin eo nomine vehementer probetur; qvi cum satis intelligerent universam illam in fabulis Deorum explicandis Græcorum Physiologiam cum absurdam atq; inutilem, tum vero coactam minimeq; solidam & cohærentem esse, eam simul cum ipsis etiam fabulis Theologiæ suæ finibus arcendam esse statuerunt. Id qvod vel ex unius Dionysii Halicarnassensis de antiqva rerum Romanarum historia libris auferre potes. Ille enim volumine operis secundo, ubi qvæ a Romulo principe Urbis Conditore gesta sint, commemorat, cum alia pleraqve laudat ab eo sapienter instituta, tum qvæ ad susceptam hoc loco disputationem pertinent, ita proseqvitur.

VIII. A η.

DE ROMANORUM Theologia.

ROMULUS igitur, cum probe intelligeret, honestis legibus, rectorumqve studiorum æmulatione, piam, temperatam, amantem æqvitatis, belloq; strenuam civitatem effici; præcipuam his in rebus operam curamq; posuit, a religione cultuqve Deorum ac Dæmonum auspicatus. Ac Templa qvidem & Delubra, Aras item, & simulacrorum suis in sedibus collocationes, eorundemqve configurationes, & insignia, simulqve vim numenq; singulorum, atqve adeo beneficia, quibus hominium genus affecere, dies quoque festos, qvales Deorum ac Dæmonum cuilibet conveniunt, tum sacrificia, qvibus ab hominibus coli sese volunt, ferias denique solennesqve conventus, & statas a laboribus vacationes, ac cætera id genus ex optimis quibusque Græcorum hominum ritibus instituit. At vero sparsas de iisdem vulgatasque fabulas, quibus aliqua ipsorum vel probra, vel crimina continentur, improbas, inutiles, ac fœdas esse ratus, nec Diis modo, sed etiam viris bonis prorsus indignas, rejectis omnibus, homines ad optime de Diis loquendum ac sentiendum informavit, nullum iis studium beata natura minus dignum affingens. Nec enim a Romanis aut exsectus liberorum suorum manu Cælus fuisse, aut Saturnus, quod sibi ab eorum impetu male metueret, suos confecisse; aut Jupiter spoliatum imperio Patrem in Tartareum carcerem inclusisse dictitatur: nec ulla Numinum bella, vulnera, vincula, nec locatam hominibus operam ex illis audias. Imo, nullum quoque apud eos atratum ac lugubre festum agitur, in quo sublatos e medio Deos planctibus & lamentis mulierculæ proseqvantur, cujusmodi a Græcis vel ob Proserpinæ raptum, vel ob exitialem Bacchi sortem, similesque casus, solenni ritu celebrari solent. Non denique, vel collapsis hoc tempore moribus patriis, homines videas a numine agitatos, non insanas Corybantum jactationes, non Bacchanalia, & arcana mysteriorum initia, non virorum cum mulieribus in Deorum templis nocturnas pervigilationes, nec hujusmodi reliqva monstrorum similia: sed quicquid ad religiones & sacra Deorum pertinet, sanctitate ac modestia longe omnibus tam Græcorum,

Græca fabula a Romanis repudiata.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΡΩΜΑΙΟΥΣ θεολογίας.

ΑΛΛ' ἔγνω ὅτι νόμοι σπουδαῖοι, καὶ καλῶν ζῆλος ἐπιτηδευμάτων, εὐσεβῆ καὶ σώφρονα, καὶ τὰ δίκαια ἀσκοῦσαν, καὶ τὰ πολέμια ἀγαθὴν ἐξεργάζονται πόλιν· ὧν πολλὴν ἔσχε πρόνοιαν, τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος ἀπὸ τῶν περὶ τὰ θεῖα καὶ δαιμόνια σεβασμῶν. B ἱερὰ μὲν οὖν, καὶ τεμένη, καὶ βωμούς, καὶ ξοάνων ἱδρύσεις, μορφάς τε αὐτῶν, καὶ σύμβολα, καὶ δυνάμεις, καὶ δωρεάς, αἷς τὸ γένος ἡμῶν εὐηργέτησαν, ἑορτάς τε ὁποίας τινὰς ἑκάστῳ θεῶν ἢ δαιμόνων ἄγεσθαι προσήκει, καὶ θυσίας αἷς χαίρουσι γεραιρόμενοι πρὸς ἀνθρώπων, ἐκεχειρίας τε αὖ καὶ πανηγύρεις, καὶ πόνων ἀναπαύλας, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ὁμοίως κατεστήσατο τῶν κρατίστων παρὰ τοῖς Ἕλλησι νομίμων. τοὺς δὲ παραδεδομένους περὶ αὐτῶν μύθους, ἐν οἷς βλασφημίαι τινές εἰσι C περὶ αὐτῶν, ἢ κατηγορίαι, πονηροὺς καὶ ἀνωφελεῖς, καὶ ἀσχήμονας ὑπολαβὼν εἶναι, καὶ οὐχ ὅτι τῶν θεῶν, ἀλλ' οὐδ' ἀνθρώπων ἀγαθῶν ἀξίους, ἅπαντας ἐξέβαλε, καὶ παρεσκεύασε τοὺς ἀνθρώπους τὰ κάλλιστα περὶ θεῶν λέγειν τε καὶ φρονεῖν, μηδὲν αὐτοῖς προσάπτοντας ἀνάξιον ἐπιτήδευμα τῆς μακαρίας φύσεως· οὔτε γὰρ Οὐρανὸς ἐκτεμνόμενος ὑπὸ τῶν ἑαυτοῦ παίδων παρὰ Ῥωμαίοις λέγεται, οὔτε ὁ Κρόνος ἀφανίζων τὰς ἑαυτοῦ γονὰς φόβῳ τῆς D ἐξ αὐτῶν ἐπιθέσεως, οὔτε Ζεὺς καταλύων τὴν Κρόνου δυναστείαν, καὶ κατακλείων ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τοῦ Ταρτάρου τὸν ἑαυτοῦ πατέρα· οὐδέ γε πόλεμοι, καὶ τραύματα, καὶ δεσμά, καὶ θητεῖαι θεῶν παρὰ ἀνθρώποις. ἑορτὴ δὲ οὐδεμία παρ' αὐτοῖς μελανείμων ἢ πένθιμος τελεῖται, κοπετοὺς ἔχουσα καὶ θρήνους γυναικῶν ἐπὶ θεοῖς ἀφανιζομένοις· ἅπερ Ἕλλησιν ἐπιτελοῦνται περί τε Περσεφόνης ἁρπαγήν, καὶ περὶ Διονύσου πάθη, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. οὐδ' ἂν ἴδοι τις παρ' αὐτοῖς, καίτοι διεφθαρμένων τῶν ἐθῶν ἤδη, οὐ θεοφορήσεις, οὐ κορυβαντιασμούς, οὐ βακχείας καὶ τελετὰς ἀπορρήτους, οὐ διαπαννυχισμοὺς ἐν ἱεροῖς θεῶν, ἀνδρῶν σὺν γυναιξίν, οὐκ ἄλλο τῶν παραπλησίων τούτοις τερατευμάτων οὐδέν· ἀλλ' εὐλαβῶς ἅπαντα πραττόμενά τε καὶ λεγόμενα τὰ περὶ θεούς, ὡς οὔτε παρ' Ἕλλη-

σιν, οὔτε παρὰ βαρβάροις. καὶ ὃ πάντων μάλιστα ἔγωγε τεθαύμακα, καίπερ μυρίων ὅσων εἰς τὴν πόλιν ἐπεληλυθότων ἐθνῶν, οἷς πολλὴ ἀνάγκη σέβειν τοὺς πατρίους θεοὺς τοῖς οἴκοθεν νομίμοις, οὐδενὸς εἰς ζῆλον ἐλήλυθε τῶν ξενικῶν ἐπιτηδευμάτων ἡ πόλις δημοσίᾳ, ὃ πολλαῖς ἤδη συνέβη παθεῖν· ἀλλὰ καὶ εἴ τινα κατὰ χρησμοὺς ἐπεισηγάγετο ἱερά, τοῖς αὐτῆς αὐτὰ τιμᾷ νομίμοις [illegible], ἅπασαν ἐκβαλοῦσα τερθρείαν μυθικήν· ὥσπερ τὰ τῆς Ἰδαίας Θεᾶς ἱερά. θυσίας μὲν γὰρ αὐτῇ
B
καὶ ἀγῶνας ἄγουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος οἱ στρατηγοὶ κατὰ τοὺς Ῥωμαίων νόμους· ἱερᾶται δ' αὐτῆς ἀνὴρ Φρὺξ καὶ γυνὴ Φρυγία, καὶ περιάγουσιν ἀνὰ τὴν πόλιν ἔτι μηναγυρτοῦντες, ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος, τύπους τε περικείμενοι τοῖς στήθεσι, καὶ καταυλούμενοι πρὸς τῶν ἑπομένων τὰ μητρῷα μέλη, καὶ τύμπανα κροτοῦντες. Ῥωμαίων δὲ τῶν αὐθιγενῶν, οὔτε μηναγυρτῶν τις, οὔτε καταυλούμενος πορεύεται διὰ τῆς πόλεως, ποικίλην ἐν-
C
δεδυμένος στολὴν, οὔτε ὀργιάζων τὴν θεόν, οὐδὲ τοῖς Φρυγίοις ὀργιασμοῖς κατὰ νόμον, ἢ ψήφισμα βουλῆς. οὕτως εὐλαβῶς ἡ πόλις ἔχει πρὸς τὰ οὐκ ἐπιχώρια ἔθη περὶ θεῶν, καὶ πάντα ὀτλεύεται μῦθον, ᾧ μηδέν ἐστιν εὐπρεπές. καὶ μηδεὶς ὑπολάβοι με ἀγνοεῖν, ὅτι τῶν Ἑλληνικῶν μύθων εἰσί τινες χρήσιμοι ἀνθρώποις· οἱ μὲν, ἐπιδεικνύμενοι τὰ τῆς φύσεως ἔργα διὰ λύπην· οἱ δὲ, παραμυθίας ἕνεκα συγκείμενοι τῶν ἀνθρωπίνων
D
συμφορῶν· οἱ δὲ, ταραχὰς ἐξαιρούμενοι ψυχῆς καὶ δείγματα, καὶ δόξας καθαιροῦντες οὐχ ὑγιεῖς· οἱ δὲ, ἄλλης τινὸς εἵνεκα συμπλασθέντες ὠφελείας. ἀλλὰ καίπερ ἐπιστάμενος ταῦτα οὐδενὸς χεῖρον, ὅμως εὐλαβῶς διάκειμαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ τὴν Ῥωμαίων μᾶλλον ἀποδέχομαι θεολογίαν ἐνθυμούμενος, ὅτι τὰ μὲν ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν μύθων ἀγαθὰ μικρά τέ ἐστι, καὶ οὐ πολλοὺς δυνάμενα ὠφελεῖν, ἀλλὰ μόνον τοὺς ἐξητακότας, ὧν ἕνεκα γίνεται. σπάνιοι δ' εἰσὶν οἱ μετειληφότες ταύτης τῆς φιλοσοφίας· ὁ δὲ πολὺς καὶ ἀφιλοσόφητος ὄχλος ἐπὶ τὰ χείρω λαμβάνειν φιλεῖ τοὺς περὶ αὐτῶν λόγους, καὶ πάσχει θάτερον, ἢ καταφρονεῖν τῶν θεῶν, ὡς ἐν πολλῇ κακοδαιμονίᾳ κυλινδουμένων, ἢ τῶν αἰσχίστων τε καὶ παρανομωτάτων οὐδενὸς

L. δι' ἀλληγορίας ut Dionys.

Pag. r.

Aqvam Barbarorum ceremoniis antecellit. Qvodq; omnium maxime soleo mirari, licet infinitæ nationes in urbem conduxerint, quæ ad colenda ritu domestico patria numina vi qvadam & necessitate compelluntur, nunqvam illa tamen ad suscipiendum publice ullum peregrinæ religionis genus adduci potuit, id qvod jam aliis plerisq; contigisse novimus. Qvod si aliqva forte istiusmodi sacra ex oraculorum responsis apud se invehi passa est, ea tamen ad legum suarum instituta accommodavit, rejectis omnibus fabularum præstigiis, qvemadmodum in Matris Idææ sacris videmus. Enimvero sacrificia qvidem ludosq; publicos Romano ritu Prætores qvotannis in ejus honorem instituunt; ejus tamen sacerdotio vir ac mulier Phryges ambo funguntur, qvi totam civitatem circumeunt, singulis mensib⁹ stipem more suo hinc inde corrogantes, Imagunculas pectori alligatas gestantes, tympanaq; pulsantes, qvos seqvens multitudo Materna carmina ad tibiam modulata circumsonat. At e Romanis indigenis nemo vel Matri stipem emendicans, vel incentione tibiarum afflatus ac versicolore stola indutus oberrat urbem, nullaq; Populi lege, nullo Senatusconsulto celebranda Phrygio ritu Matris Orgia suscipit. Tantam urbs in peregrino deorum cultu cautionem adhibet, adeoq; fabulam omnem dignitate & honestate vacuam mali ominis instar aversatur. Neq; vero me nescire qvisqvam existimet, nonnullas Græcorum fabulas aliqvid hominibus utilitatis afferre, sive naturæ opera latente verborum sensu repræsentent, sive ad mitigandas humanorum casuum molestias confictæ fuerint, sive ad tollendas animorum perturbationes, met⁹qve levandos, sive ad minus sanas opiniones revellendas, sive alterius cujuscunq; comoditatis gratia compositæ. Verum, licet ista æq; norim, ac qvivis alius, in ejusmodi tamen fabulis magna semper cautione op⁹ esse arbitror, eoq; libentius Romanorum Theologiam approbo, mecum ipse reputans, exigua admodum illa esse bona qvæ Græcis fabulis continentur, qvæq; non ad plures, sed tantum ad eos pertinere possint, qvi qvem in scopũ ipsæ collineent, diligenter accurateq; perspexerint. Enimvero, cum pauci admodum illi sunt, qvibus hanc ad philosophiam aditus pateat, tum sane rudis & imperita multitudo vulgares istos de Diis sermones deteriorem in partem interpretari solet, atq; in alterum e duobus incidit, ut vel Deos aspernetur tot ac tantis miseriarum fluctibus jactatos, vel nullum flagitii scelerisqve genus cavendum sibi ac declinandum putet,

„ cum ex Diis ipsis usqve adeo familiaria fuis-
„ se videat. Verum ista hominibus iis, qvi ad
„ solam Philosophiæ partem, qvæ est in con-
„ templatione posita, adhærere, diligentius
„ expendenda relinqvimus: Ego vero, hæc
„ etiam, qvæ Reipublicæ a Romulo institutæ
„ propria sunt, digna, qvæ memoriæ prode-
„ rentur, putavi. Hactenus Dionysius.

Ejusmodi non modo summorum philosophorum, sed ipsorum qvoqve Romani imperii fundatorum ac principum, de Græcorum hominum theologia judicium fuit: B ex qvo intelligimus, nusqvam eos novam istam in fabulis Deorum evolvendis physiologiam probare voluisse: tantum abest, ut sophisticis qvibusdam præstigiis, & dignitatis ad speciem compositis januam aperirent. Sed qvoniam semel istorum qvoq; vanitatem sponte redarguendam suscepimus, age qvid præclari tandem numinibusqve digni eorum interpretationes & commentationes afferant, videamus: Sic tamen nihil ut ore loqvamur nostro, sed omnia ipsissimis eorum verbis concepta producamus, suaq; rursus ab iis mysteria doceamur.

A ἀπέχεται, θεοῖς ὁρῶν αὐτὰ προσκείμενα. „
ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, τοῖς αὐτὸ μόνον τὸ „
θεωρητικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος ἀσκοῦσιν, „
ἀφείσθω σκοπεῖν· τῆς δὲ ὑπὸ Ῥωμύλου κα- „
ταστάθείσης πολιτείας, καὶ τάδε ἡγησάμην „
ἱστορίας ἄξια. „

Τὰ μὲν δὴ παραστάντα τοῖς κρατίστοις τῶν φιλοσόφων, καὶ τοῖς παλαιοῖς καὶ πρώτοις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας περὶ τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας, τοιαῦτα ἦν, οὐδαμῶς φυσιολογίας ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις παραδεχόμενα, οὐδέ γε τὰς σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὰς τερθρείας. ἡμεῖς γε μὴν ἐπείπερ ἅπαξ ὡρμήθημεν ἐπὶ καὶ τὸν τούτων ἔλεγχον, φέρε τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν καὶ θεωρίας, τί ποτε ἄρα σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς ἐπικομίζονται, κατίδωμεν· μηδὲν μὲν ἐξ ἡμῶν, πάντα δὲ ταῖς αὐτῶν φωναῖς συγχρώμενοι, ὡς ἂν παρ' αὐτῶν αὖθις τὰ αὐτῶν οἰκεῖα καταμάθωμεν.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBER TERTIUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

TERTII LIBRI CAPITA.

13. De Bove, qvi apud Heliopolim Soli immolatur. A

14. Fabulosas de diis narrationes ab illis ipsis coargui, qvi contraria faciant

15. Deos ipsos Philosophorum commentationes oraculis suis confirmasse, pugnantes cum sparsis de se fabulis allegorias statuendo.

16. Fieri non posse, ut mundi partes, aut divinæ virtutes illecebrarum necessitate deducantur, & consulentibus per oracula respondeant. B

17. Hæc omnia Dæmonum arti ac præstigiis assignanda esse.

ιγ. Περὶ τοῦ ἐν Ηλίου πόλει θυομένου τῷ Ηλίῳ βοός.

ιδ. Ὅτι τὰς μυθικὰς περὶ θεῶν διηγήσεις ἀπήλεγχον ἐναντία πράττοντες.

ιε. Ὅτι καὶ τὰς τῶν φιλοσόφων θεωρίας ἐβεβαίουν διὰ τῶν χρησμῶν, ἐναντίως τοῖς περὶ αὐτῶν μύθοις ἀλληγοροῦντες.

ιϛ. Ὅτι τῶν ἀδυνάτων πέφυκε εἶναι τὰ μέρη τοῦ κόσμου, ἢ τὰς θείας δυνάμεις γοητικαῖς ἀνάγκαις μεθέλκεσθαι, καὶ διὰ χρησμῶν τοῖς ἐρωτῶσι θεσπίζειν.

ιζ. Ὅτι δαιμονικῆς ἐνεργείας πάντα τὰ τοιάδε τυγχάνει.

PROOEMIUM.

Cap. I.
Trap.

EJUSMODI quidem non modo summorum Philosophorum, sed ipsorum qvoq; Romani Imperii Fundatorum ac Principum, de C Græcorum hominum Theologia judicium fuit, ex qvo intelligimus, nusqvam eos novam istam in fabulis Deorum evolvendis physiologiam probare voluisse, tantum abest, ut Sophisticis qvibusdam præstigiis, & dignitatis ad speciem compositis januam aperirent. Sed qvoniam semel istorum qvoqve vanitatem sponte redarguendam suscepimus, age qvid præclari tandem Numinibusqve digni, eorum interpretationes & commentationes afferant, videamus; sic tamen nihil ut ore loqvamur nostro, sed o- D mnia ipsissimis eorum verbis concepta producamus, suaqve ab iis etiam recondita speciosæ gravitatis mysteria doceamur. Ac sexcenti qvidem alii, qvi sese philosophari profitentur, multum hoc in genere laboris & operæ consumpserunt, dum sua qvisq; a cæteris diffidentia commenta profert, qvodq; ingenio suo placuerit, id purum putumqve verum esse confirmat: mihi tamen satis fuerit, certas perspicuasq; probationes ex clarissimis qvibusq; ac Philosophorum vulgo notissimis, & eximia qvadam apud Græcos Philosophiæ laude florentibus arcessere. Tu ergo Plutarchum illum Chæronensem primum in manus sume, ipsiusq; locum eum ad rem nostram accommodatum perlege, ubi qvæsito dictionis apparatu fabulas alium in sensum flectit ac torqvet, qvas utriqve arcanæ Theologiæ plenas esse dictitat. Hanc vero enucleans, Bacchum qvidem ebrietatem esse tradit, non jam hominem illum

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

ΤΑ μὲν παρασχόντα τοῖς κρατίστοις τῶν φιλοσόφων, καὶ τοῖς παλαιοῖς καὶ πρώτοις τῆς Ρωμαίων ἡγεμονίας περὶ τῆς Ελληνικῆς θεολογίας, τοιαῦτα ἦν, οὐδαμῶς φυσιολογίας ἐν τοῖς περὶ θεῶν μύθοις παραδεχόμενα, οὐδέ γε τὰς σεμνοφανεῖς καὶ σοφιστικὰς τερθρείας. ἡμεῖς γε μὴν ἐπείπερ ὡρμήθημεν ἐπὶ τὸν τούτων ἔλεγχον, φέρε τὰς ἑρμηνείας αὐτῶν καὶ θεωρίας, τί ποτε ἄρα σεμνὸν καὶ θεοπρεπὲς ἐπικομίζονται, συνίδωμεν, μηδὲν μὲν ἐξ ἡμῶν, πάντα δὲ ταῖς αὐτῶν φωναῖς συγχρώμενοι· ὡς ἂν παρ' αὐτῶν αὖθις τὰ αὐτῶν σεμνὰ καὶ ἀπόρρητα καταμάθωμεν. Μυρίοις μὲν οὖν ἄλλοις τῶν φιλοσοφεῖν ἐπαγγελλομένων, πολὺς περὶ τούτων εἰσῆκται πόνος, διαφόρους τὰς αὐτῶν αἱρεσιολογίας πεποιημένοις, καὶ τὸ παραστὰν καὶ δόξαν ἑκάστῳ, τοῦτ' εἶναι τὸ ἀληθὲς ἀπισχυριζομένοις· ἐμοὶ δὲ ἐξαρκεῖ τὰς ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν μάλιστα διαφανῶν, καὶ πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις γνωρίμων, κλέος τε οὐ μικρὸν φιλοσοφίας παρ' Ελλησιν ἀπενηνεγμένων παρασχεῖν. ὧν πρῶτον λαβὼν, ἀνάγνωθι τοῦ Χαιρωνέως Πλουτάρχου τὰς περὶ τοῦ προκειμένου φωνὰς, ἐν αἷς σεμνολογῶν παρατρέπει τοὺς μύθους, ἐφ' οὓς φησιν εἶναι μυστηριώδεις θεολογίας. ἃς δὴ ἐκκαλύπτων, τὸν μὲν Διόνυσον τὴν μέθην εἶναί φησιν, οὐκ ἔτι τὸν ὑπὸ τῆς ἱστορίας ἐν τῷ περὶ τούτου συγγράμματι δεδηλωμένον

θνητὸν ἄνδρα· τὴν δὲ Ἥραν τὴν γαμήλιον, ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν. εἶθ᾽, ὥσπερ ἐπιλελησμένος τῆς ἀποδόσεως, ἑτέραν ἑξῆς ἐπισυνάψας ἱστορίαν, τὴν Ἥραν οὐκ ἔτι ὡς τὸ πρότερον, ἀλλὰ τὴν γῆν ὀνομάζει· λήθην δὲ καὶ νύκτα τὴν Λητώ. καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν τῇ Λητοῖ φησιν εἶναι τὴν Ἥραν. εἶτ᾽ ἐπὶ τούτοις εἰσάγεται αὐτῷ ὁ Ζεὺς τὴν αἰθέριον δύναμιν ἀλληγορούμενος. Καὶ τί με δεῖ ταῦτα προλαμβάνειν, αὐτοῦ παρὸν ἀκοῦσαι τοῦ ἀνδρὸς B ὧδέ πως ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῶν ἐν Πλαταιαῖς Δαιδάλων, τὰ λανθάνοντα τοὺς πολλοὺς τῆς ἀπορρήτου περὶ θεῶν φυσιολογίας ἐκφαίνοντος.

Amorti obnoxium, & in historia decantatum, cujus superiore libro meminimus: Junonem autem, mutuam viri uxorisq; consvetudinem matrimonii vinculo sociatam. Deinde, qvasi suæ hujus accommodationis oblitus, aliam continuo subtexens historiam, Junonem istam non jam uti prius, sed Terram nominat; Latonam vero oblivionem & noctem; moxq; Junonem eandem cum ipsa Latona facit. Ad hæc Jovem nobis inducit, qvem Ætheris vim allegorice interpretatur. Verum qvid opus hæc summatim strictimq; prælibare, cum ipsummet audire liceat in iis, qvæ de Platææ ensibus Dædalis memoriæ prodidit, de abdita illa vulgoqve hominum ignota Deorum physiologia disertis verbis ita disserentem.

α.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΩΝ ΦΥΣΙΚΗΣ θεολογίας.

ὍΤΙ μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία, καὶ παρ᾽ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος C ἦν φυσικὸς *ἐκκεκαλυμμένος μύθοις, τὰ πολλὰ δι᾽ αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἐπίκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία· τά τε λαλούμενα τῶν σιγωμένων σαφέστερα τοῖς πολλοῖς ἔχοντα, καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, δῆλόν ἐστι ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι, καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις. μάλιστα δὲ οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμοὶ, καὶ τὰ δρώμενα συμβολικῶς ἐν ταῖς ἱερουργίαις, τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφαίνει διάνοιαν. οἷον, μὴ μακρὰν τῶν ἐνεστηκότων λόγων βαδίζωμεν, οὐ νομίζουσιν, οὐδὲ ἀξιοῦσι κοινωνίαν εἶναι πρὸς Διόνυσον Ἥρᾳ· φυλάσσονται δὲ συμμιγνύναι τὰ ἱερὰ, καὶ τὰς Ἀθήνησιν ἱερείας ἀπαντώσας, φησὶν, ἀλλήλαις *προσαγορεύειν, μηδὲ ὅλως κιττὸν εἰς τὸ τῆς Ἥρας κομίζεσθαι τέμενος, οὐ διὰ τὰς μυθικὰς καὶ φλυαρώδεις ζηλοτυπίας, ἀλλ᾽ ὅτι γαμήλιος μὲν ἡ θεὸς, καὶ νυμφαγωγός· ἀπρεπὲς δὲ νυμφίοις τὸ μεθύειν, καὶ γάμοις ἀναρμοστότατον, ὥς φησιν ὁ Πλάτων. ἀκρατοποσία γάρ φησι, ταραχὴν ἐμποιεῖ καὶ ψυχαῖς καὶ σώμασιν. ὑφ᾽ ἧς

*L. ἐγκεκαλυμμένος.

*[illegible]

I.

DE NATURALI GRÆCORUM Theologia.

ANTIQVAM, inqvit, non Græcorum modo, sed etiam Barbarorum physiologiam aliud nihil fuisse, qvam rationem qvandam naturalem fabulis involutam, adeoq; latentem & obscuram Theologiam, cujus ænigmatis & allegoriis arcana fere mysteria ita tegebantur, ut cum ea qvæ dicebantur facilius qvam qvæ silebantur, imperita multitudo caperet, tum vero de iis qvæ silebantur majus aliqvid qvam qvæ dicebantur, suspicione conjiceret, qvi vis tam ex Orphei carminibus, qvam ex Ægyptiorum & Phrygum monimentis auferre potest. Maxime vero cum solennes initiandi ritus, tum D qvæ dum sacris operabantur adhiberi symbola consveverant, qvæ mens veterum qvique sensus fuerit, ostendunt. Cujusmodi, ne longius ab instituta disputatione abeamus, illud est, qvod nullam prorsus Junoni cum Baccho societatem & communionem esse pronuncient, eoq; caveant diligenter, ne amborum sacra misceantur: ipsæq; adeo Sacerdotes, ut ajunt, Athenis aliæ aliis occurrentes denuncient, uti ne qvicqvam hederæ Junonis in delubrum inferatur: non jam ob fabulosam illam ac nugatoriam, qvam ipsi affingunt, zelotypiam; sed qvod cum nuptiarum Præses ac Pronuba Dea illa sit, tum vero ebrietatis vitium & sponsis indignum & a nuptiis penitus alienum videatur, ut tradit Plato. Immoderatus enim, inqvit, meri potus perturbationes in animis pariter & corporibus excitat, qvibus efficitur, ut

Juno cum infesta Baccho.

„ proſeminati conceptiq; fœtus cum ob errantes diſjunctasq; partes, minus fingi conformariq; poſſint, vix ullam qvoq; virium firmitatem aſſeqvantur. Præterea qvi Junoni ſacrificant, ei fel neqvaqvam offerunt, ſed illud juxta altare defodiunt, qvod ab omni bile & iracundiæ acerbitate vacuam eſſe mutuam conjugum vitæ conſvetudinem oporteat. Atq; hoc ſymboli genus magis etiam in iis, qvæ narrari ac circumferri vulgo ſolent, fabulis locum habet. Sic enim legimus, Junonem adhuc virginem cum in Eubœa educaretur, furtim a Jove ſublatam ibi latuiſſe, cum utriq; Cithæron umbroſum qvendam ſpecum, & thalamum a natura ipſa factum præbuiſſet. Qvo cum Macris qværitando perveniſſet, (nutrix ea Junonis erat) locumqve omnem ſcrutari vellet, ab eodem Cithærone prohibitam illam fuiſſe, qvo minus vel latebras curioſius exploraret, vel ad eas propius accederet, qvaſi Jupiter ibidem cum Latona qvieſceret, ejusq; congreſſu frueretur. Poſteaqvam ergo Macris abiiſſet, Junonem tum qvidem eo in loco latuiſſe, deinceps vero, ut extaret accepti Latonæ nomine beneficii memoria, commune cum ea templum communemq; aram habere voluiſſe; atqve hinc Latonæ μυχία, hoc eſt latebroſæ ſacra faciendi morem fluxiſſe: qvanqvã alii νυχίαν, id eſt nocturnam eam vocant; ſic tamen ut occulti ac latentis aliqvid nomen utrumqve repræſentet. nec deſunt, qvi Junonem ipſam, qvod rem ibi cum Jove clam omnibus habuiſſet, nocturnam Latonam poſtea nuncupatam eſſe velint; donec vulgata paſſim fama nuptiarum, initæq; primum circa Cithæronem ad Platæas cum Jove conſvetudinis, eandem in poſterum perfectam & Pronubam appellarunt. At qvi hujus in fabulæ veſtigando ſenſu majorem naturæ rerum ac decori rationem habuere, ut Junonem unam eandemq; cum Latona facerent, ita philoſophati ſunt. Juno qvidem, ut paulo ante diximus, Terra eſt, Latona vero Nox, qvippe qvę eorum, qui ſomno ſeſe dant, ληθὼ quædam ſit, id eſt oblivio. Jam nox aliud nihil eſt, quam umbra terræ: ubi enim ad occaſum vergens Solem occultavit, ſeſe latius porrigens atram caliginem toto diffundit aëre. Atque is demum eſt pleniluniorum quaſi lapſus cui defectio comitatur, quo nimirum tempore, dum Luna convertitur, umbra Terræ lucem ejus attingit obſcuratqve. Cæterum La-

Junoni fel inviſum.

Junonis cum Latona conjunctio.

Juno terra, Latona nox.

A ἄπλαστα καὶ πεπλανημένα ῥιζοῦται κακῶς τὰ σπειρόμενα, καὶ κυϊσκόμενα. Πάλιν οἱ θύοντες Ἥρᾳ, τὴν χολὴν οὐ * καθαγιάζουσιν, ἀλλὰ κατορύττουσι παρὰ τὸν βωμόν, ὡς δέον ἄθυμον καὶ ἄχολον καὶ καθαρεύουσαν ὀργῆς καὶ πικρίας ἁπάσης τὴν γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς εἶναι συμβίωσιν. τοῦτο δὴ τὸ συμβολικὸν εἶδος, ἐν τοῖς λόγοις καὶ τοῖς μύθοις μᾶλλόν ἐστιν. οἷον, ἱστοροῦσι τὴν Ἥραν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ τρεφομένην ἔτι παρθένον, ὑπὸ τοῦ Διὸς κλαπῆναι, καὶ διακομισθεῖσαν ἐνταῦθα κρύπτεσθαι, Κιθαιρῶνος αὐτοῖς ἐπίσκιόν τινα μυχὸν καὶ θάλαμον αὐτοφυῆ παρασχόντος. ἐλθούσης δὲ τῆς Μακρίδος κατὰ ζήτησιν· ἦν δὲ Ἥρας τιθήνη· καὶ βουλομένης ἐρευνᾶν, οὐκ ἐᾶν τὸν Κιθαιρῶνα πολυπραγμονεῖν, οὐδὲ τῷ χωρίῳ προσάγειν, ὡς τοῦ Διὸς ἐκεῖ τῇ Λητοῖ συναναπαυομένου καὶ συνδιατρίβοντος. ἀπελθούσης δὲ τῆς Μακρίδος, οὕτω τότε μὲν διαλαθεῖν τὴν Ἥραν, ὕστερον δὲ τῇ Λητοῖ χάριν ἀπομνημονεύουσαν, ὁμοβώμιον θέσθαι καὶ σύνναον· ὥστε καὶ Λητοῖ μυχίᾳ προθύεσθαι· τινὲς δὲ, νυχίαν λέγουσι. σημαίνεται δὲ ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων τὸ κρύφιον καὶ διαλεληθός. ἔνιοι δὲ τὴν Ἥραν αὐτὴν ἐκεῖ τῷ Διῒ λάθρᾳ συνοῦσαν καὶ λανθάνουσαν, οὕτω Λητώ φασι νυχίαν προσηγορεῦσθαι· φανερῶν δὲ τῶν γάμων γενομένων, καὶ περὶ τὸν Κιθαιρῶνα D πρῶτον ἐνταῦθα καὶ τὰς Πλαταιὰς τῆς ὁμιλίας ἀνακαλυφθείσης, Ἥραν τελείαν καὶ γαμήλιον αὐτὴν προσαγορευθῆναι. οἱ δὲ φυσικῶς μᾶλλον καὶ πρεπόντως ὑπολαμβάνοντες τὸν μῦθον, οὕτως εἰς τὸ αὐτὸ τῇ Λητοῖ συνάγουσι τὴν Ἥραν. γῆ μέν ἐστιν ἡ Ἥρα, καθάπερ εἴρηται· νὺξ δὲ, ἡ Λητώ, ληθώ τις οὖσα τῶν εἰς ὕπνον τρεπομένων. νὺξ δὲ οὐδέν ἐστιν ἄλλο, πλὴν σκιὰ γῆς· ὅταν γὰρ πλησιάσασα ταῖς δυσμαῖς ἀποκρύψῃ τὸν ἥλιον, ἀναπλατυνομένη μελαίνει τὸν ἀέρα· καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ ἐκλειπτικὸν ὀλίσθημα τῶν πανσελήνων, ὅταν τῆς Σελήνης περιφερομένης, ἡ σκιὰ τῆς γῆς ἐπιψαύσῃ καὶ διαθολώσῃ τὸ φέγγος. ὅτι δὲ οὐκ ἄλλη τίς ἐστι τῆς Ἥρας ἡ Λητώ,

γρ. ἀναβλύζουσι

» Λητὼ, μάθοιτ' ἂν ἐνθένδε. τὴν Ἄρτεμιν
» ἤδη που θυγατέρα Λητοῦς καλοῦμεν, ἀλ-
» λὰ καὶ Εἰλήθυιαν τὴν αὐτὴν ὀνομάζομεν·
» οὐκοῦν ἥ τε Ἥρα καὶ ἡ Λητὼ, δύο εἰσὶ
» μιᾶς θεοῦ προσηγορίαι. πάλιν, ἐκ μὲν
» Λητοῦς, ὁ Ἀπόλλων· ἐκ δὲ Ἥρας, ὁ Ἄρης
» γέγονε· μία δέ ἐστι ἀμφοτέρων δύναμις·
» καὶ κέκληται Ἄρης μὲν, ὡς ἀρήγων τοῖς
» κατὰ βίαν καὶ μάχην συμπτώμασιν, Ἀπόλ-
» λων δὲ, ὡς ἀπαλλάττων καὶ ἀπολύων τῶν
» περὶ σῶμα νοσηματικῶν παθῶν, τὸν ἄν-B
» θρωπον. Διὸ καὶ τῶν ἐμπυρωτάτων ἄστρων
» καὶ πυριφλεγεστάτων, ὁ μὲν Ἥλιος Ἀπόλ-
» λων κέκληται, ὁ δὲ πυροειδὴς, Ἄρης ἐπω-
» νόμασται. καὶ οὐκ ἀπὸ τρόπου ἐστι, τὴν αὐ-
» τὴν θεὸν γαμήλιον λέγεσθαι, καὶ μητέρα
» Εἰληθυίας καὶ Ἡλίου νομίζεσθαι. γάμου
» μὲν γὰρ τέλος, γένεσις ἐστι· γένεσις δὲ, ἡ
» εἰς Ἥλιον καὶ φῶς ἐκ σκότους πορεία. καὶ κα-
» λῶς ἔφη ὁ ποιητής,

» Αὐτὰρ ἐπειδὰν τόν γε μογοστόκος Εἰλήθυια C
» Ἐξάγαγε πρὸς φῶσδε καὶ Ἡλίου ἴδεν
» αὐγάς.

» Εὖ ὁ ποιητὴς τῇ μὲν προθέσει τὴν σύνθε-
» σιν ἔθλιψεν, ἐμφαίνων τὸ βεβιασμένον τῆς
» ὠδῖνος, τέλος δὲ τῆς γενέσεως ἐποίησεν, Ἥ-
» λιον ἰδεῖν. οὐκοῦν ἡ αὐτὴ θεὸς ἐποίησε καὶ
» γάμον συνελθεῖν, ἵνα γένεσιν παρασκευά-
» σῃ. δεῖ δὲ ἴσως καὶ τὸν εὐηθέστερον μῦθον εἰ-
» πεῖν. λέγεται γὰρ ὁ Ζεὺς, τῆς Ἥρας αὐτῷ
» διαφερομένης μηκέτι φοιτᾶν εἰς τὸ αὐτὸ βου-
» λομένης, ἀλλὰ κρυπτούσης ἑαυτὴν, ἀμηχα-
» νῶν καὶ πλανώμενος Ἀλαλκομενεῖ τῷ αὐτό-
» χθονι συντυχεῖν, καὶ διδαχθῆναι ὑπὸ τού-
του, ὡς ἐξαπατητέον τὴν Ἥραν, * σκεψάμε-
νον γαμεῖν ἑτέραν. συνεργοῦντος δὲ τοῦ Ἀ-
» λαλκομένους, κρύφα τεμόντας αὐτοὺς εὐπρέ-
» πον καὶ πάγκαλον δρῦν, μορφῶσαί τε αὐ-
» τὴν καὶ καταστεῖλαι νυμφικῶς, Δαιδάλην
» προσαγορεύσαντας. εἶτα οὕτως ἀναμέλπε-
» σθαι μὲν τὸν Ὑμέναιον.

Latonam a Junone aliam non esse vel ex eo »
qvivis intelligat. Enimvero Dianam vul- »
go Latonæ filiam vocamus; eandem præ- »
terea Lucinam nominamus. Juno igitur »
& Latona duæ sunt unius Deæ appellatio- »
nes. Deinde Apollo qvidem ex Latona, »
Mars vero ex Junone natus est: ambo au- *Mars & Apollo eadem vis.*
tem vim eandem ac potestatem habent.
Mars enim, Ἄρης, qvasi ἀρήγων, hoc est, in
acerbis ac præliorum sociis casibus opem »
ferens, nominatus est, Apollo autem qvasi »
ἀπαλλάττων & ἀπολύων, id est, morbis illis ho- »
minem liberans, quibus corpus laborare so- »
let. Itaque ex ardentissimis astris & coru- »
scante flamma succensis Solem Apollinem, »
alterum vero, cujus ignea plane species est, »
Martem nuncuparunt. Neqve sane alie- »
num cuiqvam videri debet, unam eandem- »
qve Deam & nuptiarum Præsidem vocari, »
& Lucinæ Solisqve matrem haberi. Nu- »
ptiarum qvippe finis generatio est, genera- »
tio autem ex tenebris ad Solem atq; lucem »
qvædam qvasi progressio. Præclare igitur »
Poëta cecinit, »

Postqvam ipsum in lucem partus Lucina levandi »
Sollicita extulerat, Soliq; aspexerat aurâ. »

Recte utiqve Poëta ipsa quidem præpositio- »
ne conjunctionem elisit, ut partus difficulta- »
tem oculis subjiceret; finem vero genera- »
tionis statuit, Solem intueri. Itaque una »
eademque Dea ineundi qvoqve matrimonii »
auctor fuit, ut generationi viam aperiret. »
Sed enim operæ pretium, opinor, fuerit, »
simpliciorem quandam fabulam hoc etiam »
loco narrare. Jovem quippe ferunt, qvod *Juno cum Jove reconciliata.*
minus Junoni cum ipso conveniret, eaqve
D congressus declinandi causa latebras capta-
ret, animi dubium, hacque illacque vagan- »
tem in Alalcomenem indigenam aliqvando »
incidisse, ex qvo ita demum se Junonem in »
fraudem impulsurum esse didicerit, si novas »
nuptias simularet. Ergo Alalcomene su- »
am Jovi operam commodante, clam ab iis »
excisam ingentem & eximiam qvercum »
fuisse, qvam arte configuratam ac sponsæ »
cultu ornatam instructamqve Dædalam »
nominarint. Deinde Hymenæum quidem »
hunc in modum cecinisse. »

II. A

CARMEN NUPTIALE.

TRITONIDAS vero Nymphas pelves attulisse, Bœotios deniqve tibias lautaqve ac lasciva convivia præbuisse. Ista dum peragerentur, Junonem, qvod rem diutius ferre non posset, ex Cithærone monte descendisse, magnaqve Platæensium muliercularum turba stipatam, ad Jovem iracundiæ ac zelotypiæ stimulis agitatam accurrisse, continuoqve simulatione patefacta & reconciliata cum Jove gratia, cum lætitia & B hilaritate novæ nuptæ qvandam qvasi conciliatricem fuisse, illudqve honoris simulacro tribuisse, ut ejusmodi festum Dædala nominaret, tametsi urgente zelotypia ipsum postea licet inanime concremarit. Ac fabula qvidem ita se habet; ejusdem vero sensus & ratio talis est. Junonis Jovisqve dissidium aliud nihil quam Elementorum intemperiem perturbationemqve significat, dum convenienti ac mutua qvalitatum proportione sublata, atqve hujus in locum inæqvabilitate ac discordia succedente, pristinam conjunctionem acerbiore pugna C dissolvunt, ac præsentem huic universo pestem afferunt. Enimvero si Jupiter, id est calor, & ignea vis corruptioni causam præbuerit, terram æstus invadit: sin autem ex parte Junonis, hoc est humidæ flabiliqve naturæ, aliquid injuriæ & exuperantiæ contigerit, immensa vis imbrium universa proluere atqve obruere consvevit. Itaq; cum aliqvid ejusmodi temporibus illis accidisset; ipsaqve maxime Bœotia aqvarum vorticibus hausta esset, ut primum extitit emersitqve solum, & inundationis æstus remisit, D ornatus ille ac species, qvæ circumfusi aëris sudiqve cœli serenitatem est consequuta, consensio Deorum ac reconciliatio nuncupata est. Plantarum vero princeps caput extulit qvercus, eamqve homines, qvod victum suppeditaret, salutemqve ipsam tueretur, adamarunt: qvippe quæ non iis modo, qvi pietatem ac religionem colant, ut Hesiodus loqvitur, sed iis etiam, qui comunem calamitatem effugerint,

Dædala festum.

Jovis ac Junonis allegoria.

> *Trunco fundat apes, summoqve cacumine glandem.*

Hactenus Plutarchus, ex cujus profecto

β.

ΓΑΜΗΛΙΟΣ ΩΔΗ.

ΛΟΥΤΡΑ δὲ κομίζειν τὰς τριτωνίδας νύμφας, αὐλοὺς δὲ καὶ κώμους τὴν Βοιωτίαν παρασχεῖν. περαινομένων δὲ τούτων, οὐκ ἔτι τὴν Ἥραν καρτερεῖν, ἀλλὰ καταβᾶσαν ἐκ τοῦ Κιθαιρῶνος, τῶν Πλαταιίδων αὐτῇ γυναικῶν ἑπομένων, ὑπ' ὀργῆς καὶ ζηλοτυπίας θέουσαν ἐλθεῖν παρὰ τὸν Δία, καὶ τοῦ πλάσματος φανεροῦ γενομένου, διαλλαγεῖσαν μετὰ χαρᾶς καὶ γέλωτος αὐτὴν νυμφαγωγεῖν. τιμὴν δὲ τῷ ξοάνῳ προσθεῖναι, καὶ Δαίδαλα τὴν ἑορτὴν προσαγορεῦσαι· κατακαῦσαι δὲ ὅμως αὐτὸ καίπερ ἄψυχον ὄν, ὑπὸ ζηλοτυπίας. ὁ μὲν οὖν μῦθος, τοιοῦτος. ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ τοιόσδε. Ἥρας καὶ Διὸς διαφορὰ καὶ στάσις, οὐδὲν ἄλλο πλὴν στοιχείων δυσκρασία καὶ ταραχός ἐστιν, ὅταν ἀλλήλοις μηκέτι συμμετρῆται κατὰ κόσμον. ἀλλὰ καὶ ἀνωμαλίας καὶ τραχύτητος ἐγγενομένης, δυσμαχήσαντα λύσῃ τὴν κοινωνίαν, καὶ φθορὰν τῶν ὅλων ἀπεργάσηται. ἂν μὲν οὖν ὁ Ζεὺς, τουτέστιν ἡ θερμὴ καὶ πυρώδης δύναμις, αἰτίαν παράσχῃ τῆς διαφθορᾶς, αὐχμὸς τὴν γῆν καταλαμβάνει. ἐὰν δὲ παρὰ τὴν Ἥραν, τουτέστι, τὴν ὑγρὰν καὶ πνευματικὴν φύσιν, ὕβρις τις ἢ πλεονασμὸς γένηται, ῥεῦμα ἦλθε πολὺ, καὶ συνώμβρισε καὶ κατέκλυσε τὰ πάντα. τοιούτου δέ τινος γενομένου καὶ περὶ τοὺς τότε χρόνους, καὶ μάλιστα τῆς Βοιωτίας βυθισθείσης, ὡς πρῶτον ἀνέδυ τὸ πεδίον, καὶ ἡ πλημμύρα ἐλώφησεν, ὁ μὲν ἐξ εὐδίας κόσμος τοῦ περιέχοντος, ὁμόνοια καὶ διαλλαγὴ τῶν Θεῶν ἐλέχθη. πρῶτον δὲ ἀνέσχεν ἐκ τῶν φυτῶν τῆς γῆς ἡ δρῦς, καὶ ταύτην ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι, τροφῆς βίου καὶ σωτηρίας διαμονὴν παρασχοῦσαν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς εὐσεβέσιν, ὡς Ἡσίοδός φησιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑπολειφθεῖσι τῆς φθορᾶς,

> Ἄκρη μέν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

Ταῦτα μὲν ὁ Πλούταρχος. ἡμᾶς δὲ ἔγνωμεν ἐκ τῶν παρατεθεισῶν αὐτοῦ φωνῶν,

ὡς ἄρα καὶ ἡ θαυμαστὴ καὶ ἀπόρρητος φυσιολογία τῆς Ἑλληνικῆς θεολογίας, θεῖον μὲν οὐδὲν, οὐδέ τι μέγα καὶ θεοπρεπὲς, καὶ τῆς * ἀναστάσεως ἄξιον ἐπήγετο. ἀκήκοας γὰρ τὴν Ἥραν, τοτὲ μὲν γαμήλιον ἀναγορευομένην, καὶ τὴν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν δηλοῦσαν, ποτὲ δὲ τὴν γῆν πάλιν Ἥραν ὀνομαζομένην, τοτὲ δὲ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν. τὸν δὲ Διόνυσον εἰς τὴν μέθην μετενηνεγμένον, εἰς νύκτα δὲ τὴν Λητὼ, καὶ τὸν Ἥλιον εἰς Ἀπόλλωνα, καὶ αὐτόν γε τὸν Δία εἰς τὴν θερμὴν καὶ πυρώδη δύναμιν. Οὐκοῦν πρὸς τῇ τῶν μύθων ἀπρεπείᾳ, καὶ ἡ δοκοῦσα σεμνοτέρα διήγησις καὶ φυσιολογία, οὐκ ἐπί τινας οὐρανίους νοερὰς καὶ θείας δυνάμεις, οὐδ᾽ ἐπὶ λογικὰς καὶ ἀσωμάτους ἀνῆγεν οὐσίας. κάτω δὲ πάλιν καὶ αὐτὴ εἰς μέθας καὶ γάμους καὶ ἀνθρώπεια πάθη, εἴς τε Πῦρ, Γῆν, καὶ Ἥλιον, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς ὕλης στοιχεῖα κατέστρεφε τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ πλέον θεοποιοῦσα οὐδέν. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Πλάτων οἶδεν. ὁμολογεῖ γοῦν διαρρήδην ἐν τῷ Κρατύλῳ, μηδὲν πλέον τῶν ὁρωμένων τοῦ κόσμου μερῶν τοὺς πρώτους τῶν περὶ τὴν Ἑλλάδα ἀνθρώπων ἐγνωκέναι· μόνους δὲ θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Οὐρανῷ φωστῆρας, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν φαινομένων νομίσαι. λέγει δ᾽ οὖν ὧδε πρὸς λέξιν. » Φαίνονταί μοι οἱ πρῶτοι τῶν ἀνθρώπων περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους » μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ » τῶν βαρβάρων, Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ » Γῆν, καὶ Ἄστρα, καὶ Οὐρανόν. Ἀλλὰ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ τοιαῦτα. ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ τούτων παλαίτατα· ἦν δὲ τὰ Αἰγύπτια. Τὴν Ἶσιν φασὶ καὶ τὸν Ὄσιριν, τὸν Ἥλιον εἶναι καὶ τὴν Σελήνην· καὶ Δία μὲν, τὸ διὰ πάντων χωροῦν Πνεῦμα· Ἥφαιστον δὲ, τὸ Πῦρ· τὴν δὲ Γῆν, Δήμητραν ἐπονομάσαι· Ὠκεανόν τε τὸ ὑγρὸν νομίζεσθαι παρ᾽ Αἰγυπτίοις, καὶ τὸν παρ᾽ αὐτοῖς ποταμὸν Νεῖλον, ᾧ καὶ τὰς τῶν θεῶν ἀναθεῖναι γενέσεις. τὸν δὲ Ἀέρα φασὶν αὐτοὺς προσαγορεύειν Ἀθηνᾶν. τούτους δὲ τοὺς πέντε θεοὺς, τὸν Ἀέρα λέγω καὶ τὸ Ὕδωρ, τό τε Πῦρ καὶ τὴν Γῆν, καὶ τὸ Πνεῦμα, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπιπορεύεσθαι, ἄλλοτε ἄλλως εἰς μορφὰς καὶ ἰδέας ἀνθρώπων τε καὶ παντοίων ζώων σχηματιζομένους. καὶ τούτων ὁμωνύμους παρ᾽ αὐτοῖς Αἰγυπτίοις γεγονέναι θνητοὺς ἀνθρώπους,

γρ. ἀνατάσεως.

pag. 54.

A verbis intelligimus, nihil omnino magni, quodq; vel divinitatem sapiat, vel ostentari magnopere debeat, præclara ista recondi-taq; Græcæ Theologiæ naturali explicatione contineri. Qvippe, Junonem enim audisti modo pronubam appellari, qvasi mutuam viri & uxoris vitæ communionem significet; modo terram, modo humidam naturam eandem vocari: Bacchum vero ad ebrietatis, Latonam ad noctis, Solem ad Apollinis ipsumq; adeo Jovem ad calidæ & igneæ vis significationem rationemq; traduci. Er-B go præter fabularum indignitatem, ipsa quoq; gravior, uti videbatur, earum interpretatio ac physiologia, non jam vel ad cælestes ullas, intelligentes divinasq; facultates, vel ad naturas aliqvas ratione præditas, & ab omni corporum concretione sejunctas evehebat; sed deorsum vergens, aut in crapulam, nuptias, & humanas cupiditates, aut in Ignem, Terram, Solem ac reliqua elementa in materiam immersa, mundiq; partes extremo qvasi actu desinebat, nulliqve præterea rei divinitatem tribuebat. Atq; hoc ipse qvoq; Plato intellexit. Enimvero C diserte fatetur in Cratylo, præter istas, qvæ sub aspectum cadunt, mundi partes nihil eos omnino, qui Græciam principes tenuerant, cognovisse, ac sola Cœli Astra, & cætera, qvæ Phænomena vocantur, Deos putasse. Sic enim ad verbum loqvitur. Qvi Græciam primi habuere, ii videntur mihi Deos tantum illos existimasse, qvos etiamnum Barbarorum pleriqve arbitrantur, Solem, Lunam, Terram, Astra, Cœlum. Hujusmodi ergo sunt, qvæ a Græcis de Numinum suorum natura commemorantur.

D Nunc autem Ægyptiorum etiam fabulas longe Græcis antiquiores videamus. Ajunt itaq;, Osiriden Solem esse, Isidem vero Lunam; Jovem Spiritum cuncta pervadentem, Vulcanum Ignem, Terram Cererem: Oceanum humorem, ac Nilum eorum fluvium, cui ipsas qvoq; Deorum procreationes attribuunt: Aërem deniqve Minervam ab iisdem nominari ferunt. Atq; hos qvinqve Deos, Aërem videlicet, Aquam, Ignem, Terram, ac Spiritum, orbem universum percurrere, varias subinde hominum & omnis generis animantium figuras ac vultus induentes, qvorum nomina cum aliqvot hominibus morti obnoxiis, & in Ægypto natis communicata fuerint,

quos utique Solem, Saturnum, Rheam, Jovem, Junonem, Vulcanum, Vestamqve cognominarunt. Qvæ Manethus qvidem omnia fusius uberiusqve persequitur, summatim vero Diodorus in eo, quod supra laudavimus, historiarum opere ad verbum ita comprehendit.

II'.

DE ALLEGORICA ÆGYPTIORUM Theologia,

Cap. II. Trap.

UTRUMQVE Deum, Solem, inquit, ac Lunam, qvos Ægyptii Osiridis Isidisque nomine significant, orbem universum regere ac moderari, resq; omnes tribus distinctis anni tempestatibus alere atq; augere statuunt, vere, æstate, & hyeme, quæ suas singulæ conversiones aspectum fugiente motu conficiant, ac plurimum inter sese natura dissidentes, summa tamen & opportunissima consensione integrum annum absolvant. Atq; horum Deorum ejusmodi esse naturam, qvæ multum ad tribuendam rebus omnibus vim generandi fœcundiorem per sese conferat; Solis quidem, igneo calori, ac spiritui; Lunæ vero, humori & siccitati; utriusq; demum communi virtute, Aëri. Horum præterea beneficio procreari ac vegetari cuncta: ideoque totum hujus Universi naturæ corpus Solis ac Lunæ conjunctione consistere, cujus partes quinque illæ sint, quas ante nominavimus, spiritus, Ignis, siccum, humidum, postremoque Aerium: ut qvemadmodum in homine, caput, manus, pedes ac cætera membra numeramus, ita plane integrum hujus mundi corpus ex illis partibus coagmentetur. Jam vero, qvi homines in Ægypto plano & articulato sermone principes usi fuerint, eos partium illarum qvamlibet Deum arbitratos esse, propriaqve ac singularum naturæ convenienti appellatione donasse: ac Spiritum qvidem, ipsa vocis interpretatione Jovem nominasse, qui quod animalis facultatis, qvæ animantis inest, auctor esset, eundem idcirco rerum omnium qvendam quasi parentem esse putaverunt; cui sententiæ Græcorum etiam Poetarum longe clarissimum suffragari ajunt, cum de hoc numine ita loquitur.

Jupiter spiritus Ægyptiis.

Parens hominumq; Deumq;.

Ignem autem, simili nominis explicatione Vulcanum appellasse, qvod

Ἥλιον, καὶ Κρόνον, καὶ Ῥέαν, ἔτι δὲ καὶ Δία, καὶ Ἥραν, καὶ Ἥφαιστον, καὶ Ἑστίαν ἐπονομασθέντας. γράφει δὲ καὶ τὰ περὶ τούτων πλατύτερον μὲν ὁ Μάνεθως· ἐπιτετμημένως δὲ ὁ Διόδωρος ἐν τῇ προλεχθείσῃ αὐτοῦ γραφῇ ὧδέ πως ἱστορῶν κατὰ λέξιν.

γ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ ΑΛΛΗΓΟΡΟΥΜΕΝΗΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ.

B ΤΟΥΤΟΥΣ δὲ τοὺς θεοὺς, τὸν Ἥλιον, φησὶ, καὶ τὴν Σελήνην Ὄσιριν ὄντας κατ' Αἰγυπτίους καὶ Ἶσιν, τὸν σύμπαντα κόσμον διοικεῖν, τρέφοντάς τε καὶ αὔξοντας πάντα τριμερέσιν ὥραις, ἀοράτῳ κινήσει τὴν περίοδον ἀπαρτιζούσαις, τῇ τε ἐαρινῇ, καὶ θερινῇ, καὶ χειμερινῇ· ταύτας δὲ ἐναντιωτάτην ἀλλήλαις τὴν φύσιν ἐχούσας ἀπαρτίζειν τὸν ἐνιαυτὸν ἀρίστῃ συμφωνίᾳ· φύσιν δὲ συμβάλλεσθαι πλείστην εἰς τὴν C τῶν ἁπάντων ζωογονίαν τῶν θεῶν τούτων· τὸν μὲν, πυρώδους, καὶ πνεύματος· τὴν δὲ, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ, κοινῇ δ' ἀμφοτέρους ἀέρος· καὶ διὰ τούτων πάντα γεννᾶσθαι καὶ τρέφεσθαι. διὸ καὶ τὸ μὲν ἅπαν σῶμα τῆς τῶν ὅλων φύσεως, ἐξ Ἡλίου καὶ Σελήνης ἀπαρτίζεσθαι, τὰ δὲ τούτων μέρη, πέντε τὰ προειρημένα, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ πῦρ, τὸ ξηρὸν, ἔτι δὲ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ τελευταῖον τὸ ἀερῶδες· ὥσπερ ἐπ' ἀνθρώπου κεφα- D λὴν καὶ χεῖρας καὶ πόδας, καὶ τὰ ἄλλα μέρη καταριθμούμενα, τὸν αὐτὸν τρόπον τὸ σῶμα τοῦ κόσμου συγκεῖσθαι πᾶν ἐκ τῶν προειρημένων. τούτων δ' ἕκαστον θεὸν νομίσαι, καὶ προσηγορίαν ἰδίαν ἑκάστῳ θεῖναι κατὰ τὸ οἰκεῖον, τοὺς πρώτους διαλέκτῳ χρησαμένους διηρθρωμένῃ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἀνθρώπων. τὸ μὲν οὖν πνεῦμα, Δία προσαγορεῦσαι, μεθερμηνευομένης τῆς λέξεως· ὃν αἴτιον ὄντα τοῦ ψυχικοῦ τοῖς ζώοις, ἐνόμισαν ὑπάρχειν πάντων οἱονεί τινα πατέρα. συμφωνεῖν δέ τούτοις φασὶ καὶ τὸν ἐπιφανέστατον τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν ἐπὶ τοῦ θεοῦ τοῦτο λέγοντα,

Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Τὸ δὲ πῦρ μεθερμηνευόμενον, Ἥφαιστον ὀνο-

μάσαι, νομίσαντας μέγαν εἶναι θεὸν καὶ πολλὰ συμβάλλεσθαι πᾶσιν εἰς γένεσιν, καὶ τελείαν αὔξησιν. τὴν δὲ Γῆν ὥσπερ ἀγγεῖόν τι τῶν φυομένων ὑπολαμβάνοντας, μητέρα προσαγορεῦσαι· καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ ταύτην παραπλησίως Δήμητραν καλεῖν, βραχὺ μετατεθείσης διὰ τὸν χρόνον τῆς λέξεως. τὸ γὰρ παλαιὸν ὀνομάζεσθαι τὴν γῆν μητέρα, καθάπερ καὶ τὸν Ὀρφέα προσμαρτυρεῖν λέγοντα,

B Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα.

Τὸ δ' ὑγρὸν ὀνομάσαι λέγουσι τοὺς παλαιοὺς Ὠκεανόν· ὃ μεθερμηνευόμενον μὲν εἶναι τροφῆς μητέρα· παρ' ἐνίοις δὲ τῶν Ἑλλήνων Ὠκεανὸν ὑπάρχειν ὑπειλῆφθαι. περὶ οὗ καὶ τὸν ποιητὴν λέγειν, (pag. 55.)

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

Οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι νομίζουσιν Ὠκεανὸν εἶναι τὸν παρ' αὐτοῖς ποταμὸν Νεῖλον, πρὸς ᾧ καὶ τὰς τῶν θεῶν γενέσεις ὑπάρξαι. τῆς γὰρ πάσης οἰ-C κουμένης κατὰ μόνην τὴν Αἴγυπτον εἶναι πόλεις πολλὰς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων θεῶν ἐκτισμένας· οἷον Διός, Ἡλίου, Ἑρμοῦ, Ἀπόλλωνος, Πανός, Εἰληθυίας, ἄλλων πλειόνων. τὸν δὲ ἀέρα προσαγορεῦσαί φασιν Ἀθηνᾶν, μεθερμηνευομένης τῆς λέξεως. καὶ Διὸς θυγατέρα νομίσαι ταύτην, καὶ παρθένον ὑποστήσασθαι, διά τε τὸ ἄφθορον εἶναι φύσει τὸν ἀέρα, καὶ τὸν ἀκρότατον ἐπέχειν τοῦ σύμπαντος κόσμου τόπον· διόπερ ἐκ τῆς κορυφῆς τοῦ Διὸς μυθολογηθῆναι γενέσθαι ταύτην. ὠνομάσθαι δὲ αὐτὴν καὶ τριτογένειαν, ἀπὸ τοῦ τρὶς μεταβάλλειν τὴν φύσιν αὐτῆς κατ' ἐνιαυτόν, ἔαρος, θέρους, καὶ χειμῶνος. λέγεσθαι δὲ αὐτὴν καὶ γλαυκῶπιν, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων ὑπέλαβον, ἀπὸ τοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς γλαυκοὺς ἔχειν. τοῦτο μὲν γὰρ εὔηθες ὑπάρχειν (al. περίεργον, al. εὔηθες), ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ τὸν ἀέρα τὴν πρόσοψιν ἔχειν ἔγγλαυκον. Φασὶ δὲ τοὺς πέντε θεοὺς τοὺς προειρημένους τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ἐπιπορεύεσθαι, φανταζομένους τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἱερῶν ζώων μορφαῖς, ἔστι δ' ὅτε καὶ εἰς ἀνθρώπων ἰδέας, ἤ τινων ἄλλων μεταβάλλοντας· καὶ τοῦτο μὴ μυθῶδες ὑπάρχειν, ἀλλὰ δυνατόν, εἴπερ οὗτοι πρὸς ἀλήθειάν εἰσιν οἱ πάντα γεννῶντες. καὶ τὸν ποιητὴν δ' εἰς Αἴγυπτον παραβαλόντα, καὶ

Ipsum magnum aliquem esse Deum, rerumqve omnium generationem ac justum perfectumqve incrementum plurimum juvare existimarent. Præterea Terram, qvod eam rerum nascentium qvoddam qvasi vas & conceptaculum esse censerent, matrem vocasse, qvam ipsi quoque Græci Δήμητρα (hoc est Cererem) nuncupare soleant, idqve levi tantum aliqva prioris appellationis mutatione, cum eandem olim Γῆν μητέρα Terram Matrem nominarent, ut ipsemet Orpheus hoc versu testatum reliqvit, B

Rerum Terra Parens, Mater Ceres Alma bonorum.

Humidum autem Oceanum a veteribus nuncupatum esse tradunt, eamqve vocem, si interpretari velis, alimenti matrem significare, Græcosqve nonnullos illud ipsum Oceani nomen eundem in sensum usurpasse arbitrantur; de qvo etiam ita Vates cecinerit,

Oceanumqve Deorum ortum, Tethynqve parentem.

C Qvippe enim Ægyptii Oceanum Nilum fluvium suum esse putant, cui Deorum quoque generationes assignant. Nam ex omnibus terrarum partibus oppida in una Ægypto ab antiqvis Diis condita esse plurima, cujusmodi sunt, Jovis, Solis, Mercurii, Apollinis, Panis, Lucinæ, aliorumqve compluriam. Qvod Aërem spectat, illum ab iisdem, vi nominis interpretatione declarata, Minervam appellatum, hanc vero Jovis filiam, simulque virginem habitam fuisse dicunt; qvod Aër nec ullam suapte natura corruptionem subeat, & supremam toti-D us mundi sedem ac regionem obtineat: atqve hanc fuisse causam, cur Minerva Jovis ex vertice nata fingeretur. (Aer Minerva.) Eandem porro τριτογένειαν qvasi ter genitam vulgo nominari, quod ter singulis annis, vere, æstate, & hyeme Aëris natura mutetur; γλαυκῶπιν vero, non qvod cæsiis oculis prædita esset, ut Græcorum aliqui putavere; id enim crassæ nimium simplicitatis esse: sed qvod Aër cæsium plane ac cæruleum colorem spectantibus præ se ferre videatur. (Unde tritogenia, & γλαυκῶπις.) Hos igitur quinque Deos Terram ajunt lustrare universam, hominibusqve modo sacrarum animantium figura, modo hominum vultu, modo alia qvadam specie tectos sese videndos interdum præbere. Atqve id neqvaqvam fabulosum esse, sed omnino fieri posse confirmant, cum illi sint, a quibus omnia reapse procreentur; adeoqve Poëtam cum in Ægyptum appulisset,

ac sermones ejusmodi cum eo Sacerdores communicassent, quasi rem fieri solitam quodam suæ Poëseos loco ita celebrasse,

Quinetiam interdum peregrino Numina cultu,
Mille novis lustrare solent nostra oppida formis,
Fasq; nefasq; simul propiori lumine cernit.

Hæc sunt, quæ de Diis cœlestibus ortuq; sempiterno præditis Ægyptii commemorant; a quibus alios quosdam procreatos fuisse perhibent, terrestres illos quidem ac morti obnoxios, sed tamen immortalitatem partim ob singularem prudentiam, partim ob communem in genus hominum beneficentiam consequutos, quorum etiam aliqui in Ægypto regnaverint. Horum item, si nomina interpreteris, alios ejusdem ac Cœlestes ipsos nominis fuisse, alios propriam quandam appellationem esse sortitos, Solem, Saturnum, Opem, adeoq; Jovem illum, cui nonnulli Ammonis cognomentum fecere; Junonem præterea, Vulcanum, Vestam, postremoq; Mercurium, ex iisque Solem Ægypti Regnum principem tenuisse, Astro cœlesti cognominem. Hactenus a nobis laudatus Auctor. Jam vero Plutarchus in eo, quod de Iside scripsit, opusculo, quæ sequuntur ad verbum habet. Rem, inquit, novo a capite totam arcessentes, ex omnibus, qui subtilius aliquid & accuratius disputarunt, eorum in primis, quibus simplicitas magis tamen placuit, sententiam videamus. Tales vero illi sunt, qui (quomodo Græci, Saturnum Tempus, Junonem Aërem, Vulcani generationem Aëris in ignem mutationem allegorice interpretantur,) sic apud Ægyptios Nilum Osirin esse dicunt, qui cum Iside, hoc est Terra congrediatur; Typhonem vero Mare, in quod Nilus incidens evanescat. Quibus ille similibusque commemoratis, rursum ad Dæmones fictitias Deorum istorum fabellas revocat, novasque deinceps novarum allegoriarum accommodationes excogitat. Ego vero quæsierim ex iis, & quidem jure, quorum tandem sese Numinum expressas imagines conservare dicant; Dæmonum ne? an Ignis, Aeris, Terræ, Aquæ, an Virorum, Mulierumque simulacra? an denique brutarum animantium, ac ferarum ipsarum figuras? Nam cum ipsimet homines quosdam mortales eodem, quo Solem ac cætera mundi elementa, nomine procreatos, eosdemq; Deos postea consecratos fuisse concedant;

μετασχόντα παρὰ τῶν ἱερέων τῶν τοιούτων λόγων, φῆναί που κατὰ ποίησιν τὸ προειρημένον ὡς γινόμενον.

Καί τε θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσι,
Παντοῖοι τελέθοντες ἐπιστρωφῶσι πόληας
Ἀνθρώπων, ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν καὶ γένεσιν ἀΐδιον ἐσχηκότων τοσαῦτα λέγουσιν Αἰγύπτιοι. ἄλλους δὲ ἐκ τούτων ἐπιγείους γενέσθαι φασίν, ὑπάρξαντας μὲν θνητούς, διὰ δὲ σύνεσιν καὶ κοινὴν ἀνθρώπων εὐεργεσίαν τετευχότας τῆς ἀθανασίας, ὧν ἐνίους καὶ βασιλεῖς γεγονέναι κατὰ τὴν Αἴγυπτον. μεθερμηνευομένων δ' αὐτῶν τινας μὲν ὁμωνύμως ὑπάρχειν τοῖς Οὐρανίοις, τινὰς δὲ ἰδίαν ἐσχηκέναι προσηγορίαν. Ἥλιόν τε καὶ Κρόνον, καὶ Ῥέαν, ἔτι δὲ Δία τὸν ὑπό τινων Ἄμμωνα προσαγορευόμενον. πρὸς δὲ τούτοις Ἥραν καὶ Ἥφαιστον, ἔτι δὲ Ἑστίαν, καὶ τελευταῖον Ἑρμῆν. καὶ πρῶτον μὲν Ἥλιον βασιλεῦσαι τῶν κατ' Αἴγυπτον, ὁμώνυμον ὄντα τῷ κατ' οὐρανὸν ἄστρῳ. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ δηλωθεὶς συγγραφεύς. καὶ ὁ Πλούταρχος δὲ ἐν τῷ περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἶσιν αὐτοῦ συγγράμματι, τάδε γράφει κατὰ λέξιν. Ἀπ' ἄλλης δὲ ἀρχῆς τῶν φιλοσοφώτερόν τι λέγειν δοκούντων τοὺς ἁπλουστάτους σκεψώμεθα πρῶτον. οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ λέγοντες, ὥσπερ Ἕλληνες Κρόνον ἀλληγοροῦσι τὸν χρόνον, Ἥραν δὲ τὸν ἀέρα, γένεσιν δὲ Ἡφαίστου τὴν εἰς τὸ πῦρ ἀέρος μεταβολήν· οὕτω παρ' Αἰγυπτίοις Νεῖλον εἶναι τὸν Ὄσιριν, Ἴσιδι συνόντα τῇ γῇ, Τυφῶνα δὲ τὴν θάλασσαν, εἰς ἣν ὁ Νεῖλος ἐμπίπτων ἀφανίζεται. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα εἰπών, πάλιν εἰς δαίμονας ἀναφέρει τοὺς περὶ τῶν δηλουμένων θεῶν μύθους. καὶ πάλιν ἄλλως ἀποδίδωσι, καὶ αὖθις ἑτέρως ἀλληγορῶν. Ἦν δ' ἂν κατὰ λόγον πυθέσθαι ὁποτέρων θεῶν τὰ ξόανα τὰς ἐντετυπωμένας μορφὰς σώζειν φήσουσιν. πότερα δαιμόνων; ἀλλὰ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, ἢ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν εἰκόνας, καὶ ζώων ἀλόγων, καὶ θηρίων σχήματα; ἐπεὶ γὰρ καὶ πρὸς αὐτῶν συγκεχώρηται, ὁμωνύμως Ἡλίῳ καὶ τοῖς καθόλου στοιχείοις θνητούς τινας ἄνδρας γεγονέναι, καὶ τούτους θεοὺς ἀναγορεύεσθαι,

τίνων εἰκὸς ἂν εἴη μορφὰς εἶναι καὶ εἰκόνας λέγειν, ἃς ἐν τοῖς ἀψύχοις ξοάνοις γλύφας; πότερον τῶν καθόλου στοιχείων, ἤ, ὅπερ καὶ τὸ ἐναργὲς τῆς ὄψεως ἀποδείκνυσι, τῶν ἐν νεκροῖς κειμένων θνητῶν; ἀλλ' εἰ καὶ αὐτοί μοι λέγοιεν, ὅ γε τοι ἀληθὴς λόγος βοᾷ καὶ κέκραγε, μονονουχὶ φωνὴν ἀφιείς, θνητοὺς ἄνδρας μαρτυρῶν γεγονέναι τοὺς δηλουμένους. ὁ δὲ Πλούταρχος καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐκ περιουσίας τὸν ποιὸν ἀπογράφει τοῦ σώματος χαρακτῆρα, ἐν τοῖς περὶ τῆς Ἴσιδος καὶ τῶν Αἰγυπτίων θεῶν ὧδέ πως λέγων. » Ἱστοροῦσι γὰρ Αἰγύπτιοι, τὸν μὲν Ἑρμῆν τῷ σώματι γενέσθαι γαλιάγκωνα, τὸν δὲ Τυφῶνα τῇ χροιᾷ πυρρόν, λευκόν τε τὸν Ἄρην, καὶ μελάγχρουν τὸν Ὄσιριν, ὡς τῇ φύσει γεγονότας ἀνθρώπους. Ταῦτα ὁ Πλούταρχος. Νεκρῶν ἄρα ἡ πᾶσα αὐτοῖς θεοποιία καθέστηκε. πεπλάσθαι δ' αὐτοῖς τὰ τῆς φυσιολογίας. τί γὰρ ἐχρῆν ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν σχήμασι ζωοπλαστεῖν, παρὸν καὶ δίχα τούτων Ἥλιον σέβειν καὶ Σελήνην, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου στοιχεῖα; ποτέροις δὲ τούτων, καὶ ἐκ τίνων ἀρξάμενοι τὰς τοιάσδε προσηγορίας ἐπεφήμισαν; οἷον, λέγω τὸν Ἥφαιστον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, Δία τε καὶ Ποσειδῶνα καὶ Ἥραν. ἆρα γὰρ ταῦτα τῶν καθόλου στοιχείων πρότερον ὄντα ὀνόματα, δεύτερον αὐτὰ τοῖς θνητοῖς ὁμωνύμως τοῖς οὐρανίοις ἐπιτεθείκασιν; ἢ τοὔμπαλιν ἐκ τῆς παρ' ἀνθρώποις ἐπικλήσεως, τὴν μεταφορὰν ἐπὶ τὰς οὐσίας πεποίηνται; καὶ τί χρὴ θνηταῖς προσηγορίαις τὰς καθόλου φύσεις ἐπιφημίζειν; τὰ δὲ καθ' ἕκαστον θεὸν μυστήρια, οἵ τε ὕμνοι καὶ αἱ ᾠδαί, καὶ τῶν τελετῶν τὰ ἀπόρρητα, πότερα τῶν καθόλου στοιχείων, ἢ τῶν πάλαι θνητῶν ἀνδρῶν τῶν τοῖς θεοῖς ὁμωνύμων ἐπάγονται τὰ σύμβολα; ἀλλὰ γὰρ πλάνας καὶ μέθας καὶ ἔρωτας, φθορᾶς τε γυναικῶν, καὶ ἀνδρῶν ἐπιβουλάς, καὶ μυρία ἄλλα θνητὰ ὡς ἀληθῶς καὶ αἰσχρὰ καὶ ἄσεμνα, πῶς ἄν τις ἀναθείη τοῖς καθόλου στοιχείοις, αὐτόθεν τὸ θνητὸν καὶ ἀνθρωποπαθὲς ἐπενηνεγμένα; ὥστε ἐκ τούτων ἁπάντων ἁλίσκεσθαι τὴν θαυμαστὴν ταύτην καὶ γενναίαν φυσιολογίαν κατ' οὐδὲν ἀληθείας ἡμμένην, οὐδέ τι θεῖον ἀληθῶς ἐπαγομένην, βεβιασμένην δὲ καὶ διεψευσμένην ἔχουσαν τὴν ἔξωθεν σεμνολογίαν.

A qvorum obsecro, æqvum fuerit imagines illas figurasqve nominare, quas in simulacris inanimis cælatas videmus? an elementorum hujus Universi? an, quod artificiosa ipsa vultus conformatio palam ostendit, mortalium inter mortuos jacentium? Enimvero, taceant isti licet; veritas per se ipsa loqvitur, ac prope magna voce clamans, eos, de qvibus agimus, viros qvosdam mortales fuisse testatur. Qvinetiam Plutarchus in opere illo, quod de Iside Ægyptiisqve Numinibus scriptum reliqvit, ultro dataqve B opera singulorum propriam corporis figuram coloremqve declarat, his verbis; Narrant, inqvit, Ægyptii Mercurium brachio breviorem, Typhonem rufum, Martem candidiorem, Osirin deniqve nigriorem fuisse: qvippe qvi natura homines extitissent. Hæc Plutarchus. Mortuorum ergo fuit tota illa Numinum apud istos consecratio; qvicqvid autem physiologiæ est, hoc iidem postea confinxere. Nam qvid attinebat in virorum ac mulierum effigiem simulacra configurare, cum sine illis Solem ipsum, Lunam, ac reliqua hujus universi C elementa colere ac venerari liceret. Jam utris porro ex istis, & a qvibus auspicati, ejusmodi cognomenta tribuere? Vulcani, inqvam, & Minervæ, Jovis, Neptuni, atqve Junonis? Utrum ista primum fuere hujus mundi elementorum nomina, qvæ deinde mortalibus, ad aliqvam inter eos cœlestesqve Deos appellationis communionem imposuerint? an potius, ad communes illas naturas hominum ipsorum nomina traduxere? qvorsum vero mortalibus hisce appellationibus Universi naturas nuncu- D pare? Qvid autem singulorum Deorum mysteria? quid hymni & carmina? qvid initiorum arcani ritus? Mundi ne elementorum, an priscorum mortalium eodem cum Diis nomine præditorum invecta fuere symbola? Nam errores quidem, ebriosas perpotationes, amores, mulierum oppressiones, virorum insidias, & hujusmodi sexcenta in mortem utiqve vergentia, & summa cum turpitudine & indignitate conjuncta, qvis comunibus mundi elementis attribuat, cum præsertim ipsa per sese mortalis naturæ mores, ipsasq; hominum cupiditates exhibeant? Ut profecto his omnibus argumentis, egregiam istam mirabilemq; physiologiam, nihil usqvam vel leviter attigisse veritatis, nihil quod Divinitatem sapiat, invexisse, sed coactitiam potius & ementitam sibi honestioris explicationis speciem aliunde mendicatam obtendisse, manifesto teneamus.

Nunc autem age sis, audi præterea, quid ipse quoque Porphyrius in ea, quam ad Anebonem Ægyptium scribit, epistola, hisce de rebus commemoret.

A ἄκουε δ' οὖν, οἷα καὶ ὁ Πορφύριος ἐν τῇ πρὸς Ἀνεβὼ τὸν Αἰγύπτιον ἐπιστολῇ περὶ τῶν αὐτῶν ἱστορεῖ.

IV.

DE EADEM ÆGYPTIORUM Physiologia, qvodq; universam moralis interpretationis accommodationem, ad ea tantū, qvæ in Cœlo Astra cernuntur, Aqvam, Ignem, ac cæteras Mundi partes traduxerint.

δ.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ, ΚΑΙ ΟΤΙ τὴν πᾶσαν ἀναφορὰν τῆς τροπικῆς αὐτῶν θεωρίας, ἐπὶ μόνα τὰ φαινόμενα κατ' οὐρανὸν ἄστρα, ἐπί τε ὕδωρ καὶ πῦρ, καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ κόσμου μετῆγον.

B

„ ENIMVERO Chæremon, inquit, ac cæteri nec aliud quicquam ante mundos illos, qui sub aspectum cadunt, fuisse arbitrantur, cum eos, qui ab Ægyptiis inducuntur, ipso disputationum suarum initio ponāt; nec alios agnoscunt Deos, quam quæ vulgo errantia Sidera nominantur, quæq; Zodiacum implent, adeoq; quotquot in eorum vicinia oriuntur. Qvibus adjiciunt suas illas in Decanos sectiones, horoscopos, quique fortes ac robusti Duces nuncupantur, qvorum non modo nomina, sed etiam morborum & calamitatum curationes, ortusqve simul & occasus, futurorumq; significationes eorum Almenichiacis continentur. Quippe videbat enim, qui Solem universi architectum esse dicerent, ab illis non ea tantum, quæ ad Osiridem Isidemqve pertinent, sed etiam quicquid sacrarum fabularum erat, partim in stellas, & earum aspectus, occultationes, ortusque devolvi, partim in Lunæ modo crescentis, modo senescentis varietatem, partim in Solis cursum, ac vel in diurnum, vel in nocturnum hemisphærium, vel in Nilum ipsum fluvium, cuncta denique in res naturales, nihil in corporea mole carentes viventesqve naturas, ipsarum interpretatione conferri. Atque istorum etiam plerique, quod in nostra voluntate est ac potestate situm, ex siderum motu suspensum esse voluerunt, cuncta necessitate, quod ipsi fatum appellant, sic tanquam inexplicabilibus qvibusdam vinculis, nescio qvo pacto, constringentes, eademq; rursus ad Deorum istorum vim ac numen alligantes. Itaque non alios sive in Templis, sive in simulacris, sive in aliis ejusmodi, quam qui fati leges solvunt, venerantur. Atque hæc a nobis ex laudata Porphyrii epistola producta sunto, qvæ profecto manifeste declarant, ne arcanam quidem ipsam Ægyptiorum Theologiam præter cœli stellas, tum quæ constantes ac fixæ, tum quæ errantes vulgo nominantur, alios ullos Deorum

ΧΑΙΡΗΜΩΝ μὲν γὰρ καὶ οἱ ἄλλοι, οὐδ' „ ἄλλο τι πρὸ τῶν ὁρωμένων κόσμων „ ἡγοῦνται, ἐν ἀρχῇ λόγων τιθέμενοι τοὺς „ Αἰγυπτίων, οὐδ' ἄλλους θεοὺς πλὴν τῶν „ πλανητῶν λεγομένων, καὶ τῶν συμπληρούντων „ τὸν ζωδιακόν, καὶ ὅσοι τούτοις παρανατέλλουσι. „ τάς τε εἰς τοὺς δεκανοὺς τομάς, „ καὶ τοὺς ὡροσκόπους, καὶ τοὺς λεγο- „ C μένους κραταιοὺς ἡγεμόνας, ὧν καὶ ὀνόματα „ ἐν τοῖς ἀλμενιχιακοῖς φέρεται, καὶ θεραπεῖαι „ παθῶν, καὶ ἀνατολαί, καὶ δύσεις, καὶ μελλόντων „ σημειώσεις. ἑώρα γὰρ τοὺς τὸν Ἥλιον „ δημιουργὸν φαμένους, καὶ τὰ περὶ τὸν Ὄσιριν „ καὶ τὴν Ἶσιν, καὶ πάντας τοὺς ἱερατικοὺς „ μύθους, ἢ εἰς τοὺς ἀστέρας καὶ τὰς τούτων „ φάνσεις καὶ κρύψεις, καὶ ἐπιτολὰς ἑλιττομένους, „ ἢ εἰς τὰς τῆς Σελήνης αὐξήσεις καὶ „ μειώσεις, ἢ εἰς τὴν τοῦ Ἡλίου πορείαν, ἢ τό γε „ D νυκτερινὸν ἡμισφαίριον, ἢ τὸ ἡμερινόν, ἢ τόν „ γε ποταμόν· καὶ ὅλως πάντα εἰς τὰ φυσικά, „ καὶ οὐδὲν εἰς ἀσωμάτους καὶ ζώσας οὐσίας ἑρμηνεύοντας. „ ὧν οἱ πλείους καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν „ ἐκ τῆς τῶν ἀστέρων ἀνῆψαν κινήσεως, οὐκ „ οἶδ' ὅπως δεσμοῖς ἀλύτοις ἀνάγκης, ἣν εἱμαρμένην „ λέγουσι, πάντα καταδήσαντες, καὶ „ πάντα τούτοις ἀνάψαντες τοῖς θεοῖς. οὓς „ λυτῆρας τῆς εἱμαρμένης μόνους, ἔν τε ἱεροῖς „ καὶ ξοάνοις καὶ τοῖς ἄλλοις θεραπεύουσι. Ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ τῆς δηλωθείσης ἐπιστολῆς κείσθω, σαφῶς διαγορεύοντα, ὅτι καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων ἀπόρρητος θεολογία, οὐδὲ ἄλλους, πλὴν τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέρων, τῶν τε ἀπλανῶν καλουμένων, καὶ τῶν ὀνομα-

ζομένων πλανητῶν ἐθεολόγει, δημιουργόν τε τῶν ὅλων εἰσῆγεν, οὔτινα ἀσώματον, οὐδὲ λόγον δημιουργικόν, οὐδὲ μὴν θεόν, οὐδὲ θεούς, οὐδέ τινας νοερὰς καὶ ἀφανεῖς δυνάμεις· μόνον δὲ τὸν ὁρώμενον Ἥλιον· διὸ καὶ μόνοις τοῖς ἄστροις τὴν τῶν ὅλων ἀνετίθεσαν αἰτίαν, τὰ πάντα εἱμαρμένης ἐξάπτοντες, καὶ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεώς τε καὶ φορᾶς· ὥσπερ ἀμέλει εἰσέτι καὶ νῦν ἤδε παρ' αὐτοῖς κεκράτηκεν ἡ δόξα. εἰ τοίνυν εἰς μόνον τὰ ὁρώμενα τοῦ κόσμου στοιχεῖα, καὶ οὐδὲν εἰς ἀσωμάτους καὶ ζώσας οὐσίας ἡρμήνευται τοῖς Αἰγυπτίοις· τὰ δὲ στοιχεῖα καὶ πάντα τὰ ὁρατὰ σώματα, τῷ ἰδίῳ λόγῳ ἄψυχα καὶ ἄλογα, ῥευστά τε τὴν φύσιν καὶ φθαρτὰ καθέστηκε· θέα εἰς οἷα πάλιν αὐτῶν καταπέπτωκεν ἡ θεολογία, τὴν ἄψυχον οὐσίαν, καὶ τὰ νεκρὰ καὶ ἄψυχα σώματα θειάζουσα, μάλιστα ὅτε εἰς ἀσωμάτους καὶ νοερὰς οὐσίας οὐδὲν αὐτοῖς ἀνεφέρετο, οὐδὲ ἐπὶ νοῦν καὶ λόγον δημιουργικὸν τῶν ὅλων. ἐπεὶ δὲ προωμολογήθη διὰ τῶν πρόσθεν, εἰς Ἕλληνας παρ' Αἰγυπτίων τὰ τῆς θεολογίας μετακεκομίσθαι, ὥρα τοῖς τούτοις στοιχεῖν καὶ Ἕλληνας, καὶ τὰ αὐτὰ Αἰγυπτίοις φυσιολογεῖν, ἀπελέγχεσθαί τε αὐτοὺς οὐδὲν πλέον τῆς ἀψύχου ὕλης θεοποιοῦντας. ταῦτα γὰρ ἦν τὰ σεμνὰ Αἰγυπτίων, κατὰ τὴν τοῦ δεδηλωμένου συγγραφέως γραφήν. ὅς τις πάλιν ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, τοιαῦτα περὶ τῶν αὐτῶν διέξεισιν. » Ἀπὸ δὲ ταύτης ὁρμώμενοι τῆς » ἀσκήσεως, καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον οἰκειώσεως, » ἔγνωσαν ὡς οὐ δι' ἀνθρώπου μόνου τὸ θεῖον » διῆλθεν· οὔτε ψυχὴ ἐν μόνῳ ἀνθρώπῳ ἐπὶ » γῆς κατεσκήνωσεν, ἀλλὰ σχεδὸν ἡ αὐτὴ διὰ » πάντων ἦλθε τῶν ζώων. Διὸ εἰς τὴν θεοποιίαν » παρέλαβον πᾶν ζῶον, καὶ ὁμοίως που ἀνέ» μιξαν θηρία καὶ ἀνθρώπους, καὶ πάλιν ὀρ» νέων σώματα καὶ ἀνθρώπων, εἴκασται γάρ τις » παρ' αὐτοῖς μέχρι τραχήλου ἀνθρωποειδής· » τὸ δὲ πρόσωπον ὀρνέου, ἢ λέοντος, ἢ ἄλλου τι» νὸς ζώου κεκτημένος· καὶ πάλιν αὖ κεφαλὴ ἀν» θρώπειος, καὶ ἄλλων τινῶν ζώων μέρη, πῇ μὲν » ὑποκείμενα, πῇ δ' ἐπικείμενα. δι' ὧν δηλοῦ» σιν, ὅτι κατὰ γνώμην θεῶν καὶ ταῦτα ἀλλήλοις » κοινωνεῖ, καὶ σύντροφα ἡμῖν καὶ τιθασσά ἐστι τῶν

A in numero collocasse, imo nec corporis expertem aliqvem hujus universitatis Architectum statuisse, nec rationi effectrici, nec Deo Diisve ullis, aut intelligentibus qvibusdam ac sub oculos minime cadentibus naturis, sed uni duntaxat aspectabili Soli ejus molitionem tribuisse. Itaq; solis Astris rerum universarum causam assignarunt, ex fati necessitate, siderumq; motu & agitatione cuncta suspendentes; qvæ qvidem opinio apud illos hodieq; vim retinet suam. Nunc ergo, cum & tota Ægyptiorum interpretatio B non jam in corpore liberas viventesqve naturas, sed in ea tantum, qvæ quotidie cernuntur, mundi hujus elementa conferatur, & elementa ista sine animo, sine ratione, ac fluxæ pereuntisq; naturæ, peculiari qvadam certaq; fuerint ratione procreata: vide porro, qvonam delapsa sit hominum istorum Theologia, qvæ naturam mentis expertem, mortuaq; & ab omni sensu vacua corpora Numinum instar consecrarit, præsertim cum nihil prorsus ab iisdem vel ad spirituales intelligentesq; naturas, vel ad mentem ipsam atq; rationem rerum procreatricem C omnium referretur. Cum autem ex iis, qvæ ante a nobis allata sunt, tanquam certum & confessum habeamus, ab Ægyptiis ad Græcos traducta fuisse Theologiæ Mysteria, tempus utiq; est, ut eorum ad classem Græcos etiam ipsos aggregemus, illosq; nec diversam ab Ægyptiis philosophandi rationem habuisse, nec præter inanimam qvandam materiam ulli omnino rei divinitatem dedisse convincamus. Ista qvippe erant angusta Ægyptiorum Numina, qvemadmodum ille ipse, qvem paulo ante citavi, Porphyrius auctor D est, dum in iis, qvos de fugiendo rerum animatarum esu conscripsit, de iisdem hunc in modum loqvitur. Illi autem ab hoc exercita- » tionis genere, & inita cum Divino numine » familiaritate progressi, neq; Divinitatem » solum hominem permeare, neq; in terris a- » nimum solo in homine domicilium suum » posuisse, sed unum eundemq; omnia prope » animantia pervasisse agnoverunt. Itaq; in » effingendis consecrandisq; Numinum si- » mulacris, omni genere animalium usi, feras » aliqvando cum hominibus una miscuere, » aliqvando avium pariter hominumqve » corpora conjunxere. Videas enim apud » ipsos imagines qvasdam cervice tenus hu- » mana specie, vultu autem modo volucrem, » modo leonem, aut aliud quodvis animal re- » ferentes: aliasqve rursum capite qvidem » hominum similes, reliqvis vero partibus » corporis modo inferioribus, modo superioribus, aliarum animantium formam ostenden- » tes. Qvibus illi significatum volunt, & Deorum ipsorum voluntate consilioqve fieri, ut » illa inter sese mutuo degant, nec sine eorundem numine evenire, ut feræ immanesqve »

belluæ non cicurentur modo, sed nobiscum etiam aliqva vitæ societate conjungantur. Itaque ab iis Leo tanqvam Deus colitur, Ægyptiqve pars aliqua, Præfecturam ipsi vocant, ejus cognomento Leontopolites; alia Busirites, a Bove, alia Cunopolites a Cane nuncupatur. Enimvero sic illi summam in res omnes Dei potestatem, qvam per animantes natura secum pastuqve conjunctas, qvas Deorum singuli declararunt, venerari solent. Aquam autem & Ignem Elementorum optima divinis honoribus tanqvam præcipuas salutis nostræ causas prosequuntur. Atqve hæc in ipsis quoque Templis ostendunt: cum in sacra Serapidis æde reseranda, solennis expiationis ritus igne simul & aqva in hodiernum usqve diem peragi consveverit, ipso nimirum Præcentore aquam libante, ignemqve præferente, dum ad Templi vestibulum patria Ægyptiorum lingva Deum exsuscitat. Hæc igitur ipsi colunt, qvod aliqvam habeant cum rebus sacris communionem; sed ea potissimum, quorum fere perpetuus iisdem in sacris usus esse solet, majore qvam cætera cultu venerantur; cujusmodi sunt cuncta animantium genera. Nam & homini qvoq; circa pagum, qvem Anabin vocant, divinos honores tribuunt; eiq; sacrificium offerunt, & impositas altaribus victimas adolent. Ille vero paulo post ea tantum comedit, qvæ sibi ex privato penu tanquam homini parata & apposita fuerint. Sicut igitur ab homine, sic a reliqvis insuper animantibus abstinendum est. Præterea, cum singulari qvadam & eximia sapientiæ vi, tum diuturna cum divino Numine consvetudine, hoc etiam intellexere, qvosdam esse Deos, qui certis animantibus magis, qvam hominib⁹ ipsis, delectentur, ut Solem Accipitre, qui cum naturam habeat totam ex sanguine spirituqve constantem, tum ea est erga hominem commiseratione, ut jacenti ej⁹ cadaveri ingemiscat, oculisq; terram ingerat. Et pauculis interjectis. Jam vero, Scarabæum, inquit, stultus forte quispiam detestetur, utpote divinis in rebus hospes ac peregrinus: at hunc Ægyptii quasi vivam ac spirantem Solis imaginem venerari solent. Nam & Scarabæus omnis mas est, & semen in paludem immissum, ac sphæricam in figuram conformatū postremis pedibus in aversam partem convolvit, Solis in Cœlo motum æmulatus, integramque Lunæ dierum conversionem expectat. Sicque singulare aliquid de Ariete, aliud item de Crocodilo, ac similiter de Vulture, Ibi, verbo, de quolibet animantium genere philosophantur, ut summæ cujusdam prudentiæ, aut potius divinæ Sapientiæ consilio ad cultum ipsis etiam animalibus tribuendum adducti esse videantur.

A θηρείων τὰ ἄγρια, οὐκ ἄνευ τινὸς θείας βουλήσεως. ὅθεν καὶ ὁ Λέων ὡς θεὸς θρησκεύεται, καὶ μέρος τι τῆς Αἰγύπτου, ὃ καλοῦσι νόμον, ἐπώνυμον ἔχει Λεοντοπολίτην, ἄλλο δὲ, Βουσειρίτην, καὶ ἄλλο Κυνοπολίτην. τὴν γὰρ ἐπὶ πάντα δύναμιν, διὰ τῶν συννόμων ζώων, ἣν ἕκαστος τῶν θεῶν παρέχει, ἐθρήσκευσαν. ὕδωρ δὲ καὶ πῦρ σέβονται, τὰ κάλλιστα τῶν στοιχείων, ὡς ταῦτα αἰτιώτατα τῆς σωτηρίας ἡμῶν. καὶ ταῦτα δεικνύντες ἐν τοῖς ἱεροῖς, B ὥς που ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ ἀνοίξει τοῦ ἁγίου Σαράπιδος, ἥ τε θεραπεία διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος γίνεται, λείβοντος τοῦ ὑμνῳδοῦ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ πῦρ φαίνοντος, ὁπηνίκα ἑστὼς ἐπὶ τοῦ οὐδοῦ, τῇ πατρίῳ τῶν Αἰγυπτίων φωνῇ ἐγείρει τὸν θεόν. ταῦτ' οὖν σέβονται τὰ μέτοχα, καὶ μάλιστα πλέον τούτων ἐσέφθησαν, τὰ ὡς ἐπὶ πλέον τῶν ἱερῶν μετέχοντα. τοιαῦτα δὲ πάντα τὰ ζῶα, ἐπεὶ καὶ ἄνθρωπον σέβουσι κατὰ Ἄναβιν κώμην, ἐν ᾗ καὶ τούτῳ θύεται, καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν τὰ ἱερὰ C ἐκκαίεται. ὁ δὲ μετ' ὀλίγον φάγοι ἂν τὰ ἴδια αὐτῷ, ὡς ἀνθρώπῳ, παρεσκευασμένα. ὡς οὖν ἀνθρώπου ἀφεκτέον, οὕτω καὶ τῶν ἄλλων. ἔτι δὲ ἐκ περιττῆς σοφίας, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον συντροφίας, κατέλαβον τισὶ τῶν θεῶν προσφιλῆ τῶν ζώων τινὰ μᾶλλον ἀνθρώπων, ὡς Ἡλίῳ ἱέρακα, καὶ σύμπασαν μὲν τὴν φύσιν ἐξ αἵματος ἔχοντα καὶ πνεύματος· οἰκτείροντα δὲ καὶ ἄνθρωπον, καὶ κωκύοντα ἐπὶ νεκρῷ κειμένῳ, γῆν τε ἐπαμώμενα. D καὶ μετὰ βραχέα φησίν. Κάνθαρον δὲ ἀμαθὴς μὲν βδελυχθείη ἂν ἀγνώμων ὑπάρχων τῶν θείων· Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφθησαν, ὡς εἰκόνα Ἡλίου ἔμψυχον. κάνθαρος γὰρ πᾶς ἄρρην, καὶ ἀφιεὶς τὸν θορὸν ἐν τέλματι, καὶ ποιήσας σφαιροειδῆ, τοῖς ὀπισθίοις ἀνταναφέρει ποσὶν, ὡς Ἥλιος οὐρανὸν, καὶ περίοδον ἡμερῶν ἐκδέχεται Σεληνιακήν. Οὕτω δὲ καὶ περὶ κριοῦ τι φιλοσοφοῦσι, καὶ ἄλλο τι περὶ Κροκοδείλου· περί τε Γυπὸς καὶ Ἴβεως, καὶ ὅλως καθ' ἕκαστον τῶν ζώων ὡς ἐκ φρονήσεως, καὶ τῆς ἄγαν θεοσοφίας, ἐπὶ τὸ σέβας ἐλθεῖν καὶ τῶν ζώων.

ε. V.

ΟΤΙ ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ ΠΑΣΗΣ ΥΠΗΡΧΕ μεστὰ καταγνώσεως.

Τοιαῦτα καὶ τὰ περὶ τῆς γενναίας τῶν σοφῶν Αἰγυπτίων φυσιολογίας τέθειται ὁ δεδηλωμένος, Αἰγυπτίων διασαφήσας ἡμῖν τὰ ἀπόρρητα, ὅτι τε Ὕδωρ καὶ Πῦρ σέβουσι, καὶ μία λογικῶν καὶ ἀλόγων, οὐ μόνον σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς οὐσία κέκριται εἶναι παρ' αὐτοῖς, ὡς εὐλόγως αὐτοὺς δοκεῖν θεοὺς ἀναγορεύεσθαι τὰ θηρία. καί τοι πῶς οὐ παραλογώτατον, εἰς θεοποιΐαν παραλαμβάνειν τὴν ἄλογον καὶ θηριώδη φύσιν, διὰ τὸ τῆς ἴσης, ὥς φασιν, ἀνθρώποις μετέχειν ψυχῆς; χρῆν γὰρ, εἴπερ ἄρα, ἀνθρώπους καὶ αὐτὰ ἡγεῖσθαι, καὶ τῆς ἀνθρωπείας αὐτοῖς δόξης τε καὶ τιμῆς μεταδιδόναι. οἱ δὲ τοῦτο μὴ πράξαντες, τὰ πρὸς αὐτῆς τῆς φύσεως ἄλογα θηρία γενόμενα, καὶ ταύτην εἰληχότα τὴν ἐπωνυμίαν, καὶ οὐδὲ τῆς ἀνθρώπων προσρήσεως ἠξιωμένα, οὐδ' ὁμοίως ἀνθρώποις ἠξίωσαν ἀποδέξασθαι· τὴν ἀνωτάτω δὲ τοῦ παμβασιλέως προσηγορίαν, καὶ τοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ θεοῦ φέροντες εἰς τὴν τῶν θηρίων φύσιν, καταβεβλήκασι, καὶ θεοὺς ἐπεφήμισαν, ἃ μηδὲ τῆς ἀνθρώπων πρὸς αὐτοῦ τοῦ θεοῦ κατηξίωται προσηγορίας. ἐπὶ τούτοις ἀκήκοας καὶ τῆς θεοσοφίας τῆς μυστικῆς, δι' ἣν οἱ θαυμάσιοι τῶν Αἰγυπτίων, λύκους καὶ κύνας καὶ λέοντας ἐσεβάσθησαν. ἔγνως καὶ τοῦ κανθάρου τὸ θαῦμα καὶ ἱέρακος τὴν ἀρετήν. μηδὲ γέλα τοῦ λοιποῦ τοὺς θεοὺς· ἐλέει δὲ πολλῆς ἀμαθείας καὶ ἀβλεψίας τὸ τρισάθλιον ἀνθρώπων γένος. καὶ δὴ σκόπει τὰ πάντα περιαθρῶν, οἵων ἡμῖν ἀγαθῶν πάρεστι δοτὴρ ὁ Χριστὸς ὁ Θεὸς, τοσαύτης νόσου, μακρᾶς τε καὶ πολυχρονίου πηρώσεως, καὶ τὰς Αἰγυπτίων ψυχὰς, διὰ τῆς εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας λελυτρωμένος, ὡς τοὺς πλείους ἤδη τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ ταύτης ἀπηλλάχθαι τῆς νόσου.

ISTA OMNIA NULLAM DAmnandi sui causam per sese non præbuisse.

HÆC igitur laudatus a nobis Scriptor de egregia politorum & elegantium Ægyptiorum physiologia commemorat, qvibus eorum nobis arcana patefecit; nimirum, Aqvam ipsos Ignemqve venerari, unamqve omnino esse tam ratione præditorum, qvam eadem carentium, nec corporum modo, sed etiam animi substantiam naturamqve statuere; ut eam ob causam feras etiam jure ab illis ac merito Deorum in numero palam habitas ac recensitas fuisse arbitretur. Id autem qvis non ab omni ratione alienissimum esse videat, rationis expertem belluinamqve naturam, ut numen in ea consecretur, adhiberi, qvod ejusdem, ut ajunt, cum hominibus animi communione jungatur? qvippe, oporteret enim, si ita est, easdem feras homines appellare, humanamqve cum iis dignitatem honoremqve communicare. Qvod illi cum minime fecerint, qvæ tamen ab ipsa natura brutæ ac rationis expertes feræ procreantur, qvæ hoc cognomenti genus sibi proprium sortitæ sunt, qvæ ne ipsa qvidem hominum appellatione dignæ judicantur; eas non jam eodem apud se, quo homines, jure esse voluerunt, sed altissimum illud Orbis universi Regis, ac rerum omnium molitoris Dei nomen in belluarum naturam ultro dejecerunt, easqve Deos pronunciarunt, qvas DEUS ne hominum qvidem appellatione dignatus est. Audiisti præterea divinæ Sapientiæ mysteria, qvæ mirabilem Ægyptiorum nationem ad lupos, canes, leonesqve venerandos excitarit. Cognovisti etiam Scarabæi miraculum, virtutem Accipitris. Desine tamen, qvod superest, Deos irridere: subeat te potius tantæ infelicissimi hominum generis cæcitatis & amentiæ commiseratio: simulqve omnibus diligenter exploratis tecum ipse reputa, qvibus nos qvantisqve bonis Christus ille Deus cumularit, qvi nostros & Ægyptiorum ipsorum animos, Evangelicæ doctrinæ suæ vi tam inveterata tamqve diuturna cæcitate vindicarit: nam & Ægyptios quoque maximam sane partem videmus ab istius morbi contagione liberatos.

VI. A

JURE NOS AB EA QVOQVE de Diis istorum philosophandi ratione, qvæ propius ad naturam accedere videatur, recessisse, eidemq; solam veramqve Theologiam anteposuisse.

EJUSMODI fuerunt Ægyptiorum commenta, quæ longe omnibus Græcorum figmentis antiqviora fuisse memorantur. Habes tu præter fabulosam illam Theologiam, aliam quoque cum rebus naturalibus conjunctiorem, eamq; cum Græcis pariter Ægyptiisq; comunem, qvi jam olim superstitiosum istum tot Numinum cultum conflavere, quos utiq; nihil omnino de ulla vere divina, corporis experte, atq; intelligente natura cognovisse, facile animadvertis. Sed enim demus hoc tamen, atq; istis altiorum cœlestiumq; nugarum architectis concedamus, verum eos dicere, & in hac sua allegoricæ interpretationis physiologia scopum ipsum attigisse. Sit apud illos Sol nunc qvidem Apollo, nunc Orus, nunc etiam si lubet, Osiris, imo esto sane, qvicqvid ipsi voluerint: itemq; Luna, vel Isis, vel Artemis, vel qvæcunqve recensere placuerit. Sint enimvero hæc non mortalium hominum, sed luminum cœlestium propria nomina. Erit videlicet propterea Soli, Lunæ, sideribus, ac reliquis hujus mundi partib⁹ adorationis cultus tanqvam Diis exhibendus. Sic ergo præclara græcorum philosophia in omnium conspectu, verborum qvidem ostentationē quasi machina quadam sublime tollit, at sapientium mentem deorsum & circa Dei creaturas, qvæ sensibus oculisq; patent, ita versat, nihil ut omnino præter Ignem calidamqve naturam, mundique partes, luminaque cœlestia, adde vero humidam atque siccam per me licet, ipsamque corporum temperationem divinitate donet. Qvis igitur non videat, magnum plane atque admirabile quiddam esse JESU Christi Servatoris Deiqve nostri Evangelium, quod universum hominum genus edoceat, Solis ipsius Lunæqve Deum ac Dominum orbisqve toti⁹ conditorem, Supremum, inqvam, illum, rerumq; fines ac terminos omnium superantem, convenienti tantæ Majestati cogitatione sensuqve venerari? adeoqve non corporum elementa, sed ipsiusmet vitæ, alimentorum, cunctorumqve bonorum Qvæstorum ac Dispensatorem celebrare?

ς.

ΟΤΙ ΚΑΙ ΤΗΣ ΦΥΣΙΚΩΤΕΡΑΣ ΑΥΤΩΝ περὶ θεῶν θεωρίας εὐλόγως ἀναχωρήσαντες, τὴν μόνην καὶ ἀληθῆ θεολογίαν προτετιμήσαμεν.

ΑΛΛΑ γὰρ τοιαῦτα καὶ τὰ παρ' Αἰγυπτίοις, ἃ καὶ παλαίτερα τῶν Ἑλληνικῶν ἁπάντων μνημονεύεται. ἔχεις τοιγαροῦν πρὸς τὴν μυθικὴν, καὶ τὴν φυσικωτέραν θεολογίας Ἑλλήνων ὁμοῦ καὶ Αἰγυπτίων, τῶν πάλαι τὴν πολύθεον δεισιδαιμονίαν συστησαμένων· παρ' οἷς ὅτι μηδέν τι τῶν ἀληθῶς θείων, ἀσωμάτων τε καὶ νοερῶν οὐσιῶν ἐγνωρίζετο, μεμάθηκας. πλὴν ἀλλὰ δεδόσθω καὶ συγκεχωρήσθω τούτοισὶ τοῖς μετεωρολέσχαις λέγειν ἀληθῆ, καὶ ἐπιτυγχάνειν ἐν τῇ τῶν ἀλληγορουμένων φυσιολογίᾳ· γινέσθω τε αὐτοῖς ὁ Ἥλιος, ποτὲ μὲν Ἀπόλλων, καὶ πάλιν Ὧρος, καὶ [illegible]
B
C Ὄσιρις πάλιν ὁ αὐτὸς καὶ μυρία ἄλλα, ὅσα καὶ θέλοιεν· ὥσπερ οὖν καὶ ἡ Σελήνη, ἢ Ἶσις, ἢ Ἄρτεμις, καὶ ὅσα ἄν τις ἐξαριθμεῖν βούλοιτο. μὴ γὰρ ἔστω ταῦτα θνητῶν ἀνδρῶν, ἀλλ' αὐτῶν τῶν ἐπουρανίων φωστήρων σημαντικαὶ προσηγορίαι. τὸν Ἥλιον ἄρα, καὶ τὴν Σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, ὡς θεοὺς προσκυνητέον. καὶ ταύτῃ τοιγαροῦν ἡ γενναία τῶν Ἑλλήνων φιλοσοφία, ὡς διὰ μηχανῆς πέφηνεν, εἰς ὕψος μὲν ἀνάγουσα τὴν
D ἐπαγγελίαν τοῦ λόγου, κάτω δὲ περιστρέφουσα ἀμφὶ τὴν αἰσθητὴν καὶ φαινομένην τοῦ θεοῦ δημιουργίαν, τὴν τῶν σοφῶν διάνοιαν, καὶ πλέον οὐδὲν, ἀλλ' ἢ πῦρ καὶ τὴν θερμὴν οὐσίαν, τά τε μέρη τοῦ κόσμου, διὰ τῶν οὐρανίων φωστήρων, ἔστω δὲ καὶ τὴν ὑγρὰν καὶ τὴν ξηρὰν, καὶ τὴν σύγκρασιν τῶν σωμάτων θειάζουσα, πῶς οὖν οὐ μέγα καὶ θαυμάσιον τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ Εὐαγγέλιον, πᾶν γένος ἀνθρώπων παιδεῦον, τὸν Ἡλίου καὶ Σελήνης θεὸν καὶ δεσπότην, καὶ δημιουργὸν τοῦ σύμπαντος κόσμου, αὐτὸν τὸν ἀνωτάτω καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων ταῖς πρεπούσαις ἐννοίαις εὐσεβεῖν, καὶ οὐ τὰ τῶν σωμάτων στοιχεῖα, ἀλλὰ τὸν ζωῆς αὐτῆς καὶ τροφῶν καὶ πάντων ἀγαθῶν ταμίαν ὑμνεῖν,

μέρη

μέρη τε τοῦ κόσμου τὰ ὁρώμενα, καὶ πᾶν τὸ καταληπτὸν σαρκὸς αἰσθήσει, ὡς ἂν τῆς φθαρτῆς ὄντα φύσεως, οὐδαμῶς καταπλήττεσθαι. τὸν δ' ἐν τούτοις ἅπασιν ἀόρατον, καὶ τὸν καθόλου τε καὶ κατὰ μέρος δημιουργικὸν νοῦν μόνον ἀποθαυμάζειν, καὶ θεολογεῖν μίαν μόνην ἐκείνων διήκουσαν καὶ διακοσμοῦσαν τὰ πάντα δύναμιν θείαν, ἀσώματον οὖσαν καὶ νοερὰν τὴν φύσιν, μᾶλλον δὲ καὶ ἄῤῥητον εἰπεῖν, καὶ ἀκατάληπτον, διὰ πάντων, δι' ὧν καὶ ἐνεργεῖ, παραφαινομένην, διήκουσάν τε ἀσωμάτως, καὶ ἀσυμπλόκως τὰ πάντα ἐπιπορευομένην, καὶ δι' ἁπάντων οὐκ οὐρανίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ γῆς, τῶν τε καθόλου στοιχείων, καὶ τῶν ἐπὶ μέρους, τὴν τῆς θεότητος διαρκῆ μεγαλουργίαν ἐπιδεικνυμένην· πᾶσί τε ἀφανῶς καὶ ἡμῖν ἀνεπαισθήτως ἐπιστατοῦσαν, καὶ λόγοις ἀνεκφράστοις σοφίας τὸν σύμπαντα κόσμον διακυβερνῶσαν. Τοσούτων ἡμῖν ἀποδεδειγμένων εἰς ἔλεγχον τῆς ἀσυστάτου σοφίας ἢ θεολογίας, τῆς τε λεγομένης μυθικωτέρας, καὶ τῆς ὑψηλοτέρας, καὶ φυσικωτέρας, ἣν οἱ παλαιοὶ Ἕλληνές τε καὶ Αἰγύπτιοι σεμνύνοντες ἀπεδείχθησαν· ὥρα καὶ τῶν νέων τῶν δὴ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς φιλοσοφεῖν ἐπαγγελομένων ἐπαθρῆσαι τὰ καλλωπίσματα. οἵδε γὰρ τὰ περὶ νοῦ δημιουργικοῦ τῶν ὅλων, καὶ τὰ περὶ ἀσωμάτων ἰδεῶν, νοερῶν τε καὶ λογικῶν δυνάμεων, τοῖς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα, μακροῖς ποθ' ὕστερον χρόνοις ἐφευρημένα, καὶ λογισμοῖς ὀρθοῖς ἐπινενοημένα, συμπλέξαι τῇ τῶν παλαιῶν θεολογίᾳ πεπειραμένοι μείζονι τύφῳ τὴν περὶ τῶν μύθων ἐπαγγελίαν ἐξῆραν. Ἄκουε δ' οὖν καὶ τῆς τούτων φυσιολογίας, μεθ' οἵας ἐξενήνεκται τῷ Πορφυρίῳ ἀλαζονείας.

A nec jam ullo modo aspectabilis istius mundi partes, aut eorum quicquam, qvæ sensu corporis attingi comprehendiq; possunt, qvippe qvæ caducæ pereuntisq; naturæ sint, cum stupore mentis intueri: sed potius mentem illam, non modo comunium universi naturarum, sed rerum qvoq; singularum effectricem, qvæq; cum insit in omnibus, nusqvam tamen videri potest, unam admirari, unam suis de Numine sermonibus ac disputationibus prædicare; solam, inqvam, illam potestatem divinam, qvæ cuncta permeat, B cunctaq; moderatur, corpore vacuam intelligentemq; naturam, vel ejusmodi poti⁹, qvam nec dicendi nec cogitandi vis ulla capere possit, qvæ subinde rebus in omnibus, qvæ per eam efficiuntur, appareat, qvæ sine corpore cuncta penetret, ac sine ulla commixtione pervadat, qvæ omnibus in creaturis non cœlestibus modo, sed etiam terrenis constantem ac perpetuam operandi virtutem ac magnificentiam ostendat, qvæ cunctis citra aspectum, nobisq; adeo citra sensum omnem moderetur, ac sapientiæ, qvas verbis asseqvi nemo qveat, rationibus orC bem gubernet universum. Sed qvoniam tot hactenus argumentis istius vel Sapientiæ, vel Theologiæ, sive qvæ fabularũ comes & socia nominatur, sive qvam veteres cum Græci tum Ægyptii ad aliqvam dignitatis speciem cum rerum naturis propi⁹ conjunxere, vanitatem & inconstantiam illustravimus; Seqvitur, uti invecta a recentioribus iis, qvi nostris temporibus sese philosophari profitentur, fuci plena ornamenta videam⁹. Isti qvippe, qvæ longo post ætatum intervallo, de mente rerum omnium procreatriD ce, deq; corpore carentibus ideis, ac de naturis intelligentia rationeq; præditis inventa primum a Platone, summoq; judicio excogitata fuerant, ea cum priscorum Theologia colligare moliti, majore qvam antea fastu hanc texendarum fabellarum professionem extulere. Audi ergo, qvanta cum ostentatione atq; jactantia hominum etiam istorum physiologiam Porphyrius evulgarit.

ζ.

ΟΠΟΙΑΣ ΟΙ ΝΕΩΤΕΡΟΙ ΤΩΝ ΦΙλοσόφων τοῖς περὶ θεῶν μύθοις συνέπλεξαν ἀπολογίας.

» ΦΘΕΓΞΟΜΑΙ οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ'
» ἐπίθεσθε βέβηλοι.
pag. 64. Σοφίας θεολόγου νοήματα δεικνὺς, οἷς καὶ τὸν
» θεὸν, καὶ τοῦ θεοῦ τὰς δυνάμεις διὰ εἰκόνων
» συμφύλων αἰσθήσει ἐμήνυσαν, ἄνδρες τὰ
» ἀφανῆ φανεροῖς ἀποτυπώσαντες πλάσ-

VII.

QVASNAM RECENTIORES PHIlosophi causas atq; rationes ad veteres de Diis fabulas attexuerint.

FAS qvibus est, narrabo: fores claudunto »
profani; »
Divinæq; Sapientiæ sensus & consilia proferam, qvibus ii Deum & multiplicem Dei vim »
atq; potestatem, imaginibus qvib⁹dam naturali cũ sensu cognatione conjunctis indicarũt, qvi res aspectũ omnẽ fugiẽtes perspicuis »

simulacris in eorum gratiam expressere, qui prima de Diis elementa, corumq; doctrinam ex statuis sic tanqvam e libellis recitare didicerant. Enimvero mirum videri non debet, si ligna, si lapides simulacra Deorum esse homines imperitissimi arbitrentur, perinde sane ut ii, qui rudes ignariqve literarũ, cippos qvidem non aliter ac lapides, tabulas vero non secus atqve ligna, libros deniqve quasi contextam papyrum intuentur. His ubi verbis ille prolusit ad fastum ostentationemqve compositis, accipe porro, qvemadmodum institutam orationem proseqvatur. Jam vero, qvod Numen, inqvit, lucis formam aliqvam speciemqve præ se ferat, & in medio circumfusi purissimi cujusdam ignis orbe versetur, nec ab ullo sensu, qui circa mortalem hanc vitam occupetur, attingi possit: illustri qvidem splendidaq; materia, cujusmodi crystallum est, pariumve marmor, aut ebur, in aliquam sui luminis cogitationem adduxit; auri vero aspectu, partim ignis, partim decoris sui nullam omnino maculam ferentis notionem impressit; aurum enim sordibus fœdari non potest. Qvinetiam pleriq; nigro lapide naturam illius nusqvam sub oculos cadentem adumbrarunt. Nam quod ratione præditum Numen sit, humanam in figuram Deos conformarunt: quod vero pulcritudinem habeat omni fato superiorem, formæ dignitate præstantes effinxerunt: varia deniq; cum specie, tum ætate spectabiles, itemq; diverso vel sedendi, vel standi more, cultuq; dissimili, adeoq; mares alios, alios fœminas, virgines, adolescentes, matrimonioq; conjunctos, ut eorum inter sese discrimen ac differentiam exhiberent. Itaque alba omnia cœlestibus Diis assignarunt, itemqve sphæram & cuncta sphærica Mundi qvidem, Solis, ac Lunæ propria, sed tamen iis aliqvando cum fortuna & spe communia esse voluerunt: circulum vero qvæq; circularis erant figuræ partim Æternitati, partim Cœli motui, ejusdemqve zonis ac circulis; circulorum autem sectiones variis Lunæ figuris, Pyramides & Obeliscos Ignis naturæ, eademq; de causa Olympiis qvoqve Diis, ut Conum præterea Soli, Terræ Cylindrum, semini ac generationi effigiem veretri, figuramqve triangularem propter verecundum fœminæ membrum tribuerunt. Hæc egregius singularisqve Philosophus, quibus quid fœdius ac turpius dici possit, cum per ea res etiam turpissimæ verbis graviter ac magnifice prædicentur? qvid porro coactum magis, qvam inanimas quasdam materias, aurum, lapides, cæteraque id genus, Lucis ac Deorum imagines, aut cœlestis ætheriæqve naturæ simulacra præ se ferre? Cæterum hæc sophismata a nuperis quibusdam invecta esse, de qvibus

A μασι, τοῖς καθάπερ ἐκ βίβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀναλέγειν τὰ περὶ θεῶν μεμαθηκόσι γράμματα. θαυμαστὸν δὲ οὐδέν, ξύλα καὶ λίθους ἡγεῖσθαι τὰ ξόανα τοὺς ἀμαθεστάτους, καθὰ δὴ καὶ τῶν γραμμάτων οἱ ἀνόητοι, λίθους μὲν ὁρῶσι τὰς στήλας, ξύλα δὲ τὰς δέλτους, ἐξυφασμένην δὲ πάπυρον, τὰς βίβλους. Τοιαῦτα ὡς ἐν προοιμίῳ κατακομπήσας, ἄκουε οἷα προϊὼν ἑξῆς γράφει πρὸς λέξιν. Φωτοειδοῦς δὲ ὄντος τοῦ θείου, καὶ ἐν πυρὸς B αἰθερίου περιχύσει διάγοντος, ἀφανοῦς τε τυγχάνοντος αἰσθήσει περὶ θνητὸν τὸν βίον ἀσχόλῳ· διὰ μὲν τῆς διαυγοῦς ὕλης, οἷον κρυστάλλου, ἢ παρίου λίθου, ἢ καὶ ἐλέφαντος, εἰς τὴν τοῦ φωτὸς αὐτῶν ἔννοιαν ἐνῆγε· διὰ δὲ τῆς τοῦ χρυσοῦ, εἰς τὴν τοῦ πυρὸς διανόησιν, καὶ τὸ ἀμίαντον αὐτοῦ, ὅτι χρυσὸς οὐ μιαίνεται. πολλοὶ δὲ αὖ, καὶ μέλανι λίθῳ, τὸ ἀφανὲς αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐδήλωσαν· καὶ ἀνθρωποειδεῖς μὲν ἀπετύπουν τοὺς θεούς, ὅτι λογικὸν C τὸ θεῖον· καλοὺς δέ, ὅτι κάλλος ἐν ἐκείνοις ἀκήρατον. διαφόροις δὲ σχήμασι καὶ ἡλικίαις, καθέδραις τε, καὶ στάσεσι, καὶ ἀμφιάσεσι· καὶ τοὺς μὲν ἄρρενας, τὰς δὲ θηλείας, καὶ παρθένους, καὶ ἐφήβους, ἢ γάμου πεῖραν εἰληφυίας, εἰς παράστασιν αὐτῶν τῆς διαφορᾶς. ὅθεν πᾶν τὸ λευκὸν, τοῖς οὐρανίοις θεοῖς ἀπένειμαν, σφαῖράν τε καὶ τὰ σφαιρικὰ πάντα, ἰδίως τε κόσμῳ καὶ Ἡλίῳ καὶ Σελήνῃ, ἔσθ' ὅπου δὲ καὶ τύχῃ καὶ ἐλπίδι. κύκλον δὲ, καὶ τὰ κυκλικὰ, αἰῶνι καὶ τῇ κατ' D οὐρανὸν κινήσει, ταῖς τε ἐν αὐτῷ ζώναις καὶ τοῖς κύκλοις· κύκλων δὲ τμήματα, τοῖς σχηματισμοῖς τῆς Σελήνης. πυραμίδας δὲ καὶ ὀβελίσκους, τῇ πυρὸς οὐσίᾳ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς· ὥσπερ αὖ κῶνον μὲν Ἡλίῳ, γῇ δὲ κύλινδρον, σπορᾷ δὲ καὶ γενέσει φάλητα, καὶ τὸ τρίγωνον σχῆμα, διὰ τὸ μόριον τῆς θηλείας. Ταῦτα ὁ θαυμαστὸς φιλόσοφος. ὧν τί ἂν γένοιτο ἀσχημονέστερον τὰ αἰσχρὰ σεμνολογούντων; τί δὲ βιαιότερον τὰς ἀψύχους ὕλας, χρυσὸν καὶ λίθους, καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰκόνας φέρειν τοῦ φωτὸς τῶν θεῶν, καὶ τῆς οὐρανίου καὶ αἰθερίου φύσεως δηλώματα φασκόντων; Ὅτι δὲ τῶν νέων ἐστὶ ταῦτα σοφίσματα,

μηδ' ὄναρ τῶν παλαιῶν εἰς ἐνθύμησιν ἐλθόντα, γνοίης ἂν μαθὼν ὅτι καὶ ἀποπληκτα τὴν παρὰ τοῖς προτέροις, τὰ διὰ χρυσοῦ καὶ τῆς νομιζομένης πολυτελεστέρας ὕλης ξόανα. λέγει δ' οὖν Πλούταρχος ὧδέ πῃ κατὰ λέξιν.

η.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΑΣ ΤΩΝ ΞΟΑΝΩΝ κατασκευῆς καὶ ἱδρύσεως.

» ΗΔΕ τῶν ξοάνων ποίησις ἀρχαῖον ἔοικεν εἶ-
» ναί τι καὶ παλαιόν, εἴγε ξύλινον μὲν ἦν τὸ B
» πρῶτον εἰς Δῆλον ὑπὸ Ἐρισίχθονος Ἀπόλ-
» λωνι ἐπὶ τῶν θεωριῶν ἄγαλμα. ξύλινον δὲ τὸ
» τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθέν, ὃ
» μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Ἥρας
» δὲ καὶ Σάμιοι ξύλινον εἶχον ἕδος, ὥς φησι
Corrupt. locus. Καλλίμαχος, * Οὔπω σκέλμιον ἔργον εὐξό-
ανον, ἀλλ' ἐπὶ τεθμὸν δὴ νεόγλυφον ὤναξ θε-
» ᾶς ἦσθα σανίς. ὧδε γὰρ καθιδρύοντο θεοὺς τότε.
» καὶ γὰρ Ἀθήνης ἐν Λίνδῳ Δαναὸν λεῖον ἔθηκεν
» ἕδος. λέγεται δὲ Πείρας ὁ πρῶτος Ἀργολίδος
» Ἥρας ἱερὸν εἱσάμενος, τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα C
» Καλλίθυιαν ἱέρειαν καταστήσας, ἐκ τῶν περὶ Τί-
» ρυνθα δένδρων ὄγχνην τεμὼν εὐκτέανον, Ἡ-
» ρας ἄγαλμα μορφῶσαι. Πέτραν μὲν γὰρ εἰς
» θεοῦ κόπτειν εἰκόνα, σκληρὰν καὶ δύσεργον καὶ
» ἄψυχον, οὐκ ἐβούλοντο· χρυσὸν δὲ καὶ ἄργυρον
» ἡγοῦντο γῆς ἀκάρπου καὶ διεφθαρμένης χρώ-
» ματα νοσώδη, καὶ κηλῖδας ἐξανθεῖν, ὥσπερ μώ-
» λωπας ὑπὸ πυρὸς ῥαπισθείσης. ἐλέφαντι δὲ
» παίζοντες μὲν ἔσθ' ὅπου προσεχρῶντο, ποικίλ-
» ματι τροφῆς. ταῦτα ὁ Πλούταρχος. καὶ τούτου
δὲ πολὺ πρότερον ὁ Πλάτων οὐδὲν εἶναι σεμνόν,
οὐδὲ προσεοικὸς θείᾳ φύσει ἐν χρυσῷ, καὶ λί-
θοις, καὶ ἐλέφαντι, τοῖς τε ἐξ ὕλης ἀψύχου D
κατασκευάσμασιν εὖ μάλα εἰδώς, ἐπάκουσον
ἐν τοῖς νόμοις ὁποῖα διατάττεται. Γῆ μὲν οὖν
» ἑστία τε οἰκήσεως, ἱερὰ πᾶσι πάντων θεῶν·
» μηδεὶς οὖν δευτέρως ἱερὰ καθιερούτω θεοῖς.
» χρυσὸς δὲ καὶ ἄργυρος ἐν ἄλλαις πόλεσιν,
» ἰδίᾳ τε, καὶ ἐν ἱεροῖς, ἐπίφθονόν ἐστι κτῆμα.
» ἐλέφας δὲ ἀπολελοιπότος ψυχὴν σώματος,
» οὐκ εὐαγὲς ἀνάθημα. σίδηρος δὲ καὶ χαλκός,
πολέμων ὄργανα. ταῦτα δὲ συνεφῆ περιέχειν
ἡγοῦμαι τῆς προτεθείσης ἀνατροπὴν φυσιο-
λογίας. ἧς φέρε καὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθεωρήσω-
μεν. ἐπάκουσον οὖν, οἷά φησιν.

Ane per somnium quidem veteres cogitarint, vel ex eo intelligas, quod prisci illi homines confecta ex auro aut alia quadam materia, quæ pluris æstimari solet, simulacra rejicerent. Atq; id Plutarchus sic ad verbum alicubi testatum reliquit.

VIII.

DE PRISCA SIMULACRA CONficiendi statuendique ratione, ex Plutarcho.

PRISCA vero ac pervetusta habeatur fingendorum simulacrorum consvetudo. Illud certe quidem, quod in Delo primum ab Eresichthone solennioribus Atticæ pompæ diebus consecratum Apollini signũ est, ligneum erat: itemq; ligneum aliud ab Indigenis ipsis Minervæ Urbicæ positum, quod Athenienses hodieq; servant. Quin & Samii quoque ligneam Junonis effigiem habuere, ut scribit Callimachus * »

* * * * ■

Piras vero princeps Junonis Argolicæ Templum posuisse fertur, & Callithyiam filiam ejus Sacerdotem fecisse, atq; ex Tirynthiis arboribus sectam pyrum silvestrem in elegantem ac politam Junonis imaginem configurasse. Nam lapidem quidem ipsi, quippe rem duriorem minusq; arti obseqventem animaq; carentem in Numinis effigiem scalpendo conformare nolebant: aurum autem atq; argentum sterilis ac vitiati soli morbosos colores esse, ac sordes qvasdam & maculas ex terra ignis ardore percussa, vibicum instar existere arbitrabantur: Ebore vero interdum sane utebantur, sed joco solum, & qvasi ad aliqvam deliciarum ac lautitiarum varietatem. Hæc Plutarchus, eoq; longe antiqvior Plato nihil nec in auro, nec in lapidibus, nec in ebore, nec in ullo prorsus opere, quod ex inanimi materia conflatur, esse pronunciat, quod vel paulo augustius, vel naturæ Divinæ aptum, ac simile haberi possit. Tu ergo, qvi hominem, hominisq; sensum apprime nosti, accipe, quid in Legibus hac de re præcipiat; Terra, inquit, fociq; domestici cunctis hominibus Deorum omnium Templa sunt: Nemo igitur secunda Diis templa consecrato. Nam aurum quidem & argentum apud alias civitates, tam privatim qvam in templis ipsis invidiosa possessio est; ebur autem corporis anima spoliati minus sanctum purumq; donum: ferrum deniq; & æs bellorum instrumenta. Atq; his eqvidem Porphyrianæ physiologiæ vanitatem manifesto argui ac refelli puto.

IX.

CONTINUATIO THEOLOGIÆ Græcorum & Ægyptiorum allegoriis explicatæ.

A

AGE tamen, quæque ex eadem supersunt, contemplemur. Audi ergo, qvemadmodum Porphyrius iste proseqvatur. „Attende mihi porro, inquit, Græcorum sapientiam, itaqve tecum ipse cogita. Qvippe, cum illi Jovem hujus mundi Mentem esse crederent, qvæ mundum ipsum in sese B complexa, quicquid eo continetur, procrearit; qvæ seqvuntur, ex Orphei petita carminibus in theologiæ suæ libris de illo tradiderunt.

Jupiter omnia complexus ex Orpheo.

Princeps postremusque Jovis, qui fulmine candet,
Ille caput, mediumq; simul, cui cuncta creantur,
Mas natus Jovis est, natus Jovis integra Virgo.
Ille solum, ac Cœli stellatos sustinet axes.
Rex idem, rerumque parens, & originis C *auctor.*
Unica vis, Dæmonque unus, qui cuncta gubernat,
Omniaque hæc unus regali in corpore claudit,
Ignem, Undam, Terras, Æthram, Noctemque, Diemque,
Consilium, ac primum Genitorem, & numen Amoris,
Hæc Jovis immenso sub corpore cuncta coercet.
Atque hujus caput eximium, vultusque decoros,
Irradians cœlum videas, cui pendula cir- D *cum*
Aureaq; Astrorum multo se lumine fundit
Cæsaries; geminumque alto stat vertice cornu
In Tauri speciem, rutiloque accenditur auro:
Ortus & occasus, superis nota orbita Divis.
Sunt oculi Phœbus, Phœboque adversa recurrens
Cynthia. Mens verax, nullique obnoxius Æther
Regius interitu, qui cuncta movetque regitque
Consilio. Vox nulla potest, sonitusve, nec ullus
Hancce Jovis sobolem strepitus, nec fama latere.

θ.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΛΗΓΟΡΟΥΜΕνης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας.

ΟΡΑ δὲ τὴν τῶν Ἑλλήνων σοφίαν οὑτωσὶ διασκοπούμενος. τὸν γὰρ Δία, τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ὑπολαμβάνοντες, ὃς τὰ ἐν αὐτῷ ἐδημιούργησεν ἔχων τὸν κόσμον, ἐν μὲν ταῖς θεολογίαις ταύτῃ περὶ αὐτοῦ παραδεδώκασιν οἱ τὰ Ὀρφέως εἰπόντες.

Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος,
Ζεὺς κεφαλή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται.
Ζεὺς ἄρσην γένετο, Ζεὺς ἄφθιτος ἔπλετο νύμφη.
Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
Ζεὺς βασιλεὺς, Ζεὺς αὐτὸς ἁπάντων ἀρχιγένεθλος.
Εν κράτος, εἷς δαίμων γένετο, μέγας ἀρχὸς ἁπάντων,
Εν δὲ δέμας βασίλειον, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
Πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθὴρ, νύξ τε καὶ ἦμαρ,
Καὶ μῆτις, πρῶτος γενέτωρ, καὶ ἔρως πολυτερπής·
Παντα γὰρ ἐν μεγάλῳ Ζηνὸς τάδε σώματι κεῖται.
Τοῦ δή τοι κεφαλὴν μὲν ἰδεῖν, καὶ καλὰ πρόσωπα,
Οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
Αστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται.
Ταύρεα δ' ἀμφοτέρωθε δύο χρύσεα κέρατα.
Αντολίη τε δύσις τε, θεῶν ὁδοὶ οὐρανιώνων.
Ομματα δ' Ἠέλιός τε, καὶ ἀντιόωσα Σελήνη.
Νοῦς δέ γε ἀψευδὴς, βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθήρ,
Ωι δὴ πάντα κυκλεῖ καὶ φράζεται, οὐδέ τις αὐδή,
Οὔτ' ἐνοπὴ, οὔτε κτύπος, οὐδὲ μὲν ὄσσα,
Ἡ λήθει Διὸς ὖα ὑπερμενέος Κρονίωνος,

» Ὧδε μὲν ἀθανάτην κεφαλὴν ἔχεν, ἠδὲ νόημα· A
» Σῶμα δέ οἱ περιφεγγὲς, ἀπείριτον, ἀστυφέλικτον,
» Ὄβριμον, ὀβριμόγυιον, ὑπερμενὲς, ὧδε τέτυκτο.
» Ὦμοι μὲν καὶ στέρνα, καὶ εὐρέα νῶτα θεοῖο,
» Ἀὴρ εὐρυβίης. πτέρυγες δέ οἱ ἐξεφύοντο,
» Τῇς ἐπὶ πάντα ποτᾶται. ἱερὴ δέ οἱ ἔπλετο νηδὺς, B
» Γαῖά τε παμμήτειρα, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.
» Μέσση δὲ ζώνη βαρυηχέος οἶδμα θαλάσσης,
» Καὶ πόντου· πυμάτη δὲ βάσις, χθονὸς ἔνδοθι ῥίζαι,
» Τάρταρά τ' εὐρώεντα, καὶ ἔσχατα πείρατα γαίης.
» Πάντα δ' ἀποκρύψας, αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς
al. πολυθέσκελα. Μέλλεν ἀπὸ κραδίης προφέρειν· πολυθέσκελα ῥέζων.

» Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος, ζῶον ἐκ ζώων, καὶ θεὸς ἐκ θεῶν. Ζεὺς δὲ, καθὸ νοῦς, ἀφ' οὗ προφέρει πάντα καὶ δημιουργεῖ τοῖς νοήμασι. τῶν δὴ θεολόγων τὰ δὴ περὶ τοῦ θεοῦ τοῦτον ἐξηγησαμένων τὸν τρόπον, εἰκόνα μὲν τοιαύτην δημιουργεῖν, οἵαν ὁ λόγος ἐμήνυσεν, οὔθ' οἷόν τε ἦν, οὔτ' εἴ τις ἐπενόησε, τὸ ζωτικὸν καὶ νοερὸν καὶ προνοητικὸν, διὰ τῆς σφαίρας ἐδείκνυεν. ἀνθρωπόμορφον δὲ τοῦ Διὸς τὸ δείκηλον πεποιήκασιν, ὅτι νοῦς ἦν καθ' ὃν ἐδημιούργει, καὶ λόγοις σπερματικοῖς ἀπετέλει τὰ πάντα. κάθηται δὲ, τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως αἰνιττόμενος. γυμνὰ δὲ ἔχει τὰ ἄνω, ὅτι φανερὸς ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσίν ἐστι. σκέπεται δὲ αὐτῷ τὰ πρόσθια, ὅτι ἀφανὴς τοῖς κάτω κεκρυμμένοις. (πρ. α.) ἔχει δὲ τῇ μὲν λαιᾷ τὸ σκῆπτρον, καθ' ὃ μάλιστα τῶν τοῦ σώματος μερῶν, τὸ ἡγεμονικώτατόν τε καὶ νοερώτατον ὑποικουρεῖ σπλάγχνον ἡ καρδία· βασιλεὺς γὰρ τοῦ κόσμου, ὁ δημιουργὸς νοῦς· προτείνει δὲ τῇ δεξιᾷ, ἢ ἀετὸν, ὅτι κρατεῖ τῶν ἀεροπόρων θεῶν, ὡς τῶν μεταρσίων ὀρνέων ὁ ἀετός. ἢ νίκην, ὅτι νενίκηκεν αὐτὸς πάντα.

» *Sic animi sensum, & caput immortale beatus*
» *Obtinet: illustre, immensum, immutabile pandens,*
» *Atque lacertorum valido stans robore corpus.*
» *Olli humeri, pectus, nec non immania terga*
» *Aerii late tractus: velocibus idem*
» *Nativisq; ruens circumvolat omnia pennis.*
» *Omniparens Tellus, quique alta cacumina tollunt*
» *Montes, sacram alvum efficiunt: mediamq; sonantis*
» *Unda tumens Pelagi zonam. Basis ultima Numen*
» *Sustentans, Terræ penitus radicibus imis,*
» *Et vastis Erebi spatiis, quosq; avia Tellus*
» *Porrigit extremos, immota in finibus hæret.*
» *Cuncta autem medio primum sub pectore condens,*
» *Inde almam in lucem dio molimine profert.*

Allegorica Jovis explicatio. Jupiter ergo mund⁹ universus est, animans qvidem ex animantibus, ac Deus ex Diis: Jupiter vero, qvatenus mens est, cujus ad C notiones in lucem cuncta profert, cunctaq; » molitur. Jam vero cum hunc in modum » Theologi de Numinis hujus natura partibusq; disputarent, nec imago ejusmodi aliqua fingi ac configurari posset, qvalem ista nobis carmina repræsentant, nec, si forte qvispiam ejus elaborandæ rationem invenisset, figura tamen sphærica satis vim illam cum vitalem, tum vero intelligentem ac providentem exprimere potuisset: Jovis simulacrum humanam in speciem conformarunt, qvod mens esset, cujus in procreatione rerum exemplar intueretur, cujus se- D minalibus quasi rationibus cuncta perficeret. Idem vero sedet, ut immotam potestatis suæ constantiam utcunqve significet: partes corporis superioris nudas habet, qvod in spiritalibus ac cœlestibus mundi partib⁹ sese illustrius spectandum exhibeat; inferiores contra tectas, quod in infimis rebus penitusqve reconditis absconditus ipse delitescat. Ac læva qvidem sceptrum tenet, quod ex omnibus corporis humani partibus eo præsertim in latere cor illud cæterorum facile princeps, vimq; intelligendi maximam complexum intestinum, tanquam in proprio domicilio conqviescat: quippe mens enim illa procreatrix hoc in orbe regnat: dextra vero aut Aqvilam protendit, quod Aëris ipse Diis, perinde ut Aquila sublime volantibus avibus, dominetur; aut Victoriam, quod idem omnia superarit. »

A Hæc tibi Porphyrius, quibus hunc in modum expositis, operæ pretium fuerit attente otioseqve contemplari, qvem ista nobis carmina qvalemqve Jovem loqvantur. Equidem non alium arbitror, qvam aspectabilem huncce mundum, ex multiplici partium varietate conflatum, qvarum aliæ cœlestes atqve ætheriæ cum sideribus in utraq; regione collucentibus, ac principe loco, sic tanqvam in magni corporis capite collocatis, aliæ vero aëriæ, terrestres, marinæ, ac cæteræ id genus. Enimvero terra, montes, B colles, partes utiqve mundi sunt, qvarum in medio cinguli cujusdam instar mare volvitur: ignis autem, aqva, nox pariter atqve dies in ejusdem quoque mundi naturæ partibus censeri ac numerari debent. His ergo palam aspectabilem hunc orbem repræsentari, suisqve aptum ex partibus & constitutum universum exhiberi, nisi tamen erro, facile mihi persvaserim. Sane enim Orpheus ita canebat,

Omniaque hæc unus regali in corpore claudit;

C cujusmodi vero ista sint omnia, sic explicat,

Ignem, Undam, Terras, Æthram, Noctemq; Diemqve.
Atque hujus caput eximium, vultusqve decoros
Irradians cælum videas, cui pendula circum
Aureaq; Astrorum multo sic lumine fundit Cæsaries,

& qvæ seqvuntur: interq; cætera subjicit, Æthera Jovis mentem esse, nihilqve aliud, D quo modo Stoici philosophantur, dum calidam quidem igneamqve naturam partem hujus mundi principem, Deum vero corpus, ipsumque adeo summum Architectum nihil nisi vim ac potestatem ignis esse dictitant. Nam ejusmodi certe versuum istorum sententiam esse arbitror,

--- *Mens, verax, nulliq; obnoxius Æther*
Regius interitu, qui cuncta movetque, regitque
Consilio.

Qvibus quidem Orpheus, ubi mundum ingens qvoddam animal sine ullis verborum involucris esse posuit, illudqve Jovem appellavit, tum mentem ipsius Aërem, corpus reliqvas mundi partes esse pronunciat. Ac talis qvidem nobis carminibus Jupiter describitur: Carminum autem Interpres ipso statim initio sententiam eorum sequutus ita subdit; Jupiter ergo mundus universus est, animans ex animantibus, ac Deus ex Diis.

Ταῦτά σοι ὁ Πορφύριος, ὧν τὸν εἰρημένον τρόπον ἀποδεδομένων, ἠρέμα καὶ ἐπὶ σχολῆς ἐπιθεωρῆσαι καλὸν, τίνα ποτὲ ἄρα τὸν Δία φασὶν εἶναι τὰ ἔπη. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ ἄλλο ἡγοῦμαι, ἢ τὸν ὁρώμενον κόσμον, ἐκ παντοίων συνεστῶτα τῶν μερῶν, τῶν τε κατ' οὐρανὸν καὶ αἰθέρα, καὶ τῶν ἐν τούτοις φαινομένων ἄστρων, ὥσπερ ἐν μεγάλου σώματος κεφαλῇ περιτεταγμένων· τῶν τε ἐν ἀέρι, καὶ γῇ, καὶ θαλάσσῃ, καὶ τοῖς παραπλησίοις. μέρη γοῦν κόσμου, καὶ γῆ, καὶ ὄρη, καὶ βουνοί. εἰλεῖταί τε αὐτῶν ἐν μέσῳ ζώνης τρόπον ἡ θάλασσα. καὶ πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ, νύξ τε καὶ ἡμέρα, τῆς αὐτῆς εἶεν ἂν τοῦ κόσμου φύσεως μέρη. ταῦτα δ' ἄντικρυς τὸν ὁρώμενον ὑποφαίνειν ἡγοῦμαι κόσμον, εἰ μή τι καὶ σφάλλομαι, καὶ τὸ ὅλον ἐκ μερῶν συνεστὼς διδάσκει. λέγει δ' οὖν,

Πάντα γὰρ ἐν μεγάλῳ Ζηνὸς τάδε σώματι κεῖται.

καὶ τίνα τὰ πάντα, διασαφεῖ,

Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ αἰθήρ, νύξ τε, καὶ ἦμαρ.
Τοῦ δή τοι κεφαλὴν μὲν ἰδεῖν καὶ καλὰ πρόσωπα
Οὐρανὸς αἰγλήεις, ὃν χρύσεαι ἀμφὶς ἔθειραι
Ἄστρων μαρμαρέων περικαλλέες ἠερέθονται.

καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. ἐν οἷς ἐπιφέρει τὸν νοῦν τοῦ Διὸς λέγων εἶναι τὸν αἰθέρα, καὶ οὐδὲν ἄλλο κατὰ τοὺς Στωϊκοὺς, τὴν πυρώδη καὶ θερμὴν οὐσίαν, τὸ ἡγεμονικὸν φάσκοντας εἶναι τοῦ κόσμου· καὶ τὸν θεὸν εἶναι σῶμα, καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν, οὐδέτερον τῆς τοῦ πυρὸς δυνάμεως. κατὰ τὰ αὐτὰ γὰρ οἶμαι καὶ ἐν τοῖς ἔπεσιν εἴρηται,

Νοῦς δ' ἀψευδὴς βασιλήϊος, ἄφθιτος αἰθήρ,
Ὧι δὴ πάντα κυκλοῖ καὶ φράζεται.

δι' ὧν ἀνεπικαλύπτως ζῶον μέγα τὸν κόσμον ὑποθέμενος, καὶ τοῦτον Δία προσειπὼν, νοῦν μὲν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, σῶμα δὲ, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη ἀπεφήνατο εἶναι. τοιοῦτος μέν τις ὁ διὰ τῶν ἐπῶν ὑπογραφόμενος τυγχάνει Ζεύς. ὁ δὲ τῶν ἐπῶν ἐξηγητὴς, ἀρξάμενος μὲν, τοῖς ἔπεσιν ἀκολούθως λέγει, Ζεὺς οὖν ὁ πᾶς κόσμος, ζῶον ἐκ ζώων, θεὸς ἐκ θεῶν.

σαφῶς τὸν θεολογούμενον Δία θεὸν, οὐδὲν ἄλλο, ἢ τὸν ὁρώμενον καὶ αἰσθητὸν κόσμον δηλοῦσθαι, διὰ καὶ τῶν ἐπῶν ἑρμηνεύσας.

Αἰγυπτίων δὲ ὁ λόγος, παρ' ὧν καὶ Ὀρφεὺς τὴν θεολογίαν ἐκλαβὼν, τὸν κόσμον εἶναι τὸν θεὸν ᾤετο, ἐκ πλειόνων θεῶν τῶν αὐτοῦ μερῶν (ὅτι καὶ τὰ μέρη τοῦ κόσμου θεολογοῦντες ἐν τοῖς πρόσθεν ἀπεδείχθησαν) συνεστῶτα. καὶ τούτου πλέον οὐδὲν τὰ παρατεθέντα τῶν ἐπῶν ῥήματα διεσάφησεν. ὁ δὲ μετὰ τὴν πρώτην ἑρμηνείαν, δευτέραν ἐξ B αὐτοῦ προστίθησι· τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν θεόν, τὸν δημιουργὸν νοῦν τοῦτον φάσκων εἶναι τὸν τεθεολογημένον. πῶς δ' αὖ αὐτὸν τοῦτον ἐθεολόγει, ὃν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγνώκει τῶν ἐπῶν ποιητής; εἴτε ὁ Θρᾷξ εἴη Ὀρφεὺς, εἴ τις ἄλλος· εἰ δὴ παρ' Αἰγυπτίων, ἢ καὶ τῶν πρώτων Ἑλλήνων ἥκοντα ἦν εἰς αὐτὸν τὰ τῆς θεολογίας· οἱ δέ γε ἀπεδείχθησαν οὐδὲν νοητὸν ἐπιστάμενοι, οὐδ' ἐν ἀφανεῖ καὶ ἀσωμάτῳ οὐσίᾳ περιεχόμενον, C εἴ τῳ ἱκανὸς πιστώσασθαι ὁ Πλάτων, ὁμολογῶν ἐν Κρατύλῳ τοὺς πρώτους τῶν ἀνθρώπων περὶ τὴν Ἑλλάδα τούτους μόνους θεοὺς ἡγεῖσθαι, οὕσπερ νῦν πολλοὶ τῶν βαρβάρων Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ γῆν, καὶ ἄστρα, καὶ οὐρανόν. Καὶ ὁ Χαιρήμων δὲ μικρῷ ἔμπροσθεν ἐμαρτύρει, οὐδ' ἄλλο τι πρὸ τοῦ ὁρωμένου κόσμου τοὺς Αἰγυπτίους ἡγεῖσθαι, οὐδ' ἄλλους θεοὺς, πλὴν τῶν πλανητῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων. πάντα τε εἰς τὰ ὁρώμενα τοῦ κόσμου μέρη, καὶ οὐδὲν εἰς ἀσω- D ματους καὶ ζώσας οὐσίας ἑρμηνεύοντας. *Pag. 9*

Asicqve manifeste Jovem illum, qvem Theologi loqvuntur, ipse qvoq; non alium præter mundum istum oculis ac sensibus obvium carminibus illis expressum ac significatum esse declarat.

Ea porro Ægyptiorum doctrina fuit, ex qvibus ut suam Orpheus theologiam hauserat, ita mundum utiq; Deum esse voluit, ex pluribus Diis tanqvam sui partibus (nam ipsas qvoqve mundi partes Deorum in numero ab iis repositas fuisse antea demonstravimus) constitutum: quod unum profecto, nihilq; præterea laudati a nobis Orphei versus expressere. At idem ipsius enarrator priori huic interpretationi alteram ex suo sensu depromptam subjiciens, procreatorem hujus universitatis Deum, effectricem Mentem illam esse contendit, qva de Theologus iste disputarit. Verum, qvomodo tandem ejusmodi mentem, suis versibus Poëta, seu Thracius ille Orpheus, seu quivis alius fuerit, Deum cecinisset, de qva nihil unqvam ipse ne levissime qvidem tenuissimeqve cognoverat? præsertim si quicquid habuit theologiæ, totum id in ipsum erat vel ab Ægyptiis, vel ab antiqvioribus Græcis derivatum, qvos quidem ostendimus antea, nihil omnino spiritalis, nihil qvod aspectum fugiente & corporis experte natura constaret agnovisse; si cui tamen hoc in genere fide dignus Plato videatur, qvi homines illos, qui Græciam primi tenuere, eos tantum, qvos Barbarorum etiamnum pleriqve celebrant, Solem, Lunam, Terram, Sidera, Cœlum, Deos censuisse, in Cratylo confitetur. Qvinetiam paulo ante Chæremo testabatur, ne ipsos qvidem Ægyptios aut aliud quicquam hoc aspectabili mundo prius & antiqvius habuisse, aut alios esse præter Planetas ac reliqva sidera Deos putavisse; adeoqve ipsos omnia prorsus ad hunc, qvem cernimus, mundum, nihil ad incorporeas viventesqve naturas interpretationibus suis revocasse.

Cap. IV Trap.

Porphyrius refellitur.

ι. ΕΛΕΓΧΟΣ ΚΑΙ ΑΝΑΤΡΟΠΗ ΤΗΣ καὶ τούτων βεβιασμένης ἀποδόσεως.

ΟΔΗ οὖν ἐκ τούτων ὁρμώμενος ποιητής, πόθεν, ἢ πῶς, ἢ παρά τινος λαβὼν ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν ἐπέκεινα τοῦ κόσμου Θεὸν, καὶ τὸν Ἡλίου, καὶ Σελήνης, καὶ ἄστρων, αὐτοῦ τε οὐρανοῦ καὶ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸν κατεβάλετο; ἀσωμάτου δὲ ἡ γνῶσις αὐτῷ πόθεν;

γρ. κατεβάλλετο.

X. COACTÆ AC VIOLENTÆ istorum omnium accommodationis refutatio.

ILLE igitur Poëta, qui totus ex fontibus hisce profluxit, unde tandem, aut qvomodo, qvove doctore atqve auspice, Deum illum mundi fines ac terminos omnes superantem, eundemqve Solis, Lunæ, Siderum, ipsiusque Cœli, & orbis universi conditorem suis in versibus posuisset?

Unde autem incorporeæ naturæ cognitio- A nem hausisset? Enimvero nihil prorsus istorum omnium ipsi unqvam in mentem venit. Neq; enim effectrix illa mens pluribus ex partibus coagmentata est, nec ejus aut caput cœlum esse potest, aut corpus ex igne, aqva, terraq; constare, aut oculi Sol ac Luna censeri. Nam ejus qvidem Numinis, a quo universa procreantur, humeros, pectus, dorsum atq; uterum, quomodo tandem Aër longe lateq; diffusus, & Terra, & Montium summa cacumina efficiant? aut quis intelligat Æthera vel rerum omnium conditoris, vel B Mentis effectricis mentem esse? Atq; hæc argutuli versuum istorum Interpretis commenta esse, pluribus ostendere nihil attinet. Jam vero qui Mundi partes Dei membra esse dicat, cum projectæ ac profligatæ impietatis reum esse pronuncio, multoq; magis, qui Deum atq; mundum rem unam & eandem asseveret, qviq; ad extremum ipsius mundi mentem illum esse, qui cuncta procreavit, arbitretur. Nam ut molitorem servatoremq; mundi alium ab eo, quod productum est, diversumq; statuere, pietatis est: sic C eum mundi mentem, perinde atq; animantis alicujus animam, toti passim orbi conjunctam intime ac sociatam esse, adeoq; Universum ipsum induisse, nemo pie dixerit. Illum qvidem toti universo præsentem adesse, ac sua mundum providentia gubernare sacrosancta nostrorum docent oracula, quibus præclara saneDeoq; cum primis digna Theologiæ ratio continetur. sic enim per ea Deus ipse loqvitur,

Jer. 23,24. *Nunqvid non Cœlum & Terram ego impleo? dicit Dominus.* Ac rursus,

Deut. 4,39. *Quod Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum.* Et alibi,

Act. 17,28. *In ipso enim vivimus, & move-* D *mur & sumus:* Non tamen ut in parte aliqva mundi, nec ut in ipsius anima vel mente. At si locus similitudini esse debet, longe sane ut Deo convenientius illud est, ita cum veritate conjunctius, quod apposite sacræ literæ alicubi prodiderunt,

Esa. 66,1. *Cœlum mihi sedes est, Terra autem scabellum pedum meorum.* Nam si omnino res postulat, uti humanum loqvēdi morem personis fingendis paulo propius imitemur, utriusq; Theologiæ discrimen considera. Qvi cœlum Dei sedem vocavit, is certe non tantum ultra sedem, verum etiam supra res omnes summum illum universitatis Regem longissime semotum collocavit, sic tamen ut ne Terram qvidem ipsam ab ejusdem providentia secluderet; qvippe ad res enim qvoq; nostras hanc ejus providendi vim adjūgere sese & accomodare docet, eoq; subdic, Terra autē scabellū pedum meorum.

ἀλλ' οὐ τούτων γε οὐδὲν εἰδὼς τυγχάνει· ὁ γάρ τοι τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς, οὔτ' ἐκ πλειόνων μερῶν συνέστηκεν, οὔτ' ἂν γένοιτο αὐτοῦ κεφαλὴ οὐρανός, οὐ σῶμα πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα· ἀλλ' οὐδὲ ὄμματα αὐτοῦ Ἥλιος καὶ Σελήνη. πῶς δ' ἂν εἶεν ὦμοι καὶ στέρνα, καὶ νῶτα, καὶ νηδὺς τοῦ τῶν ὅλων δημιουργοῦ θεοῦ ἀὴρ εὐρυβίης, καὶ γῆ, καὶ ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα. ἢ πῶς ὁ αἰθὴρ νοῦς ποτ' ἂν ἐπινοηθείη τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ, ἢ τοῦ νοῦ τοῦ δημιουργικοῦ; ὅτι μὲν οὖν ταῦτα σεσόφισται τῷ τῶν ἐπῶν ἑρμηνεῖ, οὐδὲν ἐπιλέγειν χρή. ἔγωγε μὴν τὰ ἔσχατα ἀσεβεῖν φημι, τὸν φάσκοντα μέρη εἶναι θεοῦ τὰ μέρη τοῦ κόσμου· καὶ ἔτι μᾶλλον τὸν ἀποφηνάμενον τὸν αὐτὸν εἶναι τῷ κόσμῳ τὸν θεόν· καὶ ἐπὶ τούτοις τὸν ἡγούμενον τὸν τοῦ κόσμου νοῦν, εἶναι τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν. Ποιητὴν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ σωτῆρα τοῦ κόσμου, ἕτερον ὄντα τοῦ πεποιημένου εὐσεβὲς ἀποφαίνειν. νοῦν δὲ τοῦ κόσμου, ὥσπερ τινὸς ζώου ψυχήν, ἡνωμένον δι' ὅλου, καὶ τὸ πᾶν ἠμφιεσμένον, οὐκέτ' ὅσιον ἂν εἴη λέγειν. καίτοι παρεῖναι αὐτὸν τῷ παντί, καὶ προνοεῖν τοῦ κόσμου, παιδεύει τὰ καθ' ἡμᾶς ἱερὰ λόγια, θεολογοῦντα ἐπαξίως καὶ θεοπρεπῶς. δι' ὧν φησιν, Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει κύριος. καὶ πάλιν, Ὅτι ὁ θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. καὶ πάλιν, Ἐν αὐτῷ γὰρ καὶ κινούμεθα, καὶ ζῶμεν, καὶ ἐσμέν· ἀλλ' οὐχ ὡς ἐν μέρει τοῦ κόσμου, οὐδ' ὡς ἐν ψυχῇ αὐτοῦ καὶ νοΐ. ἀλλ' εἰ χρὴ παραδείγματι χρήσασθαι θεοπρεπέστερον καὶ ἀληθέστερον, οἰκείως ὁ ἱερός που λόγος ἐξεφώνησεν· Οὐρανός μοι θρόνος, εἰπών, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. εἰ γὰρ χρὴ τὴν ὅλως προσωποποιεῖν ἀνθρωπινωτέρῳ λόγῳ, θέα τὸ διάφορον τῆς θεολογίας. ὁ μὲν γὰρ τὸν οὐρανὸν εἰπὼν θρόνον, ἐπέκεινα τοῦ θρόνου καὶ ἀνωτάτω τῶν ὅλων τὸν παμβασιλέα θεὸν ἀφωρίσατο, οὐδὲ τὴν γῆν τῆς προνοίας αὐτοῦ χωρίσας· συγκατιέναι γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ τῇδε τῆς θεότητος τὰς προνοητικὰς αὐτοῦ δυνάμεις διδάσκει. διό φησιν, Ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου.

ἀλλ' οὔτε τὸ ὑποπόδιον, οὔτε μὴν ὁ θρόνος σῶμα τοῦ καθεζομένου, οὐδέ γε μέρη ποτ' ἂν αὐτοῦ λεχθείη. ὁ δὲ κεφαλὴν τοῦ θεοῦ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν τούτῳ φήσας, καὶ νοῦν αὐτοῦ τὸν αἰθέρα, μέλη τε αὐτοῦ καὶ σῶμα τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, οὔτε δημιουργὸν, οὔτε θεὸν ἁλίσκεται εἰδώς. οὐ γὰρ ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν δημιουργοίη, οὐδ' ἂν ἔτι νοῦς λέγεσθαι δύναιτο, οὐ νοῦς ὢν ὁ αἰθήρ. ποῖος δ' καὶ εἴη ὁ θεὸς, οὗ μέρη, γῆ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς ὄρη, ὄγκοι σωμάτων ἄλογοι; πῶς δὲ καὶ ἄλογον θεὸν ἀναγορεύειν, τὸν ἀδελφὸν καὶ συγγενῆ πυρὸς καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, ἀλόγου καὶ φθαρτῆς ὕλης ἐκγόνων; εἰ δὲ καὶ ὁ νοῦς τοῦ Διὸς, οὐδὲν ἄλλο πλὴν τοῦ δηλωθέντος αἰθέρος ἦν, αἰθὴρ δὲ ἀὴρ ἐστι ὁ ὑψηλότατος καὶ πυρώδης, ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι, ὅπερ ἐστὶ καίεσθαι, ταύτην, ὥς φασιν, εἰληχὼς τὴν ἐπωνυμίαν· σώματα δὲ ἄμφω ὅ, τε ἀὴρ, ὅ, τε αἰθήρ· ὅρα ποῦ σοι τοῦ Διὸς ὁ νοῦς ἀποπέπτωκε. καὶ τίς ἂν ἔτι προσείποι θεὸν τὸν

pag.64. » ἀφρονούντων τοῦτον, ᾧ νοῦς ὑπῆρχεν ἄνους καὶ ἄλογος; εἰ δὴ τοιαύτη παντὸς σώματος φύσις. Διόπερ ἡμῖν ἐν ταῖς θεολογίαις, » πάντα τοῖς εἰρημένοις τὰ ἐναντία παραληπτέον· ὅτι τε μὴ οὐρανὸς ὢν τυγχάνει, » μήτε αἰθὴρ, μήθ' Ἥλιος, μήτε Σελήνη, μήθ' ὁ σύμπας τῶν Ἄστρων χορὸς, μήτ' » αὐτὸς ἀθρόως ὁ πᾶς κόσμος· ἔργα δὲ χειρῶν ταῦτα μικρὰ ἔτι καὶ βραχέα, ταῖς ἀσωμάτοις καὶ νοεραῖς δυνάμεσι παραβαλλόμενα· ὅτι δὴ πᾶν σῶμα φθαρτὸν, καὶ ἄλογον, τοιαύτη δὲ τῶν ὁρωμένων ἡ φύσις. τὰ δ' » ἐπέκεινα ἐν ἀοράτοις λογικὰ καὶ ἀθάνατα, » συνδιαιωνίζοντα τῇ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ » μακαρίᾳ ζωῇ, μακρῷ γένοιτ' ἂν τῶν ὁρωμένων ἁπάντων βελτίω. εἰκότως οὖν τὰ » θεῖα λόγια περὶ τῶν ὁρωμένων τοῦ κόσμου » μερῶν, ὧδέ πως παιδεύει. Ὄψομαι τοὺς οὐρανοὺς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, Σελήνην » καὶ ἀστέρας, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. καὶ πάλιν. » Σὺ κύριε κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσιν οἱ οὐρανοί. καὶ » αὖθις, Ἀναβλέψατε εἰς ὕψος τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα. ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν » πρώτην τῶν ἐπῶν ἑρμηνείαν εἰρήσθω. Φέρε δὲ καὶ τὰ ἑξῆς διασκοπήσωμεν. Ἐπεὶ

A At nec scabellum, nec vero sedes vel sedentis corpus, vel ipsius partes ab ullo unqvam nominentur. Iste vero, qvi cœlum, qvæqve cœlo continentur, Dei caput, Æthera vero mentem ejus, membra denique reliqvumq; corpus cæteras mundi partes esse dixit, neq; mundi opificem, neqve Deum nosse convincitur. Neqve enim aut se unqvam ipse procrearit, aut cujus mens Æther sit, idem jure mentis nomen obtinere possit. Cujusmodi porro Deus iste fuerit, cujus partes & terra & terræ montes, inanimæ videlicet, ac

B rationis expertes corporum moles efficiat? Qvis autem verum censeat, Ignis, Aëris & Aqvæ, hoc est ratione carentis fluxæq; materiæ fœtus germanum ac fratrem, Deum prædicari? Jam, si Jovis mens aliud nihil erat, qvam Æther ille sæpe nominatus, Æther autem suprema est Aëris regio igniqve persimilis, qui ἀπὸ τοῦ αἴθεσθαι qvod est ardere, hujusmodi nactus appellationem fuerit; adeoqve si ambo, Aër, inqvam, atq; Æther corpora sunt; vide obsecro, qvo tibi mens illa Jovis evanuerit. Præterea qvis tandem, si

C modo sapit, Deum vocarit eum, qvi mentem amentem atq; ab ratione vacuam habeat? qvippe, omnis enim corporis natura ejusmodi est. Qvare nobis sane, cum de Deo disputatio instituitur, assumenda superioribus contraria omnia sunt: eum neqve Cœlum esse, neqve Æthera, neqve Solem, neqve Lunam, neqve cunctum Astrorum chorum, neque orbem simul universum. Hæc enim manuum illius opera sunt, eaqve pusilla admodum & exigua, si cum incorporeis illis intelligentibusqve Virtutibus conferantur; quandoqvi-

D dem omne corpus & interitum patitur, & ratione caret, cujusmodi est eorum, qvæ videntur, natura. At quæ supra mundum hunc aspectabilem evectæ naturæ sunt, eæ non ratione tantum, sed etiam immortalitate potiuntur: atqve ut ævi perennitatem obtinent cum beata supremi rerum omnium Regis æternitate conjunctam, sic longe omnibus iis, qvæ cernuntur, antecellant præstentqve necesse est. Qvamobrem qvid de corporeis mundi partibus sentire nos oporteat, divina oracula jure ita docent; *Videbo cœlos opera digitorum tuorum, Lunam & stellas, qvæ tu fundasti.* Psal.8,4. Et, *Opera manuum tuarum sunt Cœli:* Psal.101,26. Ac rursum, *Tollite in altum oculos vestros, & videte, qvis ostendit hæc omnia.* Isa.40,26. Atque hæc adversum priorem carminum istorum explicationis partem dicta sunto. Age vero, quæque deinceps conseqvuntur, expendamus.

Cum, inqvit, imago ejusmodi fingi ac configurari nulla poſſet, qvalem ea nobis carmina repræſentant, Jovis ſimulacrum humanam in ſpeciem propterea conformarunt, qvod mens eſſet, cujus in procreatione rerum exemplar intueretur, cujus ſeminalib⁹ quaſi rationibus cuncta perficeret. Si ergo talis imago fingi nulla poteſt, qvalis Orphei carminibus exhibetur, exhibentur autem aſpectabilis hujus mundi partes, cœlum, qvæq; cœlum ipſum ambit, Aër, Terra, qvæqve amborum ſinu complexuq; continentur: Si, inqvam, partium iſtarum mundi, qvæ ſub aſpectum cadunt, imago conflari nulla potuit; qvomodo tandem ipſiusmet Dei, qva mens eſt, effigiem architectari qvisqvam poſſit? Qvid porro cum divina mente ſimilitudinis corpus etiam humanum habet? Ego, ne cum humana qvidem habere qvicqvam exiſtimo; cum hæc incorporea ſit ac ſimplex, nullasq; partes habeat, illud contra, vilium ac ſordidorum artificum opus, mortalis corporis naturam imitetur, viventisq; carnis ſurdam ac mutam in mortua inanimiq; materia ſpeciem figuramqve repræſentet. Ac mihi qvidem merito dici videatur, animum illum rationis immortalitatisqve participem, ac mentem eam, quæ hominis in natura pati nihil poſſit, divinam imaginem ſimilitudinemq; retinere; qvatenus uterq; ab omni corporis & materiæ concretione ſejunctus, naturam eſſentiamqve ſortitus eſt plane ſpiritalem, ac ratione conſtantem, qvæqvæ virtutem poſſit ſapientiamqve ſuſcipere. Qvare, ſi qvis Animi ſimulacrum ac ſpeciem fingendo architectari poſſet, idem qvoqve poſſet ſuperiorum cœleſtiumqve mentium imaginem aliqvam fabricari. At vero cum humana mens ejusmodi ſit, qvæ nullam formam, ſpeciem, figuramqve nullam habeat, adeoqve nec viſu percipi ejus eſſentia, nec oratione vel auditione comprehendi queat, quis usqve eo inſania vecordiaqve laborabit, humanum ut ſimulacrum præpotentis ſupremiqve Numinis figuram & imaginem repræſentare contendat? Natura enim divina ab omni materia ſemota cogitari debet, atque ejusmodi, quam cum ſilentio, defæcatæ mentis, & animorum ab omni labe purgatorum intelligentia contempletur. At Jovis illius, qvem cernimus, figuratum arte ſimulacrum, aliud certe nihil qvam hominis natura ipſa mortalis effigiem continet, imo ne totum qvidem atqve integrum hominem, ſed tantum partem ejus alteram eamque deteriorem imitatur, cum nullum omnino vitæ animæque veſtigium exhibeat. Quomodo igitur DEUS ille rerum omnium moderator, ac Mens illa hujus univerſitatis effectrix, Jupiter iſte, qui vel ex ære, vel ex ebore mortuo fingitur, eſſe **poterit?**

Jovem mentem eſſe non poſſe.

A μὴ οἷόν τ' ἦν, φησὶν, εἰκόνα τοιαύτην δημιουργεῖν, οἵαν ὁ λόγος ἐμήνυσε, διὰ τοῦτο ἀνθρωπόμορφον τοῦ Διὸς τὸ δείκηλον πεποιήκασιν, ὅτι νοῦς ἦν καθ' ὃν ἐδημιούργει, καὶ λόγοις σπερματικοῖς ἀπετέλει τὰ πάντα. καὶ πῶς εἰ μὴ οἷόν τε ἦν εἰκόνα τοιαύτην ποιεῖν, οἵαν ὁ λόγος ἐμήνυσεν, ἐμήνυσε δὲ ἄρα τοῦ φαινομένου καὶ ὁρωμένου κόσμου τὰ μέρη, οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ, ἀέρα τε, καὶ γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. εἰ δὴ οὖν τῶν ὁρωμένων τοῦ κόσμου μερῶν οὐχ οἷόν τε ἦν εἰκόνα συστήσασθαι, καθὸ νοῦς ἦν ὁ θεὸς, πῶς ἄν τις αὐτοῦ τὴν εἰκόνα δημιουργήσειεν; τί δ' αὖ ἔχει σῶμα ἀνθρώπειον ἐμφερὲς πρὸς τὸν τοῦ θεοῦ νοῦν; ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲ πρὸς τὸν ἀνθρώπινον ἡγοῦμαι· ἐπεὶ ὁ μὲν, ἀσώματος καὶ ἀσύνθετος καὶ ἀμερής, τὸ δὲ, βαναύσων ἀνδρῶν ἔργον, καὶ θνητοῦ σώματος φύσιν ἀπομεμίμηται, καὶ ζώσης σαρκὸς ἐν ἀψύχῳ καὶ νεκρᾷ ὕλῃ κωφὴν καὶ ἄναυδον εἰκόνα καταγέγραπται. C ψυχὴ μὲν οὖν λογικὴ καὶ ἀθάνατος, καὶ νοῦς ἀπαθὴς ἐν ἀνθρώπου φύσει, εὖ μοι δοκεῖ λέγεσθαι εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἀποσώζειν θεοῦ, καθόσον ἄϋλος καὶ ἀσώματος, νοερά τε καὶ λογικὴ τὴν οὐσίαν συνέστηκεν, ἀρετῆς οὖσα καὶ σοφίας δεκτική. εἰ δή τις εἴη δυνατὸς ψυχῆς ἄγαλμα καὶ μορφὴν ἐν εἰκόνι τεκτήνασθαι, δύναιτ' ἂν οὗτος καί τι τῶν κρειττόνων. εἰ δὲ ἄμορφος ἐστὶ καὶ ἀειδὴς καὶ ἀσχημάτιστος, οὔτε λόγῳ καὶ ἀκοῇ τὴν οὐσίαν D καταληπτὸς ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, τίς ἂν μανείη τοσοῦτον, ὡς τὸ ἀνδρείκελον ξόανον, θεοῦ τοῦ ἀνωτάτου μορφὴν καὶ εἰκόνα φέρειν ἀποφήνασθαι; θεοῦ μὲν οὖν φύσις ἔξω πάσης θνητῆς ὕλης φαντάζεται, νῷ διαυγεῖ, καὶ σιγῇ ψυχαῖς κεκαθαρμέναις ἐπινοουμένη. τὸ δέ γε τοῦ ὁρωμένου Διὸς ἐν τῷ δεικέλῳ σχῆμα, εἴη ἂν θνητοῦ τὴν φύσιν ἀνδρὸς εἰκὼν, οὐδὲ τὸν ὅλον ἄνθρωπον, μέρος δέ τι τὸ χεῖρον αὐτοῦ μεμιμημένον, ὅτι μηδὲν ἴχνος ζωῆς καὶ ψυχῆς ἐπάγεται. πῶς οὖν ὁ ἐπὶ πάντων θεὸς, καὶ νοῦς ὁ τῶν ὅλων δημιουργικὸς, εἴη ἂν ὁ αὐτὸς ὁ ἐν τῷ χαλκῷ ἢ τῷ νεκρῷ ἐλέφαντι Ζεύς;

ὁ δὲ δὴ τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς, πῶς ποτε ἄρα αὐτὸς ἦν ἐκεῖνος ὁ Ζεύς, ὁ τοῦ ἐξ Ἀλκμήνης Ἡρακλέος πατήρ, καὶ τῶν λοιπῶν ἐκ Διὸς μυθολογουμένων ἀνδρῶν, οἳ τὸν θνητὸν βίον κοινῶς ἅπασιν ἀνθρώποις καταστρέψαντες, οἰκείας φύσεως ἀνεξάλειπτα τοῖς μετ' αὐτοὺς μνημεῖα καταλελοίπασι; Φοινίκων μὲν οὖν οἱ πρῶτοι θεολόγοι, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ συγγράμματι παρεστήσαμεν, τὸν Δία παῖδα Κρόνου θνητὸν ἀπὸ θνητοῦ γενόμενον, ἄνδρα Φοίνικα τὸ γένος, ἀπεμνημόνευον. Αἰγύπτιοι δὲ ἐξοικειούμενοι τὸν ἄνδρα, θνητὸν πάλιν αὐτὸν ὡμολόγουν, κατὰ τοῦτό γε Φοίνιξιν ὁμοφωνοῦντες. ἀλλὰ καὶ Κρῆτες τάφον τοῦ Διὸς παρ' ἑαυτοῖς δεικνύντες, τρίτοι ἂν εἶεν τοῦ αὐτοῦ μάρτυρες. καὶ Ἀτλάντιοι δὲ, καὶ πάντες οἱ περὶ τούτου δεδηλωμένοι κατ' οἰκείαν ἱστορίαν ἐξοικειούμενοι τὸν Δία, πάντες ὁμοῦ θνητὸν ἀπεφήναντο, πράξεις αὐτοῦ θνητὰς καὶ ἀνθρωπείους, ἀλλ' οὐ σεμνάς τινας, οὐδὲ φιλοσόφους, αἰσχρουργίας δὲ ἁπάσης καὶ ἀκολασίας ἔμπλεως ἀναγράψαντες. Τοῖς δὲ ἐπὶ τὸ σεμνότερον τοὺς μύθους τρέπειν ἐπηγγελμένοις, τοτὲ μὲν ὁ Ζεὺς θερμή τις ἦν καὶ πυρώδης δύναμις, τοτὲ δὲ τὸ πνεῦμα· νυνὶ δ' οὐκ οἶδ' ὅπως αὖθις ὁ τῶν ὅλων δημιουργικὸς νοῦς ἀναπέφανται. πευστέον τοιγαροῦν, τίνα ἂν εἴποιεν τὸν τούτου πατέρα, καὶ τοῦ πατρὸς τὸν προπάτορα; ἐπεὶ κατὰ πάντας τοὺς θεολόγους Ζεὺς Κρόνου παῖς ὁμολογεῖται, καὶ τάδε περιεχόμενα τοῦ Ὀρφέως ἔπη ὑπερμενέος Κρονίωνος ἐμνημόνευσε· Κρόνος δὲ Οὐρανοῦ. Δεδόσθω τοίνυν αὐτοῖς εἶναι Ζεύς, ὁ ἐπὶ πάντων θεός, καὶ ὁ νοῦς ὁ τὰ πάντα δημιουργήσας. τίς οὖν ὁ τούτου πατήρ; Κρόνος. τίς δ' ὁ προπάτωρ; Οὐρανός. εἰ δὴ πρῶτος ὁ Ζεὺς ὡς ἂν δημιουργὸς ἁπάντων, χρῆν δή που δευτέρους καταλέγεσθαι, καὶ μετ' αὐτὸν τοὺς ὑπ' αὐτοῦ πεποιημένους. εἴτε γὰρ χρόνος τις εἴη ὁ Κρόνος Οὐρανοῦ πεφυκὼς γέννημα, ὅτι δὴ ἅμα οὐρανῷ συνυπέστη χρόνος· εἴη τε αὐτὸς ὁ Κρόνου πατὴρ Οὐρανός, καὶ χρόνος μετὰ τοῦτον· ἀλλὰ πρό γε τούτων ὁ τῶν ὅλων αἴτιος, καὶ οὐρανοῦ καὶ χρόνου δημιουργὸς θεός. εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἂν γένοιτο ὁ Ζεὺς τρίτος ἐξ Οὐρανοῦ. πῶς οὖν παρὰ πᾶσιν Αἰγυπτίοις καὶ Φοι-

A Deinde Mens eadem rerum molitrix universarum qui tandem Jupiter ille fuerit, Herculis ex Alcmena pater, ac cæterorum omnium, quos a Jove procreatos esse fabulantur, quique mortalem hanc vitam cum eodem, quo vulgus hominum exitu terminassent, propriæ naturæ posteris nullo unquam delenda tempore monimenta reliquerunt? Enimvero principes Phœnicum Theologi, Jovem, ut primo libro demonstravimus, Saturni filium, proindeque mortalem ex mortali satum, ac genere Phœnicem B esse perhibebant. Eundem Ægyptii cum suum esse vellent, mortalem similiter fatebantur, & cum Phœnicibus hac in parte sentiebant. Cretenses præterea, qui Jovis apud se tumulum ostendebant, tertios ejusdem rei testes citare possimus. Qvinetiam Atlantii, omnesqve demum, quos Jovem ætate præcessisse constat, quique suis eum historiis sibi vendicarunt, mortalem ipsum fuisse uno simul ore prodiderunt, resque ab eo gestas mortalium sane hominumqve proprias, easqve nihil vel augusti, vel philosopho digni continentes, sed omnis po- C tius turpitudinis libidinisqve plenas conscripserunt. Jam vero qui graviorem & honestiorem in speciem sese fabulas mutare profitentur, iis Jupiter modo calida qvædam & ignea vis est, modo spiritus: nunc autem qvemadmodum ipsi Mentem rerum effectricem omnium eundem esse velint, haud eqvidem intelligo. Qværendum enim ex illis fuerit, qvem istius patrem, qvem avum fuisse dicant? Nam Jovem qvidem Saturni filium esse communi consensu Theologi omnes confitentur, qvæqve nunc D in manibus habemus Orphei carmina, præpotentis Saturnii meminere: Saturnum autem Cæli. Demus igitur istis Jovem & Deum rerum universarum moderatorem esse, & vero Mentem eam, quæ cuncta condiderit. Qvis ergo illius pater? Saturnus. avus autem, qvis? Cælus. Atqvi si primus Jupiter est, utpote rerum omnium Architectus, alios profecto secundum ipsum recensere oportuit, utpote ab eo fabricatos. Etenim sive Tempus Saturnus fuerit, & quidam suapte natura Cæli fœtus, quippe quod una cum cœlo tempus esse cœperit: sive Cælum ipsum vere Saturni patrem, ac secundum eum Tempus fuisse malint: sane tamen his etiam prior Jupiter ille esse debuit, qvem ipsi Deum rerum auctorem omnium, adeoq; Cæli Saturniq; seu temporis procreatorem esse volunt. Qvod si ita est, non jam tertius a Cælo Jupiter fuerit. Qvomodo igitur ab omnibus non Ægyptiis tantum ac

Phœnicibus, verum etiam Græcis atq; Philosophis Mens ista rerum omnium architecta, in Numinum suorum genealogia non nisi a Cœlo tertia recensetur? Atq; his rationibus Philosophi nostri commentum manifeste licet teneatur, idem tamen iis ipsis, quæ postea subjicit, clarius arguetur.

XI.

VALIDISSIMA GRÆCORUM dogmatum confutatio,

» PORRO, Junonem, inquit, Jovis uxorem esse finxerunt, quod ætheriam scilicet aëriamq; vim Junonem appellarent; æther enim subtilissimus ac tenuissimus aër est. Enimvero, Æthera Jovis esse mentem Orphei carmina paulo ante declarabant: nunc autem, quid æther ille sit, Interpretis nostri definit oratio, dum tenuissimum aërem illum esse pronunciat. Atqui corpus sane aër est, multoq; magis æther, ex quo manifeste Jovis mentem, licet tenuissimum, corpus tamen esse convincitur. Ecquis vero capere unquam ac persvadere sibi possit, corpus atq; mentem rem unam & eandem esse, quorum naturæ ex diametro, quod ajunt, inter sese opponantur? Deinde nescio quo pacto carminum istorum oblitus ille fuerit, quorum expressa hæc est apertaq; sententia.

--- Mens verax, nulliq; obnoxius Æther
Regius interitu, qui cuncta movetq; regitq;
Consilio, vox nulla potest, sonitusve, nec ullo
Hancce Jovis sobolem strepitus, nec fama latere.

Quibus Æthera Jovis esse mentem perspicue declaratur. Iste autem rursus ætheriam aëriamq; vim Junonem esse tradit, moxque distinctione utens ita subjungit. Ac vis quidem, inquit, aëris universi, Ἥρα, hoc est Juno, appellatione ab Aëre ducta, nominatur; ejus autem aëris, quem infra Lunam modo illuminari, modo tenebris obscurari videmus, Latona symbolum est, quippe quæ ληθὼ quædam, id est, oblivio, sit, partim quod animis illis, quos infra Lunam procreari contingit, divini Numinis oblivio comitetur. Itaque mater Apollinis ac Dianæ, a quibus noctis illuminatio derivatur, eadem Latona nuncupari solet, quibus aliud nihil significari tradit, quam Aërem Luna inferiorem Solis ac Lunæ parentem esse, quippe, qui Latona sit. At enim, quomodo tandem Aër parens eorum esse possit, quæ illuminationis causæ sunt, præsertim cum efficiatur ipse potius, quam efficiat?

A νίξιν Ἕλλησί τε καὶ φιλοσόφοις, τρίτος ἐξ Οὐρανοῦ γενεαλογεῖται, ὁ τῶν ὅλων δημιουργικὸς Νοῦς; πεφώραται δὴ τοῦ φιλοσόφου τὰ πλάσματα, καὶ ἔτι μᾶλλον φωραθήσεται ἐξ ὧν ἐπιφέρει λέγων ὧδε.

ια.

ΕΛΕΓΧΟΣ ἸΣΧΥΡΟΣ ΤΩΝ ἙΛΛΗνικῶν δογμάτων ἐνταῦθα.

B ΤΗΝ δὲ Ἥραν σύνοικον τῷ Διῒ πεποιήκασιν, τὴν αἰθέριον καὶ ἀέριον δύναμιν Ἥραν προσειπόντες. ἔστι γὰρ καὶ ὁ αἰθὴρ, ἀὴρ ὁ λεπτομερέστατος. » Ἀνωτέρω μὲν ἐδήλου τὰ ἔπη, τὸν νοῦν τοῦ Διὸς εἶναι τὸν αἰθέρα· νυνὶ δὲ ὁ λόγος τί ποτέ ἐστιν ὁ αἰθὴρ διοείξεται, ἀέρα λέγων εἶναι αὐτὸν λεπτομερέστατον· σῶμα δὲ ὁ ἀὴρ, καὶ πολὺ πρότερον ὁ αἰθήρ. ὁ δὴ νοῦς ἄρα τοῦ Διὸς ἐλήλεγκται σῶμα τυγχάνων, εἰ καὶ τὸ πάντων λεπτομερέστατον. C καὶ πῶς ἂν ταυτὸν ἐπινοηθείη σῶμα καὶ νοῦς κατὰ διάμετρον ταῖς φύσεσι διεστῶτα; Εἶτ' οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν ἐπῶν ἐπιλελησμένος διαρρήδην φησάντων,

Νοῦς δ' ἀψευδὴς, βασιλήϊος ἄφθιτος αἰθήρ,
Ὧι δὴ πάντα κυκλοῖ καὶ φράζεται, οὐδέ τις αὐδή,
Οὔτ' ἐνοπὴ, οὔτε κτύπος, οὐδὲ μὲν ὄσσα
Ἡ λήθει Διὸς ὑπερμενέα Κρονίωνα.

δι' ὧν σαφῶς ὁ αἰθὴρ νοῦς ἀνῄρηται ὢν τοῦ Διός. ὁ δὲ τὴν Ἥραν πάλιν τὴν αἰθέριον καὶ D ἀέριον δύναμιν εἶναί φησιν. ἔπειτα διαιρῶν ἐπιλέγει. Καὶ τοῦ μὲν παντὸς ἀέρος ἡ » δύναμις, Ἥρα τοὔνομα ἀπὸ τοῦ ἀέρος κεκλημένη. τοῦ δὲ ὑπὸ Σελήνην φωτιζομένου καὶ σκοτιζομένου ἀέρος, ἡ Λητὼ σύμβολον· ληθὼ γὰρ αὐτὴν εἶναι, διὰ τὴν κατὰ τὸν ὕπνον ἀναισθησίαν· καὶ ὅτι ψυχαῖς ὑπὸ Σελήνην γινομέναις λήθη ξυνομαρτεῖ τοῦ θείου· καὶ διὰ τοῦτο καὶ μήτηρ Ἀπόλλωνός τε καὶ Ἀρτέμιδος τῶν αἰτίων φωτισμοῦ τῇ νυκτί. καὶ ἐν τούτοις Ἡλίου καὶ Σελήνης μητέρα φησὶν εἶναι τὸν ὑπὸ Σελήνην ἀέρα· τοῦτον γὰρ εἶναι τὴν Λητώ. καὶ πῶς ἂν ὁ Ἀὴρ γένοιτο μήτηρ τῶν αἰτίων φωτισμοῦ, μᾶλλον αὐτὸς γινόμενος ἢ ποιῶν;

pag. 66.

Ἥλιος

Ἥλιος γὰρ καὶ Σελήνη ἄλλοτε ἄλλως τὸν ἀέρα μεταβάλλουσιν. πάλιν δὲ περὶ τῶν ἑξῆς λέγει. Καὶ τὸ μὲν ἡγεμονικὸν τῆς χθονίας δυνάμεως, Ἑστία κέκληται· ἧς ἄγαλμα παρθενικὸν ἐφ' ἑστίας πυρὸς ἱδρυμένον· καθὸ δὲ γόνιμος ἡ δύναμις, σημαίνουσιν αὐτὴν γυναικὸς εἴδει προμάστου. τὴν δὲ Ῥέαν προσεῖπον τὴν τῆς πετρώδους καὶ ὀρείου γῆς δύναμιν. τὴν δὲ Δήμητραν, τὴν τῆς πεδινῆς καὶ γονίμου. Δημήτηρ δὲ τὰ μὲν ἄλλα κατὰ ταὐτὰ ἔχει τῇ Ῥέᾳ· διενήνοχε δὲ, ὅτι ἡ αὐτὴ κυεῖ τὴν Κόρην ἐκ Διὸς, τουτέστι τὸν κόρον ἐκ τῶν φρυγανωδῶν σπερμάτων. Διὸ καὶ κατέστεπται τὸ βρέτας αὐτῆς τοῖς στάχυσι, μήκωνές τε περὶ αὐτὴν τῆς πολυγονίας σύμβολον. Κἀνταῦθα πάλιν σκόπει, τίνα τρόπον τὴν Ῥέαν μητέρα θεῶν λεγομένην, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς, κάτω που περὶ πέτρας καὶ γῆν καταβέβληκε, καὶ πάντα φύρων τὴν αὐτὴν εἶναί φησι τῇ Δημήτρι, πλὴν ὅτι διενήνοχε, καθὸ, φησιν, ἡ Δημήτηρ ἐκ Διὸς κυεῖ τὴν Κόρην ὥσπερ οὖν ἡ πεδιὰς γῆ τὸν κόρον ἐκ τῶν φρυγανωδῶν σπερμάτων. ἰδού σοι πάλιν ὁ Ζεὺς εἰς τὰ φρυγανώδη σπέρματα μεταβέβληται. τούτοις ἑξῆς ἐπισυνάπτει λέγων. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν εἰς γῆν βαλλομένων σπερμάτων ἦν τις δύναμις, ἣν Ἥλιος περὶ τὸ κάτω ἡμισφαίριον ἰὼν ἕλκει κατὰ τὰς χειμερινὰς τροπάς, Κόρη μὲν ἡ δύναμις ἡ σπερματοῦχος, Πλούτων δὲ, ὁ ὑπὸ γῆν ἰὼν Ἥλιος, καὶ τὸν ἀφανῆ περινοστῶν κόσμον, καὶ τὰς χειμερίους τροπάς. ὃς ἁρπάζειν λέγεται τὴν Κόρην, ἣν ποθεῖ ἡ Δημήτηρ κρυπτομένην ὑπὸ γῆν. τῶν δὲ ἀκροδρύων, καὶ ὅλως τῶν φυτευτικῶν ἡ δύναμις, Διόνυσος ὀνομάζεται. Ὅρα δὲ καὶ τούτων τὰς εἰκόνας. σύμβολα γὰρ ἡ Κόρη φέρει τῆς περιβολῆς τῶν κατὰ τοὺς καρποὺς ὑπὲρ τὴν γῆν ἐκφύσεων· ὁ δὲ Διόνυσος, κοινὰ μὲν πρὸς τὴν Κόρην ἔχει τὰ κέρατα, ἔστι δὲ θηλύμορφος, μηνύων τὴν περὶ τὴν γένεσιν τῶν ἀκροδρύων ἀρρενόθηλυν δύναμιν. Πλούτων δὲ ὁ Κόρης ἅρπαξ, κύων μὲν ἔχει τοῦ ἀφανοῦς πόλου σύμβολον. τὸ δὲ σκῆπτρον τὸ κολοβὸν, σημεῖον τῆς τῶν κάτω

A Sol enim atqve Luna variam ac multiplicem in aëre mutationem ac vicissitudinem efficiunt. Jam vero ita deinceps iste prosequitur. Id qvod est, inquit, in terrena vi princeps atqve primarium, Vesta nominatur, cujus simulacrum virginea specie juxta focum excitari collocariqve solet: qvatenus autem fœcunda vis illa est, eandem uberum tenus muliebri forma expressam voluerunt. Et Opem quidem lapidosi ac montani, Cererem vero plani ejusdemqve feracis soli vim appellarunt. Nam Ceres cum cætera plane omnia cũ Ope communia habeat, tum hoc ab B illa differt, qvod ipsa κόρην, Proserpinam ex Jove, hoc est κόρον, recentem & tenellum ex cremiorum ac cæterorum hujusmodi virgultorum seminibus ramum educat: qvæ causa etiam est, quamobrem ipsius effigies spicis coronetur, ac papaveribus, qvæ magnæ fœcunditatis symbola sunt, ambiatur. Hic rursum vide sis, amabo, qvemadmodum iste Opem illam, qvæ cum cæterorum numinũ: tum ipsius Jovis mater appellatur, deorsum in saxa terramqve abjecerit, omniaqve miscens atq; confundens, eandem illam fecerit qvam Cererem, hoc tantum discrimine, qvod Ceres, inqvit, Proserpinam ex Jove C pariat, qvomodo scilicet planum terræ solum ex cremiorum virgultorumqve seminibus recens ac novellum germen educit. Ecce tibi Jupiter in cremiorum etiam ac virgultorum semina commutatus. Verum, qvæ subjungat, audiamus. Et qvoniam, inquit, eorum seminum, qvæ terræ committuntur, vis qvædam & efficacitas est, qvam Sol ad inferius hæmisphærium progrediens, circa hyemale solstitium secum una deferat, Proserpina qvidem vis illa est seminum conservatrix, Pluto vero Sol, qvi circa brumæ solstitium sub terram commeans, latentem & D ignotum orbem circumeundo peragrat. Atqve is Proserpinam rapuisse propterea dicitur, qvam Ceres sub terra absconditam summo desiderio proseqvatur. At vero fructuum vim, non eorum modo, qvibus ligni simile putamen est, sed etiam omnium omnino, qvi ex plantis oriuntur, Bacchum appellant. Ac mihi tu eorum imagines contemplare. Nam Proserpina qvidem symbola fert existentium supra terram a semente germinum: Bacchus autem, cui communia sunt cum eadem Proserpina cornua, muliebri specie fingitur, ut vim illam, qvæ plantarum fructibus inest, ex mascula fœmineaqve conflatam significet. Pluto ille præterea, qvi Proserpinam rapuit, galeam gestat, qvæ latentem ignorumqve Polum repræsentet: truncum item mutilumque sceptrum, qvo ejusdem in manes

K

Umbrasque Imperium denotetur: Canem denique habet, qui frugum designet procreationem, quæ tribus veluti partibus, semente facienda, eademque cum excipienda, tum ad extremum in herbam & culmum educenda continetur. Neque enim ex eo, quod ipse κῆρας, hoc est animas, quas devoret, habeat κύων, id est canis appellatur, sed παρὰ τὸ κυεῖν, hoc est a fœto gravidoque terræ utero, cui progignendi vim Pluto suppeditat, cum Proserpinam rapit. Quinetiam Attis & Adonis aliquam habent cum iisdem frugibus proportionem. Et Attis quidem cum iis floribus comparatur, qui primo vere cum excludantur, necdum integro maturoque fructu decidunt. Id quod in causa fuit, cur exsectum illum dicerent, quo fructus eos designarent, qui nondũ vis seminalis essent maturitatem assequuti. Adonis autem maturarum frugum messem repræsentat. Jam Silenus, spiritalis motus symbolum est, qui & ipse non parum universo conducit: & quidem ornatus capitis floribus ac splendore conspicuus, cœlestem conversionem; cæsaries vero ad partes ejusdem inferiores usque promissa, terrestri similem Aeris crassitudinem utcunque adumbrat. Et quoniam vis præterea divinandi quædam inerat, Themin ipsam nominarunt, quasi singulis τὰ τεθειμένα hoc est res fato constitutas eventurasque prænunciet. Atque hunc in modum vim illam Terræ tot symbolorum varietate explicatam venerantur; ac Virginis quidem Vestæque nomine, quatenus ea centrum universi complectitur; Parentis, quatenꝰ animantibus alimenta suppeditat; Opis, quatenus lapides generat, montibusque prominet; Cereris, quatenus virentia germina procreat; ad extremum Themidis, quatenus fundendis oraculis usui est. Vim autem seminis, quod ipsius in gremium effunditur, in Priapi speciem effinxere, sic tamen ut quod siccis frugibus producendis aptum esset, Proserpinam, quod vero ad humidiores arborumque fœtus pertineret, Bacchum appellarent. Sic igitur Proserpina quidem Sementis tempore a Plutone, hoc est a Sole sub Terras commeante rapitur: Bacchus autem cum germinare incipit, idque pro qualitatibus iis, quibus illa vis afficitur, quæ tenerior adhuc, tametsi ad fructus excellentis productionem idonea, sub terrâ delitescit: tum vero suam ei virtuti commodat operam, quæ ut floribus excludendis præest, Attis symbolo; ut autem maturarum frugum messi, Adonis nomine adumbratur. Præterea vis illa spiritalis, quæ universa permeat, Sileni; quæ vero cunctis paulatim educendis ac magis magisque proferendis continetur, Bacchantis

βασιλείας. ὁ δὲ κύων αὐτοῦ δηλοῖ τὴν κύησιν τῶν καρπῶν, εἰς τρία διῃρημένην, εἰς τὴν καταβολήν, καὶ τὴν ὑποδοχήν, καὶ τὴν ἀνάδοσιν. οὐ γὰρ παρὰ τὸ τὰς κῆρας ἔχειν πρὸς βοράν, ὃ δηλοῖ τὰς ψυχάς, κέκληται κύων, ἀλλὰ παρὰ τὸ κυεῖν, ἧς χορηγὸς ὁ Πλούτων, ὅταν ἁρπάσῃ τὴν Κόρην. Ἄττις δὲ καὶ Ἄδωνις τῇ τῶν καρπῶν εἶεν ἀναλογίᾳ προσήκοντες. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἄττις τῶν κατὰ τὸ ἔαρ προφαινομένων ἀνθῶν, καὶ πρὶν τελεσιογονῆσαι διαῤῥεόντων. ὅθεν καὶ τὴν τῶν αἰδοίων ἀποκοπὴν αὐτῷ προσανέθεσαν, μὴ φθασάντων ἐλθεῖν τῶν καρπῶν εἰς τὴν σπερματικὴν τελείωσιν. ὁ δὲ Ἄδωνις, τῆς τῶν τελείων καρπῶν ἐκτομῆς σύμβολον. ὁ δὲ Σιληνός, σύμβολον τῆς πνευματικῆς κινήσεως, οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένης τῷ παντί. σύμβολα δέ ἐστι, τὸ μὲν φιλανθὲς καὶ στιλπνὸν κατὰ τὴν κεφαλὴν τῆς οὐρανίου περιφορᾶς. ἡ δὲ περικειμένη κόμη τοῖς κάτω μέρεσιν αὐτοῦ, ὑπόδειγμα τῆς περιγείου περὶ τὸν ἀέρα παχύτητος. ἐπεὶ δὲ τῆς καὶ μαντικῆς δυνάμεως τις μέτοχος ἦν δύναμις, Θέμις μὲν κέκληται ἡ δύναμις, τῷ τὰ τεθειμένα καὶ ἑκάστῳ καθήκοντα λέγειν. διὰ δὴ πάντων τούτων ἡ περίγειος δύναμις ἐξηγήσεως τυχοῦσα θρησκεύεται· ὡς μὲν παρθένος καὶ Ἑστία, ἡ κεντροφόρος· ὡς δὲ μήτηρ, ἡ τροφός· ὡς δὲ Ῥέα, ἡ πετροποιὸς, καὶ ὄρειος· ὡς δὲ Δημήτηρ, ἡ χλοηφόρος. ὡς δὲ Θέμις, ἡ χρησμῳδὸς τοῦ εἰς αὐτὴν καταβαλλομένου σπερματικοῦ λόγου εἰς τὸν Πρίαπον ἐκτετυπωμένου· οὗ τὸ μὲν περὶ τοὺς ξηροὺς καρπούς, Κόρη· τὸ δὲ κατὰ τοὺς ὑγροὺς καὶ τὰ ἀκρόδρυα, Διόνυσος καλεῖται· τῆς μὲν Κόρης ὑπὸ Πλούτωνος τοῦ ὑπὸ γῆν ἰόντος Ἡλίου ἁρπαζομένης κατὰ τὸν σπόρον· τοῦ δὲ Διονύσου κατὰ τὰ πάθη τῆς δυνάμεως ὑπὸ γῆν μὲν νεωτέρας καὶ καλλιγόνης βλαστάνειν ἀρχομένου, ἐπιμάχου δὲ τῆς κατὰ τὴν ἄνθην δυνάμεως σύμβολον τὸν Ἄττιν ἐχούσης. τῆς δὲ κατὰ τὴν τελεσιουργίαν ἐκτομῆς, τὸν Ἄδωνιν. καὶ τῆς μὲν πνευματικῆς διὰ πάντων δυνάμεως ὡς εἰς Σιληνὸν ἀναπλαττομένης, τῆς δὲ εἰς ἔκτυπωσιν ἀπ᾽ αὐτῶν προαγωγῆς, εἰς Βάκχην

V. Not.

ἴσ. τελεσιουργῆσαι.

pag. 9.

ὥσπερ οὖν τῆς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἐρεθιζούσης ὁρμῆς, διὰ τῶν Σατύρων. διὰ δὴ τούτων τῶν συμβόλων ἡ περίγειος ἐκκαλύπτεται δύναμις. Τοσαῦτα μὲν οὖν καὶ τάδε, ἃ καὶ ἀναγκαίως ἐπιτεμόμενος παρατέθειμαι, εἰς τὸ μὴ ἀγνοεῖν ἡμᾶς τὰ σεμνὰ τῶν φιλοσόφων. οὗτοι γὰρ ὡς μὲν κατὰ τὰ ἀποδεδομένα, Κόρη μὲν, ἡ τῶν σπερμάτων· Διόνυσος δὲ, ἡ τῶν ἀκροδρύων δύναμις. καὶ τῶν μὲν ἐαρινῶν ἀνθῶν, ὁ Ἄττις· τῶν δὲ τελείων καρπῶν, ὁ Ἄδωνις σύμβολον. Τί δὴ οὖν χρὴ ταῦτα θεοποιεῖν, εἰς τροφὰς σωμάτων τῶν ἐπὶ γῆς ζώων πρὸς τοῦ τῶν ὅλων θεοῦ πεποιημένα; τί δὲ θρησκεύειν τὴν περίγειον δύναμιν προσῆκόν ἐστιν ἡμῖν, οἷς φύσις ἐστὶ ψυχῆς οὐρανία, λογική τε καὶ ἀθάνατος, παρὰ τοῦ παμβασιλέως τοῦ ὅλων θεοῦ, διανοίας ὄμμασι κεκαθαρμένοις θεωρητική; τὸν δὲ Σειληνὸν ἀκούων τὴν πνευματικὴν εἶναι κίνησιν, καὶ τὴν διήκουσαν διὰ πάντων δύναμιν. ποτὲ μὲν τὴν οὐράνιον περιφορὰν διὰ τῆς κεφαλῆς ἐπιδεικνύμενον, ποτὲ δὲ τὴν περὶ τὸν ἀέρα παχύτητα διὰ τῆς λασίας κόμης τοῦ γενείου· πῶς ἂν τις ἀνάσχοιτο τοῦτον μὲν ὁρῶν οὐδεμιᾶς ἠξιωμένον σεβασμίου τιμῆς, ὃν ἐχρῆν πρὸ τῶν πάντων θεοποιεῖν, Ἄδωνιν δὲ καὶ Διόνυσον, τοὺς καρποὺς δηλαδὴ καὶ τὰ ἀκρόδρυα, θεοποιουμένους; τίς δ' ἂν ὑπομείνειε σεμνολογουμένους ἀκούων Σατύρους καὶ Βάκχας, τὰ ἐν ἀνθρώποις αἰσχρὰ καὶ ἀκόλαστα πάθη; εἰ δὴ οἱ μὲν ἐδήλουν τὰς εἰς τὰ ἀφροδίσια ἐρεθιζούσας ὁρμὰς οἱ σάτυροι, αἱ δὲ Βάκχαι τὰς εἰς ἔκτασιν τῶν περὶ ταῦτα συμβαινούσας ἀναγωγάς. Καὶ τί δεῖ κατὰ μέρος ἕκαστον ἀπελέγχειν, ἐπιδραμεῖν δέον ὡς ἂν μηδὲν ἡμᾶς τῶν ἀπορρήτων λανθάνῃ, καὶ τὴν τῶν ἑξῆς ἐπιτεμέσθαι φυσιολογίαν; ἣν ἐκτέθειται ὁ δηλωθεὶς συγγραφεὺς, τόνδε ἐπεξιὼν τὸν τρόπον. Τὴν δὲ ὑδροποιὸν ὅλην δύναμιν Ὠκεανὸν προσεῖπον, τὸ σύμβολον αὐτῆς Τηθὺν ὀνομάσαντες. τῆς δὲ ὅλης, ἡ μὲν τῶν ποτίμων πεποιημένη, Ἀχελῷος αὐτοῖς κέκληται· ἡ δὲ τῶν θαλασσίων, Ποσειδῶν πάλιν τῆς θαλασσοποιοῦ, καθὸ γεννητική,

in speciem conformatur: quemadmodum etiam impetus, qui ad Venerem extimulat, Satyrorum effigie solet exhiberi. Atque hæc symbola sunt, quibus Terræ vis insita declaratur. Hactenus ergo Porphyrius, quæ mihi brevius quidem, at necessario tamen commemoranda duxi, ne quid speciosæ Philosophorum istorum doctrinæ nos lateat. Habemus enim vero ex nostri hujus Interpretis explicatione, Proserpinam quidem fructuum eorum vim nativam esse, qui jacto semine, Bacchum autem eorum, qui ex plantis oriuntur: vernorum item flosculorum Attin, non secus ac maturarum frugum Adonim symbolum extitere. Quorsum ergo rebus iis divinitas affingatur, quas universi conditor moderatorque Deus alendis iis, quæ in terra versantur, animantibus procreavit? Aut quomodo vim terrestrem venerari nos deceat, qui animum sortiti sumus natura cœlestem, ratione præditum, immortalem, atque ejusmodi, qui Deum ipsum Universorum Regem perpurgatis intelligentiæ oculis contemplari possit? Deinde, qui Silenum audiat spiritalem esse motum, vimque omnia pervadentem, eumque modo capite cœlestium orbium conversionem, modo hispidiore ac densiore barba crassitudinem Aeris ostendere; fieri ne possit, uti æquo animo ferat eum absque omni religioso cultu indigne præteriri, quem relictis omnibus Deum habere oportebat, Adonim autem atque Bacchum, fruges scilicet arborumque fœtus divinis honoribus consecrari? Præterea quisquam ne audire sine aurium offensione possit, Satyros & Bacchas, fœdarum effrænatarumque hominis libidinum nominibus ad aliquam honestatis & gravitatis speciem explicari? Satyri enim, inquit, impetus illos, qui ad venerem stimulant, Bacchæ vero fieri solitam partium earum, quibus veneri indulgetur, extentionem referebant. Sed enim, quid attinet singulis istis seorsum refellendis immorari? cum satius utique fuerit, ne quid nos ex arcanis reconditisque mysteriis fugiat, naturalem eorum, quæ postea sequuntur, a citato Scriptore allatam expositionem percurrere breviter, & in compendium summamque colligere. Sic ergo prosequitur. Vim autem aquas efficiendi universam, Oceanum, ejusdemque symbolum Tethyn nominarunt; ita quidem, ut quæ ad bibendum faciles & opportunas elaborat, Acheloüs; quæ marinas, Neptunus: eademque vis, quatenus ad generationem

„apta est, Amphitrite habeatur. Ac singulares A
„quidem aquarum dulcium virtutes Nym-
„phæ, marinarum autem, Nereides appellan-
„tur. Porro vim Ignis Vulcani nomine ex-
„presserunt, ejusque simulacro hominis in
„speciem configurato cœruleum pileum in-
„diderunt, quo cœlestem illam conversionem
„denotarent, ubi primigenius & ab omni fe-
„ce purissimus Ignis domicilium suum collo-
„cavit. Nam qui e cœlo delatus in Terras i-
„gnis est, quod propter majorem imbecillita-
„tem materiæ quasi firmamento indigeat,
„claudicanti similis effingitur. Cum autem e- B
„jusmodi quoque aliquam Solis esse vim pu-
„tarent, Apollinem ipsum nominarunt, a tre-
„mula radiorum ejus vibratione, quam
„πάλσιν Græci dicunt. Ac novem quidem Mu-
„sæ illi accinentes, Sphæram Luna inferio-
„rem, cum septem Planetarum orbibus, uno-
„que præterea omnis erroris experte re-
„præsentant. Laurum vero eidem consecra-
„runt, partim quod igne abundet hoc plan-
„tæ genus, eoque Dæmonibus exosum in-
„festumque sit; partim quod, dum uritur, vo-
„cale sit, eoque futura prædicendi vim huic C
„Deo inesse significet. Eundem, quatenus ab
„iis, qui in terris agunt, incommoda calamita-
„tesque depellit, quasi dum ab ortu in occa-
„sum progreditur, κλᾶσθαι πρὸς ἀέρα, hoc est ad
„Aerem frangi videatur, Ἡρακλέα Herculem
„appellarunt; quem etiam duodecim certa-
„minum labore defunctum esse fabulantur,
„cœlestis orbis in duodecim signa divisionem
„hoc symbolo declarare cupientes. Clavam
„ipsi Leonisque pellem attribuunt, ut altera
„motus inæqualitatem, altera vim Solis in
„Leonis signa maxime dominantem exhi-
„beant. Jam virtutem illius salutarem per D
„Æsculapium expressam voluere, eique ba-
„culum in manum dederunt, scilicet quo
„laborantes sui cum sustentandi, tum etiam
„erigendi gratia uterentur. Serpens autem
„eidem circumvolutus corporis salutem
„significat: (Enim vero Physici illi, qui no-
„bis mundi hujus molitionem tradiderunt,
„quod circa terram aliquæ se se volvendo
„trahant animantes, in crassiorem illa-
„rum terrestremque naturam ejus rei caus-
„sam contulerunt.) quod hoc animantis
„genus & spiritu præ cæteris abundet, &
„corporis imbecillitatem exuat. Quinetiam
„præcipuo quodam & singulari ad medi-
„cinam instinctu ferri videtur, quippe qui
„non tantum acuendo vi sui medicamentum
„repererit, sed etiam herbam aliquam, ut
„fabulæ perhibent, revocandæ vitæ peruti-
„lem noverit. At vero propter motionem
„illam circularem ac saltationi persimilem, qua vis ignea fructibus maturitatem affert,

Ἀμφιτρίτης οὔσης. καὶ αἱ μὲν τῶν γλυκέων »
ὑδάτων μερικαὶ δυνάμεις, Νύμφαι· αἱ »
δὲ τῶν θαλασσίων, Νηρεΐδες κέκληνται. τὴν »
δ' αὖ πυρὸς τὴν δύναμιν προσειπόντες »
Ἥφαιστον, ἀνθρωποειδὲς μὲν αὐτοῦ τὸ ἄγαλ- »
μα πεποιήκασι, πῖλον δὲ περιέθεσαν κυά- »
νεον, τῆς οὐρανίου σύμβολον περιφορᾶς, ἔν- »
θα τοῦ πυρός ἐστι τὸ ἀρχοειδές τε καὶ ἀ- »
κραιφνέστατον. τὸ δὲ εἰς γῆν κατενεχθὲν ἐξ »
οὐρανοῦ πῦρ, ἀτονώτερον, δεόμενόν τε στηρί- »
γματος καὶ βάσεως τῆς ἐξ ὕλης· διὸ χω- »
λεύει, ὕλης δεόμενον εἰς ὑπέρεισμα. καὶ » pag. 48.
Ἡλίου δὲ τὴν τοιάνδε δύναμιν ὑπολαβόν- »
τες, Ἀπόλλωνα προσεῖπον, ἀπὸ τῆς τῶν ἀκτί- »
νων αὐτοῦ πάλσεως. ἐννέα δὲ ἐπᾴδουσαι αὐ- »
τῷ μοῦσαι, ἥ τε ὑποσέληνος σφαῖρα, καὶ αἱ »
ἑπτὰ τῶν πλανητῶν· μία καὶ ἡ μία τῆς ἀπλα- » 10. deest μία.
νοῦς. περιέθεσαν δὲ αὐτῷ τὴν δάφνην· τοῦτο »
μὲν, ὅτι πυρὸς πλῆρες τὸ φυτὸν, καὶ διὰ τοῦτο »
ἀπεχθὲς δαίμοσι· τοῦτο δὲ, ὅτι λάλον »
καιόμενον, εἰς παράστασιν τοῦ προφητεύειν τὸν »
θεόν. καθὸ δὲ ἀπαλεξίκακος ἐστὶ τῶν ἐπι- »
γείων ὁ Ἥλιος, Ἡρακλέα αὐτὸν προσεῖπον, »
ἐκ τοῦ κλᾶσθαι αὐτὸν πρὸς τὸν ἀέρα, ἀπ' »
ἀνατολῆς εἰς δύσιν ἰόντα. δώδεκα δ' ἄθλους »
ἐκμοχθεῖν ἐμυθοποίησαν, τῆς κατὰ τὸν οὐ- »
ρανὸν διαιρέσεως τῶν ζωδίων τὸ σύμβολον »
ἐπιφημίσαντες. ῥόπαλον δὲ αὐτῷ καὶ λεον- »
τῆν περιέθεσαν, τὸ μὲν τῆς ἀνωμαλίας »
μήνυμα, τὸ δὲ τῆς κατὰ τὸ ζώδιον ἐμφα- »
νιστικὸν ἰσχύος. τῆς δ' σωστικῆς αὐτοῦ δυνά- »
μεως, Ἀσκληπιὸς τὸ σύμβολον· ᾧ τὸ μὲν »
βάκτρον δεδώκασι, τῆς τῶν καμνόντων ὑ- »
περείσεως, καὶ ἀναστάσεως· ὁ δὲ ὄφις περι- »
σπείρεται, τῆς περὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυ- »
χὴν σωτηρίας φέρων σημεῖον. (καὶ μὴν ὑ- »
φιστάντες ἡμῖν τὸν κόσμον οἱ φυσικοὶ, τὰ »
περὶ τὴν γῆν ἰλυσπώμενα τῶν ζώων, τῆς »
παχύτητος καὶ γεώδους ᾐτιάσαντο οὐσίας.) »
πνευματικώτατον γὰρ τὸ ζῶόν ἐστι, καὶ »
τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος ἀποδύεται· δο- »
κεῖ δὲ καὶ ἰατρικώτατον εἶναι. τῆς γὰρ ὀξυ- »
δορκίας εὗρε τὸ φάρμακον, καὶ μυθεύεται τῆς »
ἀναζωώσεως εἰδέναι τινὰ βοτάνην. Τῆς δ' αὖ »
χορευτικῆς τε καὶ ἐγκυκλίου κινήσεως, καθ' »
ἣν τοὺς καρποὺς πεπαίνει ἡ πυρὸς δύναμις, »

Διόνυσος κέκληται ἑτέρως, ἢ τῶν ὑγροποιῶν καρπῶν δυνάμεως, ἢ παρὰ τὸ περιδινεῖν, ἢ διανύειν τὸν Ἥλιον τὴν κατὰ τὸν οὐρανὸν περιφοράν. ἢ δὲ περὶ τὰς ὥρας τοῦ κόσμου περιπολεῖ, καὶ χρόνων ἐστὶ ποιητικὸς καὶ καιρῶν ὁ Ἥλιος, Ὧρος κατὰ τοῦτο κέκληται. τῆς δ' αὖ γεωργικῆς αὐτοῦ δυνάμεως καθ' ἣν αἱ δόσεις τοῦ Πλούτου, σύμβολον ὁ Πλούτων. ὁμοίως μέντοι καὶ τὴν φθαρτικὴν ἔχει δύναμιν, διὸ τῷ Πλούτωνι συνοικίζουσι τὸν Σάραπιν· τοῦ μὲν δεδυκότος ὑπὸ γῆν φωτὸς, τὸν πορφυροῦν χιτῶνα ποιούμενοι σύμβολον· τοῦ δὲ ἠκρωτηριασμένον σκῆπτρον τῆς κάτω δυνάμεως· τό τε σχῆμα τῆς χειρὸς, τοῦ μεταχωρεῖν εἰς τὸ ἀφανές. ὁ δὲ Κέρβερος τρικέφαλος μὲν, ὅτι τρεῖς αἱ ἄνω χῶραι Ἡλίου, ἀνατολὴ, μεσημβρία, δύσις. τὴν δὲ Σελήνην, παρὰ τὸ σέβας ὑπολαβόντες, ἄρτεμιν προσηγόρευσαν, οἷον ἀερότομιν. λοχία τε ἡ Ἄρτεμις, καίπερ οὖσα παρθένος, ὅτι ἡ τῆς νουμηνίας δύναμις προσθετικὴ εἰς τὸ τίκτειν. ὅπερ δὲ Ἀπόλλων ἐν Ἡλίῳ, τοῦτο Ἀθηνᾶ ἐν Σελήνῃ· ἔστι γὰρ τῆς φρονήσεως σύμβολον, Ἀθηνᾶ τις οὖσα. Ἑκάτη δὲ ἡ Σελήνη πάλιν, τῆς περὶ αὐτὴν μετασχηματίσεως, καὶ κατὰ τοὺς σχηματισμοὺς δυνάμεως. Διὸ τρίμορφος ἡ δύναμις, τῆς μὲν νουμηνίας φέρουσα τὴν λευχείμονα καὶ χρυσοσάνδαλον, καὶ τὰς λαμπάδας ἡμμένας· ὁ δὲ κάλαθος, ὃν ἐπὶ τοῖς μετεώροις φέρει, τῆς τῶν καρπῶν κατεργασίας, οὓς ἀνατρέφει κατὰ τὴν τοῦ φωτὸς παραύξησιν· τῆς δ' αὖ πανσελήνου, ἡ χαλκοσάνδαλος σύμβολον. ἢ καὶ ἐκ μὲν τοῦ κλάδου τῆς δάφνης, λάβοι ἄν τις αὐτῆς τὸ ἔμπυρον· ἐκ δὲ τοῦ μήκωνος, τὸ γόνιμον, καὶ τὸ πλῆθος τῶν εἰσοικιζομένων εἰς αὐτὴν ψυχῶν, ὥσπερ εἰς πόλιν, ἔστι πόλεως ὁ μήκων σύμβολον. τόξον δὲ φέρει καθάπερ ἡ Ἄρτεμις, διὰ τὴν τῶν ὠδίνων ὀξύτητα. πάλιν δ' αὖ αἱ μοῖραι ἐπὶ τὰς δυνάμεις αὐτῆς ἀναφέρονται. ἡ μὲν Κλωθὼ, ἐπὶ τὴν γεννητικήν· Λάχεσις δὲ, ἐπὶ τὴν θρεπτικήν· Ἄτροπος δὲ, ἡ κατὰ τὸ ἀπαραίτητον τοῦ θεοῦ. συνοικίζουσι δὲ αὐτῇ καὶ τὴν τῶν καρπῶν γεννητικὴν δύναμιν, ἥπερ ἐστὶ Δημήτηρ, δύναμιν ἐμποιοῦσαν αὐτῇ. καὶ ἔστι συνεκτικὴ τῆς Κόρης ἡ Σελήνη. προσοικίζουσι

A Dionysius longe alia ratione quam fructuum humidiorum vis, nuncupatur, quia Sol aut περιδινεῖ, hoc est in orbem circumagit, aut cœlestem conversionem διανύει conficit. Idem, quatenus per singulas inferioris mundi ὥρας, hoc est, tempestates suo motu circumfertur, statasque anni vicissitudines efficit, Horus propterea nominatur. Vis autem ejus, quam in agrorum cultura promit, quaque πλοῦτον divitias opesque conciliat, Pluto symbolum est. Sed quoniam ipse vim etiam corrumpendi habet, Plutoni Serapidem adjunxerunt: ac luminis quidem sub B terram subeuntes vestem purpuream; inferioris autem in Manes principatus, sceptrũ summa parte mutilum; ejus denique in occultam latentemq; plagam secessus peculiarem manus compositionem symbolum esse voluerunt. At Cerbero tria capita tribuuntur, qvibus tres Solis in Cœlo regiones, Ortus, Meridies, & Occasus denotentur. Jam vero Lunam Ἄρτεμιν hoc est Dianam, quasi ἀερότομιν Aerem secantem, venerationis gratia nuncuparunt. Ac partui quidem, tametsi Virgo, Diana præest, qvod Novilunio vis C qvædam insit, qvæ pariendi facultatem afferat. Qvod autem in Sole Apollo, hoc ipsum Minerva in Luna est, qvod illa prudentiæ symbolum instar cujusdam Minervæ sit. Eandem rursum Hecaten nominant, ob formæ, quam in ea cernimus, varietatem, cui vis etiam diversa respondeat. Itaque sic ea vis triplici forma figuraqve distinguitur, ut Novilunium quidem alba veste, aureis sandaliis, facibusque succensis repræsentet; Calathus autem is, qvem ipsa gestat, ubi altiorem in locum subvecta jam est, frugum D maturitatis, qvam iis circa luminis incrementum alendis efficit; æreus deniqve sandaliorum color Plenilunii symbolum habeatur. Nam Lauri quidem ramum, speciem ejus igneam, Papaver autem, cum ejusdem fœcunditatem, tum vero Animorum, qvi eam velut urbem aliqvam incolunt, multitudinem interpretari commode possis: urbis enim symbolum Papaver est. Eadem Arcum ut Diana ferre solet, qvo acutissimi partus dolores adumbrantur. Quinetiam Parcæ ad vim illius multiplicem referuntur. Nam Clotho ad generandi, Lachesis ad alēdi vim pertinet, Atropos deniq; inexorabile hujus Deæ Numen significat. Præterea frugũ educendarum vim ad Lunã adjungunt nempe Cererem, qvæ novis ipsam viribus augeat; simulq; Proserpinam a Luna cõtineri volunt.

A „ Bacchum etiam cum ea sede domicilioqve „ conjungunt, partim ob cornuum eruptionem, partim ob nubium regionem inferioribus partibus subjacentem, ad id faciendum „ adducti. At vero Saturnum lentiore ac segniore vi eademqve frigidiore præditum „ esse cum viderent, temporis vim assignandam ipsi & consecrandam putarunt, eoqve „ imaginem illius stantem canamqve finxerunt, ut proprium temporis senium indicarent. Et *καιρῶν* quidem, hoc est occasionum „ varietatem Curetes Saturni Nutricii repræsentant, qvod per illam quasi occasionum B vicissitudinem tempus incedere progredique videatur. Horarum autem aliæ cœlestes, „ & qvædam Solis administræ sunt, quippe „ qvæ Cœli portas reserent; terrestres aliæ, „ qvæ Cereri tribuuntur, duplicisqve generis „ calathos ferunt, alium floribus plenum, qvi „ Veris, alium spicis, qui Æstatis symbolū sit. „ Qvod vero Martis igneam esse vim intelligerent, eandem ipsi concitandis bellis & „ cruori effundendo præesse, adeoq; plurimū „ vel detrimenti vel utilitatis afferre dixerunt. „ Stellam autem Veneris cum afficiendæ generationi aptam, & cupiditatis seminisqve C caussam esse animadverterent, eam mulieris quidem specie generationis exprimendæ gratia finxere, forma vero pereleganti, „ qvod eadem Vesper quoqve sit,

„ -- *Qvi stat in ætherio pulcherrimus orbe.*

„ Huic Amorem propter cupiditatem adjunxere. Eadem ubera partesque verecūdiores „ tegit, quoniam iis præsertim fons seminis ac „ nutriendi vis & facultas continetur. Eam deniqve e mari extitisse narrant, qvod hujusmodi elementum ex humido calidoq; temperatum perpetuo motu agitetur, eoqve D spumam egerat, qva vim seminalem adumbratam esse voluerunt. At Mercurius orationem exhibet, qvæ nihil non efficit, nihil „ non illustrat explicando. Atqve is erecto „ quidem & intento corporis statu cum vim „ orationis contentionemq; repræsentat, tum „ vero seminalem quoqve rationem ostendit „ cuncta permeantem. Cæterum qvod ea sive oratio sive ratio compositum quiddam sit, „ quam in Sole collocant, Mercurium, quam „ in Luna, Hecaten, qvam in ipso deniqve „ Universo Hermopan nominarunt; qvod „ seminalis illa effectrixqve ratio universa pervadat. Quinetiam ex duplici voce „ compositus est, & Graio veluti genere mixtus, is qvem Hermanubin Ægyptii nominant. Et quoniam orationi amatoria vis „ qvædam inest, ei repræsentandæ Cupidinem adhibuerunt. Itaqve Mercurii qui„ dem filius Cupido est, idemqve pusio, propter repentinos illos impetus, qvi varias „ in cupiditates præcipitem eum rapiunt. At extremum totius symbolum Universi

A ὁ δὲ καὶ τὸν Διόνυσον, διά τε τὴν τῶν κεράτων ἔκφυσιν, καὶ διὰ τὸν τῶν νεφῶν τόπον „ τὸν ὑποκείμενον τοῖς κάτω μέρεσι. τὴν δὲ τοῦ „ Κρόνου δύναμιν, νωχελῆ καὶ βραδεῖαν καὶ „ ψυχρὰν κατεῖδον, διὸ τὴν τοῦ χρόνου δύναμιν „ αὐτῷ προσανέθεσαν· ἀποτυποῦσί τε αὐτὸν „ ἑστῶτα, πολιὸν, πρὸς ἔμφασιν τοῦ γηράσκειν „ τὸν χρόνον. τῶν δὲ καιρῶν σύμβολα οἱ Κουρῆτες, τὸν * χρόνον βουκολοῦντες, ὅτι διὰ „ [margin: ἐπ Κρόνου] τῶν καιρῶν ὁ χρόνος παροδεύει. τῶν δὲ ὡρῶν, „ B αἱ μὲν ὀλυμπιάδες εἰσὶ τοῦ Ἡλίου, αἳ καὶ „ ἀνοίγουσι τὰς κατὰ τὸν ἀέρα πύλας. αἱ δὲ „ ἐπιχθόνιοι, τῆς Δήμητρος· καὶ κάλαθον „ ἔχουσι, τὸν μὲν τῶν ἀνθῶν, σύμβολον τοῦ ἔαρος, τὸν δὲ τῶν σταχύων, τοῦ θέρους. Τοῦ δὲ „ Ἄρεος τὴν δύναμιν καταλαβόντες διάπυρον, πολέμων ποιητικὴν, καὶ αἱματουργὸν, „ βλάπτειν τε καὶ ὠφελεῖν δυναμένην ἐποίησαν. Τὸν δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἀστέρα θεωρήσαντες γενεσιουργὸν, ἐπιθυμίας τε καὶ γονῆς „ C αἴτιον, γυναῖκα μὲν ἀνέπλασαν διὰ τὴν „ γένεσιν, ὡραίαν δὲ, ὅτι καὶ Ἕσπερος, „

Ὃς κάλλιστος ἐν οὐρανῷ ἵσταται ἀστήρ. „

Καὶ Ἔρωτα μὲν παρέστησαν, διὰ τὴν ἐπιθυμίαν. σκέπει δὲ μαστοὺς καὶ τὸ μόριον, „ ὅτι γονῆς αἰτία καὶ ἐκθρέψεως ἡ δύναμις. „ [margin: γρ. ἐν.] * ἐπὶ δὲ ἀπὸ θαλάττης, στοιχείου διύγρου καὶ θερμοῦ, καὶ πολλὰ κινουμένου, „ καὶ διὰ τὴν συγκίνησιν ἀφρίζοντος, τὸ „ σπερματικὸν αἰνιττόμενοι. Τοῦ δὲ λόγου, „ τοῦ πάντων ποιητικοῦ τε καὶ ἑρμηνευτικοῦ, ὁ Ἑρμῆς παραστατικός. ὁ δὲ ἐντεταμένος D Ἑρμῆς δηλοῖ τὴν εὐτονίαν· δείκνυσι δὲ καὶ τὸν σπερματικὸν λόγον τὸν διήκοντα διὰ πάντων. λοιπὸν δὲ σύνθετος λόγος, „ ὁ μὲν ἐν Ἡλίῳ, Ἑρμῆς· Ἑκάτη δὲ, ὁ ἐν „ Σελήνῃ. Ἑρμόπαν δὲ ὁ ἐν τῷ παντί. „ κατὰ πάντων γὰρ ὁ σπερματικὸς καὶ ποιητικός. σύνθετος δὲ, καὶ οἷον μιξέλλην, ὁ παρ' „ Αἰγυπτίοις ὁ Ἑρμάνουβις. * ἐπειδὴ καὶ τῆς „ [margin: γρ. ἐπεὶ δὲ] ἐρώσης τῆς δυνάμεως ὁ λόγος, ταύτης ὁ „ Ἔρως ὁ παραστατικός. διὸ παῖς μὲν τοῦ Ἑρμοῦ ὁ Ἔρως, νήπιος δὲ διὰ τὰς αἰφνιδίους „ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἐμπτώσεις αὐτοῦ. Τοῦ δὲ „ παντὸς τὸν Πᾶνα σύμβολον ἔθεντο· τὰ μὲν „

» κέρατα δόντες, σύμβολα Ἡλίου καὶ Σελή-
» νης· τὴν δὲ νεβρίδα, τῶν κατ' οὐρανὸν ἀστέ-
» ρων, ἢ τῆς τοῦ παντὸς ποικιλίας. καὶ τὰ μὲν Ἑλληνικὰ τοιαῦτα.

Τὰ δὲ τῶν Αἰγυπτίων πάλιν τοιαῦτα φησὶν ἔχειν σύμβολα. Τὸν δημιουργὸν, ὃν Κνὴφ οἱ Αἰγύπτιοι προσαγορεύουσιν, ἀνθρωποειδῆ, τὴν δὲ χροιὰν ἐκ κυανοῦ μέλανος ἔχοντα, κρατοῦντα ζώνην καὶ σκῆπτρον· ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς, πτερὸν βασίλειον περικείμενον, ὅτι λόγος δυσεύρετος καὶ κεκρυμμένος, καὶ οὐ φανὸς, καὶ ὅτι ζωοποιὸς, καὶ ὅτι βασιλεὺς, καὶ ὅτι νοερῶς κινεῖται· διὸ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἐν τῇ κεφαλῇ κεῖται. τὸν δὲ θεὸν τοῦτον, ἐκ τοῦ στόματος προΐεσθαί φασιν ᾠὸν, ἐξ οὗ γεννᾶσθαι θεὸν, ὃν αὐτοὶ προσαγορεύουσι Φθᾶ, οἱ δὲ Ἕλληνες, Ἥφαιστον, ἑρμηνεύειν δὲ τὸ ᾠὸν, τὸν κόσμον. ἀφιέρωται δὲ τῷ θεῷ τούτῳ πρόβατον, διὰ τὸ τοὺς παλαιοὺς γαλακτοποτεῖν. αὐτοῦ δὲ τοῦ κόσμου τὸ δείκελον τοιόνδε ἀνέπλασαν. Ἀνθρωποειδές ἐστιν ἄγαλμα, τοὺς μὲν πόδας συμβεβηκότας ἔχον, ἄνωθεν δὲ μέχρι ποδῶν ποικίλον ἱμάτιον περιβεβλημένον· ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς, σφαῖραν ἔχει χρυσῆν, διὰ τὸ μὴ μεταβαίνειν, καὶ διὰ τὴν τῶν ἄστρων ποικίλην φύσιν, καὶ ὅτι σφαιροειδὴς ὁ κόσμος. Ἥλιον δὲ σημαίνουσι, ποτὲ μὲν δι' ἀνθρώπου ἐπιβεβηκότος πλοίου, ἐπὶ Κροκοδείλου κειμένου. δηλοῖ δὲ τὸ μὲν πλοῖον, τὴν ἐν ὑγρῷ κίνησιν· ὁ δὲ Κροκόδειλος, πότιμον ὕδωρ, ἐν ᾧ φέρεται ὁ Ἥλιος. ἐσήμαινε τοίνυν ὁ Ἥλιος, δι' ἀέρος ὑγροῦ καὶ γλυκέος τὴν περιπόλησιν ποιεῖσθαι. Τῆς δὲ οὐρανίας γῆς, καὶ τῆς χθονίας τὴν δύναμιν, Ἶσιν προσεῖπον, διὰ τὴν ἰσότητα, ἀφ' ἧς τὸ δίκαιον· οὐρανίαν δὲ, τὴν Σελήνην, χθονίαν δὲ καὶ γῆν καρποφόρον, ἐν ᾗ κατοικοῦμεν, λέγουσι. τὸ δὲ αὐτὸ δύναται Δημήτηρ παρ' Ἕλλησι, καὶ Ἶσις παρ' Αἰγυπτίοις. καὶ πάλιν Κόρη παρ' Ἕλλησι, καὶ Διόνυσος, καὶ Ἶσις, καὶ Ὄσιρις παρ' Αἰγυπτίοις. αὕτη δὲ τρέφουσα καὶ αἴρουσα τὰ ἐπὶ γῆς· ὁ δὲ Ὄσιρις παρ' Αἰγυπτίοις, τὴν κάρπιμον παρίστησι δύναμιν, ἣν θρήνοις ἀπομειλίσσονται εἰς γῆν ἀφανιζομένην ἐν τῷ σπόρῳ,

A Pana statuere, cui attributa cornua Solem atqve Lunam, hinnuli vero pellis aut cœlestium siderum, aut Universitatis hujus varietatem repræsentent. Ac de Græcarum fabularum explicatione hactenus Porphyrius. »

Jam vero Ægyptiorum theologiam sequentibus notis adumbratam esse tradit. Effectricem illam Rationem, qvæ ab ipsis Cneph appellari solet, humana specie configurant, colore cœruleo, eoqve nigricante, cingulum ac sceptrum manu tenentem. B Huic in capite regius ex penna galericulus est, quod ejusmodi Ratio abdita fere obscuraqve lateat, summoqve inveniri labore vix possit, eademqve vitæ fons ac regina cum sit, tum vero intelligente qvodam ac spiritali motu cieatur, qvem maxime penna illa in capite sita referat. Hunc porro Deum ex ore Ovum effudisse narrant, ex eoque satum alium esse Deum, qvi ab iis Phtha, Vulcanus a Græcis nominetur. Ovum autem illud Mundum interpretantur, eiqve Numini Ovem consecrarunt, qvod veteres ad potum lacte uterentur. Ipsius vero Mundi ejus- C modi finxere simulacrum. Humanam similiter in speciem conformatum est, conjunctos inter se commissosqve pedes habet, vestem multiplici colore textam, & ab humeris deorsum ad pedes usqve promissam gestat, summoqve capite sphæram auream sustinet: partim qvod Mundus sedem nunquam mutet, partim quod rotundā formam præ se ferat, partim etiam ut variam Astrorum naturam adumbrarent. Iidem aliquando Solem hominis cujusdam navigium Crocodilo impositū conscendentis symbo- D lo repræsentant: ac navigium quidem, institutum in humida mollique regione motum significat, Crocodilus vero, aquam illam ad bibendum facilem, per qvam Sol feratur: itaqve per humidum ac suavem Aërem Solis conversionem fieri declarare voluerunt. Telluris autem cum cœlestis, tum etiam terrenæ vim, Isin nuncuparunt, idq; propter ἰσότητα, hoc est æqvalitatem æquitatis omnis ac justitiæ fontem. Ac cœlestem quidem ipsi, Lunam, terrestrem vero, Terram hanc, in qva degimus, frugumqve parentem esse volunt. Cæterum Ægyptiorum Isis ea ipsa est, qvam Cererem Græci vocant, quemadmodum qvi a Græcis Proserpina Bacchusqve nominantur, iidem apud Ægyptios Isis & Osiris appellari solent. Porro ut eadem Isis non modo fructibus iis, qvos suo terra sinu complectitur, alimentum suppeditat, sed etiam novis eos incrementis auget, sic Osiris apud Ægyptios, vim ad fructus educendos potentem repræsentat, quam ipsi fletu lenire quodammodo & placare conantur, cum ea, partim

Cneph quis Ægyptiis.

Mundi simulacrum.

Solis simulacrum.

semente facienda, terræ sepulta visceribus evanescit, partim alendis corporibus nostris consumitur. *Nilus Osiris.* Quanquam is quoque Nili efficacitatem virtutemque significat; hoc tamen discrimine, qvod ubi terrenam ipsi Tellurem denotare volunt, tum Osiridis nomine fructuum parens Terra intelligi debeat: ubi vero cœlestem, Nilum idem Osiris exhibeat, qvem originem e Cœlo ducere commemorant, eoqve luctu similiter proseqvuntur, quasi vim ejus certis deficientem & exhaustam intervallis conciliare sibi ac placare velint. Isis autem illa, cujus cum Osiride congressionem fabulæ celebrant, Ægyptia terra est, ac propterea cum æquari ipsa, uterumqve gestare, ac demum fructus procreare dicitur, tum etiam Isidis conjux, simulque frater ac filius Osiris esse perhibetur.

καὶ ὑφ' ἡμῶν καταναλισκομένην εἰς τὰς τροφάς. λαμβάνεται δὲ καὶ ἀντὶ τῆς π... τοῦ Νείλου δυνάμεως· ἀλλ' ὅταν μὲν τὴν χθονίαν γῆν σημαίνωσιν, Ὄσιρις ἡ κάρπιμος λαμβάνεται δύναμις· ὅταν δὲ τὴν οὐρανίαν, Ὄσιρίς ἐστιν ὁ Νεῖλος, ὃν ἐξ οὐρανοῦ καταφέρεσθαι οἴονται· πενθοῦσι δὲ καὶ τοῦτον, ἀπομειουμένην τὴν δύναμιν λήγουσαν καὶ ἀναλισκομένην. ἡ δὲ ἐν τοῖς μύθοις μισγομένη τῷ Ὀσίριδι Ἶσις, ἡ Αἰγυπτία ἐστὶ γῆ· διόπερ ἰσοῦται, καὶ κυεῖ, καὶ ποιεῖ τοὺς καρπούς, διὸ ἀνὴρ τῆς Ἴσιδος Ὄσιρις, καὶ ἀδελφός, καὶ υἱὸς παραδέδοται.

XII.

DE SIMULACRO, QVOD Elephantinopoli visitur.

Aliud Solis simulacrum. APUD Elephantinopolim quoddam ejusmodi simulacrum venerantur, qvod sedens, ac cœruleo colore imbutum, ipso quidem corporis trunco virilem præ se fert speciem, Arietis vero caput habet, in eoque proprium ac primarium insigne, Hirci cornua, quibus circulus disci figura sustinetur. Ejus autem sedentis ad pedes fictile vas jacet, in quo scilicet homo fingatur. Et arietina quidem facies, caprinaque cornua, solennem in Arietis signo Solis ac Lunæ congressionem; *Lunæ simulacrum.* cœruleus vero color, Lunæ vim ad cogendas & eliciendas aquas in ea congressione præcipuam repræsentat. Jam secundum Lunæ lumen in Apollinis urbe consecrarunt, cujus symbolum homo est Accipitris vultum præferens, ac Typhonem Hippopotami specie conformatum jaculo subigens. Cæterum albi coloris simulacrum est, qvo Lunam suum aliunde lumen emendicare significant, quemadmodum Accipitris vultu, lumen ipsum una cum spiritu in eam ab Sole derivari. Soli enim Accipitrem consecrant, qvo tanquam luminis pariter ac spiritus symbolo uti solent, partim qvod incitatissimo volatu feratur, partim quod altiorem in regionem, ubi lucis plurimum, volando subeat. Hippopotamus autem Polum alterum, ad qvem Sol occidens progreditur, eo denotat, quod ad se se propius accedentes hianti ore absorbeat. Porro in illa ipsa civitate Horum pro Deo colunt. *Lucinæ simulacrum.* Tertium deniqve lumen religioso cultu Lucinæ in oppido proseqvuntur:

ιβ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΝ Ἐλεφαντίνην ἀγάλματος.

ΚΑΤΑ δὲ τὴν Ἐλεφαντίνην πόλιν τετίμηται ἄγαλμα, πεπλασμένον μέν, ἀλλ' ἀνδρείκελον καὶ καθήμενον, κυανοῦν τε τὴν χροιάν, κεφαλὴν δὲ κριοῦ κεκτημένον, καὶ βασίλειον, κέρατα τράγεια ἔχον, οἷς ἔπεστι κύκλος δισκοειδής. *In. decl.* κάθηται δέ, παρακειμένου κεραμέου ἀγγείου, ἐφ' οὗ ἄνθρωπον ἀναπλάσσειν. δηλοῖ δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ κριοῦ πρόσωπον ἔχειν καὶ αἰγὸς κέρατα, τὴν ἐν κριῷ σύνοδον Ἡλίου καὶ Σελήνης· τὸ δὲ ἐκ κυανοῦ χρῶμα, ὅτι ὑδραγωγὸς ἐν συνόδῳ ἡ Σελήνη. τὸ δὲ δεύτερον φῶς τῆς Σελήνης, ἐν Ἀπόλλωνος πόλει καθιέρωται· ἔστι δὲ τούτου σύμβολον ἱερακοπρόσωπος ἄνθρωπος, ζιβύνῃ χειρούμενος Τυφῶνα, ἱπποποτάμῳ εἰκασμένον. λευκὸν δὲ τῇ χροιᾷ τὸ ἄγαλμα, τῆς μὲν λευκότητος, τὸ φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην παραστησάσης· τοῦ δὲ ἱερακείου προσώπου, τὸ ἀφ' Ἡλίου φωτίζεσθαι, καὶ πνεῦμα λαμβάνειν. τὸν γὰρ ἱέρακα Ἡλίῳ ἀφιερεῦσι· φωτὸς δὲ καὶ πνεύματος ἱέρακα αὐτοῖς σύμβολον, διά τε τὴν ὀξυκινησίαν, καὶ τὸ πρὸς ὕψος ἀνατρέχειν, ἔνθα τὸ φῶς. ὁ δὲ ἱπποπόταμος τὸν δυτικὸν δηλοῖ πόλον, παρὰ τὸ καταπίνειν εἰς ἑαυτὸν τοὺς περιπολοῦντας. θεὸς δὲ τιμᾶται ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ὁ Ὧρος. ἡ δὲ τῆς Εἰληθυίας πόλις τὸ τρίτον φῶς θεραπεύει. τὸ

δὲ ξόανον πετύπωται εἰς γῦπα πετόμενον, ἧς τὸ πτέρωμα ἐκ σπουδαίων συνέστηκε λίθων. σημαίνει δὲ τὸ μὲν γυποειδὲς αὐτῆς, τὴν γεννητικὴν πνευμάτων Σελήνην. ἐκ γὰρ τοῦ πνεύματος οἴονται συλλαμβάνειν τὸν γῦπα, θηλείας πάσας ἀποφαινόμενοι. ἐν δὲ τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις, ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται, δᾳδοῦχος δ' εἰς τὴν Ἡλίου· καὶ ὁ μὲν ἐπιβώμιος εἰς τὴν Σελήνης, ὁ δὲ ἱεροκήρυξ, Ἑρμοῦ. καὶ ἄνθρωπος δὲ παρ' Αἰγυπτίοις ἐν τοῖς ἱεροῖς παρείληπται. Ἄναμις γάρ ἐστι κώμη Αἰγύπτου, ἐν ᾗ θεραπεύεται ἄνθρωπος, καὶ θύεται τούτῳ, καὶ ἐπὶ τῶν βωμῶν τὰ ἱερεῖα καίεται· ὁ δὲ μετ' ὀλίγον φάγοι ἂν τὰ ὡς ἂν ἀνθρώπῳ αὐτῷ παρεσκευασμένα. ὅτι δὲ οὐδὲ τὰ ζῷα θεοὺς ἡγοῦνται, εἰκόνας δὲ ἐποιοῦντο καὶ σύμβολα ταῦτα θεῶν, δηλοῖ τὸ πολλαχοῦ βοῦς ἀναχθέντας θεοῖς ἐν ταῖς ἱερομηνίαις, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς θρησκείαις βουθυτεῖν.

Acujus effigies Vulturi fœminæ ac volanti similis est, cui alæ ex lectis eximiisqve lapidibus contextæ aptantur. Atqve hac Vulturis specie, Lunam vim gignendi ciendiqvẽ ventos habere significant, Vultures autem, quas omnes fœminas esse volunt, ex vento concipere arbitrantur. At vero in Eleusiniis Mysteriis ipsemet sacrorum Antistes Creatorem; qui facem præfert, Solem; qvi ad Aram consistit, Lunam; sacrorum deniqve Præco, Mercurium habitu ac specie repræsentat. Præterea Ægyptii Hominem, cui sacra faciant, deligere consueverunt: Anamis enim Ægypti Pagus est, ubi Homo religionibus & sacrificiis colitur, eiqve victimæ in Altaribus cremantur: ipse tamen paulo post, qvæ sibi tanquam homini apponerentur, libenter omnino comederet. Nam qvod illi brutas animantes Deos esse nequaquam arbitrentur, vel ex eo liquet, qvod in plerisqve locis boves Diis consecratos, solennibus feriis Deorumqve religionibus immolare consueverint.

ιγ.

A nobis respondendum est, ut Evangelici instituti, qvod a Servatore nostro allatum est, rationem cum aliqva defensione reddamus, in qvo leges istis omnibus ac gentium universarum legibus contrariæ feruntur atqve promulgantur. Primum itaqve, simulacra inanima Deos non esse, ipsi quoque facile agnoverint: deinde, nihil prorsus, qvod speciem aliqvam Deo dignam habeat, fabulosa eorum Theologia contineri, primo libro satis ostendimus; postremo, ne ipsam qvidem naturæ propiorem ac philosophicam fabularum interpretationem, non coactas habere explicandi rationes, in secundo tertioqve probavimus. Nunc igitur, id, qvod tertium est, videamus, qvid de virtutibus in simulacris delitescentibus existimare oporteat; easne moribus liberales, probas, vereqve divinas esse, an omnino contra. Qvanqvam alius forte, qvi hanc disputationem insisteret, quicquid isti narrant, fraudem & errorem esse, ac veneficorum artes, præstigiasqve contenderet, itaqve vulgarem funditus opinionem evelleret, ut non solum Deo, sed ne malo qvidem Dæmoni, qvæ passim de illo jactantur, assignanda esse statueret. Qvippe, responsa enim Deorum artificiosis versibus illigata, hominum utiqve non bardorum atqve stultorum, sed ad fallacias dolosqve moliendos apprime factorum commenta esse; qvæ ancipiti & ambiguo sermone contexta, in utramqve expectati rerum eventus partem non inepte cadere & qvadrare possint. Ea vero, quibus rudi plebeculæ imponitur, circulatorum prodigia, cum naturalibus causis esse conjuncta. Plurima enim universa in natura existere, radicum, herbarum, plantarum, fructuum, lapidum, itemqve aliarum ex omni materia, sive siccarum, sive humidarum virtutum genera, quarum aliæ propellendi & ejiciendi vim habeant, aliæ secernendi ac dissipandi, aliæ contra vel constipandi vel sistendi, itemqve laxandi, humectandi, rarefaciendi: rursumqve servandi aliæ, aliæ perimendi, ac præsentem corporis statum modo in hunc, modo contrarium penitus immutandi: Atq; aliarũ efficacitatem longiori, aliarum breviori tempore circumscribi; similiterqve aliarum ad plures, ad pauciores aliarum sese diffundere; præterea alias præire, sequi alias, alias deniqve concurrere cum aliis, & cum iis augeri pariter, pariterqve corrumpi. Et qvidem quod sanandi vis nonnullis insit, aliis autem

Cap. I. Trap.

Multiplex fallendi ratio, qua Dæmones utebantur.

morbos atqve exitium creandi, nihil habere a medendi arte alienum. Jam vero pleraqve naturali qvadam necessitate contingere, cumqve ipsa Luna crescere simul simulqve decrescere: oppositas animantium, plantarum, atqve radicum affectiones infinitas esse: vaporum multa esse genera, cum eorum, qvibus gravedo, ac sopor inducitur, tum etiam eorum, quibus cogitatio perturbatur: loca item atqve regiones, in quibus singula perficiantur, conferre plurimum: homines istos prætere instrumentorum suam ad artem affabre elaboratorum copiam habere longe ante provisam; multos etiam diversis ex partibus sibi comparare præstigiarum suarum adjutores ac socios, qvi sese advenientibus obtrudentes, qvo quisq; indigeat, curiose ac diligenter inqvirant. Quinetiam pleraq; secretis in templorum adytis, & iis, quorum ab accessu prohibetur multitudo, penetralibus occultari; eorumq; consilia partim loci tenebris, partim hominum, qvi se Deos ipsos adire credant, superstitione, partim deniq; derivata pridem a majoribus opinione, quæ omnium animos occuparit, non mediocriter permoveri. Accedat porro cum plebejorum ingeniorum stultitia, rudisq; multitudinis imbecillum, ac nulla probatum experientia judicium; tum vero callida versutaq; eorum, qui maleficam artem assidue tractant versantq; solertia, impostorumq; mores ad omnem fallaciam astutiamqve compositi; qui modo læta cuiq; ante ac jucunda pollicentur, præsentemque fortunam meliori spe consolantur, modo etiam de futuro conjicientes, incerto dubioqve sensu vaticinia fundunt, responsiqve mentem verborum amphiboliis ac tenebris involvunt, uti ne quis oraculum intelligat, ipsi vero ambiguitate dictorum ansam reprehensionis effugiant. Addiderit etiam pleraqve aliis fraudibus præstigiisqve contingere, ut qvod iis, qvæ tum fiunt, cantiones, nescio qvas, adhibeant, cum ignota quadam & barbara invocatione conjunctas, ut præcipuo studio in ea, qvæ nihil prorsus ad illos pertineant, incumbere videantur: nihil tamen æqve multitudinis animos percellere, atqve concinnata oraculorum, qvæ cum liberali eruditione fundi putantur carmina; utpote qvæ cum structura verborum ornata, tum vero tumore & granditate orationis inflata sint, multoqve vocis ac reliquæ ostentationis fuco, ipsaqve specie præsentis afflatum Numinis mentiantur, atqve universum fere populum dubia vocum significatione decipiant.

A τινὰ ποιητικά, ἰατρικῆς οὐκ ἄπωθεν ἐπιστήμης· τὰ δὲ νοσοποιὰ τυγχάνειν καὶ δηλητήρια. Ἤδη δὲ καὶ φυσικὰς ἀνάγκας συμβαίνειν τινά, καὶ τῇ Σελήνῃ συναύξειν καὶ συμφθίνειν· ζώων τε εἶναι, καὶ φυτῶν, καὶ ῥιζῶν ἀντιπαθείας μυρίας, καὶ πολλὰ θυμιαμάτων καρωτικῶν τε καὶ ὑπνωτικῶν, ἑτέρων δὲ φαντασίας ποιητικῶν. συναίρεσθαι δὲ οὐχ ἥκιστα καὶ τὰ χωρία, καὶ τοὺς τόπους ἐν οἷς τελίσκεται τὰ γινόμενα· ὄργανά τε εἶναι καὶ σκεύη πόρρωθεν αὐτοῖς ἐπιτηδείως τῇ τέ- B χνῃ προηυτρεπισμένα. πολλοὺς δὲ καὶ συνεργοὺς τῆς μαγγανείας παραλαμβάνεσθαι ἔξωθεν, πολυπραγμονοῦντας τοὺς ἀφικνουμένους, καὶ τὰς ἑκάστου χρείας, ὧν ἥκει τις δεησόμενος· πολλὰ δὲ καὶ τὰ ἄδυτα, καὶ τοὺς τοῖς πολλοῖς ἀβάτους μυχοὺς τῶν ἱερῶν ἐντὸς ἀποκρύπτειν. καὶ τὸ σκότος δὲ οὐ μικρὰ συνεργεῖν τῇ καθ᾽ ἑαυτοὺς ὑποθέσει· καὶ αὐτὴν δὲ οὐχ ἥκιστα τὴν προλαβοῦσαν ὑπόληψιν, καὶ τὴν τῶν ὡς θεοῖς προσιόντων αὐτοῖς δεισιδαιμονίαν, τήν τε ἐκ προ- C γόνων προκαταχεῖσαν ἐν αὐτοῖς δόξαν. προσκείσθω καὶ τὸ τῶν πολλῶν ἠλίθιον τῆς διανοίας, τό, τε ἀδρανὲς τοῦ λογισμοῦ καὶ ἀβασάνιστον τοῦ πλήθους· καὶ ἔμπαλιν τὸ δεινὸν καὶ κακεντρεχὲς τῶν περὶ τὴν κακότεχνον ταύτην διατριβὴν τευταζόντων· τό, τε τῶν γοήτων ἀπατηλὸν καὶ πανοῦργον τοῦ τρόπου· τοτὲ μὲν τὰ πρὸς ἡδονὴν ἑκάστῳ προϋπισχνουμένων, καὶ τὸ παρὸν ἐπὶ χρησταῖς ἐλπίσι θεραπευόντων. τοτὲ δὲ τοῦ μέλλοντος καταστοχαζομένων, καὶ εἰς D ἄδηλον καταμαντευομένων, τήν τε διάνοιαν τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίαις ῥημάτων καὶ ἀσαφείαις ἐπισκοτούντων, ὡς μή τινα συνιέναι τὸ χρηθέν, τῇ δὲ τοῦ λεχθέντος ἀδηλίᾳ τὸν ἔλεγχον ἐκφεύγειν. πολλὰ δὲ συμβαίνειν καὶ ἄλλαις τισὶν ἀπάταις καὶ τερατείαις, συμπαραλαμβανομένων τοῖς γινομένοις ἐπῳδῶν δή τινων, μετά τινος ἀσήμου καὶ βαρβαρικῆς ἐπιρρήσεως· ἵνα δὴ ὑπὸ τούτων σπουδάζεσθαι δοκεῖν τὰ μηδ᾽ ὁπωσοῦν πρὸς αὐτῶν γινόμενα. μάλιστα δὲ τοὺς πολλοὺς καὶ τῶν ἀπὸ παιδείας ὁρμᾶσθαι νομιζομένων ἐκπλήττειν αὐτῶν δὴ τῶν χρησμῶν V. Not. τὰ ποιήματα, τῇ μὲν τῇ συνθέσει τῶν ῥημάτων κεκαλλωπισμένα, τῇ δὲ τῷ τῆς μεγαλοφωνίας pag. 80 ὄγκῳ τετυφωμένα, πολλῷ δὲ καὶ τῷ τῆς ἀνατάσεως κόμπῳ, τῷ τε πεπλασμένῳ τύπῳ τῆς θεοφορίας ἐσχηματισμένα, καὶ διὰ τῆς ἀμφιβόλου φωνῆς τὰ πάντα σχεδὸν ἀπατᾷ τὸν λεών.

OTI

β. A

ΟΤΙ ΤΟΙΣ ΘΕΛΟΥΣΙΝ ΕΥΧΕΡΕΣ ἀποφῆναι, πλάνην εἶναι τὴν περὶ τῶν χρηστηρίων ἐπαγγελίαν καὶ γοήτων ἀνδρῶν ῥᾳδιουργίαν.

ΟΣΑ γοῦν αὖθις τὴν ἀμφιβολίαν ἐκπέφευγε τῶν χρησμῶν, οὐ κατὰ πρόγνωσιν τοῦ μέλλοντος, κατὰ δέ τινα στοχασμὸν ἐξηνεγμένα. τούτων μυρία, μᾶλλον B δὲ τὰ πάντα σχεδὸν ἥλω πολλάκις τῆς προρρήσεως ἀποπεπτωκότα, ἐναντίως ἢ κατὰ τὸ χρησθὲν, τοῦ τῶν πραγμάτων τέλους τὴν ἔκβασιν ἀπειληφότος· εἰ μή ποτ' ἄρα σπανίως ἕν ποτε ἐκ μυρίων συμβὰν κατά τινα φορὰν συντυχικὴν, ἢ κατὰ τὴν στοχασθεῖσαν τοῦ μέλλοντος προσδοκίαν, τὸν χρησμὸν ἐπαληθεύειν ἐνομίσθη ποιεῖν. ὃ δὴ καὶ μάλιστα θρυλλοῦντας αὖ ἴδοις, καὶ στήλαις ἐγχαράττοντας, καὶ πανταχόσε γῆς βοῶντας. ὅτι μὲν, εἰ τύχοι, τοσοῖσδε τὸν ἀριθμὸν ἀπε- C σφάλησαν, μηδαμῇ· μηδενὸς ἐθέλοντες μνημονεύειν· ὅτι δ' ἑνὶ δὲ ἀπὸ μυρίων συνέτυχέ τι τῶν χρησθέντων, ἄνω καὶ κάτω περιφέροντας· ὡς εἴ τις καὶ ἐπὶ δύο λαγχανόντων ἀπὸ μυρίων, εἰ ἄρα ποτὲ εἰς ἅπαξ αὐτοὺς κατὰ τῶν αὐτῶν συμπεσεῖν ἔτυχε, θαυμάζοι, ὡς κατὰ μαντείαν καὶ πρόγνωσιν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέροις συνέβη περιελθεῖν ἀριθμόν. οὕτω γὰρ ἔχειν τὸ ἀπὸ μυρίων ἐπὶ μυρίοις χρησθέντων, ἅπαξ ποτὲ συμβὰν κατὰ τύχην· ὃ καὶ συνιδόντα τὸν μηδὲν στερρὸν ἐν βάθει ψυχῆς κεκτημένον, ὑπερεκ- D πλήττεσθαι τὸ χρηστήριον, ᾧ πολὺ κρεῖττον ἦν τὸ μὴ ἀφραίνειν, συλλογισαμένῳ ὅσοις ἄλλοις θανάτου γεγόνασιν αἴτιοι, στάσεώς τε καὶ πολέμων οἱ δεδηλωμένοι. σκέψασθαί τε τῶν παλαιῶν τὰς ἱστορίας, καὶ συνιδεῖν ὡς οὐδὲ τὸ τηνικάδε ἀρετῆς τι θείας ἔργον ἀπεδείξαντο, ὁπηνίκα ἤνθει μὲν τὰ Ἑλληνικὰ, συνειστήκει δὲ τὰ πρὶν βοώμενα, νῦν δὲ μηκέτ' ὄντα χρηστήρια, πάσης προνοίας καὶ σπουδῆς ἠξιωμένα πρὸς τῶν ἐπιχωρίων, τῶν δὴ πατρῴοις νόμοις τε καὶ μυστηρίοις σεβόντων τε αὐτὰ καὶ θεραπευόντων, καὶ τότε γοῦν μάλιστα τὸ μηδὲν δύνασθαι ἀπηλέγχθησαν ἐν ταῖς τῶν πολέμων συμφοραῖς·

ισ. [illegible]

II.

PROMPTUM ESSE CUIvis ostendere, qvicquid oracula pollicentur, & veneficorum hominum præstigias meram imposturam esse.

ENIM VERO qvæcunqve ab istis sine ulla responsi ambiguitate prædicta sint, non ex præsensione quadem ac scientia futurorum, sed ex aliqva tantum conjiciendi vi pronunciata; ex iis infinita plane, deprehensum esse, imo prope dixerim omnia, prædictionis sæpius veritate caruisse, cum res contrarium oraculo finem & exitum habuissent: nisi vero, qvod raro admodum, atque unum ex infinitis aliquid, aut casu fortuito, aut spe aliqua futurum augurata contigerit, id veritatis opinionem oraculo conciliet. Nam illud demum esse, qvod ab istis jactari maxime, terrarum ubiqve magna voce prædicari, in cippos & columnas incidi videas; qvi cum (si quando res ita tulerit,) qvod tam multi expectatione sua decepti fuerint, verbum plane nullum fieri velint; tum vero, qvod uni ex infinitis alicui prout ab oraculo responsum fuerat, acciderit, id nullo non loco circumferant. Qva in re perinde se gerant, ac si quis, cum ex infinita hominum micantium, aliove sortis genere utentium multitudine, duo aliqui vel semel tantum in eadem casu incurrerent, factum miraretur, quasi ex divinatione quadam sortisqve futuræ scientia, unus atqve idem utriqve numerus obtigisset. Eandem enim ejus esse rationẽ, qvod unum ex infinitis vatum respõsis, ac circa res numero infinitas editis, forte fortuna semel evenerit: Id qvod ubi qvis intellexerit, cujus animus nihil intus solidi, nihil constantis habeat, tum vero hominem oraculi certitudinẽ obstupescere; qvem sane lõge præstaret, vecordia posita, secum diligẽtius reputare, qvam multis aliis vel interitũ, vel dissẽsiones & bella genus id hominũ consciverit, ac veterũ historiarũ memoriã cogitatione repetendo, animadvertere, ne tum quidẽ ullũ ab iis divinæ virtutis opus editum fuisse, cũ & res Græciæ maxime florerent, & jactata qvondam oracula, qvæ hoc tempore nulla sunt, integræ auctoritatis essent, & ab indigenis omni studio curaq; habita, patriis ritibus atqve mysteriis religiose admodum colerentur. Et sane vim eorũ nullam esse tum præcipue constitit ex bellorũ calamitatibus:

in qvibus, qvod nihil opis & auxilii conferre possent egregii fatorum interpretes, responsorum ambiguitate clientes suos fefellisse convicti sunt, quemadmodum suo loco demonstrabimus, cum omnium subjiciemus oculis, qvo pacto eos, qvi Oraculum consulebant, mutuum in bellum acuerint; nec de seriis qvoqve rebus negotiisque consulti responderint, sed potius oraculis suis consulentibus illuserint, sic tamen, ut dubiæ significationis obscuritate suam ipsorum ignorantiam occultarent. Cogita vero ipse tecum exempla vetera repetendo, qvam isti sæpe, cum affectæ valetudinis hominibus robur, vitam, salutemque promisissent, iisque postea non secus ac Diis fides haberetur, paulo post ingenti pecuniæ vi ex hoc afflatæ divinitus mercaturæ genere corrogata, quales tandem essent, manifeste reprehensum fuerit, imposteres scilicet ac circulatores, non autem Dii, cum decepti ab iis homines infaustum exitum habuissent. Qvid porro attinet dicere, ne popularibus quidem suis, & ejusdem secum civitatis indigenis vates egregios quicquam præsidii vel opis afferre, cum infinitos ibidem videas morbis laborantes, claudos, cœcos ac toto sæpe corpore mutilatos? Qvid vero in caussa fuerit, cur peregrinis quidem hominibus, & ex longinqua regione venientibus rerum meliorũ spes quasdam umbratiles ac fucatas ostẽderent, civibus autem popularibusqve suis non item, quibuscum tamen eos utpote domesticis amicis, ac civibus derivatum ex numinum præsentia bonum communicare oporteret; nisi qvod extraneos homines veteratoriæ calliditatis ignaros facilius in errorem, quam alios sibi familiares ac notos impellerent, quippe qvi artis hujus imperiti non essent, sed usitatæ ludificationis optime conscii? Quare totum istud profecto nec divini quicquam, nec humana industria majus habuit: adeoqve videas gravissimis etiam calamitatibus, quales utique cœlitus a summo rerum omnium Principe Deo impiorum cervicibus imminent, supremum exitium, ruinasque frequentes ac repentinas, simul cum ipsis donariis atque simulacris, eorum templa subiisse. Ubi enim Delphicum illud templum est, apud Græcos omnes omnique memoria celebratum? ubi Pythius? ubi Clarius? ubi Dodonæus? Nam Delphicum sane oraculum jam tertium a Thracibus incensum fuisse constans fama est,

Corrupta mercede oracula.

Deorum templa igni consumpta.

A ἐν αἷς βοηθεῖν ἀδυνατοῦντες οἱ γενναῖοι θεσπιῳδοὶ, δι' ἀμφιβολίας τῶν χρησμῶν ἥλωσαν σοφισάμενοι τὰς περιστοφυγάς· ὥσπερ οὖν κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἐπιδειξόμεθα, παρεισῶντες ὅπως καὶ εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον τοὺς χρωμένους παρώξυνον, καὶ ὡς οὐδὲ περὶ σπουδαίων πραγμάτων τὰς ἀποκρίσεις ἐποιοῦντο, καὶ ὡς ἐπλανῶν διὰ τῶν χρησμῶν παίζοντες τοὺς ἐρωτῶντας, καὶ ὡς τῷ τῆς ἀσαφείας σκότῳ τὴν σφῶν ἄγνοιB αν ἀπεκρύπτοντο. Σκέψαι δὲ καὶ αὐτὸς πυθόμενος, ὡς καὶ ἀῤῥώστοις πολλάκις ῥῶσιν καὶ ζωὴν καὶ σωτηρίαν ὑποσχόμενοι, κἄπειτα πιστευθέντες ὡς δὴ θεοὶ, καὶ τῆς ἐνθέου ταύτης ἐμπορίας μεγάλους τοὺς μισθοὺς εἰσπραξάμενοι οὐ μετὰ πλεῖστον οἵτινες ἦσαν, ἐφωράθησαν, γόητες ἄνδρες, ἀλλ' οὐ θεοὶ διελεγχθέντες, οὐκ αἰσίας καταστροφῆς τοὺς ἠπατημένους διαλαξάσης. Τί δὴ λέγειν, ὡς οὐδὲ τοῖς ἑαυτῶν συνοίκοις, τοῖς δὴ κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν διατρίβουσιν, C οἱ θαυμάσιοι μάντεις τὰς ἐξ αὐτῶν παρέχον ἐπικουρίας. ἀλλὰ καὶ νοσοῦντας ἂν ἴδοις αὐτόσε καὶ ἀναπήρους, καὶ πᾶν τὸ σῶμα λελωβημένους μυρίους; Τί δή ποτε δῆτα τοῖς μὲν ἔξω καὶ πόῤῥωθεν ἐξ ἀλλοδαπῆς ἀφικνουμένοις τὰς χρηστὰς ὑπέγραφον ἐλπίδας, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὸ αὐτὸ συνοίκοις, οἷς δὴ καὶ πρὸ πάντων ἐχρῆν, ὡς ἂν οἰκείοις φίλοις καὶ συμπολίταις, τὸ ἐκ τῆς τῶν θεῶν παρουσίας ἀγαθὸν παρέχειν· ἀλλ' ὅτι τοὺς μὲν ξένους ἀγνοοῦντας ὄνD τας τῆς ῥαδιουργίας, ῥᾷον ἂν καὶ ἀπατήσαιεν, οὐκέτι δὲ τοὺς συνήθεις, ὡς ἂν τῆς τέχνης οὐκ ἀπείρους, συνίστορας δὲ ὄντας τῆς ἐπιτελουμένης παιδιᾶς. οὕτω δὲ τὸ πᾶν οὐ θεῖον, οὐδὲ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας κρεῖττον ἦν. ὥστε κἂν ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς, ταῖς δὴ ἄνωθεν ἐκ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐπαιωρουμέναις, αὐτοῖς ἀφιερώμασι καὶ ξοάνοις, φθορὰν ἐσχάτην καὶ πτώσεις ἀθρόας τοὺς νεὼς αὐτῶν ὑπομεῖναι. Ποῦ γάρ σοι τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησιν ἐξ αἰῶνος βεβοημένον; ποῦ ὁ Πύθιος; ὁ Κλάριος; ποῦ δὲ ὁ Δωδωναῖος; τὸ μέν γε Δελφικὸν χρηστήριον, τρίτον ὑπὸ Θρᾳκῶν ἐμπρησθῆναι κατέχει λόγος, οὐδὲν τῶν

Pr. 81.

μαντείου εἰς τὴν τοῦ μέλλοντος γνῶσιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῦ Πυθίου τὰ οἰκεῖα περιφυλάξασθαι δεδυνημένου. ταυτὸν παθεῖν καὶ τὸ ἐν Ῥώμῃ Καπιτώλιον ἱστορεῖται, κατὰ τοὺς τῶν Πτολεμαίων χρόνους. καθ' οὓς λέγεται καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐπὶ Ῥώμης ἐμπρησμὸν ὑπομεῖναι. ἀμφὶ δὲ Ἰούλιον τὸν Καίσαρα, τὸ μέγα τῶν Ἑλλήνων καὶ Ὀλυμπιακὸν ἄγαλμα, τὸ ἐν αὐταῖς Ὀλυμπιάσι, κεραυνῷ πρὸς τοῦ θεοῦ βληθὲν ἀναγράφουσι. καὶ ἄλλο τέ φασι τὸν νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἐμπρησθῆναι· καὶ τό γε Πάνθεον ὑπὸ κεραυνοῦ διαφθαρῆναι· τό, τε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Σαραπεῖον ὁμοίως καταφλεχθῆναι. καὶ τούτων παρ' αὐτοῖς Ἕλλησιν ἀνάγραπτοι φέρονται μαρτυρίαι. μακρὸς δ' ἂν εἴη λόγος, εἰ μέλλοι τις τὰ καθ' ἕκαστα ἐξαριθμούμενος, παριστάναι πειρώμενος, ὅτι μηδὲ τοῖς οἰκείοις ἱεροῖς ἐπαμῦναι οἱ θαυμαστοὶ χρησμοδόται δυνατοὶ πεφώρανται. οἱ δὲ μηδὲ σφίσιν αὐτοῖς ἐν συμφοραῖς γενόμενοι χρήσιμοι, σχολῇ γ' ἄν ποτε κἂν ἄλλοις ἐπαρκέσειαν. Ἐν δέ τι προσθεὶς τοῖς εἰρημένοις, μέγιστον ἂν εἴη καθεωρακὼς κεφάλαιον, ὡς ἤδη καὶ τῶν ἄγαν θεοφόρων, αὐτῶν δὴ τῶν μάλιστα ἱεροφαντῶν, θεολόγων τε αὐτοῖς καὶ προφητῶν πλείους οὐ μόνον πάλαι, ἀλλὰ καὶ ἔναγχος καθ' ἡμᾶς αὐτούς, ἐπὶ τῇ θεοσοφίᾳ ταύτῃ βοηθέντες, διὰ βασάνων αἰκίας ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν δικαστηρίων, τὴν πᾶσαν ἐξεφώνησαν πλάνην ἀνδρῶν ἀπάτης γίνεσθαι, καὶ γοητείαν τετεχνασμένην τὸ πᾶν εἶναι ὁμολογήσαντες. οἵ γε καὶ τὸν πάντα τρόπον τῆς κατασκευῆς, καὶ τὰς μεθόδους τῆς κακοτεχνίας, ταῖς πρὸς αὐτῶν ἐν ὑπομνήμασιν ἀφεθείσαις φωναῖς ἐνεγράψαντο. Διὸ δὴ καὶ τὴν ἀξίαν τῆς ὀλεθρίου πλάνης δίκην ἐκτίσαντες, πάντα λόγον ἀνεκάλυψαν, αὐτοῖς ἔργοις τὴν τῶν δηλουμένων ἀπόδειξιν πιστωσάμενοι. ὁποῖοι δὲ ἦσαν οὗτοι; μὴ δὴ νόμιζε τῶν ἀπερριμμένων καὶ ἀφανῶν τινας. οἱ μέν γε αὐτοῖς ἀπὸ τῆς θαυμαστῆς ταύτης καὶ γενναίας φιλοσοφίας ὡρμῶντο, τῶν ἀμφὶ τὸν τρίβωνα, καὶ τὴν ἄλλην ὀφρὺν ἀνεσπακότων· οἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἐν τέλει τῆς Ἀντιοχέων ἡλίσκοντο πόλεως, οἳ δὴ μάλιστα καὶ ἐπὶ ταῖς καθ' ἡμῶν ὕβρεσιν, ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς διωγμῷ λαμπρυνόμενοι.

A cum neqve divinationis domicilium ad futuri præsensionem, neqve Pythius ipse ad rerum suarum conservationem quicquam omnino posset. Id ipsum Romano item Capitolio circa Ptolemæorum tempora contigisse prodit historia, qvibus etiam temporibus Vestæ Delubrum ibidem conflagrasse ferunt. Præterea Julii Cæsaris ætate grande illud & Olympiacum Græciæ simulacrum, qvod Olympiæ visebatur, fulmine divinitus ictum esse, aliudqve simul Jovis Capitolini templum incendio, Pantheum igne fulmi-B nis, Serapium Alexandriæ non absimili conflagratione haustum periisse tradunt. Quorum quidem omnium perscripta extant apud Græcos ipsos testimonia. Ac longum profecto sermonem ordiretur, qvi singula recensere numerando vellet, ut omnium subjiceret oculis, luce palam deprehensum esse, ne a propriis quidem templis pestem avertere fatiloquos egregios unquam potuisse: qvi si ne sibi quidem tantis in cladibus usui fuere, alios opinor ægre admodũ juvare potuerint. Idem tamen totius rei sum̃am caputqve facile perspexerit, si ad superiora C hoc unum addiderit, jam homines id genus qvamplurimos, qvi singularem Numinis afflatum præ se ferrent, quos isti præcipuos & sacrorum interpretes, & theologos & prophetas haberent, non solum antehac, sed nuper etiam nostraqve memoria divinæ hujus sapientiæ nomine clarissimos, cum ad Romana tribunalia rapti essent, qvæstionum vi adactos, universum hoc fraudis genus ad homines decipiendos comparatum declarasse, totumqve negotium præstigias esse arte compositas fassos fuisse. Atqve hi omnem molitionis occultæ rationem, totamqve ma-D leficæ artis ludificationem verbis ipsissimis, quibus rem ante patefecerant, in acta publica retulerunt: sicque justas exitialis fraudis pœnas luentes, quicquid latebat, evulgarunt, quæqve nostra oratione produntur, ea rebus ipsis in omnium luce comprobarunt. Sed, quales enim isti erant? cave tu mihi abjectos nescio qvos & obscuros cogites. alii quippe ex præclara illa nobilique philosophia prodierãt, hominum eorũ ex grege, qvi palliũ assidue terunt, ac sublato supercilio cæteroq; cum fastu inambulant: alii ex ipsis Antiochenæ civitatis Magistratibus ac Primoribus erãt, qvi sævientis in nos persequutionis tempore nostris ex injuriis auctoritatis plurimum ac splendoris qvæsierant.

Dæmonum præstigia ab eorum etiam clientibus detecta.

Philoſophum præterea quendam novimus, ſimulq; Prophetam, iis, quæ diximus, ſimilia Mileti ſubiiſſe. His igitur collectis aliisque pluribus, merito neget quiſpiam tam Dæmones quam Deos ſparſorum per urbes oraculorum auctores fuiſſe, remque totam in errorem vulgi ac circulatorum fallaciam præſtigiasque conferat. Et vero integræ quoque, ac præcipui nominis Philoſophorum ſectæ hujus opinionis duces ac vindices extitere, puta qui ex Ariſtotelis diſciplina prodierant, & quotquot deinceps Peripatetici nominati ſunt, nec non Cynici & Epicurei, quos equidem mirari eo nomine plurimum ſoleo, quod cum Græcorum in moribus ab ipſis incunabulis educati fuiſſent, ac Deos eſſe, quos ante diximus, pueri a ſuis quique parentibus accepiſſent, nunquam tamen erroribus iſtis irretiri ullo modo potuerint, ſed potiꝰ, quæ paſſim jactabantur, oracula, quæque omnium concurſu populorum vaticinia celebrabantur, ea non modo vanitatis ac mendacii coarguerint, ſed etiam exitii potius quam utilitatis ullius cauſſas eſſe demonſtrarint. Cæterum cum ſexcenti vaticiniorum iſtorum vanitatem pluribus confutarint, mihi tamen ad aliquod eorum, quæ dixi, teſtimonium ſatis fore impræſentiarum putavi, ſi unius tantum ex iis diſputationem, adverſus ea, quæ pro Fato Chryſippus ex oraculorum prædictione confecerat, argumenta ſuſceptam, hoc loco ſubjicerem. Sic enim adverſus illum Auctor iſte ſcribit, ut eum ex oraculis perperam Fatum obſervare ac probare coarguat, adeoque Græcorum oracula in plerisque omnibus falſa reſpondiſſe, raroque admodum, idque non niſi caſu, eventum iis reſpondiſſe, poſtremo non ſolum inutiles, ſed etiam pernicioſas eorum prædictiones eſſe contendat. Audi ergo, quemadmodum ipſe ad verbum loquatur.

A Ἴσμεν δὲ καὶ τὸν Φιλόσοφον ὁμοῦ καὶ Προφήτην, τὰ ὅμοια τοῖς εἰρημένοις κατὰ τὴν Μίλητον ὑπομείναντα. ταῦτα δή τις καὶ πλείω τούτων ἔτι συνάγων, εἴποι ἂν μὴ θεοὺς εἶναι, μηδὲ μὴν δαίμονας, τοὺς τῶν κατὰ πόλεις χρηστηρίων αἰτίους· πλάνην δὲ καὶ ἀπάτην ἀνδρῶν γοήτων. καὶ ἦσάν γε παρ' αὐτοῖς Ἕλλησιν ὅλαι διὰ φιλοσοφίας διαπρεπεῖς αἱρέσεις, ταύτης προϊστάμεναι τῆς δόξης. ὡς οἱ ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους, καὶ πάντες οἱ καθεξῆς τοῦ Περιπάτου. B Κυνικοί τε καὶ Ἐπικούρειοι, οὓς καὶ μάλιστα ἔγωγε ἐθαύμασα, ὅπως ἐν τοῖς Ἑλλήνων ἤθεσι τραφέντες ἐξ ἔτι τῶν σπαργάνων, παῖς παρὰ πατρὸς θεοὺς εἶναι τοὺς δηλουμένους παρειληφότες, οὐθ' ἑτέρα ληπτοὶ γεγόνασιν. ἀλλὰ κατακράτος καὶ τὰ βοώμενα χρηστήρια, καὶ τὰ παρὰ πᾶσι μεταδιωκόμενα μαντεῖα οὐδὲν φέρειν ἀληθὲς ἀπήλεγξαν, ἀνωφελῆ τε εἶναι ἀπεφήναντο, καὶ μᾶλλον ἐπιβλαβῆ τυγχάνειν. C μυρίων δὲ ὄντων, καὶ διὰ πλειόνων τὴν τῶν μαντείων ἀνατροπὴν πεποιημένων, ἐξαρκεῖν ἔμοιγε μαρτυρίας χάριν τῶν εἰρημένων ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡγοῦμαι καὶ μίαν ἑνὸς τούτων παράθεσιν ἀπαντῶσαν πρὸς τὰ Χρυσίππῳ περὶ εἱμαρμένης ἀπὸ τῆς τῶν μαντείων προρρήσεως κατασκευασθέντα. γράφει δ' οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ συγγραφεύς, ἀπελέγχων, ὅτι κακῶς ἐκ τῶν μαντείων σημειοῦται τὴν εἱμαρμένην, καὶ ὅτι ἐν τοῖς πλείστοις τὰ τῶν D Ἑλλήνων μαντεῖα διαψεύδονται, καὶ ὅτι σπανίως αὐτοῖς ἐκ συντυχίας ποτέ τινα συμβαίνει, ὅτι τε ἄχρηστος αὐτῶν καὶ ἐπιβλαβὴς ἡ πρόρρησις. ἄκουε δ' οὖν, ἅ φησι κατὰ λέξιν.

Pag. 81.

III.

EX DIOGENIANI SCRIPTIS, Divinandi artem minime ſibi conſtare, in plerisque mentiri; inutilemque vatum ac pernicioſam eſſe prædictionem.

γ.

ΕΚ ΤΩΝ ΔΙΟΓΕΝΙΑΝΟΥ, ΟΤΙ ἀσύστατος αὐτῶν ἡ μαντικὴ καὶ τὰ πολλὰ ψευδομένη, καὶ ὅτι ἄχρηστος καὶ ἐπιβλαβὴς ἡ κατ' αὐτοὺς πρόρρησις.

ALIUD inquit, præterea citato libro ejusmodi argumentum Chryſippus affert. Negat enim veras Divinorum

ΦΕΡΕΙ δὲ καὶ ἄλλην ἀπόδειξιν ἐν τῷ προειρημένῳ βιβλίῳ τοιαύτην τινά. μὴ γὰρ ἂν τὰς τῶν μάντεων προρρήσεις ἀληθεῖς εἶναί φησιν

εἰ μὴ πάντα ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης περιείχοντο. ὃ καὶ αὐτὸ πολλῆς εὐηθείας μεστόν ἐστιν. ὡς γὰρ ἐναργοῦς ὄντος, τοῦ πάσας ἀποβαίνειν τὰς τῶν καλουμένων μάντεων προρρήσεις, ἢ ὡς μᾶλλον ἂν ὑπό τινος τούτου συγχωρηθέντος, τοῦ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, καὶ οὐχὶ ὁμοίως ἂν ψευδοῦς ῥηθέντος καὶ αὐτοῦ, ἐπειδὴ καὶ τὸ ἐναντίον, λέγω δὲ τὸ μὴ πάντα ἀποβαίνειν τὰ προαγορευθέντα, μᾶλλον δὲ τὰ πλεῖστα αὐτῶν ἡ * ἐνέργεια δείκνυσιν. οὕτω τὴν ἀπόδειξιν ἡμῖν Χρύσιππος κεκόμικε, δι' ἀλλήλων κατασκευάζων ἑκάτερα. τὸ μὲν γὰρ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, ἐκ τοῦ μαντικὴν εἶναι δεικνύναι βούλεται. τὸ δὲ εἶναι μαντικήν, οὐκ ἂν ἄλλως ἀποδεῖξαι δύναιτο, εἰ μὴ προλάβοι τὸ πάντα συμβαίνειν καθ' εἱμαρμένην. ποῖος δ' ἂν μοχθηρότερος τρόπος ἀποδείξεως τούτου γένοιτο; τὸ γὰρ ἀποβαίνειν τινὰ κατὰ τὴν ἐνέργειαν ὧν προλέγουσιν οἱ μάντεις, οὐ τοῦ μαντικὴν ἐπιστήμην εἶναι σημεῖον ἂν εἴη, ἀλλὰ τοῦ τυχικῶς συμπίπτειν ταῖς προαγορεύσεσι συμφώνους τὰς ἐκβάσεις· ὅπερ οὐδεμίαν ἡμῖν ἐπιστήμην ὑποδείκνυσιν. οὐδὲ γὰρ τοξότην ἂν εἴποιμεν ἐπιστήμονα, τὸν ἅπαξ ποτὲ τυχόντα τοῦ σκοποῦ, πολλάκις δὲ ἀποτυγχάνοντα· οὐδὲ ἰατρόν, τὸν ἀναιροῦντα τοὺς πλείους τῶν θεραπευομένων ὑπ' αὐτοῦ, ἕνα δέ ποτε διασῶσαι δυνηθέντα· οὐδὲ ὅλως ἐπιστήμην λέγομεν, τὴν μὴ πάντα, ἢ τά γε πλεῖστα τῶν οἰκείων ἔργων κατορθοῦσαν. ὅτι δὲ ἀποτυγχάνεται πολλὰ τοῖς καλουμένοις μάντεσιν, ὁ πᾶς τῶν ἀνθρώπων βίος μάρτυς ἂν εἴη, καὶ οὗτοί γε αὐτοί, οἱ τὴν μαντικὴν ἐπαγγελλόμενοι τέχνην, οὐχὶ διὰ ταύτης ἑαυτοῖς βοηθοῦντες ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον χρείαις, ἀλλὰ γνώμῃ τε ἰδίᾳ ποτὲ χρώμενοι, καὶ συμβουλῇ καὶ συνεργείᾳ τῶν ἐν ἑκάστοις τῶν πραγμάτων ἐμπειρίαν κεκτῆσθαι νενομισμένων. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ μὴ συνεστάναι τοῦτο, ὃ παρειλήφαμεν μαντικὴν καλεῖν, ἐν ἄλλοις ἀποδώσομεν πληρέστερον, παρατιθέμενοι τὰ Ἐπικούρου καὶ περὶ τούτου δοκοῦντα. νυνὶ δὲ τοσοῦτον τοῖς εἰρημένοις προσθήσομεν, ὅτι μάλιστα μὲν τὸ ἀληθεύειν ποτὲ τοὺς καλουμένους μάντεις ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν, οὐκ ἐπιστήμης, ἀλλὰ τυχικῆς αἰτίας ἔργον ἂν εἴη. οὐ γὰρ τὸ μηδὲ πώποτε τοῦ προκειμένου τυγχάνειν,

*γρ. ἐνάργεια

A vatumqve prædictiones futuras, nisi omnia fati necessitate tenerentur. Id qvod non minoris profecto stultitiæ est, quam cætera. Hoc enim perinde sumit, ac si vel istorum, qvos vates nominant, prædicta omnia evenire constaret, vel potius fato cuncta fieri concessum a qvopiam fuisset: ac non id similiter falso diceretur, cum tamen contrarium, hoc est non omnia, qvæ ab iis prænunciata sunt, evenire, imo secus evenire qvamplurima oculis ipsis quotidie videamus. Sic ergo nobis suum illud Chrysippus argumentum obtrudit, ut alterum vicissim ex altero colligat. Nam & fato cuncta fieri ex eo, qvod di- B vinatio sit, probare conatur, nec tamen divinationem esse aliter unquam probare possit, nisi prius illud, omnia fato evenire, sumat. Qvæ autẽ argumentandi ratio vel iniquior, vel ineptior esse queat? Nam qvod ex iis, qvæ Divini prænunciant, nonnulla quandoqve re ipsa contingant, id non jam divinationis artem aliqvam esse argumento est, sed potius casu fieri, si quis nonnunquam eventus cum eorum prædictione consentiat. Id qvod nullam sane scientiam esse declarat. Nec enim, opinor, scientem illum petitumque sagittarium dixerimus, qvi cum semel ali- C quando collinearit in scopum, ab eodem sæpius aberrarit; aut Medicum eum, qui qvos ipse curet, partem maximam cum interimat, unum fortasse qvempiam servare potuerit: nec omnino scientiam nominamus ullam, nisi qvæ, si non omnia, qvæ sui sunt muneris, at pleraqve scite feliciterqve perficiat. Jam vero sua Vates istos in plurimis divinatione falli, non modo vita mortalium universa, sed illi etiam ipsi, qvi divinandi artem profitentur, testes esse possint, qvippe qvi ab ea nihil opis ad usus vitæ quotidianos accipiant, sed utantur partim judicio suo, D partim aliorum consilio pariter atqve auxilio, qvi rerum singularum experientes communi opinione habeantur. Verum nihil plane firmitatis habere, qvam vulgo divinationem appellare consvevimus, alibi fusius ostendemus, ubi etiam Epicuri hac de re sententiam proferemus. Nunc autem unum solum aut alterum ad ea, qvæ dicta sunt, adjungemus; atq; hoc in primis, qvod ii nonnunqvam vera prænuncient, qvi vates nominantur, id non scientiæ, sed casui assignandum esse. Nec enim ejus rei, qvam propositam habueris, compotem fieri nunqvam,

Chrysippi argumentum refellitur.

sed neque semper, neque ut plurimum, neque, si quando compos fias, scientia fieri; hoc demum est, quod fortunæ tribuendum merito censent, qvi apertas significationes suis quasque vocibus attributas distinguere rite norunt. Deinde etiam illud, tametsi daremus verum esse, qvod a Chrysippo sumitur, Divinationi futura omnia præsentiendi, ac prædicendi vim inesse; ex eo quidem jure concludi posse, fato cuncta fieri; non tamen hujus artis commoditatem ad vitæ usus aliquam ullo modo demonstrari, cujus maxime caussa Divinationem prædicare Chrysippus videtur. Nam quid nobis tandem ex eo compendii, qvod eas omnino calamitates futuras præsentiremus, quas ne cavere quidem ulla ratione possemus? quæ enim fato eveniant, quis mortalium cavere possit? Quare tantum abest ut nobis Divinatio utilitatis afferret aliquid, ut potius hoc ipso nobis cederet in perniciem, quod animi ægritudinem ac molestiam ex ipsamet calamitatum necessario futurarum præsensione, etiam antequam acciderent, hominibus crearet. Nec enim æqualem contra lætitiam futurorum prædictione excitatum iri quis dixerit; cum homo non tantum bonorum expectatione gaudere, quantum metu malorum dolere consveverit. Deinde nemo fere est, qvi ab se se mala propius abesse, antequam audierit, admodum speret; bona vero, qvod in ea sponte sua natura propendeat, omnes, ut verbo dicam, potius expectamus. Nam & plerique majores se se, quam fieri possint, futuros sperare solent. Ex quo illud accidit, ut bonorum quidem prædictio lætitiam vel admodum non augeat, qvod etiam citra prædictionem quilibet meliora quæque per se ipsum expectet; vel raro saltem ea, qva quis forte putet, cum firmitate augeat; imo sæpe quoque minuat, dum spe minus aliquid respondetur: malorum autem prædictio, partim qvod ab iis naturæ sensus abhorreat, pertim qvod ea præter spem aliquando prædicantur, gravem animi perturbationem afferat. Quanquam, si ejusmodi nihil accideret, inanem tamen prædictionem fore, cuivis, opinor, constare certo possit. Nam si quis utilitatem divinationi aliquam hoc ipso assereret atqve defenderet, quod eæ calamitates prædicantur, qvæ omnino, nisi caveris, eventuræ sint; is profecto nõ omnia fato evenire demõstraret, cum in nostra potestate esset aut cavere,

Margin: Cap. II. Tran. — Divinatio quàm inutilis.

A ἀλλὰ τὸ μὴ πάντοτε μηδ' ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, μηδ' ἐξ ἐπιστήμης, ὅταν τις καί ποτε τυγχάνῃ, τύχης ἔργον καλεῖν προειλήφαμεν, οἱ διειληφότες τὰς ὑφ' ἕκαστον ὀνοματεταγμένας ἐναργεῖς ἐννοίας ἑαυτῶν. ἔπειτα εἰ καὶ καθ' ὑπόθεσιν ἦν ἀληθὲς, τὸ δὴ τὴν μαντικὴν τῶν μελλόντων ἁπάντων εἶναι θεωρητικήν τε καὶ προαγορευτικήν· τὸ μὲν πάντα καθ' εἱμαρμένην εἶναι, συνήγετο ἂν οὕτως· τὸ μέντοι χρειῶδες αὐτῆς καὶ βιωφε- B λὲς, οὐκ ἄν ποτε ἐδείκνυτο, διὸ καὶ μάλιστα Χρύσιππος δοκεῖ ὑμνεῖν τὴν μαντικήν. Τί γὰρ ὄφελος ἡμῖν ἦν προμανθάνειν τὰ πάντως ἐσόμενα δυσχερῆ, ἃ οὐδὲ προφυλάξασθαι δυνατὸν ἂν εἴη; τὰ γὰρ καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι, πῶς ἄν τις φυλάξασθαι δύναιτο; ὥστ' οὐδὲν ὄφελος ἡμῖν τῆς μαντικῆς, μᾶλλον δὲ καὶ πρὸς κακοῦ τινος ἐγίνετο ἂν αὕτη, τὸ προλυπεῖσθαι μάτην παρέχουσα τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ ταῖς C προλαβούσαις δυσχερείαις κατ' ἀνάγκην ἐσομέναις. οὐ γὰρ τὴν ἴσην πάλιν εὐφροσύνην παρέχειν τις φήσει τὴν τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν προαγόρευσιν· ἐπειδήπερ οὐχ οὕτως πέφυκεν ἄνθρωπος χαίρειν ἐπὶ τοῖς προσδοκωμένοις ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ τοῖς κακοῖς ἀνιᾶσθαι. ἄλλως τε καὶ ταῦτα μὲν οὐ πάνυ τι περὶ ἑαυτοὺς ἔσεσθαι πρὶν ἀκοῦσαι κατελπίζομεν· τὰ δ' ἀγαθὰ μᾶλλον ἅπαντες, ὡς εἰπεῖν, προσδοκῶμεν, διὰ τὴν φυσικὴν οἰκείωσιν πρὸς αὐτά· οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ, καὶ μείζους τῶν δυνατῶν γενέσθαι κατηλπίκα- D σιν· ἐξ οὗ συμβαίνει τὸ μὲν τὴν τῶν ἀγαθῶν προαγόρευσιν, μὴ ἐπιτείνειν πάνυ τι τὴν χαρὰν, διὰ τὸ καὶ χωρὶς τῆς προαγορεύσεως ἕκαστον ἐξ ἑαυτοῦ τὰ κρείττω προσδοκᾶν, ἢ ἐπ' ὀλίγον ἐπιτείνειν τῇ δοκούσῃ βεβαιότητι· πολλάκις δὲ καὶ μειοῦν τὴν χαρὰν, ὅταν ἐλάττω τῶν ἐλπισθέντων ἀκουσθῇ. τὴν δὲ τῶν κακῶν προαγόρευσιν, καὶ διὰ τὸ ἀποστρέπτεν αὐτῶν φύσει, καὶ διὰ τὸ παρ' ἐλπίδας ἐνίοτε προλέγεσθαι, μεγάλως ταράττειν. ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ μὴ τοῦτο συνέβαινε, τό γε ἀχρεῖον ἔσεσθαι τὴν προαγόρευσιν, παντί που δῆλον ἂν εἴη. εἰ γὰρ φήσει τις σωθήσεσθαι τὸ χρήσιμον τῆς μαντικῆς, διὰ τὸ προλέγεσθαι τὸ πάντως ἐσόμενον δυσχερὲς, εἰ μὴ φυλαξαίμεθα, οὐκ ἔτι πάντα δείξει συμβησόμενα καθ' εἱμαρμένην, ἐφ' ἡμῖν ὄντος τοῦ φυλάξασθαι.

Margin: pag. 83. — vel add. μάλιστα

» τε καὶ μὴ φυλάξασθαι. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο
» κατηναγκάσθαι φήσει τις, ὡς εἰς πάντα
» τὰ ὄντα διατείνειν τὴν εἱμαρμένην, πάλιν
» τὸ τῆς μαντικῆς χρήσιμον ἀναιρεῖται. Φυ-
» λαξόμεθα γὰρ εἰ καθείμαρται, καὶ οὐ φυ-
» λαξόμεθα δῆλον ὡς, εἰ μὴ καθείμαρται
» φυλάξασθαι, κἂν πάντες οἱ μάντεις τὸ ἐ-
» σόμενον προαγορεύωσιν ἡμῖν. τὸν γοῦν Οἰ-
» δίποδα, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν τοῦ Πριά-
» μου, καὶ αὐτὸς ὁ Χρύσιππός φησι πολλὰ μη-
» χανησαμένων τῶν γονέων, ὥστε ἀποκτεῖναι,
» ἵνα τὸ ἀπ' αὐτῶν προρρηθὲν αὐτοῖς κακὸν
» φυλάξωνται, μὴ δυνηθῆναι, οὕτως οὐδὲν
» ὄφελος οὐδὲ αὐτοῖς τῆς τῶν κακῶν προα-
» γορεύσεώς φησιν εἶναι, διὰ τὴν ἐκ τῆς εἱ-
» μαρμένης αἰτίαν. τοῦτο μὲν οὖν ἐκ περιου-
» σίας εἰρήσθω, πρὸς τὸ μὴ μόνον ἀνυπόστα-
» τον, ἀλλὰ καὶ ἀχρεῖον τῆς μαντικῆς. ταῦτα
» μὲν ὁ Φιλόσοφος. Σύ γε μὴν παρὰ σαυ-
τῷ σκέψαι, πῶς Ἕλληνες ὄντες, καὶ τὴν
Ἑλλήνων σύντροφον ἐκ νέας ἡλικίας κτη-
σάμενοι παιδείαν, τά τε πάτρια περὶ θεῶν
πάντων μᾶλλον διεγνωκότες, Ἀριστοτελικοὶ
πάντες, Κυνικοί τε, καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ ὅσοι
τούτοις ἐφρόνησαν τὰ παραπλήσια, τῶν
παρ' αὐτοῖς Ἕλλησι βοωμένων μαντείων κα-
τεγέλασαν. καὶ μὴν εἴπερ ἦν ἀληθῆ τὰ
θρυλλούμενα περὶ τῆς τῶν χρηστηρίων παραδο-
ξοποιΐας, εἰκὸς ἦν καὶ τούσδε καταπλα-
γῆναι Ἕλληνας ὄντας, καὶ τὰ πάτρια ἀκρι-
βῶς ἐξεπισταμένους, μηδέν τε τῶν γνωσθῆ-
ναι ἀξίων ἐν δευτέρῳ τεθειμένους. Ταῦτα
μὲν οὖν καὶ ὅσα τοιαῦτα συνάγειν εἰς ἀνα-
pag. 24. σκευὴν τῆς περὶ τῶν χρηστηρίων ὑποθέσεως,
πλείστη τις ἦν περιουσία. ἀλλ' οὐ ταύτῃ μοι
δοκεῖ τὸν παρόντα μετελθεῖν λόγον, ἀλλ' ᾗ-
περ ὡρμήθημεν ἀρξάμενοι, ἀληθῆ λέγειν
δόντες τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν προϊσταμένους, ὡς
ἂν ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς ὁμολογουμένων, μαν-
τεῖά τε εἶναι ἀληθῆ, καὶ πυθόχρηστα θεοπρό-
πια τὰ δηλούμενα φασκόντων, τὴν ἀκριβῆ
τῶν δηλουμένων ἔκφανσιν καταμάθωμεν.

A aut non cavere. Sin autem hoc ipsum eadem »
necessitate contineri dixerit, ut ad res omnes »
vis fati pertineat, rursum divinationis utili- »
tas omnis tollitur. certo enim, si fatum no- »
bis cavere sit, cavebimus; sin autem fatum »
non fuerit, nullomodo cavebimus, tametsi »
vates omnes, qvid eventurum nobis sit, præ- »
nunciarint. Enimvero, cum Oedipi, tum A- »
lexandri Priami filii cædem omni arte mo- »
litos utriusqve parentes fuisse, ut qvod præ- »
dictum erat ab iis sibi exitium imminere, de- »
clinarent, nec tamen eos voti compotes esse »
B unquam potuisse, vel Chrysippus ipse confi- »
tetur: adeoque agnoscit nihil etiam ipsis ma- »
lorum suorum prædictionem propter fati »
vim ac necessitaten profuisse. Atqve hæc a »
nobis contra divinationis partim incertitu- »
dinem, partim inutilitatem, liberalius qui- »
dem, quam res postulabat, dicta sunto. Ha- »
ctenus ille Philosophus. Tu vero tecum »
ipse cogita, quemadmodum Græci homi-
nes, qvi non modo Græcorum disciplinam
& instituta ab ineunte ætate cum ipso prope
lacte nutricis imbiberant, sed etiam patrias
C Deorum religiones omnium accuratissime
perviderant, Aristotelici omnes, omnes cum
Cynici, tum Epicurei, & quotquot ad eorum
se se opinionem aggregarant, jactata apud
Græcos ipsos vatum responsa deriserint.
Qvos tamen, si qvæ de Oraculorum
istorum prodigiis omnium ore celebrantur,
vera putavissent, oportebat sane non minus
quam cæteros eorum vim obstupescere,
quippe qvi & Græci essent, ritusque patrios
omnino callerent, ac nihil eorum, qvæ scitu
digna forent, ullo unqvam modo neglexis-
sent. Ista quidem aliaque similia, qvi hoc in
D argumenti genere ad refellendam oraculo-
rum famam colligere vellet, næ magnam is
copiam habiturus esset. verum susceptam a
nobis disputationem hac via moliri non pla-
cet, sed ea potius, qua in eam ab ipso statim
initio ingressi sumus. Dabimus enim, eos,
qvi Vaticiniorum fidem asserunt, vera dice-
re, ut ex illorum ipsorum confessione, qvi &
responsorum istorum veritatem defen-
dunt, quæque memorantur oracula Numi-
num suorum vocibus edita esse contendunt,
integram & accuratam eorum, qvæ profe-
runtur, explicationem atque notitiam hau-
riamus.

A

IV.
NOS MAXIMIS HISCE MALIS EVANGELICÆ SERVATORIS NOSTRI DOCTRINÆ BENEFICIO LIBERATOS ESSE.

EQVIDEM sic existimo neminem esse, qui non intelligat, partem Evangelici hujus argumenti non exiguam, sed vero maximam maximeqve necessariam eorum, qvæ proposita mihi sunt, probatione contineri. Nam si ostendere semel poterimus, qvotqvot seu Græci seu Barbari ante Servatoris nostri Jesu Christi adventum toto passim orbe vixerunt, verum omnes Deum ignorasse, adeoq; vel iis, qvæ nulla erant, perinde ac si essent, honorem tribuisse, vel a pessimis, quique cum Deo ipso pugnant spiritibus, ac sceleratis impurisqve Dæmonibus cœcorum instar huc illucqve raptatos, atqve in improbitatis barathrum præcipites actos: (quid enim aliud eos, qvam dæmoniaco furore correptos fuisse dixeris?) cui tandem magnum hoc dispensationis Evangelicæ mysterium non clarius & illustrius appareat, qvod omnes undiqve ab avito errore, Dæmonumqve tyrannide Servatoris nostri voce revocarit, quique in extremis terrarum finibus degerent homines, ab ea, qvæ omni ex memoria vitam mortalium universam tenuerat, fraude liberarit? atqve ita liberarit, ut tanto intervallo & vetustissima gentium omnium erroris domicilia cum templis atqve simulacris dissipata funditusqve sublata fuerint, & Delubra vere augusta, vereqve pietatis scholas in summi Regis ac rerum universarum Molitoris honorem, mediis in urbibus atque pagis, ejusdem Servatoris nostri virtute totum per orbem excitata sint; & sacraficia Deo dignissima hominum sanctorum precibus, sensu ab omni improbitate puro, mente ab omni perturbatione vacua, & omnium virtutum exercitio, qvomodo divinæ salutaresqve literæ præcipiunt, ab omnibus quotidie gentibus assidueqve fiant: cujusmodi utiqve sacrificia sunt, quæ sola præpotenti Deo placere, atqve accepta esse possint. Hæc porro cum ita se se habeant, nonne simul eademqve via ostenderimus, nos prudenti maturoqve consilio adductos, non inconsulta levitate abreptos, a patria superstitione desciviisse, ac recto veroqve judi-

δ.
ΟΤΙ ΜΕΓΙΣΤΩΝ ΗΜΑΣ ΚΑΚΩΝ τούτων αὐτῶν ἠλευθέρωσεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελικὴ διδασκαλία.

ΟΙΜΑΙ δὲ παντί τῳ εἶναι σαφὲς, ὡς ὁ τῶν προκειμένων ἔλεγχος οὐ μικρὸν, ἀλλὰ καὶ μέγιστον ὁμοῦ καὶ ἀναγκαιότατον περιέξει μέρος τῆς Εὐαγγελικῆς ὑποθέσεως. B εἰ γὰρ οἱ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας πανταχῆ πάντες Ἕλληνες καὶ βάρβαροι, δειχθεῖεν μὴ τὸν ἀληθῆ θεὸν ἐπεγνωκότες, ἀλλ᾽ ἤτοι τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δοξάζοντες, ἢ ὑπό τινων μοχθηρῶν καὶ θεομάχων πνευμάτων, δαιμόνων τε πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων, τυφλῶν δίκην ὧδε κἀκεῖσε περιηγμένοι, καὶ βυθῷ κακίας πρὸς αὐτῶν καθειλκυσμένοι· (καὶ τί γὰρ ἀλλ᾽ ἢ δαιμονῶντες;) πῶς οὐ μειζόνως ἂν ὀφθείη τὸ μέγα τῆς Εὐαγγελικῆς C οἰκονομίας μυστήριον, πάντας πανταχόθεν ἐκ τῆς πατροπαραδότου πλάνης τῆς τῶν δαιμόνων καταδυναστείας, διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φωνῆς ἀνακεκλημένους, καὶ τοὺς μέχρις ἐσχατιῶν γῆς οἰκοῦντας ἀνθρώπους, τῆς ἐξ αἰῶνος κατασχούσης τὸν πάντα βίον ἀπάτης λελυτρωμένους; ὥστε ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο, λελύσθαι μὲν καὶ καθῃρῆσθαι αὐτοῖς ναοῖς καὶ ξοάνοις τὰ πεπαλαιωμένα τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πλάνης ἱδρύματα. ἱερὰ δὲ ὄντως σεμνὰ καὶ εὐσεβείας διδασκαλεῖα τῷ παμβασιλεῖ καὶ δημιουρ- D γῷ τῶν ὅλων, ἐν μέσαις πόλεσί τε καὶ κώμαις, δυνάμει καὶ ἀρετῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἀνεγηγέρθαι, θυσίας τε τὰς θεοπρεπεῖς εὐχαῖς ὁσίων διακεκαθάρθαι κακίας ἁπάσης, ἔν τε ἀπαθείᾳ ψυχῆς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀναλήψει, κατὰ τὰ θεῖα καὶ σωτηριώδη παιδεύματα, ἐξ ἁπάντων ὁσημέραι διηνεκῶς τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖσθαι· τὰς δὴ καὶ μόνας *ἀρετὰς οὔσας, καὶ προσηνεῖς θυσίας τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, πῶς οὐκ ἂν εἴημεν ἐν ταυτῷ δεδειχότες, καὶ ὅτι μετὰ σώφρονος λογισμοῦ, οὐχὶ δὲ ἀλογίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιδόντες, ἀποστάται τῆς πατροπαραδότου γεγόναμεν δεισιδαιμονίας κρίσει δικαίᾳ, καὶ

* αι. ἀρεταί

ἀληθεῖ τὸ κρεῖττον ἀγαπήσαντες, καὶ τῆς ἐνθέου καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας ἐρασταὶ γεγενημένοι. ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις, ἅπτεον δὲ λοιπὸν τῶν προκειμένων.

ε.

ΤΙΣ Η ΔΙΑΙΡΕΣΙΣ ΤΗΣ ΚΑΘ᾽ Ἕλληνας θεολογίας.

Οἱ μὲν δὴ τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ἐξηκριβωκότες, καθ᾽ ἕτερον παρὰ τοὺς προεχειρισμένους ἡμῖν τρόπους, εἰς γένη B τέτταρα πάντα τὸν λόγον διαιροῦντες, πρώτιστα πάντων τὸν πρῶτον ἀφορίσαντες θεὸν, εἰδέναι φασὶ τοῦτον εἶναι τὸν ἐπὶ πᾶσι πρῶτόν τε ὄντα καὶ πάντων θεὸν, πατέρα τε καὶ βασιλέα· μεθ᾽ ὃν γένος τὸ θεῶν ὑπάρχειν δεύτερον, ἑπόμενον δὲ τὸ δαιμόνων, τὸ δὲ Ἡρώων, τέταρτον. ἅπαντα τῆς τοῦ κρείττονος ἰδέας μετέχοντα, πῇ μὲν ἄγειν, πῇ δὲ ἄγεσθαι, καὶ φῶς ἅπαν προσαγορεύεσθαι τὸ τοιόνδε, φωτὸς μετοχῇ. ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ χείρονος C οὐσίας, τὸ κακὸν ἡγεῖσθαι φασι. τοῦτο pag. 85. δὲ εἶναι μοχθηρῶν δαιμόνων γένος, φίλῳ μὲν οὐδαμῶς χρώμενον τἀγαθῷ. δύναμιν γε μὴν ἐν τῇ τῶν ἐναντίων φύσει κεκτημένον πρώτην, καθάπερ ἐν τοῖς κρείττοσιν ὁ θεός. πᾶν δὲ τὸ τοιόνδε σκότος προσαγορεύεσθαι. ταῦτα τοῦτον διαστειλάμενοι τὸν τρόπον, θεοῖς μὲν οὐρανὸν, καὶ τὸν ἄχρι Σελήνης αἰθέρα φασὶν ἀποτετάχθαι· δαίμοσι δὲ, τὰ περὶ Σελήνην καὶ ἀέρα· ψυχαῖς δὲ, τὰ περὶ γῆν καὶ ὑπόγεια. τοιούτῳ δ᾽ ἀφορισμῷ κε- D χρημένοι, πρῶτον ἁπάντων φασὶ τοὺς οὐρανίους δεῖν καὶ αἰθερίους θεοὺς θεραπεύειν. δεύτερον, τοὺς ἀγαθοὺς δαίμονας. τρίτον, τὰς τῶν Ἡρώων ψυχάς, τέταρτον, τοὺς φαύλους καὶ πονηροὺς ἀπομειλίσσεσθαι δαίμονας. ταῦτα δὲ λόγῳ διαιροῦντες, ἔργῳ συγχέουσι τὰ πάντα, μόνας ἀντὶ τῶν εἰρημένων πάντων, τὰς πονηρὰς δυνάμεις θεραπεύοντες, καὶ ὅλοι ταύταις καταδουλούμενοι, ὡς ὁ λόγος προϊὼν ἀπελέγξει. πάρεστι γοῦν σοι τὰς διὰ τῶν ξοάνων ἐνεργούσας δυνάμεις, ὁποίας χρὴ ἀποφαίνεσθαι, σκοπεῖν, πότερα θεοὺς ἢ δαίμονας, καὶ εἴ τε φαύλους, εἴ τε ἀγαθοὺς, ἐκ τῶν παρατεθησομένων. τὰ μὲν γὰρ παρ᾽ ἡμῖν θεῖα λόγια, οὐδ᾽ ὅλως ἀγαθὸν οὐδένα ὀνομάζει δαί-

A cio meliora complexos esse, divinamqve simul ac veram pietatem adamasse. Sed de his hactenus, qvod superest, ad rem ipsam veniamus.

V.

QVALIS SIT GRÆCORUM theologiæ partitio.

ERGO qvi Græcorum theologiam ad amussim exegerunt, aliam quandam ab iis, quas ante recensuimus, rationem ineuntes, rem totam in quatuor genera partiti sunt. Quippe, in primis enim principem Deum a vulgo segregantes, omnibus eum rebus præsidere, ante omnes esse, omniumque Deum, Parentem, ac Regem se se agnoscere profitentur: secundum qvem, alterum Deorum genus, tertium Dæmonum, quartum denique Heroum assignant. Deinde vero, quæcunque in partem ejus, qvod optimum est, ideæ venerint, ea partim agere, partim agi, & quicquid ejusmodi est, quod luminis sit particeps, lumen appellari statuunt: deteriori contra naturæ malum ipsum imperare, quod quidem non aliud quam improborum Dæmonum genus esse volunt, qvod cum eo, qvod bonum est, amico nunqvam utatur, tum vim in universa eorum, quæ bono contraria sunt natura, perinde ac Deus in toto bonorum genere, principem obtineat: quicquid vero tale est, id omne tenebras vocari tradunt: Qvibus ita constitutis atqve distinctis, Cœlum quidem cum eo, qvi ad Lunam ipsam pertinet, Æthere Diis, qvi circa Lunam Aeremq; versantur, Dæmonibus, qvæ circa qvæque sub terram, Animabus attribuunt. Hac partitione assignata, Cœlestes Deos in primis, deinde bonos Dæmones, tertio, Heroum Animas colere, postremo malos etiam improbosq; Dæmones placare ac delinire oportere docent. Verum hæc cum ita verbo tenus omnia distingvant, tum re ipsa cuncta confundũt improbas tantum virtutes aliorum omnium loco venerando, se seqve totos iis mancipando, qvemadmodum hujus in progressu disputationis ostendemus. Tuum autem erit, ex iis, qvæ a nobis in medium afferentur, videre, quales eas, qvæ suam per simulacra vim exerunt, Virtutes habere oporteat, Deos ne, an Dæmones; & si Dæmones, malos-ne, an vero bonos. Nam divinæ quidem apud nos literæ nusquam omnino Dæmonem bonum vocare solent, quippe qvæ optime norint, qvibuscum id vocabuli nominisqve

Cap. III.

commune sit, improbos esse omnes; quemadmodum non alium ipsæ Deum vere proprieqve nominant, præter unum illum, qvi rerum omnium Auctor est. Liberales autem illas bonasque Virtutes, qvod natura sua principium ortus habeant, atque ut longo Deum illum & ortus expertem & sui conditorem seqvuntur intervallo, sic & ab improbo Dæmonum genere segregatæ sint, neque Deos, neque Dæmones appellare voluerunt; sed, qvod medium quendam illæ sint Deum inter ac Dæmones sortitæ gradum, media quadam eas aptissimaque appellatione, modo Angelos Dei ac spiritus administros, modo Virtutes divinas atq; Archangelos, modo aliis ejusmodi nominibus cum variis earum officiis voce ipsa cohærentibus nuncupare consveverunt. Dæmones vero qvod attinet, (si tamen horum etiam nominis oporteat notationem explicare) non jam, ut Græcis placet, παρὰ τὸ δαήμονας εἶναι, qvod scientes illi sint, sed παρὰ τὸ δειμαίνειν, hoc est, qvod timeant simul ac terreant, Dæmonum ipsi nomen, qvod suam in naturam belle conveniret, habuerunt. Nam divinas utiqve bonasqve Virtutes, ut moribus, sic etiam nomine sejunctas a Demonibus esse decuit: absurdum enim supra modum id fuisset, qvæ nulla cum iis neque instituti, neqve morum similitudine conjunctæ essent, illas tamen unius ejusdemqve cum ipsis nominis societate conjungi.

μόνα, πάντας δὲ πονηροὺς εἶναι τοὺς τῆς λέξεως ταύτης, καὶ δὴ καὶ τῆς προσηγορίας μετειληχότας, ὡς οὐδ᾽ ἕτερον θεὸν ἀληθῶς καὶ κυρίως, πλὴν ἕνα τῶν πάντων αἴτιον. τὰς δὲ ἀστείας καὶ ἀγαθὰς δυνάμεις, ἅτε τὴν φύσιν γενητὰς οὔσας, καὶ πολλῷ τὸν ἀγένητον καὶ σφῶν αὐτῶν ποιητὴν θεὸν ἀφυστεροῦσας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ τῶν δαιμόνων μοχθηροῦ γένους ἀφωρισμένας, οὔτε θεούς, οὔτε δαίμονας ἀποκαλεῖν ἀξιοῖ· μέσας δὲ οὔσας θεοῦ καὶ δαιμόνων, ἀθρόως ἐν τῇ μέσῃ προσηγορίᾳ, Ἀγγέλους θεοῦ καὶ πνεύματα λειτουργικά, δυνάμεις τε θείας καὶ Ἀρχαγγέλους, καὶ ποσὶν ἄλλαις ἐπωνυμίαις φερωνύμως τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν ὀνομάζειν εἴωθε. τοὺς δὲ δαίμονας, εἰ δὴ καὶ τούτων ἡμᾶς προσήκει τὴν ἐτυμολογίαν ἐξειπεῖν· οὐχ ᾗπερ Ἕλλησι δοκεῖ, παρὰ τὸ δαήμονας εἶναι καὶ ἐπιστήμονας, ἀλλ᾽ ἢ παρὰ τὸ δειμαίνειν, ὅπερ ἐστὶ φοβεῖσθαι καὶ ἐκφοβεῖν, δαίμονάς τινας προσφυῶς ὀνομάζεσθαι. τάς γέ τοι θείας καὶ ἀγαθὰς δυνάμεις, ὥσπερ οὖν τοῦ τρόπου, οὑτωσὶ δὲ καὶ τῆς προσηγορίας τῆς δαιμονικῆς ἀλλοτρίας τυγχάνειν· ἐπεὶ καὶ πάντων ἂν εἴη παραλογώτατον, τὰς μήτε τὴν προαίρεσιν, μήτε τὴν ἐκ τοῦ τρόπου φύσιν ὁμοίας, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἐπωνυμίας ἀξιοῦν.

VI.

ARGUMENTORUM CONfutationumqve nostrarum testimonia non nostris, sed Græcorum scriptis confirmari.

5.

ΟΤΙ ΜΗ ΑΦ' ΕΑΥΤΩΝ, ΑΛΛ' ΕΚ τῶν Ἑλληνικῶν παραθέσεων τὰς τῶν ἐλέγχων μαρτυρίας πιστούμεθα.

Cap. IV. Tran.

AGE itaqve, videamus aliquando, quænam apud istos Oraculorum ratio fuerit, ut simul intelligamus cujusmodi vim iis attribuere nos oporteat, quamque jure vel secus ab iisdem recesserimus. Et quidem si argumentis ipse meis id, qvod nunc agitur, conficere vellem, non satis immunem tutamqve, sat scio, disputationem meam ab omni litigiosorum hominum reprehensione calumniaque præstarem. Qvare nihil domo promtum afferam, sed testimoniis, qvod adhuc feci, alienis utar. Ex omnibus tamen Græcis cum historicis, tum etiam Philosophis, qvi sane infiniti sunt, unum præ cæteris idoneum hanc in rem futurũ illũ putavi, qvi & dæmonum amicus fuit, & nostra ætate vixit, & præcipuũ sibi decus instituto nostro

ΦΕΡΕ οὖν, ἐπισκεψώμεθα, τίς ὁ κατ᾽ αὐτοὺς τῶν χρηστηρίων τρόπος, ὡς ἂν μάθοιμεν ποίας χρὴ δυνάμεως αὐτοὺς ἀποφήνασθαι, καὶ εἴτε ὀρθῶς αὐτῶν ἀνεχωρήσαμεν, εἴτε καὶ μή. εἰ δὲ μέλλοιμι παρ᾽ ἐμαυτοῦ τοὺς ἐλέγχους τῶν δηλουμένων προφέρειν, εὖ οἶδ᾽ ὅτι μηδ᾽ ἀνεπίληπτον παρέξω τοῖς φιλεγκλήμοσι τὸν λόγον. διόπερ αὐτὸς οὐδὲν οἴκοθεν εἰπών, αὖθις ταῖς τῶν ἔσωθεν ἀποχρήσομαι μαρτυρίαις. Μυρίων δὲ ὄντων παρ᾽ Ἕλλησι λογογράφων τε καὶ φιλοσόφων, πρὸ πάντων ἐπιτήδειον εἰς τὰ προκείμενα ἐγκρίνω τὸν δαιμόνων φίλον αὐτὸν ἐκεῖνον, ὃς δὴ καθ᾽ ἡμᾶς

γεγονὼς, τῷ καθ' ἡμᾶς ἐλλαμπρύνεται ψευδηγορίαις. μάλιστα γὰρ φιλοσόφων οὗτος τῶν καθ' ἡμᾶς δοκεῖ καὶ δαίμοσι, καὶ οἷς φησι θεοῖς ὡμιληκέναι, ὑπέρ τε τούτων πρεσβεῦσαι, καὶ πολλῷ μᾶλλον τὰ παρ' ἑαυτῶν ἀκριβέστερον διηρευνηκέναι. οὗτος τοιγαροῦν ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, συναγωγὴν ἐποιήσατο χρησμῶν τῶν τε Ἀπόλλωνος καὶ τῶν λοιπῶν θεῶν τε καὶ ἀγαθῶν δαιμόνων· οὓς καὶ μάλιστα ἐκλεξάμενος ἀπεφήνατο ἱκανοὺς εἶναι εἴς τε ἀπόB δειξιν τῆς τῶν θεολογουμένων ἀρετῆς, εἴς τε προτροπὴν τῆς, ὡς αὐτῷ φίλον ὀνομάζειν, θεοσοφίας. ἐκ δὴ τούτων τοιγαροῦν τῶν ἐκτεθέντων καὶ μνήμης ἀξιωθέντων λογίων, διακρῖναι καλὸν τοὺς χρησμολόγους, καὶ σκέψασθαι ποίας ποτὲ ὄντες τυγχάνουσι δυνάμεως. πρῶτον δὲ θεασώμεθα, ὅπως τῆς γραφῆς ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ ἀρχόμενος, ἦ μὴν ἀληθεύειν ἐπόμνυται, λέγων οὕτως.

Amendacissime traducendo quæsivit. Enimvero Philosophos inter, qui nostra memoria floruerunt, videtur iste maximam cum Dæmonibus, quos ipse Deos nominat, consvetudinem iniisse, causam eorum studiosissime defendisse, & quicquid ad ipsorum naturam ac religiones pertinebat, longe omnium accuratissime rimatus esse. Hic igitur in iis, quæ de Philosophia ex Oraculis hausta conscripsit, pleraque cum Apollinis, tum cæterorum quoque Deorum ac bonorum Dæmonum responsa collegit, quorum fide non eorum se se modo, quibus Divinitatem attribuunt, vim ac potestatem ostendere, sed etiam homines ad divinæ, uti vocare amat, sapientiæ studium excitare posse confideret. Æquum itaque fuerit, ex iis, quæ tanquam memoria dignissima selegit, oraculis de eorum auctoribus prudenter judicare, &, cujusmodi potestate sint prædití, diligentius inquirere. Sed animadvertamus in primis, quemadmodum ipso statim operis initio vera se dicturum laudatus Scriptor jurejurando confirmet, his concepto verbis.

C

ζ. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΧΡΗΣΜΟΥΣ ἀπορρήτων ἐκ τῆς Ἑλληνικῆς παραθέσεως, καὶ ὅρκος περὶ τῶν χρησμῶν, ἐκ τῶν Πορφυρίου.

VII. DE ABDITIS ORACULORUM arcanis ex ipsis Græcorum monimentis, cum jure jurando in eorum fidem nuncuparo: ex Porphyrii scriptis.

„ ΒΕΒΑΙΟΣ δὲ καὶ μόνιμος ὁ ἐντεῦθεν, ὡς ἂν ἐκ μόνου βεβαίου τὰς ἐλπίδας τοῦ σωθῆναι ἀρυτόμενος, οἷς δὴ καὶ μεταδώσεις μηδὲν ὑφαιρούμενος. ἐπεὶ κἀγὼ τοὺς θεοὺς D μαρτύρομαι, ὡς οὐδὲν οὔτε προστέθεικα, οὔτε ἀφεῖλον τῶν χρησθέντων νοημάτων· εἰ μή που λέξιν ἡμαρτημένην διώρθωσα, ἢ πρὸς τὸ σαφέστερον μεταβέβληκα, ἢ τὸ μέτρον ἐλλεῖπον ἀνεπλήρωσα, ἤ τι τῶν μὴ πρὸς τὴν πρόθεσιν συντεινόντων διέγραψα. ὡς τόν τε νοῦν ἀκραιφνῆ τῶν ῥηθέντων διετήρησα, εὐλαβούμενος τὴν ἐκ τούτων ἀσέβειαν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐκ τῆς ἱεροσυλίας τιμωρὸν ἑπομένην δίκην. ἕξει δὲ ἡ παροῦσα συναγωγὴ, πολλῶν μὲν τῶν κατὰ φιλοσοφίαν δογμάτων ἀναγραφὴν, ὡς οἱ θεοὶ τἀληθὲς ἔχειν ἐθέσπισαν· ἐπ' ὀλίγον δὲ καὶ τῆς χρηστικῆς ἀψόμεθα πραγματείας, ἥ τις πρός τε τὴν θεωρίαν ὀνήσει, καὶ τὴν ἄλλην κάθαρσιν τοῦ

A λόδωρος τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. Φοίνικες δὲ ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς ἢ πολέμων, ἢ λοιμῶν, ἢ αὐχμῶν, ἔθυον τῶν φιλτάτων τινὰ ἐπιψηφίζοντες Κρόνῳ· καὶ πλήρης γε ἡ Φοινικικὴ ἱστορία τῶν θυσάντων, ἣν Σαγχουνιάθων μὲν τῇ Φοινίκων γλώττῃ συνέγραψε, Φίλων δὲ ὁ Βύβλιος εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν δι᾽ ὀκτὼ βιβλίων ἡρμήνευσεν. Ἴστρος δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Κρητικῶν θυσιῶν φησι, τοὺς Κουρῆτας τὸ παλαιὸν τῷ Κρόνῳ θύειν παῖδας. κατα- B λυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσί φησι Πάλλας, ὁ ἄριστα τὰ περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων, ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Λαοδικείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν, τῇ Ἀθηνᾷ κατ᾽ ἔτος παρθένος, νῦν δὲ ἔλαφος. καὶ μὴν καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι, ἐποίουν τὴν θυσίαν, ἣν Ἰφικράτης ἔπαυσε· καὶ Δουμάτιοι δὲ τῆς Ἀραβίας κατ᾽ ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα, ὃν ὑπὸ βωμὸν ἔθαπτον, ᾧ χρῶνται ὡς ξοάνῳ. Φύλαρ- C χος δὲ κοινῶς πάντας τοὺς Ἕλληνας, πρὶν ἐπὶ πολεμίους ἐξιέναι, ἀνθρωποκτονεῖν ἱστορεῖ. ἐῶ παρείς μοι Θρᾷκας καὶ Σκύθας, καὶ ὡς Ἀθηναῖοι τὴν Ἐρεχθέως καὶ Πραξιθέας θυγατέρα ἀνεῖλον. ἀλλ᾽ ἔτι γε νῦν τίς ἀγνοεῖ, κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τῇ τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτῇ, σφαζόμενον ἄνθρωπον; Καὶ πάλιν φησίν, Ἀφ᾽ οὗ μέχρι νῦν οὐκ ἐν Ἀρκαδίᾳ μόνον τοῖς Λυκαίοις, οὐδ᾽ ἐν Καρχηδόνι τῷ Κρόνῳ κοινῇ πάντες ἀνθρωποθυτοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ περίοδον, τῆς D τοῦ νομίμου χάριν μνήμης, ἐμφύλιον ἀεὶ αἷμα ῥαίνουσι πρὸς τοὺς βωμούς. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τῆς προδηλωθείσης κείσθω γραφῆς. ἐκ δὲ τοῦ πρώτου συγγράμματος τῆς Φίλωνος Φοινικικῆς ἱστορίας παραθήσομαι ταῦτα. Ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς, ἐν ταῖς μεγάλαις συμφοραῖς τῶν κινδύνων, ἀντὶ τῆς πάντων φθορᾶς, τὸ ἠγαπημένον τῶν τέκνων τοὺς κρατοῦντας ἢ πόλεως ἢ ἔθνους, εἰς σφαγὴν ἐπιδιδόναι λύτρον τοῖς τιμωροῖς δαίμοσι. κατεσφάττοντο δὲ οἱ διδόμενοι μυστικῶς. Κρόνος τοίνυν, ὃν οἱ Φοίνικες Ἰσραὴλ προσαγορεύουσι, βασιλεύων τῆς χώρας, καὶ ὕστερον μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν εἰς τὸν τοῦ Κρόνου ἀστέρα καθιερωθείς, ἐξ ἐπιχωρίας Νύμφης Ἀνωβρὲτ λεγομένης υἱὸν ἔχων μονογενῆ, ὃν διὰ τοῦτο Ἰεοὺδ ἐκάλουν, τοῦ μονογενοῦς οὕτως ἔτι καὶ νῦν καλουμένου παρὰ τοῖς Φοίνιξι, κιν-

δύνων

» δεινῶν ἐκ πολέμου μεγίστων κατειληφότων
» τὴν χώραν, βασιλικῷ κοσμήσας σχήματι τὸν
» υἱόν, βωμόν τε κατασκευασάμενος κατέθυ-
» σε. Ταῦτα μὲν οὖν τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον. εἰ-
» κότως ἄρα ὁ θαυμάσιος Κλήμης ἐν τῷ
» πρὸς Ἕλληνας προτρεπτικῷ, αὐτὰ δὴ ταῦ-
» τα ἐπιμεμφόμενος, τοιάδε καὶ αὐτὸς τὴν πλά-
» νην τῶν ἀνθρώπων ἀπολοφύρεται λέγων, Φέρ'
» οὖν δή, καὶ τοῦτο προσθῶμεν, ὡς ἀπάνθρωποι
» καὶ μισάνθρωποι δαίμονες εἶεν ὑμῖν οἱ θεοί, καὶ
» οὐχὶ μόνον ἐπιχαίροντες τῇ φρενοβλαβείᾳ τῶν B
» ἀνθρώπων, πρὸς δὲ καὶ ἀνθρωποκτονίας
» ἀπολαύοντες. νυνὶ μὲν τὰς ἐν σταδίοις ἐνό-
» πλους φιλονεικίας, νυνὶ δὲ τὰς ἐν πολέμοις
» ἀναρίθμους φιλοτιμίας, ἀφορμὰς σφίσιν
» ἡδονῆς πορισόμενοι, ὅπως ὅτι μάλιστα ἔ-
pag. 94. » χοιεν ἀνθρωπείων ἀναίδην ἐμφορεῖσθαι φό-
» νων. Ἤδη δὲ καὶ πόλεις καὶ ἔθνη οἱονεὶ λοιμοὶ
» ἐπισκήψαντες, σπονδὰς ἀπῄτησαν ἀνη-
» μέρους. Ἀριστομένης γοῦν ὁ Μεσσήνιος τῷ
» Ἰθωμήτῃ Διὶ τριακοσίους ἀπέσφαξε, το-
» σαύτας ὁμοῦ καὶ τοιαύτας καλλιερεῖν οἰόμενος C
» ἑκατόμβας· ἐν οἷς καὶ Θεόπομπος ἦν ὁ Λα-
» κεδαιμονίων βασιλεύς, ἱερεῖον εὐγενές. Ταῦ-
» ροι δὲ τὸ ἔθνος, οἱ περὶ τὴν Ταυρικὴν Χερρό-
» νησον κατοικοῦντες, οὓς ἂν τῶν ξένων παρ' αὐ-
» τοῖς ἕλωσι, τούτων δὴ τῶν κατὰ θάλατταν ἐ-
» σφαλμένων, αὐτίκα μάλα τῇ Ταυρικῇ κα-
al. ... » ταθύουσιν Ἀρτέμιδι. ταύτας σου τὰς θυσίας
» ἐπὶ σκηνῆς τραγῳδεῖ ὁ Εὐριπίδης. Μόνιμος
» δ' ἱστορεῖ ἐν τῇ τῶν θαυμασίων συναγωγῇ, ἐν
» Πέλλῃ τῆς Θετταλίας Ἀχαιὸν ἄνθρωπον Πηλεῖ
» καὶ Χείρωνι καταθύεσθαι. Λυκτίους γάρ, Κρη-
» τῶν δ' ἔθνος εἰσὶν οὗτοι, Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις D
» ἀποφαίνεται ἀνθρώπους ἀποσφάττειν τῷ
» Διΐ· καὶ Λεσβίους Διονύσῳ τὴν ὁμοίαν προσά-
» γειν θυσίαν Δωσίδας λέγει. Φωκαεῖς δέ, οὐ-
» δὲ γὰρ αὐτοὺς ἀποπέμψομαι, τούτους Πυθο-
» κλῆς ἐν τρίτῳ περὶ ὁμονοίας, τῇ Ταυροπόλῳ
» Ἀρτέμιδι ἄνθρωπον ὁλοκαυτεῖν ἱστορεῖ. Ἐ-
» ρεχθεὺς δὲ ὁ Ἀττικός, καὶ Μάριος ὁ Ῥωμαῖος
» τὰς αὐτῶν ἐθυσάτην θυγατέρας. ὧν ὁ μὲν τῇ
» Φερεφάττῃ, ὡς Δημάρατος ἐν πρώτῃ τρα-
» γῳδουμένων· ὁ δὲ τοῖς Ἀποτροπαίοις ὁ Μά-
» ριος, ὡς Δωρόθεος ἐν τῇ τετάρτῃ Ἰταλικῶν
al. δεισιδαί- » ἱστορεῖ. Φιλάνθρωποί γε ἐκ τούτων καταφαί-
al. ἀντὶ ... » νονται οἱ δαίμονες· πῶς δ' οὐχ' ἀνόσιοι ἀναλόγως
» οἱ δεισιδαίμονες, οἱ μὲν σωτῆρες ἐφημισμένοι.

etiamnum significet: cumque teterrima bel- »
li clades universam in regionem incubuisset, »
illum ipsum regio cultu ornatum ad Aram »
abs se se prius erectam & instructam immo- »
lavit. Quæ cum ita se haberent, jure sane ac
merito Clemens, vir plane singularis, in ea,
quam Gentilibus inscripsit, cohortatione, ea-
dem ista carpens, hominum illorum cæcita-
tem his verbis lamentatur. Nunc autem, in- Clementis Alexandri locus, de antiqua ἀνθρωποθυσίᾳ.
quit, Superioribus illud etiam adjungamus,
quam immanes Dii vestri Dæmones fue-
rint, quamque capitali hominum odio fla-
graverint, qui eorum non vecordia modo
insaniaque delectarentur, sed etiam carnifi-
cina cædibusque fruerentur. Quippe modo »
enim armatas in Stadio & ambitiosas com- »
missiones, modo infinitas belli contentiones »
honoris caussa gloriæque susceptas, volu- »
ptatis sibi materiam ac segetem accersebant, »
ut sic indignum in modum humano cruore »
satiari possent. Jam vero per urbes passim ac »
populos tanquam teterrimæ pestes grassati, »
crudeles dirasque libationes expetebant. Sa- »
ne Aristomenes ille Messenius Ithomitæ Jo- »
vi trecentos jugulavit, ratus egregie se se tot »
tamque lectis hecatombis litasse, quorum e »
numero Theopompus erat, Lacedæmonio- »
rum Rex, illustris utique nobilisque victima. »
Tauri vero populi, qui circa Tauricam »
Cherrhonesum habitant, quotquot apud se »
peregrinos eo tum errore, tum vi tempesta- »
tis appulsos interciperent, e vestigio Tauri- »
cæ Dianæ immolabant, quibus sacrificiis tra- »
gica sæpius Euripidis theatra personarunt. »
Scribit etiam Monimus in suo de rebus admi- »
rabilibus commentario, Pellæ oppido Thes- »
saliæ, hominem Achivum Peleo & Chironi »
mactari consvevisse. A Lyctiis vero Cretæ »
insulæ populis Jovi homines jugulari solitos, »
Auctor est Anticlides, in eo, quem reditus in- »
scripsit, opere. Itemque Baccho similem a »
Lesbiis oblatam esse victimam ex Dosida »
cognoscimus. Phocæenses quoque, ne præ- »
teriti a nobis videantur, hominem integrum »
Tauricæ Dianæ cremabant, ut testis est Py- »
thocles libro de Concordia tertio. Adde his »
& Erechtheum Atticum, & Romanum Ma- »
rium, qui suas ambo filias immolarunt. Per- »
sephonæ quidem Erechtheus, ut apud De- »
maratum primo Rerum Tragicarū libro le- »
gimus; Averruncis autem Marius, ut ex quar- »
to Dorothei Rerum Italicarum libro constat. »
Per humanos scilicet ac misericordes exem- »
plis istis habemus Dæmones. Quidni vero »
similem in modum religiosa sanctaque ha- »
beantur Dæmonum mancipia, seu quæ bo- »
ni ominis caussa servatores illos appellant, »

seu quæ salutem a salutis insidiatoribus deprecantur. Enimvero dum illis litare se se opinantur, homines ab se se jugulari non cogitant. Atqui non locus profecto hostiam ex parricidio facit: nec si Dianæ qvis aut Jovi potius in loco sacro, qvam si aliis id genus Dæmonibus, vel ad aram, vel in triviis hominem, seu iracundia, seu pecuniæ cupiditate commodus jugularit, sacram victimam appellet licet. Parricidium omnino est tale sacrificium. Qvid igitur caussæ est, vos o homines animantium omnium sapientissimi, quamobrem cum immanes feras adeo fugere, ac sicubi vel in Ursum vel in Leonem inciderimus, illico declinare soleamus,

Ut quis cæruleum si forte aspexerit anguem,
Continuo resilit, membrisqve pavore solutis,
Aerii se se montis valle abdit in alta:

Vos, qvi exitiales ac pestiferos Dæmones insidiari hominibus, eorumqve succensos odio, nihil nisi ipsorum pestem interitumq; moliri sentitis atque agnoscitis, non moveamini tamen, nec vestros ipsi hostes aversemini? Hæc Clemens. Ego vero, qvem tibi producam, alium præterea impiorum atqve immanium Dæmonum carnificinæ testem habeo, Dionysium Halicarnassensem, virum, qvi accurate in primis historiam Romanorum perscripsit universam. Refert igitur ipse qveqve, Jovem & Apollinem aliquando humanas hostias exegisse, eos vero, a qvibus exegerant, tametsi frugum pariter ac pecorum omnium iis decimas obtulissent, qvod tamen hominibus pepercissent, nihil non calamitatis subiisse. Verum Auctorem ipsum rem his verbis narrantem audire præstat. Exiguæ tamen, inquit, Pelasgorum in Italia reliquiæ, Aboriginum cura studioqve reserunt. Ac per civitates quidem in familiarium exitium vis mali tum primum grassari cœpit, cum terra immodico æstu laborante, nec pomi genus ullũ ad justam usque maturitatem arbori hæreret suæ, sed acerba passim omnia deciderent; nec sata prorsus ulla, tametsi jam educto germine florem ostendissent, tempus roborandæ maturandæqve spicæ necessarium attingerent: nec jumentis satis herbæ proveniret: adeoq; fontes aut ejusmodi aqua fluerent, qvæ bibi secure non posset, aut deficerent per æstatem, aut penitus hausti arescerent. Affinis gemina erat pecudum æque ac mulierum fœturæ pestis. nam vel abortivi fœtus ejiciebantur, vel in ipso partu interibant, idque cum certo nonnunquam matrum ipsarum exitio. Quod si qvi forte nascendi periculum evitarent, trunci tamen, aut inchoati, aut alio

A οἱ δ' σωτηρίαν αἰτέμενοι παρὰ τῶν ἐπιβούλων σωτηρίας, καλλιερεῖν γοῦν τοπάζοντες αὐτοῖς, σφᾶς αὐτὰς λελήθασιν ἀποσφάττοντες ἀνθρώπους. οὐ γὰρ οὖν παρὰ τὸν τόπον ἱερεῖον γίνεται ὁ φόνος· οὐδ' εἰ Ἀρτέμιδι τις καὶ Διῒ ἐν ἱερῷ δήπουθεν χωρίῳ μᾶλλον, ἢ ὀργῇ καὶ φιλαργυρίᾳ, ἄλλοις ὁμοίως δαίμοσιν ἐπὶ βωμοῖς, ἢ ἐν ὁδοῖς ἀποσφάττοι τὸν ἄνθρωπον ἂν ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας· ἀλλὰ φόνος ἐστὶ καὶ ἀνδροκτασία ἡ τοιαύτη θυσία. Τί δὴ οὖν, ὦ σοφώτατοι τῶν ἄλλων ζώων ἄνθρωποι, τὰ μὲν θηρία πεφεύγαμεν τὰ ἀνήμερα, κἄν που περιτύχωμεν ἢ Ἄρκτῳ, ἢ Λέοντι, ἐκτρεπόμεθα,

B Ὡς δ' ὅτε τίς τε δράκοντα ἰδὼν, παλίνορσος ἀπέστη,
Οὔρεος ἐν βήσσῃς, ὑπό τε τρόμος ἔλλαβε γυῖα,
Ἀψ τ' ἀνεχώρησε,

δαίμονας δ' ὀλεθρίους καὶ ἀλιτηρίους, ἐπιβούλους τε καὶ μισανθρώπους καὶ λυμεῶνας ὄντας προαισθόμενοι καὶ συνιέντες, οὐκ ἐντρέπεσθε, οὐδὲ ἀποστρέφεσθε; Τοσαῦτα καὶ ὁ Κλήμης. Ἔχω δέ σοι καὶ ἄλλον παραστῆσαι μάρτυρα τῆς τῶν ἀθέων καὶ ἀπανθρώπων δαιμόνων μιαιφονίας, Διονύσιον τὸν Ἁλικαρνασέα, ἄνδρα τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας ἀκριβῆ τὴν γραφὴν

C ἅπασαν ἐκθέμενον. γράφει δ' οὖν καὶ οὗτος, τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω αἰτῆσαί ποτε ἀνθρωποθυσίας· τοὺς δ' αἰτηθέντας καρπῶν μὲν ἁπάντων καὶ βοσκημάτων τὸ λάχος ἀποθῦσαι τοῖς θεοῖς, ὅτι δ' μὴ καὶ ἀνθρώπους, παντοίαις περιπεσεῖν συμφοραῖς. οὐδὲν δ' οἷον καὶ τοῦ συγγραφέως ἀκοῦσαι ὧδέ πη διεξιόντος, Ὀλίγον δὲ κατέμεινεν ἐν Ἰταλίᾳ, τῶν Ἀβοριγίνων προνοίᾳ. πρῶτον μὲν οὖν τῆς οἰκοφθορίας ταῖς πόλεσιν ἔδοξεν αὐχμῷ ἡ γῆ κακωθεῖσα ἄρξαι, ἡνίκα οὔτ' ἐπὶ τοῖς δένδρεσι

D καρπὸς οὐδεὶς ὡραῖος διέμεινεν, ἀλλ' ὠμοὶ κατέρρεον· οὔτε ὁπόσα σπερμάτων ἀνέντα βλαστοὺς ἀνθήσειεν, οὐ στάχυος ἀκμῆς τὰς κατὰ νόμον ἐξεπλήρου χρόνους· οὔτε πόα κτήνεσιν ἐφύετο διαρκής· τῶν τε ναμάτων τὰ μὲν οὐκ ἔτι πίνεσθαι σπουδαῖα ἦν, τὰ δ' ὑπελίμπανε θέρους, τὰ δ' εἰς τέλος ἀπεσβέννυτο. ἀδελφὰ δὲ τούτοις ἐγίνετο περὶ προβάτων καὶ γυναικῶν γονάς· ἢ γὰρ ἐξημβλοῦτο τὸ ἔμβρυον, ἢ κατὰ τοὺς τόκους διεφθείρετο· ἔστι ἃ καὶ τὰς φερούσας συνδιαλυμηνάμενα. εἰ δέ τι διαφύγοι τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων κίνδυνον, ἔμπηρον, ἢ ἀτελές, ἢ διὰ ἄλλην

Cl. [illegible]

V. [illegible]

τινὰ τύχην βλαφθέν, τρέφεσθαι χρηστὸν οὐκ ἦν. A ἔπειτα καὶ τὸ ἄλλο πλῆθος τὸ ἐν ἀκμῇ μάλιστα, ἐκακοῦτο νόσοις καὶ θανάτοις παρὰ τὰ εἰκότα συχνοῖς. μαντευομένοις δ' αὐτοῖς, τίνα θεῶν ἢ δαιμόνων παραβάντες τάδε πάσχουσι, καὶ τί ποιήσασιν αὐτοῖς λωφῆσαι τὰ δεινὰ ἐλπίς, ὁ θεὸς ἀνεῖλεν, ὅτι τυχόντες ὧν ἐβούλοντο οὐκ ἀπέδοσαν ἃ ηὔξαντο, ἀλλὰ προσοφείλουσι τὰ πλείστου ἄξια. οἱ γὰρ Πελασγοί, ἀφορίας αὐτοῖς γενομένης ἐν τῇ γῇ πάντων χρημάτων, ηὔξαντο τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἀπόλλωνι καὶ B τοῖς Καβείροις, καταθύσειν δεκάτας τῶν προσγενησομένων ἁπάντων. τελεσθείσης δὲ τῆς εὐχῆς, ἐξελόμενοι καρπῶν τε καὶ βοσκημάτων ἁπάντων τὸ λάχος, ἐπέθυσαν τοῖς θεοῖς, ὡς δὴ κατὰ τούτων μόνων εὐξάμενοι. Ταῦτα δὲ Μυρσίλος ὁ Λέσβιος ἱστόρηκεν, ὀλίγου δεῖν τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι γράφων, οἷς ἐγὼ νῦν. πλὴν ὅσον οὐ Πελασγοὺς καλεῖ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ Τυρρηνούς· τὴν δ' αἰτίαν ὀλίγον ὕστερον ἐρῶ. ὡς δὲ ἀπενεχθέντα τὸν χρησμὸν ἔμαθον, C οὐκ εἶχον τὰ λεγόμενα συμβαλεῖν. ἀμηχανοῦσι δὲ αὐτοῖς τῶν γεραιτέρων τις λέγει συμβαλὼν τὸ λόγιον, ὅτι τοῦ παντὸς ἡμαρτήκασιν, εἰ οἴονται τοὺς θεοὺς ἀδίκως αὐτοῖς ἐγκαλεῖν· χρημάτων μὲν γὰρ ἀποδεδόσθαι τὰς ἀπαρχὰς αὐτοῖς ἁπάσας ὀρθῶς τε καὶ σὺν δίκῃ, ἀνθρώπων δὲ γονῆς τὸ λάχος, χρῆμα παντὸς μάλιστα θεοῖς τιμιώτατον, ὀφείλεσθαι. εἰ δὲ δὴ καὶ τούτων λάβοιεν τὴν δικαίαν μοῖραν, τέλος ἕξειν σφίσι τὸ λόγιον. τοῖς μὲν δή, ὀρθῶς ἐδόκει λέγεσθαι ταῦτα· τοῖς δ', ἐξ ἐπιβουλῆς συγκεῖσθαι ὁ λόγος. εἰσηγησαμένου δέ τινος D τὴν γνώμην τὸν θεὸν ἐπέρεσθαι, εἰ αὐτῷ φίλον ἀνθρώπων δεκάτας ἀπολαμβάνειν, πέμπουσι τὸ δεύτερον θεοπρόπους· καὶ ὁ θεὸς ἀνεῖλεν οὕτω ποιεῖν. ἐκ δὲ τούτου στάσις αὐτοὺς καταλαμβάνει περὶ τοῦ τρόπου τῆς * δεκατώσεως. καὶ ἐν ἀλλήλοις οἱ προεστηκότες τῶν πόλεων τότε πρῶτον ἐταράχθησαν. ἔπειτα καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος, δι' ὑποψίας τοὺς ἐν τέλει ἐλάμβανεν· ἐγίνοντο δὲ οὐδενὶ κόσμῳ αἱ * ἐπαναστάσεις· ἀλλ' ὥσπερ εἰκός, οἴστρῳ καὶ θεοβλαβείᾳ ἀπελαυνομένων, καὶ πολλὰ ἐφέστια ὅλα ἐξηλείφθη, μέρους αὐτῶν μεθισταμένου. οὐ γὰρ ἐδικαίουν οἱ προσήκοντες τοῖς ἐξιοῦσιν ἀπολείπεσθαι τῶν φιλτάτων, καὶ ἐν τοῖς ἐχθίστοις ὑπομένειν. πρῶτον μὲν δὴ οὗτοι πάντες μεταστάντες ἐξ Ἰταλίας, εἴς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν

A quocunque vitio affecti, eoqve minus ad alendum idonei nascebantur. Reliqua vero justæ aut florentis ætatis multitudo morbos necesqve gravissimas ferebat, ac longe, quam antea, crebriores. Qvi cum Oraculum consuluissent, cujus ob Dei vel Dæmonis offensionem ista paterentur, qvibusqve religionis officiis urgentis calamitatis leniendæ ac mitigandæ spes esset, hoc abs Deo responsi tulere; cum votorum ipsi compotes evasissent, sua tamen Diis vota minimo reddidisse, qvæ enim pretio reliqvis anteirent, eorum B adhuc esse debitores. Cum enim Pelasgi etiam antea rerum omnium, sterilitate premerentur, Jovi, Apollini, & Cabiris eorum, qvæ sibi nascerentur, omnium decimas voverant; ideoqve rei votorum effecti, eximias fructuum, ac pecorum universorum decimas Diis consecrarant, quasi suis eas tantum, nihilqve præterea votis inclusissent. Atqve hæc totidem pene verbis a Myrsilo Lesbio commemorantur, nisi qvod Tyrrhenos ipse populos istos, non Pelasgos appellat, cujus rei caussa postmodum a nobis afferetur. Cæterum cum de relati Oraculi mente nullo C modo conjicere possent, dubiis animiqve pendentibus, e Senioribus unus aliquis eam solerter asseqvutus, eos gravissime falli denunciavit, si immerito sibi succensere Deos putarent: nam rerum quidem ac fortunarum primitias rite atqve uti æqvum erat persolutos omnes Diis fuisse; at natorum per id tempus hominum sortem, qvæ maximi omnium ab iis fieret, etiam tum deberi. Qvare si eorum præterea justam Dii qvoque partem acciperent, tum demum oraculum felicem exitum habiturum. Hanc Senis orationem probare alii, alii contra suspectam habere, quasi fraude doloqve com- D positam. Mox tamen Auctorem e turba qvempiam seqvutis, placuit denuo, hominũne decimas expeteret, Numen consulere: qvod ubi sic faciendum missis consultoribus respondisset, continuo seditio exoritur, qvod inter eos de decimandi ratione convenire non posset. Ac primo quidem inter ipsos Civitatum Principes turbari cœptum, mox cætera quoque multitudo de Principibus male suspicatur. Ergo nullo ordine tumultuari, sedesque mutare, sed uti par erat homines Deorum stimulis ac pœnis agitatos. Qvo factum, ut ædes integræ funditus delerentur, parte eorum alio commigrante, cum propinqui discedentium nefas putarent, & divelli a necessariis, & cum inimicissimis residere. Primum igitur isti omnes relicta Italia, partim in Græciam, partim in

* D. δεκατεύσεως. * μεταναστάσεις.

barbaras plerasqve regiones dissipati sunt: secundum qvos alii deinceps eandem subiere fortunam, cum id ipsum qvotannis eveniret. Nec enim desinebant civitatum Moderatores lectas subinde Adolescentium primitias eximere, partim ut se se Numinum religione solverent, partim qvod ab iis, qvi effugissent, novas seditiones metuerent. Multi quoque odio ac simultate per honestam caussam ac speciem ab adversa factione pulsi, multæqve propterea migrationes, qvæ Pelasgam gentem varias in terras longe lateqve deportarunt. Ac paucis interjectis, Feruntetiam, inquit, Saturno veteres (qvemadmodum & Carthagine dum superstes esset, & apud Gallos etiamnum, aliosque nonnullos Occidentis populos fieri solet) homines immolasse: qvi mos sublatus ab Hercule fuerit, cum ipse princeps & Aram in colle Saturnio erigere, & purarum hostiarum primitias puro igni consecrare voluisset. Atqve is, ut ipsos omni metu ac religione solveret, si qva forte se se, tanquam patriis sacris neglectis, obligatos putarent, hanc eos placandi Numinis rationem docuit, ut in locum hominum, qvos manibus ante pedibusqve revinctis in Tiberim projiciebant, hominum simulacra eodem ornata cultu, eodemque ritu in Fluvium mittenda sufficerent: uti si qvid adhuc religionis in cujusquam animo resideret, totum id funditus, retenta vel specie tenus sacrificii veteris usurpatione, tolleretur. Atqve hunc morem etiamnum Romani servant, paulo post vernum Æquinoctium, Majis, quas appellant, Idibus, sic nimirum ut eo die dimidiatus Lunæ orbis appareat. Tum vero solennibus hostiis rite mactatis, Pontifices (qvod summum apud eos Sacerdotium est) simulque Vestales Virgines, qvibus immortalis Ignis credita custodia est una cum Prætoribus cæterisqve civibus, qvos quidem sacris interesse fas est, triginta id genus hominum in speciem conformatas imagines, (Argeos ipsi vocant) in Tiberim fluvium de sacro Ponte dejiciunt. Hactenus Dionysius. Nec absimilia sunt, qvæ a Diodoro Siculo narrãtur, libro historicæ Bibliothecæ vigesimo: ubi post Alexandri Macedonis obitũ, circa Ptolemæi primi tẽpora, de Carthaginensibus ab Agathocle Siciliæ

Argei qui?

Αβάρβαρον πολλὴν ἐπλανήθησαν. μετὰ δὲ τοὺς πρώτους ἕτεροι τὸ αὐτὸ ἔπαθον, καὶ τοῦτο διετέλει γινόμενον ἐπὶ ἔτη. οὐ γὰρ ἀνίεσαν οἱ δυναστεύοντες ἐν ταῖς πόλεσι, τῆς ἀνδρουμένης ἀεὶ νεότητος ἐξαιρούμενοι τὰς ἀπαρχάς, τοῖς τε θεοῖς τὰ δίκαια ὑπουργεῖν ἀξιοῦντες, καὶ στασιασμοὺς ἐκ τῶν διαλαθόντων δεδιότες. ἦν δὲ πολὺ καὶ τὸ πρὸς ἔχθραν, σὺν προφάσει εὐπρεπεῖ ἀπελαυνόμενοι ὑπὸ τῶν διαφόρων. ὥστε πολλαὶ αἱ ἐπαναστάσεις ἐγίνοντο, καὶ ἐπὶ πλεῖστον γῆς τὸ Πελασγικὸν γένος διεφορήθη. καὶ μετὰ βραχέα φησί, Λέγουσι δὲ καὶ τὰς θυσίας ἐπιτελεῖν τῷ Κρόνῳ καὶ τοὺς παλαιούς, ὥσπερ ἐν Καρχηδόνι τέως ἡ πόλις

B διέμεινε, καὶ παρὰ Κελτοῖς εἰς τόδε χρόνου γίνεται, καὶ ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν πρὸς ἑσπερίων ἐθνῶν ἀνδροφονοῦσιν. Ἡρακλέα τε παῦσαι τὸν νόμον τῆς θυσίας, βουληθέντα τόν τε βωμὸν ἱδρύσασθαι τὸν ἐπὶ τῷ Σατορνίῳ, καὶ κατάρξασθαι θυμάτων ἁγνῶν ἐπὶ καθαρῷ πυρὶ ἁγιαζομένων. ἵνα δὲ μηδὲν ᾖ τοῖς ἀνθρώποις δέους ἐνθύμιον, ὡς πατρίων ἠλογηκόσι θυσιῶν, διδάξαι τοὺς ἐπιχωρίους ἀπομειλισσομένους τὴν τοῦ θεοῦ μῆνιν, ἀντὶ τῶν ἀνθρώπων, οὓς

C συμποδίζοντες, καὶ τῶν χειρῶν ἀκρατεῖς ποιοῦντες, ἔρριπτον εἰς τὸ τοῦ Τιβέρεως ῥεῖθρον, εἴδωλα ποιοῦντες ἀνδρείκελα, κεκοσμημένα τὸν αὐτὸν ἐκείνοις τρόπον, ἐμβάλλειν εἰς τὸν ποταμόν, ἵνα τὸ τῆς ὀττείας ὅ, τι δή ποτε ἦν ἐν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς παραμένον ἐξαιρεθῇ, τῶν εἰκόνων τοῦ παλαιοῦ πάθους ἔτι σωζομένων. τοῦτο δὲ καὶ μέχρις ἐμοῦ ἔτι διετέλουν Ῥωμαῖοι δρῶντες, ἔτι μικρὸν ὕστερον ἐαρινῆς ἰσημερίας, ἐν μηνὶ Μαΐῳ ταῖς καλουμέναις

D εἰδοῖς, διχομηνίδα βουλόμενοι ταύτην εἶναι τὴν ἡμέραν. ἐν ᾗ προθύσαντες ἱερεῖα τὰ κατὰ τοὺς νόμους οἱ καλούμενοι Ποντίφικες, ἱερέων οἱ διαφανέστατοι, καὶ σὺν αὐτοῖς αἱ τὸ ἀθάνατον πῦρ διαφυλάττουσαι παρθένοι, στρατηγοί τε, καὶ τῶν ἄλλων πολιτῶν, οὓς παρεῖναι ταῖς ἱερουργίαις θέμις, εἴδωλα εἰς μορφὴν ἀνθρώπων εἰκασμένα τριάκοντα τὸν ἀριθμόν, ἀπὸ τῆς ἱερᾶς γεφύρας βάλλουσιν εἰς τὸ ῥεῦμα τοῦ Τιβέρεως, Ἀργείους αὐτὰ καλοῦντες. τοσαῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Καὶ ὁ Διόδωρος δὲ τὰ ὅμοια τούτοις ἐν εἰκοστῇ βίβλῳ τῆς ἱστορικῆς βιβλιοθήκης ἱστορεῖ, μετὰ τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος τελευτήν, ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου, περὶ Καρχηδονίων ὑπὸ Ἀγαθοκλέους τοῦ Σικελίας

τυράννου πολιορκουμένων, ταῦτα πρὸς λέξιν γράφων. Ἠτιῶντο δὲ καὶ τὸν Κρόνον αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι, καθ' ὅσον ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις θύοντες τούτῳ τῷ θεῷ τῶν υἱῶν τοὺς κρατίστους, ὕστερον ὠνούμενοι λάθρα παῖδας, καὶ θρέψαντες ἔπεμπον ἐπὶ τὴν θυσίαν, καὶ ζητήσεως γενομένης εὑρέθησάν τινες τῶν καθιερουργημένων ὑποβολιμαῖοι γεγονότες. Τούτων δὲ λαβόντες ἔννοιαν, καὶ τοὺς πολεμίους πρὸς τοῖς τείχεσιν ὁρῶντες στρατοπεδεύοντας, ἐδεισιδαιμόνουν ὡς καταλελυκότες τὰς πατρίους τῶν θεῶν τιμάς. διορθώσασθαι δὲ τὰς ἀγνοίας σπεύδοντες, διακοσίους μὲν τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων προκρίναντες, ἔθυσαν δημοσίᾳ· ἄλλοι δ' ἐν διαβολαῖς ὄντες, ἑκουσίως ἑαυτοὺς ἔδοσαν, οὐκ ἐλάττους ὄντες τριακοσίων. ἦν δὲ παρ' αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτετακὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐκτεταμένας ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε τὸν * συντεθέντα τῶν παίδων * ἀποκυλίεσθαι, καὶ πίπτειν εἴς τι χάσμα πλῆρες πυρός. τοιαῦτα δὴ καὶ οὗτος διὰ τῆς οἰκείας ἱστορίας παρέδωκεν· εἰκότως ἄρα καὶ ἡ παρ' Ἑβραίοις γραφὴ καταμέμφεται τοῖς τὰ τοιαῦτα ζηλώσασι τῶν ἐκ περιτομῆς, φάσκουσα. Καὶ ἔθυον τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας αὐτῶν τοῖς δαίμοσι· καὶ ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι, καὶ ἐμιάνθη ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις αὐτῶν. ἀλλὰ γὰρ ἡγοῦμαι διὰ τούτων ἀπεληλέγχθαι σαφῶς, δαιμονικήν τινα γεγονέναι τὴν παλαιτάτην καὶ πρώτην τῶν ξοάνων ἵδρυσιν, καὶ πᾶσαν τὴν εἰδωλικὴν τῶν ἐθνῶν θεοποιΐαν, καὶ δαιμόνων οὐκ ἀγαθῶν, ἀλλὰ τῶν πάντων μοχθηροτάτων καὶ φαύλων. ὡς ἐπαληθεύειν τὸ φάσκον ἐν προφητείαις λόγιον, Πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν, δαιμόνια· τό, τε ἀποστολικόν, δι' οὗ φησιν. Ὅτι ἃ θύουσι, δαιμονίοις καὶ οὐ θεῷ θύουσιν· ἢ εἴ τι γε ἦν ἀγαθὸν ἐν αὐτοῖς, ὡς διὰ τοῦτο καὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν μεταλαχεῖν προσηγορίας, εὐεργετικὸν ἂν ἦν, καὶ πάντων σωτήριον, φίλον τε δικαιοσύνης, καὶ ἀνθρώπων κηδεμονικόν. τοιοῦτον δὲ ὄν, πῶς δὲ οὐκ ἀπεῖργε διὰ χρησμῶν τὸ ἀνθρώπινον γένος τοιαῦτα πράττειν; ἤ που χεῖρον ἦν καὶ φαυλότερον ἀνθρώπων, οἵ γε νόμων τιμωρίαις εἴξαντες τοὺς μιαιφόνους κατέστησαν.

* ἐπιτεθέντα. * ἀποκυλίεσθαι.

A Tyranno obsessis ad verbum ita scribit. Iratum, inquit, tibi præterea Saturnum esse hac de caussa dictitabant, qvod cum ipsi antea liberorum suorum florem immolarent, deinceps non nisi pueros qvosdam furtim coemptos atqve abs se se educatos ad sacrificium summitterent. Itaqve hac de re qvæstione habita, nonnullos ex iis, qvi sacro ac solenni ritu cæsi erant, supposititios fuisse reperrerunt. Qvæ cum secum ipsi reputarent, hostiumque castra mœnibus suis imminere cernerent, magna illis injecta religio est, B qvasi patrios Deorum honores sustulissent. Atqve hunc errorem ut mature procurarent, primum quidem eximios communibusque lectos suffragiis Adolescentes omnino ducentos publice immolarunt: deinde vero alii præterea, qvi violatæ religionis suspecti vulgo essent, ultro se se ac sponte obtulerunt, trecentis haud pauciores, Erat autem apud eos simulacrum Saturni æreum, supinis ac pendentibus in terram manibus, ut impositus ipsis Adolescens subjectam in foveam igniqve plenam volveretur ac rueret. Hæc suis in historiis Diodorus. Qvamobrem C jure sane ac merito Hebræorum literis carpuntur illi atqve reprehenduntur, qvi ex Circumcisorum numero cum essent, iisdem tamen se se flagitiis inquinarent, *Et immolabant filios suos & filias suas Dæmoniis. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum.* (Psal. 105. 37.) Ac mihi quidem persvadeo, manifeste quemvis ex superioribus intelligere, primum illum eundemque vetustissimum simulacra erigendi morem, omnibusqve communem Gentibus Numinum seu verius Idolorum fictionem, a Dæmonibus, nec ab iis sane, qui boni vocantur, sed omni scelere flagitioqve teterrimis profectam esse atqve institutam. Ut Prophetici D hujus oraculi veritas liquido constet, *Omnes Dii Gentium dæmonia*, nec non illius Apostolici, *Quæ immolant, Dæmoniis immolant, & non Deo.* (Psal. 95. 5. 1. Cor. 10.) Enim vero, si boni vestigium in iis ullum esset, quamobrem bonorum appellationem jure sortirentur, eos utiqve natura sua cum benignos, ac salutis omnium cupidos, tum vero amantes justitiæ, hominumqve studiosos ac defensores esse oporteret. Cujusmodi si essent, qvi fieri posset, ut hominum cædibus ad delectationem voluptatemq; fruerentur? fruerentur autem? Imo, uti non hominum genus a nefario scelere suis ipsi oraculis deterrerent? Sed illi profecto hominibus ipsis longe pejores, ac deteriores sint, necesse est, quippe cum homines pœnis legibus cōstitutis parricidas istos saniorem ad mentem revocarint.

A Neque enim unus aliquis Deorum is fuit, sed hominum, per quem effectum est, ut pestifera hominum immolandorum eaqve tam diuturna consvetudo tolleretur. Cap. VIII. Veruntamen improborum Dæmonum totum id fuisse, clarius etiam intelliges, si de infanda illa effusaque scortandi libidine, cujus etiamnum apud Heliopolim Phœniciæ, atque alios plerosque populos usus est, tecum ipse cogitaveris. Adulteria siqvidem corruptelas, aliaque id genus incesta flagitia, sic tanquam nomen aliqvod in Deorum suorum cultu repræsentanda esse defendunt, adeoque turpitudinis indignissimæ suas B quoque primitias ipsis offerendas, fœdi videlicet infamisque commercii fructum iis, perinde ut eximium quoddam grati animi monimentum consecrando. Sunt enim humanarum hostiarum isthæc affinia. Qvod si ab homine temperante ac moderato alienum est, non modo cædibus, verum etiam dictu fœdis libidinibus, nefariisqve muliercularum speciem venalem habentium stupris delectari: longe profecto dicendum est, seu Deos, seu bonos etiam Dæmones ab iis C expetendis ac probandis abesse. Sin autem quispiam forte erit, qvi ista quidem ad improbos Dæmones pertinere omnia fatebitur, sed tamen alios præterea bonos esse dicet, qvos tanquam generis humani vindices præcipuo cultu venerari oporteat: quærendum ex eo fuerit, ubi tandem essent boni vindices, quos ea religione venerarentur, cum tantam improborum istorum vesaniam suorum Clientum corporibus minime propulsarent. Ubi, inquam, boni Dæmones, qvi nec carnifices illos arcerent, nec cultoribus suis opem auxiliumque ferrent. Cur enim hominum genus, qvod & ratione præditum, & Numini carum est, improborum dæmonum crudelitate confici negligenter adeo patiebantur? Imo, quidni omnibus pa- D lam & aperte denunciabant, uti cuicunq; ex iis, quos vulgo Deos nominabant, vel immanitas, vel scelus ac flagitium placeret, eum ut pote non Deum aliquem, sed improbum Dæmonem execrati constanter ac perpetuo fugerent? Quid ni, inquam, seu quis olim Dei loco a Rhodiis habitus humanas victimas expetebat, verus eum Deus, si quem ipsi verum habebant, represso maleficio, non Deum, sed malum Dæmonem existimandum ab omnibus esse declarabat? Seu quis idem ejusmodi Salamine fuit (quam Veteres Coroneam vocabant) ubi Mense, qvi apud Cyprios Aphrodisius est, hominem immolabant; cum quoque verus istorum Deus, ut impium morem abrogaret, pestiferum Dæmonem esse statuebat?

οὐ γὰρ θεός τις ἦν, ἀλλ' ἄνθρωπος, ὁ τῆς ἀνθρωποθυσίας τὴν χρόνιον καὶ μακρὰν παραλύσας νόσον. ὅτι δὲ φαύλων ἦν καὶ πονηρῶν ταῦτα δαιμόνων, εἴη ἔτι μᾶλλόν σοι συμφανὲς, εἰ λογίσαιο τὰ τῆς ἀπορρήτου καὶ ἀκολάστου πορνείας αὐτῶν τῆς ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Φοινίκης εἰσέτι νῦν ἐπιτελούμενα, καὶ παρὰ πλείστοις ἄλλοις ἀνθρώπων, μοιχείας γοῦν καὶ φθορὰς, καὶ παρανόμους ἑτέρας μίξεις ἐπὶ τιμῇ θεῶν, ὥσπερ τι χρέος ὀφειλόμενον, χρῆναί φασιν ἐκτελεῖν, καὶ τοῦ μοιχιδίου καὶ πορνικῆς πράξεως τοῖς θεοῖς ἀπάρχεσθαι, τῆς ἀκλεοῦς ταύτης καὶ ἀσέμνου ἐμπορείας, ὥσπερ τι χαριστήριον ἀγαθὸν τοὺς καρποὺς αὐτῆς ἀνατιθέντας. ὅμοια γὰρ ταῦτα ταῖς ἀνθρωποθυσίαις. Εἰ δὴ οὖν οὐδὲ σώφρονος ἀνδρὸς οἰκεῖον τὸ χαίρειν φόνοις, αἰσχρορρημοσύναις καὶ παρανόμοις γυναικῶν μίξεσιν, ἐπὶ μισθῷ τὴν ὥραν ἀπεμπωλουσῶν, πολλοῦ δεῖ φάναι θεῶν, ἢ δαιμόνων εἶναι ἀγαθῶν τὸ ἀποδέχεσθαι τὰ τοιαῦτα. εἰ δὲ δὴ λέγοι τις, φαύλων μὲν ὁμολογουμένως εἶναι ταῦτα δαιμόνων, πλὴν ἀλλ' ἑτέρους εἶναι τοὺς ἀγαθοὺς, οὓς δὴ μάλιστα σέβειν αὐτοὺς οἷα σωτῆρας προσῆκον· ποῦ δὲ ἄρα ἦσαν αὐτοῖς οἱ ἀγαθοὶ σωτῆρες, εἰ δὴ καὶ τούτους ἔσεβον, ὥστε μὴ τοὺς πονηροὺς τοιαῦτα δρῶντας κατὰ τῶν προσφύγων ἀπείργειν. ποῦ δὲ οἱ ἀγαθοὶ δαίμονες, *τοὺς βλαπτικοὺς μὴ ἀπελαύνειν, καὶ τοῖς θεραπεύουσι συμμαχεῖν; τί δὲ καὶ περιεφρόνουν παρορῶντες τὸ λογικὸν καὶ θεοφιλὲς ἀνθρώπων γένος, τῇ τῶν φαύλων δαιμόνων ὠμότητι κατατρυχόμενον; οὐχὶ δὲ ἄντικρυς τοῖς πᾶσι προεκήρυττον ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν, καὶ ἀποτρέπεσθαι πάντα θεὸν ὀνομαζόμενον, ὡς οὐ θεὸν, ἀλλὰ φαῦλον δαίμονα, ᾧ τὰ ὠμὰ, καὶ ἀπάνθρωπα, καὶ παράνομα, καὶ αἰσχρὰ φίλα τυγχάνει; καὶ εἴτε τις ἦν πάλαι πρότερον ἐν Ῥόδῳ νενομισμένος θεὸς, χαίρων ἀνθρωποθυσίαις, τοῦτον ὁ ἀληθὴς θεὸς, εἴπερ ἦν ἄρα τὴν πρᾶξιν ἐπισχὼν, οὐ θεὸν, ἀλλὰ φαῦλον ἡγεῖσθαι δαίμονα τοῖς πᾶσι προεκήρυξεν; εἴτε ἐν Σαλαμῖνι τῇ πρότερον Κορωνείᾳ ὀνομαζομένῃ, ἐν ᾗ ἐν μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ ἐθύετο ἄνθρωπος, καὶ τοῦτον ὃν ὁ ἀληθὴς θεὸς ἀπέφηνεν ἀλιτήριον εἶναι δαίμονα, παύσας ὡς ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιον τὸ γινόμενον;

Εἰ δὲ καὶ ἐν Ἡλίου πόλει τῆς Αἰγύπτου, τὸν τῆς ἀνθρωποκτονίας νόμον Ἄμωσις ἔλυσε, πολὺ κρείττονα τοῦ θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ὁ ἀληθὴς θεὸς ἐδίδαξεν ἂν γεγονέναι· οὐ γὰρ θεός, δαίμων δὲ πάλιν κἀκεῖνος ἦν ὁ κατάρχων τῆς ἀνθρωποκτονίας. Οὐκ ἂν δὲ ὁ ἀληθὴς θεὸς καὶ τὸν τῆς Ἥρας δαίμονα οὐχὶ μιαρὸν ἡγεῖσθαι δεῖν ἐνομοθέτησεν, ᾧ τῆς ἡμέρας ἑκάστης τρεῖς ἀνθρώπους θύεσθαι παρέστησεν ἡ ἱστορία. Τί δ' ἂν γένοιτο δαιμονικώτερον ἀληθῶς τοῦ καλουμένου Ὠμαδίου Διονύσου, ᾧ φασιν ἐν Χίῳ ἄνθρωπον μελιστὶ διασπῶντας θύειν· ἢ τοῦ ἐν Τενέδῳ ὡσαύτως, ὃν καὶ αὐτὸν διὰ τῆς ἀνθρωποθυσίας ἱλάσκοντο; Ἀπηγόρευσε δ' ἂν ὁ ἀληθὴς θεὸς καὶ τῷ Ἄρει τῷ βροτολοιγῷ καὶ φιλοπολέμῳ δαίμονι θύειν ἄνθρωπον· ἐνομοθέτησε δ' ἄν, μήτε τῶν οἰκείων, μήτε ἀλλοτρίων τὰ φίλτατα κατασφάττειν αὐτῷ. Εἰ δὲ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ κατ' ἔτος παρθένος, ὥς φασιν, ἐθύετο ἐν Λαοδικείᾳ τῇ κατὰ Συρίαν, καὶ ταύτην εἰπεῖν πονηρὸν δαίμονα οὐκ ἂν ἐφυλάξατο ὁ ἀληθὴς θεός· ὡς καὶ τὸν ἐν Λιβύῃ τοῖς ὁμοίοις χαίροντα, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς Ἀραβίας, ᾧ καὶ αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα, ὃν καὶ ὑπὸ βωμὸν ἔθαπτον.

ιζ.

ΟΤΙ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙκὴν διδασκαλίαν, ἡ παλαιὰ ἀνθρωποθυσία κατελύθη.

ΤΟΥΤΟΥΣ ἅπαντας, καὶ τούς γε αἰσχρορρημονοῦντας, καὶ γυναικῶν παρανόμοις διαφθοραῖς, ἤτε ἄλλῃ τῇ προκαταλελεγμένῃ μανίᾳ χαίροντας, προεφώνησεν ἂν ὁ ἀληθὴς καὶ ἀγαθὸς εἴτε θεός, εἴτε δαίμων, μηδαμῶς ἡγεῖσθαι θεούς. Τοῦτο δὲ οὐδεὶς τῶν πώποτε, ἢ μόνος ὁ παρ' Ἑβραίοις τιμώμενος, ὡς ἂν μόνος καὶ ἀληθὴς θεὸς πεποιηκὼς μνημονεύεται. Μόνος γὰρ οὗτος διὰ τοῦ Προφήτου καὶ θεολόγου Μωϋσέως προεκήρυξε τοῖς πᾶσι, μὴ σέβειν ὡς ἀγαθοὺς δαίμονας τοὺς φαύλους, ἔμπαλιν δὲ ἀποτρέπεσθαι καὶ ἀπελαύνειν, ὡς ἂν πονηρὰ τυγχάνοντα πνεύματα· καὶ μὴν καὶ καθαίρειν αὐτῶν τοὺς νεώς, καὶ τὰς ἀνιέρους, καὶ ἀτελέστους θρησκείας, καὶ πάμπαν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζειν τὴν ὡς περὶ θεῶν αὐτῶν μνήμην,

Nam, si apud Heliopolim Ægypti, solennem hominis immolandi consvetudinem Amosis antiquavit, hominem utiqve Deo longe meliorem esse; verus eorum Deus docere debuisset: Nec enim Deus iste quoqve, sed Dæmon profecto fuit, quisquis hujus hominum cædis auctor fuit. Nec verus item Deus, illum Junonis Dæmonem, cui tres olim singulis diebus homines mactari solitos ex historia cognoscimus, flagitiosum unquam atqve sceleratum haberi vetuisset. Qvod porro magis Dæmonem sapiat, qvam illa vel Omadii Bacchi crudelitas, cui membratim homines a Chiis discerptos esse ferunt; vel alterius apud Tenedios, quem similiter hominum cæde placabant? Edixisset præterea verus iste Deus, uti ne quis, Marti illi bellorum humaniqve cruoris sitientissimo hominem immolaret, adeoque nec sibi aliisqve carissima quæqve jugularet. Palladi quoq;, si qvod vulgo jactatur, Virgo qvotannis Laodiceæ Syriæ immolari solebat, ea ne malus Dæmon haberetur, verus profecto Deus non cavisset: itemque ne alter, qvi hoc sacrorum genere delectabatur in Libya, alterque præterea, cui mactatum qvotannis in Arabia puerum sub Aram sepelire mos erat.

XVII.

POST EVANGELICÆ DOctrinæ prædicationem, hominum immolandorum consvetudinem esse sublatam.

ISTOS, inquam, omnes eosque similiter, qvi tam obscena loquebantur, qviqve flagitiosis ac nefariis mulierum corruptelis ac stupris, totoque hoc commemoratæ superius libidinis furore tenebantur, verus certe quidem bonusqve sive Deus, sive Dæmon, a qvoquam Deorum in numero censeri omni ratione vetuisset. Atqui, præter eum, qui ab Hebræis colebatur, ut pote qui unus esset verusqve Deus, a nullo prorsus alio factum id unquam fuisse legimus. Solus ille solus, Prophetæ ac Theologi Mosis ore denunciavit universis, non modo ne improbos Dæmones tanquam bonos colerent, sed potius tanqvam sceleratos spiritus abominari ejicerent; jussitque præterea eorum templa expiari, execrandas profanasqve religiones, memoriam quasi Deorum universam,

honoresque solennes ex hominum funditus A societate deleri. Merito sane, nec enim improbos ab iis, qvi bonorum cura providentiaqve regebantur, conciliari placariqve fas erat. Tibi vero, seu Philarchus ille est, seu qvicunqve alius, qui Græcos passim universos, priusqvam in hostem moverent, homines immolare solitos esse scribit, qva Dæmonis tyrannide oppressi ille tenerentur, hujus etiam fide testimonioq; constabit. Qvinetiam Afros illos, & Thraces, & Scythas, quotquot similibus ritibus uterentur, simili Dæmonum furore actos pronunciare ac probare B liceat. Qvibus Athenienses, ipsosque adeo cives Magnæ Urbis adjunge, cum circa Magni Jovis ferias homines ipsi quoq; jugularent. Imo vero, si universam eorum, qvæ paulo ante commemoravimus, seriem sub aspectum unum subjeceris, invenies totam prope fictorum a Gentibus Numinum molitionem illis ipsis spiritibus hominum carnificibus, sceleratisqve Dæmonibus esse tribuendam. Etenim si evidentibus certisqve testimoniis, apud Rhodios, Salaminos, ac cæteros Insulares, itemqve apud Heliopolitanos, Ægypti, Chios, Tenedios, Lacedæmo- C nes, Arcadas, Phœnices, Libyæ, Syriæ & Arabiæ populos, adeoqve apud Athenienses ipsos, qvi Græcorum omnium Principes ac veluti capita etiamnum haberi solent, nec non apud Carthaginenses, Afros, Thraces, atque Scythas, hominum olim sacrificia diabolico furore usurpata esse ostendimus, impiosqve ritus ad Servatoris usqve nostri tempora propagatos: Qvidni tandem jure meritoque concludas, illos tum populos improbis omnes Dæmonibus mancipatos fuisse, nec ante genus humanum tantorum acerbitate malorum vexari desiisse, quam Servatoris nostri doctrina passim illuxisset? D Nam illa quidem ad imperium Adriani viguisse, ac sublata deinceps fuisse constat ex Historia, qvo nimirum tempore salutaris hujus doctrinæ vis apud omnes jam late populos gentesqve regnaret. Neqve vero hoc istis effugium superest, ut non nisi malis Dæmonibus litatum humanis victimis esse dicant, cum maximis præsertim quibusqve Diis mactatos homines fuisse ex illorum historiis habeamus. Testes enim eæ sunt, Junoni ac Minervæ, Saturno, Marti atqve Baccho, Jovique adeo cæterorum omnium principi, nec non ipsi Phœbo, Apollini, inquam, illi, qvi tantum gravitate reliqvis ac sapientia anteibat, genus id hostiarum placuisse, qvos utiqve, non alios, ipsi cum maximos bonosque Deos, tum servatores etiam ac vindices appellare solent.

A καὶ τὴν ἀπονεμομένην αὐτοῖς τιμὴν ἐνομοθέτησεν. οὐδὲ γὰρ τοὺς φαύλους ἀπομειλίσσεσθαι ὅσιον ἦν τοὺς τοῖς ἀγαθοῖς μεμεληκότας. Εἴτε ὁ καὶ Φίλαρχος, εἴτε ὁστισοῦν ἱστορεῖ πάντας τοὺς Ἕλληνας πρὶν ἐπὶ τοὺς πολέμους ἐξιέναι, ἀνθρωποκτονεῖν, καὶ τοῦτον μάρτυρα τῆς Ἑλλήνων δαιμονικῆς ἐπιληψίας μὴ ὄκνει παραλαμβάνειν· μὴ παρίδῃς μηδὲ τοὺς κατὰ τὴν Ἀφρικὴν, τούς τε Θρᾷκας, καὶ τοὺς Σκύθας τὰ ὅμοια πράττοντας, ταῖς αὐταῖς τῶν δαιμόνων ὑπῆ- B χθαι μανίαις ἀποφαίνεσθαι· ὡς καὶ Ἀθηναίους, καὶ τοὺς κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν, εἰ δὴ καὶ οὗτοι κατὰ τὰς τοῦ Μεγάλου Διὸς ἑορτὰς ἀνθρώπους ἔσφαζον. Ἀλλὰ γὰρ συναγαγὼν ὁμοῦ τὸν πάντων τῶν προειρημένων κατάλογον, εὕροις ἄν, σχεδὸν εἰπεῖν, πᾶσαν τὴν τῶν ἐθνῶν θεοποιΐαν τοῖς αὐτοῖς τοῖς ἀνθρωποκτόνοις πνεύμασι, καὶ τοῖς πονηροῖς δαιμονίοις ἀνακειμένην. εἰ γὰρ ἐν Ῥόδῳ, καὶ ἐν Σαλαμῖνι, καὶ ταῖς ἄλλαις νήσοις, ἔν τε Ἡλίου πόλει, τῇ κατ' Αἴγυπτον, ἔν τε Χίῳ, καὶ Τενέδῳ, καὶ Λακεδαίμονι, καὶ Ἀρ- C καδίᾳ, Φοινίκῃ τε, καὶ Λιβύῃ καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐν Συρίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ, καὶ παρά γε τοῖς *πανέλλησιν Ἀθηναίοις, καὶ ἐπὶ τούτων τοῖς κορυφαιοτέροις, κατὰ *γε Καρχηδόνα, καὶ τὴν Ἀφρικὴν, καὶ παρὰ Θραξὶ καὶ Σκύθαις ἀποδέδεικται τὰ τῆς δαιμονικῆς ἀνθρωποκτονίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρόνους ἐπιτελούμενα, καὶ μέχρι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρατείναντα· πῶς οὐκ εὐλόγως τοὺς πάντας εἴποις ἂν τότε τοῖς πονηροῖς δαίμοσι δεδουλῶσθαι, οὐ πρότερόν τε παῦλαν τῶν τοσούτων γενέσθαι D τῷ βίῳ κακῶν, ἢ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καταλάμψαι διδασκαλίαν; ὅτι δὴ μέχρι τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων διαμεῖναι ταῦτα· λελύσθαι δ' ἐξ ἐκείνου παρέστησεν ὁ τῆς ἱστορίας λόγος. οὗτος δὴ μάλιστα ἦν ὁ χρόνος, καθ' ὃν ἡ σωτήριος εἰς πάντας ἀνθρώπους ἤκμασε διδασκαλία. Καὶ μὴν οὐδὲ δυνατὸν αὐτοῖς εἰπεῖν, ὡς τοῖς πονηροῖς δαίμοσιν ἔθυον· αὐτοῖς γὰρ μάλιστα τοῖς μεγίστοις θεοῖς ἡ ἱστορία τὰς ἀνθρωποθυσίας ἐδήλωσεν ἐπιτελεῖσθαι. θύεσθαι γὰρ ἔφησε τῇ Ἥρᾳ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ, Κρόνῳ τε καὶ Ἄρει, καὶ Διονύσῳ, καὶ αὐτῷ γε τῷ ἐπὶ πάντων Διΐ, καὶ τῷ Φοίβῳ, τῷ δὴ σεμνοτάτῳ πάντων καὶ σοφωτάτῳ Ἀπόλλωνι· τούτους δὲ καὶ οὐδὲ ἄλλους τοὺς μεγίστους τε καὶ ἀγαθοὺς σωτῆρας θεοὺς ἀναγορεύουσιν.

V. Not.

αὐτοὶ δ' ἄρα εἶεν αὖ οἱ πονηροὶ δαίμονες. εἰ γὰρ οἵδε τοιαύταις ἀνθρωποθυσίαις καὶ ἀνθρωποκτονίαις ἔχαιρον, πῶς οὐκ ἂν αὐτοὺς εἰκότως τῇ τῶν πονηρῶν πνευμάτων μιαιφονίᾳ καταριθμήσειας; εἴτε αὐτοὶ χαίρειν λέγοιντο τοῖς τοιούτοις· εἴτε συγχωρεῖν, καὶ περιορᾶν ἑτέροις γινόμενα. τί γὰρ χρῆν ὅλως ἐπιτρέπειν ἀνθρώποις ἱλάσκεσθαι τὰ πονηρὰ πνεύματα; τί δὲ τοσοῦτον πλανᾶσθαι, ὡς θεραπεύειν καὶ κολακεύειν τοὺς φαύλους; τί δὲ τοῖς πονηροῖς καταδουλοῦσθαι; B δέον ἀγαθοὺς ὄντας καὶ θεούς, πορρωτάτω τῆς ἀνθρώπων διατριβῆς, πᾶν ὅ, τι φαῦλον καὶ πονηρὸν δυνάμει κρείττονι καὶ θειοτέρᾳ ἀπελαύνειν. ἢ πατὴρ μὲν ἀγαθὸς οὐκ ἂν ὑπὸ φαύλοις ἀνδράσι φθειρόμενον περιίδοι ἂν τὸν αὐτοῦ παῖδα· οὐδὲ τὸν οἰκέτην σώφρων δεσπότης ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἀγόμενον περιόψεται. οὐδέ γε στρατηγὸς πολέμου παρόντος τοὺς οἰκείους διασώσασθαι, τοῖς πολεμίοις αἰχμαλώτους ἀνήσει. οὐδὲ ποιμὴν τὰ θρέμματα τοῖς λύκοις. θεοὶ δὲ ἄρα καὶ ἀγαθοὶ δαίμονες ὑπὸ τοῖς μοχθηροῖς καὶ φαύλοις ἀνήσουσι τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος;

Fr. 99. V. Not.

Καὶ οἱ τρισμύριοι φύλακες μερόπων ἀνθρώπων,

οἱ δὴ ποιμένες καὶ σωτῆρες, βασιλεῖς τε καὶ πατέρες, καὶ κύριοι, τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις, καὶ ἀγρίοις θηρσὶν ἀνηλεῶς οὕτως καὶ ὠμῶς ἄγειν καὶ φέρειν τὰ φίλτατα προδώσουσι; οὐχὶ δὲ προπολεμήσουσιν ὑπερασπίζοντες τῶν προσφύγων, καὶ τοὺς μὲν ἐχθροὺς καὶ πονηροὺς δαίμονας τῆς ἀνθρώπων ἀγέλης, μακρὰν D ὥσπερ τινὰς ὠμοβόρους καὶ ἀγρίους θῆρας ἀποδιώξουσι, διδάξουσι δὲ πάντα ἄνθρωπον μυρίων θεῶν καὶ δαιμόνων ἀγαθῶν πλήθει προσῳκειωμένον, ἐπιθαρσοῦντα τοῖς οὐ μόνον κρείττοσιν, ἀλλὰ καὶ πλείοσιν καὶ μεγίστοις θεοῖς καθωσιωμένον, σμικρὰ, μᾶλλον δὲ τὸ μηδὲν ἐπιστρέφεσθαι τῆς τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἀσθενείας; Ὅτε δὲ τοῦτο μὴ ἔπραττον, συνήργουν δ' ἔμπαλιν τοῖς πονηροῖς αὐτοί, διὰ τῶν χρησμῶν τὰς δηλωθείσας ἀνιέντες ἀνθρωποθυσίας, χαίροντές τε αἰσχρορρημοσύναις ἁπάσαις, καὶ ταῖς τούτων ἀκολούθοις πράξεσιν, ἔργῳ, φασί, δῆλον, ὡς οὐδέν τι καὶ αὐτοὶ φαύλων δαιμόνων τὴν φύσιν διέλαθον· μᾶλλον δὲ μιᾶς, καὶ τῆς αὐτῆς ὑπῆρχον προαιρέσεως καὶ γνώμης

τὴν διέλαθον.

A Sed nimirum improbi Dæmones erant isti qvoqve. Nam si humano etiam cruore tantopere delectabantur, quidni similiter verum sit eos in eandem cum sceleratis ac tinctis sanguine Dæmonibus classem conjicere? Nec sane interest, gauderentne ipsi hoc sacrificiorum genere, an aliis isto ritu fieri paterentur. Enimvero, decuitne mortalibus, uti nefarios Spiritus placarent, ullo modo permittere? Decuitne tantum in iis errorem dissimulare, ut cultu & obsequio improbos delinirent? Decuitne, cum impiorum se se tyrannidi subjicerent, ferre leviter? cum illos potius, si quidem & boni & Dii forent, longissime oporteret ab humana societate, quicquid pravi maliqve esset, potentiori ac diviniori Numine propulsare. Qvid enim? Pater, si modo bonus fuerit, nunqvam a perditis hominibus male filium haberi patiatur: Æquus prudensque Dominus servum ab inimicis vexari abducive nunquam ferat: Imperator suorum in bello salutem defendere ac tueri si poterit, in hostium eos potestatem venire non sinat: Pastor ne oves qvidem suas lupis objiciat: Et Dii tamen bo- C niqve Dæmones humanum genus gravissimo teterrimorum Dæmonum jugo oppressos jacere patientur? Et sexcenti

Custodes hominum, qvos lingua diremit,

Pastores, inquam, illi, vindices, Reges, Parentes, ac domini, qvos longe carissimos habeant, eos infensissimis hostibus, ac truculentis belluis omni crudelitate ac diritate vexandos cruciandosqve tradent? Imo, non pugnabant ipsi pro Clientibus! non suis eos armis ac defensione tegent! non infestos ac sceleratos Dæmones procul ab hominum grege, tanqvam immanes & crudivoras arcebunt feras! Deniqve non cunctos homines edocebunt, qvi cum sexcentis Diis bonisqve Dæmonibus amore benevolentiaqve conjuncti sint, iis parvi admodum, imo nihili plane improborum Dæmonum imbecillitatem faciendam esse, quippe qvos non modo potentioribus, verum etiam pluribus iisqve maximis Numinibus consecratos, eorum ope ac præsidio confidere nitiqve oporteat! Jam vero cum ab eo tantum abfuerint, ut suam ipsi qvoqve sceleratis operam navarent, partim responsis hominum sacrificia permittendo, partim obscenitate verborum, qvæqve ipsi comitantur libidinibus ac stupris ad voluptatem fruendo; res plane ipsa loquitur, nihil prorsus ab improborum Dæmonum deflexisse natura, sed unam potius, & eandem atqve ipsos voluntatem ac mentem habuisse:

proindeqve nullum omnino sive Deum, sive bonum Dæmonem fuisse, quisquis olim ab universis gentibus per urbes passim atque pagos hoc nomine coleretur. Nam ei, qvi bonus sit, malum quomodo placeat? nisi forte lucem cum tenebris conjungi ac misceri posse quis dixerit. Quantum vero fictitiis Numinibus humana ratio præstitit, qvæ ne improbis quidem Dæmonibus sacrificium ullum fieri voluit? Nam id sane vetat idē ipse Porphyrius, eo libro, in qvo ab animalium sacrificiis abstinendum esse docet, ubi hunc in modum loquitur.

XVIII.

NULLUM IMPROBIS DÆmonibus sacrificium faciundum esse.

QVAMOBREM, inquit, vir æqvus ac prudens sibi ab isto sacrificiorum genere cavendum putabit, qvo pravorum Dæmonum gratiam aucupetur. Animum ipse potius omni ratione ac studio purgare conabitur, certus eos nunquam puræ ac syncerræ mentis hominem aggredi, propter morum ac naturæ dissimilitudinem. Qvod si forte a civitatibus istos etiam deliniri placariqve necesse sit, nihil ad nos. Nam illis quidem opes, quæque foris sunt, quæque ad corpus omnino pertinent, bona videri solent, ut mala, qvæ contraria: Qvi vero animi curam ac rationem habeant, oppido pauci. Ac deinceps.

XIX.

PRÆPOTENTI UNI DEO addictum esse oportere.

NOBIS autem, inquit, omnibus hoc viribꝰ laborandū erit, nihil ut rebus istis, qvas illi suppeditant, egeamus: sed potius ut animo simul ac cæteris, ad Dei qvidem & eorū, qvi Deo propinquiores sunt, imitationem ac similitudinem, quantum in nobis erit, aspiremus: (id qvod partim cupiditatum vacuitate, partim syncera & enucleata de iis, qvæ vere sunt, existimatione, partim vitæ ipsius ad eorum exemplar conformatione assequemur:) improborum autem sive hominum, sive Dæmonum, atqve omnino quisquis mortale quicquam & cum materia conjunctum amet, ejus dissimiles esse studeamus.

A καὶ ἔτι μᾶλλον εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ ὅλως θεός τις ἦν, οὐδέ τις ἀγαθὸς δαίμων, ὁ πάλαι πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων κατὰ πόλεις τε καὶ χώρας προσκυνούμενος. πῶς γὰρ ἂν γένοιτό ποτε τῷ ἀγαθῷ τὸ φαῦλον φίλον; εἰ μὴ καὶ φωτὸς, καὶ σκότους κρᾶσιν δύνασθαι μίαν φαίη τις ἂν γενέσθαι; πόσῳ δὲ κρείττων ὁ παρ' ἀνθρώποις λογισμὸς τῶν νενομισμένων θεῶν, μηδὲ φαύλοις δαίμοσι χρῆναι θύειν παρακελευόμενος; λέγει δ' οὖν ὁ πρόσθεν B εἰρημένος συγγραφεὺς, ἐν οἷς ἔφυσε μὴ δεῖν ζωοθυτεῖν, ὅτι μηδὲ φαύλοις δαίμοσι θυτέον, τοῦτον τὸν τρόπον.

ιη.

ΟΤΙ ΜΗ ΔΕΙ ΤΟΙΣ ΠΟΝΗροῖς δαίμοσι θύειν.

ΔΙΟ συνετὸς ἀνὴρ καὶ σώφρων εὐλαβηθήσεται τοιαύταις χρῆσθαι θυσίαις, δι' ὧν ἐπισπάσεται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς τοιούτους· σπουδάσει δὲ καθαίρειν τὴν ψυχὴν C παντοίως· καθαρᾷ γὰρ ψυχῇ οὐκ ἐπιτίθενται, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον. εἰ δὲ ταῖς πόλεσιν ἀναγκαῖον καὶ τούτους ἀπομειλίττεσθαι, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. ταύταις γὰρ καὶ πλοῦτος, καὶ τὰ ἐκτὸς, καὶ τὰ σωματικὰ ἀγαθὰ εἶναι νενόμισται, καὶ τὰ ἐναντία, κακά· ὀλίγον δὲ ἐν αὐταῖς τὸ τῆς ψυχῆς ἐπιμελούμενον. τούτοις ἑξῆς ἐπάγει λέγων.

ιθ.

ΟΠΩΣ ΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙ ΔΕΙ τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ.

D ΗΜΕΙΣ δὲ κατὰ δύναμιν οὐ δεησόμεθα ὧν οὗτοι παρέχουσιν. ἀλλ' ἔκ τε ψυχῆς, ἔκ τε τῶν ἄλλων πᾶσαν σπουδὴν ποιούμεθα, θεῷ μὲν καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὁμοιοῦσθαι. (ὃ δὴ γίνεται δι' ἀπαθείας, καὶ τῆς περὶ τῶν ὄντως ὄντων διηρθρωμένης διαλήψεως, καὶ πρὸς αὐτὰ καὶ κατ' αὐτὰ ζωῆς.) πονηροῖς δὲ ἀνθρώποις καὶ δαίμοσι, καὶ ὅλως παντὶ τῷ χαίροντι τῷ θνητῷ καὶ ὑλικῷ ἀνομοιοῦσθαι. ὃν δὲ ἡμεῖς ὑπογράφομεν φιλόσοφον ἀφιστάμε-

At vero qvi a nobis hoc loco Philosophus

» νου τῶν ἐκτός, εἰκότως φαμὲν μὴ ἐνο-
» χλήσειν δαίμοσι, μηδὲ μαντέων δεήσεσθαι,
» μηδὲ σπλάγχνων ζώων. ὧν γὰρ ἕνεκα αἱ μαν-
pag. 100. » τεῖαι, τούτων οὐκ ἔτι μεμέληκεν ἀφίστασθαι.
» οὔτε γὰρ εἰς γάμον καθίησιν, ἵνα περὶ γάμου τὸν
» μάντει ἐνοχλήσῃ· οὐκ εἰς ἐμπορίαν, οὐ περὶ
» οἰκέτου, οὐ περὶ κλοπῆς, καὶ τῆς ἄλλης πα-
» ρὰ ἀνθρώποις δοξοκοπίας. περὶ ὧν δὲ ζητεῖ,
» μάντις μὲν οὐδεὶς, οὐδὲ σπλάγχνα ζώων μηνύ-
» σει τὸ σαφές· αὐτὸς δὲ δι' ἑαυτοῦ, ὡς ἐλέγομεν,
» προσιὼν τῷ θεῷ, ὃς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς αὐτοῦ
» σπλάγχνοις ἵδρυται, περὶ τοῦ αἰωνίου βίου λή-
» ψεται τὰς ὑποθήκας, ὅλως ἐκεῖ συρρεύσας.

Σαφέστατα δὴ διὰ τούτων ὁ λόγος ἐξέφηνεν, τίνων ἡγεῖσθαι χρὴ τὰ μαντεῖα, καὶ τὰς διὰ τῆς θυτικῆς ἐρωτήσεις, τάς τε παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμαζομένας περὶ τῶν ἀδήλων προγνώσεις. ταῦτα γὰρ πάντα δοξοκοπίας ὀνόματι, ὡς ἂν ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν ἐνεργουμένας ἀποβάλλει. Τὸν γοῦν περὶ φαύλων δαιμόνων διεξιὼν λόγον, καὶ φάσκων τὸν συνετὸν ἄνδρα καὶ σώφρονα μή ποτε τούτοις ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι, μηδ' ἐπισπάσασθαι εἰς ἑαυτὸν διὰ τῶν θυσιῶν τοὺς τοιούτους ἑξῆς ἐπισυνάπτει, λέγων, τὸν φιλόσοφον μηδὲ μαντείων δεήσεσθαι, μηδὲ σπλάγχνων ζώων, καὶ τῶν παραπλησίων, ὡς ἂν τῆς δαιμονικῆς ὄντων κακοτεχνίας· εἰ δὴ οὖν κατὰ ταῦτα φυλακτέον τῷ συνετῷ καὶ σώφρονι τοιαύταις χρῆσθαι θυσίαις, δι' ὧν ἐπισπάσεται πρὸς ἑαυτὸν τοὺς δαίμονας· αὗται δ' ἦσαν αἱ δι' αἱμάτων ἐκχύσεως, καὶ δι' ἀλόγων ζώων σφαγῆς· οὐδεὶς ἂν ἐνδίκως ῥηθείη σώφρων καὶ συνετὸς τῶν πάλαι ζωοθυτούντων τοῖς δαίμοσι, καὶ πολὺ μᾶλλον τῶν ἀνθρωποθυτούντων. ἤλω δὲ τὰ πανταχοῦ πάντα, σχεδὸν εἰπεῖν, ἔθνη, πρόσθεν ἢ τὸν ἡμέτερον Χριστὸν εἰς ἀνθρώπους ἀναδέξασθαι, τοὺς φαύλους ἱλεούμενα δαίμονας, ταῖς κατὰ πάντα τόπον ἐπιτελουμέναις ἀνθρωποθυσίαις. οὐδεὶς ἄρα τούτων συνετὸς ἦν καὶ σώφρων. ὁ μὲν οὖν κοινὸς καὶ ἀνθρώπινος λογισμὸς ἑπόμενος ὀρθῷ λόγῳ, παντὶ τῷ συνετῷ καὶ σώφρονι διαρρήδην κηρύττει, μὴ χρῆναι θυσίαις ἐπὶ θεραπείᾳ τῶν πονηρῶν δαιμόνων σπουδάζειν, καθαίρειν τὴν ψυχὴν παντοίως. καθαρᾷ γὰρ ψυχῇ μὴ ἐπιτίθεσθαι, διὰ

A delineatur, a rerum exteriorum commercio »
& societate sejunctus, ab eo nec Dæmones »
solicitatum, nec vates aut animalium exta »
consultum iri, jure ac merito pronuncia- »
mus. Quorum enim caussa instituta divina- »
tio est, iis ultro sibi carendum statuerit. Nec »
enim in matrimonii se se vincula conjiciet, »
ut de ejus successu Divinum interpellet; nec »
mercaturam factitabit; nec de servitio, nec »
de opum amplificatione, nec de reliqvo hu- »
manæ vitæ fastu consulet. Qvibus autem de »
rebus ipse quæsiturus est, nec vates ullus, »
B nec animantium exta certi quicquam aperi- »
ent. Unus ille per se ipsum, ut diximus, ad »
Deum, qvi sedem veris in visceribus suis fi- »
xit, ultro accedet, eoq; totus confluens, indi- »
dem æternæ vitæ præceptiones hauriet. »

Hac igitur ex Porphyrii disputatione liqvido constat, qvibus tandem & vaticinationes, & aruspicinam, & illas omnes, qvas vulgus admiratur rerum obscurarum prædictiones assignare oporteat. Hæc ille omnia fastum inanemque pompam nominans, tanqvam improborum Dæmonum arte ac viribus fieri solita repudiat. Siquidem ubi de pravis C Dæmonibus disseruit, æqvumqve ac sapientem virum nunquam aut iis se se diditurum, aut sacrificiis eosdem sibi conciliaturum affirmavit, subdit continuo, Philosophum neqve divinationibus, neque exstipiciis, neqve id genus aliis opus habiturum, quippe qvæ a Dæmonum fraude omnia maleficioqve profecta sint. Si ergo sapientibus & æquis hominibus, quemadmodum ille præcipit, ab ejusmodi sacrificiis, qvibus Dæmonum gratiam aucupentur, omni provisione cavendum est; nec alia sint ea sacrificia, quam qvæ fuso sanguine & animaliũ cæde fieri consveverant: seqvitur profecto, neminem prorsus eorum, qvi animã-D tes olim, multoqve minus qvi homines Dæmonibus immolarent, sapientem & æqvum nominari jure posse. Atqvi Gentes propemodum universas, priusquam noster ille Christus in hominũ se & vitam ac societatem intulisset, improbos Dæmones solennibus passim hominum sacrificiis placavisse, manifeste satis ostendimus. Restat igitur, nullum ut apud eas vel prudentem vel æqvum fuisse numqve fuisse concludamus. Enimvero cum humanus ipse communisqve sensus, rectæ rationis ductum seqvutus, quisquis & sapiens & æqvus esse velit, ei penitus ab eo sacrificiorũ genere, qvibus improbi Dæmones deliniantur, abstinendum aperte denunciet, contraque mentem omni studio purgare jubeat, qvod nunqvam ab iis, propter

morum dissimilitudinem, purus ac syncerus Animus invadatur: tum vero contra Deus Apollo, (rursus enim cum hominibus componendus ille est, ut, quantum a rectæ sanæque rationis judicio distet, ostendamus,) improbo Dæmoni litari jubet, aliud profecto nihil, qvam ejus amicitiam seqvutus: mali autem, non nisi simile, amicum est. Atqve hujus etiam rei testem habemus eundem Porphyrium, qvi in suis de Oraculorum Philosophia libris ad verbum ita scribit.

τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον· ὁ δὲ θεὸς αὐτοῖς ὁ Ἀπόλλων, (πάλιν γὰρ ἀνθρώποις τοῦτον παραβλητέον, καὶ δεικτέον ὅσον τοῦ ὀρθοῦ λείπεται λογισμοῦ,) προστάττει τῷ πονηρῷ δαίμονι θύειν, οὐκ ἄλλως, ἢ δηλαδὴ φίλος ὢν αὐτοῦ· κακῷ δὲ τὸ ὅμοιον φίλον. τούτου δὲ μάρτυς ὁ καὶ πρόσθεν, ἐν οἷς ἐπέγραψε τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, ὧδε ἱστορῶν κατὰ λέξιν.

XX.

QVEMADMODUM IMprobo Dæmoni litare Apollo jubeat.

K.

ΩΣ Ο ΑΠΟΛΛΩΝ ΤΩι ΠΟνηρῷ δαίμονι προστάττει θύειν.

VATE, inquit, suis Numen ipsum oculis intueri studiosius ac vehementius cupiente, Apollo respondit fieri hoc nullo modo posse, donec sacrificii justo quasi pretio factum improbo Dæmoni satis esset. Responsum autem sic habet,

Tu Patriæ Indigeti pretium, sacra ferre memento
Libamenta, deinde pyram, nigrumqve cruorem,
Purpureumqve merum, atqve oviumspumantia lacte
Pocula.

Atqve iterum hac ipsa de re clarius,

Vinum, lacqve simul fundens, lymphamqve nitentem,
Ilignasqve nuces Jove nata ex arbore mittens,
Rite solo posita, & pingui perfusa liqvore
Viscera libato.

Idem vero consultus præterea, qvemadmodum preces nuncupandæ forent, eas duntaxat inchoavit his verbis,

Dæmon, aberrantes animas qui sorte perenni
Obscurosqve regis supraqve infraqve recessus.

ΣΠΕΥΔΟΝΤΟΣ γοῦν τοῦ προφήτου αὐτοπτῆσαι τὸ θεῖον, καὶ ἐπειγομένου, ὁ Ἀπόλλων ἀδύνατον ἔφη τὸ τοιοῦτον, πρὶν λύτρα τῷ πονηρῷ δαίμονι δοῦναι. λέγει δὲ ὧδε,

Λύτρα δίδου γαίης πατέρης οἰκήτορι σεμνῷ.
Πρῶτα χοὰς, μετέπειτα πυρὴν ἠδ' αἷμα κελαινόν.
Οἴνου παμμέλανος, οἴων θ' ἅμα λευκὰ ῥέεθρα.

καὶ σαφέστερον εἶπε περὶ τῶν αὐτῶν.

Οἶνον καὶ γάλα βάλλε, καὶ ὕδατος ἀγλαὸν εἶδος,
Καὶ ξύλα καρπὸν ἔχοντα διογνήτων ἀκυλαίων·
Σπλάγχνα δὲ κατθέμενος λιπαροῖς ἅμα νάμασι σπένδε.

μετὰ ποίας δὲ εὐχῆς ἐρωτηθεὶς, ἤρξατο μὲν, οὐ μὴν ἐπλήρωσεν, οὕτως εἰπών,

Δαῖμον ἀλιτρονόων ψυχῶν διάδημα λελογχὼς,
Ἠερίων ὑπένερθε μυχῶν, χθονίων τ' ἐφύπερθεν.

Hæc Deus egregius, vel potius Dæmon fraudis ac doli architectus: quibus plane contraria naturalis ratio statuit, dum & animum purgare jubet, & sacrificiis improborum Dæmonum gratiam opemqve captare vetat, qvod puram illi synceramqve mentem aggredi propter morum dissensionem minime soleant. Qvod si prudentem eum,

Ταῦτα μὲν ὁ θαυμάσιος θεὸς, μᾶλλον δὲ τὸ πολυπλανὲς δαιμόνιον. τὰ δὲ τοῦ κατὰ φύσιν λογισμοῦ, τἀναντία, καθαίρειν τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μὴ θυσίαις ἐπισπᾶσθαι τοὺς πονηροὺς δαίμονας, παρακελευόμενα· καθαρᾷ γὰρ ψυχῇ μὴ ἐπιτίθεσθαι, διὰ τὸ αὐτοῖς ἀνόμοιον. εἰ δὲ δὴ συνετὸς εἶναι καὶ σώφρων ἀνὴρ

ἀνὴρ ὀρθῶς ἐκρίθη τε δικαιοσύνης καὶ μὴ θύων δαίμοσιν· ὁ τοῖς πονηροῖς θύειν διὰ τῶν χρησμῶν παραινῶν, τίς ἂν διάλοχος καὶ ποδαπὸς νομισθείη, σοὶ καταλείπω σκοπεῖν. ἐντεῦθεν δὲ ἀναδραμόντι προφανὲς ἔσται, ποῖοί τινες ὑπῆρχον τὴν τοῦ τρόπου φύσιν, οἱ ταῖς ἀνθρωποθυσίαις χαίροντες, ἢ οἱ τούτοις πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος πάλαι πρότερον καταδεδουλωμένοι. εἰ δὲ λέγοι τις μὴ φαῦλον εἶναι τὸν τῆς ἀνθρωποθυσίας τρόπον, ὀρθότατα δ᾽ ὑπὸ τῶν παλαιῶν τελεῖσθαι, ὥρα B τοῖς νῦν καταμέμφεσθαι πᾶσιν, ὅτι μηδεὶς ὁμοίως τοῖς πατράσιν ἀσεβεῖ.

A Si æqvæ mentis hominem esse merito judicarunt, qvi a Dæmonum sacrificiis religiose abstineret: qui suis oraculis ad improbis etiam litandum hortatur, qui tandem & qualis haberi debeat, tibi statuendum relinqvo. Cæterum hinc retro superiora repetenti tibi certo evidenterqve constabit, cujusmodi natura moribusq; fuerint, tum qvi humanis victimis delectarentur, tum qvi humanum genus eorum tyrannidi ex omni memoria manciparant. Nam si erit fortasse quispiam, qui hanc imolandorum hominũ consvetudinem omni scelere purgabit, atq; a veteribus sanctissime observatam esse defendet: erit sane, qvamobrem continuo posteros eorum universos reprehendat, quorum nullus hoc tempore ad priscam majorum suorum pietatem adhærescit.

κα.

ΩΣ ΟΥΔΕΙΣ ΑΛΛΟΣ ΤΩΝ ΕΞ ΑΙ-ῶνος, ἢ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν, τὸ πᾶν ἀνθρώπων γένος τῆς δαιμονικῆς ἠλευθέρωσε πλάνης.

XXI.

NEMINEM AB OMNI ÆVO fuisse, præter unicum Servatorem Dominumq; nostrum, qvi totum genus humanum a Dæmonum impostura liberarit.

C

Εἰ δ᾽ ἐμφρόνως οἱ καθ᾽ ἡμᾶς τῆς ἀπηνοῦς καὶ ἀγρίας ὠμότητος τὴν ἀποστροφὴν ἐποιήσαντο· τῶν παλαιῶν οὐδεὶς ἦν ἄρα σοφὸς, τοὺς πονηροὺς δαίμονας ταῖς ἀνθρωποκτονίαις μειλισσόμενος. ἀλλὰ γὰρ καὶ τυφλῷ, φασί, δῆλον, ὡς οὔτε θεοὶ ἂν εἶεν, οὔτε δαίμονες ἀγαθοί, οἱ πάλαι πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων θεολογούμενοι· πορρωτάτω δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἐξῳκισμένοι. Διὸ καὶ ἐνδίκως θεομάχοι D τινὲς καὶ ἀσεβεῖς λεχθεῖεν, τὸν πάντα λυμηνάμενοι βίον, ὧν ἐξ αἰῶνος οὐδείς, ἢ μόνος ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, πᾶσιν ἀνθρώποις τὴν φυγὴν προεκήρυξεν, εὐαγγελιζόμενος ὁμοῦ πάντας Ἕλληνάς τε καὶ βαρβάρους θεραπείαν τῆς πατρικῆς νόσου, καὶ τῆς πικρᾶς καὶ παλαιοτάτης δουλείας ἐλευθερίαν· ἐφ᾽ ἣν σπεύδειν ὁ τῆς εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως παρορ-
» μᾷ λόγος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ πᾶσιν εἰς ἐξά-
» κουστον βοῶν, Πνεῦμα Κυρίου ἐπ᾽ ἐμέ, οὗ ἕνεκεν
» ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ
» με, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς
» ἀνάβλεψιν· ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους
τὴν καρδίαν. καὶ πάλιν, Ἐξαγαγεῖν ἐκ δε-

SIN autem sano maturoq; judicio, ab immani ac ferina crudelitate abhorrendum sibi ævi nostri homines putarunt; nullius profecto mentis fuit, quisquis e veteribus improbos Dæmones hominum cæde placavit. Sed enim vel cæcus, ut ajunt, manifeste videat, nec Deos, nec vero bonos Dæmones eos fuisse, quotquot a cunctis olim Gentibus Deorum loco & nomine censebantur: sed potius ab eo, quod bonum est, longissimo intervallo disjunctos, atq; ejusmodi, qvos jure & Dei hostes, & impios propterea dixeris, qui genus vitamq; hominum universam pessundederint. Atq; istorum fugam odiumq; nemo prorsus ex omni memoria, præter unum Assertorem Dominumq; nostrum Jesum Christum Dei Filium, cunctis hominibus denunciavit, quippe qvi salutari Evangelio patrii morbi medicinam Græcis pariter ac Barbaris omnibus attulit, simulqve ab acerbissima vetustissimaq; servitute libertatem, ad qvam contento cursu properare omnes Evangelicæ demonstrationis urget oratio, magna palam voce, qvæq; a nemine
non exaudiri possit, inclamans, *Spiritus Do-* Is.61,1.
mini super me, eo quod unxerit Dominus me: »
ad annunciandum mansuetis misit me, ut me- »
derer contritis corde, & prædicarem captivis »
indulgentiam, & clausis apertionem. Iterum- »

Isa. 42.7. qve, *Educere ex vinculis compeditos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.* Hæc enim divina ſane Hebræorum oracula ſuperioribus retro ſeculis cecinerunt, qvibus futurum aliqvando feliciter annunciabant, ut cæcæ qvondam mentes noſtræ, atq; intricatis ſceleratorum Dæmonum vinculis impeditæ conſtrictæq; ſolverentur. Qvare nos, ut pote qvi & mentis oculos jam ſalutaris doctrinæ radiis colluſtratos habeamus, & ad verã aliqvando temperantiam, religionem, ſapientiamq; traducti, omniumq; malorum acerbitate liberati ſimus, iſtis nunqvam, quibus divinitatem gentes affinxere, qviq; nos etiam antea tyrannide ſua oppreſſos tenebant, neq; ſacrificium faciemus in poſterum, neq; ſerviemus: ſed propius tandem ad ſolum verumq; Deum, Servatoris noſtri præceptis, ſic tanqvam manu deducti, Deum, inqvam, illum, hujus univerſitatis Dominum ſimul atq; Nutricium, cujus providentia ac benignitate rerum ſalus omnium continetur, qviq; eas ut molitus unus atqve architectatus eſt, ſic eaſdem ſummo deinceps regit imperio; unum eum qvoq; verumq; Deum eſſe credemus, uni juſtos honores tribuemus, unum ſacro cultu omniq; religionis officio proſeqvemur, idq; non jam Dæmonum ritu, ſed eo tantum, qvem nos Evangelica voce miſſus ab eodem humani generis Aſſertor edocuit. Atqve hoc genere pietatis exculti, tantum aberit, ut improborum Dæmonum metu terreamur, ut eos potius integritate mentis, morum innocentia, vita deniqve caſtiore, atqve ad omnem virtutem Servatoris noſtri præceptis inſtituta procul abigamus atqve expellamus. Illis enim ad puros ſynceroſqve animos, propter diſſimilitudinem aditum patere nullum, profani etiam hominis confeſſione liqvet. Nihil etiam divinatione, Deorumve reſponſis indigebimus, nec animantium exta rimabimur, nec ad eorum omnino qvicqvam, qvæ ſenſibus Dæmonum arte ſolent ac præſtigiis illudere, curioſius attendemus. Nam qvorum cauſa genus hoc rerum vulgus hominum tanto ſtudio conſectatur, ab iis omni cura & animi proviſione abſtinendum nobis ac fugiendum Chriſti doctrina præcipit; ſic ad ea tantum expetenda cohortatur, qvorum certi plane veriqve nihil nec Divinorum natio, nec animalium exta indicare poſſint: ſed unum illud Dei Verbum, qvod in veris eorum, qui propter ſummam animi puritatem ipſum capere interius complectique poſſunt, viſceribus ac præcordiis habitat. De qvibus in ſacris literis ſic alicubi loqvitur, *Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: &* 2.Cor.6,16. *ero illorum DEUS, & ipſi erunt mihi populus.* Sed hactenus iſtum Porphyrii de ſacrifi-

A σμῶν πεπεδημένους, καὶ ἐξ οἴκου φυλακῆς καθημένους ἐν σκότει. Ταῦτα γὰρ ἄνωθεν ἐκ παλαιοῦ τὰ θεῖα ὡς ἀληθῶς παρ᾽ Ἑβραίοις ἐθέσπιζε λόγια, τὸ ἡμῶν τὰς πάλαι τυφλῶν τὰς ψυχὰς, καὶ δαιμόνων πονηρῶν πολυπλόκοις δεσμοῖς πεπεδημένων ἀπολύτρωσιν εὐαγγελιζόμενα. ὅθεν εἰκότως τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς πρὸς τὰς σωτηρίου λόγου καταυγασθέντες, σώφρονές τε καὶ εὐλαβεῖς καὶ συνετοὶ γενόμενοι, καὶ πάντων ἐλεύθεροι κακῶν, B οὔτε θύσομεν, οὔτε δουλεύσομεν τοῖς τῶν ἐθνῶν νενομισμένοις θεοῖς, οἳ δὴ καὶ ἡμῶν τὸ πρὶν κατετυράννουν. ἀχθέντες δὲ καὶ προσαχθέντες ὑπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας, τῷ μόνῳ καὶ ἀληθεῖ Θεῷ, τῷ δὴ καὶ δεσπότῃ καὶ τροφεῖ, σωτῆρί τε καὶ εὐεργέτῃ, καὶ ἔτι ποιητῇ καὶ δημιουργῷ, καὶ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων, μόνον τοῦτον ἀληθῆ θεὸν ἡγησόμεθα, καὶ μόνῳ τὸ προσῆκον ἀπονεμοῦμεν σέβας, μόνον γεραίροντες, καὶ μόνον αὐτὸν εὐσεβοῦντες, οὐχ ἣ τοῖς δαίμοσι φίλον, ἀλλ᾽ ἣ τῷ πρὸς αὐτοῦ κατα- C πεμφθέντι πάντων ἀνθρώπων Σωτῆρι διὰ τῆς εὐαγγελικῆς αὐτοῦ διδασκαλίας παραδέδοται. ταύτῃ δὲ θεοσεβοῦντες διώξομεν καὶ ἀπελάσομεν ἑαυτῶν, πολλοῦ δεῖ φοβηθησόμεθα, τοὺς πονηροὺς δαίμονας, δι᾽ ἁγνείας καὶ καθαροῦ τρόπου, βίου τε σώφρονος καὶ παναρέτου, τοῦ δὴ pag.102. πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διωρισμένου. καθαρᾷ γὰρ μὴ δύνασθαι ψυχῇ πλησιάζειν διὰ τὸ ἀνόμοιον ὡμολόγηται. ἀλλ᾽ οὐδὲ μαντείας καὶ χρησμῶν δεησόμεθα, οὐδὲ σπλάγχνα ζώων D διερευνήσομεν, οὐδέ τι τῶν διὰ δαιμονικῆς κινήσεως ἐνεργουμένων πολυπραγμονήσομεν. ὧν γὰρ ἕνεκα ταῦτα τοῖς πολλοῖς σπουδάζεται, τούτων ἡμῖν ἀφίστασθαι μελετᾶν ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος διεστείλατο· μόνων δὲ ἐκείνων ἐφίεσθαι προὔτρεψε, περὶ ὧν ἀληθῶς μάντις μὲν οὐδεὶς οὐδὲ σπλάγχνα ζώων μηνύσει τὸ σαφές. αὐτὸς δὲ μόνος ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ ἐν τοῖς ἀληθινοῖς ἐνοικῶν σπλάγχνοις, τῶν οἵων τε αὐτὸν, δι᾽ ἄκραν ψυχῆς καθαρότητα, ἔνδον ἐν ἑαυτοῖς χωρεῖν. περὶ ὧν φησί που ἐν τοῖς ἱεροῖς γράμμασιν, Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἀπὸ τοῦ περὶ θυσιῶν

τόπου ἀπελεγκτικὰ τῆς τῶν δαιμόνων μοχθηρίας. Ἄκουε δ᾽ οἷα περὶ τῶν αὐτῶν αὖθις ὁ τῆς περὶ τῆς ἐμψύχων ἀποχῆς συγγραφεὺς ἱστορεῖ, διαῤῥήδην ὁμολογῶν τοὺς πονηροὺς δαίμονας ἐν σχήμασι πλείοσιν ἐντυπουμένους, ὑπεναντίαις μορφαῖς χαρακτηρίζοντας, λανθάνειν καὶ ἐξαπατᾶν τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων. Ἀγαθῶν γάρ, φησίν, ὑποδυόμενοι πρόσωπα, καὶ προσεταιριζόμενοι τὰ πλήθη, διὰ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐκκαίειν, τοὺς ἀνωτάτω θεοὺς ἑαυτοὺς ἐπινομίζεσθαι βούλονται. Τοσοῦτόν τέ φησιν αὐτοὺς ἰσχῦσαι, ὡς ἀπατῆσαι καὶ τοὺς σοφωτάτους τῶν Ἑλλήνων ποιητὰς καὶ φιλοσόφους, οὓς καὶ ὁμολογεῖ τῆς τοῦ πλήθους γεγονέναι διαστροφῆς αἰτίους· ὅτι γε ἐξ αὐτῶν πᾶσα γοητεία συνέστη, καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν ἀνθρώποις δι᾽ αὐτῶν προξενεῖται· ὅπως τε θεοὶ εἶναι βούλονται, δαίμονες ὄντες φαῦλοι. καὶ ὡς ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις, δοκεῖ θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. Ταῦτα δὲ ὁ Πορφύριος πάντα τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον.

Aciis locum, ad improbitatem Dæmonum coarguendam persequuti sumus. Nunc vero audi sis, qvemadmodum ab iisdem præterea plerosq; mortalium varia & multiplici formarum larvarumq; specie clam in errorem ac fraudem impelli, citato sæpius opere de rerum animatarum abstinentia, idem ipse palam & aperte fateatur. Bonorum enim, inqvit, vultum mentientes, blandeq; multitudinem inflammandis hominum cupiditatibus illicientes, summorum ipsi Deorum loco haberi censeriq; volunt. Et quidem eos tantum ait versutia potuisse, ut sapientissimos quoqve Græcorum & Poëtas & Philosophos deceperint, quos etiam vulgo errandi causam præbuisse consitetur. Qvinetiam asserit, illorum ex præceptis universam præstigiarum artem esse conflatam, ab illis omnes voluptatis illecebras in hominum vitam profluxisse; eosdem, improbi Dæmones cum sint, Divinitatem affectare, adeoq; Principem eorum Virtutem maximum Numen videri. Quæ omnia Porphyrius hunc in modum exequitur.

Cap. XI. Trad.

κβ.

ΤΙΣ Ο ΤΡΟΠΟΣ ΤΗΣ ΔΑΙΜΟΝΙΚΗΣ ἐνεργείας.

ΟΣΑΙ δὲ ψυχαὶ τοῦ συνεχοῦς πνεύματος οὐ κρατοῦσιν, ἀλλ᾽ ὡς τὸ πολὺ κεκράτηνται, διὰ τοῦτο ἄγονταί τε καὶ φέρονται λίαν, ὅταν αἱ τοῦ πνεύματος ὀργαί τε καὶ ἐπιθυμίαι τὴν ὁρμὴν λάβωσιν. Αὗται δὲ αἱ ψυχαί, δαίμονες μὲν καὶ αὐταί, κακοεργοὶ δ᾽ ἂν εἰκότως λέγοιντο· καὶ εἰσὶν οἱ σύμπαντες οὗτοί τε, καὶ οἱ τῆς ἐναντίας δυνάμεως ἀόρατοί τε, καὶ τελείως ἀναίσθητοι αἰσθήσεσιν ἀνθρωπίναις. οὐ γὰρ στερεὸν σῶμα περιβέβληνται, οὐδὲ μορφὴν πάντες μίαν, ἀλλ᾽ ἐν σχήμασι πλείοσιν· ἐκτυπούμεναι δὲ καὶ χαρακτηρίζουσαι τὸ πνεῦμα αὐτῶν αἱ μορφαί, ποτὲ μὲν ἐπιφαίνονται, ποτὲ δὲ ἀφανεῖς εἰσιν· ἐνίοτε δὲ καὶ μεταβάλλουσι τὰς μορφάς, οἵ γε χείρους. τὸ δὲ πνεῦμα, ᾗ μέν ἐστι σωματικόν, παθητικόν ἐστι καὶ φθαρτόν· τὸ δὲ ὑπὸ τῶν ψυχῶν οὕτως δεδέσθαι, ὥστε τὸ εἶδος αὐτῶν διαμένειν πλείω χρόνον, οὐ μήν ἐστιν αἰώνιον (καὶ γὰρ ἀποῤῥεῖν αὐτοῦ τι συνεχῶς εἰκός ἐστι καὶ τρέπεσθαι.)

XXII.

QVÆNAM PRÆSTIGIARUM Dæmonis ratio sit.

QVÆCUNQVE, inquit, Animæ conjunctum sibi adhærentemq; perpetuo spiritum usq; adeo non superant, ut ab eo potius in plerisq; omnibus superentur, eæ proinde si qvando sese spiritus iracundia, & cupiditatum æstus atq; impetus effuderit, miserandum in modum jactari solent. Et ejusmodi Animæ, Dæmones quidem ipsæ qvoq;, sed improbi ac malefici jure nominentur: qui omnes, perinde ut ii, qui contraria sub Virtute censentur, nec oculis, nec alio quovis humano sensu attingi omnino possunt. Neq; enim aut solidum corpus, aut eandem omnes formam, sed plures inter seqve distinctas figuras præ se ferunt. Porro suo singulæ spiritu certis propriisq; notis expresso Imagines modo apparent, modo evanescunt, modo vultum speciemq; mutant, ii saltem, qui deteriores sunt. Jam vero spiritus ille, quatenus quidem corporeus est, mutationi qvoq; & corruptioni est obnoxius: quod autem ad Animas idem sic alligatus constrictusq; sit, ut suam eæ propterea speciem paulo diutius retineant, non est quidem ille sempiternus; (ejus enim continuo desluere aliqvid ac mutari verisimile est:)

cæterum ut bonarum spiritus modicæ cujusdam ac justæ temperationis & magnitudinis est, qvemadmodum & earum corpus, si qvando nobis appareant; sic maleficarum nulla spiritus est corporisve proportio. Atqve genus hoc Dæmonum, ut in locis terræ vicinioribus cupiditatis explendæ causa libentius freqventiusqve versatur, nihil plane sceleris est, qvod moliri non soleat. Nam quod impotenti admodum, ac subdolo ingenio sit, qvodqve melioris ac divinioris Dæmonis providentia careat, vehementes ac repentinos ut plurimum impetus habet insidiisqve persimiles, partim ut facilius lateat, partim ut vi, quod sibi propositum est, extorqveat. Et paucis interjectis. Atqve his, inqvit, aliisqve similibus machinandis hoc seqvuntur, uti nos a recta sanaqve de Diis opinione dimotos ad sese traducant. Nam cum istis omnibus, in qvibus nihil cohærentis & consentanei sit, præcipue delectentur, tum vero qvasi aliorum Deorum induti personam, vecordia fruuntur nostra, hocqve veluti lenocinio multitudinem illiciunt, dum hominum cupiditates inflammant, partim amoribus, partim divitiarum, imperiorum, voluptatum appetentia, partim deniqve æstu inanis gloriæ: unde seditiones, bella, atqve id genus cætera nasci solent. Qvodqve omnium longe indignissimum est, gradum ex his porro faciunt, ac similia facile de summis quoqve Diis persuadent, usq; eo, ut Deum etiam optimum iisdem criminibus probrisq; subjiciant: qvo uno præsertim omnia sursum ac deorsum acta confusaq; esse ajunt. Enimvero non idiotas modo, sed etiam Philosophorum non paucos hic morbus invasit; atqve ita quidem, ut sibi mutuo errandi occasionem præberent. Nam ut qui ex Philosophis sese minus communi ab æstu subducerent, in eandem cum imperita multitudine sententiam opinionemq; descendebant: sic multitudo rursus, cum ex iis, qui sapientes habebantur, cogitationibus suis consentaneas disputationes audiret, haustum semel de Dis errorem magis in dies magisq; confirmabat. Siqvidem Poësis ipsa quoqve novis hominum opiniones facibus accendebat, cum dictione ad admirationem præstigiasqve comparata, nec ad titillandos modo permulcendosq; sensus, verum etiam ad fidem rerum, qvæ verisimilitudinē prorsus omnem excluderent, faciendam potentissima uteretur. Sed verum profecto erat, hoc sibi constanter in animum inducere, nec a bono detrimenti, nec a malo adjumenti quicquam proficisci posse, Ut enim, quod ait Plato, nec frigefacere caloris est, sed contrarii; nec frigoris cale-

A ἐν συμμετρίᾳ μὲν ὄντα τὰ τῶν ἀγαθῶν, ὡς καὶ τὰ σώματα τῶν φαινομένων· τῶν δὲ κακοποιῶν, ἀσύμμετρα. ὃ πλέον τοῦ παθητικοῦ νέμοντες τὸν περίγειον τόπον, οὐδὲν ὅ, τι τῶν κακῶν οὐκ ἐπιχειροῦσι δρᾶν. βίαιον γὰρ ὅλως καὶ ὕπουλον ἔχοντες ἦθος, ἐστερημένον τε τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος * φυσικῆς δαιμονίας, σφοδρὰς καὶ αἰφνιδίους, οἷον ἐνέδρας, ὡς τὸ πολὺ ποιοῦνται τὰς ἐμπλώσεις· πῆ μὲν λανθάνειν πειρώμενοι, πῆ δὲ B βιαζόμενοι. καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ ὅμοια ποιοῦσι, μεταστῆσαι ἡμᾶς ἐθέλοντες ἀπὸ τῆς ὀρθῆς ἐννοίας τῶν θεῶν, καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοὺς ἐπιστρέψαι. πᾶσι γὰρ τοῖς οὕτως ἀνομολόγως καὶ ἀκαταλλήλως γινομένοις αὐτοὶ χαίρουσι, καὶ ὥσπερ ὑποδύντες τὰ τῶν ἄλλων θεῶν πρόσωπα, τῆς ἡμετέρας ἀβουλίας ἀπολαύουσι, προσεταιριζόμενοι τὰ πλήθη, διὰ τοῦ τὰς ἐπιθυμίας τῶν ἀνθρώπων ἐκκαίειν ἔρωσι καὶ πόθοις πλούτων, καὶ δυναστειῶν καὶ ἡδονῶν, κενοδοξίας τε αὖ. ἐξ C ὧν στάσεις καὶ πόλεμοι φύονται, καὶ τὰ συγγενῆ τούτων. τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ἐπαναβαίνουσιν ἐκ τῶνδε, καὶ τὰ ὅμοια ἀναπείθουσι καὶ περὶ τῶν μεγίστων θεῶν, μέχρι τοῦ καὶ τὸν ἄριστον θεὸν τούτοις τοῖς ἐγκλήμασιν ὑπάγειν· ᾧ δὴ καὶ τεταράχθαι φασὶ πάντ᾽ ἄνω καὶ κάτω. πεπόνθασι δὲ τοῦτο οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων οὐκ ὀλίγοι. ἡ δ᾽ αἰτία δι᾽ ἀλλήλων γέγονε. καὶ γὰρ τῶν φιλοσοφούντων οἱ μὴ D ἀποστάντες τῆς κοινῆς φορᾶς, εἰς τὰ αὐτὰ τοῖς πλήθεσι συνέβησαν. καὶ πάλιν αὖ τὰ πλήθη σύμφωνα ταῖς αὐτῶν δόξαις παρὰ τῶν δοκούντων σοφῶν ἀκούοντα, ἐπερρώσθη φρονεῖν ἔτι μᾶλλον περὶ τῶν θεῶν τὰ τοιαῦτα. τὸ μὲν γὰρ ποιητικὸν καὶ προσεξέκαυσε τὰς ὑπολήψεις τῶν ἀνθρώπων, τῷ χρῆσθαι φράσει πρὸς ἔκπληξιν καὶ γοητείαν πεποιημένῃ, κήλησίν τε ἐμποιῆσαι, καὶ πίστιν περὶ τῶν ἀδυνατωτάτων πεποιημένην· δέον ἐμπέδως πεπεῖσθαι, ὅτι οὔτε τὸ ἀγαθὸν βλάπτει ποτέ, οὔτε τὸ κακὸν ὠφελεῖ. οὐ γὰρ θερμότητος, ὥς φησι Πλάτων, τὸ ψύχειν, ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου. οὐδὲ ψυχρότητος τὸ θερμαίνειν,

V. Nod

pag. ...

» ἀλλὰ τοῦ ἐναντίου· ὥσπερ οὐδὲ τοῦ δικαίου τὸ A βλάπτειν. δικαιότατον δή που φύσει πάντων τὸ θεῖον· ἐπεὶ οὐδ' ἂν ἦν θεῖον. οὐκοῦν ἀποτετμῆσθαι δεῖ ταύτην τὴν δύναμιν καὶ μοῖραν τῶν ἀγαθοεργῶν δαιμόνων. ἡ γὰρ βλάπτειν πεφυκυῖά τε καὶ βουλομένη, ἐναντία τῇ ἀγαθοεργῷ· τὰ δ' ἐναντία περὶ τὸ αὐτὸ οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. καὶ αὖθις, Διὰ μέντοι τῶν ἐναντίων καὶ ἡ πᾶσα γοητεία ἐπιτελεῖται· τούτους γὰρ μάλιστα, καὶ τὸν προεστῶτα αὐτῶν ἐκτιμῶσιν οἱ τὰ κακὰ διὰ τῶν γοητειῶν διαπραττόμενοι. B πλήρεις γάρ εἰσι πάσης φαντασίας, καὶ ἀπατῆσαι ἱκανοὶ διὰ τῆς τερατουργίας. διὰ τούτων φίλτρα καὶ ἐρωτικὰ κατασκευάζουσιν οἱ κακοδαίμονες· πᾶσα γὰρ ἀκολασία, καὶ πλούτων ἐλπὶς καὶ δόξης, διὰ τούτων, καὶ μάλιστα ἡ ἀπάτη. τὸ γὰρ ψεῦδος τούτοις οἰκεῖον· βούλονται γὰρ εἶναι θεοί, καὶ ἡ προεστῶσα αὐτῶν δύναμις, δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος. Οὗτοι οἱ χαίροντες λοιβῇ τε κνίσῃ τε, δι' ὧν αὐτῶν τὸ πνευμα-C τικὸν καὶ σωματικὸν πιαίνεται. ζῇ γὰρ τοῦτο ἀτμοῖς καὶ ἀναθυμιάσεσι, ποικίλως διὰ τῶν ποικίλων, καὶ δυναμοῦται ταῖς ἐκ τῶν αἱμάτων καὶ σαρκῶν θυσίαις. Διὰ δὴ τούτων ἀκηκόαμεν ὁμολογούντων, ὅτι μὴ μόνον οἱ παρ' Ἕλλησι ποιηταὶ προσεξέκαυσαν τὰς ὑπολήψεις τῶν ἀνθρώπων, τὰς περὶ τῶν φαύλων δαιμόνων ὡς περὶ θεῶν καὶ ἀγαθῶν· ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων, οἱ περὶ θεοὺς δοκοῦντες σπου- D δαίως ἔχειν, οἳ καὶ αὐτοὶ οὐ θεούς, ἀλλὰ πονηροὺς δαίμονας περιέποντες, τὰ πλήθη καὶ τοὺς δήμους εἰς τὴν οἰκείαν πλάνην ἐξετραχήλισαν. ὡμολόγησε γοῦν σαφῶς ὁ λόγος, ὡς ἄρα παρὰ τῶν δοκούντων σοφῶν ἀκούοντα περὶ θεῶν τὰ πλήθη σύμφωνα ταῖς αὐτῶν δόξαις, ἐπερρώσθη φρονεῖν ἔτι μᾶλλον, ὡς περὶ θεῶν, περὶ τῶν μοχθηρῶν δαιμόνων. καὶ ταῦτα οὐκ ἐξ ἡμῶν κατηγορεῖται, ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀκριβέστατα τὰ οἰκεῖα μᾶλλον, ἢ ἡμεῖς εἰδότων. Pr. 204 Ὅ γέ τοι αὐτὸς συγγραφεὺς οὐ παρέργως ὁμιλήσας τῇ τοὺς πολλοὺς λανθανούσῃ δεισιδαιμονίᾳ, φησὶ τοὺς πονηροὺς δαίμονας βούλεσθαι εἶναι θεούς, καὶ ἀγαθῶν δόξαν ἔχειν παρὰ ἀνθρώποις, ἥ τε προεστῶσα αὐτῶν δύναμις δοκεῖν θεὸς εἶναι ὁ μέγιστος.

A facere, sed contrarii; sic neq; nocere, justi esse potest: Deus autem certe natura sua res omnes æquitate ac justitia superat, alioqvi ne Deus quidem esset. Qvare vim istam, atq; has nocendi partes a benignis ac beneficis Dæmonibus removere omnino decet. Qvod enim ad nocendum tam a natura, qvam a voluntate comparatum sit, id cum benefico pugnare necesse est: contrariis autem pugnantibusq; rebus nulla esse potest circa unum idemqve consensio. Et rursus. Infestorum, inqvit, Dæmonum artibus genus B omne præstigiarum efficitur: illosqve propterea, illorumqve Principem malefici homines maxime venerantur. Qvippe abundant enim isti vanis fictisqve rerum imaginibus, eoqve ad concinnandas insolentibus machinis fallacias aptissimi sunt. Horum igitur opera, amatorias illecebras nefarii Dæmones moliuntur: a qvibus scilicet cum impotentia voluptatum, spesqve divitiarum & gloriæ proficiscitur, tum inprimis doli fraudisqve omnis artificium. Horum enim proprium mendacium est, cum & omnes Dii esse velint, & Princeps C eorum Virtus summi Numinis existimationem affectet. Illi enimvero sunt, qui & libationibus & nidore carnium delectantur, qvo utroqve spirituum corporumq; genus saginatur. Vitam enim ut vaporibus exhalationibusqve sustentat, idqve modo pro eorum diversitate diverso, ita vires sangvinis carniumq; nidore confirmat. Sic igitur istos ingenue confitentes audivimus, præceptas hominum de improbis Dæmonibus, perinde ac si Dii boniq; forent, opiniones vehementius non a Græcis modo Poëtis accen- D sas fuisse, verum etiam ab iis, qui Philosophiæ studia professi, æqviore ac propensiore erga Deos anima viderentur, ut pote qvi non Diis ipsi qvoq;, sed improbis Dæmonibus colendis, præcipitem in errorem suum multitudinem egerint. Enimvero disertis verbis Porphyrius fatetur, illam cum ex iis, qvi sapientes habebantur, cogitationibus suis consentaneas disputationes audiret, in sua de nefariis Dæmonibus sic tanqvam de Diis opinione magis in dies magisq; confirmatam esse. Atq; hæc non auctoritate sane testimonioq; nostrorum arguuntur, sed ipsorum, qvi res suas penitus, ac longe qvam nos certius enucleatiusq; perviderant. Siqvidem ille ipse Scriptor, qvi non perfunctorie ac leviter fuerat in ea, qvæ vulgus latebat, superstitione versatus, improbos Dæmones asserit Deos esse velle, bonorumq; apud homines existimationem expetere; ac Virtutem eorum Principem summi Numinis famam & nomen ambire.

Cap. XII. Theap.

Qvænam porro sit Virtus illa Princeps, idem ipse declarat, improborum Dæmonum Principes Serapin atqve Hecaten esse dicens, cum Beelzebud iis omnibus præesse Scriptura divina testetur. Audi vero præterea, qvemadmodum hac de re in suis de hausta ex Oraculis Philosophia libris disserat.

A Τίς οὖν ἄρα ἡ προεστῶσα αὐτῶν τυγχάνει δύναμις, ὁ αὐτὸς πάλιν διασαφήσει, τοὺς ἄρχοντας τῶν πονηρῶν δαιμόνων λέγων εἶναι τὸν Σάραπιν καὶ τὴν Ἑκάτην. ἡ δὲ θεία γραφή, τὸν Βελζεβούλ. Ἄκουε δ', ὅπως καὶ περὶ τούτου γράφει ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας.

XXIII.

κγ.

B
DE IMPROBIS DÆMONIBUS, & qvinam sint eorum Principes: qvodq; omnium animalium specie homines aggrediantur.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΟΝΗΡΩΝ ΔΑΙΜΟΝΩΝ, καὶ τίνες εἰσὶν αὐτῶν οἱ ἄρχοντες· καὶ ὅτι πᾶσι ζώοις ὁμοιούμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες προσίασι τοῖς ἀνθρώποις.

IMPROBOS Dæmones, inqvit, Sarapi subditos esse haud temere suspicamur: qvippe hanc ad opinionem non ejus tantum symbolis & insignibus adducti, sed etiam qvod qvæcunq; vim eos vel conciliandi habent vel averruncandi, ad Plutonem omnia referuntur, qvemadmodum libro primo ostendimus. Atqvi idem prorsus qvi Pluto Deus iste est, eoq; maxime Dæmonibus imperat, certaq; symbola tribuit, qvibus averti depelliq; possint. Ac suis qvidem supplicibus aperuit, quo pacto animantium illi formam ac speciem mentiti homines convenirent: quo factum ut ab Ægyptiis ac Phœnicibus, & universe ab omnibus religionum peritis, & lora in Templis disrumpi, & animantes ad pavimentum, anteqvam Deorum sacris operentur, allidi soleant: itaqve Dæmones a Sacerdotibus partim spiritu, partim animalium sangvine, partim aëris ipsius percussione abiguntur, ut iis ejectis præsens Deus interesse velit. Plenæ siqvidem eorum sunt ædes universæ, qvas ante propterea ipsis ejiciendis expiant, quoties Diis supplicaturi sunt. Qvinetiam eorundem plena sunt corpora, quod certo quodam ciborum genere præcipue delectentur. Itaq; accumbentibus nobis non accedunt ipsi modo, sed etiam nostrum ad corpus adhærescunt; quæ causa est, qvamobrem lustrationes adhiberi consveverint, non utiq; propter Deos potissimum, sed potius ut Dæmones recedere atq; alio migrare cogantur. Cæterum sangvine præsertim sordibusqve capiuntur, quibus ut frui liceat, in eorum, qui rebus istis utuntur, sese corpus insinuant. Nullus enim omnino motus existit cupiditatis vehementior, nullus in Spiritu

ΤΟΥΣ δὴ πονηροὺς δαίμονας οὐκ εἰκῆ ὑπὸ τὸν Σάραπιν ὑπονοοῦμεν· οὐδ' ἐκ τῶν συμβόλων μόνον ἀναπεισθέντες, ἀλλ' ὅτι τὰ μειλίγματα, καὶ τὰ τούτων ἀποτρόπαια πρὸς τὸν Πλούτωνα γίνεται, ὡς ἐν τῷ C πρώτῳ ἐδείκνυμεν. ὁ αὐτὸς δὲ τῷ Πλούτωνι ὁ θεός, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα δαιμόνων ἄρχων, καὶ σύμβολα διδοὺς πρὸς τὴν τούτων ἔλασιν. Οὗτος γοῦν καὶ τοῖς ἱκέταις ἐδήλωσεν, ὡς πᾶσι ζώοις ὁμοιούμενοι προσίασι τοῖς ἀνθρώποις· ὅθεν καὶ παρ' Αἰγυπτίοις, καὶ παρὰ Φοίνιξι, καὶ ὅλως παρὰ τοῖς τὰ θεῖα σοφοῖς· ἢ μάντεσι ἐν τοῖς [illegible] ἱεροῖς ἐπιρρήσσονται, καὶ ζῷα προσουδίζεται πρὸ τῆς θρησκείας τῶν θεῶν. ἐξελαυ- D νόντων τῶν ἱερέων τούτους, διὰ τοῦ δοῦναι πνεῦμα, ἢ αἷμα ζώων, καὶ διὰ τῆς τοῦ ἀέρος πληγῆς· ἵνα τούτων ἀπελθόντων, παρουσία τοῦ θεοῦ γένηται. καὶ οἶκος δὲ πᾶς μεστός, καὶ διὰ τοῦτο προκαθαίρουσι καὶ ἐκβάλλουσι τούτους, ὅταν θεὸν κατακαλῶσι. καὶ τὰ σώματα δὲ ἡμῶν μεστὰ ἀπὸ τούτων. καὶ γὰρ μάλιστα ταῖς ποιαῖς τροφαῖς χαίρουσι. σιτουμένων γὰρ ἡμῶν προσίασι καὶ προσιζάνουσι τῷ σώματι, καὶ διὰ τοῦτο αἱ ἁγνεῖαι· οὐ διὰ τοὺς θεοὺς προηγουμένως, ἀλλ' ἵν' οὗτοι ἀποστῶσι. μάλιστα δὲ αἵματι χαίρουσι, καὶ ταῖς ἀκαθαρσίαις, καὶ ἀπολαύουσι τούτων εἰσδύνοντες τοῖς χρωμένοις. ὅλως γὰρ ἡ ἐπίτασις τῆς πρός τι ἐπιθυμίας, καὶ ἡ τοῦ πνεύματος

τῆς ὀρέξεως ὁρμὴ ἀλλαχόθεν οὐ σφοδρύνεται, ἢ ἐκ τῆς τούτων παρουσίας. οἳ καὶ εἰς ἀσήμους φθόγγους καὶ φύσας ἀναγκάζουσι τοὺς ἀνθρώπους ἐμπίπτειν, διὰ τῆς συναπολαύσεως τῆς μετ' αὐτῶν γινομένης. ὅπου γὰρ πνεύματος πλείονος ὁλκὴ, ἢ τῆς γαστρὸς ἐξ ἡδυπαθείας πεπλησμένης, ἢ τῆς προθυμίας διὰ ἡδονῆς ἐπίτασιν ἐκφυσώσης, καὶ πολὺ τὸ ἔξωθεν ἀπούσης, ἐκεῖ παρουσία τῶν τοιούτων πνευμάτων σοι δηλούσθω. Ἄχρι τούτων τολμᾷ φύσις ἀνθρώπου εὑρίσκειν τὰς περὶ αὐτῆς συνεστώσας παγίδας· καὶ γὰρ ὁ θεὸς ὅταν εἰσκριθῇ, πολυπλασιάζεται τὸ πνεῦμα. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων, ὧν φησιν ἄρχοντα εἶναι τὸν Σάραπιν. καὶ τὴν Ἑκάτην δὲ τούτων ἄρχειν ὁ αὐτὸς διδάσκει, λέγων οὕτως. Μή ποτε οὗτοί εἰσιν, ὧν ἄρχει ὁ Σάραπις, καὶ διὰ τούτων σύμβολον ὁ τρικάρηνος κύων· τουτέστιν ὁ ἐν τοῖς τρισὶ στοιχείοις, ὕδατι, γῇ, ἀέρι πονηρὸς δαίμων; οὓς καταπαύει ὁ θεὸς, ὁ ἔχων ὑπὸ χεῖρα. ἄρχει δ' αὐτῶν καὶ ἡ Ἑκάτη, ὡς συνέχουσα τὸ τρίστοιχον. καὶ πάλιν φησίν, Ἓν χρηστήριον ἔτι προσθεὶς, ὅπερ αὐτὴ ἡ Ἑκάτη πεποίηται, καταπαύσω τὸν περὶ ταύτης λόγον.

Ἤδ' ἐγώ εἰμι κόρη πολυφάσματος, οὐρανόφοιτος,
Ταυρῶπις, τρικάρηνος, ἀπηνής, χρυσοβέλεμνος,
Φοίβη ἀπειροτεχνής, φαεσίμβροτος εἰλείθυια·
Τριστοίχου φύσεως συνθήματα τρισσὰ φέρουσα·
Αἰθέρι μὲν, πυρόεσσιν ἐειδομένη εἰδώλοις,
Ἠέρα δ' ἀργεννοῖσι τροχάσμασιν ἀμφικάθημαι.
Γαῖαν δ' ἐμῶν σκυλάκων δνοφερῶν γένος ἡνιοχεύει.

V. Not.

Οἷς ἐπιλέγει ὁ συγγραφεὺς σαφῶς, τίνες οἱ σκύλακες· ὅτι οἱ πονηροὶ δαίμονες· περὶ ὧν ἄρτι πεπαύμεθα λέγοντες. Τοσαῦτα μὲν δὴ καὶ ταῦτα. περὶ δὲ τοὺς δαίμονας εἶναι πονηροὺς ἀληθῶς, ἀλλ' οὐδὲν ἀγαθὸν ἐπαγομένους, τοὺς παρὰ τοῖς πολλοῖς θεολογουμένους, φέρε ἔτι μᾶλλον διὰ πλειόνων κρατυνώμεθα.

A appetitionis impetus, qui aliunde quam ex eorum præsentia incitetur. Itaqve homines ab iis in obscuros aliqvando sonos flatusqve coguntur incidere, quod eadem ipsi qvoq; delectatione perfruantur. Ubi enim abundat spiritus, sive quod eo venter ob acriorem delectationis sensum impleatur, sive quod ardor ipse atqve æstus propter voluptatis vehementiam efflet simul interiorem, simulqve exteriorem densius copiosiusqve ducat; ibi continuo spiritus illos præsentes esse judicare certo possis. Atqve ha- B ctenus humanæ naturæ laqveos in se necti solitos investigare fas est: tum enim vel maxime augeri spiritus ipse consvevit, cum in DEUM curiosius ac propius inquiritur. Hæc ille de improbis Dæmonibus, quorum Principem Sarapin esse ait; sic tamen ut iisdem Hecaten etiam imperare doceat, hunc in modum. Num forte, inqvit, Dæmones ii sunt, in quos Sarapis obtinet principatum, quorum propterea symbolum sit triceps ille canis, hoc est improbus Dæmon, qui tribus in Elementis, Aqva, Terra, & Aëre versatur? quos utique Deus C ille, cujus in potestate sunt, sistit & cohibet. Cæterum iisdem etiam imperat Hecate, cujus videlicet numine triplex istud Elementum continetur. Ac rursus. Institutæ, inqvit, de Hecate disputationi finem imponam, si modo unum hoc præterea ejusdem responsum addidero.

Illa ego cœlestis varia sub imagine virgo,
Taurina, atque triceps, immitis, & aurea vibrans
D *Spicula, natorumqve expers Diana, simulqve*
Fax Lucina hominum; cujus tria symbola, mundi
Terna Elementa notant: ardentibus Æthera formis
Exhibeo: passim candentibus Aera bigis
Insideo: Terrasqve regit tenebrosa meorum
Turba canum.

Hos autem Canes improbos illos esse Dæmones idem Auctor manifeste declarat, de qvibus, inqvit, dicere paulo antè desiimus. Nos autem hic etiam gradu fixo, pluribus age deinceps, qvotqvot a plerisq; omnibus Deorum loco & nomine colebantur, nefarios vere Dæmones, ac nullius plane boni auctores esse confirmemus.

FINIS LIBRI QVARTI.



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΜΠΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ
LIBER QUINTUS.

QVINTI LIBRI CAPITA.	ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΠΕΜΠΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.
1. *Iterum probatur, multorum populorum vaticinia & oracula, improborum dæmonum propria fuisse: quæ omnia post Evangelicam Servatoris nostri doctrinam sublata defecerint.*	α. Ετι περὶ τῶν πονηρῶν δαιμόνων εἶναι τὰ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἔθνεσι μαντεῖα καὶ χρηστήρια· καὶ ὡς καθῄρηται πάντα, καὶ ἐκλέλοιπε μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ευαγγελικὴν διδασκαλίαν.
2. *Quænam Dæmonum imposturæ ratio fuerit.*	β. Τίς ὁ τρόπος τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας.
3. *Varias ac multiplices Græcorum adversus Deos superstitionis sectas fuisse.*	γ. Οτι πολυσχιδὴς καὶ πολυγνώμων ἡ περὶ θεῶν τοῖς Ελλησι συνέστη δεισιδαιμονία.
4. *Quicquid vaticiniorum atque oraculorum apud Gentes fuit, improborum Dæmonum opus fuisse.*	δ. Περὶ τοῦ πονηρῶν δαιμόνων εἶναι τὰ παρὰ τοῖς ἔθνεσι μαντεῖα καὶ χρηστήρια.
5. *Latentes Dæmonum historias fabulosis non secus ac de Diis narrationibus contineri.*	ε. Περὶ τοῦ λανθανούσας δαιμόνων περιέχειν ἱστορίας τὰς μυθικὰς ὡς περὶ θεῶν διηγήσεις.
6. *Mortem illos ipsos consciscere, qui boni ab iis Dæmones appellentur.*	ς. Ως θανάτου ποιητικοί εἰσιν οἱ λεγόμενοι αὐτῶν ἀγαθοὶ δαίμονες.
7. *Quam amatoriis voluptatibus Dæmones obnoxii sint, & quibus quisque delectetur.*	ζ. Οτι καὶ ἐρωτικαῖς ἡδυπαθείαις ἐξυπηρετοῦνται, καὶ ποίοις ἕκαστος αὐτῶν χαίρει.
8. *Maleficiis & cantionibus quibusdam cum deduci Deos, tum etiam ad hominum voluntati obsequendum invitos licet ac repugnantes adigi.*	η. Οτι μαγγανείαις καθέλκονται, καὶ παρὰ γνώμην ἀναγκάζονται ταῖς ἀνθρωπίναις βουλαῖς δουλεύειν.
9. *Eosdem ne redire quidem per sese posse.*	θ. Οτι οὐδὲ ἀφ' ἑαυτῶν ἀναχωρεῖν δύνανται.
10. *Quibus artibus egregia Numina Præstigiatoribus subjiciantur.*	ι. Οποίαις μεθόδοις οἱ θαυμάσιοι αὐτῶν θεοὶ τοῖς γόησιν ὑποτάττονται.
11. *Dæmones ipsos, qui Deorum loco habeantur, quo superstitionum ritu secum*	ια. Οτι οἱ δαίμονες, οὓς δὴ θεοὺς ὑπειλήφασιν, ἀνθρώποις ἐδίδαξαν τὰς οἰκείας

περιεργίας.

ιβ. Ὅτι καὶ τὰ ἰνδάλματα μαγικῶς αὐτοῖς κατασκευάζειν ἐδίδαξαν.

ιγ. Ὅτι καὶ τὰς μορφὰς αὐτῶν τῶν ξοάνων αὐτοὶ κατεδείξαν.

ιδ. Ὅτι καὶ μαγείαν προτρέπουσιν.

ιε. Ὅτι καὶ τὰς ἀψύχους ὕλας φιλοῦσιν.

ις. Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων ἔχρησεν αὐτὸς ὁ Ἀπόλλων.

ιζ. Περὶ τοῦ καὶ θνήσκειν τοὺς δαίμονας, οὓς δὴ ὡς θεοὺς τιμῶσι.

ιη. Περὶ τῶν παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἕλλησι μνημονευομένων χρηστηρίων.

ιθ. Πρὸς τὸν Ἀπόλλω κελεύσαντα δὶς ἑπτὰ παῖδάς τε καὶ κόρας σφαγησομένους ἐκπέμπεσθαι Κρησὶν ὑπὸ Ἀθηναίων.

κ. Ὡς πολλοῖς θανάτου γέγονεν αἴτιος ὁ Ἀπόλλων διὰ τῆς τῶν χρησμῶν ἀμφιβολίας.

κα. Ὡς καὶ τῷ Κροίσῳ τῆς οἰκείας ἀρχῆς ἐκπεσεῖν δι' ἀμφιβόλου χρησμοῦ κατέστη αἴτιος.

κβ. Ὡς ἐπλάνων διὰ τῶν χρησμῶν παίζοντες τοὺς ἐρωτῶντας.

κγ. Ὅτι τῷ τῆς ἀσαφείας σκότῳ τὴν σφῶν ἄγνοιαν ἐπέκρυπτον.

κδ. Ὅτι μηδὲν δυνάμενοι βοηθεῖν ἐν ταῖς τῶν πολέμων συμφοραῖς, δι' ἀμφιβόλων χρησμῶν ἐσοφίζοντο, καὶ ἠπάτων τοὺς προσφυγάς.

κε. Τὰ πρὸς Λακεδαιμονίους.

κς. Τὸ αὐτὸ Κνιδίοις.

κζ. Ὡς τοὺς χρωμένους αὐτοῖς ἐξέκαιον εἰς τὸν κατ' ἀλλήλων πόλεμον.

κη. Τὰ περὶ Λυκούργου τοῦ Λακεδαιμονίων νομοθέτου, ὅτι μὴ θεοῦ ἄξια.

κθ. Ὅτι οὐ περὶ σπουδαίων πραγμάτων τοὺς χρησμοὺς ἐποιοῦντο.

λ. Ὅτι κοινοῖς καὶ ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς τὰ πρακτέα συνεβούλευον.

λα. Ὅτι καὶ ἀφιλοσόφως τὰ πολλὰ παρῄνουν.

λβ. Ὅτι καὶ συνεμερίζοντο τοῖς ἀδικοῦσιν.

λγ. Ὅτι καὶ τοὺς ποιητὰς οὐδὲν φιλοσόφου βίου ἄξιον ἐπιδεδειγμένους, κατὰ τὰς τῶν πολλῶν δόξας ἀκρίτως ἀνύμνουν.

λδ. Ὅτι καὶ πύκτας ἄνδρας καὶ ἀθλητὰς τιμαῖς ἰσοθέοις γεραίρειν παρεκελεύοντο.

agi vellent, homines docuisse.

12. Eosdem magicarum artium, quibus simulacra conflarentur, doctores fuisse.

13. Ipsas quoq; simulacrorum figuras ab iis delineatas fuisse.

14. Eosdem ad magicam artem impellere.

15. Eosdem inanima quoque materia delectari.

16. De Oraculorum defectione Apollinem ipsum cecinisse.

17. De interitu Dæmonum, quos Deorum loco venerantur.

18. De oraculis priscorum Græcorum prædicatione celebratis.

19. Adversus Apollinem, quod septem adolescentes, puellasq; totidem in Cretam jugulandos mitti jusserit.

20. Pluribus Apollinem responsorum ambiguitate mortis causam fuisse.

21. Eundem Apollinem responsi ambiguitate causam fuisse, cur imperio suo Crœsus exciderit.

22. Quemadmodum eos, a quibus consulebantur, illudentes, responsis suis in fraudem impellerent.

23. Eosdem orationis obscuræ tenebris ignorantiam suam occultare solitos.

24. Cum nihil bellorum temporibus opis ferre possent, suos ab iis clientes fuisse responsorum ambiguitate delusos.

25. Responsum Lacedæmoniis editum.

26. Responsum Cnidiis editum.

27. Eos, a quibus consulebantur, in mutua bella inflammatos fuisse.

28. Quæ de Lycurgo Lacedæmoniorum Legislatore memorantur, DEO indigna esse.

29. Seriis honestisque de rebus minime ab iis responderi.

30. Communi prorsus humanoque sensu rerum agendarum auctores illos fuisse.

31. Multa quoque ab iis imperite suaderi.

32. Eosdem se ad injuriosorum partes adjunxisse.

33. Poëtas etiam eos, qui nihil ad honestioris vitæ studia contulerint, temere ab iis ex vulgi opinione laudari.

34. Auctores illos fuisse, uti Pugiles & Athletæ divinis honoribus colerentur.

35. *Deos ipsis etiam Tyrannis adulari solitos.*

36. *Illos etiam jussisse, ut materia inanima coleretur.*

λε. Ὅτι καὶ τοὺς τυράννους ἐκολάκευον.

λϛ. Ὅτι καὶ τὴν ἄψυχον ὕλην σέβειν προσέταττον.

I.

ITERUM PROBATUR, MULtorum populorum vaticinia, & oracula, improborum Dæmonum propria fuisse: qvæ omnia B post Evangelicam Servatoris nostri doctrinam sublata defecerint.

α.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΝΗΡΩΝ ΔΑΙμόνων εἶναι τὰ παρὰ τοῖς ἔθνεσι μαντεῖα, καὶ χρηστήρια· καὶ ὡς καθῄρηται πάντα καὶ ἐκλέλοιπε μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν.

QVANQVAM ea, qvæ adhuc a nobis disputata sunt, non jam aut Deorum aut bonorum in Dæmonum loco habendos illos esse omnes satis superq; conficiunt, qui a Gentilibus per urbes passim atq; pagos tanqvam Dii colebantur: juvat tamen ultro plurium C insuper argumentorum vim ac pondus adjungere, quibus susceptæ qvæstionis ea magis magisq; demonstratio confirmetur, qvæ Servatoris nostri Evangelicæ doctrinæ beneficio allatam hominum generi a superioribus malis liberationem in omnium oculis constituat. Audi ergo deinceps, qvemadmodum scriptores ipsi Græci, oracula sua ex omni memoria tum deniqve primum defecisse fateantur, cum salutaris hæc & Evangelica unius DEI ac Servatoris nostri doctrina, ac summi Numinis ejusdemq; D rerum universarum Domini pariter ac molitoris cognitio, hominum animis cœpit solis instar illucescere. Et qvidem, statim post ejus adventum & Dæmonum interitus celebratos esse, & egregia illa totqve pridem jactata seculis oracula conticuisse, jamjam ostendemus. Sed qvoniam demonstratum jam a nobis est, post Evangelicæ doctrinæ propagationem, tum demum nefariam illã & omni crudelitate teterrimam, qvæ apud omnes olim populos gentesqve regnabat, immolandorum hominum consvetudinem penitus abrogatam esse; abs re non fuerit, qvemadmodum ab illo tempore, non diabolicæ modo superstitionis ritus, sed etiam distracti qvondam ac multiplices Gentium Principatus extincti sublatiqve sint, hoc loco subjungere. Nam in oppidis antea pagisqve fere singulis Reges, Tyranni, To-

Animorum dissidia per Evangelicā doctrinam sublata.

ΙΚΑΝΑ μὲν καὶ τὰ προπαρατεθέντα συστῆσαι ἦν, ὅτι μὴ θεοί, μηδ' ἀγαθοὶ δαίμονες, πᾶν δ' τοὐναντίον ὑπῆρχον οἱ παρὰ τοῖς ἔθνεσι, κατά τε πόλεις καὶ χώρας ὡς θεοὶ τετιμημένοι. λείπει δὲ ἐκ περιουσίας τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ἔτι μᾶλλον βεβαιώσασθαι, πλείοσι καὶ δαψιλεστέροις ἐλέγχοις τῆς τούτων ἀποδείξεως, τὴν διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας προξενηθεῖσαν ἅπασιν ἀνθρώποις ἐλευθερίαν τῶν πάλαι κακῶν ἐκφαινούσης. Ἄκουε τοιγαροῦν αὐτῶν Ἑλλήνων ὁμολογούντων ἐκλελοιπέναι αὐτῶν τὰ χρηστήρια, οὐδ' ἄλλοτέ ποτε ἐξ αἰῶνος, ἢ κατὰ τοὺς χρόνους τῆς σωτηρίου καὶ Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας, D τὴν ἑνὸς θεοῦ καὶ Σωτῆρος Χριστοῦ πλατυνθείσης ἐν γῇ, φωτὸς δίκην πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνατειλάσης. αὐτίκα γοῦν μάλα ὅσον οὐδέπω παραστήσομεν, ὡς ἄρα μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ, καὶ θάνατοι τῶν δαιμόνων ἱστορήθησαν καὶ τὰ θαυμαστὰ καὶ πάλαι βοώμενα χρηστήρια διαλελοίπασιν. ἤδη δὲ καὶ πρότερον ἀποδέδεικται, ὅτι δὴ παῦλαν κακῶν οὐδ' ἄλλοτέ πω πρότερον, ἢ μετὰ τὴν Εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν εἰλήφασιν αἱ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὠμῶς καὶ ἀνηλεῶς ἐπιτελούμεναι τότε ἀνθρωποθυσίαι. Οἷς ἐπὶ τοῦ παρόντος προσθεῖναι καλὸν, ὅτι μὴ μόνον ἐξ ἐκείνου τὰ τῆς δαιμονικῆς ἀπέσβη δεισιδαιμονίας· ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς τῶν ἐθνῶν πολυαρχίας. σχεδὸν γὰρ κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ κώμην βασιλεῖς καὶ Τυράννους, τοπάρχας V. Not. 1

τε καὶ δυνάστας τὸ παλαιὸν ἦν ὁρᾶν, ἐθναρχίας τε καὶ πολυαρχίας, δι᾽ ἃς ἐπὶ τοὺς κατ᾽ ἀλλήλων πολέμους συνεχῶς ὁρμῶντες, δῃώσεις χωρῶν καὶ πόλεων πολιορκίας, ἀνδραποδισμούς τε καὶ αἰχμαλωσίας τῶν πλησιοχώρων ἀεὶ καὶ διαπαντὸς ἐνήργουν, πρὸς τῶν οἰκείων δαιμόνων ἐπὶ τὸν κατ᾽ ἀλλήλων πόλεμον ἐξοιστρούμενοι. ὧν οὕτως ἐχόντων, ἐν ὁποίᾳ τότε συγχύσει κακῶν, συμφορῶν τε ἐπαλλήλων, ὁ πᾶς ἐνέχητο βίος, καὶ αὐτῷ σοι παραλείπω σκοπεῖν. Τούτων δὴ οὖν ἀθρόως ἁπάντων ὁμοῦ σὺν τῇ πολυθέῳ πλάνῃ ἐκποδὼν μεταστάντων, οὐκ ἄλλοτε, ἢ μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν· πῶς οὐ χρὴ τὸ μέγα μυστήριον τῆς ἀληθῶς σωτηρίου καὶ εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως ὑπερθαυμάζειν; δι᾽ ἧς ἀθρόως κατὰ πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων οἰκουμένην, προσευκτήρια καὶ ναοὶ τῷ παμβασιλεῖ καὶ δημιουργῷ καὶ μόνῳ τῷ ἁπάντων θεῷ, ἔν τε πόλεσι καὶ κώμαις, βαρβάρων τε ἐθνῶν ἐν ἐρημίαις ἀφιερωμένα συνέστη, βίβλοι τε καὶ ἀναγνώσματα, μαθήματά τε παντοῖα καὶ διδασκαλίαι, περὶ τὸ εἰς ἄκρον ἀρετῆς καὶ τρόπου τοῦ κατὰ τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν παραγγέλματα περιέχουσαι, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξί, καὶ παισὶν εἰς ἐπήκοον παραδέδονται. νεκρὰ δὲ τὰ ἀπὸ δαιμόνων πάντα χρηστήριά τε καὶ μαντεύματα. οὐδέ τις εἰς τοσοῦτον ἀνθρώπων μέμηνε νῦν, ἐξ οὗπερ εἰς πάντας φωτὸς δίκην ἐξέλαμψεν ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἔνθεος καὶ εὐαγγελικὴ δύναμις, ὡς τολμᾶν τῷ τοῦ φιλτάτου φόνῳ, καὶ ταῖς δι᾽ ἀνθρωποθυσιῶν σφαγαῖς, τὰ φονικὰ καὶ φίλαιμα, καὶ μισάνθρωπα δαιμόνια ἐξιλεοῦσθαι· οἷα πρότερον τοῖς πάλαι σοφοῖς τε καὶ βασιλεῦσι δαιμονῶσιν ὡς ἀληθῶς φίλον ἦν. περὶ δὲ τοῦ μηκέτι δύνασθαί τι καὶ ἰσχύειν τοὺς φαύλους δαίμονας, μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς ἀνθρώπους πάροδον, καὶ αὐτὸς ὁ καθ᾽ ἡμᾶς τῶν δαιμόνων προήγορος, ἐν τῇ καθ᾽ ἡμῶν συσκευῇ τοῦτόν που λέγων μαρτυρεῖ τὸν τρόπον. Νυνὶ δὲ θαυμάζουσιν, εἰ τοσούτων ἐτῶν κατείληφε τὴν πόλιν ἡ νόσος, Ἀσκληπιοῦ μὲν ἐπιδημίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν μηκέτ᾽ οὔσης. Ἰησοῦ γὰρ τιμωμένου, οὐδεμιᾶς τις θεῶν δημοσίας ὠφελείας ᾔσθετο. Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς ὁ Πορφύριος. εἰ δὴ οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὁμολογίαν, Ἰησοῦ τιμωμένου, οὐδεμιᾶς τις θεῶν δημοσίας ὠφελείας ᾔσθετο τὸ μηκέτ᾽ οὔσης μήτ᾽ Ἀσκληπιοῦ ἐπιδημίας τε,

pag. 107.

Aparchæ ac Dynastæ, adeoq; Gentium variî ac distincti Dominatus vulgo cernebantur, qvorum ambitione cum homines mutuis se se bellis perpetuisq; vexarent, tum regiones etiam urbesq; diriperent, atq; assidue vicinos circum populos in servitutem abducerent, familiarium utiq; & intestinorum Dæmonum stimulis in ejusmodi pugnas & dimicationes concitati. Qvæ cum ita se haberent, cujusmodi tandem malorum & conferrarum calamitatum perturbatione hominum vita jactaretur, æstimandum tibi ac statuendum relinqvo. Eadem vero, cum post nostri demum Servatoris adventum cum illo multiplicium Deorum errore uno velut agmine profligata fuerint, quis non jure magnum hoc vere salutaris & Evangelicæ demonstrationis mysterium summa cum admiratione suspiciat, per quam & tantam orbe passim universo per urbes, atq; pagos, imo Barbarorum etiam ac Gentium solitudines Oratoriorum ac Templorum præpotenti rerum omnium Regi, Architecto, solique Deo dicatorum multitudinem videam⁹: & librorum, lectionum, doctrinarum, qvibus perfectæ cumulatæq; virtutis, morumq; ad veram pietatem ac religionem conformandorum accommodata non modo viris, sed etiam mulieribus ac pueris præcepta tradantur, infinitam omnis generis copiam habeamus? Adde emortua penitus Dæmonum oracula & vaticinia conticuisse: Adde, ex qvo divina hæc & Evangelica Assertoris nostri virtus radiis suis hominum genus omne lucis instar illustravit, eo jam usq; amplius furere neminem, ut carissimi cujusqve sangvine, hominumq; jugulatorum sacrificiis, illos cædis & cruoris avidos, & infestissimos humano generi Dæmones placare conetur: qui tamen ritus omnium olim sapientium atq; Regum, qvos Dæmonis utiq; furor agebat, animos occuparat. Et vero pessimorum Dæmonum, ex qvo hominum societatem Servator noster inierit, vim ac potestatem amplius nullam esse, vel ipsemet Porphyrius, magnus ætatis nostræ Dæmonum patronus, in eo, qvod adversus nos conscripsit, volumine his verbis testatum reliqvit. Et nunc mirum, inqvit, ulli videatur, civitatem hoc morbo tot jam annos conflictari, cum Æsculapius cæteriqve Dii hominum sese consvetudini consortioqve subduxerint? Ex qvo enim JESUS coli cœptus est, communem ac publicam Deorum opem nemo sensit. Hæc ille verbis totidem. Si ergo vel istius confessione, nihil, ex qvo Jesum colere cœperunt, communis ac publicæ Deorum opis qvisqvam expertus est, Æsculapio simul ac reliqva

Iesus Deorum turbam exterminavit.

numinum turba ex hominum societate summota: unde tandem vana de illis tanqvam de Diis aut Heroibus subrepsit opinio? Quidni enim potius Æsculapii cæterorumq; vis Deorum, Jesu potestatem ac numen evertit? Enimvero, si homo ille tantum est, ut ipsi garriunt, morti obnoxius; (impostorem forte ac circulatorem etiam addiderint) hi contra Servatores ac Dii; qvi fieri potuit, uti fugam simul omnes cum Æsculapio capesserent, mortaliq; homini, quiq; nullus, ut blaterant, omnino jam sit, non terga darent ipsi modo, sed etiam humanum genus quasi vinctum deinceps constrictumq; traderent universum? At vero Jesus ille noster, hoc ipso sane, quod etiam post obitum inter omnes populos nominis sui cultum quotidie propagare pergit, clarissimum vereq; divinum iis, qui modo intueri possunt, vitæ post mortem suæ objicit argumentum. Ille igitur, unus ipse cum sit, atq; ut suspicari quis forte qveat, plane solus, immensam illam tot Deorum toto qvondam orbe dominantium multitudinem exterminat, eaq; potestate ipsorum honorem & cultum contemptui ludibrioq; subjicit, ut nec ulli amplius Dii sint, nec virium quicquam habeant, nec usquam vel leviter appareant, nec in civitatum conventus, ut olim, sese amplius inferant, ut pote qui non Dii, sed mali Dæmones essent: contra vero Christi unius duntaxat, ejusq;, a qvo missus est, Dei rerum omnium præpotentis veneratio magis in dies ac magis augeatur, novaq; cum accessione dignitatis, radices in populorum omnium mentibus agat altiores. Oportebat utiq; Deos illos potius, si qvi rerum humanarum vere curam haberent, nascentem illius errorem, si quis existebat, funditus extirpare, opis vero auxiliiq; sui liberalem ac prolixam omnibus copiam facere. Atqvi id conati quidem sæpissime illi sunt, cum varios variis temporibus Imperatores ad Servatoris nostri doctrinam viribus omnibus oppugnandam inflammarent. Sed inani plane irritoq; conatu, quod divinum illud Assertoris nostri Numen illustrem semper ex omnibus victoriam reportarit, cunctosq; pessimorum Dæmonum adversus doctrinam suam impetus dissiparit, imo Dæmones etiam ipsos, qvi vere improbi Dæmones cum essent, falso tamē pro Diis bonisq; Dæmonibus habebantur, expulerit.

A μήτε τῶν ἄλλων θεῶν; πόθεν δὴ λοιπὸν τὸ ὡς περὶ θεῶν καὶ ἡρώων περὶ αὐτῶν δόγμα; τί γὰρ οὐχὶ μᾶλλον τὰ Ἀσκληπιοῦ καὶ τῶν θεῶν κρατεῖ τῆς Ἰησοῦ δυνάμεως; εἰ δὴ ὁ μὲν θνητός, ὡς ἂν φαῖεν, ἄνθρωπος· τάχα δ' ἂν εἴποιεν ὅτι καὶ πλάνος· οἱ δὲ σωτῆρες καὶ θεοί· πῶς οὖν πάντες ἀθρόως αὐτῷ Ἀσκληπιῷ πεφεύγασι, τὰ νῶτα τῷ θνητῷ, καὶ πᾶσαν ἑξῆς ὑποχείριον τὴν ἀνθρωπότητα τῷ μηκέτ' ὄντι, ὡς ἂν εἴποιεν

B αὐτοί, παραδεδωκότες; ὁ δὲ καὶ μετὰ θάνατον παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ὁσημέραι διαιωνίζει τιμώμενος, ἄντικρυς τῆς μετὰ θάνατον ζωῆς τὸ ἐναργὲς καὶ ἔνθεον τοῖς οἵοις τε συνορᾶν ἐπιδεικνύμενος. ἀλλὰ καὶ εἷς ὤν, καί, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, μόνος, τὸ πλῆθος τῶν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην θεῶν ἐλαύνει καὶ τάς γε τιμὰς αὐτῶν ἀθετῶν κρατεῖ, ὡς τοὺς μὲν θεοὺς μηκέτ' εἶναι, μηδ' ἐνεργεῖν, μηδέ που παραφαίνεσθαι, μηδὲ συνήθως ταῖς

C πόλεσιν ἐπιδημεῖν, ὅτι μὴ θεοί, δαίμονες δ' ἦσαν πονηροί· μόνου δὲ αὐτοῦ, καὶ τοῦ καταπέμψαντος αὐτὸν Θεοῦ τῶν ὅλων αὔξειν ὁσημέραι τὰς τιμάς, καὶ εἰς μεῖζον δ' ἐξεταῖς καθ' ὅλης τῆς ἀνθρωπότητος ἐπιδιδόναι. δέον ἔμπαλιν τοὺς μὲν θεούς, εἰ δή τινες ὄντως ἦσαν τῶν ἐπὶ γῆς κηδεμόνες, τοῦ μὲν ἄρδην μεταστήσασθαι τὴν πλάνην, εἰ ἄρα τις ἦν· αὐτοὺς δὲ τὰς ἐξ αὐτῶν θεραπείας τε καὶ ὠφελείας ἀφθόνως τοῖς πᾶσιν ἐμπαρέχειν. Νυνὶ

D δὲ τοῖσδε καὶ τοῦτ' ἐπικεχείρηται μὲν πολλάκις, διὰ τῶν κατὰ χρόνους ἀρχόντων, τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν κραταιότατα πολεμησάντων διδασκαλίαν. ἄπρακτον δ' ὅμως εὕρατο τῆς ἐγχειρήσεως τὸ τέλος, ὑπερνικώσης τοὺς πάντας ἀεὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνθέου δυνάμεως, pag. 108 καὶ πάσας τὰς κατὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τῶν πονηρῶν δαιμόνων ἐπαναστάσεις καθαιρούσης, αὐτούς τε ἐλαυνούσης· δαίμονας μὲν ἀληθῶς φαύλους ὄντας, ψευδῶς δὲ νενομισμένους εἶναι θεούς, ἢ καὶ ἀγαθοὺς δαίμονας.

ΤΙΣ

A

β.

ΤΙΣ Ο ΤΡΟΠΟΣ ΤΗΣ ΔΑΙΜΟΝΙ-κῆς ἐνεργείας.

ΟΙ ΔΕ γοῦν περίγειοί τινες ὄντες καὶ καταχθόνιοι, τόν τε ἐπὶ γῆς βαρὺν καὶ ζοφερὸν ἀέρα περιπολοῦντες, καὶ τὸ σκότιον καὶ γεῶδες οἰκητήριον ἔχειν κατακεκλειμένοι, δι' ἃς ὕστερον ἀποδώσομεν αἰτίας· τάφοις νεκρῶν καὶ μνήμασι, καὶ πάσῃ τῇ μυσαρᾷ καὶ ἀκαθάρτῳ ὕλῃ φιλοχωροῦντες, αἵμασί τε καὶ λύθροις, καὶ παντοίων ζώων σώμασι, τῇ τε ἐκ τῶν ἀναθυμιωμένων, καὶ ἀπὸ τῆς γῆς ἐξατμιζομένων ἀναδόσει χαίροντες· οἵ τε τούτων ἄρχοντες ἀέριοί τινες ὑπάρχοντες, ἢ καὶ καταχθόνιοι δυνάμεις, ἐπεὶ κατέμαθον τὸ ἀνθρώπινον γένος κάτω που περὶ νεκρῶν ἀνδρῶν θεοποιΐαν ἰλυσπώμενον, θυσίαις τε καὶ κνίσαις, ταῖς δὴ μάλιστα αὐτοῖς κεχαρισμέναις διὰ πάσης σπουδῆς ἐκπονούμενον, ἐνθένδε ἔφεδροι, καὶ συνεργοὶ τῆς πλάνης παρῆσαν, τοῖς τῶν ἀνθρώπων κακοῖς ἐπεντρίβοντες, καὶ τοὺς ἠλιθίους, καὶ τὰς ψυχὰς εὐχερεῖς ἀπατῶντες κινήσεσί τισι τῶν ξοάνων, ἃ δὴ ἐπὶ τιμῇ τῶν κατοιχομένων ἀνδρῶν πρὸς τῶν παλαιῶν ἀφιέρωται, καὶ ταῖς διὰ χρησμῶν φαντασίαις, θεραπείαις τε σωμάτων, ἃ διὰ τῆς οἰκείας αὐτῶν δαιμονικῆς ἐνεργείας ἀφανῶς αὐτοὶ λυμαινόμενοι, πάλιν οἱ αὐτοὶ διὰ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀνέσεως ἐλευθέρους τῶν παθῶν ἠφίεσαν. δι' ὧν ἔτι μᾶλλον κατὰ κρημνῶν ἔφερον τοὺς δεισιδαίμονας, ὡς αὐτοὺς εἶναι νομίζειν, ποτὲ μὲν οὐρανίους δυνάμεις, καί τινας ἀληθῶς θεούς. ποτὲ δὲ τὰς τῶν τεθεοποιημένων ἡρώων ψυχάς. ἐντεῦθεν γοῦν ἤδη μείζων τις καὶ σεμνοτέρα τοῖς πολλοῖς εἶναι ἐνομίζετο ἡ τῆς πολυθέου πλάνης ὑπόληψις, μεταβαινούσης τῆς διανοίας ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὸ ἀφανὲς τῶν ἐγκρυπτομένων τοῖς ξοάνοις, καὶ τὴν πλάνην κραταιότερον ἐπικυρούσης. οὕτω δῆτα λοιπὸν οἱ περίγειοι δαίμονες, οἵ τε ἀμφὶ τὸν ἀέρα κοσμοκράτορες, καὶ τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, οἵ τε ἐπὶ πᾶσιν αὐτοῖς τῆς κακίας * ἐξάρχων θεῶν οἱ μέγιστοι παρὰ τοῖς πᾶσιν ἐνομίζοντο· ἥ τε τῶν πάλαι νεκρῶν μνήμη τῆς μείζονος ἠξιοῦτο θεραπείας. ὧν τὰς μὲν τῶν σωμάτων

* [illegible]

II.

QVÆNAM DÆMONUM IMposturæ ratio fuerit.

ENIMVERO cum circa graviorem hunc, qui a terra proxime abest, & caliginosum aërem, ut pote omnino terreni volutarentur, atq; ad tenebricosum hoc & terrestre domicilium, ob eas, quæ paulo post a nobis afferentur, causas damnati essent; adeoqve ad tumulos, busta, ac reliqvam id genus funestam impuramqve materiam adhærescerent, & sanguine ac sanie, omnisqve generis animantium corporibus, nec non rerum odoratarum suffitu ac vapore delectarentur; simulqve eorum Principes, sive aërias quasdam, sive terrenas potestates vocare malis, cum genus humanum indignissima hominum mortuorum consecratione occupatum, sacrificiis ac nidore carnium, quibus isti rebus tantopere delectantur, omni studio vacare animadverterent: illico præsto adesse, fovendo errori operam navare suam, hominum malis incumbendo, ac stolidos facilesqve animos nescio quibus simulacrorum, quæ veteres in defunctorum honorem consecrarant, motibus in fraudem inducendo. Quibus & oraculorum speciem, & curationum inanem fucum addebant, cum illa ipsa corpora, qvæ occulta vi male torqvebant, iidem remotis maleficiis omni postmodum vexatione liberarent. Atqve hæc sunt, qvibus homines adeo præcipites agebant, ut eos modo cœlestes quasdam esse Virtutes, modo vera Numina, interdum etiam Heroum illorum animos putarent, qvos Deorum in loco numeroqve posuissent. Nam ita demum plerisqve sane paulo honestior & illustrior erroris hujus, Deorum multitudinem invehentis, species fore videbatur, cum a rebus istis, quæ sub aspectum cadunt, ad ignotam & obscuram eorum, qui in simulacris delitescebant, naturam cogitatio traduceretur, sicqve novum superstitioni robur adjungeret. Hac via terreni Dæmones, quiqve hunc Aërem insidebant Mundi principes, ac spiritalia neqvitiæ, qviqve cæteris ad improbitatem ac malitiam omnem præibant, summorum sibi numinum opinionem apud omnes compararunt. Quo factum, ut hominum sensu pridem vitaqve carentium memoria prolixioribus officiis coleretur, cum eorum & corporis

ſpeciem imaginum per urbes conſecratarum figuræ repræſentare viderentur, & animos ac divinas incorporeasq; virtutes multa præſtigiarum vi peſſimi Dæmones mentirentur. Adde porro, qvi eorum ſeſe religionibus ſacriſq; devoverant, novam in dies atq; ampliorem vanæ ſuperſtitionis pompæ ſpeciem addidiſſe, ac veteratoriis maleficisq; artibus fucum paſſim hominibus fraudemq; feciſſe. Qvas etiam ad res cultoribus clientibusq; ſuis facem improbi Dæmones præferebant, quos utiq; faſcinationis illius, qvæ malorum omnium caput fuit, qvæq; humanum gen⁹ pervaſit univerſum, artifices extitiſſe ſuperiori diſputatione oſtendimus.

A ἰδέας οἱ τῶν κατὰ πόλεις ἀφιερωμένων εἰκόνων φέρειν ἐδόκουν τύποι· τὰς δὲ ψυχὰς καὶ τὰς ἐνθέους καὶ ἀσωμάτους δυνάμεις οἱ φαῦλοι δαίμονες καθυπεκρίνοντο διὰ πολλῆς τῆς τερατοποιΐας· καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν θεραπευόντων καὶ ἱερωμένων αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀεὶ τὸν ἐκ τῆς φαντασίας τῦφον ἀπαγόντων, καὶ δὴ καὶ γοητικαῖς κακοτεχνίαις τὰ πολλὰ σκευαζομένων, τῆς καὶ τύπον διδασκαλίας αὐτῶν πάλιν τῶν φαύλων δαιμόνων τοῖς θεραπεύουσι προκατάρ-
B ξάντων· οἵ γε γοῦν καὶ τῆς ἀρχεκάκου γοητείας in. del. παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ κατέστησαν αἴτιοι, ὡς πρόσθεν ὁ περὶ τούτου διήλεγξε λόγος.

III.

VARIAS AC MULTIPLICES Græcorum adverſus Deos ſuperſtitionis ſectas fuiſſe.

γ.

ΟΤΙ ΠΟΛΥΣΧΙΔΗΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥγνώμων ἡ περὶ θεῶν τοῖς Ἕλλησι συνέστη δεισιδαιμονία.

ERGO tam ſcelerati iſti ac Terrarum accolæ Dæmones, quam vel Aërii vel terreni Spiritus, quos Mundi Rectores, ac Spiritales neqvitiæ Principatus atq; Poteſtates divinæ literæ nuncupant, cum modo bonorum Geniorum perſonam vultumq; ſimularent, modo Cœleſtium etiam Deorum, aut Herowm ſpeciem ac formam induerent, adeoqve rebus ipſis neqvitiæ ſuæ ſpecimen palam ipſi nonnunqvam atq; aperte oſtenderent: nihil profecto mirum, ſi multiplex hominum ſeſe animis altius in dies error inſereret: cum eos alii Deos, Heroas ſeu Dæmonas alii, Deos vero neqvaqvam eſſe faterentur, ac Dæmonum ipſorum alios bonos ſpecioſo nomine, alios contra peſſime appellarent, ſic tamen ut nefarios etiam illos, ad amoliendam eorum vexationem, conciliari placariq; vellent. Itaq; fictam illam Numinum molitionem plures in claſſes diviſam ac ſectam habuere. Prima ſiderum illorum eſt, qvæ cernuntur in Cœlo, qvos etiam principes omnium θεοὺς, Deos, partim a verbo θέειν, hoc eſt currere, partim ab altero θεωρεῖν, qvod eſt ea, qvæ ſub aſpectum cadunt, contemplari, cujus contemplationis auctores ii ſint, nominatos eſſe dictitant. Ad ſecundam pertinent, qui ſuis, ut qvidem ajunt, in humanum genus meritis id ſunt honoris conſequuti, quos humano ſangvine ſatos fatentur ipſi quoque, dum ſuos illos Heroas, uti vocant, Herculem, Tyndaridas, Bacchum, & reliquos id genus producunt, Barbarorum ore cultuqve celebratos.

Septem profanorum Deorum claſſes.

C ΤΟΥΤΩΝ τοιγαροῦν τῶν μοχθηρῶν καὶ περιγείων δαιμόνων, τῶν τε αἰθερίων καὶ καταχθονίων πνευμάτων, οὓς κοσμοκράτορας, καὶ πνευματικῆς πονηρίας ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας οἱ θεῖοι λόγοι προσαγορεύουσι, τοτὲ μὲν εἰς ἀγαθοὺς δαίμονας ὑποκρινομένων, τοτὲ δὲ εἰς οὐρανίους θεοὺς σχηματιζομένων, καὶ πάλιν ἄλλοτε εἰς Ἥρωας μεταμορφουμένων, ἔστι δ᾽ ὅτε ἄντικρυς διὰ τῶν δρωμένων τῆς μοχθηρίας τὸ δεῖγμα παραφαινόντων· εἰκότως πολὺς ὁ πλάνος ἀνθρώποις ἔτι μᾶλλον ἐπῄει, τῶν μέν, θεοὺς εἶναι, τῶν δέ, Ἥρωας καὶ
D δαίμονας, ἀλλ᾽ οὐ θεοὺς ὑπάρχειν ὁμολογούντων· καὶ τῶν δαιμόνων, τοὺς μὲν ἀγαθοὺς ἐπιφημιζόντων· τῶν δὲ φαυλότατα ἀποκαλούντων, πλὴν ἀλλὰ δεῖν φασκόντων καὶ τοὺς φαύλους ἐξιλεοῦσθαι, διὰ τὰς ἐξ αὐτῶν βλάβας. ὥστε καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῖς θεοποιΐαν εἰς εἴδη πλείονα καταπίπτειν. πρῶτον μὲν τὸ ἐκ τῶν φαινομένων κατ᾽ οὐρανὸν φωστήρων, οὓς καί φασι διὰ τὸ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν, διά τε τὸ αἰτίους εἶναι τοῦ θεωρεῖν τὰ ὁρώμενα, πρώτους θεοὺς ἀνηγορεῦσθαι. δεύτερον, τὸ διὰ τὰς εἰς τὸν κοινὸν βίον, ὥς φασιν, εὐεργεσίας ἐκτετιμημένων, οὓς δὴ ἐξ ἀνθρώπων γεγενῆσθαι καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι, τοὺς καλουμένους Ἥρωας παραφέροντες, Ἡρακλέα καὶ Διοσκούρους, Διόνυσόν τε καὶ τοὺς παρὰ τοῖς βαρβάροις ὁμοίους.

ἐξ ὧν ἀφορίσαντες καὶ διαστειλάμενοι τὰ περὶ τῶν αὐτῶν αἰσχρότερα μνημονευόμενα, τρίτον εἶδος θεοποιΐας ὑπέθεντο, μυθικὸν αὐτὸ ἐπικαλέσαντες. ὃ δὴ ἐπαισχυνθέντες, καίπερ ἀληθὲς καὶ παλαιότατον τυγχάνον, ἐπὶ τὸ φυσικώτερον, ὥς φασι, μεταβεβλήκασι τροπικωτέραις ἀλληγορίαις, θεωρίας δή τινας αἱρεσιλογήσαντες. ἀλλ' οὐδ' εἰς τοῦτο πλάνης αὐτοῖς ἀπήρκει μετιέναι. ἤδη δὲ καὶ μέχρι τῶν οἰκείων παθῶν, τὸ σεβάσμιον καὶ προσκυνητὸν ὄνομα τοῦ θεοῦ καταβαλόντες, τέταρτον θεοποιΐας προσεπενόησαν τρόπον, οὐδ' ἀντιρρήσεως ἄξιον, τῷ καὶ αὐτὸν προφανὲς ἐπάγεσθαι τὸ αἶσχος. εἰ δή τινα Ἔρωτα καὶ Ἀφροδίτην καὶ Πόθον, τὰς αἰσχρὰς καὶ ἀκολάστους αὐτῶν ἐπιθυμίας, θεοὺς ἀνειπόντες· καὶ τὸν μὲν λόγον, Ἑρμῆν, τὸν δὲ λογισμὸν, Ἀθηνᾶν ἐπονομάσαντες· καὶ ταῦτα τῇ οἰκείᾳ παρειλήφασι θεολογίᾳ, ὡς καὶ τὸ πέμπτον ἐκ τῶν ἐν ἀνθρώποις γινομένων πραγμάτων ἀναπλασάμενοι. τὰς γὰρ ἐνεργείας τάς τε πολεμικὰς, καὶ τὰς τεχνικὰς ἀνειδωλοποιήσαντες, θεοῖς ἀπένειμαν· Ἄρει μὲν καὶ Ἀθηνᾷ, τὰς πολεμικὰς, Ἡφαίστῳ δὲ καὶ ποσὶν ἑτέροις, τὰς τεχνικάς. ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἕκτον καὶ ἕβδομον εἶδος αὐτοῖς τὸ δαιμονικὸν παρεισήχθη, πολύτροπον ἀληθῶς τυγχάνον καὶ πολύμορφον, τοτὲ μὲν θεοὺς ὑποκρινόμενον, τοτὲ δὲ ψυχὰς τεθνηκότων· καὶ μηδὲν μὲν εἰς ἀρετὴν ψυχῆς συμβαλλόμενον, ἐπιτωθάζον δὲ ἀεὶ, καὶ κατὰ κρημνῶν φέρον διὰ τῆς ἀπατηλοῦ πλάνης πάντα τὸν δεισιδαίμονα. ὃ καὶ αὐτὸ δι' ὅλου φαῦλον ὂν, εἰς δύο διελόντες, εἴς τε τὸ βλαπτικὸν, καὶ εἰς τὸ ὠφελοῦν, ἀγαθῶν καὶ φαύλων αὐτοῖς τεθείκασι προσηγορίας. ὧν οὕτως ἐχόντων, ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ, τὰ μηδ' ἀντιρρήσεως δεόμενα παρεκθεμένους, τὸν περὶ τῆς δαιμονικῆς ἐνεργείας ἀκόλουθον συνιδεῖν λόγον· ὃν ἐκ μέρους προθεωρήσαντες ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι, τὰ λείποντα νῦν ἀποπληρώσομεν. Φέρ' οὖν, ἤδη λοιπὸν ἐπ' αὐτὰς χωρήσωμεν τὰς ἀποδείξεις. θήσω δὲ πρώτας τὰς ἀπὸ τῆς Πλουτάρχου γραφῆς, ἣν πεποίηται περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, ἔνθα περὶ τοῦ πονηρῶν δαιμόνων εἶναι τὰ παρὰ τοῖς ἔθνεσι μαντεῖά τε καὶ χρηστήρια, τόνδε γράφει τὸν τρόπον.

A Quorum ex grege sepositis ac seclusis iis, qvæ majore de illis cum infamia probroqve ferebantur, tertium nobis divinitatis genus invexere, quod fabulosum ipsi nuncuparunt. Idem tamen, quod nimium sibi pudoris afferret, verum licet ac vetustissimum, ad rerum naturalium rationes, ut loqvuntur, allegoriis morum doctrinæ conjunctioribus, & artibus philosophandi novis traducere sunt ac detorqvere conati. Qvanqvam ne hoc quidem erroris in gradu sistere potuerunt. Jam enim ad proprias etiam cupidi- B tates venerandum illud, omniq; dignum honore Dei nomen abjecerunt: quarta insuper Divinitatis conficta specie, quam ne confutatione quidem dignam existimo, qvod suam ipsamet turpitudinem præ se ferre, atq; omnium in oculis defigere videatur. Qvippe, flagitiosis illi suis profligatisq; libidinibus, Amoris nescio cujus, Veneris, & Cupidinis quasi Deorum quorundam nomen indidere. Ac vim dicendi quidem, Mercurium, disserendi vero, Minervam appellarunt, simulq; suam ejusmodi qvoq; rebus Theologiæ rationem assignantes, quintum ex iis, C qvæ hominum in vitam incurrere solent, genus conflaverunt. Res enim non modo bellicas, sed etiam communium ac vulgarium artium proprias Diis quibusdam attribuunt, Marti qvidem illas ac Minervæ, Vulcano autem atq; aliis quibusdam cæteras. Qvibus omnibus sextum illi septimumq; genus addiderunt, quod totum Dæmonem est, varium profecto ac multiplex, atq; ejusmodi, quod cum modo Numinum, modo Manium speciem induat, tum vero nihil ad virtutem animi conferat, sed potius homini su- D perstitione semel obligato nunquam non illudat, & continuis eum dolis ac fraudibus in præceps agat. Idem porro, licet omni ex parte sceleratum, duas in species, perniciosorum alteram, alteram benigniorum divisere; ac prioribus malorum, bonorum vero posterioribus nomen indidere. Qvæ cum ejusmodi sint, id mihi nunc agendum video, ut prætermissis iis, quæ sua sponte concidunt, institutam de vi artibusq; Dæmonum disputationem perseqvar, qvamq; libro superiore jam affeci, hoc deniq; pertexam. Age itaq;, atq; ad certas (qvod unum superest) vanitatis hujus coarguendæ rationes veniamus. Mihi vero, Plutarchi ante cæteros auctoritatem urgere visum est, ex eo, qvem de exhausta oraculorũ vi scripsit, libello repetitam. Ubi quicquid usquam vaticiniorum apud Gentes atq; oraculorum fuit, improbis Dæmonibus assignat, in eum, qui sequitur, modum. Cap. IV.

IV. A δ.

QVICQVID VATICINIORUM atq; Oraculorum apud Gentes fuit, improborum Dæmonum opus fuisse.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΝΗΡΩΝ ΔΑΙΜΟνων εἶναι, τὰ παρὰ τοῖς ἔθνεσι μαντεῖά τε καὶ χρηστήρια.

EQVIDEM eorum qvoq; probandam inqvit, orationem existimo, qui Philosophorum nationem a Platone, quod Elementum illud, qvam Materiam ipsi vocant, qualitatum earum, quæ subinde generantur receptaculum invenisset, plurimis iisq; maximis difficultatib⁹ liberatam esse dixerunt. B Cæterum plures adhuc easdemq; graviores ab iis mihi solutas esse persvadeo, qui Dæmonum genus Deos inter atq; homines medium posuerunt, eorumq; vi societatem communionemq; nostram uno qvasi vinculo contineri & colligari voluerunt: sive Zoroastris Magi hæc primum sententia fuerit, sive ex Thracia Orpheo duce, sive ex Ægypto aut e Phrygia ad nos usq; permanarit. Qvam ipsius originem verisimilem efficit, ea qvam regionis utriusq; sacris admixtam videmus, solennium rituum ac ceremoniarum, funera luctusq; simulantium multitudo. C Jam apud Græcos Homerus utroq; nomine promiscue abusus videtur, Deosq; nonnunqvã ipsos Dæmones appellavit. At Hesiodus omnium sane princeps enucleate ac distincte qvatuor eorum, quæ ratione prædita sunt, genera posuit, Deos, tum Dæmones, Heroas deinde, ad extremum homines: ex quibus suam illam postea mutationem excogitavit, ut aureum quidem genus plures in Dæmones eosq; bonos, semidei vero in Heroas distracti ac veluti secreti fuerint. Qvib⁹ ita subjungit, D Qvanqvam nihil est, inquit, qvamobrem hac in parte cum Demetrio contẽdam⁹. Nam sive aliqvanto longius, sive brevius sit temporis intervallum, sive cõstitutum idem ac certum, sive etiam incertum habeatur, qvo Dæmonis animus, Heroisq; vita mutationem istam subeant; nihilo secius, quod unum ipse vult, gravium atq; antiqvorum testium auctoritate conficiet, naturas qvasdã esse DEOS inter hominesque medias, quæ mortales interdum affectiones, ac necessarias mutationes patiantur, qvos profecto Dæmones more institutoqve majorum existimari a nobis, eoque nomine coli æqvum omnino fuerit. Tum quibusdam interjectis. Ego vero, sentire mihi non sine ratione videor, Responsis & Oraculis non jam DEOS præesse, quos ab

Quatuor genera ratione prædita rum ex Hesiodo.

Εὖ μὲν οὖν λέγουσι καὶ οἱ λέγοντες, ὅτι Πλάτων τὸ ταῖς γιγνομέναις ποιότησιν ὑποκείμενον στοιχεῖον ἐξευρών, ἣν ὕλην καλοῦσι, πολλῶν ἀπήλλαξε καὶ μεγάλων ἀπορειῶν τοὺς φιλοσόφους. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορείας, οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων θέντες, καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταυτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες· εἴτε Μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, εἴτε Θρᾴκιος ἀπὸ Ὀρφέως, ἢ αἰγύπτιος, ἢ Φρύγιος, ὡς τεκμαιρόμεθα, ταῖς ἑκατέρωθι τελεταῖς ἀναμεμιγμένα πολλὰ θνητὰ καὶ πένθιμα τῶν ὀργιαζομένων καὶ δρωμένων ἱερῶν ὁρῶντες. Ἑλλήνων δὲ, Ὅμηρος μὲν ἐπιφαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοὺς θεοὺς ἔστιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων. Ἡσίοδος δὲ, καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτον ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη· θεούς, εἶτα δαίμονας, εἶτα Ἥρωας, τὸ δ' ἐπὶ πᾶσιν, ἀνθρώπους. ἐξ ὧν ἔοικε ποιεῖν τὴν μεταβολήν, τοῦ μὲν χρυσοῦ γένους, εἰς δαίμονας πολλοὺς κἀγαθούς, τῶν δ' ἡμιθέων εἰς Ἥρωας ἀποκριθέντων. εἶθ' ἑξῆς φησιν, Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, οὐκ ἀναγκαῖον ἡμᾶς Δημητρίῳ διαφέρεσθαι. καὶ γὰρ κἂν πλείων ᾖ χρόνος, κἂν ἐλάττων, κἂν τεταγμένος, κἂν ἄτακτος, ἐν ᾧ μεταλλάττει δαίμονος ψυχὴ καὶ Ἥρωος βίος· οὐδὲν ἧττον, ἐφ' ᾧ βούλεται, δεδείξεται μετὰ μαρτύρων σοφῶν καὶ παλαιῶν, ὅτι φύσεις τινές εἰσιν ὥσπερ ἐν μεθορίῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, δεχόμεναι πάθη θνητὰ καὶ μεταβολὰς ἀναγκαίας, οὓς δαίμονας ὀρθῶς ἔχει κατὰ νόμον πατέρων ἡγουμένους καὶ ὀνομάζοντας σέβεσθαι. τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει. Τὸ μὲν οὖν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις μὴ θεούς,

» οἷς ἀπηλλάχθαι τῆς περὶ γῆν περιστήκον ἐστιν, A
» ἀλλὰ δαίμονας ὑπηρέτας θεῶν, οὐ δοκεῖ
» μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι. τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι
V. Not. τούτοις, μονονουχὶ * ῥᾳδίως λαμβάνον-
» τας ἐκ τῶν ἐπῶν τοῦ Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρ-
» τίας, καὶ ἄτας, καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπι-
» φέρειν, τελευτώσας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ
» ἀνθρώπων ὑποτίθεσθαι, θρασύτερον ἡγοῦ-
» μαι καὶ βαρβαρικώτερον. καὶ πάλιν
» προστίθησι τοῖς εἰρημένοις ταῦτα. Εἰσὶ γὰρ
» ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς δια- B
» φοραί, καὶ τοῦ παθητικοῦ καὶ ἀλόγου. τοῖς
» μὲν, ἀσθενὲς καὶ ἀμαυρὸν ἔτι λείψανον,
» ὡς περίττωμα· τοῖς δὲ, πολὺ καὶ δυσκατά-
» σβεστον ἔνεστιν. ὧν ἴχνη καὶ σύμβολα πολ-
» λαχοῦ θυσίαι τε καὶ τελεταὶ καὶ μυθολογί-
» αι σώζουσι καὶ διαφυλάττουσι διεσπαρμένα.
» καὶ περὶ μὲν τῶν μυστικῶν, ἐν οἷς τὰς με-
» γίστας ἐμφάσεις καὶ διαφάσεις λαβεῖν ἐστι, τῆς
» περὶ δαιμόνων ἀληθείας, εὔστομά μοι κεί-
» σθω καθ' Ἡρόδοτον. Ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας, C
» ὥσπερ ἡμέρας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπάς,
» ἐν αἷς ὠμοφαγίαι καὶ διασπασμοί, νηστεῖαι
» τε καὶ κοπετοί, πολλαχοῦ δὲ πάλιν αἰσχρο-
» λογίαι πρὸς ἱεροῖς, μανίαι τε ἄλλαι ὀρινό-
» μεναι ῥιψαύχενοι σὺν κλόνῳ, θεῶν μὲν οὐ-
» δενί, δαιμόνων δὲ φαύλων ἀποτροπῆς ἕνεκα
» φήσαιμ' ἂν τελεῖσθαι, παραμύθια τῆς πά-
» λαι ποιουμένης ἀνθρωποθυσίας. ἃς οὔτε θε-
» οὺς ἀπαιτεῖν, ἢ προσδέχεσθαι, πιθανόν
» ἐστιν, οὔτε μάτην ἂν ἐδέχοντο βασιλεῖς καὶ D
» στρατηγοί, παῖδας αὐτῶν ἐπιδιδόντες, καὶ
» καταρχόμενοι καὶ σφάττοντες· ἀλλὰ χαλε-
» πῶν καὶ δυστρόπων ὀργάς, καὶ βαρυθυμίας
» ἀφοσιούμενοι καὶ ἀποπιμπλάντες ἀλαλα-
» στόρων ἐνίοις δὲ μανικοὺς ἔρωτας, οὐ δυναμέ-
» νων οὐδὲ βουλομένων σώμασι καὶ διὰ σωμά-
» των ὁμιλεῖν. ἀλλ' ὥσπερ Ἡρακλῆς Οἰχαλίαν
» ἐπολιόρκει διὰ παρθένον, οὕτω πολλάκις
» ἰσχυροὶ καὶ βίαιοι δαίμονες ἐξαιτούμενοι ψυ-
» χὴν ἀνθρωπίνην περιεχομένην σώματι,
» λοιμούς τε πόλεσι, καὶ γῆς ἀφορίας ἐπά-
» γουσι, καὶ πολέμους καὶ στάσεις ταράττουσιν,
» ἄχρις οὗ τύχωσιν, οὗ ἐρῶσι. Σαφῶς διὰ
Pag. III. τούτων ὁ προδηλωθεὶς φιλόσοφος, ὅτι δαί-
μοσι πονηροῖς τὰ προειρημένα κατὰ πάσας
τὰς πόλεις ἐπετελεῖτο, παρέστησεν. εἰ δὲ καί
- τινες ἦσαν ἐν τούτοις, ὥς φασιν, ἀγαθοί

A omni terrena communione secretos esse o- »
porteat, sed Dæmones tantum Deorum ad- »
ministros. Huic autem Dæmonum gene- »
ri, sumpta quasi ex Empedoclis carminibus »
**** scelera, calamitates, erroresq; divi- »
nitus immissos attribuere, postremo eorum »
etiam quasi hominum interitus describere, »
id vero nimiæ temeritatis ac barbariæ futu- »
rum putem. Qvibus præterea, qvæ seqvun- »
tur, attexit. Sunt enimvero ut homines in- »
ter, sic ipsos inter Dæmones virtutis cupidi- »
tatisqve discrimina. In aliis enim tenues so- »
B lum obscuræqve reliqviæ tanqvam super- »
fluum qviddam resident, in aliis autem vis »
longe major superest eademque vegetior. »
Cujus utriusq; vestigia notasq; nonnullas »
passim in sacrificiis, ritibus, fabulisq; sparsis »
inustas etiamnum atq; expressas videmus. »
Ac mystica qvidem quod attinet, ex qvibus »
illustres admodum ac veritati proximas na- »
turæ Dæmonum significationes & argu- »
menta sumere liceat, linguis favendum, ut »
Herodotus loqvitur. At vero ferias & sacri- »
ficia, non secus ac nefastos atrosq; dies, qvi »
crudarum carnium esu, membrorum con- »
C vulsionibus, jejuniis & planctu, adeoque »
turpibus plerisq; in locis carminibus, ac cæ- »
teris id genus intemperiis cum cervicis ja- »
ctatione ac tumultu conjunctis celebrari so- »
lent, nulli plane Deo, sed Dæmonum alicui, »
averruncandæ calamitatis, & vetustissimæ »
homines imolandi consvetudinis mitigan- »
dæ ac molliendæ gratia, postmodum insti- »
tuta esse dixerim. Nam ista quidem nec a »
Diis expeti nec probari simillimum veri est: »
nec eadem ipsi qvoq; Reges Imperatoresq; »
facile adeo suscepissent, uti liberos ipsi suos »
D vel mactandos aliis traderent, vel suis inter- »
dum manibus Aris admotos jugularent: sed »
nimirum deprecandæ amoliendæq; impro- »
borum ac dirorum exactorum iracundiæ »
caussa, furiosis exitialium Dæmonum, qvi »
corporum amplexu, vel intermediis etiam »
corporibus, frui neq; vellent, neq; possent, »
amoribus hoc modo lenocinabantur. Et »
quemadmodum Oechaliam Hercules Vir- »
ginis amore commotus obsedit, ita sævi ple- »
rumq; ac truculenti Dæmones, humanæ a- »
nimæ corporeis adhuc vinculis impeditæ »
consortium expetentes, pestilentiam, anno- »
næq; penuriam civitatibus immittunt, eas- »
qve bellis ac seditionibus infestas habent, do- »
nec optatis] amoribus potiãtur. His pla-
ne versis laudatus Philosophus commemo-
ratos sacrificiorum ritus, per omnes ubiqve
civitates Dæmonibus attributos addictos-
qve fuisse comprobavit. Si qvi vero inter
istos Dii censebantur, ut ajunt, natura boni

scelestos colere quid attinebat, cum utiqve a bonis arceri eos expelliq; oporteret? Nam si quos Præsides ipsi bonos ac tutelares habuissent, causæ profecto nihil erat, quamobrem eorum numine præsidioq; freti deteriores alios vel nauci facerent, aut vero castis precibus atq; votis infestas noxiasq; virtutes, non jam obscenis flagitiosisq; carminibus averterent. Jam vero cum istorum nihil prorsus agerent, sed vitæ turpitudine ac petulantia, verborum obscenitate, crudarum carnium esu, discerpendis mactandisq; hominibus, sceleratos Dæmones placarent; qui fieri poterat, ut qui ejusmodi rebus sceleratorum gratiam aucupari conarentur, iidem cum ipso quoq; rerum omnium præpotente Deo, aut quæ nusqvam ab ejus nutu discedunt virtutibus, aut omnino cum bonis ullis societatem inirent? Quippe, constat enim apud omnes, qui in eo rerum genere, quæ improbis placeant, operam studiumq; ponat, eundem bonis amicum esse nullo modo posse. Maneat igitur, non Diis olim bonisve Dæmonibus, sed improbis duntaxat populos istos cultum honoremq; tribuisse. Atqve id ipsum Plutarchus certius etiam graviusq; confirmat, dum fictas illas non secus ac de Diis narrationes, aliud nihil quam puros putos de ipsismet Dæmonibus sermones esse testatur, adeoqve hujus plane generis esse, quicquid de Gigantibus, sive Titanibus Græcorum ore scriptisqve jactatur: quibus in omnibus sequuti nihil isti fuerint, præter aliquam sensuum cogitationumque novitatem. Qvid si autem ad ea pertinent, quæ de Gigantibus eorumqve parentibus ante diluvium sacræ literæ hunc in modum commemorant? *Videntes autem filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant: ex quibus nati sunt Gigantes viri famosi a seculo.* Facile enim quis dixerit, illos ipsos profanorum hominum Gigantas esse, qvorum animos posteri Deorum in numerum classemque retulerint; adeoqve mutuas istorum pugnas dimicationes & bella fabulis iis adumbrata esse, qvas tanquam de Diis circumferunt. At Plutarchum, in eo, quem de Iside ac cæteris Ægyptiorum Diis scripsit, libello, ipsissimis verbis loqventem audiamus.

Genes. 6, 2.

A τὴν φύσιν καὶ θεοί, τί χρῆν θεραπεύειν τοὺς φαύλους, πρὸς τῶν ἀγαθῶν ἀπελαύνεσθαι δέον αὐτούς; εἰ γὰρ δή τινες ἦσαν αὐτοῖς ἀγαθοὶ προστάται, τούτοις ἐπιθαρσοῦντας τὸ μηδὲν τῶν χειρόνων χρῆν δήπου φροντίζειν, καὶ διὰ σωφρόνων λόγων τε καὶ εὐχῶν, ἀλλὰ μὴ δι' αἰσχρορρημοσυνῶν τὰς ἐναντίας ἀποτρέπεσθαι δυνάμεις. ὅτε δὲ τούτων μὲν οὐδὲν ἔπραττον, βίῳ δ' αἰσχρῷ καὶ ἀκολάστῳ, καὶ ῥήμασιν ἀσέμνοις, ὠμοφαγίαις τε καὶ διασπασμοῖς B καὶ ἀνθρωποθυσίαις τοῖς πονηροῖς δαίμοσιν ἐκαθικέτευον· πῶς καὶ δυνατὸν ἦν αὐτοὺς τὰ τοιαῦτα δρῶντας, καὶ τοῖς φαύλοις κεχαρισμένα διαπραττομένους, τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ, ἢ ταῖς ὑπ' αὐτὸν θείαις δυνάμεσιν, ἢ ὅλως ἀγαθοῖς τισι προσχωρεῖν; Ἀλλὰ γὰρ τοῖς πᾶσι πρόδηλον, ὡς ὁ τὰ φίλα τοῖς φαύλοις ἐπιτελῶν, οὐκ ἄν ποτε τῶν ἀγαθῶν γένοιτο προσφιλής. οὐκ ἄρα θεοῖς, οὐδ' ἀγαθοῖς δαίμοσιν, μόνοις δὲ τοῖς φαύλοις ἐλάτρευον οἱ C δεδηλωμένοι. Ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦτο πιστοῦται ὁ Πλούταρχος, ἐν οἷς φησι τὰς μυθικὰς ὡς περὶ θεῶν διηγήσεις, λόγους εἶναί τινας περὶ δαιμόνων, τά τε παρ' Ἕλλησιν ᾀδόμενα γιγαντικά τινα, καὶ τιτανικά, δαιμονικὰ εἶναι διηγήματα, ὡς καινοτέραν τούτων ἄλλην διάνοιαν. Μήποτε ἄρα τοιαῦτα ἦν τὰ περὶ τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ Γιγάντων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ λεγόμενα; τά τε περὶ τῶν τούτους γεγεννηκότων, περὶ ὧν εἴρηται, Ἰδόντες δὲ οἱ ἄγγελοι τοῦ θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλαί εἰσιν, ἔ- D λαβον ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐκ πασῶν ὧν ἐξελέξαντο· ἀφ' ὧν ἐγεννήθησαν οἱ Γίγαντες οἱ ὀνομαστοὶ ἐξ αἰῶνος. εἴποι γὰρ ἄν τις, τούτους ἐκείνους εἶναι, καὶ τὰ ἐκείνων πνεύματα παρὰ τοῖς μετὰ ταῦτα ἀνθρώποις τεθεοποιημένα, καὶ τὰς ἐκείνων μάχας, τάς τε πρὸς ἀλλήλους διαστάσεις, καὶ τοὺς πολέμους, ταῦτ' εἶναι τὰ ὡς περὶ θεῶν μυθευόμενα. Λέγει δ' οὖν ὁ Πλούταρχος ἐν ᾧ συνέταξε λόγῳ περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἶσιν καὶ τοὺς Αἰγυπτίων θεούς, αὐτοῖς ῥήμασι ταῦτα.

A

ε. | V.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΛΑΝΘΑΝΟΥΣΑΣ ΔΑΙμόνων περιέχειν ἱστορίας, τὰς μυθικὰς ὡς περὶ θεῶν διηγήσεις.

LATENTES DÆMONUM HIstorias fabulosis non secus ac de Diis narrationibus contineri.

ΒΕΛΤΙΟΝ οὖν οἱ περὶ Τυφῶνα, καὶ Οσιριν καὶ Ισιν ἱστορούμενα, μήτε θεῶν πάθη, μήτε ἀνθρώπων, ἀλλὰ δαιμόνων μεγάλων εἶναι νομίζοντες, οὓς καὶ Πλάτων καὶ Πυθαγόρας, καὶ Ξενοκράτης, καὶ Χρύσιππος, ἑπόμενοι τοῖς πάλαι θεολόγοις, ἐῤῥωμενεστέρους ἀνθρώπων λέγουσι γεγονέναι, καὶ πολλῇ τῇ δυνάμει τὴν φύσιν ὑπερφέροντας ἡμῶν· τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμιγὲς, οὐδὲ ἄκρατον ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσει, καὶ σώματος αἰσθήσει συνειληχὸς, ἡδονὴν δεχομένην καὶ πόνον, καὶ ὅσα ταύταις * γινόμενα ταῖς μεταβολαῖς πάθη, τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δ' ἧττον ἐπιταράττειν. γίνονται γὰρ ὡς ἐν ἀνθρώποις καὶ δαίμοσιν ἀρετῆς διαφοραὶ καὶ κακίας. τὰ γὰρ γιγαντικὰ, καὶ τιτανικὰ παρ' Ελλησιν ᾀδόμενα, καὶ πολλαί τινες ἄθεσμοι πράξεις, καὶ Πύθωνος ἀντιτάξεις πρὸς Απόλλωνα, φυγαί τε Διονύσου, καὶ πλάναι Δήμητρος οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν Οσιριακῶν καὶ Τυφωνιακῶν, ὧν παρὰ πᾶσιν ἀναίδην ἔξεστι μυθολογουμένων ἀκούειν, ὅσα τε μυστικοῖς ἱεροῖς περικαλυπτόμενα, τελεταῖς ἄῤῥητα διασώζεται, καὶ ἀθέατα, πρὸς τοὺς θεοὺς ὅμοιον ἔχει λόγον. Καὶ ἐπιφέρει, λέγων ἑξῆς. Εμπεδοκλῆς δὲ καὶ δίκας φησὶ διδόναι τοὺς δαίμονας, ὧν ἂν ἐξαμαρτήσωσιν καὶ πλημμελήσωσιν,

RECTIUS, inqvit, existimant, qui quæ vulgatis de Typhone, Osiride, & Iside historiis celebrantur, ea non Deum aut hoB minum, sed magnorum Dæmonum affectiones & casus fuisse volunt, qvos ipsi qvoq; Plato, Pythagoras, Xenocrates, & Chrysippus veteres sequuti Theologos, hominibus longe valentiores fuisse, multisq; partibus naturæ nostræ vires superasse testantur. Cæterum genus qvoddam iis divinitatis attribuunt, non syncerum illud, & ab omni mixtione secretum, sed ex animæ natura corporisq; sensu voluptatem pariter laboremq; subeunte temperatum: ex qvo fiat, ut quicquid alterna utriusq; vicissitudine perturbationis excitatur, id alios qvidem vehementiC us, levius autem alios afficere consveverit. Siquidem ut in hominibus, sic etiam in Dæmonibus sua sunt virtutis improbitatisq; discrimina. Nihil enim admodum, quæ a Græcis de Gigantibus ac Titanibus jam olim decantata sunt, nec non pleræq; res nefarie gestæ, Pythonis item cum Apolline dimicationes, Bacchi exilia, erroresq; Cereris, ab iis rebus differunt, qvæ de Osiride ac Typhone passim apud omnes fingi impudenter jactariq; audiuntur: quæcunq; præterea mysticis quibusdam sacris ac religionibus involuta, D ritibusq;, quos nec fari liceat nec aspicere, inclusa retinentur, non absimiles, si ad Deos retuleris, habent explicatus. Quibus ita subdit. Qvinetiam Empedocles ipsos quoq; Dæmones scelerum flagitiorumq; suorum pœnas dare pronunciat his versibus,

Αἰθέριον μὲν γάρ σφε μένος πόντονδε διώκει·
Πόντος * δὲ χθονὸς οὖδας ἀπέπτυσε, γαῖα δ' ἐς αὐγὰς
Ηελίου ἀκάμαντος· ὁ δ' αἰθέρος ἔμβαλε δίναις.
Αλλος δ' ἐξ ἄλλου δέχεται, στυγέουσι δὲ πάντες.

Namqve ipsos Æther Pelagi detrudit in undas,
Expuit in Terram Pelagus, Terra objicit igni
Solis inexhausti, rapidis Sol Ætheris infert
Turbinibus; quosque accipiunt Elementa vicissim.
Cuncta simul pariterq; horrent.

Αχρις οὗ κολασθέντες, αὖθις τὴν κατὰ φύσιν χώραν καὶ τάξιν ἀπολάβωσι. τούτων δὴ καὶ

Donec videlicet justis affecti exercitiq; suppliciis, convenientem naturæ locum ordi-

nemq; recipiant. Qvibus affinia plane ac gemina de Typhone commemorant; qvippe, hominem invidia malevolentiaq; succẽsum infanda perpetrasse, magnaq; rerum omnium excitata perturbatione, terram ipsam mareq; passim universum exitiis implevisse, ad extremum vero pœnas luisse. Hæc Plutarchus laudato a nobis opere fusius exequutus, similia porro, in altero, qvod de exhausta oraculorum vi edidit, in hæc verba disputat. Atq; is, cum divinationis artem, inqvit, Dæmonibus tribuebat, tum Delphicum in primis Oraculum celebrabat: adeóq; nihil non vel eorum, quæ apud nos de Baccho circumferuntur, vel qvæ fieri solent sacrificiorum inaudierat. Idem ista qvoqve, magnas Dæmonum fuisse calamitates asserebat, imo nec illa tantum, sed etiam qvęcunq; de Pythone traduntur. Itaq; nec illum, a quo interfectus is fuerit, aut totos novem annos, aut apud Tempe unqvam exulasse: verum quod ex nostro ejectus esset, alterum in orbem comigrasse, unde post novem magni Anni conversiones expiatus, vereq; ac reipsa Phœbus, hoc est purus syncerusqve redierit, atq; Oraculum, qvod eatenus custoditum abs Themide fuerat, denuo receperit. Neq; absimilem eorum, quæ de Typhone Titanibusq; jactantur, esserationem: qvippe, has Dæmonum inter sese pugnas & contentiones extitisse, quas partim eorum, qui victi fuerant, exilia, partim iis, qui sese aliquo scelere obstrinxissent, irrogatæ a Deo pœnæ consequutæ essent: cujusmodi utiqve vel Typhonis adversus Osiridem, vel Saturni erga Cœlum maleficia fuerint, quorum ideo non nisi obscurissima, vel nulla potius apud nos religionum cultusq; vestigia supersint, quod ipsi alium in orbem aufugissent. Etenim Solymos audio Lyciorum vicinos, Saturno, si qui alii, honores olim tribuisse maximos, qui tamen postquam Arsalo, Aryto, ac Tosibe illorum ducibus interfectis, qvocunq; tandem gentium, (neq; enim exploratum ipsi locum habent) fugam arripuisset, neglectus ab iisdem fuerit: Arsalus autem aliiq; duo Scirorum Deorum nomen acceperint, qvorum etiam per nomina tam privatim Lycii quam publice solennes ac statas imprecationes concipiant. Atq; alia Poëtarum ex fabulis id genus auferre pleraqve liceat. Jam vero quod solẽnibus ac propriis Deorum nominibus quidam a nobis Dæmones appellentur, non est, (inqviebat peregrinus ille,) qvamobrem mirum id videri debeat. Nam qvo qvisq; Deo, vel ordinis atq; loci, vel potestatis societate conjunct⁹ est, ej⁹ etiam nomen sortiri amat: qvemadmodũ ex

A τῶν τοιούτων ἀδελφὰ λέγεσθαί φασι περὶ Τυφῶνος· ὡς δεινὰ μὲν ὑπὸ φθόνου καὶ δυσμενείας εἰργάσατο, πάντα πράγματα ταράξας· ἐνέπλησε δὲ κακῶν γῆν ὁμοῦ τε πᾶσαν καὶ θάλασσαν, εἶτα δίκην ἔδωκε. Ταῦτα ὁ Πλούταρχος ἐν τῷ δηλωθέντι συγγράμματι παραθέμενος, καὶ διὰ πλειόνων ἐξεργασάμενος τὸν λόγον, τὰ παραπλήσια καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον. Ἐκεῖνος μὲν οὖν B τὴν μαντικὴν ἀνῆπτεν εἰς δαίμονας, πλεῖστον δὲ Δελφῶν λόγον εἶχε· καὶ τῶν λεγομένων περὶ τὸν Διόνυσον ἐνταῦθα καὶ δρωμένων ἱερῶν οὐδενὸς ἀνήκοος ἦν· ἀλλὰ κἀκεῖνα δαιμόνων ἔφασκεν εἶναι πάθη μεγάλα, καὶ ταῦτα δὴ τὰ περὶ τὴν Πυθίαν. τῷ δὲ ἀποκτείναντι μήτε ἐννέα ἐτῶν, μήτε εἰς τὰ Τέμπη γενέσθαι τὴν φυγὴν, ἀλλ' ἐκπεσόντα ἐλθεῖν εἰς ἕτερον κόσμον· ὕστερον δ' ἐκεῖθεν ἐνιαυτῶν μεγάλων ἐννέα περιόδοις ἁγνὸν C γενόμενον, καὶ Φοῖβον ὡς ἀληθῶς κατελθόντα, τὸ χρηστήριον παραλαβεῖν, τέως ὑπὸ Θέμιδος φυλασσόμενον. οὕτω δὲ ἔχει καὶ τὰ Τυφωνικὰ, καὶ τὰ Τιτανικὰ, δαιμόνων μάχας γεγονέναι πρὸς δαίμονας· εἶτα φυγὰς τῶν κρατηθέντων, ἢ δίκας ὑπὸ θεοῦ τῶν ἐξαμαρτόντων, οἷα Τυφών τε λέγεται περὶ Ὄσιριν ἐξαμαρτεῖν, καὶ Κρόνος περὶ Οὐρανόν· ὧν ἀμαυρότεραι γεγόνασιν αἱ τιμαὶ παρ' ἡμῖν, ἢ παντάπασιν ἐκλελοίπασι, μεταστάντων εἰς ἕτερον κόσμον. ἐπεὶ καὶ Σο- D λύμους πυνθάνομαι τοὺς Λυκίων προσοίκους ἐν τοῖς μάλιστα τιμᾶν τὸν Κρόνον· ἐπεὶ δὲ ἀποκτείνας τοὺς ἀρχηγέτας αὐτῶν Ἄρσαλον, καὶ Ἄρυτον, καὶ Τόσιβιν, ἔφυγε, καὶ μετεχώρησεν ὁποιδήποτε. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν· ἐκεῖνον μὲν ἀμεληθῆναι, τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρσαλον Σκιροὺς θεοὺς προσαγορεύεσθαι, καὶ τὰς κατάρας ἐπὶ τούτων ποιεῖσθαι δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ Λυκίους. τούτοις μὲν οὖν ὅμοια πολλὰ λαβεῖν ἔστιν ἐκ τῶν μυθολογουμένων. εἰ δὲ τοῖς νενομισμένοις τῶν θεῶν ὀνόμασι δαίμονάς τινας καλοῦμεν, οὐ θαυμαστέον, εἶπεν ὁ ξένος. ᾧ γὰρ ἕκαστος θεῷ συντέτακται, καὶ οὗ τῆς δυνάμεως μετείληχεν, ἀπὸ τούτου φιλεῖ καλεῖσθαι·

Plut. de Orac.

Plut. ex eod.

» καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μέν τίς ἐστι Δῖος, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, » ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, ἢ Διονύσιος, ἢ Ἑρμαῖος. » ἀλλ' ἔνιοι μὲν καὶ ὀρθῶς κατὰ τύχην ἐκλήθη- » σαν· οἱ δὲ πολλοὶ μηδὲν προσηκούσας, ἀλλ' » ἐνηλλαγμένας ἐκτήσαντο θεῶν παρωνυμί- » ας. Τοσαῦθ' ὁ Πλούταρχος ἐν οἷς ἐσπού- δασε περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ θνήσκειν παριστὰς τοὺς δαίμονας, ὃ καὶ αὐτὸ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν παραθήσομαι. τέως δὲ, φέρε συλλεξώμεθα ὅσα ἄλλα περὶ τῆς τῶν ἀγαθῶν, ὥς φησι, δαι- B μόνων δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας, αὖθις ὁ τὴν καθ' ἡμῶν σκευὴν πεποιημένος, ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας ἐκτίθεται. μάλιστα γὰρ αὐτῷ κἀνταῦθα ὡς πολλάκις μάρτυρι χρήσομαι, καὶ ἐλέγχῳ τῆς περὶ οὓς ὑπολαμβάνουσι θεοὺς πλάνης· ὡς ἂν ἐκ τῶν οἰκείων βελῶν καὶ τοξευμάτων βαλλόμενοι καταισχύνοιντο. οὕτως γὰρ καὶ γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐξ αὐτῶν τῶν τοῖς θεοῖς προσφιλῶν, καὶ δὴ καὶ εὐσεβῶν νενομισμένων, C ἀκριβῶς τε τὸν περὶ τῶν οἰκείων λόγον διηρευνηκότων, ἀνελλιπὴς καὶ ἀπαραίτητος ἡ τῶν προκειμένων ἀπόδειξις. γράφει δὲ ταῦτα ὁ δεδηλωμένος, ἐν οἷς ἐπέγραψε περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, ἔνθα μαρτύρεται μὴ τὰ ἀπόρρητα τῶν θεῶν ἐκφαίνειν, ἐπομνύμενός τε αὐτὸς ἢ παραγγέλλων κρύπτειν, καὶ μὴ εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν τὰ λεχθησόμενα. τίνα δὲ ἦν τὰ τοιαῦτα; Τὸν Πᾶνα Διονύσου φησὶ θεράποντα εἶναι· τοῦτον δὲ τῶν ἀγαθῶν ὄντα δαι- D μόνων, ἐπιφανέντα ποτὲ τοῖς κατ' ἀγρὸν γεωπονοῦσι. τί χρῆν ἀγαθὸν ὄντα παρέχειν, ἢ πάντως ἀγαθοῦ τινος παρουσίαν τοῖς τῆς θεοφανείας τοῦ ἀγαθοῦ κατηξιωμένοις; ἆρ' οὖν ὑπῆρξεν ἀγαθόν τι τοῖς θεαταῖς τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος, ἢ κακὸν εἰλήχασι δαίμονα, ἔργῳ τῆς πείρας ᾐσθημένοι; φησὶ γοῦν ὁ θαυμάσιος μάρτυς, τοὺς τῆς ἀγαθῆς ταύτης θέας ἠξιωμένους, ἀθρόον θάνατον ὑπομεῖναι, λέγων ὧδε.

A nobis alium Jovium, alium Minervium, ali- » um vero Apollinium aut Bacchium, aut » Mercurialem appellari videmus. Ac non- » nulli quidem vere ac merito id nominis ca- » su qvodam habuere, plerisqve tamen alie- » num prorsus, minimeqve aptum & cohæ- » rens Dei cognomentum adhæsit. Hæc » Plutarchus, in iis ipsis, quæ de exhausta o- » raculorum vi, magno studio diligentiaqve conscripsit, ipsos etiam Dæmones, præter alia, morti subjiciens, id quod a nobis suo qvoqve tempore proferetur. Interea ve- B ro, qvicqvid præterea de bonorum (ut ipse vocat) Dæmonum viribus ac facultate tra- dit Porphyrius, concinnati adversus no- stros operis artifex, in iis, qvæ de prompta ex oraculis philosophia memoriæ prodidit, congeramus. Illum enim potissimum, uti jam sæpius, ita nunc qvoqve testem produ- cere, ejusqve verbis vulgatum de iis, qvos isti pro Diis habent, errorem coarguere sta- tui, ut suis ipsi telis sagittisqve confixi eru- bescant. Ex qvo sane id asseqvemur, ut suscepti argumenti demonstratio ex eorum deprompta sensu, qui Diis cari ac religiosi C putabantur, quiqve solerter & accurate doctrinæ suæ rationes explorarunt, omni ex parte perfecta sit, atque ejusmodi qvam nec refellere ipsi, nec defugere aut deprecari possint. Et eo qvidem loco Porphyrius omnes obtestatur, ne Deorum arcana pro- dere, quæque dicturus est, passim atqve in vulgus efferre velint, sed potius, ut ea dili- genter occultent, interposito etiam jureju- rando adigit. Cujusmodi ergo illa sunt? Pana videlicet Bacchi servum fuisse narrat, qui cum ex bonis Dæmonibus unus esset, D videndum aliqvando sese Agricolis quibus- dam præbuerit. Qvid expectandum aliud a bono fuit, nisi ut qvos bonus ille Deus con- spectu suo dignaretur, in eos continuo boni aliqvid redundaret? Utrum igitur boni Dæmonis spectatoribus boni qvidpiam eve- nit; an potius in malum se Dæmonem in- cidisse periculo ipsi suo didicerunt? Tradit nimirum testis egregius, qvotqvot ille feli- ci lætoqve spectaculo dignos habuisset, eos ad unum omnes repentino interitu periisse.

Cap. V.

A

VI.
MORTEM ILLOS IPSOS CONſciſcere, qui boni ab iis Dæmones appellentur.

ATQVE ipſi qvidem, inqvit ille, alio rerum in genere nonnullorum famuli conſtituti ſunt, veluti Pan, quem Bacchi ſervum fuiſſe his verſibus in Branchidis Apollo pronunciat. Nam cum novem ſimili morte ſublatos reperiſſent, deqve rei cauſa B ejusdem agri incolæ oraculum conſuluiſſent hunc in modum Apollo reſpondit,

Pan ex Porphyrio deſcribitur.

Pan torvi Bacchi famulus, cui cornua fronte
Aurea conſurgunt, denſis dum montibus errat,
Et virgam dextra qvatiens, blandosqve ſiniſtra
Et molles inſtans calamos, Nymphasqve, virosqve
Cedendæ ſylvæ intentos modulamine C *mulcet.*
Attonitus ſtetit ecce animis, improvida paſſim
Præcipitis fera membra Dei dum turba videret.
Continuoqve omnes ſimul aſpera Parca tuliſſet,
Ni ſævam irato bilem ſub pectore verſans
Jamdudum, agreſtis rapidum Diana furorem
Siſteret. Hanc votis igitur placare me- D *mento,*
Ut rebus tibi præſidium ſponte addat in arctis.

Audiiſti cujusmodi corporis habitum, quasve actiones bono, uti vocat, Dæmoni Apollo in Branchidis attribuat? Vide ſis porro res a cæteris præclare ac magnifice geſtas, quas illi dum ſeqverentur, cœleſtem ultro cum humana ſocietatem commutarunt. Eos profecto modeſtię ac temperantię principes ac magiſtros, utiliumq; rerum auctores humano generi eſſe oportebat, quarum tamen ne veſtigium qvidem ullum oſtenderunt. Ac mihi quidem curioſum illum exploratorem audi, qui abditiſſima qvæqve arcana rimatus, eorum etiam intelligentia donatum ſe eſſe gloriatur. Nimirum ex

ς.
ΩΣ ΘΑΝΑΤΟΥ ΠΟΙΗΤΙΚΟΙ ΕΙΣΙΝ, οἱ λεγόμενοι αὐτῶν ἀγαθοὶ δαίμονες.

ΗΔΗ δὲ καὶ ἐν ἄλλοις οἱ μὲν ἀνεδείχθησαν θεράποντές τινων, ὡς ὁ Πὰν τοῦ Διονύσου· δεδήλωκε δὲ τοῦτο ὁ ἐν Βραγχίδαις Ἀπόλλων, διὰ τούτων. ἐννέα γὰρ εὑρέθησαν ἀποθανόντες· πυνθανομένων γοῦν τῶν τὸν ἀγρὸν οἰκούντων τὴν αἰτίαν, ἔχρησεν ὁ θεός.

Χρυσόκερως βλοσυροῖο Διονύσου θεράπων Πὰν,
Βαίνων ὑλήεντα κατ' οὔρεα, χειρὶ κραταιῇ
Ῥάβδον ἔχεν, ἑτέρῃ δὲ λιγὺ πνείουσαν ἔμαρπτε
Σύριγγα γλαφυρὴν, Νύμφησι δὲ θυμὸν ἔθελγεν·
Ὀξὺ δὲ συρίξας μέλος, ἀνέρας ἐπτοίησεν
Ὑλοτόμους πάντας, θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας
Δαίμονος ὀρνυμένου κρυερὸν δέμας οἰστρήεντος.
Καί νύ κε πάντας ἔμαρψε τέλος κρυεροῦ θανάτοιο,
Εἰ μὴ οἱ κότον αἰνὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔχουσα
Ἄρτεμις ἀγροτέρη, παῦσεν μένος κρατεροῖο.
Ἣν καὶ χρὴ λίσσεσθ', ἵνα σοι γίγνοιτ' ἐπαρωγός.

Ἀκήκοας οἷα τοῦ δαίμονος, οὗ φησιν ἀγαθοῦ, τό, τε σχῆμα καὶ τὰς πράξεις, ὁ ἐν Βραγχίδαις ἐδίδαξεν Ἀπόλλων; θέα δὴ καὶ τῶν λοιπῶν τὰ γενναῖα κατορθώματα, ὧν δὴ ἕνεκα τὴν οὐράνιον ἀπολελοιπότες διατριβὴν, τὴν σὺν ἀνθρώποις ἀντικατηλλάξαντο. πάντως δήπου χρῆν αὐτοὺς σωφροσύνης κατάρχειν, καὶ τὰ λυσιτελῆ καὶ ὠφέλιμα τοῖς ἀνθρώποις ὑποτίθεσθαι. οἱ δὲ, τούτων μὲν οὐδέν· ἄκουε δ' οἷα ἐκφαίνει τὰ ἀῤῥητότερα τῶν ἀῤῥήτων διηρευνηκὼς, καὶ τῶν ἀποῤῥήτων ἀξιωθεὶς τῆς γνώσεως. τοτὲ μὲν ὅτινας τῶν ἀγαθῶν

τῶν δαιμόνων φησὶν ἐρωτικαῖς ἡδυπαθείαις ὑπηρετεῖσθαι· τοτὲ δ' ἑτέρους τυμπάνων αὐλοῖς καὶ θηλειῶν παταγοις χαίρειν· ἄλλους δ' αὖ πάλιν μάχαις καὶ πολέμοις ἀγάλλεσθαι, καὶ κυνηγεσίοις τὴν Ἄρτεμιν, καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς καρποῖς τὴν Δηώ. θρηνεῖν δὲ τὸν Ὄσιριν εἰσέτι νῦν τὴν Ἶσιν, καὶ τὸν Ἀπόλλω μαντεύεσθαι. τοιαῦται ὧν φασιν ἀγαθῶν δαιμόνων αἱ εἰς ἀνθρώπους ὠφέλειαι. δέχου δὲ καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις.

A optimis Dæmonibus alios in libidinem proclives & effusos inducit, alios tympanorum ac tibiarum sonitu, & incondito muliercularum strepitu, pugnis alios bellisq; gaudentes, uti Dianam venationi, ac Cererem terræ frugibus addictam, Isin autem Osiridis casum & interitum hucusq; deplorantem, Apollinemq; vaticinantem. En tibi opportunitates in hominum vitam a bonis istorum Dæmonibus profectæ. Qvorum tu omnium certam exploratamq; fidem accipe.

B

ζ.

ΟΤΙ ΕΡΩΤΙΚΑΙΣ ΗΔΥΠΑΘΕΙΑΙΣ ἐξυπηρετοῦνται, καὶ ποίαις ἕκαστος αὐτῶν χαίρει.

Οὐδὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖς πότ' ἀδείματον,
» Οὐδ' ἀκράαντον ἔλεξε σοφοῖς Ἑκάτη θεοφήταις·
» Ἀλλ' ἀπὸ παγκρατέος νόου πατρόθεν κατιοῦσα
» Αἰὲν ἀληθείης σελαγίζεται, ἀμφὶ δὲ μῆτις
» Ἔμπεδος ἀρρήκτοισι μύθοις λογίοις βέβαια.
» Δεσμῷ δ' οὖν κλῄζε· θεὰν γὰρ ἄγεις με τοσήνδε,
» Ὅσση ψυχῶσαι πανυπέρτατον ἤρκεσα κόσμον.

C

Καὶ μή ποτε διὰ τοῦτο τρίμορφος τριμερής τε καὶ ἡ ψυχή. ταύτης δὲ, τὸ μὲν, θυμοειδές· τὸ δὲ, ἐπιθυμητικὸν, ὅθεν καὶ πρὸς τὰ ἐρωτικὰ καλεῖται. ταῦτα οὐκ ἐμὰ, μή τι νομίσῃς, τοῦ δὲ προειρημένου συγγραφέως ἀκήκοας, οὗ πάλιν καὶ ταῦτά ἐστι. Πάνυ δέ με θράττει, πῶς ὡς κρείττους παρακαλούμενοι, ἐπιτάττονται ὡς χείρους· καὶ δίκαιον εἶναι ἀξιοῦντες τὸν θεράποντα, τὰ ἄδικα αὐτοὶ κελευσθέντες δρᾶν ὑπομένουσι· καὶ καθαρῷ μὲν μὴ ὄντι ἐξ ἀφροδισίων οὐκ ἂν καλοῦντι ὑπακούσειαν, αὐτοὶ δ' ἄγειν εἰς παράνομα ἀφροδίσια τοὺς τοιούτους, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν τοὺς τυχόντας, οὐκ ὀκνοῦ-

VII.

QVAM AMATORIIS VOLUPTATIBUS Dæmones obnoxii sint, & qvibus qvisqve delectetur.

NIL Divos inter vacuum terroribus esse, »
Nil non divinis perfectum vatibus usquam »
Sacra Hecate cecinit: sed magna ex mente supremi »
Lapsa Patris, vero semper circumdata fulget. »
Hanc circum meliore manet sapientia vultu, »
Cui fixos immota tenent oracula gressus. »
Necte ergo me vinclis: tanto tibi numine Diva »
Ducitur, ut valeat superos animare penates. »

Hecatis de se ipsa oraculum.

Ac vide sis, num id forte in causa fuerit, D qvamobrem tres Animæ veluti formæ partesq; statuerentur. Et qvidem cum ea vim unam habeat, qua irascitur, tum alteram sortita præterea est, qua concupiscat, cujus etiam illecebris ad res amatorias excitetur. Atq; hæc, mea profecto non est, ne tu id suspicere, sed ejus, qvem laudavi, Scriptoris oratio, cujus item ea sunt, quæ seqvuntur. Me qvidem tum vehementer, inqvit, angi » sentio, ubi mecum ipse reputo, qui fieri pos- » sit, ut quorum veluti augustiorum ac divi- » niorum opem imploremus, ii tamen quasi » humiliores ac deteriores obediant; quiqve » clientes ipsi suos æqvitatem colere velint, » eosdem injustis imperiis obseqvi non pu- » deat: adeoqve cum eorum vota preces- » qve repudient, qvi ad sese minus abs re » venerea puri accesserint, illos ipsos ta- » men, seu verius obvios quosque, nefan- »

» dam in venerem agere non vereantur. Eadem ille in quadam ad Anebonem Ægyptium epistola perseqvitur: iterumqve citato de oraculorum philosophia volumine, » deinceps ita pergit. Et vero, quænam singulis, inqvit, & cujusmodi provincia curaque mandata sit, ab eorum quoqve nonnullis vulgatum est, uti ab Apolline Didymæo, his versibus, (qværebatur autem ex eo, essetne jusjurandum exigenti dandum:)

» *Rhea beatorum mater reginaqve Divum.*
» *Fœmineos cœtus, buxumqve & vocalia tractat*
» *Tympana: bellorum fremitus pugnæq; labores*
» *Pallas amat: rapidis canibus Latonia Virgo*
» *Præcipites seqvitur per summa cacumina cervos.*
» *Atresonans Juno molles e nubibus imbres*
» *Effundit: lætam segetem & flaventia curat*
» *Arva Ceres: pingvem evolvit qua Nilus arenam,*
» *Acta œstro conjunx formosum qværit Osirim.*

Si ergo tibiarum ac tympanorum sonitus, si muliercularum turba Deorum Matri curæ est, his utiqve rebus abjecta virtutis omnis cogitatione vacandum erit, quod eadem nec temperantiæ, nec alterius cujusqvam honestioris studii curam ullam sollicitudinemqve suscipiat. Minerva similiter in pugnis, contentionibus, bellisqve tota est, pacem pacisque artes omnes repudiat. Curet etiam, per me licet, Diana Latonæ filia, veloces catulos, quod in agendis per agros canibus, belloqve cum feris gerendo assidua sit. Suos deniq; singuli, prout eos iste perseqvitur, amores ac delicias habeant. Qvid ista porro ad eam vitæ rationem conferant, quæ divino cum amore sit ac felicitate conjuncta? Vide autem præterea, utrum qvæ deinceps ille subjungit, divinæ naturæ debeant, an potius vitiosissimæ ac flagitiosissimæ argumenta censeri.

σιν. Εὕροις δ' ἂν καὶ ταῦτα, ἐν τῇ πρὸς Ἀνεβῶ τὸν Αἰγύπτιον τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολῇ. ἐν δὲ τῇ προλεχθείσῃ πραγματείᾳ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας προστίθησι τοῖς εἰρημένοις, λέγων ὧδε. Καὶ μὴν ὅ, τι ἑκάστῳ ἐπιτέτακται, καὶ τί, καὶ τίνι αὐτῶν δεδηλώκασιν, ὥσπερ ὁ Διδυμαῖος διὰ τούτων· (ἦν δ' ἡ πεῦσις, εἰ δεῖ ὀμόσαι τῷ ἐπαγαγόντι τὸν ὅρκον·) »

» Μητέρι μὲν μακάρων μέλεται· ἰτλωΐδι Ῥείῃ
» Αὐλοὶ καὶ τυμπάνων πάταγοι, καὶ θῆλυς ὅμιλος·
» Παλλάδι δ' αὖ πήληκι μόθοι καὶ δῆρις ἐνυοῦς·
» Καὶ βαλίαις σκυλάκεσσι, βαθυσκοπέλους ἀνὰ πρῶνας,
» Θῆρας ὀρεινόμους ἐλάαν Λητωΐδι κούρῃ,
» Ἥρῃ δ' αὖ κελάδῳ μαλακὴ χύσις ἠέρος ὑγρῆς.
» Δηΐα δ' εὐαλδῆ κομέειν σταχυηστεφέα Δηοῖ·
» Ἴσιδι δ' αὖ Φαρίῃ, γονίμοις παρὰ χεύμασι Νείλου,
» Μαστεύειν οἴστροισιν ἑὸν πόσιν ἁβρὸν Ὄσιριν.

» Εἰ δὴ ἔστιν αὐλοὶ καὶ τυμπάνων πάταγοι, καὶ θῆλυς ὅμιλος μέλεται τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ἀσκητέον δὴ ταῦτα πάσης ἀρετῆς ἀφεμένους, ὅτι μηδὲν σωφροσύνης, μηδέ τινος ἄλλης πράξεως μέλεται τῇ προειρημένῃ· ὡς καὶ τῇ Ἀθηνᾷ μόθοι, καὶ μάχαι, καὶ πόλεμοι, ἀλλ' οὐκ εἰρήνη, καὶ τὰ ἐν εἰρήνῃ πράγματα. καὶ τῇ Λητωΐδι δὲ κούρῃ, τῇ Ἀρτέμιδι, μελέσθων αἱ βαλίαι σκύλακες, διὰ τὸ κατ' ἀγροὺς κυνηγὸν οὖσαν τοῖς θηρσὶ πολεμεῖν. ὡς καὶ ταῖς ἄλλαις τὰ κατειλεγμένα. ποῖ ὠδὴ ταῦτα πρὸς τὸν θεοφιλῆ καὶ μακάριον συντείνοι ἂν βίον; ἐπίσκεψαι δὲ, πότερα σοι θείας εἶναι δοκεῖ φύσεως, ἢ φαύλης καὶ μοχθηροτάτης, τὰ ἑξῆς ἐπιλεγόμενα.

ΟΤΙ

η.

ΟΤΙ ΜΑΓΓΑΝΕΙΑΙΣ ΚΑΘΕΛΚΕσθαι τοὺς θεοὺς, καὶ παρὰ γνώμην ἀναγκάζεσθαι ταῖς ἀνθρωπίναις βουλαῖς ὑπηρετεῖσθαι ὁμολογοῦσι. λέγει δ' οὖν ὁ αὐτός.

ΟΡΘΩΣ καὶ τοῦτο ὁ Ῥόδιος Πυθαγόρας ἀπεφήνατο, ὅτι οὐχ ἥδονται οἱ κληϊζόμενοι ἐπὶ ταῖς θυσίαις θεοί, ἀνάγκῃ δέ τινι ἀκολουθίας συρόμενοι παραγίνονται· καὶ οἱ μὲν, μᾶλλον, οἱ δὲ, ἧττον. τινὲς δὲ ὡς ἔθος* ὥσπερ ποιησάμενοι τὰς ἑαυτῶν παρουσίας, ἁμαρέστερον φοιτῶσι, καὶ μάλιστα ἐὰν καὶ φύσει ἀγαθοὶ τυγχάνωσιν· οἱ δὲ, κἂν ἔθος ἔχωσι τοῦ παραγίνεσθαι, βλάβην τινὰ προθυμοῦνται ποιεῖν, καὶ μάλιστα ἐὰν ἀμελέστερόν τις δοκῇ ἀναστρέφεσθαι ἐν τοῖς πράγμασι. τοῦ γὰρ Πυθαγόρου ταῦτα εἰρηκότος, παρετήρησα ἐκ τῶν λογίων, ὡς ἀληθές ἐστι τὸ εἰρημένον. πάντες γὰρ δι' ἀνάγκην φασὶν ἀφῖχθαι οὐχ ἁπλῶς δὲ, ἀλλ' οἷον, εἰ χρὴ οὕτω φάναι, πειθανάγκην. εἴρηται δ' ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐκεῖνα τὰ τῆς Ἑκάτης, δι' ὧν φησιν ἐπιφανῆ,

ω. delend. | *ω. ἀστά.*

Ἠέριον* μετὰ φέγγος ἀπείριτον ἀστεροπληθὲς,
Ἄχραντον πολὺ δῶμα θεοῦ λιπὸν ἥδ' ἐπιβαίνω
Γαίης ζωοτρόφοιο, τεῆς ὑποθημοσύνῃσι,
Πειθοῖ τ' ἀρρήτων ἐπέων, οἷς δὴ φρένα* τέρπει
Ἀθανάτων* αἰδαῆ θνητὸς βροτός.

γρ. νίεσσιν. *γρ. ἰαδε.* *ω. ἰαδε.*

καὶ πάλιν,

Ἤλυθον εἰσαΐουσα τεῆς πολυφράδμονος εὐχῆς,
Ἣν θνητῶν φύσις εὗρε θεῶν ὑποθημοσύνῃσι.

καὶ ἔτι σαφέστερον,

Τίπτε μ' ἀεὶ* θείοντος ἀπ' αἰθέρος ὧδε χατίζων,
Θειοδάμοις Ἑκάτην με θεὴν ἐκάλεσσας ἀνάγκαις;

γρ. θέοντες.

καὶ ἑξῆς,

Τοὺς μὲν ἀπειρήτοις ἐρύων ἴϋγξιν ἀπ' αἴθρης

VIII.

EOS CONFITERI, MALEFICIIS & cantionibus qvibusdam, ad hominum voluntati obseqvendum invitos licet ac repugnantes Deos adigi.

RECTE hoc qvidem, inqvit, uti cætera, Pythagoras ille Rhodius statuebat, Deos, qvibus evocantur, sacrificiis, haud libenter, sed quadam seqvendi necessitate pertractos, adeoqve sæpius alios, alios rarius interesse. Ac nonnullos quidem, qvod usu quodam & consvetudine id faciant, clarius sese atq; illustrius exhibere, præsertim si natura boni fuerint: alios contra, tametsi freqventer interesse soleant, ad perniciem inferendam proniores esse, ubi quis potissimum negligentius in rem incumbere videatur. Hanc enim Pythagoræ sententiam, ex ipsismet Oraculis, veram esse postea comperi. Dii siqvidem omnes sese necessitate compulsos advenisse profitentur, non qvidem necessitate simpliciter, sed qvæ qvodammodo Suadæ vim ac facultatem conseqvatur. Ac superius qvidem eorum meminimus, quibus sese Hecate evocari solitam esse testatur,

Hecate evocata.

Aëriam lucem, & magni stellantia cæli
Culmina, divinos linquo, sanctosque penates,
Tellurémqve peto, quo me tua dicta vocarunt,
Visque arcana precum traxit, queis Numina linguæ
Mortali mulcere placet.

Atqve iterum,

En adsum tua vota gradu, vocesque sequuta,
Quas hominum ingenium divino numine prompsit.

Ac rursum illustrius,

Cujus inops rerum, volucri me ex æthere ductam
Huc Hecaten versu Divos cogente vocasti?

Et deinceps,

Ignotis alios summa compellis ab Æthra

IV. A δ.

QVICQVID VATICINIORUM atq; Oraculorum apud Gentes fuit, improborum Dæmonum opus fuisse.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΟΝΗΡΩΝ ΔΑΙΜΟνων εἶναι, τὰ παρὰ τοῖς ἔθνεσι μαντεῖά τε καὶ χρηστήρια.

EQVIDEM eorum qvoq; probandam, inqvit, orationem existimo, qui Philosophorum nationem a Platone, quod Elementum illud, qvam Materiam ipsi vocant, qualitatum earum, quæ subinde generantur receptaculum invenisset, plurimis iisq; maximis difficultatib⁹ liberatam esse dixerunt. B Cæterum plures adhuc easdemq; graviores ab iis mihi solutas esse persvadeo, qui Dæmonum genus Deos inter atq; homines medium posuerunt, eorumq; vi societatem communionemq; nostram uno qvasi vinculo contineri & colligari voluerunt: sive Zoroastris Magi hæc primum sententia fuerit, sive ex Thracia Orpheo duce, sive ex Ægypto aut e Phrygia ad nos usq; permanarit. Qvam ipsius originem verisimilem efficit, ea qvam regionis utriusq; sacris admixtam videmus, solennium rituum ac ceremoniarum, funeraluctusq; simulantium multitudo. C Jam apud Græcos Homerus utroq; nomine promiscue abusus videtur, Deosq; nonnunqvã ipsos Dæmones appellavit. At Hesiodus omnium sane princeps enucleate ac distincte qvatuor eorum, quæ ratione prædita sunt, genera posuit, Deos, tum Dæmones, Heroas deinde, ad extremum homines: ex quibus suam illam postea mutationem excogitavit, ut aureum quidem genus plures in Dæmones eosq; bonos, semidei vero in Heroas distracti ac veluti secreti fuerint. Qvib⁹ ita subjungit, D Qvanqvam nihil est, inquit, qvamobrem hac in parte cum Demetrio contẽdam⁹. Nam sive aliqvanto longius, sive brevius sit temporis intervallum, sive cõstitutum idem ac certum, sive etiam incertum habeatur, qvo Dæmonis animus, Heroisq; vita mutationem istam subeant; nihilo secius, quod unum ipse vult, gravium atq; antiqvorum testium auctoritate conficiet, naturas qvasdã esse DEOS inter hominesque medias, quæ mortales interdum affectiones, ac necessarias mutationes patiantur, qvos profecto Dæmones more institutoqve majorum existimari a nobis, eoque nomine coli æqvum omnino fuerit. Tum quibusdam interjectis. Ego vero, sentire mihi non sine ratione videor, Responsis & Oraculis non jam DEOS præesse, quos ab

Qvatuor genera ratione prædita rum ex Hesiodo.

ΕΥ μὲν οὖν λέγουσι καὶ οἱ λέγοντες, ὅτι Πλάτων τὸ ταῖς γινομέναις ποιότησιν ὑποκείμενον στοιχεῖον ἐξευρών, ἣν ὕλην καλοῦσι, πολλῶν ἀπήλλαξε καὶ μεγάλων ἀποριῶν τοὺς φιλοσόφους. ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι πλείονας λῦσαι καὶ μείζονας ἀπορίας, B οἱ τὸ τῶν δαιμόνων γένος ἐν μέσῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων θέντες, καὶ τρόπον τινὰ τὴν κοινωνίαν ἡμῶν συνάγον εἰς ταυτὸ καὶ συνάπτον ἐξευρόντες· εἴτε Μάγων τῶν περὶ Ζωροάστρην ὁ λόγος οὗτός ἐστιν, εἴτε Θρᾴκιος ἀπὸ Ὀρφέως, ἢ Αἰγύπτιος, ἢ Φρύγιος ὡς τεκμαιρόμεθα, ταῖς ἑκατέρωθι τελεταῖς ἀναμεμιγμένα πολλὰ θνητὰ καὶ πένθιμα τῶν ὀργιαζομένων καὶ δρωμένων ἱερῶν ὁρῶντες. C Ἑλλήνων δὲ, Ὅμηρος μὲν ἐπιφαίνεται κοινῶς ἀμφοτέροις χρώμενος τοῖς ὀνόμασι, καὶ τοὺς θεοὺς ἔστιν ὅτε δαίμονας προσαγορεύων. Ἡσίοδος δὲ, καθαρῶς καὶ διωρισμένως πρῶτον ἐξέθηκε τῶν λογικῶν τέσσαρα γένη· θεούς, εἶτα δαίμονας, εἶτα ἥρωας, τὸ δ' ἐπὶ πᾶσιν, ἀνθρώπους. ἐξ ὧν ἔοικε ποιεῖν τὴν μεταβολήν, τοῦ μὲν χρυσοῦ γένους, εἰς δαίμονας πολλοὺς κἀγαθούς, τῶν δ' ἡμιθέων εἰς ἥρωας ἀποκριθέντων. εἶθ' ἑξῆς φησιν, Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, οὐκ D ἀναγκαῖον ἡμᾶς Δημητρίῳ διαφέρεσθαι. καὶ γὰρ κἂν πλείων εἴη χρόνος, κἂν ἐλάττων, κἂν τεταγμένος, κἂν ἄτακτος, ἐν ᾧ μεταλλάττει δαίμονος ψυχὴ καὶ ἥρωος βίος· οὐδὲν ἧττον, ἐφ' ᾧ βούλεται, δεδείξεται μετὰ μαρτύρων σοφῶν καὶ παλαιῶν, ὅτι φύσεις τινές εἰσιν ὥσπερ ἐν μεθορίῳ θεῶν καὶ ἀνθρώπων, δεχόμεναι πάθη θνητὰ καὶ μεταβολὰς ἀναγκαίας, οὓς δαίμονας ὀρθῶς ἔχει κατὰ νόμον πατέρων ἡγουμένους καὶ ὀνομάζοντας σέβεσθαι. τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει. Τὸ μὲν οὖν ἐφεστάναι τοῖς χρηστηρίοις μὴ θεούς,

» οἷς ἀπηλλάχθαι τῆς περὶ γῆν προσῆκόν ἐστιν,
» ἀλλὰ δαίμονας ὑπηρέτας θεῶν, οὐ δοκεῖ
» μοι κακῶς ἀξιοῦσθαι. τὸ δὲ τοῖς δαίμοσι
V. Not. τούτοις, μονονουχὶ ῥᾳδίως λαμβάνον-
» τας ἐκ τῶν ἐπῶν τοῦ Ἐμπεδοκλέους, ἁμαρ-
» τίας, καὶ ἄτας, καὶ πλάνας θεηλάτους ἐπι-
» φέρειν, τελευτῶντας δὲ καὶ θανάτους ὥσπερ
» ἀνθρώπων ὑποτίθεσθαι, θρασύτερον ἡγοῦ-
» μαι καὶ βαρβαρικώτερον. καὶ πάλιν
» προστίθησι τοῖς εἰρημένοις ταῦτα. Εἰσὶ γὰρ
» ὡς ἐν ἀνθρώποις, καὶ δαίμοσιν, ἀρετῆς δια- B
» φοραὶ, καὶ τοῦ παθητικοῦ καὶ ἀλόγου. τοῖς
» μὲν, ἀσθενὲς καὶ ἀμαυρὸν ἔτι λείψανον,
pias, ipsamet fati necessitate adactus. Cur ergo frustra molestus ipse tibi es? Urget nimirum eadem te necessitas, atque ut ista mihi svadeas, omnino cogit. At quorsum hac in re tantum studii? cassa quippe & inutilis cohortatio tua est. Nam in rem ipsemet incumbam ultro, si fatum erit: sin autem; inanis est utriusque contentio. Quidni autem, dissoluto potius animo, qvi hac semel imbutus opinione sit, hunc in modum loquatur ipse secum. Mihi vero certum est labori parcere, nullamque mihi frustra molestiam facessere. necessario enim, quicquid in fatis erit, eveniet. At vero qui rei cujuscunque vel studium persequitur, vel præcepta tradit; qui se ipsum aut alium quemlibet adhortatur, uti vel morem gerat vel jussa negligat; peccatum aut admittat aut fugiat; vel arguat improbos, vel probos laude afficiat: Is, non palam & aperte libertatis arbitriique nostri facultatem ac potestatem relinquit, fati nomen ei solum ac vocem adjungit? Perinde omnino, ut si quis illam boni naturam, qua, hoc statu rerum, optime animantes reguntur, mali nomine appellaret. Sic enim, cum plane sentiamus, vel ad erudiendos liberos, vel ad plagas improbis mancipiis infligendas, vel ad quidlibet sive amplectendum, sive rejiciendum, non alterius nos caussæ necessitate cogi, sed prorsus voluntario nostræ libertatis impetu ad hæc similiave consilia ferri: errare is merito fallique censeatur, qui hæc omnia fato quodam fieri dixerit: quo non contentionem modo studiumque nostrum, sed alios etiam vel cohortandi vel commonendi vim ac voluntatem infringat, qua tamen ratione potissimum res hominum videmus bene feliciterque succedere. Jam ipsas quoque leges ad hominum utilitatem & commodum institutas hæc opinio labefactat. Nam cui tu bono, aut imperes iis quidpiam, aut vetes, qui jam alia constricti necessitate teneantur? Imo nec hominum scelera punire oporteat, quippe qvi propter eandem caussam peccarint nihil: nec eos contra, qvi præclare se gesserint, honoribus præmiisqve donare; qvod utrumque tamen cum ad improbitatem coërcendam, tum ad excitandum virtutis studium, momenti semper ac virium plurimum habuit. Adde religionem ac pietatem in Deum eadem sententia ruere, si nec Deus ipse, nec vaticiniorum istorum auctores,

Voluntatis libertas cum fato stare non potest.

A σῆς διδασκαλίας ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἀγόμενος. τί οὖν μάτην σεαυτὸν ἐνοχλεῖς; ἀλλ' εἰ καὶ τό σε παραινεῖν καὶ διδάσκειν φήσεις κατὰ ἀνάγκην ἐπιτελεῖσθαι, εἰς τὸ παραινεῖν καὶ πείθειν ἐμὲ ταυτα. ἀλλὰ κἂν τούτῳ τί χρὴ σπουδάζειν; ἀργὴ γὰρ καὶ ἀνωφελὴς ἡ παραίνεσις. εἰ γὰρ εἵμαρταί μοι, φιλοπονήσω· εἰ δὲ μὴ εἵμαρται, ματαίαν ποιεῖσθαι τὴν σπουδὴν ἀμφοτέρους συμβήσεται. πῶς δὲ οὐ μᾶλλον ἀπορραθυμῶν, εἴποι B ἂν πρὸς ἑαυτὸν ὁ ταύτην ἔχων τὴν δόξαν, Ἄγε μηδαμῶς φιλοπονήσω, μηδὲ μάτην ἐνοχλήσω ἐμαυτῷ. γενήσεται γὰρ τὸ εἱμαρτὸν ἐξ ἀνάγκης. ὁ δὲ περί τι σπουδάζων ἢ καὶ διδάσκων, ἢ προτρέπων ἑαυτὸν, ἢ ἄλλον, καὶ τὸ πείθεσθαι καὶ τὸ μὴ πείθεσθαι, καὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἢ μή. τό τε ἐπιτιμᾶν τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ τὸ ἐπαινεῖν τοὺς κατορθοῦντας· πῶς οὐκ ἐναργῶς ἐλέγχεται, τὸ μὲν ἔργον καταλιπὼν τοῦ παρ' ἡμῖν C καὶ τοῦ αὐτεξουσίου, τὸ δὲ τῆς εἱμαρμένης ὄνομα αὐτῷ συνάπτων μόνον; ὥσπερ εἴ τις τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν, ἧς κατὰ τὴν παρουσίαν ἄριστα διοικεῖται τὸ ζῶον, τῷ τοῦ κακοῦ προσαγορεύει ὀνόματι. οὕτω γὰρ ἐπεὶ ἐναργῶς ἑαυτῶν αἰσθανόμεθα, μὴ βιαζομένων ὑπ' ἄλλης τινὸς αἰτίας ἐν τῷ παιδεύειν τοὺς νέους, καὶ μαστίζειν τοὺς οἰκέτας ἁμαρτάνοντας, καὶ ἐν τῷ τόδε τι βούλεσθαι, καὶ μὴ βούλεσθαι, ἀλλ' αὐτοτελῶς ἐκ τῆς ἰδίας ἐξουσίας εἰς τὰς τοιαύτας κινήσεις ἀφικνουμένων, ἁμαρτάνοι ἂν ὁ ταῦτα λέγων γίνεσθαι καθ' εἱμαρ-D μένην, πρὸς τῷ παραλύειν τάς τε ἡμῶν αὐτῶν προθυμίας, καὶ τὰς εἰς ἄλλους γινομένας παρακλήσεις καὶ νουθετήσεις· ἐξ ὧν ὁρῶμεν μάλιστα κατορθούμενα τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα. καὶ μὴν καὶ νόμους ἀνατρέποι ἂν οὗτος ὁ λόγος, τοὺς τοῦ συμφέροντος ἕνεκεν ἀνθρώποις κειμένους. τί γὰρ δεῖ προστάττειν ἢ ἀπαγορεύειν τοῖς ὑφ' ἑτέρας ἀνάγκης κατεσχημένοις; ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας δεήσει κολάζειν, μὴ παρὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἡμαρτηκότας, οὐδὲ τοῖς τὰ κάλλιστα πράττουσι τιμὰς ἀπονέμειν, ὧν ἑκάτερον πολλὴν αἰτίαν παρέσχηκεν εἰς ἀναστολὴν ἀδικίας, καὶ εἰς εὐποιΐας ἑτοιμότητα. ἀλλὰ καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐσέβειαν ἀνατρέποι ἂν ἥδε ἡ δόξα, εἴγε μηδὲν ἡμῖν ὁ θεὸς, μηδὲ μὴν αὐτοὶ οἵδε χρησμῳδοὶ,

Vid. Not.

μήτ' εὐχομένοις, μήτ' εὐσεβοῦσι συμβάλλονται εἱμαρμένης ἀνάγκαις πεπεδημένοις. τὸ δὲ δίκην ἀψύχων λέγειν κινεῖσθαι ἡμᾶς, τῇδε καὶ τῇδε ὑπό τινος ἔξωθεν δυνάμεως νευροσπαστουμένους, εἰς τὸ ἐπ' ἀνάγκαις ἐθελῆσαι τάδε πρᾶξαι, καὶ ἑλέσθαι παρὰ προαίρεσιν ἕτερα· πῶς οὐκ ἂν εἴη ἀναιδὲς καὶ ἀναισχυντότατον; ἐπεί περ ἐναργῶς αἰσθανόμεθα ἑαυτῶν ἡμετέρᾳ ὁρμῇ καὶ κινήσει τάδε τινὰ προθυμουμένων, καὶ ἀμελούντων πάλιν ἑαυτῶν ἀντιλαμβανόμεθα, καὶ παρὰ ταύτην τὴν αἰ- B τίαν κατορθούντων, ἢ μὴ κατορθούντων, καὶ ἐξ οὐδενὸς ἑτέρου βιαζομένων· ἀλλὰ τὰ μὲν ἑκουσίῳ γνώμῃ αἱρουμένων, τὰ δὲ φευγόντων, καὶ παραιτουμένων ἐκ τῆς ἡμῶν αὐτῶν προαιρέσεως. Οὕτω δ' ἄρα ἐναργὴς ἦν ὁ τοῦ αὐτεξουσίου λόγος, ὥστε ὁμοίως τῷ ἀλγεῖν καὶ τῷ ἥδεσθαι, καὶ τῷ τόδε τι ὁρᾶν, καὶ τόδ' ἀκούειν, οὐ συλλογισμῷ, ἀλλ' ἐνεργείᾳ καταλαμβανομένων συναισθέσθαι ἑαυτῶν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν καὶ τῆς ἡμετέρας βουλῆς ὁρμώντων, καὶ τάδε τινὰ αἱρουμένων, τινὰ δὲ ἀποστρεφομένων· ὥστε ἐξάπαντος τὸ ἐλεύθερον, καὶ τὸ C αὐτεξούσιον τῆς ἐν ἡμῖν λογικῆς καὶ νοερᾶς φύσεως ἐνδίκως ὁμολογεῖσθαι. εἰ δὲ καὶ παρὰ προαίρεσιν μυρία συμβαίνοντα ἡμῖν τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ταράττει, διαιρετέον ἐνταῦθα τήν τε ἐν οἷς ἐσμεν φύσιν, καὶ τὸν λόγον, καθ' ὃν τὰ οὐκ ἐφ' ἡμῖν γίνεται, ἐπιθεωρητέον. οὕτω γὰρ καὶ τούτων τὸ αἴτιον οὔτις ἄλογος ἀναδείξεται εἱμαρμένη, λόγος δὲ πάλιν ἄλλος τῆς τῶν ὅλων προνοίας ἀπηρτημένος. Φέρ' οὖν ἐπιμελῶς τὸ πρόβλημα ἐπισκεψώμεθα. Πάν- D τα μὲν ἀθρόως ἐκ θεοῦ προνοίας εἶναί τε καὶ διοικεῖσθαι, οἱ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας θεσμοὶ διαγορεύουσιν. ἤδη δὲ κατ' εἶδος ἰδίως ἕκαστα τῶν γιγνομένων· τὰ μὲν ἕξει, τὰ δὲ φύσει, τὰ δὲ ὁρμῇ καὶ φαντασίᾳ. τὰ δὲ λογισμῷ καὶ οἰκείᾳ κρίσει τε καὶ προαιρέσει κινούμενα. καὶ ἄλλα μὲν κατὰ προηγούμενον λόγον γιγνόμενα. ἕτερα δὲ κατ' ἐπισυμβεβηκότα τοῖς προηγουμένως γεγονόσι, ποικίλην καὶ πολύτροπον τὴν τοῦ παντὸς συνεστήσατο διακόσμησιν, ἑκάστῳ γένει τῶν ὄντων, ἰδίαν καὶ ἀφωρισμένην τινὰ φύσεως κατασκευὴν τοῦ τῶν ὅλων αἰτίου διανείμαντος. Σχολῇ μὲν οὖν τις τὸν περὶ τῶν ἄλλων διεξέλθοι λόγον· τὸν δὲ περὶ τοῦ αὐτεξουσίου ῥᾷον καταμάθοι ἂν ὧδε.

γρ. ἰσάσαι.

pag. 144.

A nobis hac semel fati necessitate obligatis, precibus licet ac religioni operam demus, præsidii quicqvam aut emolumenti conferre possint. Nos porro more brutarum animantium, huc illucqve trahi, externa vi, qvibusdam qvasi funibus circumactos, ut alia necessario facere velimus, alia contra sensum mentemqve nostram eligamus, cui non indignissimum ac turpissimum jure videatur? maxime cum nos ad alia sponte qvadam impetuqve nostro ferri sentiamus, alia rursus cum negligimus, nostri tum ipsi qvoqve domini compotesqve maneamus; adeoqve in caussa simus, qvamobrem feliciter quid, aut secus eveniat, cum vis aliunde nulla nobis afferatur, atqve hæc uti optamus ultro, sic illa vicissim eadem plane libertate, aut defugiamus omnino, aut ex parte detrectemus. Et vero tam certa nobis explorataqve est hæc arbitrii nostri ratio, ut perinde ac dum aut dolemus ipsi, aut lætamur, aut videmus quidpiam, aut audimus, id a nobis re ipsa, non ratiocinatione ulla percipi sentimus, ita nos sponte consilioqve nostro duci, ac delectis nonnullis, ab aliis abhorrere sentiamus. Prorsus, ut illam arbitrii potestatem, penes naturam hanc nostram ratione & intelligentia præditam esse, fateri nemo non debeat. Sin autem, qvod infinita qvoqve nobis præter voluntatis consiliiqve rationem eveniant, id hominum vulgus perturbat; tum vero & distinguenda secernendaqve rerum illarum, in qvibus versamur, natura erit, & illa simul ratio consideranda, per qvam ea fiant, qvæ potestati nostræ subducta sint. Sic enim ejusmodi qvoqve rerum caussam non absurdo fato, sed alteri consilio ex divina res in omnes providentia suspenso tribuendam & assignandam esse constabit. Age ergo, qvæstionem istam diligenter excutiamus. Primum quidē divinæ providentiæ nutu, cum esse, tum regi simul universa, veræ Religionis decreta sanciunt. Jam vero, qvæ fiunt singula, pro sua qvæque ac peculiari forma, dum alia quidem habitu, alia natura, rursusq; alia impetu atqve sensu, alia vero ratiocinatione, ac judicio, suaq; adeo sponte arbitrioqve moventur: dumqve similiter alia superiori quadam & prævia ratione fiunt, alia modo superiorum vim ac ductum conseqvente, variam ac multiplicē hujus universi speciem ornatumqve conflarunt; cum auctor omnium molitorqve Deus suam cuilibet rerum generi singularemq; naturæ conditionem attribuerit. Ac cæterarum quidem vim atqve rationem exequi complectiqve difficile fuerit; Arbitrii vero libertatem hunc in modum ostendere, longe facilius.

Libertas in homine perspicua.

Cum homo non res una qvædam sit atqve simplex, aut unica natura constans, sed ex duarum ac diversarum, corporis nimirum & animi, societate conflata; & corpus qvidem animo, tanqvam instrumentum, conseqventia qvadam alligatum; spiritalis vero intelligensqve natura, vi principis illius rationis existat: cumqve alterum ratione careat, altera prædita sit; alterum corruptionem patiatur, altera minime; postremo alterum mortale sit, altera immortalis: ac proinde corpus illud brutis animantibus affine ac geminum habeamus, animum contra, cum intelligente immortaliqve natura qvadam veluti cognatione conjunctum: mirum profecto non est, si geminum hocce germen, utpote duplicis naturæ communione temperatum, duplici qvoqve vitam, eaqve diversa, ratione conformet: ut modo corporis naturæ serviat, modo libertatem partis divinioris propriam complectatur; adeoqve simul in servitute, simul in libertate versetur, hanc à Deo, qvas ob caussas ipse novit, corporis animiqve conjunctionem sortitum. Quare, qvisquis ea, qvæ corporis aut animi naturæ conveniunt, fati abusus nomine, necessitati tanqvam caussæ subjecerit, is profecto a vera appellatione aberrarit. Nam si nec fati necessitati obviam iri potest. & quæ tam corpori, quam animo naturæ jure debeantur, partem sæpe maximam impediri solent: si rursus infinita prope alia extrinsecus eveniunt, quæ præter naturam casu qvodam animum corpusqve conseqvantur; fatum & naturam idem esse qvis putet? Si enim aut fatum ullo modo declinari, aut præter illud fieri qvicqvam posse negent, qvod inexorabilis sit necessitas; & plurima tamen, uti dixi, animo corporiqve præter naturam eveniunt, perperam sané fecerit, qvi unum idemqve fato naturæqve nomen indiderit. Enimvero, ut eorum, qvæ nobis insunt, alia ratione consilioqve fiant nostro, cujusmodi sunt, qvæcunqve cum animi natura conveniunt, alia prout corporis natura postulat; alia demum utriqve, animo inqvam corporiqve sic eveniant, ut cum aliarum rerum natura cohæreant: tamen nec ea, qvæ ad animi arbitrium, nec ea, qvæ corporis ad naturam pertinent, imo nec ea, qvæ casu contingunt extrinsecus, caussæ suæ merito subduci qveant. Idem enim ille Deus, qvi totius universi, eorum qvoqve simul, qvæ seu libertatis nostræ sunt, seu naturæ, seu ca-

Homo pro duplici parte liber ac servus.

Fatum non idem ac natura.

Ἐπεὶ μὴ μονογενές τι χρῆμα, μηδ' ἐκ μιᾶς συνεστὼς φύσεως τυγχάνει ὁ ἄνθρωπος, ἐκ δυοῖν δὲ ἐναντίων εἴληχε τὴν σύνοδον, σώματος καὶ ψυχῆς· τοῦ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς ὀργανικοῦ τῇ ψυχῇ δεδεμένου. τῆς δ' νοερᾶς οὐσίας κατὰ τὸν προηγούμενον ὑποστάσης λόγον· καὶ τοῦ μὲν ἀλόγου, τῆς δὲ λογικῆς τυγχανούσης, καὶ πάλιν τοῦ μὲν φθαρτοῦ, τῆς δ' ἀφθάρτου· καὶ θατέρου θνητοῦ, θατέρας δ' ἀθανάτου. ὥσθ' ἡμᾶς θηρσὶ μὲν ἀλόγοις ἀδελφὸν φέρειν τὸ σῶμα, ψυχὴν δὲ τῇ λογικῇ καὶ ἀθανάτῳ φύσει συγγενῆ. ταύτῃ τοι εἰκὸς τὸ διφυὲς τουτὶ βλάστημα, διπλῆς ἅτε φύσεως κεκοινωνηκὸς, διπλῷ καὶ διαφόρῳ τὸ ζῆν ἀπευθύνειν τρόπῳ· τοτὲ μὲν φύσει σώματος δουλεῦον, τοτὲ δ' τῇ θειοτέρᾳ μοίρᾳ τὴν οἰκείαν ἀσπαζόμενον ἐλευθερίαν· ὡς ἢ δοῦλον εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ ἐλεύθερον, τοιαύτην τινὰ παρὰ τοῦ θεοῦ, δι' οὓς οἶδε λόγους αὐτὸς, κεκληρωμένον ψυχῆς καὶ σώματος ἐπιμιξίαν. εἰ δὴ οὖν τις τὰ κατὰ φύσιν ἤτοι τοῦ σώματος ἢ καὶ τῆς ψυχῆς, εἱμαρμένης ὀνόματι χρώμενος, ὑπ' αἰτίαν ἀνάγκης καταβάλλοι, διαμάρτοι ἂν τῆς οἰκείας προσηγορίας. εἰ γὰρ εἱμαρμένης ἀνάγκης τις ἦν ἀκώλυτος, πολλὰ δὲ τῶν τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ κατὰ φύσιν προσόντων παραποδίζεται, μυρία τε ἔξωθεν ἄλλα συναντᾷ παρὰ φύσιν κατά τι συμβεβηκὸς καὶ ψυχῇ καὶ σώματι παρεπόμενα, πῶς ἂν εἴη ταυτὸν εἱμαρμένη καὶ φύσις; εἰ γὰρ ἀπαράλλακτον φασὶν εἶναι τὴν εἱμαρμένην, καὶ μὴ δύνασθαί τι παρ' αὐτὴν γίνεσθαι (ἀνάγκην γὰρ εἶναι ἀπαραίτητον,) πολλὰ δὲ, ὡς ἔφην, παρὰ τὰ κατὰ φύσιν καὶ ψυχῇ καὶ σώματι συμβαίνει, οὐκ ἂν ὀρθῶς τις ὀνομάζοι, ταυτὸν εἶναι λέγων εἱμαρμένην καὶ φύσιν. γένοιτ' ἂν οὖν τῶν ὄντων ἐν ἡμῖν, τὰ μὲν κατὰ λογισμὸν καὶ προαίρεσιν τὴν ὑφ' ἡμῶν γιγνόμενα, οἷα τὰ κατὰ φύσιν ψυχῆς, τὰ δὲ κατὰ φύσιν τοῦ σώματος, τὰ δὲ τούτοις μὲν συμβεβηκότα, ψυχῇ λέγω καὶ σώματι, ἑτέροις δ' συντελούμενα κατὰ φύσιν· ἀλλ' οὔτε τῆς ψυχῆς τὸ ἐφ' ἡμῖν, οὔτε τοῦ σώματος τὸ κατὰ φύσιν, οὐδὲ μὴν τῶν ἔξωθεν τὸ κατὰ τὸ συμβεβηκὸς, ἐνδίκως ἄν τις ἀποστεροῖ τὸν αἴτιον. θεὸς γὰρ αὐτὸς, ὁ τῶν ὅλων, καὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τῶν κατὰ φύσιν,

ἐφ' ἡμῖν.

καὶ τὴν κατὰ συμβεβηκὸς δημιουργὸς ὢν ἀποπέφανται. καθόλου γὰρ περὶ πάντων ἀκουστέον τῆς ἐνθέου γραφῆς, τὸ, Αὐτὸς εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν, ἀποφηναμένης· εἰ δὴ οὖν βουλομένοις ποτέ τινα, ἕτερα παρὰ τὴν ἡμετέραν γνώμην συμβαίνει, ὑπομνηστέον αὑτοὺς, ὡς ἄρα τοῦτ' ἦν ἐκεῖνο τὸ διπλὸν καὶ ἑτερογενὲς τῆς ἐν ἡμῖν συμπλοκῆς, λέγω δὴ καὶ ψυχῆς καὶ σώματος. παρ' ὃ καὶ ψυχῆς οὐσία τὴν φύσιν οὖσα νοερὰ καὶ λογικὴ, ἐν νηπιάζοντι κατὰ φύσιν σώματι, παρὰ φύσιν αὐτὴ χώραν ἀλόγου μετείληφε· καὶ νοῦς ὁ φρονήσεως οἰκεῖος, ἀφραίνει πολλάκις κατά τι συμβεβηκὸς, παρατραπεὶς ἐν ὑπερβαλλούσαις, φέρε, σώματος ἀῤῥωστίαις. πολλάκις δὲ καὶ γῆρας ἐπελθὸν σώματι κατὰ φύσιν, τὴν κατὰ τὴν ἀκμὴν κατορθωμάτων τὴν διάνοιαν ἀπεστέρησε, τῆς νοερᾶς ψυχῆς τὸ λογικὸν παρὰ φύσιν ἀμβλῦναν. αἰκίαι δ' αὖ πάλιν, καὶ ἀλγηδόνες σώματος, πηρώσεις τε ἐπισυμβᾶσαι παρὰ φύσιν, τὸ αὐθεκούσιον τῆς ψυχῆς παρὰ τὸ συμβεβηκὸς ἐξενίκησαν, ἐνδούσαις ταῖς ἀλγηδόσι διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα συμπλοκήν· ὡς ἁλίσκεσθαι δεσμὸν ἄφυκτον ἐμποδὼν περιβεβλῆσθαι τῷ κατὰ ψυχὴν ἐλευθέρῳ, τοτὲ μὲν τὴν τοῦ σώματος φύσιν, τοτὲ δὲ τὰ ἐκτὸς ἐπισυμβαίνοντα. Ην δὲ ἄρα καὶ τὸ τῆς ἐφ' ἡμῖν προαιρέσεως εἰς τοσοῦτον ἧκον ἀρετῆς καὶ ἰσχύος, ὡς ἀντιβαίνειν ἐπὶ πολλῶν τολμᾶν, καὶ ἀντιλέγειν τῇ τε τοῦ σώματος φύσει, καὶ τοῖς ἔξωθεν ἐπισυμβαίνουσιν. ἡ μέν γε τοῦ σώματος φύσις ἐπὶ τὴν ἀφροδισίων ὁρμὴν τὸν ἄνδρα καλεῖ. ἡ δὲ ψυχὴ λόγῳ σώφρονι χαλινὸν ἐμβαλοῦσα τῷ πάθει, κρείττων καθίσταται τῆς τοῦ σώματος φύσεως. καὶ πάλιν ἡ μὲν πεινῆν, καὶ διψῆν, καὶ ῥιγοῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα περιστατικάζουσα, ἐπὶ τὰς κατὰ φύσιν θεραπείας τε καὶ πληρώσεις παρακαλεῖ· ἡ δὲ προαίρεσις λόγοις σώφροσιν ἀναπεισθεῖσα, καί τινας ἀσκητικὰς περιτροπὰς αὐθεκουσίως ἀγαπήσασα, πολυημέροις ἀσιτίαις καὶ καρτερίαις περικρατεῖται τὴν τοῦ σώματος φύσιν, ἀρετῇ λογισμοῦ κρείνασα τοῦτο καὶ ἑλομένη. καὶ αὖ πάλιν ἡ μὲν κατὰ φύσιν πάσαις ἡδοναῖς χαίρει, καὶ τῇ λείᾳ τῶν σωμάτων

Psal. 148. | γρ. ἐνδούσαι.

Asus, auctor omnium molitorqve celebratur. Nam illud divinæ scripturæ de nulla re non accipiendum est, *Ipse dixit, & facta sunt; mandavit, & creata sunt.* Itaque, si quando nobis certa quædam expetentibus, alia præter voluntatem eveniant, admonere tum ipsi nos debemus, illud nimirum esse, duplicis hujus nostræ diversæqve naturæ, corporis, inquam, animiqve commercium; qvo fiat, uti & animus, qvi natura spiritalis ac ratione præditus est, infantili adhuc per naturam corpore inclusus præter naturam ipse suam, in ratione carentium numero censeatur: & mens, cujus propria prudentia est, aliqvo persæpe casu deliret, dum eam graviores præcipue corporis morbi sua de sede movent. Senectus ipsa quoque, postquam naturæ ordine corpus invasit, mentem iis solertiæ facultatisque viribus, qvibus per integram adhuc ætatem florentemqve præstabat, spoliare solet, & rationis, qvæ tota spiritalis animi est, præter naturam, aciem retundere. Quinetiam plagæ doloresqve corporis, membrorumqve debilitationes, qvæ præter naturam contingunt, casu ipso plerumqve animi libertatem expugnant, dum is corporis societate victus, molestiis qvoque doloribusq; cedit: prorsus ut certum id exploratumque habeatur, liberam illam animi facultatem, partim natura corporis, partim iis, quæ extrinsecus accidunt, qvodam quasi vinculo, qvod evitari neqveat, impeditam & constrictam teneri. Quanquam ejusmodi profecto sæpe est arbitrii nostri virtus atqve robur, ut in plerisque rebus, & naturæ corporis, & ocurrentibus aliunde casibus opponere se se ac reluctari audeat. Qvippe hominem enim ad rerum venerearum appetentiam corporis natura trahit: Animus verò temperantiæ ductum & consilium seqvutus, injecto cupiditati frœno, corporis naturam impetumq; frangit. Eadem fame, siti, frigore aut cæteris id genus incommodis dum urget ac premit, ad ea, quæ naturæ conveniant, exqvirenda remedia, satisqve ventri faciendum, hominem excitat. Voluntas contra severioribus adducta rationibus, & religiosis qvibusdam cohortationibus sponte susceptis, nativam illam corporis cupiditatem plurium etiam dierum inedia toleranliaqve vincit, ad eam subeundam vi ratiocinationis, ac suopte instinctu consilioque permota. Similiter natura sua corpus omni voluptatum genere, ac lævi molliqve corporum commotione delectatur.

Psal. 148. | Voluntas aliquando vincit, aliquando cedit.

At voluntas ſtudio virtutis impulſa difficile atqve aſperum vitæ genus arripit. Jam vero exiſtunt etiam aliqvando nonnulli, qvi in pejus deteriusqve prolapſi,naturalem uſum cum eo, qvem horreat natura, commutent, mares cum maribus libidini fœdiſſimæ indulgentes. Ita ratio non ſemper naturæ cedit,ſed in plerisqve vincit,interdumqve vincitur, ac modo trahit,modo viciſſim trahitur: adeout ſi qvando pernicioſam fore vitã duxerit, homines ipſa nonnunqvam manibus corporis ſeſe vinculis ante tempus expedire conetur. Quanquam , ſi cum propria duntaxat corporis natura luctandum ipſi foret,modica certe quidem eſſet iſta contentio. Nunc autem,cum Deus humanæ vitæ rationes, cum aliis plerisqve, uti cum feris venenatisq; ſerpentibus,conjunctas ei ac permixtas eſſe voluerit; cum inter ignem, aquam, & circumfuſum aërem, illasqve naturas omnes,tam varias tamqve multiplices, qvæ iisdem elementis continentur, ſedem ipſi domiciliumque ſtatuerit: mirum profecto non eſt, ſi non modo cum propria conjunctaque ſecum ejusdem corporis natura,qvæ ſuis legibus ipſa vivit, grave ac difficile certamen inſtet, verum etiam cum ſexcentis aliis extrinſecus ingruentibus, inter qvæ mortalis homo vivere, ſummaq; tolerantia vim eorum ſuſtinere cogatur. Enimvero certa qvoque tum ciborum quorundam natura,tum cœli temperatio;vis item frigorum æſtusque flagrantior , aliaqve permulta , ut peculiares quasdam naturæqve ſuæ proprias habeant motus ſui rationes, dum tamen caſu nos invadunt, perturbationem libertati noſtræ non vulgarem afferre ſolent,propter initam ſibi cum corpore ſocietatem, cujus natura rerum externarum impetus ferre non poteſt, ſed ab iis ſæpe, tametſi naturæ ſuæ vi fiant, omnino ſuperatur. Præterea, qvoniam degere nos oportet verſariqve cum plurimis , iique ſimilem noſtræ ſortiti naturam, qvod noſtræ facultatis eſt, ſua ipſi auferunt poteſtate,arbitrii ſui libertate uſi:fit etiam , ut alienæ ſimul voluntati ſuccumbamus,dum ipſa nobis hunc in modum vel corpore vel animo tenus abutitur.Quemadmodum enim ab iis, qvæ extrinſecus eveniunt, corporis ſæpe noſtri natura vincitur: ita voluntas ipſa nonnunqvam ſexcentis aliorum opinionibus ſententiisq; jactata , ſponte licet

Libertas verum etiam externarum vi premitur.

Libertas communibus ſæpe opinionibus cedit.

A ἡ δὲ προαίρεσις ἀρετῆς ἐπιθυμίᾳ τὸν ἐπίπονον καὶ τραχὺν ἠσπάσατο βίον. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τραπέντες, μετήλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν, ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργαζόμενοι. οὕτως ἄρα καὶ τῇ φύσει οὐ κατὰ πάντα ἐνδίδωσιν ὁ λογισμός, κρατεῖ δ' ἐν πλείστοις, ὡς καὶ κρατεῖται, καὶ τοτὲ μὲν αὐτὸς ἄγει, τοτὲ δὲ αὐτὸς ἄγεται· ὡς καὶ πρὸ ὥρας ἔσθ' ὅποι χερσὶν ἐπισπᾶσθαι τὴν B ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος, ὅτε τὸ ζῆν αὐτῷ μὴ λυσιτελὲς κριθείη. εἰ μὲν οὖν πρὸς μόνην τὴν οἰκείαν τοῦ σώματος φύσιν ὁ πᾶς ἀγὼν ἦν αὐτῷ, μέτριος ἂν ἦν οὗτος. ἐπεὶ δὲ τὴν πολιτείαν, καὶ τὸν ἐν ἀνθρώποις βίον ὁ θεὸς αὐτῷ μεταξὺ πολλῶν καταβέβληται. ὡς μετὰ θηρίων καὶ ἑρπετῶν ἰοβόλων, ἐν μέσῳ τε πυρὸς καὶ ὕδατος, ἀέρος τε τοῦ περιέχοντος, καὶ τῶν ἐν τούτοις ἅπασι παρηλλαγμένων καὶ διαφόρων φύσεων τὰς διατριβὰς πεποιῆσθαι· εἰκότως αὐτῷ ἡ διαμάχη καὶ ἡ C ἔνστασις οὐ πρὸς τὴν οἰκείαν μόνον ἐστὶ καὶ συνημμένην αὐτόνομον φύσιν τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ πρὸς μυρία τὰ ἐκτὸς συμβεβηκότα, ὧν ἐν μέσῳ ζῇ ὁ τὸν θνητὸν βίον διεξάγων, ὥστε καὶ πρὸς ταῦτα καρτερῶς ἀντέχειν. Πολλαὶ γοῦν καὶ τοιῶνδε τροφῶν φύσεις, καὶ τοιαίδε συγκράσεις τοῦ περιέχοντος, κρυμῶν τε ἐπιφοραί, καὶ φλογμῶν ἐκκαύσεις, πλεῖστά τε ἄλλα κατά τινας οἰκείους λόγους φυσικῶς μὲν κινούμενα, συμβατικῶς δὲ ἡμῖν προσπίπτοντα, τάραχον οὐ τὸν τυχόντα τῷ καθ' ἡμᾶς D αὐτεξουσίῳ διὰ τὴν πρὸς τὸ σῶμα συμπλοκὴν παρέσχηκε, τῆς τῶν ἡμετέρων σωμάτων φύσεως τὰς τῶν ἔξωθεν ἐπιφορὰς οὐχ ὑπομενούσης, κρατουμένης δὲ καὶ νικωμένης ὑπὸ τῶν ἐκτὸς κατὰ φύσιν οἰκείαν ἐπιτελουμένων. Πάλιν τε αὖ, ἐπειδὴ μετὰ πλείστων ἀνδρῶν ποιούμεθα τὰς διατριβάς, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ τῆς ἴσης ἡμῖν λαχόντες οὐσίας, τὸ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἰδίας ἐξουσίας ἀποφέρονται, ἐλευθέρᾳ τῇ σφῶν χρώμενοι προαιρέσει· ταύτῃ πάλιν εἰκότως καὶ ταῖς ἑτέρων γνώμαις ὑπακουσόμεθα, τοῦ αὐτοῦ ἐκείνων αὐτεξουσίου ὧδέ πως ἡμῖν κατὰ τοῦ σώματος ἢ περὶ τὴν ψυχὴν χρωμένου. ὥσπερ γὰρ ἡ τοῦ σώματος ἡμῶν φύσις νικᾶται πολλάκις πρὸς τῶν ἔξωθεν ὑποπιπτόντων, οὕτως ἔστιν ὅτε καὶ προαίρεσις ὑπὸ μυρίων ἔξωθεν ἐνοχλουμένη προαιρέσεων, αὐτεξουσίῳ

γρ. add. τὸ

pag. 246.

γνώμῃ πεισθεῖσα, ἑαυτὴν τοῖς ἔξωθεν ἐπιδίδωσι· καὶ τοτὲ μὲν βελτίων, τοτὲ δὲ χείρων ἀποτελεῖται· οἶδε γὰρ συνουσία φαύλη κακύνειν, ὥσπερ αὖ πάλιν τοὐναντίον ποιεῖν ἀμείνους ἡ τῶν καλῶν ὁμιλία. Φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί· ὥσπερ οὖν καὶ σώζουσι βελτιοῦσαι τῶν ἀγαθῶν αἱ συνουσίαι. Καὶ λόγοις μὲν ἡ λογικὴ τῆς ψυχῆς δύναμις τῶν ἔξωθεν ἐπισυμβαινόντων, ὧδέ πως καὶ τῇδε φέρεται· ἰσχύει δὲ πάλιν οἰκείᾳ καὶ λογικῆς οὐσίας ἀρετῇ, καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς καὶ θεοειδῆ τὴν δύναμιν ἐπιδείκνυται· ὅτι πρὸς πάντα τὰ ἐκτὸς ἀντέχουσα, καὶ τὰ πάντα ἐλευθέρῳ φρονήματι ὑπερνικῶσα, πρὸς οὐδὲν τῆς οἰκείας ἀρετῆς ὑφιεμένη, φιλοσοφεῖν παρεσκεύασται. ὅσα γε μὴν ὀλιγωρεῖ, ὑπὸ τῶν χειρόνων τὰ χείρω διατίθεται, ὥσπερ οὖν καὶ βελτιοῦται τῆς ἔσωθεν τυγχάνουσα ἐπιμελείας. τί χρὴ λέγειν ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ φοραὶ καὶ ἀφορίαι τοιῶνδε ψυχῶν ἢ σωμάτων, κατά τινα περίπτωσιν οἰκείως τῇ τοῦ παντὸς διοικήσει συντελούμεναι, αἵ τε καὶ ὀρθῶς ἔχουσαι τῷ παντί, πλείστην ὅσην τοῖς κατὰ μέρος, καὶ δὴ καὶ τοῖς ἐφ' ἡμῖν παντοίας κινήσεως περιουσίαν ἀπεργάζονται; Πᾶσιν δὲ καθόλου τοῖς οὖσι, τοῖς τε παρ' ἡμᾶς γινομένοις, καὶ παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν, ἢ τοῖς ἔξωθεν κατὰ συμβεβηκὸς ἐπιοῦσι, τοῖς τε φυσικῶς ἐνεργουμένοις, μία παναλκὴς καὶ παντοδύναμος ἐπικρατεῖ ἡ διὰ πάντων ἐπιπορευομένη τοῦ θεοῦ πρόνοια, ἣ καὶ τὰ πλεῖστα θειοτέροις, ἡμῖν τε ἀρρήτοις οἰκονομεῖ λόγοις, εὐηνίως τὸ πᾶν διακυβερνῶσα, πολλά τε καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ προσῆκον τοῖς καιροῖς μετασκευάζουσα, συνεργοῦσά τε καὶ συμπράττουσα τοῖς ἐφ' ἡμῖν, καὶ τοῖς ἐκτὸς πάλιν συμβαίνουσι τὴν δέουσαν τάξιν ἀπονέμουσα. τούτων εἰς τρία τὸν διῃρημένων τρόπον, εἴς τε τὰ ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὰ κατὰ φύσιν γινόμενα, τά τε κατὰ συμβεβηκός, πάντων τε ἐφ' ἕνα λόγον τὸν ἐκ θεοῦ βουλῆς ἀνακεφαλαιουμένων· οὐδαμοῦ μὲν ὁ περὶ εἱμαρμένης χώραν ἕξει λόγος. γνώριμος δ' αὖ ἡμῖν εὑρημένη καὶ ἡ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπορουμένη τῆς κακίας πηγή, ἐν οὐδενὶ μὲν χώραν ἔχουσα τὴν κατὰ φύσιν, οὔτ' ἐν σώμασιν, οὔτ' ἐν οὐσίαις, πολλοῦ δεῖ ἐν τοῖς κατὰ συμβεβηκὸς ἔξωθεν ἐπιγινομένοις· εὑρεθεῖσα δ' αὖ ἐν μόνῃ τῇ τῆς ψυχῆς αὐτοπροαιρέτῳ κινήσει

[Left margin: Cor. [illegible]] [Left margin: n. add. [illegible]]

arbitrioqve ſuo, voluntati tamen obſecundat alienæ. Ita melior ipſa modo, modo deterior efficitur. Improborum enim conſvetudine vitium contrahimus, quemadmodum efficimur proborum uſu ac ſocietate meliores. *Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala:* perinde nimirum, uti virorum bonorum congreſſus virtutem nobis pariter ſalutemqve conciliat. Verum, ut animi facultas illa rationis compos, alienis ſæpe verbis atqve rationibus huc illucqve verſetur: vincit tamen ſua virtute nonnunqvam, vimque plane divinam oſtendit; qvoties adverſus externos aſſultus omnes obfirmata, cunctorumqve libera quadam ingenuaque conſtantia victrix, nihil uſquam virium remittens ſuarum, ad ſtrenue philoſophandum ſe ſe comparat. Qvod ſtudium dum ipſa negligit, a deterioribus peſſime haberi afficiqve ſolet; qvemadmodum exteriore cultu perpolita, majoris in dies probitatis acceſſione cumulatur. Qvid porro commemorare attinet, ut certorum quorundam & animorum & corporum aut proventus, aut penuria, tametſi caſu qvodam ad univerſi gubernationem proprie conferat, ejusqve ordini præclare omnino conveniat, tamen cum ſingulis partibus, tum iis quoqve rebus, qvæ facultatis ac poteſtatis noſtræ ſunt, incredibilem ſæpe affert mutationis æſtum. Cæterum cunctis omnino rebus, ſeu conſilio fiant impulſuqve noſtro, ſeu fortuito aliunde contingant, ſeu deniqve naturalem habeant ortus ſui rationem, ſumma una præpotensqve Dei providentia moderatur, qvæ cum omnia permeet, tum plurima divinioribus quibusdam rationibus, captumque noſtrum fugientibus adminiſtrat: cumque ſuis veluti habenis obſecundans hoc univerſum ac flexibile habeat, tum res etiam plerasqve naturales ad varias temporum occaſiones fingit ac mutat, itaqve poteſtati arbitrioqve noſtro ſubditas auxilio promovet ſuo, ut iis, qvæ extrinſecus eveniunt, ſuum qvoqve locum & conſentaneum ordinem attribuat. Cum ergo tria hæc rerum genera ſtatuantur, ut aliæ noſtra ex voluntate pendeant, aliæ prout natura poſtulat, aliæ denique fortuito eveniant, eademqve ſimul ad unam divini conſilii rationem univerſæ revocentur; locus plane nullus Fato relinqvatur neceſſe eſt. Quinetiam fontem jam illum improbitatis noverimus, a plerisqve omnibus ignoratum, qvi cum nec in corporum, nec in ſpiritalium ſubſtantiarum natura, multo minus in iis, qvæ extrinſecus accidunt, poſitus ſit; reliquum eſt, ut in libero tantum animi ſenſu

[Right margin: 1. Cor. 15. 33.] [Right margin: Divinam providentiam cunctis præeſſe.]

motuqve reperiatur: nec tamen, dum naturam sequutus, rectam insistit viam, sed tum duntaxat, cum a regio deflectens itinere, suopte arbitratu, uti juris ille sui suæque potestatis est, in alienam a natura semitam deerrat. Enimvero, cum eximium hoc a Deo & singulare munus acceperit, ut libertatem ac summum in se ipsam imperium obtineret; motuum quidem suorum rationes habet suo ex arbitrio judicioqve pendentes: sed tamen divina lex cum eodem, naturali quadam societate, lampadis instar facisque conjuncta, inclamat subinde ac monet interius, uti regia incedat via, nec ad sinistram aut dexteram ullatenus declinet, viam hanc regiam, congruentem & consentaneam rectæ rationi viam esse docens. Quippe naturalem hancce legem, quâ suis in actionibus uteretur, animæ cuilibet tanquam auxiliatricem, universi molitor impressit: atqve ita, quemadmodum hujus vi legis, rectam ipsi viam commonstravit, sic plena illa, qvam eidem concessit, integraqve libertate perfecit, uti rerum meliorum delectus non laude tantum & approbatione, sed amplioribus etiam, ubi res præclare cessisset, præmiis dignus esset; qvod citra vim ullam, pro arbitratu consilioqve suo recte agere statuisset, cum tamen contrarium optare potuisset: contraqve deteriorum electioni vituperatio suppliciumqve deberetur, qvod in eam suopte nutu spreta naturæ lege ferretur, ac se se perperam abusa, nulla extrinsecus necessitate cogente, sed libero plane sensu atqve judicio, improbitatis ipsa caput fontemqve aperiret. Tota ergo culpa deligētis est, nulla Dei. Neqve enim pravam Deus, aut naturam, aut animi substantiam procreavit. Nam bonus ipse cum sit, ullius eum rei, nisi bona qvoque fuerit, auctorem esse nefas est. Bonum id omne porro est, quicquid a natura est: cuilibet autem animo ratione prædito libertatis & arbitrii bonū a natura inest, nec alium ad finem, qvam ad boni electionem inditum. Neqve vero, prava cum seqvitur, naturæ assignandum id est; cum ipsi pravum non a natura, sed præter naturam contingat, ut pote qvod voluntatis opus sit, non naturæ. Cui enim optandi boni vis & facultas insit, is si minime optaverit, si repudiatis sponte melioribus, deteriora sectatus fuerit, qvem ipse tandem reliquum habeat effugiendi locum, qvi & intestinum sibi morbum crearit, & innatam sibi legem, perinde ac servatorem quendam medicumqve neglexerit? Quisqvis ergo, nulla horum omnium habita ratione, ex necessitate potius ac siderum conversione cuncta suspendit, qviq; eorum, qvæ ab hominibus peccantur, pravitatem,

Lex naturalis à Deo homini impressa.

Aberratio voluntatis, culpa nostra est, non Dei vel naturæ.

Flagitium est, siderum [illegible]

A καὶ ἐν ταύτῃ οὐχ ὅτε κατὰ φύσιν βαδίζουσα τὴν εὐθεῖαν ὁδεύει, ἀλλ᾽ ὅτε τῆς βασιλικῆς ἐκστᾶσα οἰκείᾳ γνώμῃ τὴν παρὰ φύσιν τρέπεται, αὐτὴ ἑαυτῆς καθεστῶσα κυρία. ἐπειδὰν τοῦ γέρως ἐξαίρετον παρὰ θεοῦ λαβοῦσα, ἐλευθέρα καὶ αὐτοκράτωρ τυγχάνει, τῆς οἰκείας ὁρμῆς τὸ κριτήριον εἰς ἑαυτὴν ἀναδεδεγμένη· νόμος δὲ θεῖος αὐτῇ συνεζευγμένος κατὰ φύσιν, λαμπτὴρ καὶ φωστὴρ δίκην ἐπιφωνεῖ ἔνδοθεν ὑπηχῶν αὐτῇ

B καὶ λέγων, ὁδῷ βασιλικῇ πορεύσῃ, οὐκ ἐκκλινεῖς δεξιὰ, οὐδὲ ἀριστερά· βασιλικὴν τὴν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πορείαν εἶναι διδάσκων. τοῦτον γὰρ ἁπάσῃ ψυχῇ φυσικὸν νόμον βοηθὸν αὐτῇ καὶ σύμμαχον ἐπὶ τῶν πρακτέων ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ὑπεστήσατο. διὰ μὲν τοῦ νόμου, τὴν εὐθεῖαν αὐτῇ παραδείξας ὁδὸν, διὰ δὲ τῆς αὐτῇ δεδωρημένης αὐτεξουσίου ἐλευθερίας, τὴν τῶν κρειττόνων αἵρεσιν ἐπαίνου καὶ ἀποδοχῆς ἀξίαν ἀποφήνας, γερῶν τε καὶ μειζόνων ἐπάθλων, τῶν ἐπὶ τοῖς κατορ-

C θουμένοις, ὅτι μὴ βεβιασμένως, γνώμῃ δ᾽ αὐτεξουσίῳ κατώρθου, παρὸν καὶ τὴν ἐναντίαν ἑλέσθαι· ὡς ἔμπαλιν τὴν τὰ χείρω ἑλομένην ψόγου καὶ τιμωρίας εἶναι ἀξίαν, ἅτε οἰκείᾳ κινήσει τοῦ μὲν κατὰ φύσιν νόμου παραμελήσασαν, κακίας δὲ ἀρχὴν καὶ πηγὴν ἀπογεννήσασαν, φαύλως τε ἑαυτῇ κεχρημένην, οὐκ ἔκ τινος ἔξωθεν ἀνάγκης, ἀλλ᾽ ἐξ ἐλευθέρας γνώμης τε καὶ κρίσεως. αἰτία δὴ τοῦ ἑλομένου. θεὸς ἀναίτιος. οὔτε γὰρ φύσιν φαύλην ὁ θεὸς εἰργάσατο, οὐδέ γε ψυχῆς

D οὐσίαν· ἀγαθῷ γὰρ οὐδὲν πλὴν ἀγαθὰ δημιουργεῖν θέμις. ἀγαθὸν δὲ πᾶν ὅ, τι κατὰ φύσιν. ψυχῇ δ᾽ ἁπάσῃ λογικῇ κατὰ φύσιν πάρεστι τὸ αὐτεξούσιον ἀγαθὸν, καὶ τοῦτ᾽ ἐπ᾽ ἀγαθῶν αἱρέσει γεγενημένον. φαύλως δὲ ὅτε πράττει, οὐ τὴν φύσιν αἰτιατέον. οὐ γὰρ κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν δ᾽ αὐτῇ γίνεται τὸ φαῦλον, προαιρέσεως ὂν, ἀλλ᾽ οὐχὶ φύσεως ἔργον. ᾧ γὰρ παρῆν δύναμις τῆς τἀγαθοῦ αἱρέσεως, ὅτε μὴ τοῦτ᾽ εἵλετο, ἑκὼν δὲ τὸ κρεῖττον ἀπεστράφη, τὸ χεῖρον μεταποιηθεὶς, τίς ἂν τούτῳ τόπος ἀποφυγῆς λείποιτο τῆς οἰκείας αἰτίῳ καταστάντι νόσου, τοῦ τε συμφύτου νόμου, σωτῆρος οἷα καὶ ἰατροῦ παραμελήσαντι; ὁ δὴ τούτων ἁπάντων μηδένα λόγον ποιούμενος, ἀνάγκης τε καὶ ἄστρων φορᾶς ἀνάψας τὰ πάντα, τῆς τε τῶν πλημμελουμένων ἀνθρώποις αἰτι-

πίας, μὴ ἐξ ἡμῶν εἶναι φάσκων τὰ αἴτια, ἀλλ' ἐκ τῆς τὰ πάντα κινούσης δυνάμεως, πῶς οὐκ ἀνόσιον καὶ δυσσεβῆ λογισμὸν εἰσφέροι ἄν; εἴτε γὰρ αὐτόματον καὶ ἀπρονόητον θείη τὴν τοῦ παντὸς φορὰν, ἐλέγχοιτ' ἂν ὡς αὐτόθεν ἄθεος, πρὸς τῷ καὶ ἀβλεπτεῖν περὶ τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν, καὶ τὴν τῶν ὅλων διάταξιν, δι' ἧς ἐν κόσμῳ τὴν δι' αἰῶνος κίνησιν ἀνακυκλουμένην· εἴτε θεοῦ πρόνοιαν ἄγειν καὶ φέρειν, ἐπιστατεῖν τε πᾶσι, καὶ πανσόφῳ λόγῳ διοικεῖν ὁμολογήσει, οὐδ' οὕτω τὸ δυσσεβοῦς ἐκπέφευγε τῆς [illegible] ἀτοπίαν· ἐπειδὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁμαρτανομένων, τοὺς μὲν πλημμελοῦντας ἀπολύει, ὡς μηδὲν τῶν ἀτόπων ἐξ οἰκείας γνώμης διαπεπραγμένους, ἀνάγει δὲ τὴν αἰτίαν τῶν κακῶν ἐπὶ τὴν καθόλου πρόνοιαν, ἀνάγκην αὐτὴν καὶ εἱμαρμένην ἀποκαλῶν, καὶ πάσης τῆς ἐν ἀνθρώποις αἰσχρουργίας καὶ ἀῤῥητοποιΐας, ὠμότητός τε καὶ μιαιφονίας αἰτίαν εἶναι λέγων. V. Not. Καὶ τίς ἂν εἴη τούτου δυσσεβὴς ἄλλος, τὸν τῶν ὅλων θεὸν, αὐτὸν δὴ τὸν ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εἰσάγων, ἐπαναγκὲς ἐκβιαζόμενον τόνδε μὲν οὐκ ἐθέλοντα ἀσεβεῖν, τοῦτο πράττειν, καὶ ἄθεον εἶναι κατ' ἀνάγκην, καὶ εἰς ἑαυτὸν βλάσφημον. τόνδε δὲ, ὃν αὐτὸς τὴν φύσιν ἄῤῥενα συνεστήσατο, πάσχειν παρὰ φύσιν τὰ θηλειῶν, οὐ κατὰ προαίρεσιν, κατηναγκασμένον δὲ πρὸς αὐτοῦ· καὶ ἄλλον ἀνδροφόνον γίνεσθαι, μὴ παρὰ τὴν οἰκείαν γνώμην, ὑπ' ἀνάγκης δὲ ἐλαυνόμενον τοῦ θεοῦ, ὡς μηδ' εὐλόγως ἐπιμέμφεσθαι τοῖς πλημμελοῦσιν· ἀλλ' ἤτοι μηδὲ ἁμαρτήματα ταῦτ' εἶναι ἡγεῖσθαι, ἢ τῶν κακῶν ἁπάντων ποιητὴν εἶναι τὸν θεὸν ἀποφαίνεσθαι. εἴτε γὰρ αὐτὸς τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρὼν, καὶ τὰ πάντα ὁρῶν, καὶ πάντων ἀκούων, ταῦτα πράττειν ἀναγκάζοι, Pag. 148. εἴτε τὴν τοῦ παντὸς φορὰν, καὶ τὴν τοιάνδε τῶν ἄστρων κίνησιν αὐτὸς τούτων ποιητικὴν καὶ ἀναγκαστικὴν ὑπεστήσατο· ὁ τὸ τοιόνδε συστήσας ὄργανον, καὶ τὴν τῶν θηρωμένων παγίδα μηχανησάμενος, εἴη ἂν αὐτὸς ὁ τῶν ἁλισκομένων αἴτιος. εἴτ' οὖν αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, εἴτ' οὖν πάλιν αὐτὸς διά τινος ἄλλης πρὸς αὐτοῦ μεμηχανημένης ἀνάγκης, τοὺς οὐκ ἐθέλοντας τοῖσδε τοῖς κακοῖς περιβάλλοι, αὐτὸς ἂν εἴη, καὶ οὐκ ἄλλος, ὁ πάντων κακῶν ποιητικὸς, καὶ οὐκέτ' ἂν ἐνδίκῃ ἡμαρτηκὼς λέγοιτ' ἂν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ τούτου ποιητὴς θεός.

Anon jam nobis, sed vi cuidam ac potestati, qva moventur omnia, tribuendam esse docet; qvis non flagitiosam ab eo impiamqve sententiam invehi arbitretur? Nam sive casu ac temere hoc universum moveri statuet, præterquam qvod in exqvisitissimo illo concentu, ac rerum universarum ordine, qvi motum ipse suum ex omni ævo summa cum æqvabilitate convertit, omnino cæcutiet; divinam hoc ipso naturam plane sustulerit. Sive divina providentia flecti regiqve orbem, eamqve non cunctis modo præesse rebus, B sed ipsas qvoqve sapientissimo consilio moderari fatebitur: ne sic qvidem impietatis crimen effugerit, cum & ab iis sceleribus, qvæ inter homines vulgo committuntur, auctores ipsos, qvasi nihil ab iis suapte voluntate peccetur, immunes ac liberos esse velit; & malorum caussam in communem illam universalemqve providentiam conferat, necessitatis eam fatiqve nomine, obscenitatis omnis atqve flagitii, qvod ab hominibus suscipiatur, crudelitatis idē ac parricidii fontem esse defendens. Cujus vero major impietas esse possit, qvam ejus, qvi rerum C omnium præpotentem Deum, ipsum, inqvam, Universi Conditorem & Architectum inducat, alteri qvidem impietatem aversanti, ut impius, atqve in se ipsum, omni religione sublata, contumeliosus sit, necessitatem afferentem; alterum, qvem ipse natura marem procrearit, ad muliebria præter naturam, non voluntarie, sed illata vi, subeunda cogentem: alterum deniqve, ad hominum cædes, invitum licet, divinitus impellentem? Ex eo quippe consequens omnino fuerit, nemo ut illos, qvi ejusmodi se se maleficiis obstrinxerint, accusare merito possit; D sed potius, ut vel ista non jam peccatorum in loco habeantur, vel Deus ipse malorum omnium auctor censeatur. Nam sive præsens ipse rebus intersit omnibus, omnia videat, audiat omnia, simulque ad ea scelera mortales adigat: sive conversionem universi, astrorumque motum ipsemet ejusmodi constituerit, cui tot maleficiorum necessitas debeatur: qvi tale conflaverit instrumentum, & capiendis induendisq; hominibus laqueum machinatus sit, is profecto cur iidē irretiantur, caussa sit, necesse est. Itaq; seu per se se Deus, seu alia quavis, quā molitus ipse fuerit, necessitate, his malis invitos constringat; unus ipse plane, alius nemo, cunctorū malorū architectus habeatur: nec jam sceleratus homo jure, sed ejus procreator dicatur Deus.

Deus peccati auctor esse non potest.

Fatum qui ponit, Deum tollit.

Quo quidem orationis genere quodnam aliud impium magis esse queat? Maneat igitur, qui Fatum invexerit, ab eo Deum continuo Deique providentiam funditus exterminari: perinde, ut qui Deum rebus præficit universis, omnem is una tollit fati rationem. Enim vero, aut Deus & Fatum idem erunt, aut alterum ab altero distinguetur. Jam ut idem sint, fieri nullo modo potest. Nam si fatum seriem quandam esse volunt, nexumque caussarum, certo atque constanter ex cœlestium astrorum conversione pendentem: quis non priora fato ipso elementa esse intelligat, ex quibus cœlestia corpora conflata sint? quorum sane fortuitum quendam casum esse fatum, quivis opinor merito dixerit. Quod autem elementis fortuitum est, idem illud ac præpotentem universi Deum esse, quis putet? Elementa quippe, natura sua, cum anima tum ratione carent: At Deus & ab omni corporis concretione sejunctus, & vita per se se quædam ac sapientia est, idemque non singulis tantum elementis, sed totius etiam universitatis pulchritudini, vis in procreando suæ copiam facit. Non idem ergo sunt fatum atque Deus. Sin autem diversum aliquid a Deo fatum est: utrum melius quidpiam? At Deo, nec melius quicquam, nec potentius est. Aut igitur vincet ille superabitque, quod humilius est, aut si fato malorum architecto cesserit, culpam ipse totam sustinebit, qui cum artificem mali necessitatem inhibere posset, non fecerit tamen, sed eam potius in omnium pestem atque perniciem libere grassari permiserit, seu verius id ipsemet fecerit, si quidem is & rerum omnium, & ipsius quoque fati auctor ac molitor habeatur. Nam si de universi administratione, Deo susq; deque; vox denuo impiorum existat, cui tamen occludendæ aures illico sunt; cum se se divina vis ac providentia clare spectandam exhibeat, & universe operibus admirabili plane consilio solertiaque perfectis, & iis proprie, quæ nobis conjuncta cum sint, tum liberā suoque gaudentem jure animi ratione præditi facultatem evidenter ostendunt. Qua quidem fieri solet, ut infinita licet extrinsecus, aut naturæ corporis, aut susceptis ultro motibus impedimenta fortuito se se objiciant, omnibus tamen libera virtus animi constanter obsistat, voluntariam boni electionem, nostræ cujusdam potestatis esse, quæ vinci expugnarique non possit, ostendens.

Dei providentia notissima.

A καὶ τίς ἂν τούτου γένοιτ' ἂν ἕτερος λόγος ἀσεβέστατος; ὁ δὴ οὖν εἱμαρμένην εἰσάγων, ἄντικρυς θεὸν καὶ θεοῦ πρόνοιαν ἐξωθεῖ· ὥσπερ ὁ τὸν θεὸν ἐφιστὰς τοῖς πᾶσιν, ἀνέλοι ἂν τὸν περὶ εἱμαρμένης λόγον. ἢ γὰρ ταὐτὸν ἂν εἴη ὁ θεὸς καὶ εἱμαρμένη, ἢ θάτερον διεστὼς ἑτέρου. ταὐτὸν μὲν οὖν οὐκ ἂν γένοιτο. εἰ γὰρ τὴν εἱμαρμένην εἱρμόν τινα αἰτιῶν εἶναί φασιν, ἀπ' αἰῶνος ἀπαραβάτως καὶ ἀμετακινήτως ἐκ τῆς τῶν οὐρανίων ἄστρων φο- B ρᾶς καθήκοντα, πῶς οὐ πρότερα ἂν εἴη τῆς εἱμαρμένης τὰ σωματικὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν καὶ τὰ οὐράνια συνέστηκεν; ὧν τὴν εἱμαρμένην, συμβεβηκός τι σύμπτωμα λέγοι ἂν τις εἰκότως· καὶ πῶς ἂν ταὐτὸν εἴη τὸ συμβεβηκὸς τοῖς στοιχείοις, τῷ ἐπὶ πάντων θεῷ; εἰ δὴ τὰ στοιχεῖα ἄψυχα καὶ ἄλογα κατὰ τὴν οἰκείαν ἐπιθεωρεῖται φύσιν, ὁ δὲ θεὸς ἔξω σωμάτων αὐτοζωὴ καὶ σοφία τυγχάνει ὤν, τῆς ἐξ αὐτοῦ δημιουργίας, τοῖς τε κατὰ μέρος στοιχείοις, καὶ τῇ τῶν ὅλων διακοσμήσει τὴν ἀπόλαυσιν δω- C ρούμενος. οὐ ταὐτὸν ἄρα θεὸς καὶ εἱμαρμένη. εἰ δὲ δὴ ἕτερον, πότερον κρεῖττον; ἀλλ' οὐδὲν τοῦ θεοῦ κάλλιον, οὐδέ τι δυναμικώτερον. οὐκοῦν κρατήσει καὶ περιέσται τοῦ χείρονος, ἢ συγχωρῶν κακοποιῷ τυγχανούσῃ τῇ εἱμαρμένῃ, αὐτὸς ἂν ἐφέλκοιτο τὴν αἰτίαν, ὃς δυνατὸς ὢν ἐπισχεῖν τὴν κακοποιὸν ἀνάγκην, οὐκ ἐποίησε τοῦτο, ἀνῆκε δὲ ἄφετον ἐπὶ λύμῃ καὶ διαφθορᾷ τῶν ἁπάντων, μᾶλλον δὲ αὐτὸς τοῦτο εἰργάσατο, εἰ δὴ πάντων καὶ αὐτῆς εἱμαρμένης ποιητὴς καὶ δημιουργὸς εἰσά- D γοιτο. εἰ δ' οὐδεὶς αὐτῷ λόγος τῆς τοῦ παντὸς διατάξεως, ἀθέων αὖθις ἀνακύψειε φωνή, πρὸς ἣν τὰς ἀκοὰς ἀποκλειστέον, τῆς ἐνθέου προνοίας καὶ δυνάμεως ἐναργῶς ἀποφαινούσης ἑαυτήν, ἔκ τε τῶν καθόλου πανσόφων καὶ τεχνικῶν ἀποτελεσμάτων, ἔκ τε τῶν καθ' ἡμᾶς ἀναμφιλόγως τὴν ἐλευθέραν καὶ αὐτεξούσιον τῆς λογικῆς ψυχῆς δύναμιν παραδεικνυμένων. καθ' ἣν καίτοι μυρίων ἔξωθεν ἐμποδών, τῇ τε τοῦ σώματος φύσει, ταῖς τε κατὰ προαίρεσιν ἐφ' ἡμῖν ὁρμαῖς, κατά τι συμβεβηκὸς προσπιπτόντων, ὅμως πρὸς ἅπαντα τῆς κατὰ ψυχὴν ἀρετῆς τὸ ἐλεύθερον ἀντέχει, ἄμαχον καὶ ἀήττητον τὸ ἐφ' ἡμῖν τῶν καλῶν τὴν αἵρεσιν ἐπιδεικνύμενον.

τοῦ

τοῦτο δὲ μάλιστα καὶ ὁ παρὼν καιρὸς τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εὐαγγελικῆς διδασκαλίας ἔργοις αὐτοῖς παρέστησε. ἵνα γὰρ ταῦτα μὴ ψόφοι καὶ κενὰ ῥήματα, πάρεστί σοι τὸν τῶν θεοσεβῶν ἀγῶνα ἐπιβλέψαι, καὶ συνιδεῖν τοὺς προαιρέσει αὐθεκουσίῳ τοὺς πόνους τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλων ἀναδεδειγμένους. οὓς καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης μυρία πλήθη Ἑλλήνων τε καὶ Βαρβάρων ἐνεδείξατο, πάσας μὲν προθύμως τὰς κατὰ τοῦ σώματος ὑπομείναντα αἰκίας, πᾶν δὲ βασάνων εἶδος φαιδρῷ τῷ προσώπῳ διελθόντα, καὶ τέλος πολυτρόποις σχήμασι τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος λύσιν τῆς ψυχῆς ἀσπασίως καταδεξάμενα. καὶ μὴν οὐδεὶς ἐνταῦθα λόγος ἐπιτρέψει τὴν εἱμαρμένην αἰτιᾶσθαι. ποῦ γάρ σοι ἐκ μακροῦ αἰῶνος τοιούσδε ἀθλητὰς εὐσεβείας ἤνεγκεν ἡ τῶν ἄστρων φορά; ἢ πότε ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς πάντας ἀνθρώπους καταβληθείσης διδασκαλίας, τοιόνδε προεβέβληται καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἀγῶνα; ποῦ δὲ τοιονδὶ λόγων διδασκάλιον, δεισιδαίμονος μὲν πλάνης ἀναιρετικὸν, ἑνὸς δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ γνώσεως διδακτικὸν, ἅπασιν ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις, ὁ πᾶς αἰὼν ἤνεγκε; τίς δὲ ἐξ αἰῶνος τῶν πάλαι ἀοιδίμων σοφῶν, Βάρβαρος ἢ Ἕλλην, τοιᾶσδέ ποτε ἠξιώθη εἱμαρμένης, ὡς εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον διαφανῆ καταστῆσαι τὸν ὑπ' αὐτοῦ προβληθέντα λόγον, γνωσθέντα τε μέχρι καὶ τῶν ἐσχατιῶν, καὶ θεοῦ δόξαν παρὰ τοῖς αὐτοῦ καθωσιωμένοις κτήσασθαι; εἰ δὲ ταῦτα ἐξ αἰῶνος οὔτ' ἦν, οὔτε γέγονεν, οὔτε ἀκοαῖς ἤκουσαι· οὐκ ἦν ἄρα εἱρμὸς αἰτιῶν καὶ ἀνάγκη τὸ τούτων αἴτιον. πάλαι γὰρ ἂν διὰ τῆς αὐτῆς ἀνακυκλήσεως καὶ περιφορᾶς τῶν ἄστρων, οὐδεὶς ἦν φθόνος καὶ ἄλλους τῆς αὐτῆς τυχεῖν γενέσεώς τε καὶ εἱμαρμένης. ἐκ ποίας δὲ ἄρα εἱμαρμένης ὁ μὲν ἡμέτερος Σωτὴρ θεὸς ἐπιφανεὶς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἀνηγόρευται· οἱ δὲ πάλαι νενομισμένοι παρά τε Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις θεοὶ καθῄρηνται; καὶ οὐκ ἄλλως καθῄρηνται, ἢ διὰ τῆς τοῦ νέου θεοῦ διδασκαλίας; ποία δὲ αὐτῶν εἱμαρμένη θεὸν δημιουργὸν ἁπάντων πᾶσιν ἀνθρώποις κατήγγειλεν, εἱμαρμένην δὲ μὴ εἶναι φάναι ἐξηνάγκασε; καὶ πῶς ἡ εἱμαρμένη μὴ εἶναι ἑαυτὴν λέγειν τε καὶ φρονεῖν ἐβιάσατο; τί δὲ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν

Atque id profecto, vel hoc ipsum Evangelicæ Servatoris nostri doctrinæ tempus re ipsa maxime comprobavit. Quippe, ne tu ista forte verborum inanem sonitum existimes, uno aspectu sanctissimorum Martyrum dimicationem, eorumqve seriem intueri potes, qvi suopte arbitrio susceptorum pro pietate certaminum labores maximos subire: qvos quidem innumerabilis toto passim orbe, tam Barbarorum, qvam Græcorum multitudo sustinuit; qvæ cum alacriter omnes corporis cruciatus tolerasset, ac genera tormentorum omnia hilari vultu exhausisset, tum variam deniqve, ac specie formaqve multiplicem animi corporisqve dissolutionem perlibenter excepit. Qvo qvidem in genere, fato caussam assignare ratio nulla patiatur. Nam ubi tandem, ut ex longissima memoria repetas, ejusmodi pietatis Athletas siderum conversio protulit? Ecqvando priusqvam cunctas late nationes Servatoris nostri doctrina pervasisset, ejusmodi vita hominum universa toto passim orbe certamen exhibuit? Ecqvando disciplinarum ejusmodi scholam ullam, qvæ cum superstitiosum errorem convelleret, tum unius præpotentis Dei cognitionem doceret, universis hominibus, Græcisqve pariter ac Barbaris, superius retro ævum aperuit? Ecqvis porro clarissimorum olim ex omni ætatum memoria sapientum, seu Barbarus ille, seu Græcus fuerit, ejusmodi unqvam fatum sortitus est, ut profectæ abs se se doctrinæ lucem ad extremos usqve orbis universi fines propagaret, Deiqve apud eos, qvi sacris initiati suis essent, nomen sibi & opinionem compararet? Qvod si tot ac tanta nullo unqvam tempore, vel fieri qvisqvam vidit, vel facta audivit; eorum ergo caussa nexus ille causarum necessitasqve non fuit. Qvod enim eandem jam olim, eadem recurrente siderum conversione, ortus plerisqve fatiqve rationem invideret, prorsus erat nihil. Sed qvo tamen fato, Servator noster Deus post adventum suum orbe toto consecratus est; qvos Græci pridem ac Barbari Deos habuerant, sublati sunt? nec aliter qvam novi Numinis doctrina sublati? Qvodnam porro fatum, cunctos homines Deum rerum esse molitorem omnium docuit, fatum esse nullum profiteri coëgit? Qvi fieri potuit, ut ex hominum ore simul & cogitatione fatum fati vi tolleretur? Qvid eorum multitudo tanta, qvi genera certaminum omnia, pro

Christiana doctrina a vi fati ...

A Christianæ pietatis doctrinæqve defensione, cum superioribus retro seculis subiere, tum ætate qvoqve nostra sub[illegible] Uno videlicet omnes eodemqve fato nati sunt, qvod & illos eidem instituto doctrinæqve mancipa- rit, & eandem ab illis sententiam ac voluntatem expresserit; illos deniqve non ad amplectendam solum eandem vitæ morumqve rationem, sed etiam ad eosdem omnino cruciatus religionis propugnandæ gratia sustinendos impulerit. Ecqvæ tandem, si recta modo sit, ratio ferat, uti juvenes simul atqve senes, nullamqve adeo non ætatem, mares B item pariter ac fœminas, tot barbarorum genera, servos æqve ac liberos, eruditos simul & ab omni doctrina imparatos, non in aliqvo terrarum angulo, non certis qvibusdam sub astris sideribusqve natos, sed orbe passim universo, coactos esse dicas recentem qvendam ritum patriis omnibus anteferre, mortem præpotentis unius Dei caussa libenter sustinere rectissimis de animorum immortalitate dogmatis informari, & philosophiam expressam operibus, non verbis adumbratam profiteri? Vel cæcus profe- C cto videat, disciplinæ hæc & institutionis esse, non ullius necessitatis, adeoque manifesta voluntatis jure utentis suo, liberæqve facul- Cap. VI. tatis argumenta. Possem eqvidem sexcentis aliis hancce qvæstionem rationibus illustrare, plerisqve tamen hoc loco prætermissis, hactenus allatis contentus ero. Qvod superest, juvat nonnulla tibi, utpote propria, & tuis illis sapientibus Philosophis legenda contemplandaqve relinqvere, ut intelligas, qvantum Numinibus tuis Oraculorum cantoribus homo non sapientia tantum, sed etiam integritate præstiterit, qvi cum egregia vaticinia mendacii & vanitatis argueret, D tum ipsum qvoque Pythium ob ea, qvæ de Fato edidit, responsa vellicaret. Audi ergo, qvemadmodum Philosophus ille, qvi suum ipse opus, Maleficorum impetum inscripsit, quamque acriter ac strenue, cum vulgi, tum ipsius qvoqve Apollinis fabulas ineptiasqve castiget. Sic enim ad verbum scribit.

εὐσεβοῦς ἕνεκα διδασκαλίας παντοίους ἄθλους ἐκπαλαι ἠγωνισμένοι, καὶ εἰσέτι δεῦρο διαθλοῦντες, μιᾶς ἄρα καὶ τῆς αὐτῆς ἔτυχον μοίρας, ὡς ὑφ᾽ ἑνὶ λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ δουλωθῆναι, μίαν τε γνώμην καὶ προαίρεσιν ἐνδείξασθαι, καὶ ψυχῆς ἀρετὴν μίαν, ἕνα τε καὶ τὸν αὐτὸν ἀναδέξασθαι βίον, καὶ λόγον ἀγαπῆσαι τὸν αὐτὸν, τάς τε αὐτὰς ἀγαπητικῶς ὑπομεῖναι ° πάσας δι᾽ εἰςασιν εὐσεβείας. καὶ τίς ἂν ὀρθὸς τοῦτο συγχωρήσειε λόγος, νέους μὲν ταυτὸ, καὶ πρεσβύτας, καὶ πᾶν μέτρον ἡλικίας, ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν γένη, φύσεις τε βαρβάρων ἀνδρῶν, οἰκετῶν ὁμοῦ καὶ ἐλευθέρων, λογίων τε καὶ παιδείας ἀμετόχων, οὐκ ἐν γωνίᾳ γῆς, οὐδ᾽ ὑπὸ τοῖσδε γινομένων τοῖς ἄστροις, καθ᾽ ὅλης δὲ τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, εἱμαρμένης ἀνάγκῃ φάναι βεβιασμένους, τόνδε τινὰ τῶν πατρῴων ἁπάντων προτιμῆσαι λόγον, καὶ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ θάνατον ἀγαπητικῶς ἑλέσθαι, τά τε περὶ ψυχῆς ἀθανασίας εὖ μάλα δόγματα παιδεύεσθαι, καὶ φιλοσοφίαν ▪ τὴν ἐν λόγοις, τὴν δὲ δι᾽ ἔργων προτιμῆσαι; ταῦτα γὰρ ἂν εἴη τῷ καὶ τυφλῷ δῆλα, ὡς οὐδεμιᾶς ἀνάγκης, μαθήσεώς ° τε καὶ διδασκαλίας οἰκεῖα τυγχάνει, αὐτεξουσίου γνώμης καὶ προαιρέσεως ἐλευθέρας ἐναργῆ τυγχάνοντα παραδείγματα. γένοιτο δ᾽ ἂν καὶ ἄλλα τοῦ προβλήματος παρασκευαστικὰ μυρία, ὧν τὰ πολλὰ παρεὶς, αὐτὸς μὲν τοῖς εἰρημένοις ἀρκεσθήσομαι. σοὶ δὲ τὸ σὸν ἀνάγνωσμα τῶν σοφῶν σου φιλοσόφων καταλείψω σκοπεῖν, ὡς ἂν μάθοις ὅσον ἄρα τῶν χρησμῳδῶν σου θεῶν σοφώτερος ἦν ἢ βελτίων ἄνθρωπος, ὁ τοὺς θαυμασίους χρησμοὺς ψευδεῖς ἀπελέγχων, καὶ τὸν Πύθιον αὐτὸν, ἐφ᾽ οἷς ἔχρησε περὶ εἱμαρμένης, ἐπιρραπίζων. Ἄκουε δ᾽ οὖν αὖθις τοῦ τὴν τῶν γοήτων φωρὰν τὸ οἰκεῖον ἐπονομάσαντος σύγγραμμα, ὡς εὖ μάλα νεανικῷ φρονήματι τὸν πλάνον τῶν πολλῶν, καὶ αὐτοῦ γε τοῦ Ἀπόλλωνος ἐπανορθοῦται, δι᾽ ὧν γράφει τάδε κατὰ λέξιν.

ς. ΟΠΩΣ ΚΑΙ ΑΥΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ οἱ φιλόσοφοι τὰς τῶν θεῶν αὐτῶν περὶ εἱμαρμένης δόξας ὀρθοτέροις ἀπήλεγξαν λογισμοῖς, ἀπὸ τῶν Οἰνομάου.

Σε οὖν ἐν Δελφοῖς καθῆσθαι μὴ δυνάμενον, μηδ' εἰ βούλοιο σιωπᾶν. ὁ δ' Ἀπόλλων ἄρα ὁ τοῦ Διὸς υἱὸς νυνὶ βούλεται. οὐχ ὅτι βούλεται, ἀλλ' ἦν ὑπ' ἀνάγκης εἰς τὸ βουληθῆναι τέτακται. δοκῶ δέ μοι τὰ λοιπὰ πάντα παρεὶς, ἐπειδὴ εἰς τοῦτον τὸν λόγον, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπήχθην, οἰκεῖόν τι καὶ ἀξιοζήτητον ζητήσειν πρᾶγμα. ἀπόλωλε γὰρ, τό γ' ἐπὶ τοῖς σοφοῖς, ἐκ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, ἀπόλωλεν, εἴτε οἴακά τις αὐτὸ, εἴτε ἕρμα, εἴτε κρηπῖδα ὀνομάζει, τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἡ ἐξουσία. ἣν ἡμᾶς μὲν αὐτοκράτορα τῶν ἀναγκαιοτάτων τιθέμεθα. Δημόκριτος δέ γε, εἰ μή τι ἠπάτημαι, καὶ Χρύσιππος, ὁ μὲν δοῦλον, ὁ δὲ ἡμίδουλον ἐπινοεῖ τὸ κάλλιστον τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδεῖξαι. ἀλλὰ τούτων μὲν λόγος τοσοῦτον, ὅσον ἄν τις ἀξιώσειεν ἄνθρωπος ὢν ἀνθρωπίνοις. εἰ δ' ἤδη καὶ τὸ θεῖον ἡμῶν καταστρατεύεται, παπαὶ οἷα πεισόμεθα. ἀλλ' οὐκ εἰκὸς, οὐδὲ δίκαιον, ἀπὸ γοῦν τούτων τεκμαιρομένοις ἡμῖν,

Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
Εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἧσο.

Τί γάρ, φησὶν ὁ Ἀργεῖος, εἰ βουλοίμην ἔξεστί μοι, καὶ δύναμαι εἰ μοι δόξαι, ἧσθαι ἢ πεφυλάχθαι; ἔξεστιν, εἴποις ἄν, καὶ δύνασαι· ἢ πῶς ἄν σοι τοῦτ' ἐγὼ προσετάττον;

Χείρωνος φίλε τέκνον ἀγακλυτοῖο Κάρυστε,
Πήλιον ἐκπρολιπὼν, Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι.
Ἔνθ' ἱερὰν χώραν κτίζειν σοι θέσφατόν ἐστιν.
ἀλλ' ἴθι, μηκέτι μέλλε.

ἢ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπ' ἀνθρώπῳ τί ἐστιν, ὦ

VII. QVEMADMODUM IPSI QUOQVE Græcorum Philosophi, Deorum ipsorum de Fato sententias sanioribus argumentis confutarint, ex Oenomai scriptis.

Te igitur Delphis considere, ac ne si velis qvidem, silere tamen posse. Nunc enimvero vult aliqvid Apollo Jovis filius, non qvod ita velit, sed qvod uti velit, necessitate adigatur. Placet vero, cæteris omnibus prætermissis, qvando semel, nescio qvo pacto, hanc in orationem incidi, qvæstionem cum hujus loci propriam, tum scitu dignissimam excutere. Sublata nimirum funditus, quantum est in nostris sapientibus, ex humana vita, est sublata, inqvam, facultas illa, qvam ejusdem vitæ seu gubernaculum, seu columen mavis, seu deniqve fundamentum appelles licet: nos summæ qvoqve necessitatis dominam pronunciamus. Democritus certe qvidem, & Chrysippus, nisi memoria fallit, justam alter esse, alter dimidiam, humanæ naturæ dotis unius omnium longe pulcherrimæ, servitutem, certis abs se se rationibus confectum arbitrantur. Verum istorum eatenus sane ratio valeat, qvatenus humanis tantum homines utentur armis. Sin autem nos ipsum qvoqve numen oppugnabit, qvinam, Dii boni! calamitatis nostræ modus est futurus? At id neqve consentaneum profecto, neqve verum fuerit, si ex iis, qvæ seqvuntur, conjecturæ aliqvid capere liceat.

Finitimas exose plagas, carissime Divis,
Hastam intus cohibens, tectusqve sedere memento.

Qvid enim, dicat Argivus, licet ne, si voluero? sedere possum, & cavere, si libeat? Tu vero, licere omnino ac posse respondebis: alioqvi hoc te imperaturum nunqvam fuisse.

Chironis magni soboles germana, Cariste,
Desere Peliacum montem, Euboæqve tumentis
Alta subi: sacram hic fatum est tibi ponere sedem.
Ergo age, rumpe moras.

Ain' tu serio? Aliqvid, o Apollo, vere homi-

nis in potestate est? licet mihi pro arbitrio velle Pelium relinqvere? Atqvi ex multis sapientibus audieram, si mihi fatum esset, in Eubœæ Promontorium venire, & sacrum ibi domicilium excitare, me prorsus & venturum, & excitaturum esse, seu dixeris, seu non, imo velim, nolim. Sin autem id me qvoqve velle oporteat, qvod abs me necessitas uti vel invitus velim, extorqueat: Tu fide nimirum, Apollo, dignior es. Tibi ergo me dicto audientem esse præstat.

I, Pariosqve mone, Telesicles, Numine nostro,
Insula in Aeria sublimem a sedibus urbem
Condere te jussum.

Faciam vero, (dicet fortasse protervior qvispiam, aut qvisqvis suggillare te volet,) ut jubeas nihil: id enim fatum mihi est. Cæterum Aeria illa Insula Thasus est, in qvam auctore Archilocho filio meo Parii commeabunt; hæc enim Insula prius Aeria vocabatur. Tu autem ut in ulciscendo gravis & acerbus es, nunqvam, opinor, hominem tam ingratum atqve audacem feras: qvi nisi eum rei admonere voluisses, nec id unqvam ipse nunciasset, nec Archilochus ejusdem filius Pariorum coloniam eo deduxisset, nec Parii Thasum habuissent. Equidem, istuc ne dicas, nec tamen, qvod dicis, intelligas, nescio: sed tamen qvoniam & longiorem sermonem otium nostrum patitur, nec is alienus est futurus; Dic, amabo: (satis enim forte pauca de multis attigisse fuerit:) Num aliqvid ego tuqve sumus? sumus, inqvies. Hoc autem qvi scimus? aut qvo nobis argumento nos id scire persvasimus? non fateris, alio nullo perinde hoc effici, ac sensu qvodam perceptioneqve nostra? Jam animantes qvoqve nos esse, qvemadmodum nobis constitit? qvemadmodum ex animantibus, ut mihi qvidem loqvendum videtur, homines; ex hominibus circulatorem alterum, alterum circulatoris exagitatorem: ut vero loqveris, Deum alterum, alterum hominem? itemqve vatem alterum, alterum sycophantam? Et habeas id tu qvidem per me licet, victus fuero. A nobis vero hanc in præsentiarum disputationem haberi, qva tandem ratione cognoscimus? Qvid ais? Nunqvid præclare de nostra percipiendi vi, ex hoc ipso potissimum, qvod in manibus est, negotio statuimus? Omnino. Nec enim aliud eo vel superius, vel antiqvius, vel fide dignius esse qveat. Secus enim, desinat in posterum Alcmæon te nescio qvis, interfecta matre, domo pulsus, ejusqve tamen cupidus, Delphis convenire.

A Ἄπολλον, καὶ βεβουλήσεται Πήλιον ἐκπρολιπεῖν κύριός εἰμι ἐγώ; καὶ μὴν ἤκουον παρὰ πολλῶν σοφῶν, ὅτι εἰ μοι πέπρωται Εὐβοίας ἄκρον ἱκέσθαι, καὶ ἱερὰν χώραν κτίζειν, καὶ ἥξομαι καὶ κτιῶ, εἴτε λέγοις, εἴτε μή, καὶ εἴτε βουλοίμην, εἴτε μή. εἰ δέ με δεῖ καὶ βουληθῆναι, ὅτι μοι ἀνάγκη ἐστὶ, καὶ εἰ μὴ βουλοίμην, βουληθῆναι· ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἄπολλον, πιστευθῆς δικαιότερος. ἔοικα δή σοι μᾶλλον προσέξειν.

B Ἄγγειλον Παρίοις Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω
Νήσῳ ἐν Ἠερίῃ κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

Ἀγγελῶ νὴ Δία, (φήσει τάχα πού τις τετυφωμένος, ἢ σε ἐλέγχων,) κἂν μὴ κελεύσεις· πέπρωται γάρ. καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἠερία νῆσος· ἥξουσι δ' ἐπ' αὐτὴν Πάριοι, Ἀρχιλόχου τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φράσαντος, ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. σὺ δ' ὢν, δεινὸς γὰρ ἐπεξελθεῖν, οὐκ ἀνέξῃ οἶμαι αὐτοῦ, C οὕτως ὄντος ἀχαρίστου καὶ θρασέος, ὃς εἰ μὴ σὺ μηνύσαι αὐτῷ ἐξελήλυθας, οὐκ ἄν ποτε ἤγγειλεν, οὐδ' ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν, οὐδ' ἂν οἱ Πάριοι Θάσον ᾤκησαν. οὐκ οἶδ' ὅπως εἰ σὺ λέγεις μὲν ταῦτα, οὐκ οἶσθα δὲ, ἃ λέγεις. ἀλλ' ἐπεὶ σχολὴν ἄγειν ἐοίκαμεν, καὶ μακρὰν διαλέγεσθαι, ὁ δὲ λόγος οὐ πάρεργος, ἐκεῖνό μοι λέγε. (ἴσως καὶ ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἀρκεῖ.) ἆρά γέ τί ἐσμεν ἐγώ τε καὶ σύ; φαίης ἄν. τοῦτο δὲ ὁπόθεν ἴσμεν; τί ποτ' ἄρα τοῦτο εἰδέναι ἐκρίναμεν; ἢ οὐκ ἄλλο ἱκανὸν οὕτως, D ὡς ἡ συναίσθησίς τε καὶ ἀντίληψις ἡμῶν αὐτῶν; τί δ' ὅτι ζῶα ἐσμεν, πῶς ποτ' ἄρα ἐξεύρομεν; πῶς δ' ὅτι καὶ ζώων, ὡς μὲν ἂν ἐγὼ εἴποιμι, ἄνθρωποι· καὶ ἀνθρώπων, ὁ μὲν γόης, ὁ δὲ γόητος ἀπελεγκτής· ὡς δ' ἂν σοι, ὁ μὲν ἄνθρωπος, ὁ δὲ θεός, καὶ ὁ μὲν μάντις, ὁ δὲ συκοφάντης· καὶ ἔστω γέ σοι οὕτως ἔχων, ἐάν πῃ ἔγωγε ἁλῶ. πῶς δ' ἔτι διαλεγόμεθα ἐν τῷ παρόντι ἐγνώκαμεν; τί φής; ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ἐκρίναμεν τὴν ἡμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν, τῷ πάντων ἐγγυτάτω πράγματι αὐτῷ; δηλονότι. οὐ γὰρ ἦν ἄλλο αὐτοῦ οὔτε ἀνώτερον, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε πιστότερον. ἐπεὶ εἰ μὴ οὕτως ἔξει, μήτε ἄρα ὡς σέ τις εἰς Δελφοὺς παραγγελέσθω λοιπὸν, ὄνομα Ἀλκμαίων, ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, καὶ οἴκοθεν ἐλαυνόμενος, καὶ οἴκαδε ἐπιθυμῶν·

γρ. τοῦ.
γρ. εἰ.
pag. 114.
γρ. ἔχειν.

» οὐ γὰρ οἶδεν, οὔτ' εἰ ἔστι τι αὐτὸς τοπαράπαν,
» οὔτε εἰ οἴκοθεν ἐλαύνεται, οὔτ' εἰ οἴκαδε ἐ-
» πιθυμεῖ· ἀλλ' εἰ καὶ μαίνεται ὁ Ἀλκμαίων,
» καὶ ὑπονοεῖ τὰ μὴ ὄντα, ὅγε Πύθιος οὐ μαί-
» νεται· μηδὲ λέγε οὕτως,

» Νόστον δίζηαι πατρίην ἐς γαῖαν ἱκέσθαι
» Ἀμφὶ Ἀρκαδίῃ.

» Οὐδὲ γὰρ οἶσθά πως εἴ σέ τις ἐρωτᾷ ἀμφὶ
» Ἀρκαδίης, οὐδ' εἰ σὺ εἶ ὁ ἐρωτώμενος, καὶ
» λέγειν ἔχων περὶ ὧν τις ἐρωτᾷ. μηδὲ Χρύ-
» σιππος ἄρα ὁ τὴν ἡμιδουλείαν εἰσάγων, ὅ,
» τί ποτέ ἐστιν αὐτὸ τοῦτο, ἀπαντάτω εἰς τὴν
» στοάν, μηδ' οἰέσθω ἀπαντήσεσθαι τοὺς βλέννους
» ἐκείνους, ὡς αὐτὸν ἀκουσομένους τὸν οὔτιν. μηδὲ
» διατεινέσθω περὶ μηδενὸς καταστὰς, πρὸς
» μὲν Ἀρκεσίλαον παρόντα, πρὸς δὲ Ἐπί-
» κουρον οὐ παρόντα. τί γάρ ἐστιν ὁ Ἀρκεσίλαος,
» τί δὲ ὁ Ἐπίκουρος, ἢ τί ἡ Στοὰ, ἢ τί οἱ νέοι,
» ἢ τίς ὁ οὔτις, οὔτ' οἶδεν, οὔτε οἷος εἰδέναι·
» πολὺ γὰρ πρότερον, οὐδ' εἰ αὐτός τί ἐστιν
» οἶδεν. ἀλλ' οὐκ ἀνέξεσθε οὔτε ὑμεῖς, οὔτε ὁ
» Δημόκριτος, εἰ λέγοι τις ταῦτα. οὐ γὰρ
» εἶναι πρότερον μέτρον οὗ λέγω· οὐδ' εἰ δο-
» κεῖ καὶ ἄλλα τινὰ εἶναι, τούτῳ γοῦν περι-
» σωθείη ἢ παρισωθείη μὲν ἄν, ὑπερβάλ-
» λοι δὲ οὐκ ἄν. οὐκοῦν φήσειεν ἄν τις, ὦ Δη-
» μόκριτε, καὶ σὺ, ὦ Χρύσιππε, καὶ σὺ, ὦ
» μάντι, ἐπειδὴ ἀγανακτεῖτε εἴ τις ἐθελήσαι
» παρελέσθαι τὴν ὑμῶν αὐτῶν ἀντίληψιν· οὐ
» γάρ ἔτι τὰς πολλὰς ἐκείνας βίβλους εἶναι·
» φέρε καὶ ἡμεῖς ἀντιαγανακτήσωμεν. Τί δή
» ποτε; ἔνθα μὲν ἂν ὑμῖν δοκῇ, ἔσται τοῦτο καὶ
» πιστότατον καὶ πρεσβύτατον· ἔνθα δ' ἂν μὴ
» δοκῇ, καταδυναστεύσει τι λεληθὸς αὐτοῦ
» εἱμαρμένη πεπρωμένη, διαφορὰν ἑκάστῳ
» ὑμῶν ἔχουσα, τῷ μὲν ἐκ θεοῦ, τῷ δὲ
» ἐκ τῆς τῶν μικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φε-
» ρομένων κάτω, καὶ ἀναπαλλομένων ἄνω,
» καὶ περιπλεκομένων καὶ διαλυομένων, καὶ
» διϊσταμένων, καὶ προστιθεμένων ἐξ ἀνάγκης;
» ἰδοὺ γὰρ ᾧ τρόπῳ ἡμῶν αὐτῶν ἀντειλήμ-
» μεθα, τούτῳ καὶ τῶν ἐν ἡμῖν αὐθαιρέτων
» καὶ βιαίων. οὐ λέληθε δὲ ἡμᾶς ὅσον τὸ με-
» ταξὺ τοῦ βαδίζειν, καὶ τοῦ ἄγεσθαι· οὐδὲ
» ὅσον τοῦ αἱρεῖσθαι, καὶ τοῦ ἀναγκάζεσθαι. ὧν
» δὲ ἕνεκα ταῦτα προσενήνοχα τοῦ λόγου;

ἢ παρωσθείη. ἢ καταδυναστεύσει.

Qvippe, nec utrum aliquid ipſe omnino ſit, » nec utrum domo pellatur, nec utrum ejusdem cupidus ſit, intelligit. At enim furat » Alcmæon licet, qvæqve nulla ſunt, animo » ſibi fingat; non furit qvidem Pythius. Imo » cave tu qvoqve id ei occinas, »

Tu reditum in patriam votis flagrantibus urges, »
Verſus Arcadiam. »

Nam ne ipſe quidem intelligis, tene qvisqvam de Arcadia conſulat, is ne porro ſis, » qvi conſulitur, habeasne, qvod eam in rem, » qva de alius conſulit, reſpondeas. Deſinat » B etiam Chryſippus, is qvi dimidiatam invehit ſervitutem, cum id ipſum prorſus ignoret, in Porticum ventitare, nec eodem blennos illos bardosqve venturos putet, Neminis audiendi cauſſa: nec jam fixo gradu, aut » præſente cum Arceſila, vel cum Epicuro abſente luctetur: quando is, quid aut Arceſilas, » aut Epicurus, imo quid aut Porticus, qvid » Adoleſcentes, quid Nemo ipſe ſit, nec intelligit, nec intelligere omnino poteſt; nam » qvod multo prius eſt, ſit ne ipſemet aliquid, » ne hoc quidem novit. At orationem iſtam » neque vos ſcilicet, neque Democritus ferat: » quod alia certior, ea qvam protuli, hujus æ- » C ſtimandæ rei ratio nulla eſſe poſſit; aut ſi aliæ » præterea ſint, cum illa tamen æquari nequeant; aut ſi etiam æquari poſſint, eam certe » quidem ſuperare non poſſint. Jam vero, dicat aliqvis, ô Democrite, tuqve o Chryſippe, » tuque adeo bone Vates, ſi quis communem » illum vobis ſenſum ac notionem eripere conaretur, indignaremini, nec enim id jam eſſet, ingentem iſtam neſcio qvam librorum » ſupellectilem eripere: Indignemur igitur » etiam nos. Qvid enim? ubi vobis ita viſum » erit, certiſſimum hoc videlicet idemque antiquiſſimum argumentum erit; ubi autem » D ſecus exiſtimabitis, tum eo potentius erit occultum neſcio quid, fatalis, inquam, illa neceſſitas, qva de ne vobis quidem inter vos » ipſos convenit; cum alius eam ex divino numine, alius ex minimis illis corpuſculis pendere velit, qvæ modo deorſum ferantur, modo contra vibrentur ſurſum, atque ejusmodi » ſint, ut inter ſe ſe paulo ante commiſſa, paulo » poſt dirimantur; ac viciſſim disjuncta prius » cum eſſent, neceſſario poſtmodum conjungantur? Etenim qvo nos ipſi modo ſentimus » atque cognoſcimus, eodem plane de rebus iis, qvæ aut volentibus nobis aut invitis eveniunt, ſtatuimus. Neqve nos profecto latet, » quantum inter eum, qvi ſponte incedat, & » eum, qvi agatur, quantum inter eum, qvi » optet ac deligat, & eum, qvi cogatur, interſit. Qvorſum autem hæc oratio pertinet? »

Fugit te nimirum, bone Vates, qvænam arbitrii nostri potestatisqve sint, tuqve ille, qvi cuncta nosti, ne illa quidem nosti, qvæ nostra ex voluntate sunt qvibusdam qvasi funibus catenisq; suspensa. Atqvi rerum illam caput ac principium esse constat, sane non paucarum: qvem autem eorum, qvæ postea conseqvantur, principium & caussa lateat, is videlicet, qvæ ex eodem fonte oriuntur, intelliget. Impudens ergo fuit, qvisqvis Laio prædixit, eum a filio interfectum iri. Dominus enim voluntatis suæ filius iste futurus erat; nec ullus aut Apollo, aut Apolline superior, res eas vi ulla rimari scrutariqve potest, qvæ nec sint ipsæ, nec ullam ortus sui necessitatem habeant. Nam illud qvidem omnium maxime ridiculum est, qvod iidem & aliqvid in hominum esse potestate, & seriem tamen nexumqve causarum esse defendant. Qvippe hunc enim, (ut eorum sapientissimi dictitant) cum Euripidis narratione congruere. Nam ut Laius prolem suscipere vellet, id qvidem in Laii potestate situm fuisse, qvod tamen Apollo non viderit: si vero susciperet, tum ejus, qvi nasceretur, manibus ipsum inexorabili necessitate periturum. Itaqve Vatem ex futuri necessitate, ejus præsentiendi vim ac facultatem hausisse. Atqvi non minus sane filius voluntatis suæ dominus, qvam pater, erat: adeoqve tam integra parentis ei liberaqve cædes, qvam filii procreatio parenti fuit. Atqve hujusmodi sunt divinationes vestræ omnes. Nec melioris notæ fuit, qvod hunc in modum Euripideus Apollo respondit,

Tua omnis alto sanguine notabit domus.

Qvippe oculos sibi videlicet filius suis ipse manibus effossurus erat, partim maternarũ nuptiarũ, partim ejus qvam sibi Ænigmatis solutione peperisset tyrannidis indignitate stimulatus: deinde mutuæ liberorum ejusdem cædes, ob alterius regno pulsi exilium, alterius regnandi cupiditatem, simulqve ob exulis nuptias Argis contractas, septemqve Ducum ridiculorum classem ac dimicationem, conseqvuturæ. Enimvero, cum in varia imperia, diversasqve provincias disjuncti ac divisi essent, qvi tandem vel ea nosse potuisti, vel series illa nexusqve caussarum eadem inter se secolligare? Nam si Oedipus sui qvoqve juris cum esset, Regnum occupare noluisset; aut si voluisset quidem ac simul occupasset, idem tamen Jocastam uxorem non optasset; aut si ea insuper uxore ducta, neqvaqvam tamen ægritudinis molestiæqve vi actus in furorem atqve insaniam fuisset; qvomodo reliqva deinceps conseqvuta essent? qvomodo aut oculos sibi eruisset, aut illas Euripidis tuasqve diras suis ipse liberis imprecatus fuisset? cætera

Fati neces- sitas in Laio tempo. ...

A Ἔτι σε ἐκπέφευγεν, ὦ μάντι, ὧν κύριοι ἐσμὲν ἡμεῖς, καὶ ὁ τὰ πάντα εἰδώς, ταῦτά γε οὐκ ἂν εἰδείης, ὧν τὰ πείσματα ἀνῆπται ἐκ τῆς ἡμετέρας βουλήσεως. αὕτη δέ γε ἐφαίνετο οὐκ ὀλίγων ὥστε πραγμάτων ἀρχή· ὧν δὲ ἡ ἀρχή, ἥτις ἦν τῶν μετὰ ταῦτα αἰτία, ἐκπέφευγεν, ἤπου γε τὰ μετὰ τὴν ἀρχὴν εἰδείη ἂν οὗτος. Ἀναίσχυντος δηλαδὴ ὁ Λαΐῳ προμαντευσάμενος, ὅτι αὐτὸν ἀποκτενεῖ ὁ φύς. ἤμελλε γάρ που ὁ φὺς κύριος ἔσεσθαι τῆς B ἑαυτοῦ βουλήσεως, καὶ οὔτε τις Ἀπόλλων, οὔτε τις ὑπὲρ τοῦ ὑπέρτερος ἐξικνεῖσθαι ἱκανός, οὐδὲ μιᾷ δυνάμει, ὧν οὐκ ἔστιν οὔτε ὕπαρξις, οὔτε χρήσεως ἀνάγκη. ἐκεῖνο γὰρ δὴ τὸ καταγελαστότατον ἁπάντων, τὸ μίγμα καὶ ἡ συνόδος, τοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀνθρώποις τι εἶναι, καὶ εἱρμὸν οὐδὲν ἧττον εἶναι. προσεοικέναι γὰρ αὐτήν, ὡς λέγουσιν οἱ σοφώτεροι, τῷ Εὐριπιδείῳ λόγῳ. τεκνῶσαι μὲν γὰρ ἐθελῆσαι τὸν Λάϊον, κύριον εἶναι τὸν Λάϊον, καὶ τούτῳ ἐκπεφευγέναι τὴν Ἀπολλωνίαν ὄψιν. τεκνώσαντι δ' αὐτῷ, ἐπεῖναι ἀνάγκην ἄφυκτον ὑπὸ τοῦ φύντος αὐτὸν ἀποθανεῖν. οὕτως οὖν C τὴν ἐπὶ τῷ μέλλοντι ἀνάγκην, παρέχειν τῷ μάντει τὴν τοῦ χρησομένου προαίσθησιν. ἦν δέ που καὶ ὁ φὺς τῆς ἰδίας βουλήσεως κύριος, ὥσπερ ὁ φύσας· καὶ ὡς ἐκεῖνος τοῦ τεκνῶσαι καὶ μή, οὕτως οὗτος τοῦ ἀποκτεῖναι καὶ μή. τοιαῦτα δὲ ὑμῖν τὰ μαντεύματα πάντα· καὶ ὁ Εὐριπίδειος Ἀπόλλων, τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν ὁ ἐλέγχετο,

Καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι' αἵματος.

ὅτι πήρωσις μὲν ἔσται αὐτοχειρία τοῦ φύντος ἐπὶ γάμῳ μητρός, ἢ τυραννίδι ἣν παρέλαβεν ἐπ' αἰνίγματος λύσει· παίδων δ' ἀλληλοκτόνοι D σφαγαί, ἐπὶ φυγῇ μὲν ἐκ τῆς ἀρχῆς τοῦ ἑτέρου, τοῦ δὲ ἑτέρου πλεονεξίᾳ καὶ γάμῳ τοῦ φυγάδος ἐν Ἄργει, καὶ στόλῳ στρατηγῶν ἑπτὰ καταγελάστων καὶ συμβολῇ. ὧν ἐπὶ πολλὰς ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας διαιρουμένων, πῶς ἂν ἢ σοὶ ἐξεπίστασθαι, ἢ ὁ εἱρμὸς συνδεῖν δύναιτο; εἰ γὰρ ἂν κύριος ὢν μὴ ἐβουλήθη τυραννεῖν ὁ Οἰδίπους· ἢ τοῦτο βουληθεὶς καὶ πράξας, γαμεῖν τὴν Ἰοκάστην οὐ προείλετο· ἢ γήμας μὴ ἐτετύφωτο, μηδ' ἦν δύσθυμος καὶ δυστήρεστος, πῶς ἂν τὰ καθ' ἕκαστα ἐπράχθη; πῶς δ' ἂν τὼ ὀφθαλμὼ ἥψατο; πῶς δ' ἂν τοῖς παισὶν ἐπηράσατο τὴν Εὐριπίδου καὶ τὴν σὴν ἀράν;

• τούτων ἑξῆς τύπων, τίνα αὖ τρόπον ἐγεγόνει, μὴ προτέρων αἰτιῶν γιγνομένων, ἢ σὺ τί περὶ τῶν μελλόντων λέγειν ἠδύνασο; πάλιν δ' αὖ, εἰ συμβάντες οἱ παῖδες ἅμα ἐβασίλευον ἢ εἰ συνθέμενοι παρὰ μέρος ἔμενον ἐπὶ τοῖς συγκειμένοις· ἢ εἰ ὁ ἀπελαθεὶς ἔγνω μὴ εἰς Ἄργος, ἀλλ' εἰς Λιβύην, ἢ Περραιβαίους ἀπελθεῖν· ἢ εἰσελθὼν ἐπὶ τὸ Ἄργος, ἔγνω ταριχοπωλεῖν, καὶ μὴ πλουσίαν λαβεῖν γυναῖκα, ἀλλὰ χερνῆτίν τινα, ἢ καπηλίν· ἢ εἰ ὁ Ἄδραστος μὴ ἔδωκε τὴν θυγατέρα αὐτῷ· B ἢ εἰ ὁ μὲν ἔδωκεν, ὁ δ' οὐκ ἐπεθύμησε τῆς οἴκαδε ὁδοῦ· ἢ εἰ ἐπιθυμήσας ἐκράτησεν ἑαυτοῦ· ἢ εἰ μὴ προσέσχεν αὐτῷ δεομένῳ συμμαχίας ὁ Ἄδραστος· ἢ εἰ τῷ Ἀδράστῳ μήτε ὁ Ἀμφιάραος, μήτε ὁ Τυδεὺς, μηδὲ τῶν ἄλλων ταξιάρχων ἕκαστος ἠκολούθουν· ἢ εἰ οἱ μὲν συνηκολούθουν, ὁ δὲ ἐλθὼν οὐκ ἐμάχετο τῷ ἀδελφῷ, ἀλλ' ἢ συμβὰς ἐβασίλευσεν ἅμα αὐτῷ, ἢ μὴ βουλομένῳ ἀνεχώρησε, πεισθεὶς Εὐριπίδῃ λέγοντι, C

Ἀσύνετα δ' ἦλθες καὶ σὺ, πορθήσων πάτραν.

ἢ εἰ οὗτος μὲν μὴ, ὁ δ' ἕτερος, τῶν Εὐριπιδείων ἀκούσας σοφισμάτων ἐκείνων τῶν ἄλλων,

Εἶθ' ἥλιος μὲν νύξ τε δουλεύειν βροτοῖς,
Σὺ δ' οὐκ ἀνέξῃ δωμάτων ἔχειν ἴσον;

πῶς ἂν συστάντες ἐμάχοντο, καὶ Λαΐου πᾶν δῶμα ἔβη δι' αἵματος; Ἀλλὰ μὴν, φήσεις, γέγονε ταῦτα. Γέγονεν· ἀλλὰ σὺ ποίᾳ ὁδῷ εἰσῆλθες εἰς τὴν τούτων εἴδησιν; ἢ οὐχ ὁρᾷς, D ὡς πυκνὰ διακέκοφε τὸ ὅλον δρᾶμα ἡ ἐν ἡμῖν τοῖς τὸ δρᾶμα συμπληροῦσι δύναμις; οὕτω δὴ καὶ ἣν βούλει ὑπόθεσιν λαβὼν, διατεμῶ τὸν εἱρμὸν ὑμῶν, ἀποφανῶ τε ἀδύνατον ὄντα. Ἀλλὰ σὺ τὰ τῆς ὑποθέσεως ἔχατα εἰδέναι λέγεις. ἡ δὲ ὑπόθεσις ἐκ διακοπῆς εἰρμοῦ δυνάμεως ὅλη συντέτακται. ἢ ὃ λέγω οὐ συνίεις; ἀλλὰ καθ' ἑκάστην ὑπόθεσιν, ὦ μάντι, τὰ ζῶα, ἢ ὀλίγας πολλάκις ἀρχὰς ποιούμενα, ἢ πολλὰς ἐν αὐτῇ. αἱ δὲ ἀρχαὶ ἀεὶ τὰ μέχρις αὐτῶν διακόψασαι, αὐτὰ ἄλλα προάγουσι πράγματα· τὰ δ' ἐπὶ τοσοῦτον προχωρεῖν δύναται, ἐφ' ὅσον ἐὰν μὴ ἄλλη ποθὲν ἐπιπαῦσα ἀρχὴ, τὰ μετ' αὐτὴν μὴ τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖν, ἀλλ' ἑαυτῇ κελεύσῃ.

ἐν αὐτοῖς. — οὐ συνίεις.

Adeniqve, ubi priores deessent caussæ, qvâ tandem ratione fieri potuissent? qvid tu ipse, qvod de futuro pronunciares, habuisses? Præterea, si Oedipi liberis, aut simul conjunctis animis regnare, aut inito de mutua vicissim in regnum successione pacto, stare placuisset: Itemqve si pulsus alter, non jam Argos, sed vel in Libyam, vel ad Perrhæbæos migrare statuisset; aut si Argos appulsus, saltamentarium agere decrevisset, adeoqve non locupletem aliqvam & opulentam uxorem, sed pauperculam qvandã, & victum manuum laboreqværitantem, vel addictam B cauponariæ ducere voluisset: aut si filiam Adrastus suam ei negasset, aut si dedisset ille qvidem, alius tamen vel patriæ desiderium abjecisset, vel eo commotus licet, se ipsum animumqve vicisset: aut si vel auxilium implorantem Adrastus repulisset, vel Adrasto se comitem ac socium, neq; Amphiaraus, neq; Tydeus, neq; Ducum aliorum qvisqvam adjungere voluisset: aut si eorum societate impetrata, reversus in patriam, manus cum fratre non conseruisset, sed potius vel facta pace in regni cum eo societatem venisset, vel C eidem repugnanti ultro cessisset, Euripidi obseqvutus hunc in modum præcipienti,

Vesanus etiam patriæ oppressor venis:

aut si non ille qvidem, sed frater potius regno se abdicasset, aliis hisce ejusdem Poëtæ præstigiis fascinatus,

Hominibus ergo Solqve noxqve serviant,
Parem ipse qvemqvam ferre non possis domi?

Qvomodo tandem aut prælium inter se ambo commisissent, aut sanguine obruta Laii domus universa periisset? Verùm tamen hæc, D inqvis, omnia re ipsa contigere. Omnino. Sed qværo nunc, qva tu ad rerum illarum præsensionem aspirare via potueris. Non vides, qvam sæpe totam fabulam interceperit ea, qvæ vere fabulam in nobis potestas impler? Ego vero, quodcunqve tu argumentum delegeris, eadem facilitate nexum hunc vestrum incidam, nec ullo modo stare posse convincam. Dices argumenti novissima explorata tibi ac perspecta esse; Atqvi ex hujus qvoqve nexus interrupta vi argumentum illud universum aptum est. An forte, qvid dicam, non intelligis? Existunt nimirum, bone Vates, ab ipsis animantibus in qvovis argumento initia qvædam, pauciora nonnunqvam, interdumqve plura. Ubi autem ea rerum ad se se pertinentium connexionem ac seriem interciderint, ipsarum qvoqve rationes naturamqve mutant. Eædem porro eatenus duntaxat progredi poterunt, dum principium aliud aliunde nullum ingruet, qvod secum, non autem cum superioribus seqventia cohærere jubeat.

Fingamus ergo aliqvod ejusmodi principium esse asinum, canem, pulicem; neq; enim, per Apollinem, suam vel pulici facultatem & instinctum eripias: suo ipse qvoqve ac proprio feretur impetu, adeoqve rebus nonnunqvam humanis implicitus, cujusdam se se vitæ ducem principiumqve constituet. Tu autem hoc abs te qvoqve animalium genere consuli non intelligis.

O Locre, Herculeam ferro Trichina ruisti:
Juppiter ipse graves ultra pro crimine pœnas Exiget.

Qvid ais? non decretum id fati a vobis erat, uti everteretur? num hujus auctores excidii fuimus, ac non potius vestra illa necessitas? Injuriosus es, o Apollo, nec verum est pœnas abs te nobis, qvi nihil peccavimus, irrogari. Nam vester qvidem ille Jupiter, (illa inqvam necessitatis vestræ necessitas,) qvorsum in nos, ac non potius, qvando pœnas libet exigere, in se ipsum animadvertat, qvi ejusmodi esse necessitatem ostenderit? Qvorsum vero nobis minatur? qvorsum ipsi, qvasi ea res potestatis nostræ fuerit, fame contabescimus? Cæterum ejusdem civitatis aliqvid aut a nobis instaurabitur, aut non: utrum autem eveniat, in fatis jam est. Desine ergo, Jupiter famis architecte, gravius irasci. Est enim id, qvod ut esset, fatum fuit, atqve id tuus iste nexus perficere jussus est. nos vero, si cum eo committamur, nulli sumus. Tu qvoqve, Apollo, frustra vaticinari desine. Erit enim id profecto, qvod futurum est, ut maxime tacueris. Nos autem, Jupiter, tuqve Apollo, qvid agamus, qvi nullo modo impositæ a vobis non tam legis, qvam necessitatis caussa sumus? Qvid nobis cum vestris illis pœnis ac furiis, qvas ipsi profecto, ob ea, qvibus per vim obstricti sumus, ferre merito ac sustinere debeatis?

Ne vos, Oetæi, cæco mens improba motu Abripiat.

Lycurgum immerito laudari, si fatum est. Atqvi non festinamus, Apollo, sed agimur; nec amentia, sed necessitate vestra. Jam vero, Lycurgum, Apollo, qvid est, qvamobrem ita prædices, qvi non sponte sua, vel inductione animi probus erat, sed plane invitus? si tamen probus qvisqvam invitus esse potest. Perinde omnino agitis, ac si qvis elegantes ac formosos laudaret præmiisqve afficeret, turpes vituperaret ac puniret. Merito qvippe vobis improbi objiciant, virtutem sibi per vos minime colere licuisse, imo vobis cogentibus se se improbos fuisse. Probos vero, si nimium sibi placuerint, nemo ferat: imo non jure succlamet nemo, Audi

A εἴη δ' ἂν ἀρχὴ, καὶ ὄνος, καὶ κύων, καὶ ψύλλα. οὐ γὰρ παραιρήσει οὐδὲ τῆς ψύλλης, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τὴν ἐξουσίαν· ἀλλ' ὁρμήσει τινὰ ἰδίαν ὁρμὴν ἡ ψύλλα, ἣ καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἐνίοτε συμπλακεῖσα, ἀρχὴν ἑαυτὴν παρέξεταί τινος ὁδοῦ. σὺ δὲ χρώμενος οὐκ αἴσθῃ τῷ γένει τούτῳ.

Τεῖχος ἐξεῖλες πόλιν Ἡρακλῆος θείου,
Ὦ Λοκρέ· σοὶ δὲ Ζεὺς ἄλλας δώσει ἤδ' ἔτι δώσει.

B Τί φῄς; οὐ γὰρ ἐπέπρωτο ὑφ' ὑμῶν ἐξαιρεθῆναι αὐτήν; καὶ τί αἴτιοι ἡμεῖς, ἀλλ' οὐχ ἡ ὑμετέρα ἀνάγκη; οὐ δίκαια ποιεῖς, ὦ Ἄπολλον, οὐδ' ὀρθῶς ἐπιτιμᾷς τοῖς οὐδὲν ἀδικοῦσιν ἡμῖν. ὁ δὲ Ζεὺς οὗτος, ἡ τῆς ὑμετέρας ἀνάγκης ἀνάγκη, τί ἡμᾶς τίννυται, ἀλλ' οὐχ (εἴπερ ἄρα) ἑαυτὸν, ὅτι τοιαύτην κατέδειξεν εἶναι τὴν ἀνάγκην; τί δὲ καὶ ἀπειλεῖ ἡμῖν; ἢ τι ἡμεῖς, ὡς ὄντες τούτου κύριοι, λιμώττομεν; ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἀνοικισθήσεται
C πρὸς ἡμῶν, ἢ οὔ· ὁπότερον δ' ἂν ᾖ, τοῦτο πέπρωται. λῆξον δὴ, ὦ Ζεῦ λιμοποιέ, τοῦ θυμοῦ· ἔστι γὰρ ὃ πέπρωται, καὶ τοῦτο πρὸς τέτακται ποιεῖν ὁ σὸς εἱρμός· ἡμεῖς δὲ πρὸς τοῦτον οὐδέν ἐσμεν. παῦσαι δὲ καὶ σὺ, ὦ Ἄπολλον, μάταια χρησμῳδῶν. ἔσται γὰρ, ὃ δὴ ἔσται, κἂν σὺ σιωπᾷς. ἡμεῖς δὲ, ὦ Ζεῦ καὶ Ἄπολλον, τί πάθωμεν, οὐδὲν ὄντες αἴτιοι τῆς ὑμετέρας νομοθετήσεως, τουτέστιν ἀναγκαθετήσεως; τί δ' ἡμῖν καὶ ταῖς ὑμετέραις ἄταις, ἃς αὐτοὶ ἔχειν δίκαιοί ἐστε, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς
D ἠναγκάσθημεν;

Οἰταῖοι, μὴ σπεύδετ' ἀτασθαλίῃσι νόοιο.

Ἀλλ' οὐ σπεύδομεν, ὦ Ἄπολλον, ἀλλ' ἐλαυνόμεθα, οὐδὲ ἀτασθαλίαις, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἀνάγκῃ. Τὸν δὲ Λυκοῦργον ἐκεῖνον πῶς, ὦ Ἄπολλον, ἐπαινεῖς, ὃς οὐκ ἦν ἀγαθὸς, οὔτε ἑκὼν, οὔθ' ἑλόμενος, ἀλλὰ ἄκων; εἴπερ που καὶ γίνεταί τις ἀγαθὸς ἄκων. ἔοικε δὲ ὅμοιον ποιεῖτε, ὡς εἴ τις τοὺς μὲν καλοὺς τὰ σώματα ἐπαινοίη καὶ γεραίροι, τοὺς δὲ αἰσχροὺς ψέγοι καὶ κολάζοι. δίκαια γὰρ εἴποιεν ἂν πρὸς ὑμᾶς οἱ πονηροὶ, ὅτι οὐκ ἐπετρέψατε ἡμῖν, ὦ θεοὶ, ἀγαθοῖς γίνεσθαι. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐβιάσασθε εἶναι πονηρούς. οἵ τε ἀγαθοὶ, εἰ ἐξηγκωνισμένοι παραπατοῖεν, οὐκ ἐπιτρέψει τις αὐτοῖς, ἀλλὰ φήσει,

„ὦ Χρύσιππέ τε καὶ Κλέανθες, καὶ ὅσοι τοῦ χοροῦ, (ὑμεῖς γὰρ πεποίησθε εἶναι ἀγαθοί,) ἐγὼ μὲν ἀρετὴν ἐπαινῶ, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἐναρέτους οὐκ ἐπαινῶ. ἀλλὰ καὶ τὸν Ἐπίκουρον, ὃν σὺ πολλά, ὦ Χρύσιππε, ἐξλασφήμησας, ἐγὼ τό γε ἐπὶ σοὶ ἀφίημι τῶν ἐγκλημάτων. τί γὰρ πάθῃ, ὃς οὐχ ἑκὼν ἦν μαλακός. οὐδὲ ἄδικος, ὥσπερ πολλάκις αὐτὸν ἐλοιδόρησας;

„Εὐτάκτων θνητῶν βιοτῇ θεοὶ ἵλαοί εἰσιν, B
„Εὐσεβέων θ' ἁγίαις θυσία τιμάς τε δέχονται.

„Δοκεῖτε δέ μοι οὐκ ἂν ταῦτα λέγειν, μὴ πεπεισμένοι, ὅτι οὐκ ἄκοντες, ἀλλὰ βουλόμενοι χωροῦσιν, ἐφ' ἃ χωροῦσιν. ἃ δ' ἂν βουληθῶσιν, οὔτε θεός, οὔτε ἄνθρωπος σοφιστής, οὔπω περιεληλεγμένων, τολμήσει λέγειν, ὅτι ὑποτέτακται. ἢ λόγους μὲν οὐκέτι πρὸς αὐτὸν ποιησόμεθα, σκῦτος δέ τι τῶν ἀτίνων λαβόντες, ὡς ἐπ' ἀνάγωγον παῖδα τὰς πλευ- C ρὰς εὖ μάλα καταξανοῦμεν αὐτοῦ. Τοσαῦτα πρὸς τὸν χρησμῳδὸν ὁ Οἰνόμαος ἀπετείνατο. σὺ δ' ἀλλ' εἰ μὴ τοῖς τοιοῖσδε χαίρεις, λαβὼν ἀνάγνωθι τὰ ἐκ τῶν ἄλλων φιλοσόφων περὶ εἱμαρμένης, οὐ μόνον τῶν παρατεθέντων χρησμῶν ἀνατρεπτικά, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων καθόλου περὶ τοῦ δόγματος ἐπινοουμένων. ἐπειδὴ γὰρ μὴ μόνον ἀμαθεῖς καὶ ἰδιῶται, ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ παιδείᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ μέγα φρονήσαντες πλείους κατε- D σύρησαν ὁμόσε τῷ δόγματι, ἡγοῦμαι δεῖν ἀναγκαίως τὰς αὐτῶν φιλοσόφων πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ἀντιῤῥήσεις ἐκθέσθαι, εἰς ἀκριβῆ τοῦ προβλήματος διάσκεψιν. πρῶτα δὴ οὖν σοι παραναγνώσομαι ἀπὸ τοῦ Διογενιανοῦ τὰ περὶ εἱμαρμένης, ὧδέ πως τῷ Χρυσίππῳ ἀντειρημένα.

η.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΠΟ τῶν Διογενιανοῦ τοῦ Περιπατητικοῦ, πρὸς Χρύσιππον, ἅμα μὲν βουλόμενον σώζειν τὴν παρ' ἡμᾶς αἰτίαν, ἅμα δὲ πάντα καθειμάρθαι λέγοντα· καὶ ὅτι οὐδὲ τὰ παρ' Ὁμήρῳ περὶ τῆς εἱμαρμένης λεγόμενα συνῆκεν.

Afis Chrysippe, tuqve o Cleanthes, vosqve circuli ejusdem cæteri, (vobis enim probitatem attribuitis; (Eqvidem virtutem laudo, vos tamen etiam virtute præditos non laudo. Qvin Epicurum illum, qvem tu, Chrysippe, adeo vehementer insectaris, si rem tuis ex decretis definio, ab omni crimine liberum pronunciem. Qvid enim ageret, qvi non sponte sua vel ad vitæ mollitiem, vel ad improbitatem adhæresceret? qvo tu eum nomine criminari soles. »

In placidos hominum inclinant pia numina mores,
Horum etiam cultu, & sacro lætantur honore.

Mihi qvidem plane persvadeo, nunqvam vos ita loqvuturos esse, nisi homines ad ea, qvæ seqvuntur, non vi ulla, sed voluntate sua duci crederetis. Qvæ porro voluntatis nostræ sint, nemo unqvam, neqve Deus, neqve homo necessitati assignare audeat. Aut si qvis tamen erit ejusmodi, non jam verbis cum eo contendamus, sed arrepta (ut in contumaces pueros fieri solet,) duriore scutica, plagis ei latera egregie concidamus. Atqve illa sunt, qvibus in bonum Vatem Oenomaus invehitur. Qvi si tibi satis non est, perlege, qvæ a cæteris Philosophis de Fato dicuntur, qvæqve non producta modo superius oracula, sed etiam qvicqvid usqvam huic dogmati statuendo excogitari solet, funditus evertunt. Nam cum non rudes solum & imperiti, sed etiam qvi doctrinarum ac sapientiæ studio maxime gloriantur, hac simul opinione trahi jam soleant, mutuas Philosophorum ipsorum pugnas, qvo propositæ quæstionis veritas accurate dispiciatur, oculis subjicere necessarium arbitror. Primum igitur, ex Diogeniani operibus, qvæ ab eo contra Chrysippum de Fato disputantur, recitabo. Ita habent.

VIII.

Cap. VII Trap.

DE EODEM EX DIOGENIANO Peripatetico adversus Chrysippum, qvi simul & caussam nobis rerum vindicare conabatur, & fato tamen omnia fieri contendebat: qvodq; non ceperit, qvæ ab Homero de fato dicuntur.

A VERUM operæ pretium fuerit, inqvit, superioribus omnibus Chrysippi qvoqve hominis Stoici hoc loco sententiam adjungere. Ille enim primo libro de Fato, cum necessitatis omnia fatiqve legibus teneri probare vellet, cum aliis qvibusdam, tum seqventibus Homeri Poëtæ testimoniis usus est,

——me fatum absorbuit atrox
Qvod me vitales nascentem eduxit in auras.

B

Itemqve,

——Exin cuncta feret, quæ neverit olim
Parca sibi, matris cum primum exiret ab alvo.

Et rursus,

Nemo hominum se se fato subduxerit unqvam.

Homerum fato non suffragari, sed voluntati libertati. Qvo in genere non vidit, alia pleraqve apud eundem Poëtam extare loca, qvæ cum istis omnino pugnent. Qvibus tamen, seqvente libro, ad probandam in plurimis voluntatis nostræ vim ac potestatem, ipsemet abutitur. C Cujusmodi illud est,

Illos qvippe animi pravus male perdidit error.

Itemqve qvòd seqvitur.

Pro quanta in Superos mortales crimina fingunt!
Nos illi caussasqve vocant, fontesqve malorum:
Cum mentis vitio, sibi præter fata dolores
Sponte creent.

D His enim profecto atqve similibus, non omnia fato fieri docetur. Imo ne hoc quidem videre potuit, Homerum dogmati suo, neqvaqvam superioribus illis versibus suffragari. Nec enim is omnia, sed aliqua tantum Fato assignanda esse ponit. Nam illud quidem,

——————me fatum absorbuit atrox,
Qvod me vitales nascentem eduxit in auras,

mortem solum, non omnia fato contingere significat: recte id quidem, omni enim animanti, ex qvo nascitur, continuo mori fatum est. Quod sequitur,

——Exin cuncta feret, quæ neverit olim

ΑΞΙΟΝ δὲ ἐπὶ τούτοις ἅπασι παραθέσθαι καὶ τὰ δοκοῦντα Χρυσίππῳ τῷ Στωϊκῷ περὶ τοῦ λόγου τοῦδε. οὗτος γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ εἱμαρμένης βιβλίῳ, βουλόμενος δεικνύναι τὸ δὴ πάνθ' ὑπὸ τῆς ἀνάγκης καὶ τῆς εἱμαρμένης κατειλῆφθαι, μαρτυρίοις ἄλλοις τέ τισι χρῆται, καὶ τοῖς οὑτωσὶ παρ' Ὁμήρῳ ποιητῇ λεγομένοις,

— — Ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ
Ἀμφέχανε στυγερὴ, ἥπερ λάχε γεινόμενόν περ.

καί.

— — Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ὅσσα οἱ αἶσα
Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ·
Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.

Οὐ θεωρῶν ὅτι τὰ ἀλλαχοῦ πάλιν παρὰ τῷ Ποιητῇ λεγόμενα, τούτοις ἄντικρυς ἠναντίωται· οἷς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ χρῆται, βουλόμενος συνιστᾶν τὸ καὶ παρ' ἡμᾶς πολλὰ γίνεσθαι, οἷον τὸ,

Αὐτοὶ γὰρ σφετέρῃσιν ἀτασθαλίῃσιν ὄλοντο.

καὶ τὸ,

Ὢ πόποι, οἷον δή νυ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ,
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσι.

Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῷ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην ἠναντίωται. οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο συνιδεῖν ἠδυνήθη, τὸ μηδαμῶς τὸν Ὅμηρον μηδ' ἐν ἐκείνοις τοῖς ἔπεσι συμμαρτυρεῖν αὐτῷ τῷ δόγματι. οὐ γὰρ τὸ πάντα γίνεσθαι καθ' εἱμαρμένην, ἀλλὰ μᾶλλον τό τινα κατ' ἐκείνην συμβαίνειν ἐξ αὐτῶν ὑποβάλλων εὑρεθήσεται. τὸ γὰρ

—— Ἀλλ' ἐμὲ μὲν κὴρ
Ἀμφέχανε στυγερὴ, ἥ περ λάχε γεινόμενόν περ,

Οὐχ ὅτι πάντα κατὰ τὴν κῆρα συμβαίνειν λέγοιτο ἂν· ἀλλ' αὐτὸ τὸ τεθνήξεσθαι. καὶ γὰρ, ὡς ἀληθῶς, παντὶ γεννητῷ ζώῳ, θανεῖν καθείμαρται. ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ,

— Ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται, ὅσσα οἱ αἶσα

Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ,

Τὸ αὐτὸ βούλεται. οὐ γὰρ, ὅτι πάντα αὐτῷ καθ' εἱμαρμένην τὰ μετὰ ταῦτα συμβήσεται, λέγει· ἀλλ' ὅτι κατ' ἀνάγκην αὐτῷ τινα συμβήσεται. ἡ γὰρ τοῦ, ὅσσα, διαστολὴ, τί ποτε ἕτερον, ἢ τοῦτο σημαίνει; πολλὰ δὲ κατ' ἀνάγκην ἡμῖν, εἰ καὶ μὴ πάντα, ἐπίκειται. καὶ τὸ,

Μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

Ἄριστα εἴρηται. τίς γὰρ ἂν δύναιτο τὰ κατ' ἀνάγκην παντὶ ζώῳ συγκυροῦντα διαφυγεῖν; ὥστ' οὐχ ὅπως σύμψηφον ἂν ἔχοι τὸν Ὅμηρον Χρύσιππος ἐν τῷ πάντα καθ' εἱμαρμένην γίνεσθαι νομίζειν· ἀλλὰ καὶ ἐναντιούμενον, εἴ γε ἐκεῖνος μὲν ὅτι πολλὰ γίνεται παρ' ἡμᾶς σαφῶς καὶ πολλάκις εἴρηκε, τὸ δ' ὅτι κατ' ἀνάγκην πάντα συμβαίνει, οὐδαμοῦ ῥητῶς λέγων ἂν εὑρεθείη. καὶ τῷ ποιητῇ μὲν, ἅτε οὐ τὴν ἀλήθειαν ἡμῖν τῆς τῶν ὄντων φύσεως ὑπισχνουμένῳ, ἀλλὰ μεμιμημένῳ πάθη τε καὶ ἤθη, καὶ δόξας παντοίας ἀνθρώπων, ἁρμόττον ἂν εἴη καὶ τὰ ἐναντία λέγειν πολλάκις· φιλοσόφῳ δὲ, οὐδὲ τὰ ἐναντία λέγειν, οὐδὲ ποιητῇ δι' αὐτὸ τοῦτο χρῆσθαι μάρτυρι. καὶ μεθ' ἕτερά φησι, Τεκμήριον δὲ ἄλλο ἰσχυρὸν φέρειν Χρύσιππος οἴεται τῆς ἐν ἅπασιν εἱμαρμένης, τὴν θέσιν τῶν τοιούτων ὀνομάτων. τήν τε γὰρ πεπρωμένην πεπερασμένην τινά φησιν εἶναι καὶ συντετελεσμένην διοίκησιν, τήν τε εἱμαρμένην, εἰρομένην τινὰ, εἴτε ἐκ θεοῦ βουλήσεως, εἴτε ἐξ ἧς δή ποτε αἰτίας. ἀλλὰ καὶ τὰς Μοίρας ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ μεμερίσθαι καὶ κατανενεμῆσθαί τινα ἡμῶν ἑκάστῳ. οὕτω δὲ καὶ τὸ χρεὼν εἰρῆσθαι, τὸ ἐπιβάλλον καὶ καθῆκον κατὰ τὴν εἱμαρμένην. τόν τε ἀριθμὸν τῶν Μοιρῶν τοὺς τρεῖς ὑποβάλλει χρόνους, ἐν οἷς κυκλεῖται τὰ πάντα, καὶ δι' ὧν ἐπιτελεῖται. καὶ Λάχεσιν μὲν κεκλῆσθαι παρὰ τὸ λαγχάνειν ἑκάστῳ τὸ πεπρωμένον. Ἄτροπον δὲ, κατὰ τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀμετάθετον τοῦ μερισμοῦ· Κλωθὼ δὲ, παρὰ τὸ συγκεκλῶσθαι καὶ συνείρεσθαι τὰ πάντα, καὶ μίαν αὐτῶν τεταγμένην τινὰ εἶναι διέξοδον. ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια φλυαρῶν, ἀποδεικνύναι τὴν ἐν ἅπασιν ἀνάγκην νομίζει. ἐμοὶ δὲ

Parca fili, matris cum primum exiret alvo,

Eundem plane sensum habet. Nec enim qvæcunqve deinceps futura essent, ea fato futura pronunciat omnia, sed eorum nonnulla duntaxat necessitati tribuit. Nam illa vocis hujus, Qvæcunqve, distinctio, qvid tandem aliud, nisi hoc ipsum, indicat? Nobis porro, uti non omnia, sic pleraqve vi necessitatis ingruere certum est. Illud etiam,

Nemo hominum se se fato subduxerit unqvam,

Optime dictum est. Qvis enim ea, qvæ animantibus omnibus necessario eveniunt, declinare possit? Tantum igitur abest, ut Homerus Chrysippo rerum omnium rationes in fato collocanti suffragetur, ut etiam cum eo pugnet; cum ille multa sæpe ac diserte juris arbitriiq; nostri fecerit, nusqvã vero necessitati omnia conceptis verbis assignarit. Cæterum Poëtæ fortassis, qvi non jam rerum nobis earumqve naturæ veritatem pollicetur, sed multiplices ac varias hominum perturbationes, morumqve ac sententiarum rationes congerit, pugnantia sæpe loqvi liceat: Philosophum qvidem neqve pugnantia loqvi, neq; Poëtarum in eum finem testimoniis abuti deceat. Et nonnullis interjectis. Aliud, inqvit, fato rebus in omnibus statuendo, potens in primis ac solidum argumentum esse Chrysippus arbitratur, ipsam nominum ejusmodi rationem. Nam πεπρωμένην qvidem, perinde ac πεπερασμένην qvandam hoc est, omni ex parte cumulatam perfectamqve administrationem, appellatam esse vult: εἱμαρμένην vero qvasi εἰρομένην, hoc est, omni ex divina voluntate, aut alia quavis ex caussa nexam atqve aptam. Qvin etiam μοίρας, (Parcas) ex eo dictas opinatur, qvod unicuiqve nostrum una earum aliqva μεμερίσθαι, attributa sit. Imo nec aliunde τὸ χρεὼν appellatum esse, qvam qvod fato ipso debeatur. Jam Parcarum numerum, tribus illis temporibus, qvibus omnia volvuntur ac perficiuntur, accommodat. Et Lachesin quidem ita nominatam esse, qvod suam cuiqve sortem λαγχάνῃ attribuat: Atropon vero, κατὰ τὸ ἄτρεπτον, qvod ea sors nec mutari nec declinari possit: Clotho denique, παρὰ τὸ συγκεκλῶσθαι, qvod uno veluti communiqve stamine ducta connexaqve omnia sint, & unum aliqvem proprium ac singularem cursum & exitum habeant. Atqve his similibusqve nugis, eam se Fati necessitatem, qvæ rebus omnibus dominetur, confecisse putat. Mihi vero plane mirari

Nominis Parcarum etymologia, ex Chrysipp.

» subit, qvemadmodum ipse, dum ista diceret, qvam inania quamqve frivola diceret, non senserit. Esto enim, demus eos tum, qvos in eruendis notationibus illis sequitur, hominum sensus & cogitationes fuisse, cum ejusmodi nominibus uterentur, qvod fato teneri omnia, & immutabiles ex omni ævo rerum earum, qvæqve sunt, qvæqve fiunt, positas ante ac definitas esse caussas putarent. Qvorsum ergo, Chrysippe, omnes tibi hominum opiniones probantur? cur falsa ullo in genere videtur nulla? Num verum arbitraris non pervidere neminem? Cur ergo, præter unum sapientem, mortalium neminem non perinde ut Orestem aut Alcmæonem furere existimas? sapientem vero non nisi unum aut alterum extitisse, reliqvos omnes, non minore qvam ambos illos insania teneri ac laborare vis? Deinde, quemadmodum opiniones illas tanqvam falsas evertis, qvas de opibus, de gloria, de imperio, deqve omni voluptatis genere imbiberunt, qvas res in bonis pleriqve ducunt? qvorsum leges omnes, omniaqve Rerumpublicarum genera perperam instituta esse defendis? aut si nulla in re secus homines illi sentiebant, qvorsum tot volumina conscripsisti? Neqve enim, opinor, sapere tum demum eos dixerimus, cum ad opinionem se se tuam adjunxerint, ubi autem ab ea discesserint, furere. Primum enim, sapientem ne tu qvidem ipsum te pronuncias, nedum pronunciemus ipsi, ut ex eo recte illos interdum sentire judicemus, qvod se se aliqvando ad tuam sententiam aggregent. Deinde, ut id qvoqve verum sit, qvid necesse fuit insanos pariter ac simpliciter omnes appellare? qvin tu eos potius, qvatenus in eadem, qva tu, sententia versabantur, laudabas tanqvam recti ac veri aliqvid seqvutos: qvatenus vero ab ea discrepabant, erroris eos ac stultitiæ, si ita videbatur, arguebas? Testimonium qvidem veritatis idoneum & exploratum id habere, qvod ita sentirent, id vero si non insanire, qvod tu de illis existimas, saltem ab omni sapientia prorsus alienum esse nemo non jure fateatur. Ridiculus ergo es, dum testes eos ab ejusmodi nominum impositione laudas, qvibus tamen nihil unqvam judicio saltem prudentiaqve concedas: nisi vero, qvi ab initio genus hoc nominum rebus istis indidere, sapientes iidem casu aliqvo fuerint; id qvod tu nunqvam ostenderis. Verum detur etiam hoc, qvamqve defendis, ea nomi-

» ἐπιμάζειν ἔπεισιν, εἰ τοιαῦτα λέγων οὐκ ᾐσθάνετο τῆς ματαιολογίας τῆς ἑαυτοῦ. ἔξω γὰρ ταύταις ταῖς ἐννοίαις κεχρημένους τοὺς ἀνθρώπους, καθ' οὓς αὐτὸς ἐτυμολογεῖ, τὰ ὀνόματα τεθεῖσθαι τὰ ἐκκείμενα, δοξάζοντας τὰ πάντα κατειληφέναι εἱμαρμένην καὶ ἀμεταθέτους εἶναι τὰς ἐξ αἰῶνος περικαθειλημμένας ἐν πᾶσι τοῖς οὖσί τε καὶ γινομένοις αἰτίοις. τί οὖν ἀκολουθεῖς, ὦ Χρύσιππε, πάσαις ταῖς τῶν ἀνθρώπων δόξαις; καὶ οὐδε- B μία σοι περὶ οὐδενὸς φαίνεται διεψευσμένη; ἀλλὰ πάντες τῆς ἀληθείας εἰσὶ θεωρητικοί; πῶς οὖν οὐδένα φῂς ἀνθρώπων, ὃς οὐχὶ μαίνεσθαί σοι δοκεῖ κατ' ἴσον Ὀρέστῃ τε καὶ Ἀλκμαίωνι, πλὴν τοῦ σοφοῦ; ἕνα δὲ ἢ δύο μόνους φιλοσόφους γεγονέναι, τοὺς δὲ ἄλλους, δι' ἀφροσύνην ἐπίσης τοῖς προειρημένοις μεμηνέναι; πῶς δὲ ἀνασκευάζεις αὐτῶν τὰς δόξας ἐκείνας ὡς διημαρτημένας, οἷον τὰς περὶ πλούτου, καὶ δόξης, καὶ τυραννίδος, κα- C θόλου τε ἡδονῆς, ἅπερ ἀγαθὰ νενομίκασιν οἱ πλεῖστοι; πῶς δὲ τοὺς κειμένους νόμους ἡμαρτῆσθαι φῂς ἅπαντας, καὶ τὰς πολιτείας; ἢ διὰ τί πλῆθος τοσούτων βιβλίων συνέγραψας, εἰ περὶ μηδενὸς εἶχον οἱ ἄνθρωποι δόξας διημαρτημένας; οὐ γάρ, ὅταν μὲν ταὐτά σοι δοξάζωσιν, ὀρθῶς φρονεῖν αὐτοὺς φήσομεν, ὅταν δὲ διάφορα, μαίνεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲ σὺ φῂς σοφὸν εἶναι σεαυτόν, μήτι γε ἡμεῖς, ἵνα κριτήριον ποιώμεθα τοῦ καλῶς ποτε ἐκείνους φρονεῖν, τὸ μὴ τῇ σῇ δόξῃ συνδραμεῖν. ἔπειτ' εἰ καὶ τοῦτο ἦν ἀληθές, Vid. Not. D τί λέγειν ἐχρῆν μαίνεσθαι πάντας ἐπίσης, καὶ οὐχί, καθὸ μὲν ἐφαίνοντο ταὐτά σοι δοξάζοντες, κατὰ τοῦτ' αὐτοὺς ἐπαινεῖν, ὡς ὀρθοῦ τινος ἐπειλημμένους· καθὸ δὲ διεφώνουν, ἁμαρτάνειν αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν; μαρτύριον μέντοι τῆς ἀληθείας ἱκανὸν ἡγεῖσθαι τὸ δοκοῦν ἐκείνοις· οὐδὲ οὕτως ἔχειν φύσει, Loc. corr. καὶ μὴ μαίνεσθαι καθάπερ σὺ οἴει, ἀλλὰ πολύ γε ἀφεστηκέναι σοφίας πᾶς ἄν τις ὁμολογήσειε. γελοίως οὖν καὶ σὺ χρήσῃ μάρτυσι τούτοις, διὰ τῆς θέσεως τῶν ὀνομάτων, οὓς οὐδὲν ἂν κατά γε σύνεσιν σεαυτοῦ φήσαις διαφέρειν· εἰ μὴ ἄρα τοὺς ἐξ ἀρχῆς θεμένους ταῦτα τὰ ὀνόματα, σοφοὺς εἶναι συμβέβηκεν, ὅπερ οὐδαμῶς δεῖξαι δυνήσῃ. Ἀλλὰ γὰρ δεδόσθω σοι τοῦθ' οὕτως ἔχειν, καὶ τὰ ὀνόματα

μάταια ἐκεῖνα τίθεσθαι, ὡς σὺ βούλει, τὰς σημασίας ἔχοντα, καὶ μὴ κατὰ δόξας ψευδεῖς τὸ τοιοῦτον γεγονέναι, πῶς τοίνυν δι' αὐτῶν σημαίνεται τὰ πάντα ἁπαξαπλῶς καθ' εἱμαρμένην εἶναι, καὶ μὴ (εἰ ἄρα) ταῦτα μόνα ὧν ἐστιν εἱμαρμένη; ὅ τε γὰρ τῶν Μοιρῶν ἀριθμὸς, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν, καὶ ὁ τῆς Κλωθοῦς ἄτρακτος, καὶ τὸ ἐπειλημμένον αὐτοῦ νῆμα, καὶ τὸ ἐπίκλωσμα τούτου, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἄλλα λέγεται ἐν ἐκείνοις, ἐνδείκνυται τὸ ἀπαράβατον, καὶ ἐξ αἰῶνος καθῆκον τῶν αἰτιῶν, ὅσα ὑπό τινων κατηνάγκασται γενέσθαι, καὶ ὅσα ἄλλως ἔχειν κεκώλυται. πολλὰ δ' ἂν εἴη
pag. 156. τὰ τοιαῦτα· ὅσα δὲ οὐχ οὕτω γίνεται, τούτων τισὶ μὲν οἱ ἄνθρωποι θεοὺς διοικητὰς, καὶ δημιουργοὺς ἐπεφήμισαν· τινῶν δὲ ἡμᾶς αὐτοὺς αἰτίους ὑπέλαβον· ἄλλων δ' αὖ πάλιν τὴν φύσιν, ἄλλων τὴν τύχην. ἧς τὸ εὐμετάβολον καὶ ἄστατον, καὶ νῦν μὲν οὕτω, νῦν δὲ ὥπως ἔχον ἐνδείξασθαι βουλόμενοι, εἰδωλοποιήσαντες τὸ ποιὸν τοῦ σύμπτωμα τῶν πραγμάτων, ἐπὶ σφαίρας βεβηκυῖαν τὴν τύχην ἔδειξαν. ἢ οὐχὶ δὲ δεδόξασται παρὰ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ταῦτα; καὶ γὰρ ἀεί ποτε συντάττουσι τὰ αἴτια, καὶ ὅσα μὲν καθ' εἱμαρμένην, ἢ κατὰ τύχην γίνεται, ταῦτα ἐκ θείας δυνάμεως γίνεσθαι νομίζουσιν. ὅσα δὲ παρ' ἡμᾶς, ταῦτα καθ' εἱμαρμένην· ἀλλ' ὅτι γε πάντα τὰ αἴτια ταῦτα ἐν τοῖς οὖσι δοξάζουσι, παντί που δῆλον. ὥστε οὐδὲ τὰς τῶν ἀνθρώπων ὑπολήψεις, οὐδὲ τὰς θέσεις τῶν τοιούτων ὀνομάτων συμμαρτυρεῖν τῇ Χρυσίππου δόξῃ συμβέβηκε. τούτοις ἑξῆς ἐπιλέγει. Ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ περὶ εἱμαρμένης βιβλίῳ, τοιαύταις τισὶν ἀποδείξεσιν κέχρηται· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, λύειν πειρᾶται τὰ ἀκολουθεῖν δοκοῦντα ἄτοπα τῷ λόγῳ πάντα κατηναγκάσθαι λέγοντι, ἅπερ καὶ ἡμεῖς κατ' ἀρχὰς ἐτίθεμεν· οἷον τὸ ἀναιρεῖσθαι δι' αὐτοῦ τὴν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν προθυμίαν περὶ ψόγους τε καὶ ἐπαίνους καὶ προτροπὰς, καὶ πάνθ' ὅσα παρὰ τὴν ἡμετέραν αἰτίαν γινόμενα φαίνεται. Φησὶν οὖν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ, τὸ μὲν ἐξ ἡμῶν πολλὰ γίνεσθαι δῆλον εἶναι, οὐδὲν δὲ ἧττον συγκαθειμάρθαι καὶ ταῦτα τῇ τῶν ὅλων διοικήσει, κέχρηταί τε παραδείγμασι τοιούτοις τισί. τὸ γὰρ μὴ ἀπολεῖσθαι φησὶ, θοι-

A nibus illis significatio tribuatur, nec errore opinionis ullo factum istud fuerit. Qvomodo tamen omnia prorsus fato fieri significant, ac non potius, (si qva nominum istorum vis est) ea tantummodo, qvæ fati lege teneantur? Nam & Parcarum numerus, ipsarumqve nomina, & Clothonis fusus, & glomeratum in eo filum, ductiqve ex eo staminis necessitas, & qvæcunqve adduntur præterea, certum forte qvendam atqve ex omni æternitate aptum caussarum inter se nexum iis in rebus ostendant, qvæ necessario vel ita fiant, vel aliter habere non possint.
B Cujusmodi ut esse plerasque fateamur; quæcunqve tamen ejus conditionis non sunt, iis homines partim moderatores auctoresque Deos attribuerunt, partim nos ipsos, partim naturam, atque fortunam caussas earum proprias esse voluerunt. Ac fortunæ quidem ut instabilem volubilemque motum, perpetua mutatione conjunctum ostenderent, eamque rerum inconstantiam simulacro qvodam adumbrarent, insidentem globo fortunam expressere. Qvid si ne ista quidem apud homines fixa omnino rataque vi-
C dentur esse? ut enim caussas interdum principiaque conturbent, qvæque vel fato, vel casu fiunt, ea divino numine fieri arbitrentur; qvæ vero arbitrii nostri viribus efficiuntur, eadem fato assignanda putent: qvin principia tamen omnia rebus ipsis inesse opinentur, nemo non videt. Qvare ne communis illa qvidem hominum existimatio, vel ejusmodi nominum impositio Chrysippi sententiæ suffragatur. Qvibus deinceps ita subdit. Ac primo quidem, inqvit, de Fati necessitate libro, id genus demonstrationibus utitur: secundo autem absurda illa di-
D luere conatur, qvæ ex ea opinione, qvæ omnia necessitate constringit, conseqventia videantur, qvæ nos qvoqve sub disputationis hujus initium posuimus: exempli caussa tolli funditus eum, qvi e nobis ipsis existit, impetum, seu vituperet qvispiam, seu laudet, seu cohortetur, seu qvid aliud eorum fiat, qvorum caussa esse consvevimus. Itaqve libro secundo, multa qvidem nobis auctoribus fieri, atqve id perspicuum esse, ultro fatetur: eadem tamen communi fato ex universi administratione apta esse nexaqve contendit. Atqve is hoc in genere, hujusmodi qvibusdam exemplis utitur. Nam ut qvis vestem non amittat, inqvit,

„ simpliciter in fato non est, sed ea demum „ conditione, si diligenter eam conservet: sic, „ ut unus aliqvis ex hostium manibus liberetur, si modo ab iis sibi caveat: sic, ut qvis liberos suscipiat, si versari tamen cum uxore „ voluerit. Quemadmodum enim, inquit, „ absurde faceret, qvi Hegesarchum Pugilem, „ qvod eum prorsus illæsum è certamine dis„ cessurum audiisset, demissis abjectisque ma„ nibus pugnare vellet, qvandoquidem fatum „ ab omni eum plaga securum præstaret: cum „ is, cujus ea vox esset, id tantum ob insignem „ atque singularem hominis in declinandis „ ictibus cautionem, futurum dixisset. Ita cæ„ teris in rebus eodem plane modo philoso„ phandum esse. Quippe, multa plane, nisi & „ ea velimus, & in eadem acerrima simul con„ tentione ac vehementissimo studio incum„ bamus, fieri nullo modo posse, ut pote qvæ „ fatum sit cum ea tantum conditione fieri. „ Hic vero qvis non iterum inconsultam & in„ eptam hominis philosophiam, vel ob novi„ tatem probationum, vel ob argumentorum „ discidium jure miretur? Equidem sic existi„ mo, nihilo magis rebus iis, qvæ fato fiunt, „ cum iis, qvæ nostra ex voluntate pendent, „ qvam dulci cum acerbo, vel nigro cum albo, „ vel calido cum frigido convenire. Nam ut „ ea fato assignari vulgata notione solent, qvæ „ velimus nolimusve fiant; sic potestatis ea „ nostræ censentur, qvæ vel studio laboreque „ nostro perducantur ad finem, vel negligen„ tia nostra imperfecta remaneant. Si ergo „ vestem, qvod diligens in ea conservanda „ fuerim, non amisi: si abs me liberi suscipi„ untur, qvod rem habere cum uxore volue„ rim: si qvod mihi ab hostibus caverim, eo„ rum manibus non interii: si quod fortiter ac „ strenue cum adversario certaverim, ejus„ que petitiones omnes diligenti cautione elu„ serim, eodem certamine sine plaga defun„ ctus sum: qui locus in his rebus fato relin„ quitur? Enimvero si fato hæc omnia con„ tingunt, eadem vi nostra contigisse nemo „ jure dixerit: sin autem vi nostra, fatum pro„ fecto simul excludatur, quod nullum inter se „ se duo ista commercium habere possint. Imo, „ inquit, vi simul voluntatis nostræ fient, quod „ ea vis facultasque nostra ipso quoque fato „ clausa teneatur. Ain tu? teneatur! Qui fie„ ri possit? nam si vestem & conservare, „ & non conservare, libertatis arbitriique „ mei est: certe ut eadem conserve-

A μάτιον, οὐχ ἁπλῶς καθείμαρτο, ἀλλὰ μετὰ » τοῦ φυλάττεσθαι· καὶ τὸ ἐκ τῶν πολεμίων » σωθήσεσθαι τονδέ τινα, μετὰ τοῦ φεύγειν αὐτὸν » τοὺς πολεμίους· καὶ τὸ γενέσθαι παῖδας, μετὰ τοῦ » βούλεσθαι κοινωνεῖν γυναικί. ὥσπερ γάρ, φη- » σὶν, εἰ λέγοντός τινος Ἡγήσαρχον τὸν Πυ- » κτὴν ἐξελεύσεσθαι τοῦ ἀγῶνος πάντως ἄ- » πληκτον, ἀτόπως ἄν τις ἠξίου καθέντα τὰς » χεῖρας τὸν Ἡγήσαρχον μάχεσθαι, ἐπεὶ ἄ- » πληκτον αὐτὸν ἀπελθεῖν καθείμαρτο, τοῦ » B τὴν ἀπόφασιν ποιησαμένου, διὰ τὴν πε- » ριττοτέραν τἀνθρώπου πρὸς τὸ μὴ πλήτ- » τεσθαι φυλακὴν, τοῦτ' εἰπόντος· οὕτω καὶ ἐπὶ » τῶν ἄλλων ἔχει. πολλὰ γὰρ δύνασθαι γενέσθαι » χωρὶς τοῦ καὶ ἡμᾶς βούλεσθαι, καὶ ἐκτενε- » στάτην γε περὶ αὐτὰ προθυμίαν τε καὶ σπου- » δὴν ἐκφέρεσθαι, ἐπειδὴ μετὰ τούτου, φησὶν, » αὐτὰ γενέσθαι καθείμαρτο. Πάλιν οὖν κἀν- » ταῦθα θαυμάσειέ τις τἀνθρώπου τὸ ἀθεώ- » ρητον καὶ ἀνεπιλόγιστον, καὶ τῶν ἐναργειῶν, καὶ » C τῆς τῶν ἰδίων λόγων ἀνακολουθίας. οἶμαι γὰρ, » ὅτι καθάπερ τὸ καλούμενον γλυκὺ, τῷ κα- » λουμένῳ πικρῷ συμβέβηκεν ἐναντιώτατον » εἶναι, τῷ τε λευκῷ τὸ μέλαν, καὶ τῷ ψυχρῷ » τὸ θερμόν· οὕτωσὶ δὲ καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς τῷ καθ' » εἱμαρμένην, εἴ γε καθ' εἱμαρμένην μὲν ἐ- » κεῖνα καλεῖν παρείληφεν, ὅσα καὶ ἑκόντων » ἡμῶν καὶ ἀκόντων πάντως γίνεται. παρ' ἡμᾶς » δὲ ὅσα ἐκ τοῦ σπουδάζειν ἡμᾶς καὶ ἐνεργεῖν » ἐπὶ τέλος ἔρχεται, ἢ παρὰ τὸ ἀμελεῖν καὶ » ῥαθυμεῖν οὐκ ἐπιτελεῖται. ἐὰν τοίνυν ἐκ τοῦ » D σπουδάζειν ἐμὲ θοιμάτιον φυλάττειν, ἐκεῖ- » νο σώζηται, καὶ ἐκ τοῦ βούλεσθαι τῇ γυναι- » κὶ πλησιάζειν, τὰ τέκνα γίνηται, καὶ ἐκ τοῦ » βούλεσθαι φεύγειν τοὺς πολεμίους, τὸ μὴ ἀπο- » θνήσκειν ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐκ τοῦ διαμάχεσθαι » πρὸς τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀνδρείως, φυλάττεσθαί » τε αὐτοῦ τὰς τῶν χειρῶν ἐπιβολὰς, τὸ ἄπληκτον » ἐκ τοῦ ἀγῶνος ἀπαλλάσσεσθαι, πῶς τὸ καθ' εἱ- » μαρμένην ἐνταῦθα σωθήσεται; εἰ μὲν γὰρ κατ' » ἐκείνην ταῦτα συμβαίνει, παρ' ἡμᾶς οὐκ ἂν » λέγοιτο συμβαίνειν· εἰ δὲ παρ' ἡμᾶς, οὐκ ἂν κατ' » ἐκείνην δηλαδὴ, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι συν- » δραμεῖν ταῦτα ἀλλήλοις. ἀλλὰ παρ' ἡμᾶς » μὲν ἔσται, φησὶ, περιειλημμένα μέντοι τοῦ παρ' » ἡμᾶς ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης. καὶ πῶς, εἴποιμ' ἂν, περιειλημμένου; εἴ γε καὶ τὸ φυλάττειν θοιμάτιον, » καὶ τὸ μὴ φυλάττειν, ἀπὸ τῆς ἐξουσίας ἐγίνετο τῆς ἐμῆς. οὕτω γὰρ καὶ τοῦ σώζεσθαι τοῦτο δηλονότι »

κύριος ἂν εἴην ἐγώ. Καὶ ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς διαστολῆς, ἣν ποιεῖται Χρύσιππος, δῆλον γίνεται ἀπολελυμένη τῆς εἱμαρμένης ἡ παρ' ἡμᾶς αἰτία. καθείμαρται γάρ, φησί, σωθῆναι θοἰμάτιον, εἰ φυλάττοις αὐτό· καὶ παῖδας ἔσεσθαι, εἰ καὶ σὺ βουληθείης· ἄλλως δὲ, μὴ ἂν ἔσεσθαί τι τούτων. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης προκατειλημμένων, οὐκ ἄν ποτε ὑποτιμήσεσι τοιαύταις χρησαίμεθα· οὐκ οὖν φαμεν τεθνήξεσθαι πάντα ἄνθρωπον, εἰ τόδε τι γένοιτο· μὴ τεθνήξεσθαι δὲ, εἰ μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἁπλῶς τεθνήξεσθαι, κἂν ὁτιοῦν πρὸς τὸ μὴ ἀποθνήσκειν καθόλου γίνοιτο. ἢ μὴ ἀλγηδόνος ἔσεσθαι δεκτικὸν ἄνθρωπόν τινα, κἂν ταδὶ πράττοι· ἀλλὰ πάντ' ἄνθρωπον ἀλγηδόνος εἶναι δεκτικὸν, ἐάν τε βούληται, ἐάν τε μή. καὶ ὅσα ἄλλα οὕτως, καὶ μὴ ἄλλως, ἔχειν καθείμαρται. ὥστε καὶ τὸ γίνεσθαι τόδε τι ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ βουληθείημεν ἡμεῖς, ἄλλως δὲ, οὐχί, φανερὸν, ὅτι τὸ ἡμᾶς βουληθῆναί τε καὶ μὴ βουληθῆναι, ὑπ' οὐδεμιᾶς ἑτέρας αἰτίας προκατείχετο, ἀλλ' ἦν αὐτεξούσιον. εἰ δὲ τοῦτο ἀκαταναγκαστον ἦν, καὶ τὸ γίνεσθαι τόδε τι, δῆλον ὡς ἀπ' αἰῶνος οὐ προκατείχετο· εἰ μή τι καὶ αὐτὸ τὸ βούλεσθαι, φυλάττειν θοἰμάτιον, ἢ μὴ βούλεσθαι, παρά τινα εἱμαρμένην, καὶ κατὰ αἰτίαν ἔξωθεν ἀναγκαίαν ἐγίνετο. ἀλλ' οὕτω τέλεον ἡ παρ' ἡμᾶς ἐξουσιαστικὴ δύναμις ἀναιρεῖται, καὶ οὐκ ἔτι σώζοιτο ἂν θοἰμάτιον παρὰ τὴν αἰτίαν τὴν ἐμὴν, ἢ ἀπολλύοιτο· διὸ καὶ εἴην ἂν ἐγὼ καὶ ἀπολλυμένου τούτου κατὰ λόγον ἂν ἐπιτιμητός, (ἄλλη γὰρ ἄλλο τις ἀπώλλυεν αἰτία,) καὶ σωζομένου πάλιν οὐδαμῶς ἐπαινούμενος, ὅτι μηδὲ τοῦτο εἰργαζόμην ἐγώ. Σὺ δὲ ὡς σῶσαι πάντα δυνάμενος, οὕτως ἀνετείνου τῷ λόγῳ· ταῦτα μὲν ὁ προδηλωθεὶς ἀνήρ. συνήφθω δὲ τούτοις καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀφροδισιέως ἀνδρὸς εὖ μάλα διαφανοῦς ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις, ὃς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ εἱμαρμένης, τοιαῖσδ' ἐχρήσατο φωναῖς εἰς ἀνασκευὴν τοῦ δόγματος.

A Περσίδι μόνῃ τὰς θυγατέρας γαμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν παντὶ ἔθνει, ὅπου ἂν οἰκήσωσι, τοὺς τῶν προγόνων φυλάσσοντες νόμους, καὶ τῶν μυστηρίων αὐτῶν τὰς τελετάς. ἀλλὰ καὶ πολλὰ βάρβαρα ἔθνη κατελέξαμεν, τά τε ἐν τῇ Μεσημβρίᾳ, καὶ Δύσει, καὶ Ἀνατολῇ καὶ Ἄρκτῳ, τουτέστιν ἐν διαφόροις κλίμασι, μὴ μετέχοντα Ἑρμαϊκῆς ἐπιστήμης. Πόσοι, νομίζετε, σοφοὶ ἄνδρες παρήγαγον τοὺς κακῶς κειμένους νόμους; πόσοι δὲ νόμοι ὑπὸ τῆς ἀπορίας κατελύθησαν; πόσοι βα- B σιλεῖς κρατήσαντες ἐθνῶν, παρήγαγον τοὺς πρὸ αὐτῶν νόμους, καὶ ἔθεντο τοὺς ἰδίους; καὶ οὐδεὶς τῶν ἀστέρων ἀπώλεσε τὸ ἴδιον κλίμα. χθὲς οἱ Ῥωμαῖοι τῆς Ἀραβίας κρατήσαντες, τοὺς τῶν Βαρβάρων νόμους ἤλλαξαν. ἕπεται γὰρ τὸ αὐτεξούσιον τῷ αὐτεξουσίῳ. Τὸ δὲ δυνάμενον πεῖσαι καὶ τοὺς ἀπίστους, ἐκθήσομαι ὑμῖν. Ἰουδαῖοι πάντες οἱ διὰ Μωσέως δεξάμενοι νόμον, τοὺς γεννωμένους ἄῤῥενας παῖδας ἐν τῇ ὀγδόῃ ἡμέρᾳ αἱμάσσουσι C περιτέμνοντες, οὐκ ἀστέρος παρουσίαν ἀναμένοντες, οὐ κλίματος ἐξουσίαν ἐντρεπόμενοι, οὐχ ὑπὸ νόμου ἀλλοτρίας χώρας ἀγόμενοι. ἀλλ᾽ εἴτε ἐν Συρίᾳ τυγχάνουσιν, εἴτε ἐν Γαλλίᾳ, εἴτε ἐν Ἰταλίᾳ, εἴτε ἐν Ἑλλάδι, ἢ ἐν Παρθίᾳ, ἢ ὅπου ἂν ὦσι, τοῦτο ποιοῦσιν. Ὅπερ οὐκ ἔστι κατὰ γένεσιν, οὐ γὰρ δύνανται πάντες Ἰουδαῖοι μίαν γένεσιν ἔχειν. ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἡμερῶν ἑπτά, πάντες ὅπου ἂν ὦσιν, ἀργοῦσιν ἐκ παντὸς ἔργου, καὶ οὔτε ὁδεύουσιν, D οὔτε πυρὶ χρῶνται. οὔτε ἀναγκάζει ἡ γένεσις Ἰουδαῖον, οὐ κτίσαι οἶκον, οὐ καταλῦσαι, οὐκ ἐργάσασθαι, οὐ πωλῆσαι, οὐκ ἀγοράσαι ταῖς ἡμέραις τοῦ Σαββάτου, καίτοι ἐν τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ γεννώντων Ἰουδαίων καὶ γεννωμένων, καὶ νοσούντων, καὶ ἀποθνησκόντων. ταῦτα γὰρ οὐκέτι ἐστὶ τοῦ αὐτεξουσίου. ἐν τῇ Συρίᾳ, καὶ ἐν τῇ Ὀσροηνῇ, ἀπεκόπτοντο πολλοὶ τῇ Ῥέᾳ, καὶ ἐν τούτῳ μιᾷ ῥοπῇ ὁ βασιλεὺς Ἄβγαρος ἐκέλευσε τῶν ἀποκοπτομένων τὰ αἰδοῖα ἀποκόπτεσθαι καὶ τὰς χεῖρας, καὶ ἐκτότε, οὐδεὶς ἀπεκόψατο ἐν τῇ Ὀσροηνῇ. Τί δὲ ἐροῦμεν περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν αἱρέσεως, ἧς ἡμεῖς οἱ δοξασταὶ πολλοὶ ὄντες καὶ ἐν διαφόροις σπέστημένοι κλίμασιν, ἐν παντὶ ἔθνει καὶ κλίματι, οἵτινες πολλοὶ ὄντες, ἑνὶ ὀνόματι κεκλήμεθα.

Perside tantum filias uxores ducere, sed etiam ubicunque degant, acceptas a Majoribus leges, eosdemqve mysteriorum ritus ac ceremonias retinentes. Multas qvoque recensuimus barbaras nationes, ad Meridiem, Occasum, Orientem, Septentrionem incolentes, hoc est in varia climata dissipatas, apud qvas nullum extet Mercurianæ artis doctrinæqve vestigium. Jam vero, qvam multos extitisse viros sapientes putatis, qvi leges perperam constitutas immutarint? Imo qvam multæ leges, vel consilii, vel rerum inopia conciderunt? qvam multi Reges, debellatis victisque nationibus novas ipsi propriasqve leges, antiqvatis prioribus, imposuerunt? Neqve tamen suo climate Planetarum ullus excidit. Romani subacta nudiustertius Arabia, Barbarorum leges sustulerunt. Imperium enim, rerum potestas omnium licentiaqve conseqvitur. Sed juvat illud afferre, qvod vel incredulis fidem faciat. Judæi omnes, qvi a Mose legem acceperunt, infantes masculos ante octavum ab ortu diem circumcisione cruentant. Qva quidem in re nec sideris præsentiam ullius expectant, nec certi climatis vim ac jura declinant, nec alterius regionis legibus agi se patiuntur. Itaqve seu in Syria, seu in Gallia, seu in Italia, seu in Græcia, seu in Parthia, verbo ubicunqve versentur, morem eundem retinent. Id autem nascendi conditionem profecto non sequitur, cum una Judæi passim omnes eademque teneri non possint. Iidem, ubicunqve degant, septimo qvoque die ab omni prorsus opere vacant omnes; adeoqve ne iter quidem suscipiunt, aut igni utuntur. Ita Judæus nemo Sabbati diebus ad domum vel ædificandam, vel demoliendam, ad laborandum, vendendum, emendum, ortus necessitate adigitur: cum tamen eo ipso die passim generent atque nascantur, ægrotent passim moriunturqve Judæi: qvod ista nequaqvam ex libertate pendeant. In Syria qvondam & Osroene plerosqve Opis in honorem abscindi moris erat: verum cum repente jussisset Rex Abgarus, ut qvibus abscissa verenda essent, iis etiam manus abscinderentur; nemo se deinceps tota Osroene abscidit. Qvid porro de Christianorum instituto dicemus, cujus nos Sectatores & plurimi & diversis in terræ partibus extitimus, qvi tamen in omni cum genere tum climate uno omnes eodemqve nomine appellati sumus?

Christiani ubicunque degunt suis ritibus utuntur.

» Enimvero nec in Parthia Christiani, Parthi
» licet, pluribus utuntur uxoribus, nec in
» Media defunctorum corpora canibus obji-
» ciunt, nec in Perside, Persæ licet, filias uxo-
» res ducunt: nec apud Bactros aut Gallos
» nuptiarum honestatem & jura contami-
» nant, nec in Ægypto Apin, Canem, Hir-
» cum, Felemve colunt. Ita, ubicunqve de-
» gant, nec Legum Morumqve sceleratorum
» improbitate vincuntur, nec ad flagitium
» ullum, Præceptoris sui legibus interdictum,
» nascendi conditionis ex Principum Astro-
» rum imperio nutuqve descriptæ vi adigun-
» tur. Iidem tamen, morbis, egestati, calami-
» tatibus, & contumeliis, ut vulgo appellan-
» tur, obnoxii sunt. Qvemadmodum enim
» homo ille noster, qvem liberum esse volu-
» mus, aut in servitutem non cogitur, aut si
» urgetur interdum, vim afferentibus resistit:
» Ita noster hic homo, qvi sub aspectum ca-
» dit, servus ipse cum sit, obseqvendi neces-
» sitatem haud facile declinare potest. Qvip-
» pe, si nostræ cuncta potestatis essent, nihil
» non essemus; qvemadmodum si positum ac
» situm in nobis esset nihil, aliorum, ut ante
» dixi, administri essemus, non juris nostri. At
» annuente Deo, fieri cuncta possunt, impe-
» diri nihil. Ejus enim voluntati res obsistere
» nulla potest, cum ea, qvæ nonnunqvam vi-
» dentur obsistere, id eatenus modo faciant,
» qvatenus suam ipse naturæ cuilibet præro-
» gativam, integramqve voluntatis liberta-
tem pro sua benignitate concessit. Atqve
hactenus Syrus ille. Ego vero, postqvam
unius adhuc testimonium produxero, huic
disputationi finem imponam. Qvandoqvidem enim abunde profanis adhuc e literis
hausimus, solaqve divinarum auctoritas
superest, qvæ certe qvidem ad hanc præsertim Evangelicæ demonstrationis Præparationem desideratur: æqvum sane opportunumqve fuerit, in eas qvoqve diligenter intueri, nihil ut omnino desideretur, qvod ad susceptæ Qvæstionis disceptationem pertineat. Itaqve ex illis etiam hujus tibi veritatis argumenta producere statui. Sed quoniam sacrorum oraculorum, si nude ponerentur, sensum mentemqve capere non posses, qvod fere umbris qvibusdam involuta proferantur, eorum Interpretem adducam in medium. Tu vero, nisi forte sublimioribus illis mentibus invides, hominem probe nosti, qvi ut hic adhuc inter Christi cœtus, operum, qvæ sui tanqvam vicaria reliquit, usu & tractatione versatur, ita nec hominibus a nostris etiam ritibus alienis, propter summam, qva in eorum qvoque disciplinas incubuit, contentionem, ignotus est. Vide igitur, qvemadmodum qvibusqve verbis Origenes

Cap. IX. Tran.

καὶ οὔτε οἱ ἐν Παρθίᾳ Χριστιανοὶ πολυγαμοῦσι Πάρθοι ὑπάρχοντες, οὔθ' οἱ ἐν Μηδίᾳ κυσὶ παραβάλλουσι τοὺς νεκρούς· οὐχ οἱ ἐν Περσίδι γαμοῦσι τὰς θυγατέρας αὐτῶν, Πέρσαι ὄντες· οὐ παρὰ Βάκτροις καὶ Γάλλοις φθείρουσι τοὺς γάμους· οὐχ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ θρησκεύουσι τὸν Ἆπιν, ἢ τὸν Κύνα, ἢ τὸν Τράγον, ἢ Αἴλουρον. ἀλλ' ὅπου εἰσίν, οὔτε ὑπὸ τῶν κακῶς κειμένων νόμων, καὶ ἐθῶν νικῶνται· οὐχ ἡ ὑπὸ τῶν ἀρχῶν πρυτανευομένη γένεσις αὐτοὺς ἀναγκάζει τοῖς ἀπειρημένοις κακοῖς ὑπὸ τοῦ Διδασκάλου αὐτῶν χρῆσθαι. νόσῳ δὲ, καὶ πενίᾳ, καὶ πάθεσι, καὶ ταῖς νομιζομέναις ἀτιμίαις ὑπόκεινται. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐλεύθερος ἡμῶν ἄνθρωπος δουλεύειν οὐκ ἀναγκάζεται, κἂν ἀναγκασθῇ, ἀνθίσταται τοῖς ἀναγκάζουσιν· οὕτως οὐδὲ ὁ φαινόμενος ἡμῶν δοῦλος ἄνθρωπος τῆς ὑποταγῆς ἐκφεύγειν ῥᾳδίως δύναται. εἰ γὰρ πάντα ἐδυνάμεθα, ἡμεῖς ἂν ἦμεν τὸ πᾶν, ὥστε εἰ μηδὲν ἐδυνάμεθα, ἄλλων ἦμεν, ὡς προεῖπον, ὄργανα, καὶ οὐχ ἑαυτῶν. Θεοῦ δ' ἐπινεύσαντος πάντα δυνατὰ καὶ ἀνεμπόδιστα· τῇ γὰρ ἐκείνου βουλήσει οὐδὲν ἀντιστῆναι δύναται. καὶ γὰρ τὰ δοκοῦντα ἀνθίστασθαι, αὐτοῦ χρηστεύοντος, καὶ συγχωροῦντος ἑκάστῃ φύσει ἔχειν τὴν ἰδιότητα, καὶ τὸ αὐτεξούσιον τοῦ θελήματος, ἀνθίσταται. Τοσαῦτα καὶ ὁ Σύρος. Ἑνὸς δ' ἐπιμνησθείς, περιγράψω τὸν λόγον. ἐπειδὰν γὰρ τὰ μὲν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν γραμμάτων αὐταρκῶς παρατέθειται, λείπει δὲ τὰ ἀπὸ τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ὧν δὴ καὶ μάλιστα ἡμῖν δεῖ εἰς τὴν τῆς Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως Προπαρασκευήν, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ τάδε ἐποπτεῦσαι, ὡς ἂν καὶ μηδὲν ὁ λόγος ἐλλείποι τῶν εἰς τὸ πρόβλημα θεωρουμένων. ὅθεν δὴ καὶ τάδε σοι σαφῆ καταστήσω. οὐ μὴν οἷός τ' ἂν εἴης γυμνῶν ἐπαΐειν τῶν ἱερῶν λογίων, τὰ πολλὰ συνεσκιασμένως προενηνεγμένων. διόπερ ἐγώ σοι τὸν ἑρμηνέα τούτων παραστήσομαι. σὺ δ' εἰ μὴ τοῖς κρείττοσι βασκαίνειν, οἶσθά που τὸν ἄνδρα, Χριστοῦ μὲν θιάσοις εἰσέτι δεῦρο χορεύοντα δι' ὧν ἀπολέλοιπε πόνων· οὐ μὴν οὐδὲ τοῖς ἐκτὸς ἀγνῶτα, δι' ἣν ἐπιδέδεικται καὶ πρὸς τὰ τῶνδε μαθήματα φιλοτιμίαν. σκέψαι δ' οὖν ὅσα τε καὶ ὁποῖα ἐν τοῖς εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικοῖς ὁ θαυμάσιος Ὠριγένης

περὶ τῆς προκειμένης ὑποθέσεως διείληφε, καὶ ὅπως ἐφώδευσε τὸν περὶ εἱμαρμένης λόγον.

A vir ille singularis hac tota de re suis in Genesin commentariis statuat, istamqve de fato disputationem qva ratione pertractet.

ια.

ΩΣ ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΗΣ ΤΩΝ θείων γραφῶν ἐξηγήσεώς τε καὶ μαρτυρίας, ἐκ τῶν Ὠριγένους.

XI.

DIVINARUM QVOQVE scripturarum auctoritate ac testimonio Fati vim omnem refutari, Ex Origine.

ΠΕΡΙ τοῦ εἰς σημεῖα γεγονέναι τοὺς φωστῆρας, οὐκ ἄλλους ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἄστρων τυγχάνοντας, τῶν σφόδρα ἀναγκαιοτάτων ἐστὶ διαλαβεῖν. οὐ μόνον ἐθνῶν τῶν τῆς Χριστοῦ πίστεως ἀλλοτρίων σφαλλομένων, εἰς τὸν περὶ τῆς εἱμαρμένης τόπον, τῇ τῶν καλουμένων πλανωμένων ἀστέρων ἐπιπλοκῇ (Vid. Not.) πρὸς τοὺς ἐν τῷ Ζωδιακῷ, πάντων αὐτοῖς νομιζομένων συμβαίνειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τῶν περὶ ἕκαστον ἀνθρώπων, τάχα δὲ καὶ ἀλόγων ζώων· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλῶν τῶν πεπιστευκέναι ὑπολαμβανομένων, περισπωμένων, μὴ ἄρα ἠνάγκασται τὰ ἀνθρώπων πράγματα, καὶ ἀμήχανον ἄλλως γενέσθαι, ἢ ὡς οἱ ἀστέρες κατὰ τοὺς διαφόρους σχηματισμοὺς ἐπιτέλλουσιν. ἕπεται δὲ τοῖς ταῦτα δογματίζουσιν, ἐξ ὅλων τὸ ἐφ' ἡμῖν ἀναιρεῖν· διόπερ καὶ ἔπαινον καὶ ψόγον, καὶ πράξεις ἀποδεκτὰς, πάλιν τε αὖ ψεκτάς. ἅπερ εἰ οὕτως ἔχει, τὰ τῆς κεκηρυγμένης τοῦ θεοῦ κρίσεως οἴχεται, καὶ ἀπειλαὶ πρὸς τοὺς ἡμαρτηκότας, ὡς κολασθησομένους· τιμαί τε αὖ πρὸς τοὺς τοῖς κρείττοσιν ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκότας, καὶ μακαριότητος (γρ. [illegible])· οὐδὲν γὰρ ἔτι τούτων εὐλόγως ἔσται γινόμενον, καὶ εἰ τὰ ἀκόλουθά τις ἑαυτῷ, ἐφ' οἷς δογματίζει, βλέποι. καὶ ἡ πίστις ἔσται ματαία, ἥτε Χριστοῦ ἐπιδημία οὐδὲν ἀνύουσα, καὶ πᾶσα ἡ διὰ νόμου καὶ Προφητῶν οἰκονομία, κάματοί τε Ἀποστόλων, ὑπὲρ τοῦ συστῆσαι τὰς διὰ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. εἰ μὴ ἄρα καὶ Χριστὸς κατὰ τοὺς οὕτω τολμῶντας, ὑπὸ τὴν (Pag. 166.) ἀνάγκην τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως, τὴν γένεσιν ἀνειληφέναι γενόμενος, πάντα πεποιήκοι τε καὶ πάθοι, οὐ τοῦ θεοῦ, καὶ πατρὸς τῶν ὅλων αὐτῷ τὰς παραδόξους δυνάμεις δωρησαμένου, ἀλλὰ τῶν ἀστέρων. οἷς ἀθέοις καὶ

QVOD hic habetur, inqvit, luminaria, qvæ sane alia non sunt, qvam Sol, Luna, cæteraqve Sidera, tanqvam signa qvædam esse constituta, id vero ut diligenter explicetur, in primis necessarium est. Nec enim gentes illæ modo, qvæ a Christi fide alienæ sunt, ad eum, qvi de Fato instituitur, locum offendunt, qvod qvæ in terris eveniunt omnia, qvæqve singulos ad homines, imo qvæ ad bruta qvoque fortassis animantes pertinent, ea stellarum, qvas errantes vocant, cum iis, qvæ ad Zodiacum adhærescunt, sideribus complexione qvadam & comparatione fieri arbitrentur: sed eorum etiam permulti, qvi Christianæ fidei sectatores ac professores habentur, anguntur animis, ne humanæ res adeo necessitate teneantur, ut aliter, qvam varius astrorum situs & collocatio jubeat, fieri non possint. Qva qvidem ex opinione conseqvens illud est, ut funditus voluntatis nostræ vis facultasqve tollatur, simulq; proinde laus omnis ac vituperatio, rerumqve vel approbatione dignarum vel reprehensione, discrimen. Hæc porro sublata si semel erunt, evanescat pariter necesse est, qvicqvid de judicii divini æqvitate jactatur, concidant vel intentatæ sceleratis pœnarum ac suppliciorum minæ, vel promissa melioris sanctiorisqve vitæ professoribus gloriæ ac felicitatis præmia; nihil enim istorum deinceps cum ratione fiet. Imo, si qvis cætera, qvæ ex ejusdem sententiæ vi efficiuntur, spectare volet; non inanis profecto solum, ac supervacanea fides nostra futura sit, sed ne ipse qvidem adventus Christi, totaqve illa seu Legis, seu Prophetarum œconomia, & Apostolorum in excitandis constabiliendisqve Christi Dei Ecclesiis, suscepta contentio, vel hilum profecerit. Nisi tamen, ipsius etiam Christi non modo nascendi rationem, sed qvicqvid præterea vel egerit, vel tulerit, eandem in conversionis Astrorum necessitatem projecta hominum istorum temeritas illigabit: perinde videlicet, qvasi is ab sideribus vim illam rerum admirabilium, non a Deo, cunctorumqve Parente acceperit. Cujus ex

orationis impietate illud seqvitur, ut quotqvot divinam fidem amplectuntur, ad illam siderum omnes impulsione rapiantur. Ego vero qværerim ex iis perlibenter, qvid tandem seqvutus hac in mundi molitione Deus fuerit, ut ex ea virorum, qvi in eo degunt, multitudine, alii nulla sua culpa muliebris veneris turpitudinem paterentur; alii ferino plane ritu, qvod tales ipsos efficeret Universi hunc in modum a Deo constituti impetus atqve conversio, teterrimis se se dirissimisqve sceleribus, ut homicidiis ac piraticis prædationibus dederent? Qvanquam qvid attinet hanc a nobis, de rebus iis, qvæ vel hominibus eveniunt, vel ab iisdem peccantur, qvæqve prorsus infinitæ sunt, disputationem institui, qvos præsertim dogmatis istius assertores egregii, dum ab omni culpa liberant, malorum qvæqve scelerate fiunt omnium Deo caussam assignant? Qvorum si nonnulli, ut Dei caussam tueri videantur, bonum qvendam alterum esse dicent, eumqve rerum istarum fontem esse ac principium negabunt, qvod uni duntaxat rerum creatarum molitori similia tribuenda velint; primum, ne sic quidem, qvod ipsi volunt, justus ut ille sit, efficient. Qvomodo enim qvem tot malorum parentem fatentur ipsi qvoque, justum eundem esse jure meritoque defendant? Deinde qvid sentiant ipsi de se, qværendum ex illis est. Utrum se se, Astrorum conversione obligatos esse, an liberos, atque ejusmodi, apud qvos hac in vita, nihil omnino motus ille possit? Obligatos si fatebuntur, hunc illis profecto Astra qvoque sensum impresserint: adeoque novam de superiore suo fictitioqve Deo mentem, hujus conversione mundi, suus ille, qvod ipsi negant, Architectus injecerit. Sin autem ejus se minime, qvas Astra volvunt, legibus teneri respondebunt, id ne ab iis temere negari videatur, majori utique vi suffragium illi nostrum extorquere debent, certo discrimine duo inter mentium genera constituto, qvarum aliæ ortus fatiq; necessitatem subire cogantur, aliæ defugiant. Hac enim se quæstione profecto nunquã explicabunt. Ad hæc preces ac vota nuncupare, supervacaneũ plane sit. nam si hæc illave fieri necesse est, hancq; Astra necessitatẽ afferunt,

A ἀστερέσι τυγχάνουσι λόγοις ἀκολουθεῖ, καὶ τὸ τοὺς πιστεύοντας ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἀγομένους, πιστεύειν εἰς θεὸν λέγεσθαι. πυθοίμεθα δ' ἂν αὐτῶν τι, ὁ θεὸς βουλόμενος τοιοῦτον ἐποίει κόσμον, ἵν' οἱ μὲν ἐν αὐτῷ ἄνδρες ὄντες, τὰ γυναικῶν πάσχωσιν, οὐδαμῶς ἑαυτοῖς αἴτιοι τῆς ἀσελγείας γεγενημένοι· ἕτεροι δὲ ἀγρίων ζώων κατάστασιν εἰληφότες, τῷ τὴν φορὰν τοῦ παντὸς τοιούτους αὐτοὺς πεποιηκέναι, διὰ τὸ τὸν θεὸν οὕτω κεκοσμηκέναι τὸ πᾶν, ἐπιδ- B δώκασιν αὐτοὺς ὠμοτάτοις καὶ σφόδρα ἀπανθρώποις πράγμασιν, ἀνδροφονίαις καὶ πειρατείαις; Καὶ τί δεῖ λέγειν ἡμᾶς περὶ τῶν συμβαινόντων ἐν ἀνθρώποις, καὶ ἁμαρτανομένων ὑπ' αὐτῶν μυρίων ὅσων τυγχανόντων, οὕς τινας οἱ τῶν γενναίων περιϊστάμενοι τούτων λόγων, ἀπολύοντες παντὸς ἐγκλήματος, τῷ θεῷ προσγράφουσι πάντων τῶν κακῶν καὶ * ψευκτῶς πραττομένων τὴν αἰτίαν; (α. ψεκτῶς) ἐὰν δέ τινες αὐτῶν ὡς ἀπολογούμενοι περὶ θεοῦ, ἕτερον μὲν εἶναι λέγωσι τὸν ἀγαθόν, C οὐδενὸς τούτων ἔχοντα τὴν ἀρχήν, τῷ δὲ δημιουργῷ πάντων τὰ τοιαῦτα προσάπτωσι· πρῶτον μέν, οὐδ' ὡς βούλονται, δυνήσονται ἀποδεικνύναι, ὅτι ἐστὶ δίκαιος. πῶς γὰρ ὁ τοσούτων κακῶν κατ' αὐτοὺς πατήρ, εὐλόγως χρηματίζοι δίκαιος; δεύτερον δέ, περὶ αὐτῶν τί ποτε φήσουσιν, ἐξεταστέον; πότερον ὑπόκεινται τῇ φορᾷ τῶν ἀστέρων, ἢ ἐλευθερῶνται, καὶ ἐν τῷ βίῳ τυγχάνοντες, οὐδὲν ἐνεργούμενον εἰς ἑαυτοὺς ἔχουσιν ἐκεῖθεν; εἰ μὲν γὰρ φήσουσιν ὑπο- D κεῖσθαι τοῖς ἄστροις, δῆλον ὅτι τὰ ἄστρα τὸ νοῆσαι αὐτοῖς τοῦτο ἐχαρίσατο, καὶ ὁ δημιουργὸς ὑποβεβληκὼς ἔσται, διὰ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, τὸν λόγον τὸν περὶ τοῦ ἀνωτέρω ἀναπεπλασμένου θεοῦ, ὅπερ οὐ βούλονται. εἰ δὲ ἀποκρινοῦνται, ὅτι ἔξω τῶν νόμων τυγχάνουσι τοῦ δημιουργοῦ τῶν κατὰ τοὺς ἀστέρας, ἵνα μὴ ἀπόφασις ᾖ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀναπόδεικτον, πειραθήτωσαν ἡμᾶς προσάγειν ἀναγκαστικώτερον, διαφορὰν παραστάντες νοός τινος ὑποκειμένου γενέσει καὶ εἱμαρμένῃ, καὶ ἑτέρου ἀπὸ τούτων ἐλευθέρου. δῆλον γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους, ὅτι λόγον ἀπαιτηθέντες διδόναι αὐτοῖς, οὐδαμῶς δυνήσονται, πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, καὶ αἱ εὐχαὶ παρέλκουσι μάτην παραλαμβανόμεναι. εἰ γὰρ κατηνάγκασται τάδε τινὰ γενέσθαι, καὶ οἱ ἀστέρες ποιοῦσιν, οὐδὲν δὲ πα-

» ρὰ τὴν τῶν τρόπων πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκὴν δύναται γενέσθαι, θεὸν ἀλόγως ἀξιοῦμεν τάδε τινὰ ἡμῖν δωρήσασθαι. καὶ τί ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν λόγον δεῖ, παριστάντα τὸ ἀσεβὲς τοῦ κατημαξευμένου ἀπαραιτήτως παρὰ τοῖς πολλοῖς περὶ εἱμαρμένης τόπου; ἀπαρκεῖ γὰρ εἰς ὑπογραφὴν καὶ τὰ εἰρημένα. πόθεν δὲ ἐξετάζοντες τό, ἔστωσαν εἰς σημεῖα οἱ φωστῆρες, ἐπὶ ταῦτα ἐληλύθαμεν, ἑαυτοὺς ὑπομνήσωμεν. Οἱ μανθάνοντες περί τινων ἀληθῆ, ἤτοι αὐτόπται τῶν πραγμάτων γενόμενοι, ἀ- B ποφαίνονται τάδε τινὰ ὑγιῶς, τὸ πάθος ἢ τὴν ἐνέργειαν τῶν πεπονθότων ἢ ἐνεργησάντων θεασάμενοι, ἢ ἀπαγγελλόντων τῶν οὐδαμῶς αἰτίων τοῖς γεγενημένοις ἀκούσαντες,

Vid. Not. τάδε τινὰ γινώσκουσιν. (ὑπεξῃρήσθω δὲ νῦν τοῦ λόγου, τὸ δύνασθαι τοὺς δεδρακότας ἢ πεπονθότας, διηγουμένους ἃ δεδράκασιν, ἢ πεπόνθασιν, ἐνάγειν εἰς γνῶσιν τῶν πεπραγμένων τὸν μὴ παρατετυχηκότα.) Ἐὰν οὖν διδασκόμενος ὑπὸ τοῦ μηδαμῶς αἰτίου τῶν γινο- C μένων, τὸ τάδε τινὰ τοῖσδε γεγενῆσθαι, ἢ συμ-

Pag. 167. βήσεσθαι, μὴ διακρίνων, ὅτι οὐ πάντως ὁ διδάσκων περί τινος ὡς γινομένου ἢ ἐσομένου, αἴτιός ἐστι τοῦ τὸ πρᾶγμα τοιόνδε τι τυγχάνειν, οἴηται τὸν παραστήσαντα περὶ τοῦ τάδε τινὰ γεγενῆσθαι, ἢ τάδε τινὰ ἔσεσθαι, πεποιηκέναι, ἢ ποιήσειν τὰ περὶ ὧν διδάσκει, οἰήσεται δὲ δηλονότι ἐσφαλμένως. ὡς εἴ τις ἐντυχὼν προφητικῇ βίβλῳ προδηλούσῃ τὰ περὶ Ἰούδαν τὸν προδότην, νομίσαι μαθὼν τὸ ἐσόμενον, D ὁρῶν αὐτὸ ἀποτελούμενον, τὴν βίβλον αἰτίαν εἶναι τοῦ γεγενῆσθαι ὕστερον, ἐπεὶ ἀπὸ τῆς βίβλου μεμάθηκε τὰ ὑπὸ τοῦ Ἰούδα πραχθησόμενα ὕστερον· ἢ πάλιν μὴ τὴν βίβλον ὑπολάβοι εἶναι αἰτίαν, ἀλλὰ τὸν πρῶτον γράψαντα αὐτὴν, ἢ τὸν ἐνεργήσαντα φέρε εἰπεῖν τὸν θεόν. ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν περὶ τοῦ Ἰούδα προφητευομένων, αὐταὶ αἱ λέξεις ἐξεταζόμεναι ἐμφαίνουσι τὸν θεὸν ποιητὴν μὴ γεγονέναι τῆς τοῦ Ἰούδα προδοσίας, ἀλλὰ μόνον δεδηλωκέναι προεγνωκότα τὰ ἀπὸ τῆς τούτου κακίας πραχθησόμενα, οὕτω τὴν αὐτοῦ αἰτίαν. οὕτως εἴ τις ἐμβαθύναι τῷ λόγῳ τοῦ προειδέναι τὰ πάντα τὸν θεόν, καὶ τοῖς ἐν οἷς οἱονεὶ ἐνετύπωσε τῆς ἑαυτοῦ προγνώσεως τοὺς λόγους, κατανοήσαι ἂν ὅτι οὔτε ὁ

A nec aliter qvam eorum mutua complexio jubeat, fieri qvicquam potest, hoc aut illud abs Deo impetrare sine ratione contendimus. Sed qvorsum pluribus communis hujus de fato loci; qvem inconsiderate vulgus adhuc hominum trivit, impietatem persequimur? Eam qvippe superiori oratione informasse sat est? Jam vero, cum locum illū expenderemus, *Sint in signa Luminaria:* qvemadmodum in eam disputationem delapsi fuerimus, nobis in memoriam revocemus. Qvi vel aliqua de re veri ex aliis quidpiam intelligunt, vel ipsimet rei gestæ oculati testes fuerunt, ii profecto rem aperire sincere integreq; possunt: qvippe qvi, vel quod passus alter fuerit, vel qvod idem perfecerit, aut oculis ipsi suis usurparint, aut aliorum qvi tamen rei caussam dederint nullam, commemoratione acceperint. (Illud enim sane omittamus, fieri posse, ut qvi aliquid vel passi fuerint, vel fecerint, eos etiam, qui præsentes non interfuerint, narratione ipsi sua totius in rei cognitionem adducant.) Si quis ergo, postquam certi aliquid aut evenisse quibusdam, aut eventurum esse, ab illo qui ejus caussa non sit, auditione acceperit, non cogitet apud se, quisquis rem quamlibet aut gestam esse, aut gestum iri doceat, non eum continuo ejusdem rei caussam esse: Is sane, quicunque vel factum aliquid vel futurum esse aperiet, ab eodem aut profectum illud aut profecturum opinabitur, falso tamen opinabitur. Veluti siquis, ubi ex prophetico volumine, quod Judæ proditoris scelus exitiumque prædiceret, futuram totius rei seriem intellexisset, adeoque cum suis factum ipsum oculis intueretur, idem in volumen facinoris caussam omnem culpamque conferret: aut, si minus volumen, eum certe, a quo primum conscriptum illud esset, aut vero Deum ipsum, cujus impulsu ac numine prodiisset, ejusdem perfidiæ auctorem esse sentiret. Qvemadmodum enim conceptis ac disertis, si ea diligenter expendas, istius de Juda Prophetiæ verbis, Deus omni proditionis ejus culpa liberatur; idque unum ex illis auferri potest, Deum quod nulla sui numinis communione, sola hominis improbitate futurum scelus ante cognoverat, prænunciasse. Ita profecto, quisquis & eam in disputationem, qua Deo rerum omnium antegressa cognitio tribuitur, & in ea, qvibus suæ cognitionis signa qvædam & formas impresserit, subire altius ac

„penetrare voluerit, intelliget ipse continuo, non illi utiqve, qvi prænoverit, aut iis ipsis rebus, qvæ prænotionis ejus formas qvasdam notasqve susceperint, eorum, qvæ prænoverit, caussam esse tribuendam. Jam vero, qvicqvid aliqvando futurum est, id omne Deum multo ante futurum prænosse, ut scripturæ abesset auctoritas, vel ipsamet ex Dei notione is profecto demum intelligat, qvi probe vim illam & excellentiam Divinæ Mentis intelligit. Si tamen Sacrarum qvoque literarum testimoniis eam in rem opus est, plenæ sunt exemplorum id genus Prophetarum voces; ipsaqve adeo Susanna rerum ei cognitionem omnium his

Dan. 13. 42 verbis asseruit. *Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant, tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me.* Ac Regum tertio Regis ipsius nomen, resqve ab eo gestas, multis ante annis, qvam lucem aspicerent, hunc in modum clarissime Vates Divinus expressit.

3. Reg. 12. 32. *Constituitq; Hieroboam diem solennem in mense octavo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis, quæ celebratur in Juda. Et ascendit altare, quod fecit in Bethel, ut immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat.* Et

Ibid. 13. 1. paulo post, *Et ecce vir Dei venit de Juda, in sermone Domini, in Bethel, Hieroboam stante super altare, & thus jaciente. Et exclamavit contra altare in sermone Domini, & ait. Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui David, Josias nomine, & immolabit super te Sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incendet. Deditq; in illa die signum, dicens: Hoc erit signum, quod locutus est Dominus; Ecce altare scindetur, & effundetur adeps, qui in eo est.* Ac paucis interjectis, altare disruptum, effusumqve adipem esse narratur, qvod signum in sermone Domini Propheta dederat. Similiter apud Isaiam, qvi multis ante captivitatem Babylonicam annis vixerat, De Cyro Persarum Rege, qvi tanto captivitatem illam intervallo seqvutus est, qvippe qvi instaurando Templo (id qvod in Esdræ tempus incidit) operam navarit suam; ita nominatim prænunciatum habes, *Hæc dicit Dominus Christo meo*

Is. 45. 1. *Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & fortitudinem Regũ perfringam: aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & montes*

„προγνοὺς πάντως αἴτιος τῶν προεγνωσμένων, οὔτε τὰ τοὺς τύπους τῶν λόγων τῆς προγνώσεως τοῦ προεγνωκότος δεξάμενα. Ὅτι μὲν οὖν ἕκαστον τῶν ἐσομένων πρὸ πολλοῦ οἶδεν ὁ θεὸς γενησόμενον, καὶ χωρὶς μὲν γραφῆς αὐτόθεν ἐκ τῆς ἐννοίας τῆς περὶ θεοῦ, δῆλον, τῷ συνιέντι τὸ ἀξίωμα δυνάμεως νοῦ θεοῦ. εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν τοῦτο παραστῆσαι, πλήρεις μέν εἰσιν αἱ προφητεῖαι τοιούτων παραδειγμάτων. Καὶ μετὰ τὴν Σωσάνναν δὲ τοῦ θεοῦ γινώσκοντος τὰ πάντα, πρὶν γενέσεως αὐτῶν, οὕτω λεγούσαν. Ὁ θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, σὺ ἐπίστασαι, ὅτι ψευδῆ μου κατεμαρτύρησαν οὗτοι. σαφέστατα δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν, καὶ ὄνομα τοῦ βασιλεύσοντος καὶ πράξεις ἀνεγράφησαν, πρὸ πλειόνων ἐτῶν τοῦ γενέσθαι, προφητευόμενα οὕτως· Καὶ ἐποίησεν Ἱεροβοὰμ ἑορτὴν ἐν τῷ μηνὶ τῷ ὀγδόῳ, ἐν τῇ πεμπτῇ καὶ δεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός, κατὰ τὴν ἑορτὴν τὴν ἐν γῇ Ἰούδα. καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν Βαιθήλ, ὃ ἐποίησεν ἐν ταῖς δαμάλεσιν, αἷς ἐποίησεν. εἶτα μετ' ὀλίγα. Καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ ἐξ Ἰούδα παρεγένετο ἐν λόγῳ Κυρίου ἐν Βαιθήλ, καὶ Ἱεροβοὰμ εἱστήκει ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ ἐπιθῦσαι. καὶ ἐπεκάλεσεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἐν λόγῳ Κυρίου, καὶ εἶπε· Θυσιαστήριον, θυσιαστήριον, τάδε λέγει Κύριος, Ἰδοὺ υἱὸς τίκτεται τῷ οἴκῳ Δαβίδ, Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, καὶ θύσει ἐπὶ σὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν τῶν ἐπιθυόντων ἐπὶ σέ, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων καύσει ἐπὶ σέ. καὶ ἔδωκεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τέρας, λέγων, τοῦτο τὸ τέρας ὃ ἐλάλησε κύριος λέγων, Ἰδοὺ τὸ θυσιαστήριον ῥήγνυται, καὶ ἐκχυθήσεται ἡ πιότης ἡ ἐπ' αὐτῷ. καὶ μετ' ὀλίγα δηλοῦται, ὅτι καὶ τὸ θυσιαστήριον ἐρράγη, καὶ ἐξεχύθη ἡ πιότης ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου κατὰ τὸ τέρας, ὃ ἔδωκεν ὁ ἄνθρωπος ἐν λόγῳ Κυρίου. καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ γενομένῳ πρὸ πολλοῦ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς εἰς Βαβυλῶνα, μεθ' ἣν αἰχμαλωσίαν ὕστερόν ποτε γίνεται Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς συνεργήσας τῇ οἰκοδομῇ τοῦ ναοῦ, γενομένῃ κατὰ τοὺς χρόνους Ἔσδρα, ταῦτα περὶ Κύρου ὀνομαστὶ προφητεύεται. Οὕτω λέγει Κύριος ὁ θεὸς τῷ Χριστῷ μου Κύρῳ, οὗ ἐκράτησα τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ, ἐπακοῦσαι ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἔθνη καὶ ἰσχὺν βασιλέων διαρρήξω· ἀνοίξω ἔμπροσθεν αὐτοῦ θύρας, καὶ πύλαι οὐ συγκλεισθήσονται. ἐγὼ ἔμπροσθέν σου πορεύσομαι, καὶ ὄρη„

Esa. 45. ὁμαλιῶ· θύρας χαλκᾶς συντρίψω, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνθλάσω· καὶ δώσω σοι θησαυροὺς σκοτεινούς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι, ἵνα γνῷς, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός, ὁ καλῶν τὸ ὄνομά σου, Θεὸς Ἰσραήλ. ἕνεκεν τοῦ παιδός μου Ἰακώβ, καὶ Ἰσραὴλ τοῦ ἐκλεκτοῦ μου, ἐγὼ καλέσω σε τῷ ὀνόματί μου, καὶ προσδέξομαί σε. Σαφῶς γὰρ καὶ ἐκ τούτων δεδήλωται, ὅτι διὰ τὸν λαόν, ὃν εὐεργέτησεν, ὁ Κύριος ὁ Θεὸς μὴ γινώσκοντι αὐτῷ τὴν κατὰ Ἑβραίους θεοσέβειαν ἐδωρήσατο ἐθνῶν πλειόνων ἄρξαι. καὶ ἔστι ταῦτα μαθεῖν καὶ ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων τῶν ἀναγραψάντων τὰ περὶ τὸν προφητευθέντα κύριον. Ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Δανιήλ, Βαβυλωνίων βασιλευόντων τότε, τῷ Ναβουχοδονόσορ δείκνυνται αἱ ἐσόμεναι βασιλεῖαι μετ' αὐτόν. δείκνυνται δὲ διὰ τῆς εἰκόνος, χρυσοῦ μὲν τῆς Βαβυλωνίων ἀρχῆς ὀνομαζομένης, ἀργυρίου δὲ τῆς Περσῶν, χαλκοῦ δὲ τῆς Μακεδόνων, σιδήρου δὲ τῆς Ῥωμαίων. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ Προφήτῃ, τὰ περὶ Δαρεῖον καὶ Ἀλέξανδρον, καὶ τοὺς τέσσαρας διαδόχους Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως, καὶ Πτολεμαῖον τὸν Αἰγύπτου ἄρξαντα, τὸν ἐπικαλούμενον Λαγών, οὕτω προφητεύεται, Καὶ ἰδοὺ Τράγος αἰγῶν ἤρχετο ἀπὸ λιβός, ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς. καὶ τῷ Τράγῳ κέρας ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν. καὶ ἦλθεν ἕως τοῦ Κριοῦ τὰ κέρατα ἔχοντος, οὗ εἶδον ἑστῶτος ἐνώπιον τοῦ Οὐβάλ, καὶ ἔδραμε πρὸς αὐτόν, ἐνώπιον τῆς ἰσχύος αὐτοῦ. καὶ εἶδον αὐτὸν φθάνοντα ἕως τοῦ Κριοῦ. καὶ ἐξηγριώθη πρὸς αὐτόν, καὶ ἔπαισε τὸν Κριόν, καὶ συνέτριψεν ἀμφότερα τὰ κέρατα αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἰσχὺς τῷ Κριῷ στῆναι ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ ἔρριψεν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ συνεπάτησεν αὐτόν, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐξαιρούμενος τὸν Κριὸν ἐκ χειρὸς αὐτοῦ. Καὶ ὁ Τράγος τῶν αἰγῶν ἐμεγαλύνθη ἕως σφόδρα. καὶ ἐν τῷ ἰσχῦσαι αὐτόν, συνετρίβη τὸ κέρας αὐτοῦ τὸ μέγα, καὶ ἀνέβη ἕτερα κέρατα ὑποκάτω αὐτοῦ, εἰς τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς ἐξῆλθε κέρας ἓν ἰσχυρόν, καὶ ἐμεγαλύνθη περισσῶς πρὸς τὸν Νότον καὶ τὴν Δύσιν. Τί δὲ δεῖ λέγειν τὰς περὶ Χριστοῦ προφητείας, οἷον τόπον γενέσεως αὐτοῦ Βηθλεέμ, καὶ τόπον ἀνατροφῆς αὐτοῦ Ναζαρέθ, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀναχώρησιν, καὶ τεράστια, ἃ ἐποίησε, καὶ τίνα

complanabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, occultos, invisibiles aperiam tibi, ut scias, qvia ego Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Israel. Propter servum meum Jacob, & Israel electum meum, ego vocabo te nomine tuo, & suscipiam te. Ex iis enim qvivis prorsus intelligat, Cyrum in ejus populi gratiam, qvem tot beneficiis affecerat, ut Hebræorum pietatem ac religionem ignoraret, a Deo tamen gentium plurimarum imperium accepisse. Atqve id Græcorum etiam, qvi res Cyri, qvem Propheta cecinit, memoriæ prodiderunt, auferre possis. Qvinetiam apud Danielem, qvo tempore Babylonicum florebat Imperium, Nebuchodonosori futurorum deinceps Imperiorum oblata species est. Auro qvippe Babyloniorum, Persarum argento, Macedonum ære, ferro deniqve Romanorum significabatur Imperium. Ac rursus idem Propheta de Dario simul & Alexandro, nec non de qvatuor Alexandri Macedonum Regis successoribus, ipsoqve Ptolemæo, qvi Ægypti regnum tenuit, cuiqve Lago cognomentum fuit, ejusmodi reliqvit oraculum. Dan. 8 *Ecce autem Hircus caprarum veniebat ab occidente, super faciem totius terræ; Et venit usqve ad Arietem illum cornutum, & Hircus habebat cornu inter oculos suos. qvem videram stantem ante Ubal, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Et vidi eum pervenientem usqve ad Arietem, & efferatus est in eum, & percussit Arietem, & comminuit duo cornua ejus, & non poterat Aries resistere ei, cumqve eum misisset in terram, conculcavit: & nemo qvibat liberare Arietem de manu ejus. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumqve crevisset, fractum est cornu ejus magnum: & orta sunt alia cornua subter illud per qvatuor ventos cæli. De uno autem ex eis egressum est cornu unum forte, & factum est grande valde contra meridiem, & occidentem.* Qvid hic Prophetarum de Christo ipso voces & oracula commemorem? De Bethleemo, ubi natus, dr Nazaretho, ubi educatus est; qvemadmodum in Ægyptum secesserit, qvæ miracula perfecerit, qvomodo

Judæ, qvem Apostolorum in numerum aggregarat, perfidiam proditionemque subierit? Qvibus ex omnibus certe quidem illustria divinæ prænotionis argumenta ducuntur. Accedit ipsa qvoque Servatoris auctoritas, dum ita loqvitur. *Cum videritis circumdatam ab exercitibus Hierusalem, tunc scietis, qvia appropinqvavit desolatio ejus:* His enim verbis qvid deinceps futurum esset, hoc est supremum Hierosolymitani excidii finē exitumqve prædixit. Jam vero, qvoniam hanc in Deo prænoscendi vim certis adhuc argumentis ostendimus, juverit deinceps, quemadmodum Astra signorum loco instituta sint, explicare. Statuendum igitur in primis est, ejusmodi sideribus assignatum ac definitum esse motum, ut qvæ errantia vulgo dicuntur, viam fixis illis atqve constantibus plane contrarium teneant. Id qvod eo consilio factum est, ut ex vario Astrorum situ, eorum, qvæ partim singulis, partim in universum eveniunt, signa qvædam hauriant, non jam homines certe quidem, (ex illa enim siderum conversione, qvicquid aut facturi singuli sint, aut passuri, vere ac certo intelligere, operæ est humanas vires longe multumqve superantis:) sed naturæ illæ superiores, qvas pluribus sane de caussis eam in cognitionem venire necesse est, uti deinceps pro captu nostro demonstrabimus. Homines autem, qvod nonnulla id genus, vel observationibus qvibusdam, vel Angelorum, qvi cum suos ipsi fines transilierint, tum generis in nostris perniciem ista docuerint, informatione didicerint; eorum simul, qvorum significationem iis Scriptura tribuit, auctores illos esse putaverunt, a qvibus ea se percipere signa credebant. Qva de re summatim qvoque paulo post, sed tamen pro nostra facultate diligenter & accurate disputabimus. Atqve hæc erunt qvæstionis institutæ capita. Qvi fieri possit, ut cum ea qvæ a qvoque fieri censentur omnia, ex omni Deus æternitate prænoverit, sua tamen voluntati nostræ vis potestasqve servetur. Qvomodo rerum illarum, qvæ hominum generi eveniunt, signa quidem sidera sint, caussæ vero minime. Qvamobrem certam & exquisitam homines earundem rerum cognitionem habere non possint, sed naturis humana superioribus proposita signa illa sint. Nam qvorsum iisdem ex signis aliqvid naturas illas cognitionis haurire voluerit, qvarto demum loco qværemus. Ordiamur a primo, in qvo dum cautiores esse Græcorum pleriqve vellent, qvodqve si Deo futurorum prænotio tribueretur, vim rebus inferri putarent, ac voluntatis nostræ jura violari, nefarium impiumqve dogma suscipere temere,

Luc. 21. 20.

Erudita de Astrorum significatione disputatio.

ἄτροπον ὑπὸ Ἰούδα τοῦ εἰς Ἀποστόλων κεκλημένου προεδόθη; πάντα γὰρ ταῦτα σημεῖά ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ προγνώσεως. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, Ὅταν, φησὶν, ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε γνώσεσθε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. προεῖπε γὰρ τὸ ὕστερον συμβεβηκὸς τὸ τέλος τῆς καταστροφῆς Ἱερουσαλήμ. Ἀποδεδειγμένου τοίνυν ἡμῖν περὶ τοῦ προγνώστην εἶναι τὸν Θεὸν, οὐκ ἀκαίρως, ἵνα διηγησώμεθα, πῶς οἱ B ἀστέρες γίνονται εἰς σημεῖα. Νοητέον τοὺς ἀστέρας οὕτω τετάχθαι κινεῖσθαι, ἐναντιοφορουμένων τῶν καλουμένων πλανωμένων τοῖς ἀπλανέσιν, ἵνα σημεῖα ἀπὸ τοῦ σχηματισμοῦ τῶν ἀστέρων, πάντων τῶν περὶ ἕκαστον γινομένων, καὶ τῶν καθόλου λαμβάνοντες γινώσκωσιν, οὐχὶ οἱ ἄνθρωποι. (πολλῷ γὰρ μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον, τὸ δύνασθαι κατὰ ἀλήθειαν ἐκλαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἑκάστου τῶν ὅ, τί ποτε οὖν ἐνεργούντων, ἢ πασχόντων.) ἀλλ' αἱ δυνάμεις, ἃς ἀναγκαῖον διὰ C πολλὰ ταῦτα γινώσκειν, ὡς κατὰ δύναμιν διὰ τῶν ἑξῆς δείξομεν. Συνέντες δὲ οἱ ἄνθρωποι ἔκ τινων τηρήσεων, ἢ καὶ ἐκ διδασκαλίας ἀγγέλων τὴν ἰδίαν τάξιν παραβεβηκότων, καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ γένους ἡμῶν ἐπιτριβῇ διδαξάντων περὶ τούτων τινὰ, ᾠήθησαν τοὺς ἀφ' ὧν τὰ σημεῖα οἴονται λαμβάνειν, αἰτίους ὑπάρχειν τούτων. ἃ σημαίνειν ὁ λόγος φησί· περὶ ὧν καὶ αὐτῶν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ, κατὰ δύναμιν ἐπιμελέστερον αὐθέως διαληψόμεθα. Προκείσεται τοίνυν ταῦτα τὰ προβλήματα. πῶς προ- D γνώστου ὄντος ἐξ αἰῶνος τοῦ Θεοῦ περὶ τῶν ὑφ' ἑκάστου πράττεσθαι νομιζομένων, τὸ ἐφ' ἡμῖν σώζεται. καὶ τίνα τρόπον οἱ ἀστέρες οὐκ εἰσὶ ποιητικοὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις, σημαντικοὶ δὲ μόνον. Καὶ ὅτι ἄνθρωποι τὴν περὶ τούτων γνῶσιν ἀκριβῶς ἔχειν οὐ δύνανται, ἀλλὰ δυνάμεσιν ἀνθρώπων κρείττοσι τὰ σημεῖα ἔκκειται. τίς γὰρ ἡ αἰτία τοῦ τὰ σημεῖα τὸν Θεὸν πεποιηκέναι εἰς γνῶσιν τῶν δυνάμεων, τέταρτον ἐξετασθήσεται. Καὶ τοίνυν ἴδωμεν τὸ πρῶτον, ὅπερ εὐλαβηθέντες πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων, οἰόμενοι κατηναγκάσθαι τὰ πράγματα, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν μηδαμῶς σώζεσθαι, εἰ ὁ Θεὸς προγινώσκει τὰ μέλλοντα, ἀσεβὲς δόγμα ἐ-

pag.

ἐτόλμησαν ἀναδέξασθαι μᾶλλον, ἢ προσέσθαι τὸ, ὥς φασιν ἐκεῖνοι, ἔνδοξον μὲν περὶ θεοῦ, ἀναιροῦν δὲ τὸ ἐφ' ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦτο, ἔπαινον καὶ ψόγον, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς ἀποδεκτὸν, τῆς τε κακίας ψεκτόν. Καί φασιν, εἰ ἐξ αἰῶνος ἔγνω ὁ θεὸς τόνδε τινὰ ἀδικήσειν, καὶ τάδε ποιήσειν ἀδικήματα, ἀψευδὴς δὲ ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ, καὶ πάντως ἔσται ἄδικος ποιήσων τάδε τὰ ἀδικήματα, ὁ τοιοῦτος εἶναι προεωραμένος· καὶ ἀμήχανον μὴ ἀδικήσειν αὐτὸν, κατηνάγκασται τὸ ἀδικήσειν αὐτὸν, καὶ ἀδύνατον ἔσται ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, ἢ ὅπερ ὁ θεὸς ἔγνω. εἰ δὲ ἀδύνατον ἄλλο τι πρᾶξαι αὐτὸν, οὐδεὶς δὲ ἀδύνατον μὴ ποιήσας ψεκτός ἐστι, μάτην αἰτιώμεθα τοὺς ἀδίκους, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀδίκου καὶ τῶν ἀδικημάτων, ἐπέρχονται καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα. εἶτα ἐκ τοῦ ἐναντίου, καὶ τὰ νομιζόμενα κατορθώματα. καί φασιν ἀκολουθεῖν τὸ τὸν θεὸν τὰ μέλλοντα προεγνωκέναι, τῷ μὴ δύνασθαι τὰ ἐφ' ἡμῖν σώζεσθαι, πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι ἐπιβάλλων ὁ θεὸς τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, οὐδενὸς ἀναιτίως γινομένου, ἐπιπορεύεται τῷ νῷ ἕκαστον τῶν ἐσομένων. ὁρῶν ὅτι ἐπεὶ τόδε γέγονε, τόδε ἕπεται· ἐὰν δὲ γένηται τόδε τὸ ἑπόμενον, τόδε ἀκολουθεῖ. οὗ ὑποστάντος, τόδε ἔσται. καὶ οὕτω μέχρι τέλους τῶν πραγμάτων ἐπιπορευθεὶς, οἶδεν ἃ ἔσται, οὐ πάντως ἑκάστῳ τῶν γινωσκομένων αἴτιος τοῦ αὐτὸ συμβῆναι τυγχάνων. ὥσπερ γὰρ εἴ τις ὁρῶν τινα διὰ μὲν ἀμαθίαν προπετῆ, διὰ δὲ τὴν προπέτειαν ἀλογίστως ἐπιβαίνοντα ὁδοῦ ὀλισθηρᾶς, καταλάβοι πεσεῖσθαι ὀλισθήσαντα, οὐχὶ αἴτιος τοῦ ὀλίσθου ἐκείνῳ γίνεται, οὕτω νοητέον, τὸν θεὸν προεωρακότα ὁποῖος ἔσται ἕκαστος, καὶ τὰς αἰτίας τοῦ τοιοῦτον αὐτὸν ἔσεσθαι καθορᾶν, καὶ ὅτι ἁμαρτήσεται τάδε, ἢ κατορθώσει τάδε. καὶ εἰ χρὴ λέγειν, οὐ τὴν πρόγνωσιν αἰτίαν τῶν γινομένων· (οὐ γὰρ ἐφάπτεται τοῦ προεγνωσμένου ἁμαρτησομένου ὁ θεὸς, ὅταν ἁμαρτάνῃ) ἀλλὰ παραδοξότερον μὲν, ἀληθὲς δὲ ἐροῦμεν, τὸ ἐσόμενον αἴτιον τοῦ τοιάνδε εἶναι τὴν περὶ αὐτοῦ πρόγνωσιν. οὐ γὰρ ἐπεὶ ἔγνωσται,

ισ. [illegible]

A qvam alterum illud probare maluerunt, qvod Deo qvidem, (ut ipsi loqvuntur) gloriæ cederet, verum arbitrii nostri vim & facultatem everteret, simulqve proinde omnem cum laude vituperationem, & qvicqvid aut est complectendum in virtute, aut in vitio reprehendendū. Enimvero, si hunc aut illum Deus injuriosum futurum, si has aut illas injurias illaturum ex æternitate cognovit, nec falli prænotio divina potest: is profecto, qvem ejusmodi fore præviderit, & injuriosus omnino futurus est, & tales injurias illaturus: adeoqve fieri nullo modo B potest, ut ab illis injuriis abstineat, cum & ad eas inferendas necessitate rapiatur, nec aliud ab eo qvicquam fieri possit, qvam qvod futurum Deus esse cognoverit. Jam si aliud prorsus agere nihil potest, nec qvisqvam jure vituperatur, qvod id non fecerit, qvod fieri ab eo non potuit, homines injuriosos frustra calumniamur. Deinde vero ab injuriosis & injuriis ad cætera peccatorum genera gradum faciunt. Tum a contrario, de iis qvoqve rebus, qvæ præclare fieri honesteqve videantur, simili ratione statuunt: C tandemqve concludunt, si Deo semel futurorum prænotio concedatur, arbitrii nostri potestatem continuo funditus esse tollendam. Qvibus hoc modo respondendum erit. Deus, qvod nulla res caussam non habeat aliqvam, dum sub ipsum orbis moliendi principium, futura sigillatim omnia mente percurrit, videt illico, si factum hoc erit, illud proinde seqvuturum; qvod ubi extiterit, tertium ex eo qviddam aptum fore; hoc item si positum erit, & conseqvens illud futurum: itaqve ad rerum finem omnium cognitione perducta, qvicqvid futurum est intelligit: nec tamen cujuslibet omnino rei, D cur hoc illove modo eveniat, caussa dicendus est. Qvemadmodum enim, si qvem imperitia temerarium ac præcipitem esse videas, eaque temeritate impulsum lubrico se se itineri committere, ut eum labente talenteqve vestigio ruiturum intelligas, ipsi tamen prolapsionis caussa non es. Ita plane sentiendum est, Deo, qvod cujusmodi qvisqve sit futurus præviderit, caussas etiam qvamobrem ejusmodi sit futurus, qvæque ab eo vel improbe vel præclare gerenda sint, esse perspecta. Atqve, ut libere, qvod res est, eloqvamur, non Dei modo prænotionem rerum caussam non esse, (nec enim qvem peccaturum Deus esse prævidit, eum dum re ipsa peccat, ad facinus qvasi manu deducit:) sed etiam, qvod a communi sensu remotius qvidem, sed verum tamen est, id ipsum qvod futurum sit, ejusmodi prænotionis caussam esse. Neqve

Præscientia Dei nullam rebus necessitatem affert.

enim idcirco fit, qvod futurum esse cognoscatur, sed qvod futurum sit, idcirco futurum esse cognoscitur. Qvo quidem in genere, distinctione opus est. Nam si qvod omnino futurum dicitur, id ita qvis accipiat, perinde ac si qvod prævisum est, evenire necesse sit: hoc vero minime damus. Nec enim, qvod prævisa Judæ proditio fuerit, Judam propterea necessario proditorem fuisse concedimus. Enimvero, qvibus in Prophetarum oraculis futurum Judæ scelus exprimitur, iisdem hominis incessitur carpiturqve improbitas, atqve omnium in oculis indignitas ejus probrumque traducitur. Qvi si ad proditionem vi ac necessitate raperetur, nec reliqvis Apostolis per eam similis esse posset, omni profecto crimine ac probro vacaret. Vide ergo, num id ipsum disertis hisce Propheta conceptisqve verbis aperiat: *Nec sit, qvi misereatur pupillis ejus, pro eo qvod non est recordatus facere misericordiam: Et persequutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Sin autem illud idem, qvod omnino futurum dicitur, ita qvis, prout asseverationis hujus significatio postulat, intelliget; qvasi futurum sit illud quidem, cæterum aliter etiam evenire potuisset: id tanqvam verum ultro fatemur. Nam ut mentiri Deus fallique non potest, ita qvæ fieri æqve ac non fieri possunt, eadem ipse futura nosse pariter, aut non futura potest. Verum dilucidius hac de re hunc in modum statuemus. Si Petro similis Apostolus Judas esse potest, potest etiam Deus Judam Apostolum Petro similem futurum cognoscere. Similiter, si proditor Judas esse potest, potest qvoque Deus illum nosse proditorem futurum. Jam si re ipsa proditor Judas erit, Deus sane, qvi utrumqve illud fieri posse prænovit, ut rei cujusqve veritatem in se ipso prænoscit, ita Judam re ipsa proditorem futurum, prænoscet, cum interea qvod eum in modum cognoscit, aliter ex se se evenire posset. Itaqve non immerito divinæ prænotioni ejusmodi oratio tribuatur, Accidere omnino potest, uti hoc ab isto fiat; nec minus tamen, uti contrarium: Ego vero, cum fieri utrumqve possit, alterum hoc futurum novi. Neqve enim Deus, qvemadmodum ut certus hic homo volet, fieri non posse pronunciat, ita perinde ac si aliqva de re oraculum ederet, hunc aut illum temperantem fieri posse negat. Nam cum nulla prorsus ad volandum facultate instructus

Psal. 108.

A γίνεται. ἀλλ' ἐπεὶ γίνεσθαι ἔμελλεν, ἔγνωσται. διαστολῆς δὲ δεῖται. εἰ μὲν γὰρ, τὸ πάντως ἔσται, οὕτω τις ἑρμηνεύει, ὡς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι τὸ προεγνωσμένον, οὐ δίδομεν αὐτῷ. οὐ γὰρ ἐροῦμεν, ἐπεὶ προέγνωσται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη ἦν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι. Ἐν γοῦν ταῖς περὶ τοῦ Ἰούδα προφητείαις, μέμψεις καὶ κατηγορίαι τοῦ Ἰούδα ἀναγεγραμμέναι εἰσὶ, παντὶ τῷ παριστῶσαι τὸ ψεκτὸν αὐτοῦ. οὐκ ἂν δὲ ψόγος αὐτῷ B προσῆπτο, εἰ ἐπάναγκες προδότης ἦν, καὶ μὴ ἀνεδέχετο αὐτὸν ὅμοιον τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις γενέσθαι. ὅρα δὲ εἰ μὴ ταῦτα δηλοῦται, δι' ὧν παραθησόμεθα ῥητῶν οὕτως ἐχόντων, μηδὲ γενηθήτω οἰκτίρμων τοῖς ὀρφανοῖς αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐμνήσθη ποιῆσαι ἔλεος. καὶ κατεδίωξεν ἄνθρωπον πένητα καὶ πτωχὸν, καὶ κατανενυγμένον τῇ καρδίᾳ τοῦ θανατῶσαι· καὶ ἠγάπησε κατάραν, καὶ ἥξει αὐτῷ, καὶ οὐκ ἠθέλησεν εὐλογίαν, καὶ μακρυνθήσεται C ἀπ' αὐτοῦ. Εἰ δέ τις διηγήσεται, τὸ πάντως ἔσται, κατὰ τὸ σημαίνειν αὐτὸ, λέγων ὅτι ἔσται μὲν τάδε τινὰ, ἐνεδέχετο δὲ καὶ ἑτέρως γενέσθαι, τοῦτο ὡς ἀληθὲς συγχωροῦμεν. Τὸν μὲν γὰρ Θεὸν οὐκ ἐνδέχεται ψεύσασθαι, ἐνδέχεται δὲ περὶ τῶν ἐνδεχομένων γίνεσθαι καὶ μὴ γενέσθαι, φρονῆσαι τὸ γενέσθαι αὐτὰ καὶ μὴ γενέσθαι. Σαφέστερον δὲ τοῦτο ἐροῦμεν οὕτως. εἰ ἐνδέχεται Ἰούδαν εἶναι Ἀπόστολον ὁμοίως Πέτρῳ, ἐνδέχεται τὸν Θεὸν νοῆσαι περὶ τοῦ Ἰούδα, ὅτι μενεῖ Ἀπόστολος ὁμοίως Πέτρῳ. εἰ D ἐνδέχεται Ἰούδαν προδότην γενέσθαι, ἐνδέχεται τὸν Θεὸν φρονῆσαι περὶ αὐτοῦ, ὅτι προδότης ἔσται. εἰ δὲ προδότης ἔσται Ἰούδας, ὁ Θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ τῶν προειρημένων ἐνδεχομένων δύο γεγονότων, τοῦ εἶναι ἐν αὐτῷ τὸ ἀληθὲς προγινώσκων, προγνώσεται τὸν Ἰούδαν προδότην γενέσθαι· τὸ δὲ περὶ οὗ ἡ γνῶσις, ἐνδέχεται καὶ ἑτέρως γενέσθαι. καὶ λέγοι ἂν ἡ γνῶσις τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐνδέχεται μὲν τόνδε τόδε ποιῆσαι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. ἐνδεχομένων δὲ ἀμφοτέρων, οἶδα ὅτι τάδε ποιήσει. οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ Θεὸς εἴποι ἂν, οὐκ ἐνδέχεται τόνδε τινὰ τὸν ἄνθρωπον πτῆναι, οὕτω χρησμὸν, φέρε εἰπεῖν, περί τινος διδοὺς, ἐρεῖ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τόνδε σωφρονῆσαι. δύναμις μὲν γὰρ πάντη οὐκ ἔστι τοῦ πτῆναι οὐδαμῶς

al. ἀνεδέχετο

Pag. 172.

V. Not.

al. ...

οὐδαμῶς ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, δύναμις δέ ἐστι τοῦ σωφρονῆσαι, καὶ τοῦ ἀκολαστῆσαι. ὧν ἀμφοτέρων δυνάμεων ὑπαρχουσῶν, ὁ μὴ προσέχων λόγοις προτρεπτικοῖς καὶ παιδευτικοῖς, ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι τῇ χείρονι· ἡ κρείττονι δέ, ὁ ζητήσας τὸ ἀληθὲς, καὶ βιῶσαι βεβουλημένος κατ' αὐτό. οὐ ζητεῖ δὲ ὅδε μὲν τἀληθῆ, ἐπεὶ ἐπιρρέπει ἐπὶ τὴν ἡδονήν, ὅδε δὲ ἐξετάζει περὶ αὐτῶν, αἱρεθεὶς ὑπὸ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, καὶ λόγου προτρεπτικοῦ. Πάλιν δ' αὖ ὅδε μὲν αἱρεῖται τὴν B ἡδονήν, οὐχὶ οὐ δυνάμενος ἀντιβλέπειν αὐτῇ, ἀλλ' οὐκ ἀγωνιζόμενος· ὅδε δὲ καταφρονεῖ αὐτῆς, τὸ ἄσχημον ὁρῶν τὸ ἐν αὐτῇ πολλάκις τυγχάνον. Ὅτι μέντοι γε ἡ πρόγνωσις τοῦ Θεοῦ οὐκ ἀνάγκην ἐπιτίθησι τοῖς περὶ ὧν κατείληφε, πρὸς τοῖς προειρημένοις καὶ τοῦτο λέξεται, ὅτι πολλαχοῦ τῶν γραφῶν Θεὸς κελεύει τοὺς Προφήτας κηρύσσειν μετάνοιαν, οὐ προσποιησάμενος τὸ ἐγνωκέναι, πότερον οἱ ἀκούσαντες ἐπιστρέψουσιν, ἢ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαυτῶν ἐμμενοῦσιν. ὥσπερ ἐν τῷ Ἱερεμίᾳ λέγεται. Ἴσως ἀκούσονται καὶ μετανοήσουσιν. οὐ γὰρ ἀγνοῶν ὁ Θεὸς, πότερον ἀκούσουσιν, ἢ οὔ, φησίν, Ἴσως ἀκούσονται καὶ μετανοήσουσιν· ἀλλ' οἱονεὶ τὸ ἰσοστάσιον τῶν δυνάμεων γενέσθαι δεικνὺς ἐκ τῶν λεγομένων, ἵνα μὴ προκαταγγελλομένη ἡ πρόγνωσις αὐτοῦ, καταπεσεῖν ποιήσῃ τοὺς ἀκούοντας, δόξαν ἀνάγκης παρεστῶσα, ὡς οὐκ ὄντος ἐπ' αὐτοῖς τοῦ ἐπιστρέψαι, καὶ D αὕτη αἰτία γένηται τῶν ἁμαρτημάτων. ἢ πάλιν τοῖς ἐκ τοῦ ἀγνοεῖν τὸ προεγνωσμένον καλὸν, δυναμένοις ἐν τῷ ἀγωνίσασθαι, καὶ ἀντιτείνειν πρὸς τὴν κακίαν ἐν ἀρετῇ βιῶσαι, αἰτία γένηται ἡ πρόγνωσις ἐκλύσεως, οὐκ ἔτι εὐτόνως ἱσταμένοις κατὰ τῆς ἁμαρτίας, ὡς πάντως ἐσομένου τοῦ προειρημένου. καὶ οὕτω γὰρ οἷον ἐμπόδιον γένοιτ' ἂν ἡ πρόγνωσις τοῦ ἐσομένου καλοῦ. Πάντα γοῦν χρησίμως ὁ Θεὸς τὰ κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομῶν, εὐλόγως ἡμᾶς καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ἐτύφλωσεν. ἡ γὰρ γνῶσις αὐτῶν ἀνῆκε μὲν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ἀθλεῖν κατὰ τῆς κακίας, ἐπέτρεψε δ' ἂν δόξασα κατειλῆφθαι, πρὸς τὸ μὴ ἀντιπαλαίσαντας ἡμᾶς τῇ ἁμαρτίᾳ, τάχιον αὐτῇ ὑποχειρίους γενέσθαι. ἅμα δὲ καὶ μαχόμενον ἐγίνετο, τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν

A homo fit, ejusdem tamen potestatis est, vel temperanter vel intemperanter vivere. Ita cum utramq; facultatem habeat, qui cohortationes & doctrinæ præcepta negligit, deteriori sese permittit; qui vitæ ad veritatis normam exigendæ studio, in ejus indagatione versatur, is ad meliorem sese adjungit. Cæterum, quod alter de vero indagando minus laboret, voluptatis id cupiditate fit; alter vero, quod ejus studio magnopere teneatur, hoc certo quodam proprioq; consilio facit, ad quod partim ipsa notione sensuq; comu- B ni, partim cohortatione adductus est. Præterea voluptatem alter non eo complectitur, quod adversus eam consistere neqveat, sed quod pugnare cum ea luctariq; nolit: calcat eandem alter, quod adjunctam ei ut plurimum turpitudinem ferre non possit. Ac nullam prorsus a divina prænotione, rebus iis, quas prævidet, necessitatem imponi, cum superioribus argumentis, tum hoc insuper efficitur, quod in sacris passim literis Prophetæ ad pœnitentiam homines cohortari jubeantur, idq; perinde, ac si utrum ii meliorem ad frugem sese recepturi, an suis in sce- C leribus hæsuri porro ac perstituri sint, ignoraret. Sic apud Hieremiam habetur, *Forsitan audient, & agent pœnitentiam.* Neq; enim, quod audituri sint nec ne, minus intelligat, idcirco hunc in modum ipse loquitur, *Forsitan audient, & agent pœnitentiam*, sed ut illam quodammodo parem in utramq; partem, vim facultatum his verbis ostendat: ne qui jam ante prænotionis ejus certitudinem audierint, ii proinde ac si & ea necessitatem inferret, nec meliorem vitam instituere arbitrii foret sui, animos deinceps ac spem D omnem abjiciant, adeoqve in peccatum ab illa propemodum impellantur. Deinde vero, ne qui dum prævisum eos bonum lateret, pugna cum improbitate suscepta, vitam ex virtutis norma instituere potuissent, eos talis contra prænotio remissiores ac solutiores efficiat, quod dum plane bonum illud futurum putarent, minori propterea cum peccato animi contentione pugnarent. Sic enim ipsa prænotio futurum quoqve bonum impediret. Quamobrem qui orbem universum præcipuo rerum bono moderatur DEUS, idem nos sapienter omnino futuris in rebus cæcos esse voluit. Earum enim cognitio, uti nostrum adversus improbitatem impetum constantiamque frangeret, ita dum certa fixaqve videretur, longe nos citius atqve facilius, omni contentione abjecta, sceleris in dominatum ac potestatem adduceret. Imo pugnarent ista secum, ut idem & probus evaderet, &

certo probum se futurum esse prænosset. Nam cum præter ea, quæ nobis indita sunt, magno insuper ad virtutem parandam ac vehementi conatu opus habeamus, tum occupata semel ista virtutis certo futuræ præceptaqve cognitio, vim exercitationis omnem debilitat. Ita probine futuri simus an improbi, summo utiq; nostro bono ignoramus. Sed quoniam divino consilio factum esse diximus, ut rebus in futuris cæcutiamus, vide num inde fortassis huic Exodi quæstioni lucis a nobis aliquid afferri possit. *Quis fecit surdastrum ac surdum, videntem & cæcum? nonne ego Dominus Deus?* Ut cæcum pariter ac bene oculatum hoc sensu fecisse dicatur, in præsentibus oculatum, cæcum in futuris. Nam surdastri quidem surdiqve rationem ac discrimen exqvirere, hujus loci non est. Qvanqvam, plurima sane, quæ juris nostri non sunt, multorum etiam, qvæ nostra in potestate sint, causam interdum esse, fatemur ipsi quoq;: ac propterea nisi ea, hoc est, in qvæ potestatis ac juris habemus nihil, antecederent, ne hæc quidem aut illa sequutura esse, qvæ nostra tamen ex libertate pendent. Cæterum ita quidem eorum nonnulla, qvæ in nobis sita sunt, alia, qvæ potestatis nostræ non sunt, antegressa conseqvuntur; ut iis etiam antegressis, a nobis præter ea, quæ fiunt, fieri quoq; alia possint. Quod si erit quispiam, qui voluntatis nostræ vim ac potestatem adeo nulla cum universo conjunctione teneri volet, ut hoc aut illud, quod certa qvædam antecesserint, eligi a nobis interdum optariq; neget: is profecto se mundi partem esse oblitus erit, ac sese hominum communione, totiusq; circumfusi aëris ambitu contineri. Ac mihi quidem pro loci hujus ratione modice adhuc, quasiqve compendio demõstrasse videor, nihil omnino rebus iis, quas prænoverit, a divina prænotione necessitatis afferri. Deinceps id agamus, ut ne stellas quidem ipsas rerum humanarum ullo modo causas, sed earum tantum signa quædam esse ostendamus. Primum igitur id plane constat, ut certum qvendam stellarum situm, certarum quoq; rerum, qvæ ad hominem pertineant, causam esse demus: (nam de hoc in præsentiarum instituta quæstio sit:) qui tamen hodierna die, verbi gratia, certo cuidam homini earum situs extiterit, eundem rerum earum causam esse nullo modo potuisse, quæ in alio quopiam, aliisve pluribus jam ante contigerint. Quicquid enim aliud efficit, eo, quod efficitur, prius esse debet. Atqvi eorum præceptis, qui artem istam profitentur, id quoqve fieri posse vulgo putant, ut quæ tali

Exod. 4, 11.

Stellæ rerum humanarum causæ non sunt.

φέρειν, μόνον διὰ σπουδῆς ἔχον. εἶτα μηδ᾽ ἄλλο τι ἐνθυμηθέντες ἀγαθὸν εἶναι, τοῦ πάντων ἀγαθῶν χορηγοῦ Θεοῦ, τέλος ἁπάσης εὐδαιμονίας τὴν αὐτοῦ γνῶσίν τε καὶ φιλίαν εἶναι ἀπεφήναντο· ὅτι καὶ αὐτῆς ζωῆς, καὶ ψυχῆς, καὶ σώματος, καὶ τῶν τούτοις ἀναγκαίων μόνος αὐτὸς ἀνῆπται τὴν αἰτίαν. τούτῳ δὴ οὖν σφᾶς ὅλους αὐτῷ σώματι καὶ ψυχῇ φέροντες ἀνατεθείκασι, τὸν πάντα αὐτῶν βίον ἐπ᾽ αὐτὸν ἀναρτησάμενοι, καὶ μόνῳ προσέχειν, ἄλλῳ δὲ μηδενὶ τῶν ὁρωμένων ἀξιώσαντες. οὕτω δὴ φιλόθεοι ὁμοῦ καὶ θεοφιλεῖς ἀναφανέντες, θεραπευταί τινες ὄντες καὶ ἱερεῖς τοῦ ὑψίστου Θεοῦ ἀπεφάνθησαν, ἢ καὶ γένος ἱερὸν καὶ βασιλικὸν, ἱεράτευμά τε Θεοῦ, καὶ ἔθνος ἅγιον προσαγορευθῆναι ἠξιώθησαν, σπέρμα τῆς ἀληθοῦς ταύτης εὐσεβείας καὶ τοῖς ὀψιγόνοις αὐτῶν ἀπολελοιπότες. ἆρ᾽ οὖν λογισμῷ σοι δοκοῦμεν τούσδε τῶν Ἑλληνικῶν προτετιμηκέναι, καὶ μᾶλλον τῶν Φοινίκων τε καὶ Αἰγυπτίων θεῶν, τῶν τε περὶ τοὺς θεοὺς δυσφήμων ἀτοπημάτων, τὰς παρ᾽ Ἑβραίοις περὶ εὐσεβῶν ἀνδρῶν διηγήσεις ἀποδέξασθαι;

A Numinis expressam ferret imaginem, omni unam diligentia studioq; coluerunt. Deinde, quod præter bonorum omnium fontem auctoremq; Deum, aliud prorsus intelligerent boni esse nihil, quodq; unus ipse aptas ex sese vitæ, animi, corporis, quæq; illis necessaria sunt, causas omnium & rationes haberet, felicitatis universæ finem, ejus in unius partim cognitione, partim amore posuerunt. Ita cum vitam instituerent, ex una ejus voluntate nutuq; suspensam, eiq; soli, rerum præterea qvæ videntur nulli, adjungendos B sese addicendosq; statuerent, eidem sese totos corpore simul atq; animo consecrarunt. Atq; ita cum & Deum maxime diligerent, & vicissim ab eo diligerentur, summi Numinis cultores vere ac sacerdotes effecti sunt, imo, *genus electum ac regale, Deiq; sacerdotium, & gens sancta*, merito suo nuncupati, veræ hujus pietatis semine suos etiam in posteros nepotesq; transfuso. Num ergo tibi jam id a nobis consilii cum ratione susceptum videtur, uti & Græcis Hebræos anteferremus, qvæq; ab illis de sanctorum virorum pietate prodita sunt, Phœnicis Ægyptiisq; Numi- C nibus, qvæq; de illis jactantur ignominiosis indignisq; fabulis potiora duceremus?

1. Petr. 2. 9.

ε.

ΟΠΩΣ ΦΙΛΟΘΕΟΙ ΓΕΓΟΝΟΤΕΣ, τῶν ἀναγεγραμμένων θεοφανειῶν καὶ χρησμῶν ἠξιώθησαν.

V.

EOSDEM SUO IN DEUM AMORE consequutos esse, uti Numinis aspectu & oraculis fruerentur, qvod utrumqve sacris literis consignatum est.

Θέα δ᾽ οὖν ἔτι εἰς ὅσον θεοφιλοῦς D ἀρετῆς προελθεῖν φασι τοὺς δηλουμένους. Ἀποδεξάμενον τὸ θεῖον τῆς τε ἄλλης τοῦ βίου εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας, τῆς τε περὶ αὐτὸ θεραπείας τοὺς ἄνδρας, ἤδη καὶ θειοτέρων χρησμῶν θεοφανειῶν τε αὐτοὺς καὶ ἀγγελικῶν ὀπτασιῶν ἠξίου, τὰ ἐνδέοντα τῇ θνητῇ φύσει ταῖς τῶν πρακτέων ὑποθήκαις ἐπιδιορθούμενον, δογμάτων τε καὶ μαθημάτων αὐτοῖς θεοπρεπῶν τὴν γνῶσιν ἀποκαλύπτον. ὡς μηκέτι συλλογισμοῖς, μηδὲ εἰκασίαις, ἐκλάμψει δὲ αὐτῆς ἀληθείας φωτίζεσθαι τὰς διανοίας αὐτῶν, ὥστε ἤδη θεοφορουμένους τὴν τῶν μελλόντων ἔσεσθαι, ὡς παρόντων, ἐπιθεωρεῖν κατάληψιν, καὶ τὰ καθόλου συμβησόμενα τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει

SED vide tu porro, quo tandem eos carissimæ Deo virtutis aspirasse commemorent. Nempe divinum illud Numen, cum genus hoc hominum tam propter cæteram vitæ pietatem atque disciplinam, quam ob singularem erga se religionem complecteretur, diviniorum eis deinceps oraculorum, suiqve pariter & Angelorum præsentiæ aspectusque copiam facere statuit, dum partim naturæ mortalis inopiam, res agendas insinuando sublevaret, partim dogmatum iis ac præceptorum, qvæ Deum plane decerent, cognitionem aperiret. Ita non jam argumentis aut conjecturis quibusdam, sed ipsiusmet veritatis luce collustratam mentem habebant, divinoque afflati numine, cum res futuras, perinde ac præsentes, intuebantur ipsi, tum quicquid universim eventurum esset, humano gene-

ri divinitus prædicebant. Hæc illa sunt, qvæ A celeberrimis, Deoq; plane dignissimis oraculis, de singulari Hebræorum virtute continentur, quæq; Græcis fabulis, patriisqve nugis ipsi prætulimus: cum istis, flagitia de dijs turpissima jactarentur, illi vero hominū Deo carissimorum historias ac monimenta proponerent sum̃a cum pietate conjuncta.

θεσπίζειν. Τοιαῦτα τῶν Ἑβραίων δι᾽ ἀρετῆς τῶν πολυϋμνημένων, καὶ ὡς ἀληθῶς θεοφιλῆ περιέχει λόγια, ἃ τῶν Ἑλληνικῶν καὶ πατρίων μύθων τε καὶ λήρων προτετιμήκαμεν· οἱ μέν γε περὶ θεῶν τὰ αἴσχιστα περιεῖχον, οἱ δὲ περὶ θεοφιλῶν ἀνδρῶν τὰς εὐσεβεῖς διδασκαλίας.

VI.

EOSDEM, ANTE NATUM MOsem, nec dum Judaicis religionibus informatos pietatis laude floruisse.

B

ς.

ΩΣ ΕΚΤΟΣ ΗΣΑΝ ΙΟΥΔΑΙΣΜΟΥ, πρὶν ἢ Μωσέα γενέσθαι, ἐπ᾽ εὐσεβείᾳ διαλάμψαντες.

Ac longe quidem anteqvam aut natus Moses esset, aut natio Judæorum existeret, jam usq; a longissimi temporis memoria, Judæorum ipsorum majores rerum istarum cognitione floruerunt. Nam hoc etiam enucleasse ac statuisse juverit, cum nullum extaret adhuc Judaismi vestigium, Hebræos quidem illos, qui a nobis laudantur, jam tum nomine simul ac moribus fuisse, qui tamen Judæi nec essent, nec vocarentur. C Itaq; vel hinc utrorumq; discrimen intelligas, quod Judæi quidem a Juda, cujus ex Tribu regnum Judæorum multis post annis constitutum est, nomen acceperint; Hebræi autem ab Hebero, cujus nepos Abraamus fuit. Ac Judæis antiqviores Hebræos fuisse divinis quoq; literis edocemur. Nam quod ad ipsum religionis cultum attinet, Mosem primum Judæorum Legislatorem extitisse, a quo partim Sabbati diem acceperint singulari quadam observantia, ad usurpandam ejus diei, quo verborum di- D vinorum quies ac cessatio fuerat, memoriam, partim animantium, quibus aut vescerentur aut abstinerent, distinctionem, partim solennia quædam annuaq; festa, certosqve corporis lustrandi purgandiq; ritus, & ingentem reliqvarum ceremoniarum multitudinem, quæ divinioribus quibusdam symbolis ac figuris inclusæ, atq; in orbem celebrandæ recurrerent: Cum Hebræi, qui longo ante Mosem tempore claruerunt, ferendæ per eum legis ignari, expeditam quandam ac liberam pietatis viam tenerent, moribus quidem ita naturæ ductum sequentibus prædit i, nihil ut legum moderatione propter summam animi ab omni perturbatione vacui æqvitatem indigerent; eorum vero notitiam, quæ de Deo sentire oporteret, veram consequuti. Sed istis hunc

Ταῦτα δὲ πάλαι πρότερον, πρὶν ἢ καὶ Μωσέα καὶ τὸ Ἰουδαίων γένος ὑποστῆναι, ἐξ ἔτι μακροῦ αἰῶνος, παρὰ τοῖς Ἰουδαίων προπάτορσιν ἐγνωρίζετο. καὶ γὰρ οὕτω καὶ τοῦτο διαθρῆσαι καλόν, ὡς ὁ Ἰουδαϊσμὸς οὐκ ἦν πω τότε, ἀλλ᾽ Ἑβραῖοι μὲν οἱ δηλούμενοι ὁμοῦ τῇ προσηγορίᾳ καὶ τὸν τρόπον ὑπῆρχον· Ἰουδαῖοι δὲ, οὔτ᾽ ἦσάν πω, οὔτ᾽ ἐχρημάτιζον. Ἑβραίων δὲ καὶ Ἰουδαίων τὸ διάφορον γνοίης ἂν ὧδε· τὴν μὲν προσηγορίαν, οἱ μὲν, ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, ἐξ οὗ τῆς φυλῆς τὸ Ἰουδαίων μακροῖς ὕστερον χρόνοις βασίλειον συνέστη· οἱ δὲ, ἀπὸ τοῦ Ἕβερ, προπάτωρ δὲ τοῦ Ἀβραὰμ οὗτος ἦν, ἐπεγράφοντο. προτέρους τε Ἰουδαίων Ἑβραίους, διδάσκουσιν οἱ ἱεροὶ λόγοι. τὸν δὲ τῆς εὐσεβείας τρόπον, Ἰουδαίοις μὲν πρῶτον ἀπάρξασθαι τῆς νομοθεσίας Μωσέα, Σαββάτου τινὸς παραδόντα ἡμέραν, καὶ ταύτης πλείστην ὅσην φυλακὴν εἰς ὑπόμνησιν σχολῆς τῶν ἱερῶν λόγων, βρωτέων τε καὶ οὐ βρωτέων ζώων διαστολήν, ἑορτάς τε ἐτησίους, καί τινας σωμάτων καθαρμούς, ἄλλης τε μακρᾶς περιόδου κατά τινα σύμβολα θειότερον ἐπιτελουμένης. Ἑβραῖοι δὲ πρεσβύτεροι Μωσέως γενόμενοι τοῖς χρόνοις, πάσης τῆς διὰ Μωσέως νομοθεσίας ἀνεπήκοοι ὄντες, ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον εὐσεβείας κατόρθωμα τρόπον, βίῳ μὲν τῷ κατὰ τὴν φύσιν κεκοσμημένοι, ὡς μηδὲν νόμων δεῖσθαι τῶν ἀρξόντων αὐτῶν, δι᾽ ἄκραν ψυχῆς ἀπάθειαν, γνῶσιν δὲ ἀληθῆ τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων ἀνειληφέναι. ἀλλὰ γὰρ τῶνδε τοῦτον εἰρη-

Pag. 179.

ἡμῶν τὸν τρόπον, ὥρα καὶ διὰ τῶν ἐγγράφων ἐλθεῖν.

A in modum præmissis, operæ pretium fuerit ad Scripturarum ipsarum fontes accedere.

ζ.

ΩΣ ΑΥΤΟΣ Ο ΜΩΣΗΣ, ΕΒΡΑΙΩΝ τὴν περὶ τῆς ἡλικίας αὐτοῦ τῇ οἰκείᾳ καταβέβληται γραφῇ τοὺς βίους.

Ὁ τοίνυν μέγας θεολόγος Μωσῆς Ἑβραῖος ὢν ἐξ Ἑβραίων, εἰ καί τις ἄλλος, εὖ τε τὰ πάτρια ἐξεπιστάμενος, ὡς ἐν B προοιμίοις τῶν ἱερῶν νόμων, τοὺς τῶν προπατόρων Ἑβραίων βίους μνήμαις ἀνεξαλείπτοις παραδέδωκεν, ὧν τε ἀγαθῶν οὗτοι παρὰ Θεοῦ ἠξιοῦντο. καὶ αὖ πάλιν ἄλλων ἀθέων τε καὶ ἀσεβῶν τρόπους τε καὶ τιμωρείας, ἀναγκαῖον ἡγησάμενος ὑπάρξειν τοῖς μέλλουσι τοὺς αὐτοῦ νόμους παιδεύεσθαι μάθημα, εἴς τε ἀποφυγὴν τῆς τῶν φαύλων ὁμοιοτροπίας, καὶ εἰς προτροπὴν τοῦ τῶν εὐσεβῶν βίου. χρῆν δὲ καὶ ἄλλως μὴ ἀγνοεῖν, C ὅτι δὴ φθάσαντες, καὶ πρὸ τῶν ἐγγράφων αὐτοῦ νόμων, πλείους ἤδη τῶν προπατόρων ὀρθοῖς λογισμοῖς, θεοσεβείας ἀρετῇ κατεκοσμήθησαν· οἳ καὶ φίλοι Θεοῦ, καὶ προφῆται χρηματίσαντες, αἰωνίας ἔτυχον παρ᾽ αὐτοῦ μνήμης, ὧν μηδὲ ἀλλοτρίους τὸ γένος εἶναι τούτους, οἷς τοὺς νόμους διετάττετο. διὸ καὶ μᾶλλον χρῆναι αὐτοὺς ἀπογόνους θεοφιλῶν καὶ δικαίων ἀνδρῶν φανέντας, τῆς τῶν προπατόρων εὐσεβείας ζηλωτὰς ἀναδειχθῆναι, σπεῦσαί τε τῶν ἴσων τοῖς γεννήσασι παρὰ D Θεοῦ τυχεῖν· ἀλλὰ μὴ ἀπαρνήσασθαι, μηδ᾽ ἀποκνῆσαι ὡς ἐπ᾽ ἀδυνάτοις, τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδος ἑαυτοὺς ἀπογνόντας. δυνατὰ γὰρ εἶναι, καὶ τοῖς οἰκείοις αὐτῶν προπάτορσιν ἐντελῶς κατωρθωμένα· ὧν καὶ τὰς εἰκόνας τοῖς τὰ θεῖα παιδευομένοις παρεδίδου, τοὺς βίους καταλέγων τῶν παλαιῶν, καὶ τὴν ἰδιάζουσαν ἑνὸς ἑκάστου ἀρετὴν, ὥσπερ ἐν εἰκόνι γραφῆς διαγραψάμενος.

VII.

HEBRÆORUM, QVI ANTE SE floruerant, vitas ab ipso Mose proprio ac singulari opere conscriptas fuisse.

MOSES igitur, eximius ille Theologus, atque ex Hebræis Hebræus ipse procreatus, cum patriæ gentis historiam, accurate, si quisqvam alius, teneret, priscorum Hebræorum vitas, quæ sacris legibus cujusdam quasi proœmii loco viam munirent, posterorum memoriæ commendare voluit, nulla unqvam oblivione delendas. Iis porro, non ea tantum, quæ divinitus acceperant beneficia, verum & nonnullorum præterea, qui omnem cum Divinitate pietatis sensum abjecerant mores, simul ac pœnas intexuit; ratus iis, qui legibus suis instituendi essent, genus id cognitionis apprime necessarium futurum, ut eos & ab improborum imitatione deterreret, & ad consectanda proborum exempla stimularet. Tanti etiam erat, uti eos non lateret, majorum quidem suorum quamplurimos, anteqvam abs sese leges scripto latæ essent, rectæ uni s rationis manum sequutos, ad summam religionis ac divini cultus laudem pervenisse, qui qvod & divini Numinis amicitia, & prophetiæ munere præstitissent, immortali apud se memoria viverent. Quibus autem leges ipse præscriberet, eos cum antiqvioribus illis esse generis ac sangvinis communione conjunctos: eoqve verum esse, ut qvi hominum Deo carissimorum ac virtutis amantissimorum nepotes essent, iidem majorum quoq; suorum pietatis æmulos se atq; imitatores exhiberent, atq; in beneficiorum ac præmiorum, Patribus a Deo concessorum partem ac societatem venire omni ope studioq; contenderent; non autem similium bonorum, perinde ac si obtineri ab iis nulla ratione possent, desperatione fracti ac debilitati torpescerent: quippe qvæ nec supra vim eorum & facultatem omnem essent, & ipsismet illorum Patribus feliciter evenissent. Quorum imagines iis propterea, qvi divinis institutis imbuendi atq; initiandi essent objiciendas putavit; eoqve consilio priscorum vitas conscribendas selegit, & quasi picta in tabula singularem ac propriam cujusq; virtutem suis coloribus adumbravit.

A

VIII.

MATURO JUDICIO, SANAQVE ratione susceptam a nobis eorum historiam fuisse. Hic autem cursim eorum vita perstringitur, qvos ante diluvium ac deinceps ad Mosem usq;, Deus præcipuo amore complex9 est.

Cap. III. Trap.

NEQVE vero abs re fuerit, eorum historiam breviter hoc loco percurrere. Primum igitur ante diluvium, qvemadmodum ex Mosis ejusdem monimentis intelligimus: (Nec enim aliunde, opinor, qvam ex propriis eorum quoqve fontibus res Hebræorum hauriendæ sunt, cum Ægyptiacas ab Ægyptiis, & a Phœnicibus Phœnicias petierimus, græcasq; similiter ab iis, qui nominis apud Græcos celebritate floruerunt, adeoq; a Philosophis, non autem ab iis, qui in Philosophia hospites ac peregrini essent, qvæ ad Philosophiæ rationes ac decreta pertinebãt. Qvos tu vero justius de Medicinæ præceptis, qvam artis illius peritos consulas? Eodem plane jure statuo, res Hebræorum non aliis quam Hebræorum ex literis esse repetendas.) Multis ergo, qvemadmodum illorum docet historia, longo ante diluvium tempore, jam usq; a prima hominum origine, perq; longam deinceps conseqventium ætatum seriem, cum præcipuo Deus amore complexus est, tum laus integritatis summa cõmendavit. Atq; illum in primis, qui *Speravit invocare nomen Domini Dei*. Qvo loqvendi genere Scriptura declarat, alium ab eo neminem præter ipsummet rerum molitorem omnium, & universi Dominum simul atqve Deum, sibi rebusq; suis tutelarem, qvasi patronum esse delectum: quippe, qui omnino persvasum id haberet, non universum modo vi effectricis illius potestatis bene ac sapienter esse constitutum; sed etiam perinde ut ingentem aliqvam Remp. ejusdem imperio ac ditione cõtineri, ac partes illi9 omnes ipsi9 tanqvam summi Patris familias, imo tanqvam veri legitimiq; Domini, Regis, ac Dei voluntate arbitrioq; gubernari. Qvas ille de Deo princeps ejqve carissimus Domini Deiqve notiones & appellationes animo cum informasset, idem simul facultatis omnis, ac nominis, opumq; omnium loco, vel potius præ

Enos. Genes. 4. als.

η.

ΩΣ ΕΥΛΟΓΩι ΚΡΙΣΕΙ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΝι λογισμῷ τὴν περὶ τῶν δε ἱστορίαν παρεδεξάμεθα· καὶ ἐπιτομὴ τ̃ κτ̃ τοὺς δηλουμένους βίων, τῶν τε πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα μέχρι τῆς Μωσέως γενεᾶς διαπρεψάντων.

B KAI τούτων δὲ οὐδὲν ἐμποδὼν, μὴ οὐχὶ διὰ βραχέων ἐπιδραμεῖν τὴν ἱστορίαν. Πρὸ μὲν οὖν τοῦ κατακλυσμοῦ, ὥσπερ ἡ αὐτοῦ Μωσέως περιέχει γραφὴ (δεῖ δὲ που, ὡς οἶμαι, μὴ ἄλλοθεν, ἢ πάλιν οἴκοθεν τὰ Ἑβραίων πάτρια διασκοπῆσαι, ἐπεὶ καὶ τὰ Αἰγύπτια παρ᾽ Αἰγυπτίων, καὶ τὰ Φοινίκων, παρὰ τῶν οἰκείων ἐμανθάνομεν, ὡς αὖ πάλιν τὰ Ἑλλήνων, παρὰ τῶν ἐν τούτοις διαφανῶν, τά τε φιλοσόφων, παρὰ τῶν φιλοσόφων, ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τῶν ἀπείρων φιλο- pag. 180.
C σοφίας. πόθεν δὲ ἄλλοθεν προσήκοι ἂν καὶ τὰ ἰατρικῆς, ἢ παρὰ τ̃ ἐπιστημόνων πυνθάνεσθαι; οὕτω δὴ κατὰ τὸ ἀκόλουθον, ἡγοῦμαι δεῖν καὶ τὰ Ἑβραίων ἐκ τῶν παρ᾽ Ἑβραίοις λογίων, ἀλλὰ μὴ ἄλλοθέν ποθεν ἀποδέχεσθαι.) Ὥσπερ οὖν ὁ παρὰ τούτοις κατέχει λόγος, ἄνωθεν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, ἐκ πρώτης ἀνθρώπων γενέσεως, καὶ εἰς τὰς ἑξῆς διαδοχὰς, θεοφιλεῖς τινες ἄνδρες γεγόνασι, καὶ δίκαιοι πλείους. ὧν ὁ μὲν, Ἤλπισεν ἐπι-
D καλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. τοῦτο δ᾽ δηλοῖ, τὸ μηδένα πλὴν τὸν ἁπάντων τὸν δημιουργὸν δεσπότην ὁμοῦ καὶ θεὸν τ̃ ὅλων ἐπιγράψασθαι. πεπείσθαι γὰρ αὐτὸν, οὐ μόνον ποιητικῇ δυνάμει εὖ καὶ ἐν κόσμῳ τὸ πᾶν διατεθεικέναι, ἀλλὰ καὶ δεσπότου δίκην, ὡς ἂν μεγάλης πόλεως, τοῦ σύμπαντος κυριεύειν, οἰκονομεῖν τε καὶ οἰκοδεσποτεῖν ὁμοῦ καὶ Κύριον ὄντα καὶ Βασιλέα, καὶ Θεόν. οὐ τὴν ὡς κυρίου καὶ θεοῦ ἔννοιάν τε καὶ προσηγορίαν πρῶτος ὁ δηλούμενος θεοφιλὴς ἐνστερνισάμενος, ἀντὶ πάσης ὑπάρξεως, καὶ προσηγορίας, ἢ περιουσίας, μᾶλλον δὲ ἀντὶ παν-

τὸς ἀγαθοῦ, Ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, τοῦτον ἑαυτῷ θησαυρὸν ἀγαθῶν ψυχῆς τε ὁμοῦ καὶ σώματος πεπορισμένος. παρ' ὃ καὶ πρῶτος ἀληθὴς ἄνθρωπος χρηματίσαι παρ' Ἑβραίοις ἀναγέγραπται. κέκληται δ' οὖν Ἐνώς, ὅπερ ἐστὶν ἀληθὴς ἄνθρωπος, εὐθυβόλῳ προσωνυμίᾳ. οὐδὲ γὰρ ἄλλον φασὶν ἀληθῆ προσήκειν ἡγεῖσθαι καὶ ὀνομάζειν ἄνθρωπον, ἢ τὸν θεοῦ γνώσεως καὶ εὐσεβείας ἐπήβολον, τὸν ἀληθῶς γνωστικὸν ὁμοῦ καὶ εὐσεβῆ. ὅτι δὴ τοὺς μὴ τοιού- B τους, θρεμμάτων κατ' οὐδὲν ἀλόγων διαφέροντας, οἷα ἐπὶ γαστέρα, καὶ ἡδονὴν πρηνεῖς καταβεβλημένους, θῆρας μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπους ἡ Ἑβραίων ἀποκαλεῖν διδάσκει γραφὴ, κυριολεκτεῖν εἰθισμένη ταῖς προσηγορίαις. παρὸ τοὺς τοιούσδε, τοτὲ μὲν λύκους καὶ κύνας, τοτὲ δὲ, σύας φορυτῷ χρωμένους καὶ χαίροντας, καὶ πάλιν ἑρπετὰ, καὶ ὄφεις, τοῖς τῆς κακίας πολυτρόποις ἐμφερῶς εἴδεσι, προσαγορεύειν εἴωθεν. εἰ δὲ καί ποτε C τὸν κοινὸν καὶ πολὺν ἄνθρωπον, καὶ τὸ γένος αὐτὸ χρεὼν διασημῆναι, πάλιν οἰκείᾳ καὶ προσφυεῖ χρωμένη προσηγορίᾳ, τὸν πάντα ἄνθρωπον τῇ τοῦ Ἀδὰμ ἐπωνυμίᾳ σημαίνει· ὅτι δὴ τοῦτο τῷ προγόνῳ, καὶ πάντων ἀνθρώπων προπάτορι, κύριον εἶναι καὶ προσφυὲς ὄνομα, τὸν γηγενῆ δηλοῦν, κατὰ τὴν εἰς Ἑλλάδα φωνὴν μετάληψιν, ἀποφαίνει. ὅ γέ τοι Ἐνὼς πρῶτος θεοφιλῶν παρ' Ἑβραίοις ἱστόρηται, ἐπεὶ πρῶτος ἤλπισεν D ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, τὸ κατὰ ψυχὴν παρεστὰς λογικὸν ὄντως γνωστικὸν, καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον εὐσεβείας ἐπιστημονικόν. ὧν τὸ μὲν πρῶτον, θεογνωσίας ἀληθοῦς, τὸ δὲ δεύτερον, τῆς εἰς τὸν ἐπιγνωσθέντα Θεὸν ἐλπίδος γένοιτ' ἂν ἀποδεικτικόν. τὸ γὰρ μὴ παραμένειν, μηδ' ἐν δευτέρῳ τίθεσθαι τὰ τῆς θείας ἐπιγνώσεως, ἀεὶ δὲ καὶ διαπαντὸς ἐλπίζειν ἐπικαλεῖσθαι τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, τὸ μὲν ὡς οἰκέτην δεσπότου, τὸ δ' ὡς ἵλεω καὶ ἀγαθοῦ πατρὸς, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πάντων τρισμακάριον τέλος. Τοιόσδε μὲν οὖν ὁ παρ' Ἑβραίοις εἰσῆκται πρῶτος καὶ ἀληθὴς ἄνθρωπος, οὐχ ὁ γηγενὴς ἐπίκλην Ἀδὰμ, δι' ἐντολῆς θεοῦ παράβασιν τῆς τῶν κρειττόνων ἀποπεσὼν λήξεως· ἀλλ' ὁ θεοφιλῶν πρώτιστος, ὃς ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι

A cujusvis boni copia, *Speravit invocare nomen Domini Dei*, cum eum sibi cunctorum animi simul & corporis bonorum thesaurum comparasset. Qvam ob causam primum eum quoqve verum hominem audisse Hebræi prodiderunt. Enos sane quidem, hoc est verus homo, appellatus fuit, congruente admodum aptaqve nominis ratione. In eum enim solum veri hominis appellationem convenire statuebant, qui Dei notitiam sensumqve pietatis consequutus esset, adeoqve vera tum cognoscendi facultate, tum etiam religione præditus, alium præterea neminem. Nam qui ejusmodi non sunt, quiqve in ventrem ac voluptatem proni & abjecti, nihil a brutis animantibus differunt: eos vero belluas potius qvam homines appellandos Hebræorum docent literæ, quæ suo quamqve rem ac proprio nomine appellare solent. Itaqve genus hoc hominum, modo lupos & canes, modo sues quisquiliis inhiantes, modo serpentes etiam & angves, pro varia & multiplici geminorum affiniumq; vitiorum ratione, vocare consveverant. Qvemadmodum, si qvando vel hominem in universum, vel gen⁹ ipsum hominum designare opus est, proprio similiter & innato, hoc est Adami, nomine omnes ex æqvo significant. Quippe id enim nominis, quod si græce reddatur, natum ex terra sonat, primo illi cunctorum hominum parenti proprium atqve a natura ipsa inditum fuisse docent. Enos igitur omnium principem Hebræorum historia divino ab amore commendat, quod qvum primus *Speravit invocare nomen Domini Dei*, in parte animi ratione prædita non modo vere cognoscendi, sed etiam quæ Deum unum intuetur religionis hauriendæ ac percipiendæ vim exeruerit. Quorum alterum veræ Dei notitiæ, alterum spei, qvæ in Deo rite cognito acqviescat, certum ac perspicuum argumentum est. Nunqvam enim quæ divinam ad cognitionem pertinent, aut negligere penitus, aut ulla re posteriora ducere, sed potius in Domini Dei, modo tanqvam servorum domini, modo tanqvam optimi svavissimiq; parentis implorando nomine, spem omnem habere perpetuoq; defixam, id vero ter beatus mortalium omnium finis jure ac merito habeatur. Ejusmodi ergo primum esse verumq; hominem Hebræi statuerunt, non alterum illum e terra natum, qvem Adamum vocant, qui divina lege violata, eximiorum ac cœlestium bonorum possessione exciderat; sed eum potius, qvi divino ante alios omnes amore succensus,

Enos ver verus homo.

A *Domini Dei nomen invocare speraverat.* Eundem itaqve nobis imitandum sano integroqve judicio statuentes ipsi quoqve; rei hujus historiam, ut apprime nobis utilem, omni studio complexi, hoc simul in votis habuimus, ut tanti viri exemplo, summi rerum omnium Opificis Dominiqve nomen, constanti quadam egregiaqve spe implorare possimus. Jam vero secundum Enos, alius quidam *placuit Domino, & non inventus est*, ut idem Moses commemorat, *quia transtulit eum Deus* ob summam virtutis ejus perfectionem. Plane enim, qvi vere B sapiat, ægre admodum aliqvem reperias. Ejusmodi autem is demum est, qui sua cum Deo perfectione conjunctus, ex hominum sese usu consortioqve subduxerit. Quisquis enim aliud consilium sequutus, in fora, tribunalia, cauponas, nundinas, atqve in hominum vulgus sese dat, is dum in turba huc illucqve jactatur, alto improbitatis gurgite totus hauritur. At qui divina qvasi manu subductus, & a fluxis caducisqve rebus ad cœlestium amorem traductus est; ut ab hominibus videri ac reperiri non pos- C sit, a Deo tamen, cujus in amicitiam transcriptus est, invenitur. Eum porro virum Enoch appellare Hebræi solent, qvæ vox divinam sonat gratiam. Nos autem hujus quoqve vitam, ut excellentem virtutis imaginem consectandam nobis æmulandamqve putavimus. Extitit deinde tertius, quem *in sua generatione* æquitatem coluisse Scriptura testatur. Fuit is Noemus, cujus integritati seqvens argumentum egregie suffragatur. Altus quidam sceleris infandi sqvalor & caligo, hominum genus occuparat universum: Gigantes o- D mnium ore jactati, impio sacrilegoqve ausu, ea quæ huc usqve nemo non loquitur, cum DEO bella susceperant: jam illorum etiam parentes, seu conditionis cujusdam mortalium natura superioris erant, seu qvacunqve tandem ratione sati, curiosæ artis semina inter homines jecerant, atqve omne præstigiarum maleficiorumqve genus in eorum societatem invexerant. Ita quicquid ubiqve hominum erat, cum eadem a Deo sententia damnandum esset, jamque idem pariter omnibus unoqve momento exitium immineret: unus ille cum suis, quo de loqvimur, *justus in generatione sua repertus est.* Cunctis ergo, quæ terrarum ambitu continebantur diluvio haustis, ipsaqve adeo terra immani aqvarum eluvione purgata, vir ille DEO carissimus

Gen. 5. 24.

Enoch id est divina gratia.

Noemus.

Diluvium Noemiticum.

A τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ. κρίναντες δὴ καὶ αὐτοὶ λογισμῷ σώφρονι, τὸν τοιόνδε ζηλοῦν ἠγαπήσαμεν, καὶ ἀπεδεξάμεθα ὡς λυσιτελῆ καὶ ὠφελιμωτάτην ἡμῖν τὴν τοῦ λόγου διήγησιν, εὐχὴν θέμενοι καθ᾽ ἴσα τῇ τοῦ δηλωθέντος εἰκόνι, τὸ ὄνομα τοῦ τῶν ἁπάντων δημιουργοῦ τε καὶ δεσπότου, μετὰ βεβαίας καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος ἐπικαλεῖσθαι. Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τὸν εἰρημένον ἄλλος εὐηρέστησε τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐχ εὑρίσκετο, ὥς φησι Μωσῆς, διότι μετέθηκεν Pag. 12.
B αὐτὸν ὁ Θεὸς, δι᾽ ἄκραν ἀρετῆς τελείωσιν. δυσεύρετος γὰρ ὅ γε σοφὸς ἀληθῶς. οὗτος δ᾽ αὖ εἴη ὁ ἐν τῷ Θεῷ τέλειος, ὁ τῆς τῶν πολλῶν διατριβῆς μετατεθειμένος. ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος, ἀγορὰς, καὶ δικαστήρια, καπηλείας τε, καὶ ἐμπορείας, καὶ τὸν πολὺν ὄχλον μεταδιώκων, ὠθούμενός τε καὶ ὠθῶν, μέσος ἐν αὐτῷ κακίας βυθῷ καταπίνεται. ὁ δ᾽ ὑπὸ Θεοῦ ληφθεὶς, καὶ τῶν τῇδε ἐκεῖσε μετατεθειμένος, ἀφανὴς μὲν καὶ ἀνεύρετος ἀνθρώποις, Θεῷ δὲ φίλος γε-
C γονὼς, ὑπὸ Θεοῦ εὕρηται, ὅνπερ Ἐνὼχ Ἑβραίοις ὀνομάζειν φίλον. χάριν δὲ Θεοῦ σημαίνοι ἂν τοὔνομα. καὶ ταύτης τοιγαροῦν ὡς ἀγαθῆς εἰκόνος τὸν βίον ζηλοῦν, μακάριον εἶναι ἡγησάμεθα. Τρίτος μετὰ τούτους πάλιν ἄλλος ἄνθρωπος δίκαιος πεφηνὼς ὁ Νῶε, ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ μεμαρτύρηται. τεκμήρια δὲ καὶ τῆς τούτου δικαιοσύνης εἴη ἂν τάδε. πολύς αὐχμὸς καὶ γνόφος ἀλέκτου κακίας τὸ πάντων ἀνθρώπων κατειλήφει γένος· οἵ τε πάντων ἀνὰ στόμα θρυλλούμενοι Γίγαντες, τὰς εἰς δεῦρο βο-
D ωμένας θεομαχίας ἀθέοις καὶ δυσσεβέσιν ἐγχειρήμασιν ἀπειργάζοντο· ἤδη δὲ καὶ οἱ τῆς τούτων γενέσεως αἴτιοι, εἴτε τινὸς κρείττονος μοίρας, ἢ κατὰ θνητὴν φύσιν, ὑπάρξαντες, εἴθ᾽ ὁπωσοῦν κατεσκευασμένοι, τοῖς ἐν ἀνθρώποις περιέργου διδασκαλίας ἀπάρξαντες, γοητείας καὶ τῆς ἄλλης κακοτρόπου μαγγανείας ἐπιτεχνήματα λέγονται παραδοῦναι τῷ βίῳ. ὥστε πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος, μιᾶς ὑπὸ ψῆφον γενέσθαι παρὰ Θεῷ δίκης. καὶ δὴ πάντων ἑνὶ νεύματι διαφθείρεσθαι μελλόντων, μόνος εἷς οὗτος ὁ νῦν ἡμῖν δηλούμενος, δίκαιος ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ σὺν καὶ τοῖς οἰκείοις εὕρηται. πάντων δῆτα τῶν ἐπὶ γῆς κατακλυσμῷ διολλυμένων, καὶ τῆς γῆς αὐτῆς ὑδάτων ἀθρόᾳ πλημμύρᾳ τῶν προτέρων κακῶν ἀποκαθαιρομένης, ὁ θεοφιλὴς σὺν

παισὶν ἅμα καὶ γυναιξὶ, τὰ μετὰ ταῦτα βίου ζώπυρον σπέρμα παραδοξότατον πρὸς τοῦ Θεοῦ τετήρηται. γένοιτο δ' ἂν καὶ οὗτος ἀρχέτυπος εἰκὼν, ζῶσα καὶ ἔμψυχος, τοῖς ἐξ αὐτοῦ γεγενημένοις ὑπόδειγμα τρόπου θεοφιλοῦς παρεσχημένος. καὶ οἱ μὲν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, τοιοίδε· οἱ δὲ μετὰ τοῦτον ἐπ' εὐσεβείᾳ διαπρεπεῖς ἄλλοι πάλιν, ὧν τὴν μνήμην τὰ ἱερὰ διασώζει λόγια. Τούτων τις ἱερεὺς ἀνείρηται τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, βασιλεὺς δίκαιος τῇ Ἑβραίων προσηγορίᾳ χρηματίσας. B τούτοις δὴ πᾶσιν, οὐδὲ εἷς σώματος περιτομῆς λόγος ἦν, ἀλλ' οὐδὲ τῶν Μωσέως Ἰουδαϊκῶν παραγγελμάτων. διόπερ αὐτοὺς οὐδὲ Ἰουδαίους φάναι δίκαιον, οὐδέ γε Ἕλληνας, ὅτι μηδὲ πλείους θεοὺς ὁμοίως Ἕλλησιν ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἡγοῦντο. Ἑβραῖοι δ' ἂν κυριώτερον ἐπικληθεῖεν, ἤτοι παρὰ τὸν Ἕβερ, ἢ καὶ μᾶλλον παρὰ τὴν ἑρμηνείαν τῆς προσηγορίας. περατικοὶ γάρ τινες ἑρμηνεύονται, τὴν ἀπὸ τῶν τῇδε ἐπὶ τὴν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ C διάβασίν τε καὶ θεωρίαν στειλάμενοι. Φυσικοῖς γάρ τοι λογισμοῖς καὶ νόμοις ἀγράφοις, τὴν ὀρθὴν τῆς ἀρετῆς διευθύναντες πορείαν, καὶ πέραν τῶν σαρκὸς ἡδονῶν, ἐπὶ τὸν πάνσοφον καὶ θεοσεβῆ βίον διαβεβηκότες ἀναγράφονται. Ἐν δὴ τούτοις ἡμῖν ἅπασι, καὶ ὁ βοώμενος τοῦ παντὸς ἔθνους γενάρχης Ἀβραὰμ καταριθμείσθω. ᾧ μαρτυρεῖ τὰ λόγια δικαιοσύνην, οὐ τὴν ἐκ νόμου πάλιν Μωσέως, ὅτι μηδὲ ἦν πω τότε· μετὰ γοῦν τὸν Ἀβραὰμ ἑβδόμῃ D γενεᾷ Μωσῆς ἀναπέφηνε· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος δίκαιος καὶ εὐσεβὴς εἶναί τις ἀνείρηται, εἰ καί τις ἄλλος ἀνείρηται, τοῖς ἄνωθεν ὑποδεδηλωμένοις παραπλησίως. λέγει δ' οὖν ἡ γραφή, Καὶ ἐπίστευσεν Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. πατέρα δὴ πολλῶν ἐθνῶν ὁ θεῖος χρησμὸς τοῦτον ἔσεσθαι προαγορεύει, διαρρήδην τε εὐλογηθήσεσθαι ἐν αὐτῷ φησι πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς, καὶ πάσας τὰς φυλάς· ἄντικρυς τὰ νῦν καθ' ἡμᾶς συντελούμενα θεσπίζων. ἀλλ' ὅ γε Ἀβραὰμ ἐκεῖνος, μετὰ τὴν ἐν δικαιοσύνῃ τελείωσιν, οὐ διὰ τοῦ Μωσέως νόμου, διὰ δὲ πίστεως " κατορθωμένης αὐτῷ, μετά γε τὰς ἀναγράπτους " θυσίας, ἐπ' αὐτῷ γήρᾳ μέλλων παῖδα γνήσιον τεκεῖν, πρῶτος ἁπάντων κατὰ χρη-

Marginalia: p. 180. — γρ. κατορθωμένω. — γρ. θεοφανείας.

A cum liberis simul & uxoribus, novum plane novo hominum generi excitando animandoq; semen, ejusdem munere beneficioqve servatus est. Dignus & ipse profecto, qvem ut vivum ac spirans virtutis & religionis exemplar, posteri omnes æmulentur. Atq; hi ante diluvii tempora floruerunt. Extitere alii postea, pietate nobiles ipsi quoq;, qvorũ memoria sacris etiam paginis conservata manet. Qvos inter Sacerdos quidam summi Numinis creatus est, qvem justum Regem Hebræo nomine appellarunt. Cæterum a- B pud illos omnes, de corporea circumcisione verbum omnino nullum, nullum earum, quibus Judæos Moses instituit, legum vestigium. Qvare Judæos illos nuncupare, verum utiq; non fuerit; Græcos autem multo minus, qui non Græcorum aut cæterorum populorum more, Deorum multitudinem invexerint. Hebræos vero justius appellaveris, sive ab Hebero nomen ducas, sive potius a vocis illius significatione. Hebræos enim, qvasi transeuntes, interpretari possis: quia terrarum commercio, ad præpotentis Dei contemplationem transierint. Ejusmo- C di enim eos fuisse testatur Historia, qui unius a natura inditæ rationis, legumq; scripto nullo comprehensarum ductu, & rectam virtutis viam feliciter tenuerunt, & omnes prætergressi corporis voluptates, ad vitam singulari cum sapientia, tum religione cultuq; divino præstantem transvolarunt. Atqve hoc in numero, Abraamus etiam ille, quem Generis principem universi prædicant, jure a nobis meritoq; censeatur. Hujus enim justitia divinorum quoq; oraculorum testimonio comendatur: non qvam a Mosis D Lege acceperit, certe quidem, cum adhuc nulla tum esset: nam ætate post Abraamum septima natus est Moses. Et tanta ejus profecto, si cujusqvam alterius, integritas atq; religio, eadem qua Superiorum illorum prædicatione celebratur. De illo enim hunc in modum Scriptura loquitur. *Et credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Eundem porro gentium plurimarum parentem futurum, ac nominatim *gentes omnes terræ, omnesq; tribus in eo benedicendas esse,* divina oracula prædixerunt: quæ sane prædictio, quæ temporibus nostris evenire cernimus, palam & aperte denotabat. Abraamus igitur ille, post eam justitiæ maturitatem atqve perfectionem, ad qvam ipsum non Lex Mosis, sed illustris fides constansq; perduxerat; post eos, quibus sacræ literæ suffragantur, Numinis divini conspectus, legitimum sub extremam senectutem filium suscepturus, cum omnium sese primus,

Marginalia: Hebræi unde dicti. — Abraamus. — Gen. 15.6.

uti jussus divina voce fuerat, circumcidit, tum idem posteris ipse suis faciendum præcepit; sive ut hoc velut illustriore signo, propagandorum ex eo nepotum multitudo constaret, sive ut paternum characterem liberi retinerent, idq; adeo, seu majorum illi suorum vestigiis insisterent, seu ab eorundem virtute deflecterent: sive deniq; aliæ quædam hujus instituti causæ rationesqve subessent, in quas diligentius & curiosius inqvirere modo non vacat. Cæterum ejusmodi etiam ille fuit, qvem nos æmulari summopere deceat. Secundum illum Isaacus laudatur, ejus quæ parentem ornaverat divinæ cum notitiæ, tum etiam caritatis hæres, qvā ipse unam omnium longe pulcherrimam ac felicissimam ejus hæreditatem sortitus est. Eundem & uxorem duntaxat unam duxisse, & semel tantum liberis operam dedisse monimenta divina testantur: qua unica vice, gemina prole suscepta, mutuam cum uxore consvetudinem circumscripsisse fertur, exemplo continentiæ singulari. Conseqvatur Jacobus, quem & Israëlem vocarunt: quod utrumqve nomen, ab insigni quadam est eximiaqve virtutum accessione consequutus. Is enim, dum adhuc in civili quodam & actuoso vitæ genere, assiduos pietatis causa labores subiret, Jacobus dicebatur; quæ vox, si Græce reddatur, Asceten Athletamqve sonat. Idem relatis semel de hostibus victoriæ trophæis, coronatus, ubi contemplationis opibus frui cœpit, tum vero aliud ei nomen auctor ipse Deus imposuit, eumqve partim conspectu suo frui voluit, partim divinioribus quibusdam præmiis & honoribus, eodem nomine repræsentatis cumulavit. Ejusmodi enim ad illum extat oraculum, *Non amplius vocabitur nomen tuum Jacob. sed Israel erit nomen tuum, quoniam invaluisti cum Deo, & cum hominibus potens.* Quo Israelis nomine vir contemplationi deditus indicatur; ut pote quod si Græce verteris, hominem, a quo Deus videatur, significet. Talis igitur ille etiam fuit, a quo Judæorum genus duodecim comprehensum Tribubus propagatum est. Quorum de vitæ rationibus, vereqve philosophis digna tolerantia & exercitatione, infinita commemorari possent, quæ partim nude ac simpliciter intelligi, partim ex occultioribus allegoriarum sensis erui debeant. De quibus cum ab aliis, tum a nobis quoqve disputatum in iis est, quæ de numerosa priscorum hominum sobole,

Isaacus, quam amãs temperantia.

Jacobus, qui & Israel.

Gen. 35, 10.

σμὸν, τὸ σῶμα περιτέμνεται, εἴτ' οὖν καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ γινομένοις ἐπιτελεῖν παραδοὺς, εἴτε εἰς ἐμφανῆ σημείωσιν τῆς τῶν ἐξ αὐτοῦ παίδων πολυπληθείας, εἴτε καὶ ὡς ἔχοιεν οἱ παῖδες πάτριον γνώρισμα, ἤτοι βιοῦντες κατὰ τὸν τῶν προγόνων ζῆλον, ἢ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς ἀπολειπόμενοι· εἴτε καθ' ἑτέρας οἱασδηποτοῦν αἰτίας, ἃς οὐ νῦν σχολὴ πολυπραγμονεῖν. τοιόσδε μὲν οὖν καὶ οὗτος εἰς μίμησιν ἐγκείμενος. μετὰ δ' αὐτὸν Ἰσαάκ, τῆς πατρῴας ὁμοῦ θεογνωσίας τε καὶ θεοφιλίας διάδοχος ἀναδείκνυται, κλῆρον ἁπάντων οὗ τὸν κάλλιστόν τε καὶ τρισμακάριον τοῦ πατρὸς διαδεδεγμένος. μιᾷ τοῦτον γαμετῇ τὰ θεῖά φασι συνελθόντα λόγια, μιᾷ χρήσασθαι παιδοποιΐᾳ· καθ' ἣν διδύμου γονῆς ἀποδειχθεὶς πατὴρ, εἰς οὗ περιγράψασθαι τὴν πρὸς τὴν γαμετὴν ὁμιλίαν ὑπερβολῇ σωφροσύνης λέγεται. ἐνταῦθοῖ σοι καὶ Ἰακὼβ, ὁ καὶ Ἰσραήλ, ἀσκητὴς διώνυμός τις γεγονὼς ἀνὴρ, παρὰ τὴν τῶν οἰκείων ἀρετῶν διαλάμπουσαν προκοπήν. ὅτε μὲν οὖν ἐγγυμναζόμενος τοῖς πρακτικοῖς ἤθεσί τε καὶ βίοις, τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας πόνων ἀπεπειρᾶτο, Ἰακὼβ αὐτῷ ὄνομα ἦν, Ἀσκητὴν δὲ καὶ Ἀθλητὴν ἡ προσηγορία καλεῖ, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα μεταληφθεῖσα φωνήν. ὅτε δὲ λοιπὸν τὰ νικητήρια κατὰ τῶν ἀντιπάλων λαβὼν στέφεται, ἤδη τε τῶν κατὰ θεωρίαν ἀγαθῶν ἀπολαύει, τηνικαῦτα αὐτῷ καὶ τοὔνομα μεταβάλλει ὁ χρηματίζων θεὸς, ὁμοῦ καὶ θεοπτίας αὐτὸν ἀξιῶν, καὶ τῶν θειοτέρων γερῶν τε καὶ τιμῶν τὰς ἀμοιβὰς διὰ τῆς προσηγορίας δωρούμενος. λέγει δ' οὖν πρὸς αὐτὸν ὁ χρησμὸς, Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. τὸν ὁρατικὸν ἄνδρα καὶ θεωρητικὸν τοῦ Ἰσραὴλ ὑποφαίνοντος· ἐπεὶ καὶ τοὔνομα μεταβληθὲν σημαίνει ἄνθρωπον ὁρῶντα θεόν. τοιόσδε μὲν οὖν καὶ οὗτος. ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ὑπέστη γένος. μυρία δ' ἂν λεχθείη περὶ τοῦ βίου τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῆς φιλοσόφου καρτερίας τε αὐτῶν καὶ ἀσκήσεως· τὰ μὲν, πρὸς λέξιν θεωρούμενα· τὰ δὲ, καὶ δι' ὑπονοιῶν ἀλληγορούμενα. περὶ ὧν εἴρηται μὲν καὶ ἄλλοις, ἀτὰρ καὶ ἡμῖν ἐν οἷς ἐπραγματευσάμεθα περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν πολυ-

παιδίας. τοιοίδε μὲν οὖν καὶ οὗτοι. Ἔχω σοι παρ' αὐτοῖς καὶ ἄλλον εἰπεῖν, Ἰὼβ ὄνομα τῷ ἀνδρί, ὃν τὰ ἱερὰ μαρτυρεῖ λόγια γεγονέναι ἄνθρωπον ἄμεμπτον, ἀληθινόν, δίκαιον, θεοσεβῆ, ἀπεχόμενον ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. Οὗτός γέ τοι οὐδὲν προσήκων τῷ Ἰουδαίων γένει, ἐπὶ πᾶσι τοῖς τῆς εὐσεβείας κατορθώμασι μεμαρτύρηται. Οἵ γε μὴν τοῦ Ἰακὼβ παῖδες, τὴν πάτριον θεογνωσίαν τε καὶ θεοσέβειαν ἠγαπηκότες, τὴν τῶν ἀνέκαθεν Ἑβραίων φήμην ἐπὶ μέγα δόξης προῆγον, ὥστε ἤδη καὶ πάσης Αἰγύπτου τὴν ἀρχὴν ἀνάψασθαι. ὁ γάρ τοι Ἰωσὴφ τοῖς σωφροσύνης προαναστεφθεὶς βραβείοις, κἄπειτα τὴν Αἰγυπτίων ὑποδεξάμενος ἡγεμονίαν, τὸν θεοφιλῆ τῶν Ἑβραίων διέδειξε τρόπον. ὃν καὶ αὐτὸν ζηλοῦν δι' εὐχῆς πεποιήμεθα, δοῦλον αὐτὸν ἐξ οἰκείων ἐπιβουλῆς γεγενημένον, καὶ δοῦλον Αἰγυπτίου ἀνδρός. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ὅσα εἰς ὡραιότητα καὶ ῥώμην σώματος καὶ εὐμορφίαν ηὐτύχητο, παρίημι, εἰ καὶ τὰ λόγια κάλλους αὐτὸν ὥρᾳ πάντων διενεγκεῖν ἀναγράφει. τὰ δὲ περὶ ψυχῆς, πῇ ἄν τις διαγράψειε, κατ' ἀξίαν τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς τὸν ἔπαινον διελθεῖν προῃρημένος; Φύσει μὲν αὐτῷ παρεῖναι λόγος τὸ ἐλευθέριον γνώρισμα, ὅ τε τρόπου τι εὐγενὲς ἐπανθεῖν τῷ προσώπῳ· τοῖς δὲ εὐσεβείας διαπρέπουσι κόσμοις διαφερόντως ἐξήσκητο, ὡς ἐν σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, φρονήσει τε καὶ ἀνδρείᾳ, τὴν ψυχὴν ἐκλάμπειν πολὺ πρότερον ἐν ἐπιγνώσει καὶ εὐσεβείᾳ τοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ, ἣν οἱ γεννήσαντες, ἐκ σπαργάνων, λέγονται αὐτοῦ τῇ ψυχῇ καταβεβληκέναι. ἐπιμανείσῃ δ' οὖν αὐτῷ τῇ τοῦ δεσπότου γαμετῇ, εἰς ἀκολάστους τε καὶ ἐρωτικὰς ὁμιλίας, ἅτε νέον τὸ σῶμα κατασύρειν πειρωμένῃ, καὶ πρῶτα μὲν λόγοις ἀπατᾶν αὐτὸν ἐπιχειρούσῃ, εἶτα δὲ ἱκεσίαις ἀντιβολούσῃ, καὶ τέλος βιαιότερον χεῖρας ἐπάγειν τολμώσῃ, ἀναιδέσι τε ἤδη καὶ ἀναισχύντοις περιπλοκαῖς χρωμένῃ, τῆς τῶν πατέρων εὐσεβοῦς διδασκαλίας ὁ ἥρως τὴν μνήμην ἀναπεμπασάμενος, καὶ τὸν θεοσεβῆ καὶ ἀληθῶς Ἑβραῖον ἔργοις ὁμοῦ καὶ λόγοις ἀποδείξας, τὸ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀκόλαστον γύναιον διασείεται, κραταιοτέρᾳ τῇ χειρὶ παραλλάξας

A conscripsimus. At de illis hactenus. Præter quos tamen, alium etiam laudare merito liceat, Jobum nomine, qvem & omni reprehensione caruisse, & veritatis, justitiæ, pietatis amantem ac studiosum fuisse, & ab omni contagione sceleris procul abfuisse, divina testantur oracula, cum in illis omnibus religionis officiis ac laudibus, nulla cum Judæis sangvinis ac generis comunione teneretur. *Jobus.* Jam vero Jacobi liberi paternam divini Numinis cognitionem, ejusdemq; cultum summa voluntate studioq; complexi, priscorum

B Hebræorum famam & gloriam admodum illustrarunt; ut ex illorum auctoritate paulo post Imperium Ægypti penderet universum. Josephus enim jam continentiæ præmiis insignitus, suscepto postmodum Ægypti principatu, summam Hebræorum suorum eximiamq; virtutem in omnium oculis ac luce collocavit. *Josephus.* Qvare ad ejus qvoq; imitationem omni studio nobis aspirandum esse duximus, tametsi prius in servitutem, & hominis Ægyptii servitutem, fratrum insidiis & artibus abductus fuisset. Nam adole-

C scentis qvidem qvam eximia species, qvanta vis corporis & pulcritudo fuerit, facile prætermitto, licet oris eum ac formæ totius elegantia cæteris omnibus præstitisse historia divina testetur. Animi vero dotes atq; ornamenta quis tandem pro dignitate comemoret, si cum tantæ virtutis excellentia æqvare conetur magnitudinem laudationis? Et qvidem constans fama est, ipsum a natura liberalem qvandam speciem habuisse, ac nescio quid nobilitatis in moribus, quod ex ipso quoq; vultu effloresceret. At vero ejusmodi pietatis insignibus effulgebat, ut summa con-

D tinentiæ, æqvitatis, prudentiæ, fortitudinis laude clarissimus cum esset, idem tamen præcipua quadam præpotentis Dei notitia cultuq; præstaret, cujus utriusq; semina, jam ab ipsis inde cunabulis, infantis in animo parentes jecisse ferunt. Ergo Adolescentis amore domini uxor exardescens, cum eum primo juventutis flore conspicuum, in lascivam flagitiosamq; consvetudinem pellicere conaretur, verborumq; primo blanditiis attentatum, mox precibus etiam & obsecrationibus urgeret, ad extremum ne violentas quidem manus eidem injicere, & obscenis eum impudicisqve complexibus premere vereretur: clarissimus Heros doctrinæ parentum sanctissimæ recordatus, ac sese divini cultorem Numinis, verumqve Hebræum, non re ipsa minus qvam oratione professus, turpem ac libidinosam mulierculam robustiore dextera victor excussit, ac *Josephi castitas.*

A perinde ut si ex horrendæ furentisq; bestiæ dentibus sese proriperet, saluti suæ fuga consuluit. Tum idem secum ipse rem matura cogitatione reputans, *Si Dominus meus propter me nihil novit eorum, quæ sunt in domo ejus, & omnia, quæ ibi sunt, tradidit in manus meas, quomodo malum hoc grande faciam, & peccabo in conspectu Dei?* Quamobrem Deus eum præpotens tanquam illustri victoria nobilem, dignis virtute præmiis honestavit, dominorumq; suorum, imo totius etiam Ægypti Principem Moderatoremq; constituit: Atq; is Hebræus similiter atq; ex Hebræis B satus erat, non Judæus; nec enim Judæorum adhuc gens ulla coaluerat: idem tamen in virorum uti Deo carissimorum, ita longe felicissimorum classe numeroq; censetur. Deinde vero, longa per eosdem Hebræos posterorum serie propagata, cum jam ex iis conflata Judæorum natio, multa in dies sobole glisceret, factum est nescio quo pacto, ut cum prima illa, quam a Deo carissimis Majoribus acceperant, pietatis ac religionis institutio debilitata paulatim obtusaq; hebesceret: tum vero tantum apud eos Ægypti-C orum societas communioq; posset, ut patriæ virtutis evanescente memoria, sic Ægyptiorum mores ac ritus inducerent, nihil ut inter utriusq; populi vitæ genus discriminis esse videretur. Quo in rerum articulo, Patrū ille suorum Deus Mosen ad eos Legislatorem mittit, iisq; promissionib⁹ fidem re ipsa conciliat, quibus eorum sese Majoribus, divinis etiam oraculis obstrinxerat. Tum iis, quæ scripta leguntur, miraculis, atq; inusitatis ante prodigiis ipsius manu perpetratis, congruentem audientium moribus legem promulgat. Cum enim ob insignem mo-D rum asperitatem, Patrum suorum virtutem æmulari non posset, iis ut pote morbis animorum laborantibus consentaneam instituti vitæq; rationem ita præscripsit, ut de nonnullis clare perspicueq; statueret, alia ænigmaticis quibusdam sensis involvens, notas duntaxat umbrasq; rerum, non apertam nudamq; veritatem, consectandas iis observandasq; proponeret. Atq; hanc Judaicæ Reip. formam, quæ a Mose delineata primum & informata fuerat, ad Servatoris usque nostri Jesu Christi adventum florere ac vigere oportebat, uti futurum suis ipsimet Judæorum Prophetæ oraculis cecinerant. Nam partim ab ipso Mose, partim a se-

Gen. 39.8.

Moses.

A ὥσπερ δέ τινος δεινοῦ καὶ λελυπηκότος θηρὸς ἀποδρὰς, φυγῇ τὴν σωτηρίαν ποιεῖται. κἄπειτα αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν σώφρονι λογισμῷ τοιάδε ἐπιλογίζεται, καί φησιν. Εἰ ὁ Κύριός μου δι᾽ ἐμὲ οὐδὲν γινώσκει τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτῷ, δέδωκεν εἰς τὰς χεῖράς μου, καὶ πῶς ποιήσω τὸ πονηρὸν ῥῆμα τὸ μέγα τοῦτο, καὶ ἁμαρτήσομαι ἐναντίον τοῦ Θεοῦ; Ἐφ᾽ οἷς οἷα νικηφόρον τοῖς ἀρετῆς βραβείοις ἀναστέψας αὐτὸν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τὴν μὲν B τῶν δεσποτῶν αὐτοῦ, καὶ αὐτῆς Αἰγύπτου βασιλείαν τε καὶ ἡγεμονίαν παραδίδωσι. πλὴν ἀλλὰ καὶ οὗτος Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων, οὐχὶ δὲ Ἰουδαῖος, ὅτι μηδὲ ἦν πω τὰ Ἰουδαίων, ἐν τοῖς μάλιστα θεοφιλέσι καὶ τρισμακαρίοις ἀνείληπται. μετὰ δὲ τοὺς εἰρημένους Ἑβραίους, ἐπειδὴ εἰς πολυανθρωπίαν ἐπεδίδου τὸ τῶν ἀπογόνων γένος, ἤδη τε καὶ τὸ Ἰουδαίων ἐξ αὐτῶν ἔθνος συνεστὼς, ἐπλεόναζέν τε ὁσημέραι καὶ ἐπλήθυνεν, τὰ μὲν τῆς εὐσεβοῦς ἀγωγῆς τῶν προπάλαι θεο-C φιλῶν προπατόρων κατὰ σμικρὸν αὐτοῖς ἐξησθένει, καὶ ἀπημβλύνετο· τὰ δὲ τῆς παρ᾽ Αἰγυπτίοις διατριβῆς, τοσοῦτον τῶν δηλουμένων κατίσχυε πλῆθος, ὡς τῆς μὲν πατρίου ἀρετῆς εἰς λήθην ἐλθεῖν· τῇ δὲ παρ᾽ Αἰγυπτίοις ὁμοιοτροπίᾳ τοὺς βίους περιενεχθῆναι, ὡς κατὰ μηδὲν Αἰγυπτίων τὸν τρόπον διαφέρειν δοκεῖν. ἐνταῦθα δῆτα αὐτοῖς τοιοῖσδε ἀποτελεσθεῖσιν, ὁ τῶν προπατόρων Θεὸς Ἡγεμόνα καὶ Νομοθέτην ἐκπέμπει Μωσέα, τὰς διὰ χρησμῶν τῶν πρὸς τοὺς προγόνους αὐτῶν πιστούμενος ἐπαγγελίας. D κἄπειτα δι᾽ αὐτοῦ τὰ ἀναγραπτα θαύματα, καὶ τὰς παραδόξους θεοσημείας ἐπιτελέσας, τὸν ἁρμόδιον τοῖς τῶν ἀκροωμένων ἤθεσι προβάλλεται νόμον. οὐχ οἵοις τε γοῦν οὖσι διὰ τελείου τρόπου, τὴν πάτριον ζηλοῦν ἀρετὴν, οἷα δὴ τὰς ψυχὰς ἐμπαθεῖς καὶ νενοσηλευμένοι, τὴν κατάλληλον παρελάμβανον πολιτείαν, τὰ μὲν, προφανῶς ἐκ τοῦ προδήλου διατατομένου Μωσέως· τὰ δὲ, δι᾽ ὑπονοιῶν αἰνιττομένου σύμβολά τε καὶ σκιὰς, ἀλλ᾽ οὐ γυμνὴν ἀλήθειαν φυλάττειν αὐτοῖς καὶ περιέπειν ὑποθεμένου. καὶ δὴ τὸ Ἰουδαίων πολίτευμα ἐντεῦθεν ποθὲν ἀπὸ Μωσέως ἀρξάμενον, μέχρι καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ταῖς τῶν οἰκείων προφητῶν ἀκολούθως φωναῖς διαρκεῖ. ἔτι δὴ καὶ τοῦ Μωσέως ἦν αὐτοῦ καὶ τῶν μετέπειτα προφητῶν

pa. 14.

προφητῶν θέσπισμα, μὴ πρότερον ἐκλιπεῖν τὰ Μωσέως νόμιμά τε καὶ διατάγματα, ἢ τὰ τοῦ Χριστοῦ φανῆναι, τὰ τῆς καινῆς δηλαδὴ διαθήκης, τῆς διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι κατηγγελμένης· ἃ καὶ ὧδε τέλους ἔτυχεν, ἢ καὶ ἀναπεφώνηται. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν τῶν πρὸ Μωσέως Ἑβραίων βίον ἐν ὀλίγῳ διεληλύθαμεν, καὶ τόν γε τῆς κατ' αὐτοὺς εὐσεβείας χαρακτῆρα παρεστήσαμεν, ὥρα καὶ τὸν δογματικὸν αὐτῶν τρόπον, ἀπό τε τῆς Μωσέως γραφῆς, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν B προφητῶν ἐπισκέψασθαι.

Aqventibus Prophetis jam olim prædictum fuit, non ante sancitas à Mose leges antiqvatum iri, qvam eas Christus novi Testamenti tabulas conderet, qvas nunc demum ejusdem Servatoris nostri munere, gentibus passim omnibus resignatas atqve explicatas adeoqve prædictorum illorum veritatem ipso rerum exitu comprobatam videmus. Sed qvoniam de Hebræorum illorum, qvi ante Mosem claruerunt, vitæ ratione pauca libavimus, suoqve religionem ipsorum charactere expressam consignatamqve produximus; conseqvens est, uti jam eorum doctrinæ capita, tum Mosis ejusdem, tum posteriorum ex Prophetarum scriptis deprompta contemplemur. CAP. IV. TRAP.

θ.

IX.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΕΒΡΑΙΟΙΣ δογματικῶν θεωρημάτων.

HEBRÆORUM DOCTRINÆ Placita.

ΠΡΩΤΟΣ δ' οὖν ἁπάντων αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ θαυμάσιος Θεολόγος τε καὶ Νομοθέτης, πολιτείαν εὐσεβείᾳ προσήκουσαν διὰ τῆς οἰκείας γραφῆς τῷ Ἰουδαίων ἔθνει προκαταβαλλόμενος, οὐ τοῖς κοινοῖς καὶ πεπατημένοις ᾤηθη δεῖν χρήσασθαι προοιμίοις τῶν λόγων. περιλαβὼν δὲ πάντα νόμον πρακτικὸν τῶν ποιητέων, καὶ τῶν οὐ ποιητέων ἀπαγορευτικὸν, τάς τε δημοτελεῖς καὶ πολιτικὰς περὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους συμβολαίων διατάξεις, ἀπὸ τῆς πατρίου θεολογίας δεῖν ᾤετο τῆς θεολογίας ἄρξασθαι, καὶ τὴν καταρχὴν ποιήσασθαι τῆς διδασκαλίας, οὐδὲ ἑτέραν μάθησιν οἰκείαν νόμοις εὐσεβείᾳ προσή- D κουσαν ἡγησάμενος, ἢ τὴν ἄνωθεν ἐκ προπατόρων εἰς αὐτὸν ἥκουσαν θεολογίαν. ἄρχεται τοίνυν ἀπὸ Θεοῦ κατὰ τὰ πάτρια τῆς τῶν
•ὡς ᾗ προγόνων Ἑβραίων θεολογίας· •οὐχὶ φίλον Αἰγυπτίοις καὶ Φοίνιξιν ἦν, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν εἰς πλῆθος καταβάλλουσι τὴν σεβάσμιον προσηγορίαν, θεούς τε ὁρωμένους μὲν τοὺς κατ' οὐρανὸν φωστῆρας νομίζουσιν, ἀφανεῖς δὲ καὶ ἀοράτους, τοὺς ἐξ ἀνθρώπων κατοιχομένους, ἢ καὶ τοὺς χθονίους καὶ ἀερίους δαίμονας, κατὰ τὰ πρόσθεν ἡμῖν ἀπεληλεγμένα. ἀλλὰ γὰρ ἀπὸ τοῦ πάντων αἰτίου, ἀοράτων τε καὶ ὁράτων δημιουργοῦ τὴν καταρχὴν τοῦ παντὸς λόγου πεποιημένος, Νομοθέτην τοῦτον εἶναι διδάσκει τῆς τοῦ παντὸς

OMNIUM ergo princeps admirabilis ille Theologus atqve Legislator, Reipub. formam cum religione conjunctam C stylo ipse suo Judaicæ genti delineans, non jam vulgaribus illis atqve contritis utendum sibi exordiis putavit: sed cum ante jam animo legem universam, qva partim agenda juberentur, partim vetarentur non agenda; publicasqve simul ac civiles mutuò inter se contrahendi rationes ac regulas descripsisset; ex propria majorum suorum Theologia doctrinæ suæ ducendum initium intellexit: qvod aliud nullum disciplinæ genus legum suarum pietati consentaneum agnosceret, præter eam Theologiæ rationem, qvæ jam inde a primis illis gentis suæ Parentibus ad sua usque tempora permanasset. Itaqve a Deo ipso patriam priscorum Hebræorum Theologiam seqvutus, auspicatur: non jam Ægyptiorum, aut Phœnicum, aut reliqvarum nationum more, qvæ promiscuam in multitudinem venerandum illud Dei nomen abjicerent; & alios qvidem aspectabiles, hoc est infixa Cœlo sidera; alios aspectum fugientes Deos inveherent, partim ex hominibus illis, qvi jam ante vixissent, partim etiam eos Dæmones, qvi terras aut aerem oberrarent, uti superius in earum opinionum confutatione ostendimus. At vero ab ipsomet rerum omnium Auctore, ac tam earum, qvæ videri non possunt, qvam earum, qvæ sensibus usurpantur Molitore Deo totius orationis initium faciens, verum illum hujus Universitatis Legislatorem ac Moderatorem esse docet, sum- *Moses ab uno Deo orsus.*

mumqve totius orbis, perinde atqve unius cujusdam magnæ civitatis Regem constituit. Enimvero ita homines ipso statim principio instituit, ut ipsum non earum modo legum, qvibus eosdem paulo post informaturus erat, sed illarum etiam, qvibus natura universa pareret, Auctorem esse ac Dominum intelligerent. Regem enim ipsum mundi totius ac Legislatorem esse confirmat.

συστάσεως, ὥσπερ μιᾶς τινος μεγαλοπόλεως τοῦ κόσμου Βασιλέα καταστήσας. τὸ μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς τοῦτον ἡγεῖσθαι μὴ μόνον τῶν πρὸς αὐτοὺς μικρὸν ὕστερον διαταχθησομένων ἀνθρώποις νόμων αὐθέντην εἶναι καὶ Κύριον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν τῇ Φύσει τῶν ὅλων. Βασιλέα γὰρ αὐτὸν καὶ Νομοθέτην τοῦ σύμπαντος κόσμου παριστᾷ.

X.
DE GENERALI PROVIDENTIA, & Universi molitione.

ι.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘΟΛΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑΣ, καὶ περὶ τῆς συστάσεως, καὶ δημιουργίας τοῦ κόσμου.

Orbis creatio per Mosem patefacta.

VIDELICET, nutu ejus atqve potestate suam rebus omnibus essentiam naturamqve constare: ejusdemqve legibus ac terminis, apte atqve ordine, temporum cursus vicesqve describi. Ac primum qvidem ex omnibus cœlum, voce legeqve divina firmitatem suam obtinuisse, gravemqve terrarum molem, præter naturæ suæ conditionem, leviorum elementorum in medio mirum in modum suspensam ac libratam constitisse. Voce legeqve divinâ, mutuam alternamqve noctis ac diei conversionem fieri. Voce legeqve divina Solem ipsum, Lunam, reliqvorumqve Siderum chorum eleganti concinnoqve motu orbem suum conficere. Lege summi Regis conversionum mutationes, temporum discrimina, annorum circulos, annuasqve tempestates, cum admirabili totius universi consensu harmoniaq; compleri. Divinâ lege, Hyemem Veri, atqve hoc consequentium tempestatum vicibus cedere: eadem, altos ac profundos Oceani vortices hybernis æstibus atqve eluvionibus exundantes, suorum se se marium finibus, qvos transilire non audent, includere: eadem, terrarum siccam aridamqve naturam, defluentibus imbribus, ac nivibus modice allabentibus irrigatam, infinita plantarum & animantium genera producere: Uno verbo, Naturam illam, communem rerum parentem omnium, Dei præpotentis Numini servientem, divinis ejus legibus consiliisqve parere. Nec enim profecto casu ac temere, nec fortuito ac rationis experte motu, tantum hunc & tam singularem ornatum extitisse, nec cæcæ ulli inconsultæqve naturæ hanc tam ingentis tamqve perfecti operis speciem esse tribuendam: illud quidem, ut ex summi rerum omnium Architecti manibus pro-

ΝΕΥΜΑΤΙ μὲν γὰρ αὐτοῦ καὶ δυνάμει, τὴν τῶν ἁπάντων οὐσίαν γεγονέναι, νόμοις δὲ καὶ ὅροις πάλιν αὐτοῦ, ὁδῷ καὶ τάξει τὸν σύμπαντα διακυβερνᾶσθαι αἰῶνα. λόγῳ μὲν γὰρ καὶ νόμῳ Θεοῦ πρῶτον ἁπάντων οὐρανὸν ἐστερεῶσθαι, καὶ γῆς τὸ βαρὺ καὶ στερέμνιον παρὰ τὴν οἰκείαν Φύσιν λεπτομερεστέροις τῶν στοιχείων παρὰ Φύσιν ἐπαιωρεῖσθαι. λόγῳ δὲ καὶ νόμῳ θείῳ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας τὸν ἀμοιβαῖον ἀνακυκλεῖσθαι δρόμον· λόγῳ Θεοῦ καὶ νόμῳ, καὶ αὐτὸν Ἥλιον καὶ Σελήνην, καὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἀστέρων χορείαν, ἐν πρέποντι κόσμῳ τὴν προσήκουσαν ἐξανύειν πορείαν· νόμῳ δὲ τοῦ παμβασιλέως, τροπῶν ἀλλαγάς, καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτοῦ τε κύκλους, καὶ τὰς ἐτησίους ὥρας τῇ παναρμονίῳ τοῦ παντὸς ἀποπληροῦσθαι συμφωνίᾳ· νόμῳ θεοῦ, χειμῶνα μὲν ὑποχωρεῖν ἔαρι, τοῦτο δέ, ταῖς ἄγχιστα τῶν ὡρῶν τροπαῖς· καὶ θαλάττης δὲ βυθοὺς ταῖς χειμαδίοις πλημμυρίσιν ἐπικυματίζοντας, νόμῳ θείῳ τοῖς οἰκείοις ἐναποκεκλεῖσθαι πελάγεσι, ὡς μηδὲ τοὺς ὅρους τῶν ἱερῶν νόμων ὑπερβαίνειν τολμᾶν· καὶ τὴν ξηρὰν οὐσίαν ὀμβρίοις νάμασι, καὶ νιφετοῖς, νόμῳ θείῳ πάλιν συμμέτρως ἐπικεχορηγημένοις, ἀρδομένην τὴν γῆν, μυρία γένη Φυτῶν τε καὶ ζώων ἀναδιδόναι. ἑνί τε λόγῳ, τὴν παμμήτορα τῶν ὅλων Φύσιν προστάγματι θεοῦ δεδουλωμένην, νόμοις θείοις ὑπείκειν καὶ τῇ τοῦ πανηγεμόνος θεοῦ βουλῇ. μὴ γὰρ εἰκῇ, μηδ' ὡς ἔτυχε, μηδ' αὐτομάτῳ καὶ ἀλόγῳ φορᾷ συνεστάναι τὸν τηλικοῦτον διάκοσμον, μηδ' ἀναιτίου Φύσεως ἔργον τυγχάνειν τὸ μέγα τοῦτο καὶ περικαλλὲς τεχνούργημα· ἀλλ' εἶναι μὲν ποίημα τοῦ πανσόφου τῶν ὅλων Ἀρχιτέκτονος, οὗ δὲ

„ἆρά τις καὶ τρίτον εἶναι λέξει λόγον, ὡς ἁρμόζοντα περὶ τῶν ἀγενήτων λεχθῆναι, τουτέστι τὸ μὴ κεχωρίσθαι τῆς ὕλης τὸν Θεόν, μήτ᾽ αὖ πάλιν ὡς ἐν μέρει ταύτης, εἶναι δὲ καθάπερ ἐν τόπῳ τῇ ὕλῃ τὸν Θεόν, ἢ καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ, τὸ συνεχὲς ἀκουέτω, ὅτι εἰ τόπον τοῦ Θεοῦ τὴν ὕλην εἴπωμεν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ χωρητὸν λέγειν δεῖ, καὶ περὶ τῆς ὕλης περιγραφόμενον. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως αὐτὸν τῇ ὕλῃ ἀτάκτως φέρεσθαι, μὴ ἵστασθαί τε μηδὲ μένειν αὐτὸν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ ἀνάγκη, τοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν, ἄλλοτ᾽ ἄλλως φερομένου. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἐν χείροσι γεγονέναι τὸν Θεὸν εἰπεῖν ἀνάγκη. εἰ γὰρ ἦν ποτε ἀκόσμητος ἡ ὕλη, ἐκόσμησε δὲ αὐτὴν εἰς τὸ κρεῖττον τρέψαι προαιρούμενος, ἦν ποτε ὅτε ἐν ἀκοσμήτοις ἦν ὁ Θεός. Δικαίως δ᾽ ἂν καὶ τοῦτ᾽ ἐροίμην τὸν λόγον, πότερον ἐπλήρου τὴν ὕλην ὁ Θεός, ἢ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης ἦν. εἰ μὲν οὖν ἐν μέρει τινὶ τῆς Ὕλης εἰπεῖν τις ἐθέλοι τὸν Θεόν, πλεῖστον ὅσον μικρότερον τῆς ὕλης λέγει. εἰ δὲ μέρος αὐτῆς, ὅλον ἐχώρησεν αὐτόν. εἰ δ᾽ ἐν πάσῃ εἶναι λέγοι τῇ ὕλῃ, πῶς ταύτην ἐδημιούργει φραστέον. ἀνάγκη γὰρ ἢ συστολήν τινα τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἧς γενομένης ἐδημιούργει ἐκεῖνο, ἀφ᾽ οὗ ὑπεχώρησεν, ἢ καὶ ἑαυτὸν τῇ Ὕλῃ συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον. Εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ εἶναί τις λέξοι, ὁμοίως ἐξετάζειν δεῖ, πότερον ὡς διισταμένου αὐτοῦ ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ζώων ὑπάρχει γένη, διαιρουμένου καὶ μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων αὐτῷ, ἢ ὡς ἐν τόπῳ, τουτέστιν ὥσπερ ἐν γῇ ὕδωρ. εἰ μὲν γὰρ εἴποιμεν ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἰπεῖν. εἰ δ᾽ ὥσπερ ἐν γῇ τὸ ὕδωρ, ἦν δὲ ἄτακτος ἡ ὕλη καὶ ἀκόσμητος, πρὸς δὴ τούτοις ἔχουσα τε καὶ κακά, τὸν Θεὸν λέγειν ἀνάγκη τόπον εἶναι τῶν ἀκοσμήτων καὶ τῶν κακῶν. ὅπερ οὐκ εὔφημον εἶναί μοι δοκεῖ, ἐπισφαλὲς δὲ μᾶλλον. Ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν εἴπῃς τὸν Θεόν, καὶ τοῦτο φεύγειν προαιρούμενος, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι λέγεις. εἰ μὲν οὖν τὴν ὕλην ἐκ τῶν ὑποστάντων γενητῶν ὑπονοεῖν ἀγένητον ὑπάρχειν ἔλεγες, πολλὴ

Cap. IX Trap. Et sane si ex rerum genitarum ortu atque natura in eam te mentem adductum esse

αὖ περὶ αὐτῆς ἐποιησάμην λόγον, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτήν. ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν, αἰτίαν ἔφησθα εἶναι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, διὰ τοῦτ' ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τούτων ἔρχεσθαί μοι δοκῶ. Φανεροῦ γὰρ γενομένου τοῦ λόγου, καθ' ὃν τρόπον ἐστὶ τὰ κακά, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν τὸν Θεόν, ἐκ τοῦ ὕλην αὐτὸν ὑποτιθέναι, τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἀναιρεῖσθαί μοι δοκεῖ. Φὴς τοίνυν ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ Θεῷ, ἐξ ἧς τήνδε τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν. Οὕτω μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ κόσμος παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἱ ποιότητες, τῶν ποιοτήτων ποιητὴς γέγονεν ὁ Θεός. Οὕτως ἔχει. ἐπεὶ δέ σου καὶ λέγοντος ἔμπροσθεν ἤκουον, ὡς ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαί τι, πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀπόκριναι τὴν ἐμήν. δοκεῖς μοι τὰς τοῦ κόσμου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων γεγονέναι δοκεῖν, ἑτέρων δέ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς. Οὕτως ἔχει. εἰ μὲν οὖν μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεός, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτὰς εἶναι, ἐκ μὴ ὄντων αὐτὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονέναι εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ὅθεν περιττῶς ἐδόκεις μοι λέγειν, συλλελογίσθαι ὡς οὐκ ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν, ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι τι παρὰ τοῦ Θεοῦ. ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν θεωροῦμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιοῦντάς τινα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δοκοῦσι ποιεῖν ἔν τινι, οἷον ἐπὶ τῶν Ἀρχιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν. Καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν. εἰ δ' ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπόκεινται, οἴει ἐξ ὄντων αὐτοὺς ταῦτα ποιεῖν, σφάλλῃ τῷ λόγῳ. οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν, ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ αὖ τοὺς ναοὺς, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη· ἡ δὲ τέχνη οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἐν ταῖς οὐσίαις τέχνης γίνεται. ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ, ὅτι ὁ τεχνίτης ἐξ ἧς ἔχει τέχνης τὴν ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνην ποιεῖ. πρὸς δὲ τοῦτο λέγεσθαι τοῦτ' ἂν ἔχειν μοι δοκεῖ, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης γίνεται. Οὐ γὰρ ἔνεστιν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὖσαν δοῦναι τὴν τέχνην· τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐστὶν, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι λαμβανόντων, ὁπόταν ἐν οὐσίᾳ γίνωνται.

Adiceres, ut ortu carere materiam putares; ita rem habere non posse, pluribus eqvidem rationibus ostenderem. Nunc quoniam malorum procreationem hanc tibi suspicionem movisse ais, singularem propterea de illis disputationem instituendam putavi. Nam ubi semel intellectum erit, qvemadmodum existant mala, ac simul qui Deum materia usum esse dicat, ei quoqve Deum malorum auctorem habendum esse constiterit, tum una suspicionem istam funditus sublatum iri existimo. Tu ergo B materiam ab omni qualitate vacuam, ex qua Deus Mundum hunc procrearit, cum eo simul esse contendis. Ita mihi quidem videtur. Ergo si ab omni qualitate vacua Materia fuit, & procreatus a Deo Mundus est, & qualitates in Mundo sunt, istarum profecto qualitatum auctor Deus est. Utique. Quoniam igitur ex te ipso paulo ante audiebam, ex nihilo fieri nihil omnino posse: hoc tu mihi respondeas velim. Existimas, ni fallor, Mundi qualitates neqve subjectis ex qvalitatibus factas esse, & tamen a Naturis esse distinctas. Omnino. Si ergo qua- C litates a Deo, neq; subjectis ex qualitatibus, neq; etiam ex naturis productæ sint, quod naturæ non sint, eas ex nihilo certe quidem productas esse necesse est. Qvare, frustra, opinor; tuis id argumentis effectum esse dicebas, nihil ut omnino Deus ex nihilo efficere potuisse crederetur. Qvanqvam hunc etiam in modum hac ipsa de re disputare licet. Ab hominibus interdum videmus, ex eo, quod nusquam est, nonnulla fieri, ut in alio qvopiam susceptum opus efficere maxime videantur. Nam, ut in Architectis exem- D plum statuamus, urbes illi quidem, non tamen ex urbibus; templa quoqve non ex templis ædificant. Si enim quod substantiæ quædam iis subjectæ sint, illos idcirco ex iis, quæ ante jam essent, ista moliri existimes, tuum te fallit argumentum. Nec enim ejusmodi substantia, vel urbem, vel templum, efficit, sed ea tantum ars, quæ circa substantiam versatur. Ars ista porro, non jam ex simili quodam artis genere, quod iis substantiis includatur, existit, sed ex nulla prorsus antegressa in illis arte perficitur. At enim occurres, Artificem ex ea demum qua præditus arte est, artem in substantiæ geminam efficere. Atqui ne in ipso quidem homine, ex antegressa quadam arte ars illa perficitur. Nec enim fas est artem, qvæ per se ipsa sit, ullam statuere, cum accidentium, adeoqve rerum illarum ex genere sit, quæ tum primum alterius beneficio esse incipiunt, cum in substantia producuntur.

Etenim, ut Architectura nulla sit, homo tamen erit: eadem, si non prius homo fuerit, esse nulla poterit. Ita concludendum necessario est, ejusmodi artium esse naturam, ut in hominibus ex eo, quod nusquam est, oriantur. Quod si verum in hominibus esse ostendimus, quisquamne porro negare audeat, ex nihilo vel qualitates, vel ipsas quoq; substantias a Deo fieri posse? Nam quæ ratio fieri omnino quicquam ex nihilo posse demonstrat, eadem in substantiis quoq; valere debet. Sed quoniam de malorum procreatione aliquid audire gestis, in eam deinceps disputationem ingrediar. Ac primum pauca ex te sciscitari libet. Utrum ergo mala substantias, an substantiarum qualitates esse putas? Substantiarum qualitates, inquis. Atqui Materia ut qualitate, sic figura omni spoliata erat: hoc enim jam ante posito, institutam disputationem persequutus sum. Igitur, si & substantiarum qualitates mala sunt, & Materia qualitate omni carebat, Deum porro qualitatum auctorem esse confessus es; erit idem malorum etiam Architectus. Itaque Deo materiam adjungere supervacaneum est, cum nec sic quidem malorum procreatione solutum & immunem Deum habere possis. Tu, si quid habes, quod huic argumento respondeas, incipe vero. Et quidem si contentionis & pugnæ studio, hæc a nobis suscepta disputatio foret, malorum rationem in quæstionem iterum vocari non paterer. Sed quoniam amicitia potius, & proximi utilitas in hujusmodi nos sermonem adduxit, age, hanc de integro quæstionem disceptare liceat. Equidem sensum tibi meum, quidve hac in disputatione sequar, notum abunde tibi & exploratum esse non dubito: hoc me nimirum agere, non ut verisimilibus argumentis falsum extorqueam, sed ut accurata disquisitione illustratum & confirmatum verum habeamus. Nec alio te animo esse, prorsus intelligo. Qua te ergo ratione verum assequi posse arbitraris, ea tibi libere atque ingenue utendum statue. Nam dum eo, quod melius est, abuteris, rem utiq; non tibi modo, sed etiam mihi, quem ignorantia liberabis, perutilem feceris. Nunc igitur substantias quasdam, opinor, mala esse voles, quod ea, præterquam in substantiis, nusquam omnino videantur. Ergo, bone vir, cum substantias mala esse putes, sequitur profecto, ut excutienda nobis substantiæ natura sit. An tu substantiam corporeæ molis coagmentationem aliquem esse arbitraris?

A ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ χωρὶς τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἔσται· ἡ δ' οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχον ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; τῷ γὰρ δυνατὸν φανῆναι γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, τῷ καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν B δείκνυται. Ἐπεὶ δὲ πόθος ἐστί σοι περὶ τῆς τῶν κακῶν γενέσεως ζητεῖν, ἐπὶ τὸν τούτων ἐλεύσομαι λόγον. καί σου βραχέα πυθέσθαι βούλομαι. Τὰ κακὰ πότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν; ποιότητας οὐσιῶν εὖ ἔχειν λέγειν μοι δοκεῖ. ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος, ὅπου προλαβὼν ἐξεῖπον τῷ λόγῳ. Οὐκοῦν εἰ τὰ κακὰ ποιότητες ὑπάρχουσιν οὐσιῶν, ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν, τῶν δὲ ποιοτήτων ποιητὴν εἶπας τὸν Θεὸν εἶναι, ἔσται καὶ τῶν κακῶν Δημιουργὸς ὁ Θεός. ὅτε C τοίνυν οὐδ' οὕτως ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν δυνατὸν τὸν Θεόν, ὕλην αὐτῷ προσάπτειν περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ. Εἰ δέ τι πρὸς ταῦτα λέγειν ἔχεις, ἄρχου τοῦ λόγου. εἰ μὲν ἐκ φιλονεικίας ἡμῖν ἡ ζήτησις ἐγίνετο, οὐκ ἂν δεύτερον περὶ τῶν κακῶν ἠξίουν ὁρίζεσθαι· ἐπεὶ δὲ φιλίας ἕνεκα μᾶλλον, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ὠφελείας τὴν ἐξέτασιν ποιούμεθα τῶν λόγων, ἄνωθεν περὶ τούτων ὁρίζεσθαι ἀξιῶ συγχωρεῖν. Τὴν μὲν προαίρεσιν D τὴν ἐμήν, ἐκ πολλοῦ σοι φανερὰν εἶναι δοκῶ, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδήν, ὅτι οὐ πιθανῶς εἰπὼν ψεῦδος νικῆσαι θέλω, ἀλλὰ δειχθῆναι τὴν ἀλήθειαν μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. καί σε δὲ οὕτω διακεῖσθαι σαφῶς ἐπίσταμαι. ὅθεν οἵῳ τρόπῳ χρώμενος νομίζεις δύνασθαι τὸ ἀληθὲς εὑρεῖν, τούτῳ χρῆσαι μηδὲν δυσωπούμενος. οὐ γὰρ σεαυτὸν ὠφελήσεις μόνον, χρησάμενος τῷ κρείττονι, ἀλλὰ πάντως κἀμὲ περὶ ὧν ἀγνοῶ. σαφῶς παραστῆναί μοι δοκεῖς καὶ τὰ κακὰ οὐσίας ὑπάρχειν τινάς. οὐδὲ γὰρ ἐκτὸς οὐσιῶν αὐτὰ ὄντα βλέπω. ἐπεὶ τοίνυν ὦ οὗτος καὶ τὰ κακὰ οὐσίας εἶναι λέγεις, ἀνάγκη τὸν τῆς οὐσίας ἐξετάζειν λόγον. δοκεῖ σοι τὴν οὐσίαν σωματικήν τινα σύστασιν εἶναι; pag. 10

δοκεῖ. Ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ὑπάρχει οὐ δεομένη τινὸς, οὗ γινομένου τὸ εἶναι λήψεται; οὕτως ἔχει. δοκεῖ δέ σοι τὰ κακὰ ἐνεργείας εἶναί τινος; οὕτω μοι φαίνεται. Αἱ δὲ ἐνέργειαι τότε τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ὁπότ' ἂν ὁ ἐνεργῶν παρῇ; οὕτως ἔχει. οὐκ ὄντος δὲ τοῦ ἐνεργοῦντος, οὐδ' ὅπερ ἐνεργεῖ ἔσται ποτέ; οὐκ ἔσται. οὐκοῦν εἰ ἡ οὐσία σωματική τίς ἐστι σύστασις, αὕτη δὲ οὐ δεῖται τινος, ἐν ᾧ γινομένη τὸ εἶναι λήψεται· τὰ δὲ κακὰ ἐνέργειαι ὑπάρχουσί τινος, αἱ δὲ ἐνέργειαι δέονται τινος, ἐν ᾧ γινόμεναι τὸ εἶναι λαμβάνουσιν· οὐκ ἔσονται οὐσίαι τὰ κακά. Εἰ δὲ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος, ἐνέργεια ὑπάρχει τινὸς, οὐκ ἔστιν ἄρα οὐσία ὁ φόνος. εἰ δὲ τὰ ἐνεργοῦντα οὐσίαν εἶναι θέλεις, σύμφημι κἀγώ. οἷον ἄνθρωπος ὁ φονεὺς, καθ' ὃν μὲν λόγον ἄνθρωπός ἐστιν, ὑπάρχει οὐσία· ὁ δὲ, ὃν ποιεῖ, φόνος, οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλ' ἔργον τῆς οὐσίας. Λέγομεν δὲ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν κακὸν, διὰ τὸ φονεύειν· ποτὲ δ' αὖ πάλιν διὰ τὸ εὐεργετεῖν, ἀγαθόν. καὶ προσπλέκεται ταῦτα τὰ ὀνόματα τῇ οὐσίᾳ ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ, ἅτινα οὐκ ἔστιν αὐτή, οὔτε γὰρ φόνος ἐστὶν ἡ οὐσία, οὔτ' αὖ πάλιν ἡ μοιχεία, οὔτε τι τῶν ὁμοίων κακῶν· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τῆς Γραμματικῆς ὁ Γραμματικὸς λέγεται, καὶ ἀπὸ τῆς Ῥητορικῆς, ὁ Ῥήτωρ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰατρικῆς, ὁ Ἰατρὸς, τῆς οὐσίας οὔτ' Ἰατρικῆς οὔσης, οὔτε μὴν Ῥητορικῆς, οὔτε Γραμματικῆς· ἀλλ' ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ τὴν προσηγορίαν λαμβανούσης, ἀφ' ὧν οὕτως ὀνομάζεσθαι δοκεῖ, οὐδ' ὁπότερον αὐτῶν οὖσα, ὁμοίως μοι φαίνεται καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι κακῶν τὴν οὐσίαν ὄνομα προσλαμβάνειν, οὐδ' ὁπότερον οὖσαν αὐτῶν. Καί μοι ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τινα ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ τῶν κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς κἀκεῖνος καθὸ ἐν τούτοις ἐνεργεῖ καὶ ὑποβάλλει ποιεῖν τὰ κακὰ, ἔστι καὶ αὐτὸς κακὸς ἐξ ὧν ποιεῖ. διὰ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνος κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι τῶν κακῶν ἐστι ποιητής. ἃ δέ τις ποιεῖ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ κακὸς λέγεσθαι λαμβάνει.

A Arbitror vero. Ista porro corporea moles num ita existit ipsa per sese, nullius ut opem omnino desideret, ac eo præsente tum esse incipiat? Prorsus. Quid? Num tibi mala in actione quadam videntur esse posita? Videntur sane. Actiones autem num esse tunc primum incipiunt, cum is, qvi agit, præsens adfuerit? Uriqve. Sin qui aget, nullus erit, ne id quidem, qvod ipse agat, esse poterit? Non poterit. Ergo si & substantia corporeæ molis coagmentatio qvædam est, nec ullius præsentiam reqvirit, in quo sata existendi vim accipiat: B contra vero mala alterius cujusdam actiones sunt, actiones istæ porro alicujus præsentiam postulant, in quo dum fiunt, tum existere primum incipiunt; restat profecto, ut substantiæ mala esse non possint. Quod si verum est, itemque si malum cædes est, ac proinde alicujus actio; cædes igitur substantia esse non potest. Jam si quæ agendi vim habent, ea substantias esse vis, fateor id quidem: homo enim cædis alicujus auctor, quatenus homo est, substantia quædam est: quæ tamen C cædes ab eo fit, ea non substantia, sed substantiæ opus est. Cæterum hominem aliquando malum, ob cædem ab illo patratam; aliquando bonum propter beneficium ab eodem profectum appellamus: qvæ nomina, propter ea quæ substantiæ contigerint, ad ipsam adhærescunt illa quidem, substantia tamen ipsa non sunt. Nec enim aut cædes, aut adulterium, aut aliud quodcunque malum, substantia est. Sed quemadmodum a Grammatica Grammaticum, Rhetorem a Rhetorica, a Medi- D cina Medicum nominamus, cum tamen neqve Medicina, neqve Rhetorica, neque Grammatica substantia sit: sed tantum ex iis, quæ sibi eveniunt, hanc nominum, quorum ipsa nullum est, varietatem sortiatur. Sic ab iis, quæ vulgo mala censentur, substantiæ nomen imponi statuo, quorum tamen ipsa nullum est. Perinde autem philosophari debes, ut alium aliqvem hominibus malorum auctorem animo & cogitatione fingas, eumqve similiter, quatenus in ipsis male agendi principium & causa quædam est, ob illa ipsa, quæ agit, malum esse. Nam malus utique dicitur ipse quoque, quod malorum auctor ipse sit: quæ porro quis agit, ea non jam ipse, sed ipsius tantum actiones quædam sunt, unde mali nomen haurit.

„ Enimvero ſi quæ a quoqve fiunt, eadem „ ipſum eſſe diceremus, cum cædes, adulteria, furta, aliaque id genus ſcelera ab aliquo patrarentur, hæc omnia ſimul unus idemque foret. Ejusmodi porro ſi erit; cum iſthæc omnia tum exiſtant modo cum fiunt, ac ſimul eſſe deſinant, cum fieri deſinunt, fiant autem ab hominibus; homines certe quidem, ut eorum artifices, ſic & quamobrem illa modo ſint, modo non ſint, cauſæ ipſimet erunt. Quod ſi ejusdem actiones, iſta eſſe concedis; ex iis tantum, quæ fecerit, non ex iis, quibus ſubſtantia conſtat, is habet, ut malus ſit. Mali enim appellationem, ex iis, quæ ſubſtantiæ contingunt, quæque ſubſtantia ipſa non ſunt, petendum eſſe diximus, quemadmodum a Medicina Medicum nominamus. Nunc vero, ſi pro rerum, quæ ab eo fiunt, conditione, cuicuimodi eſſe primum incipiat: idem quoqve malus eſſe cœpit, ipſaque adeo mala ſimul eſſe cœperunt. Id quod ſi verum eſt, neq, malus malitiæ ſuæ principio, neqve mala ipſa ortu carebunt, cum ab illo profecta eſſe dicantur. Præclare tu quidem & abunde ſuperioris opinionis errorem, o Amice, tam luculenta diſputatione confutaſti: ex iis enim, quæ ante poſueras, egregie confecta res eſt. Enimvero, ſi qualitate omni ſpoliata Materia erat; proindeqve ſi & qualitatum auctor Deus eſt, & qualitates iſtæ mala ſunt, Deum plane malorum auctorem eſſe conſequitur. Quare quod priorem illam ſententiam attinet, ab ea ſum tua hac ratione deductus. Eſto. Nunc autem falſum illud mihi videtur, Materiam qualitatibus vacuam fuiſſe. Nam ſubſtantia nulla qualitate omni carere dici poteſt: cum eo ipſo, quo Materiam quis omni qualitate ſpoliatam eſſe diceret, propriam ejus qualitatem indicaret, dum, qualis Materia ſit, explicaret, quod ipſum utiqve ſingularis quædam ratio qualitatis eſt. Deinceps ergo, niſi moleſtum eſt, hanc mihi rurſus a capite diſputationem arceſſe. Jam enim Materiam qualitatibus ex omni æternitate præditam, malaqve ſimul omnia ex quodam ejus defluxu nata eſſe defendo, ne Deo cauſa malorum aſſignetur, quæ ſolam in Materiam conferenda ſit. Mihi vero tuus hic animus, o Amice, admodum probatur, placet hoc in concertationis genere tam ſtudioſa contentio. Atque idem profecto eorum omnium, qui ſe diſcendi cupidos profitentur, conſilium eſſe oporteret, ut non ſimpliciter ac temere, quicquid ab aliis dicitur, arriperent, ſed rationum vim atque pondus ſuis accurate ac diligenter momentis æſtimarent.

A εἰ γὰρ αὐτὸν ὑπάρχειν εἴποιμεν, ἃ ποιεῖ, ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχείας, καὶ κλοπὰς, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια, αὐτός ἐστι ταῦτα. εἰ δὲ ταῦτ' ἔστιν αὐτός, ταῦτα δ' ὅτε γίνεται τὴν σύστασιν ἔχει, οὐ γινόμενα δὲ καὶ τοῦ εἶναι παύεται, γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων, ἔσονται τούτων οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μηκέτ' εἶναι αἴτιοι. εἰ δὲ ταῦτα ἐνεργείας αὐτοῦ φῄς, ἐξ ὧν ποιεῖ, τὸ κακὸς εἶναι ἔχει, οὐκ ἐξ ὧν ἐστιν ἡ οὐσία. κακὸν δὲ εἴπομεν λέγεσθαι ἀπὸ B τῶν συμβεβηκότων τῇ οὐσίᾳ, ἅτινα οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία, ὡς ἀπὸ τῆς Ἰατρικῆς, Ἰατρόν. Εἰ δὲ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει, ἤρξατο κἀκεῖνος εἶναι κακὸς, ἤρξατο δὲ καὶ ταῦτα τὰ κακά. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, οὐκ ἔσται ἀνάρχως κακὸς, οὐδὲ ἀγένητα τὰ κακά, τῷ γενητὰ πρὸς αὐτοῦ εἶναι φάναι. Τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον, ὦ φίλε, λόγον ἱκανῶς μοι πεποιῆσθαι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προὔλαβες τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. ὡς ἀληθῶς C γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς ὑπάρχει ὁ Θεὸς, ποιότητες δὲ τὰ κακὰ, τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος πρὸς ἐκεῖνον εἰρήσθω καλῶς, ἐμοὶ δὲ ψευδὴς δοκεῖ τὴν ὕλην ἄποιον εἶναι λέγειν. οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν περὶ ἧστινοσοῦν αἰτίας, ὡς ἔστιν ἄποιος. καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς μηνύει, ὁποία ἐστὶν ἡ ὕλη διαγραφόμενος, ὅπερ ἐστὶν ποιότητος εἶδος. ὅθεν εἴ σοι φίλον ἐστὶν, ἄνωθεν ἔχου πρὸς ἐμὲ τοῦ λόγου. ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕ- D λη ἀνάρχως ποιότητας ἔχειν δοκεῖ. οὕτως γὰρ καὶ τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀπορροίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ἵνα τῶν κακῶν ὁ μὲν Θεὸς ἀναίτιος ᾖ, τούτων δὲ ἁπάντων, ἡ ὕλη αἰτία. Τὴν μὲν προθυμίαν τὴν σὴν ἀποδέχομαι, ὦ φίλε, καὶ σοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδὴν ἐπαινῶ. προσῆκε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἕκαστον τῶν φιλομαθῶν, μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε συγκατατίθεσθαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων.

» οὐδὲ γὰρ εἰ ὁ προσζητῶν, παραλογισμὸν ὁρισά- A
» μενος ἀφορμήν, παρέχει τῷ προσδιαλεγο-
» μένῳ συνάγειν ὡς ἐθέλει, τοῦτο καὶ τὸν ἀκροα-
» τὴν πείσει. ἀλλ' εἴ τι δοκεῖ δυνατὸν εἶναι λέ-
» γεσθαι καλῶς, τοῦτο λέξει· παρ' ὧν δυοῖν θά-
» τερον ἔσται· ἢ γὰρ πρὸς ὃ κινεῖσθαι δοκεῖ ἀκού-
» σας τέλεον ὠφεληθήσεται, ἢ τὸν προσδιαλε-
» γόμενον ἐλέγξει οὐ τἀληθῆ λέγοντα. οὐ δο-
» κεῖς δέ μοι δεόντως εἰρηκέναι τὴν ὕλην ἄνω-
» θεν ποιότητας ἔχειν. εἰ γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, τίνος
» ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, B
» προεῖναι ταύτας φαμέν. εἴτ' αὖ πάλιν ποιό-
» τητας, καὶ ταύτας ὑπάρχειν. οὐκοῦν οὐσίας τε
» οὔσης καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ
» δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν. ἵνα δὲ καὶ μὴ κα-
» τασκευάζειν τινὰ δόξω λόγον, ἀπόκριναι νῦν
» ἐρωτώμενος, τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναι φὴς
» τὸν Θεόν; πότερον ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν εἰς τὸ
» μηκέθ' ὑπάρχειν ἐκείνας, αἵπερ ἦσάν ποτε,
» ἀλλ' ἑτέρας παρ' αὐτὰς γενέσθαι, ἢ ὅτι τὰς
» μὲν οὐσίας ἐφύλαξεν ἐκείνας, αἵπερ ἦσαν C
» πρὸ τούτου, τὰς δὲ ποιότητας ἔτρεψεν αὐτῶν;
» οὔ τι μοι δοκεῖ. ἀλλαγήν τινα οὐσιῶν γεγονέ-
» ναι. καὶ γὰρ ἄτοπον τοῦτο λέγειν μοι φαίνεται. τρο-
» πὴν δέ τινα τῶν ποιοτήτων γεγονέναι φημί,
» καθ' ἃς δημιουργὸν εἶναι λέγω τὸν Θεόν, καὶ
» ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων οἰκίαν γεγο-
» νέναι, ἐφ' ᾧ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὡς οὐκ ἔτι λίθοι
» μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία γενόμενοι οἱ λίθοι. τῇ
» γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέ-
» ναι φημί, τραπείσης δηλονότι τῆς προτέρας D
» τῶν λίθων ποιότητος. οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὸν Θεόν,
» ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, τροπήν τινα τῶν ποιοτή-
» των αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ
» κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέ-
» γω. ἐπεὶ τοίνυν τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πρὸς
» τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φής, ἀπόκριναί μοι βρα-
» χέα πυθέσθαι προαιρουμένῳ. λέγε δή, εἰ ὁ-
» μοίως καὶ σοὶ δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητας εἶναι
» τῶν οὐσιῶν; δοκεῖ. ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες
» αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔχον τοῦ εἶναι; συν-
» εἶναί φημι ἀγεννήτως τῇ ὕλῃ ταύτας τὰς
» ποιότητας. οὐχὶ δὲ τὸν Θεὸν φὴς τροπήν τινα
» τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι; τοῦτό φημι. πό-
» τερον οὖν εἰς τὸ κρεῖττον, ἢ εἰς τὸ χεῖρον;

Nec enim, ſi qui cum altero diſſerit, con- »
cinnatum abs ſeſe fallax aliqvod & captio- »
ſum argumenti genus, ſua illi ex mente »
ſenſuque concludendum obtrudet, audi- »
tori propterea, quod volet, hac arte perſva- »
ſerit: ſed aliqvid tum demum is egerit, ſi »
quod abs ſe cum ratione dici poſſe videbi- »
tur, id in medium proferet. Nam tum e »
duobus alterum conſequetur. Aut enim »
qui audiet, quo impelli ſeſe ferriqve ſenſe- »
rit, in eo tandem magno cum ſuo fructu ac- »
quieſcet, aut adverſarium ipſe ſuum erroris »
falſiqve convincet. Ergo, ut ad rem veni- »
am, equidem ſic exiſtimo, minus abs te ve- »
re qualitatibus ab omni ævo Materiam in- »
ſtrui. Hoc enim ſi verum eſt, cujus tan- »
dem rei Deum auctorem habebimus? Sub- »
ſtantiarum? at eas jam prius extitiſſe dici- »
mus. Qvalitatum? at illas quoqve jam ante »
fuiſſe agnoſcimus. Cum igitur & ſubſtan- »
tia per ſeſe jam, & qualitates exiſtant, »
quamobrem Deum conditorem appelle- »
mus. ſupereſt profecto nihil. Verum ne »
arguti quidpiam ipſe moliri velle videar, »
dic ipſemet obſecro, qua tu ratione condito- »
rem Deum eſſe putes. An quod ſubſtanti- »
arum naturam immutarit, ut quam nactæ »
prius fuerant exuentes, novam ipſæ quan- »
dam & alienam induerent? An potius, quod »
ſubſtantiis in propria naturæ ſuæ ratione »
conſervatis, earum tamen qualitates muta- »
rit? Ego vero nullam in ſubſtantiis mutati- »
onem contigiſſe arbitror. Abſurdum enim »
id utiqve fuerit. Qualitates ergo mutatas »
fuiſſe ajo, quod mutationis genus condito- »
ris Deo nomen indiderit. Quemadmodum »
enim ſi domum aliquam e lapidibus factam »
eſſe dicamus, non tamen continuo verum »
ſit, lapides, ex ſua priore ſubſtantia, eam in »
domum eſſe converſos: quippe certo quo- »
dam ex compoſitionis genere domum exti- »
tiſſe contendo, priori lapidum qualitate mu- »
tata. Sic videtur mihi Deus, integra manen- »
te ſubſtantia, quandam ipſius qualitatum »
mutationem effeciſſe, ex qua Mundus iſte »
hoc habeat, ut a Deo conditus eſſe dicatur. »
Audio. Cum igitur peculiarem quandam »
ejusmodi qualitatum rationem a Deo pro- »
fectam eſſe ſtatuas, pauca mihi tantum abs »
te reſponderi velim. Dic amabo. Num tu »
ſimiliter qualitates iſtas ſubſtantiarum mala »
quædam eſſe opinaris? Omnino. Utrum »
igitur qualitates illæ jam inde ab omni ævo »
Materiæ inerant; an exiſtendi principium »
aliquod habuere? Inerant vero citra »
ullum ortus ſui principium. Quid? Num »
tu aliquam a Deo mutationem qualitatum iſtarum effectam eſſe contendis? Plane. »
Utrum eam in melius, an vero in deterius factam arbitraris? In melius certe quidem. »

Si ergo qualitates Materiæ mala sunt, eædemque cum melioribus a Deo commutatæ fuerunt: unde mala profluxerint, quærendum necessario est. Aut enim qualitates istæ prioris naturæ conditionem non exuerunt: aut si, cum prius malæ non essent, illa tamen divinitus facta mutatione, quæ priorem naturam expulerit, ejusmodi, qvas nunc habet, inustas Materiæ qualitates esse arbitraris: malorum profecto causa Deus erit, qui quæ malæ per sese non erant, eas in malas commutarit. At forte ne malas quidem qualitates Deus in meliores convertit, sed reliqvas tantum, hoc est eas, quibus nihil esset cum bonis malisve commune, ut major ex ea mutatione ornatus existeret. Ita quidem jam inde ab initio sentiebam. Quomodo igitur quæ malæ per sese erant, eas sine ulla mutatione relictas ab eo fuisse ais? An quod illas ut tollere similiter ac delere potuisset, noluerit tamen? an potius, quod id perficere nullo modo potuerit? Si potuisse concedis, negas voluisse: illarum causam in Deum conferas necesse est, qui cum eas innata malitia liberare posset, suam tamen iis conditionem relinqvere maluerit, quo potissimum tempore Materiam elaborandã conformandamq; susciperet. Nam si Materiam susq; deq; habuisset, non jam qualitatum earum, quas integras manere sinebat, causa diceretur. Nunc vero, cum ejusdem Materiæ partem expoliret, partem indigestam ac rudem, uti erat, relinqueret: qui quod malorum supererat, melius efficere potuisset, is mihi quidem culpæ alicujus affinis videtur fuisse, dum in altera Materiæ parte nativam etiam tum malitiam, in ejus, quam elaboraret, exitium hærere pateretur. Et quidem gravis prorsus hoc in genere, huic, quam elaboravit, Materiæ parti, eo nomine facta videtur injuria, quod tantam malorum vim subire ac sustinere cogatur. Quisquis enim accurate rem æstimare volet, is longe deteriorem hoc tempore, quam impolita dum esset, Materiæ conditionem esse reperiet. Nam antequam varias digereretur in partes, nullum ea malorum suorum habebat sensum, quo nunc partes ejus singulæ vehementer laborant. Atq; ut ab homine sumatur exemplum. Priusquam Animal Opificis arte conformatum esset, a Natura hoc habebat, nihil ut omnino mali pateretur. Ex quo autem a Deo procreatus homo est, mali etiam imminentis sensu afficitur. Ita, quod tu Divini erga Materiam Numinis beneficium interpretaris, hoc ipsi jam in deterius cessisse reperies.

εἰς τὸ κρεῖττον λέγειν μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες τῆς ὕλης τὰ κακά, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Κύριος, πόθεν τὰ κακά, ζητεῖν ἀνάγκη. ἢ γὰρ ἔμειναν αἱ ποιότητες ὁποῖαί ποτ᾽ ἦσαν τῇ φύσει, ἢ εἰ μὲν πρότερον οὐκ ἦσαν κακαί, ἐκ δὲ τοῦ τραπῆναι πρὸς τοῦ Θεοῦ τὰς πρώτας τοιαύτας περὶ τὴν ὕλην γεγονέναι ποιότητάς φῄς, αἴτιος ἔσται τῶν κακῶν ὁ Θεός, τρέψας τὰς οὐκ οὔσας ποιότητας κακάς, εἰς τὸ εἶναι κακάς. ἢ τὰς μὲν κακὰς ποιότητας, εἰς τὸ κρεῖττον οὐ δοκεῖ σοι τρέψαι τὸν Θεόν, τὰς δὲ λοιπὰς καὶ μόνας ὅσαι ἀδιάφοροι ἐτύγχανον τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα, πρὸς τοῦ Θεοῦ τετράφθαι λέγεις. οὕτως ἄνωθεν ἔχον ἐγώ. Πῶς τοίνυν αὐτὸν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας ὡς εἶχον καταλελοιπέναι λέγεις; πότερον δυνάμενον μὲν κἀκείνας ἀνελεῖν, οὐ βουληθέντα δέ, ἢ τὸ δύνασθαι μὴ ἔχοντα; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέξεις, οὐ βουληθέντα δὲ αὐτόν, αἴτιον τούτων εἰπεῖν ἀνάγκη, ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακά, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν, καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. Εἰ γὰρ μηδ᾽ ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν ὧν συνεχώρει μένειν. ἐπειδὲ μέρος μέν τι αὐτῆς ἐδημιούργει, μέρος δέ τι οὕτως εἴα, δυνάμενος κἀκεῖνα τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον, αἰτίαν ὀφλισκάνειν ἄξιος εἶναί μοι δοκεῖ, καταλιπὼν μέρος ὕλης εἶναι πονηρὸν ἐπ᾽ ὀλέθρῳ, οὗ ἐδημιούργησε μέρους. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, τοῦθ᾽ ὅπερ κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος ἀντιλαμβανόμενον τανῦν τῶν κακῶν. Εἰ γάρ τις ἐξετάζοι ἐπ᾽ ἀκριβὲς τὰ πράγματα, χαλεπώτερον νῦν εὑρήσει τὴν ὕλην πεπονθυῖαν τῆς προτέρας ἀκοσμίας. πρὶν γὰρ αὐτὴν διακριθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθέσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νυνὶ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς αἴσθησιν λαμβάνει τῶν κακῶν. καί μοι ἐπ᾽ ἀνθρώπου τὸ παράδειγμα λαβέ. Πρὶν γὰρ εἰκονισθῇ καὶ ζῶον γένηται τῇ τοῦ Δημιουργοῦ τέχνῃ, τὸ μηδ᾽ ἑνὸς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν, παρὰ τῆς φύσεως εἶχεν· ἀφ᾽ οὗ δὲ πρὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προσπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει, καὶ τοῦθ᾽ ὅπερ ἐστὶν εὐεργεσία τῆς ὕλης, πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χεῖρον προσγινόμενον αὐτῇ.

A εἰ δ' ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἀνελεῖν τὰ κακά, τὸ μὴ πεπαῦσθαι λέγεις, ἀδύνατον τὸν Θεὸν φήσεις ὑπάρχειν. τὸ δ' ἀδύνατον, ἤτοι τῷ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν αὐτὸν ἔσται, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρός τινος κρείττονος. εἰ μὲν οὖν τὸν Θεὸν φύσει ἀσθενῆ ὄντα τολμήσεις εἰπεῖν, περὶ τῆς σωτηρίας αὐτοῦ κινδυνεύειν μοι δοκεῖς. εἰ δὲ τῷ νικᾶσθαι φόβῳ πρὸς τοῦ μείζονος, μείζονα ἔσται τοῦ Θεοῦ τὰ κακά, νικῶντα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τὴν ὁρμήν· ὅπερ ἄτοπον εἶναί μοι λέγειν περὶ Θεοῦ δοκεῖ. B Διὰ τί γὰρ οὐχὶ μᾶλλον ταῦτ' ἔσονται Θεοί, νικᾶν κατὰ τὸν λόγον σὸν δυνάμενοι τὸν Θεόν, εἴπερ Θεὸν ἐκεῖνό φαμεν, ὃ τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν ἔχει; βραχέα δέ σου καὶ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς πυθέσθαι βούλομαι· καί μοι φέρων λέγε, πότερον ἁπλῆ τις ἦν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος. ἡ γὰρ διαφορὰ τῶν γεγονότων εἰς τοιαύτην με περιΐστησιν ἐξέτασιν τοῦδε τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ἡ ὕλη καὶ μονοειδής, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν τε καὶ κράσεων C τὴν σύστασιν ἔχει; τὸν γὰρ σύνθετον ἁπλῶν τινων μίξιν μηνύει. Εἰ δ' αὖ πάλιν τὴν ὕλην σύνθετον λέγειν ἐθέλοις, πάντως ἐξ ἁπλῶν τινων συντεθεῖσθαι φήσεις. εἰ δὲ ἐξ ἁπλῶν συνετέθη, ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ τὰ ἁπλᾶ, ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη, ἐξ οὗπερ καὶ γενητὴ οὖσα δείκνυται. Εἰ γὰρ σύνθετος ἡ ὕλη, τὰ δὲ σύνθετα ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει, ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν, τουτέστι πρὶν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν. εἰ δὲ ἦν ποτε D καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε καιρὸς, ὅτε τὸ ἀγέννητον οὐκ ἦν, οὐκ ἔσται ἀγέννητος ἡ ὕλη. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἔσται πολλὰ τὰ ἀγέννητα. Εἰ γὰρ ἦν ἀγέννητος ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἁπλᾶ, ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη, οὐκ ἔσται δύο μόνα τὰ ἀγέννητα. δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι; δοκεῖ. ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ; ἀντικεῖσθαί μοι φαίνεται. ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φωτὶ τὸ σκότος, καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμὸν, πρὸς δὴ τούτοις καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρόν; οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μιᾶς.

A Jam vero, ſi quod mala Deus tollere non potuerit, eadem perſtitiſſe voles, Deum ergo impotentem facis. Impotens autem ſi erit, aut propter nativam imbecillitatem erit, aut quod ſervilem in modum, potentioris alicujus terrore ſuperetur. Natura imbecillum, citra manifeſtum ſalutis periculum, affirmare audebis nunquam. Sin majoris formidine victum eſſe dices, mala Deo ſimul antepones, quæ vim ejus impetumque voluntatis impediant. Quod ſane de natura Divina prædicari non niſi abſurde B poteſt. Quidni enim mala ipſa potius Deorum loco habeantur, ſi & Deum, ut ais, ſuperare poſſunt, & Deum illud eſſe demum agnoſcimus, quod ſummam habeat rerum omnium poteſtatem? Sed juvat præterea, nonnulla ex te de Materia quærere. Dic igitur, amabo te, ſimplicem ne Materiam, an compoſitam fuiſſe putes? Nam rerum tanta diverſitas ad hujus me diſceptationem quæſtionis adducit. Si enim ſimplex, uniusqve duntaxat formæ ac figuræ Materia fuit: quomodo tandem compoſitus ex ea Mundus, ex tanta ſubſtantiarum ac tempe- C rationum varietate conſiſtit? Quod enim compoſitum dicitur, id ſane plurium ſimplicium mixtionem involvit. Sin eandem compoſitam fuiſſe vis; ex ſimplicibus igitur compoſita fuit. Quod ſi verum eſt, fuerant jam olim ſimplicia illa per ſeſe, quorum ex compoſitione Materia conflata eſt. Hinc porro genitam eſſe Materiam efficitur. Nam ſi compoſita Materia eſt, compoſita vero ex ſimplicibus coagmentata ſunt, tempus illud certe fuit, quo nulla dum Materia eſſet, hoc eſt anteqvam ea ſimplicium inter ſeſe con- D junctio fieret. Quod ſi tempus ejusmodi aliquod fuit, quo Materia necdum eſſet; nullum autem unquam fuit, quo res ortu principioq; carens, nondum exiſteret; ortu Materia caruiſſe non poterit. Cæterum plura deinceps ortu carentia ſtatuemus. Si enim & Deus, & ſimplicia iſta, ex quibus concreta Materia eſt, ortu carebunt, non jam duo tantum ortu carentia cenſebuntur. Poſtremo, num tu rem plane nullam, quæ ſecum ipſa pugnet, eſſe concedis? Nullam. Cum Igne vero num Aqva pugnat? Pugnat ſane. Similiter & luci tenebræ, & frigido calidum, & ſicco humidum adverſatur? Utiq;. Igitur ſi res nulla ſecum ipſa pugnat, ſequitur omnino, nec unicam eſſe Materiam, nec unica tantum ex Materia univerſa conſtare.

Cui persimile ad geminum illud est, quod A sequitur. Quid enim, an non partes aliis alias exitium ac pestem creare confiteris? Eqvidem. Materiæ vero partes, Ignem, Aquam, & reliqvas esse concedis? Et libenter. Ignem porro Aqua, lux tenebras, atq; ejusmodi cætera, non tollere sese mutuo ac perimere videntur? Plane. Si ergo partes nullæ mutuum sibi exitium afferunt, nec mutuarum ista partium rationem obtinere, nec proinde unius tantum materiæ, aut vero Materia prorsus esse poterunt: cum res nulla interitum sibi pestemq; creet, uti contra- B riis contraria solent. Nec enim idem contrarium est, ipsi sibi, contraria siquidem, aliis duntaxat contraria sunt: quemadmodum nec album albo, sed nigro tantum; nec luci, sed tenebris contraria lux est, similiterq; de aliis plerisq; philosophari potes. qvare, si Materia qvoq; una qvædam & simplex esset, nunqvam secum ipsa pugnaret. Ex qua tandem propria contrariorum ratione concluditur, locum omnino isti Materiæ nullum superesse. Et Maximus quidem hactenus. Nos vero cum sua huic volumini justaq; magnitudo sit, quæ deinceps affecta disputatio desiderat, octavo, qui sequitur, Præparationis Evangelicæ libro, favente Divino Numine repræsentabimus.

A ὅμοιον δέ τινα τούτῳ λόγον πάλιν πυθέσθαι σου βούλομαι. δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ τυγχάνειν ἀλλήλων; δοκεῖ. εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρη, τό τε Πῦρ καὶ Ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά; οὕτως ἔχει. τί δέ, οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια; δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικά, οὐκ ἔσται ἀλλήλων μέρη. εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης B μιᾶς. ἀλλὰ μὴν, οὐδ᾽ αὐτὰ ἔσονται ὕλη τῷ μηδέν τι τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναιρετικὸν ὑπάρχειν, κατὰ τὸν τοῦ ἀντικειμένου λόγον. οὐδὲ γάρ ἐστί τι αὐτῷ ἀντικείμενον· τὰ γὰρ ἀντικείμενα, ἑτέροις ἀντικεῖσθαι πέφυκεν. οἷον τὸ λευκόν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἀντίκειται, πρὸς δὲ τὸ μέλαν ἀντικείμενον λέγεται καὶ τὸ φῶς ὁμοίως, ἑαυτῷ μὴ ἀντικεῖσθαι δείκνυται, πρὸς δὲ τὸ σκότος οὕτως ἔχον φαίνεται, καὶ ἄλλα γοῦν ὁμοίως πλεῖστα ὅσα. Εἰ τοίνυν καὶ ὕλη μία τις ἦν, οὐκ ἂν αὐτὴ αὑτῇ ἀντέκειτο. οὕτω δὲ τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται.

Τοσαῦτα καὶ ὁ προδηλωθεὶς συγγραφεύς. αὐτάρκη δὲ περιγραφὴν εἰληφότος τοῦ λόγου, ἐπὶ τὸν ὄγδοον τῆς Εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς μεταβάντες, τὰ λείποντα τῷ προκειμένῳ σκέμματι, σύμμαχον ἐπικαλεσάμενοι τὸν Θεόν, ἀναπληρώσομεν.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBER OCTAVUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΟΓΔΟΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

OCTAVI LIBRI CAPITA.

14. Ex eodem, Divinæ Providentiæ consilio Mundum gubernari.

ιδ. Τοῦ αὐτοῦ, περὶ τοῦ προνοίᾳ Θεοῦ διοικεῖσθαι τὸν κόσμον.

I. PROOEMIUM; AC DE PIIS MOSAICÆ REIPUB. INSTITUTIS.

PRISCORUM Hebræorum vitam, qui antequam Moses ullus esset, vere Deo carissimorum nomen & laudem, virtutum sibi omnium ornamentis & insignibus defenderunt, simulqve religiosas ac pias, summaqve cum veritate conjunctas eorum doctrinæ ac Theologiæ rationes, quarum nos amore desiderioqve captos fassi ultro sumus, libro superiore complexi, suo deinceps ordine ad Mosaicæ Reip. instituta progredimur. Ea quippe secundum a primo illo pietatis gradum tenuere, in quo solitum Judæo populo consistendum erat. Nam solis tum Judæis, non reliquis totius orbis gentibus, aptas illas Mosis & congruas fuisse leges, nec hominum genus universum, Græcos, inqvam, omnes & Barbaros, qui procul a Judæa semoti essent, iisdem servandis pares esse potuisse, suo tempore ostendemus. Cæterum Mosaicæ quoque hujus disciplinæ ritus, non jam meis ipse verbis, sed ipsismet, quomodo adhuc feci, eorum duntaxat, qui præcipua quadam apud Judæos patrii moris cognitione floruerunt, vocibus repræsentabo: eandem mihi viam insistendum ratus, qvam suis ac propriis in cujusque rei fidem testimoniis producendis atq; laudandis institui. Qvemadmodum igitur, ex Phœnicibus, Ægyptiis, atqve Græcis, qvi nominis inter eos celebritate præstarent, suo loco testes appellavi: Sic Judæos etiam homines suscepta nunc disputatio jure suo postulare videtur, non autem ut ipsimet exteri Populi mores leviter ac negligenter adumbremus. Sed anteqvam eo progredior, facturum me necessarium operæ pretium existimo, si qua via eorum ad Græcos oracula commearint, simul qvænam creditarum ipsis divinarum literarum interpretationis concinnandæ ratio, quot præterea & cujusmodi hominum industria, quantoqve Regum studio, Græcis illa vocibus mandata fuerit,

Cap. I. Trap.

α. ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΩΣΕΑ ΘΕΟΣΕΒΟΥΣ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΟΣ.

pag. 349.

ΤΟΥΣ βίους τῶν παλαιῶν Ἑβραίων, τῶν δὴ καὶ τὴν προσηγορίαν ἐπαληθευσάντων θεοφιλῶν ἀνδρῶν, B πρόσθεν ἢ Μωσέα φανῆναι πάσης ἀρετῆς βραβείοις ἀναδησαμένων, τά τε θεοσεβῆ δόγματά τε καὶ παιδεύματα, καὶ προσέτι τὰς πανναληθεῖς καὶ εὐσεβεῖς αὐτῶν θεολογίας, ὧν εἰς ἔρωτα καὶ πόθον ἐλθεῖν ὡμολογήκαμεν, διελθὼν ἐν τῷ πρὸ τούτου, μέτειμι νῦν ἀκολούθῳ τῇ τάξει χρώμενος ἐπὶ τὴν κατὰ Μωσέα πολιτείαν, δευτέραν ἐπέχουσαν εὐσεβείας μετὰ τὸν πρῶτον ἐκεῖνον βαθμὸν, τὸν δὴ καὶ μόνῳ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει νενομοθε- C τημένον. ὡς γὰρ μόνοις Ἰουδαίοις, οὐκ ἔτι δὲ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν, ἦν ἁρμόδια τὰ διὰ Μωσέως, οὐδὲ δυνατὰ πᾶσιν ἀνθρώποις, λέγω δὲ τοῖς πόῤῥω που τῆς Ἰουδαίας γῆς οἰκοῦσιν Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις, φυλάττεσθαι, κατὰ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἀποδείξομεν. νυνὶ δὲ καὶ τούτου, λέγω δὲ τοῦ κατὰ Μωσέα βίου τὸν τρόπον, οὐκ ἐμαῖς φωναῖς, αὐτῶν δὲ μόνων πάλιν τῶν παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ τῇ D πατρίῳ δεδοκιμασμένοις παιδεύσει, παραθήσομαι· καὶ γάρ μοι προσήκειν ἡγοῦμαι ταύτῃ, ἧπερ καὶ ἠρξάμην, διὰ τῶν οἰκείων ἑκάστῳ τὰς τῶν ἀποδείξεων μαρτυρίας παρέχειν. Ὥσπερ οὖν Φοίνικας, καὶ Αἰγυπτίους, καὶ Ἕλληνας τῶν παρὰ σφίσιν γνωρίμων κατὰ τὴν οἰκείαν χώραν μάρτυρας ἀνεκαλούμην, ταύτῃ μοι καὶ τούσδε ὁ παρὼν καιρὸς δοκεῖ ἐπιτηδείως εἰσποιεῖσθαι, ἀλλὰ μὴ ἡμᾶς αὐτοὺς τὰ ὀθνεῖα νομίζεσθαι καταψεύδεσθαι. πρὶν δ' ἐπὶ τοῦτ' ἐλθεῖν, ὅπως εἰς Ἕλληνας τὰ παρ' αὐτοῖς παρῆλθε λόγια, καὶ τίς ὁ τρόπος συνέστη τῆς τῶν πεπιστευμένων αὐτοῖς θείων γραφῶν ἑρμηνείας, δι' ὅσων τε καὶ ὁποίων ἀνδρῶν, καὶ δι' ὁπόσης βασιλικῆς σπουδῆς, τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν μεταβολῆς ἔτυχε,

τῶν

τὴν ἀναγκαίαν ἡγοῦμαι εἰς φανερὸν θέσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, οὐκ ἀσυμβούλου μοι γενησομένης καὶ τῆς τούτων ἐκθέσεως εἰς τὴν τῆς Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς ἀπόδειξιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὅσον οὔπω τὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βιωφελοῦς κηρύξεως, ἔμελλεν ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς εἰς πάντας ἐκλάμπειν ἀνθρώπους· λόγος τε οὐχ ὁ τυχὼν ᾕρει, τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας, τόν τε βίον τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων, καὶ τὰ τῆς εὐσεβοῦς διδασκαλίας αὐτῶν μαθήματα, τῇ πατρίῳ αὐτῶν φωνῇ ἐξ αἰῶνος B μακροῦ κεκαλυμμένα, ἤδη ποτὲ εἰς πάντα τὰ ἔθνη, οἷς τὰ τῆς θεογνωσίας ἔμελλε προξενεῖσθαι, παρελθεῖν· Θεὸς αὐτὸς ὁ τῶνδε τῶν ἀγαθῶν αἴτιος, προλαβὼν τὸ μέλλον ὡς ἂν Θεὸς τῇ προγνώσει, τὰς περὶ τοῦ πάντων ἀνθρώπων οὐκ εἰς μακρὸν ἀναφανησομένου Σωτῆρος, διδασκάλου τε εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, πᾶσι τοῖς ὑφ' Ἥλιον ἔθνεσι καταστησομένου, προρρήσεις ἀποκαλυφθῆναι τοῖς πᾶσι, εἰς φῶς τε ἐλθεῖν, ἐπ' ἀκριβὲς μεταC βληθείσας, δημοσίαις τε βιβλιοθήκαις ἀνατεθείσας, διοικεῖται, Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ τοῦτο πρᾶξαι κατὰ νοῦν ἐμβαλών, εἰς προπαρασκευήν, ὡς ἔοικε, τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ὅσον οὔπω μελλούσης ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι μεταλήψεως. ὧν γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως ἐτύχομεν παρὰ Ἰουδαίων, pag. 206. ἀποκρυψάντων ἂν τὰ παρ' αὐτοῖς λόγια διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς φθόνον· τούτων ἐκ τῆς θεόθεν οἰκονομηθείσης ἑρμηνείας ἠξιώθημεν, πρὸς τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπί τε συνέσει καὶ D τῇ πατρίῳ παιδείᾳ δεδοκιμασμένων ἀνδρῶν, μεταβληθέντων. γράφει δὲ ταῦτα Ἀρισταῖος, ἀνὴρ λόγιος μὲν ἄλλως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρατυχὼν τοῖς πραχθεῖσι κατὰ τὸν δεύτερον Πτολεμαῖον, τὸν ἐπικληθέντα Φιλάδελφον, καθ' ὃν τὰ τῆς ἑρμηνείας τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, διὰ σπουδῆς τοῦ Βασιλέως γενόμενα, τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθηκῶν ἠξιώθη. ἐπακοῦσαι δὲ αὐτοῦ καιρὸς, τόνδε πρὸς λέξιν ἱστοροῦντος τὸν τρόπον.

A operis nostri Lectoribus aperiam: cum præsertim haud inutilis mihi ad certum Evangelicæ Præparationis argumentum, rerum istarum enucleatio futura videatur. Nam cum felix illud tempus instaret, quo salutaris hujus Servatoris nostri doctrinæ lux, sub Romanis Imperatoribus in cunctos sese homines longe lateqve diffunderet: adeoq; præcipua tum quædam ratio postularet, ut quæ de ipso extarent Oracula, nec non Hebræorum illorum vita, ac religiosæ disciplinæ leges, quos longe Deus ipse carissimos B habuisset, cum tot eæ seculorum intervallo patrii sermonis integumentis clausæ latuissent, cæteris tandem aliquando nationibus, quæ postmodum in cognitionis divinæ communionem vocandæ erant, omnibus paterent: Deus ille tantorum bonorum auctor, divinæ scientiæ vi futurum intuitus, singulari egit providentia, ut quæ de venturo paulo post generis humani Servatore, eodemqve sanctioris erga unum præpotentem Deum religionis omnibus sub Sole gentibus Doctore futuro, prædicta jam olim essent, ea demum accurata explicatione pate-C facta, & publicis in Bibliothecis collocata cunctorum in lucem venirent, immissa hac Ptolemæo Regi mente divinitus: nimirum ut quædam quasi penus esset, unde illa postmodum in populorum omnium usum fructumqve promerentur. Enimvero quorum aliter nulla nobis unqvam a Judæis, suorum nobis Oraculorum cognitionem invidentibus, copia fieret, eorum divino consilio provisam interpretationem accepimus, atqve ab illis ipsis, qui plurimum apud eos cum prudentia, tum gentiliriarum quoqve D literarum scientia præstabant, elaboratam. Atque hæc testatur Aristæus, vir cum eruditus in primis, tum etiam is, qui rebus Ptolemæi secundi, cognomento Philadelphi, tempore gestis interfuit. Eo enim regnante, imo id agente præterea studiose, sacra Judæorum monimenta Græce translata sunt, & Alexandrinis in Bibliothecis reposita. Sed illum ipsum audire præstiterit, rem verbis totidem hunc in modum enarrantem.

A

II. EX ARISTÆO DE JUDAICArum Scripturarū interpretatione.

DEMETRIUS Phalereus, inqvit, Regiæ Bibliothecæ Præfectus, ad libros ex orbe terrarum universo congerendos, magna vi pecuniarum a Rege accepta, coëmi alios, alios exscribi vertiq; curavit, ut quantum in se erat, ejus faceret voluntati satis. Ac nobis aliqvando præsentibus, qværenti ex eo Regi, quam multa jam librorum millia corrogasset, amplius ducenta respondens, addidit continuo, daturum se operam, ut brevi post tempore qvingentorum millium numerus impleretur. Cæterum audire se, Judæorum quoq; monimenta, quæ describerentur, ac regiam Bibliothecam augerent, esse dignissima. Cui Rex, Quid ergo, inqvit, moræ esse potest, qvo minus id abs te fiat? quicquid enim opus eam in rem habes, id abunde tibi jussu meo suppetit. Ille autem, Interpretatione, inqvit, opus præterea est. Suum enim ac proprium characterem Judæi, quemadmodum Ægyptii peculiarem literarum figuram ac situm, habent; uti propriam quoq; loqvendi rationem. Et nonnulli quidem eos Syriace loqvi opinantur; errant illi tamen; alio enim utuntur dialecti genere. Qvæ cum Rex audiisset, Demetrium jussit ad summum Judæorum Pontificem scribere, uti res ea sedulo ac mature curaretur. Qvibus, post alia quædam, hæc subjungit. Quibus perfectis, inquit, Rex Demetrium jussit, decuranda Judaicorum librorum descriptione libellum sibi offerre. Cuncta enim ab iis Regibus, & propriis quibusdam mandatis, & præcipua cum diligentia fieri consveverant, negligenter ac temere nihil. Quamobrem & libelli hujus, & epistolarum exemplaria seposuimus ipsi quoqve, ac seorsim reddidimus, nec non missorum etiam donariorum copiam, cum proprio singulorum apparatu, quippe quorum amplitudo esset artificiumqve singulare. Ergo libelli exemplar ita habet.

ϛ. ΑΡΙΣΤΑΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΡΜΗΝΕΙας τῶν παρὰ Ἰουδαίοις γραφῶν.

ΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣ ἐπὶ τῆς τοῦ Βασιλέως Βιβλιοθήκης Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ἐχρηματίσθη πολλὰ διάφορα, πρὸς τὸ συναγαγεῖν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην βιβλία, καὶ ποιούμενος ἀγορασμοὺς καὶ μεταγραφὰς, ἐπὶ τέλος ἤγαγεν ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῷ τὴν τοῦ Βασιλέως πρόθεσιν. παρόντων οὖν ἡμῶν, ἐρωτηθεὶς πόσαι τινὲς μυριάδες τυγχάνουσι βιβλίων, εἶπεν, ὑπὲρ τὰς εἴκοσι, Βασιλεῦ. σπουδάσω δ᾽ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, πρὸς τὸ πληρωθῆναι πεντήκοντα μυριάδας τὰ λοιπά. προσήγγελται δέ μοι καὶ τὰ τῶν Ἰουδαίων νόμιμα, μεταγραφῆς ἄξια καὶ τῆς παρὰ σοὶ Βιβλιοθήκης εἶναι. τί τὸ κωλύον οὖν, εἶπεν, ἐστί σε τοῦτο ποιῆσαι; πάντα γὰρ ἀποτέτακταί σοι τὰ πρὸς τὴν χρείαν. ὁ δὲ Δημήτριος εἶπεν· Ἑρμηνείας προσδεῖται. χαρακτῆρσι γὰρ ἰδίοις κατὰ τὴν Ἰουδαίων χρῶνται, καθάπερ Αἰγύπτιοι τῇ τῶν γραμμάτων θέσει, καθὸ καὶ φωνὴν ἰδίαν ἔχουσιν. ὑπολαμβάνονται δὲ Συριακῇ χρῆσθαι· τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν, ἀλλ᾽ ἕτερος τρόπος. μεταλαβὼν δὲ ἕκαστα ὁ Βασιλεὺς, εἶπε γραφῆναι πρὸς τὸν Ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, ὅπως τὰ προειρημένα τελείωσιν λάβῃ. καὶ μεθ᾽ ἕτερα ἐπιλέγει. ὡς δὲ κατεπράχθη ταῦτα, τὸν Δημήτριον ἐκέλευσεν ἐκδοῦναι περὶ τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων ἀναγραφῆς. πάντα γὰρ διὰ προσταγμάτων, καὶ μεγάλης ἀκριβείας τοῖς Βασιλεῦσι τούτοις διῳκεῖτο, καὶ οὐδὲν ἀπερριμμένως, οὐδὲ εἰκῆ. διόπερ καὶ τὸ τῆς ἐκδόσεως, καὶ τὰ τῶν ἐπιστολῶν ἀντίγραφα κατακεχώρικα, καὶ τὸ τῶν ἀπεσταλμένων πλῆθος, καὶ τὴν ἑκάστου κατασκευὴν, διὰ τὸ μεγαλομερείᾳ καὶ τέχνῃ διαφέρειν ἕκαστον αὐτῶν. τῆς δὲ ἐκδόσεώς ἐστιν ἀντίγραφον τόδε.

A

γ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΦΑΛΗΡΕΩΣ πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Αἰγυπτίων Βασιλέα.

Βασιλεῖ Μεγάλῳ παρὰ Δημητρίου. Προστάξαντός σου, Βασιλεῦ, περὶ τῶν ἀπολειφθέντων, εἰς τὴν συμπλήρωσιν τῆς Βιβλιοθήκης, βιβλίων, ὅπως ἐπισυναχθῇ, καὶ τὰ διαπεπτωκότα τύχῃ τῆς προσηκούσης ἐπισκευῆς, πεποιημένος οὐ παρέργως τὴν ἐν τούτοις ἐπιμέλειαν, προσαναφέρω σοι. τὰ δὲ τοῦ νόμου τῶν Ἰουδαίων βιβλία, σὺν ἑτέροις ὀλίγοις τισὶν ἀπολείπει. τυγχάνει γὰρ Ἑβραϊκοῖς γράμμασι καὶ φωνῇ λεγόμενα. ἀμελέστερον δὲ, καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει, σεσήμανται, καθὼς ὑπὸ τῶν εἰδότων προσαναφέρεται. προνοίας γὰρ βασιλικῆς οὐ τετύχηκε. δέον δὲ ἔτι καὶ ταῦθ' ὑπάρχειν παρά σοι διηκριβωμένα, διὰ τὸ καὶ φιλοσοφωτέραν εἶναι καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν ταύτην, ὡς ἂν οὖσαν θείαν. διὸ πόῤῥω γεγόνασιν οἵ τε συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ, καὶ τὸ τῶν ἱστορικῶν πλῆθος, τῆς ἐπιμνήσεως τῶν προειρημένων βιβλίων, καὶ τῶν κατ' αὐτὰ πεπολιτευμένων ἀνδρῶν, διὰ τὸ ἁγνήν τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν

pag. κ7. ἐν αὐτοῖς θεωρίαν, ὥς φησιν Ἑκαταῖος ὁ Ἀβδηρίτης. ἐὰν οὖν φαίνηται, Βασιλεῦ, γραφήσεται πρὸς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἀρχιερέα, ἀποστεῖλαι τοὺς μάλιστα καλῶς βεβιωκότας, καὶ πρεσβυτέρους ἄνδρας, ἐμπείρους τῶν κατὰ τὸν νόμον ἑαυτῶν, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕξ, ὅπως τὸ σύμφωνον ἐκ τῶν πλειόνων ἐξετάσαντες, καὶ λαβόντες τὸ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβὲς, ἀξίως καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς σῆς προαιρέσεως, θῶμεν εὐσήμως. εὐτύχει διαπαντός. Τῆς δὲ ἐκδόσεως ταύτης γενομένης, ἐκέλευσεν ὁ Βασιλεὺς γράψαι πρὸς τὸν Ἐλεάζαρον περὶ τούτων, σημαίνοντας καὶ τὴν γενομένην ἀπολύτρωσιν τῶν αἰχμαλώτων. ἔδωκε δὲ καὶ εἰς κατασκευὴν Κρατήρων τε καὶ Φιαλῶν, καὶ Τραπέζης, καὶ Σπονδείων, χρυσίου μὲν ὁλκῆς τάλαντα πεντήκοντα, καὶ ἀργυρίου τάλαντα ἑβδομήκοντα, καὶ λίθων ἱκανόν τι πλῆθος. ἐκέλευσε δὲ τοὺς Χρηματοφύλακας, τοῖς τεχνίταις ὧν ἂν προαιρῶνται τὴν ἐκλογὴν διδόναι, καὶ νομίσματος εἰς θυσίας,

III.

EPISTOLA DEMETRII PHALEREI ad Ptolemæum Ægypti Regem.

REGI Magno Demetrius. Quod mihi dederat in mandatis, o Rex, ut qui ad Bibliothecæ complementum deessent, ii per me libri conqvirerentur, & quæcunqve negligentius excidissent, ea studiose ac sedulo sarcirentur: id abs me summa cum diligentia curatum ad te perscribo. Desiderantur tamen, cum paucis aliis, Judaicæ legis volumina, quod Hebraicis ea literis ac vocibus continentur. Extat earum quidem, sed negligentius, atque ut ex peritis audio, perperam expressa significatio; nec mirum, regiæ enim curæ opus illud non fuit. Ea vero, ut non minus quam cætera, ad amussim exacta penes te habeas, vel hoc nomine plurimum interest, quod altioris cujusdam sapientiæ, ac syncerissimæ integritatis plena lex ea sit, utpote lata divinitus. Quare tam Oratores, quam Poetæ, & quotquot historiam conscripsere, ab ejusmodi librorum, adeoqve hominum illorum commemoratione, qui ex eorum præceptis vitam instituere, longissime abfuerunt, quod iis casta quædam & augusta sensus & intelligentiæ ratio contineatur, quemadmodum Hecatæus Abderita testatur. Quod igitur, o Rex, te approbante fiat, cum summo Hierosolymorum Pontifice per literas agendum erit, uti viros morum integritate præstantes, ætate maturos, & eorum, quæ patriam ad legem pertinent, omnium cognitione præditos, sex Tribubus e singulis ad te mittat: ut qvem in sensum plures convenisse, diligenti examine constiterit, eum seligamus, & accuratam eorum librorum interpretationem, prout res ipsa & voluntatis tuæ ratio postulat, honesto & illustri in loco reponamus. Vale, ac rebus in omnibus fortuna secunda utere. Quibus acceptis a Demetrio literis, Ptolemæus cum ad Eleazarum eam in rem scribi, tum etiam de captivis ab sese libertate donatis mentionem fieri jussit. Idem Crateribus, Phialis, Mensæ, Vasisque libaminum perficiendis, auri pondo talenta quinquaginta, argenti septuaginta, vimqve lapidum non exiguam attribuit. Ærarii deniqve Præfectos voluit, & operis eorum, quæ mallent omnium optionem relinqvere, & in sacrificiorum

aliarumqve rerum expensas, ad centum pecuniæ talenta numerari. Quorum tibi operum molitionem exponemus, si prius epistolarum ipsarum exempla recitaverimus. Ac Regis quidem epistola hunc in modum se habet.

IV.

EPISTOLA PTOLEMÆI REGIS ad Eleazarum summum Hierosolymorum Pontificem.

PTOLEMÆUS Rex Eleazaro summo Pontifici salutem. Quoniam ita casu factum erat, ut plurimi Judæorum, quos Persæ, quo tempore rerum potiebantur, Hierosolymis captivos abduxerant, partim nostris in regionibus constituti essent, partim in Ægyptum una cum Parente nostro commigrassent; eorumqve permultos ipse, cum in numerum ordinemqve militum amplioribus stipendiis adscripserat, tum etiam quorum sibi fides probata jam fuisset, eorum aliqvot in arcibus eum in finem extructis, ad Ægyptiorum terrorem præsidia collocasset. Nos suscepto Regno, majori etiam cum reliqvos omnes, tum cives in primis tuos humanitate complexi, captivos supra centum millia in libertatem asseruimus, justo dominis pretio persoluto, & si qvid forte multitudinis impetu secus actum esset, emendato. Qva in re, præcipuæ cujusdam nostræ pietatis, & gratæ adversus DEUM præpotentem voluntatis monimentum extare voluimus, qui Regnum adhuc nostrum cum alta pace tranquillissimum, tum maxima per universum orbem gloria celeberrimum conservavit. Ad hæc, non tantum ætate florentibus suum in exercitu locum assignavimus, sed etiam quotquot explorata perspectaqve fides eo dignos honore reddiderat, in comitatum aulamq; nostram allegimus. Cæterum pro nostro erga te, Judæosq; simul omnes, tum qui toto nunc orbe diffusi vivunt, tum qvi deinceps futuri sunt, animo ac studio, curandum id nobis agendumq; statuimus, uti lex vestra, ex ea, quam Hebraicam appellatis, Græcam in lingvam convertatur, ut illa cum cæteris voluminib⁹ Regiis nostra in Bibliotheca collocetur. Rem ergo cum tibi honestam, tum benevolentia mea dignam feceris, si viros contestatæ probitatis, ætatisq; maturæ, legisq; simul peritos, atqve ad eam interpretandam idoneos, sex Tribubus e singulis delectos ad me miseris: ut quoniam de rebus gravioribus agitur, certiorem hoc in genere consensionem ex plurium concursu habeamus.

A καὶ τὰ ἄλλα πρὸς τάλαντα ἑκατόν. δηλώσομεν δέ σοι περὶ τῆς κατασκευῆς, ὡς ἂν τὰ τῶν ἐπιστολῶν ἀντίγραφα διέλθωμεν. ἦν δὲ ἡ τοῦ Βασιλέως ἐπιστολὴ τὸν τύπον ἔχουσα τοῦτον.

δ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕμαίου πρὸς Ἐλεάζαρον Ἀρχιερέα Ἱεροσολύμων.

B ΒΑΣΙΛΕΥΣ Πτολεμαῖος Ἀρχιερεῖ Ἐλεαζάρῳ χαίρειν καὶ ἐρρῶσθαι. Ἐπεὶ συμβαίνει πλείονας τῶν Ἰουδαίων εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν κατῳκίσθαι, γενηθέντας ἀνασπάστους ἐκ τῶν Ἱεροσολύμων ὑπὸ Περσῶν, καθ' ὃν ἐπεκράτουν χρόνον· ἔτι δὲ καὶ συνεληλυθέναι τῷ Πατρὶ ἡμῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον αἰχμαλώτους· ἀφ' ὧν καὶ πλείονας εἰς τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα κατεχώρισεν ἐπὶ μείζοσι μισθοφορίαις· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς προόντας κρίνας πιστοὺς, φρούρια κτίσας, ἀπέδωκεν αὐτοῖς, ὅπως τὸ τῶν Αἰγυπτίων C ἔθνος φόβον ἔχῃ διὰ τούτων. καὶ ἡμεῖς δὲ παραλαβόντες τὴν βασιλείαν, φιλανθρωπότερον ἀπαντῶμεν τοῖς πᾶσι· πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς σοῖς πολίταις· ὑπὲρ δέκα μυριάδας αἰχμαλώτων ἠλευθερώκαμεν, ἀποδόντες τοῖς κρατοῦσι τὴν κατ' ἀξίαν ἀργυρικὴν τιμὴν, διορθούμενοι καὶ εἴ τι κακῶς ἐπράχθη διὰ τὰς τῶν ὄχλων ὁρμὰς, διειληφότες εὐσεβῶς τοῦτο πράσσειν, καὶ τῷ μεγίστῳ Θεῷ χαριστικὸν ἀναθέντες, ὃς ἡμῖν τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δόξῃ τῇ κρα-D τίστῃ παρ' ὅλην τὴν οἰκουμένην διατετήρηκεν· εἴς τε τὸ στράτευμα τοὺς ἀκμαιοτάτους ταῖς ἡλικίαις τετάχαμεν, τοὺς δὲ δυναμένους καὶ περὶ ἡμᾶς εἶναι, καὶ τῆς περὶ τὴν αὐλὴν πίστεως ἀξίους ἐπικείνων κατέστησα. βουλομένων δὲ ἡμῶν καί σοι χαρίζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἰουδαίοις, καὶ τοῖς μετέπειτα, προῃρήμεθα τὸν νόμον ὑμῶν μεθερμηνευθῆναι γράμμασιν Ἑλληνικοῖς, ἐκ τῶν παρ' ὑμῖν Ἑβραϊκῶν λεγομένων γραμμάτων, ἵν' ὑπάρχῃ καὶ ταῦτα παρ' ἡμῖν ἐν Βιβλιοθήκῃ σὺν τοῖς ἄλλοις βασιλικοῖς βιβλίοις. καλῶς οὖν ποιήσεις, καὶ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς ἀξίως, ἐπιλέξας ἄνδρας καλῶς βεβιωκότας, πρεσβυτέρους, ἐμπειρίαν ἔχοντας τοῦ νόμου, καὶ δυνατοὺς ἑρμηνεῦσαι, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἓξ, ὅπως ἐκ τῶν πλειόνων τὸ σύμφωνον εὑρεθῇ, διὰ τὸ περὶ μειζόνων εἶναι τὴν

σκέψιν. οἰόμεθα γὰρ ἐπιτελεσθέντος τούτου, μεγάλην ἀποίσεσθαι δόξαν. Ἀπεστάλκαμεν δὲ περὶ τούτων Ἀνδρέαν τῶν Ἀρχισωματοφυλάκων, καὶ Ἀρισταῖον τιμωμένους παρ' ἡμῖν, διαλεξομένους σοι, καὶ κομίζοντας ἀπαρχὰς εἰς τὸ ἱερὸν, ἀναθημάτων, καὶ εἰς θυσίας καὶ τὰ ἄλλα, ἀργυρίου τάλαντα ἑκατόν. γράφε καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βούλῃ· κεχαρισμένος γὰρ ἔσῃ, καὶ φιλίας ἄξιόν τι πράξεις· ὡς ἐπιτελεσθησομένων τὴν ταχίστην περὶ ὧν ἂν αἱρῇ. ἔρρωσο. πρὸς ταῦτα ἀντέγραψεν ἐνδεχομένως ὁ Ἐλεάζαρος οὕτως.

Pag. 108.

A Atque id, si bene feliciterq; cesserit, non vulgari nobis gloriæ futurum arbitramur. Eum in finem ad te misimus Andream, unum ex Præsidiariorum militũ Præfectis, & Aristæũ, ambo summæ apud nos auctoritatis, qui tecum ea de re colloquantur, & donariorum nostrorum primitias, cum talentis argenti centum in sacrificia ac reliqua id genus expendẽdis, in Tẽplum perferant. Tu vicissim, quacunque de re libuerit, ad nos scribas velim. Rem enim & mihi pergratam, & amicitia nostra dignam feceris: & quicquid postularis, id ut quamprimum fiat, operam B dabimus. Vale. Ad hæc Eleazarus, ut par erat, in eum, qui sequitur, modum rescripsit.

ε.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΕΛΕΑΖΑΡΟΥ ΑΡΧΙΕ-ρέως πρὸς Πτολεμαῖον Βασιλέα.

ΕΛΕΑΖΑΡΟΣ Ἀρχιερεὺς Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ, φίλῳ γνησίῳ, χαίρειν. Εἰ αὐτός τε ἔρρωσαι καὶ ἡ Βασίλισσα Ἀρσινόη, ἡ Ἀδελφὴ, καὶ τὰ τέκνα, καλῶς ἂν ἔχοι, C καὶ ὡς βουλόμεθα, καὶ αὐτοὶ δὲ ὑγιαίνομεν. Λαβόντες τὴν παρά σου ἐπιστολὴν, μεγάλως ἐχάρημεν διὰ τὴν προαίρεσίν σου, καὶ τὴν καλλίστην βουλὴν, καὶ συναγαγόντες τὸ πᾶν πλῆθος, παρανέγνωμεν αὐτὴν αὐτοῖς, ἵν' εἰδῶσιν, ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν, εὐσέβειαν. Ἀπεδείξαμεν δὲ καὶ τὰς φιάλας, ἃς ἀπέστειλας χρυσᾶς εἴκοσι, καὶ ἀργυρᾶς τριάκοντα, κρατῆρας πέντε, καὶ τράπεζαν εἰς ἀνάθεσιν, καὶ εἰς προσαγωγὴν θυσιῶν, καὶ D εἰς ἐπισκευὰς, ὧν προσδέηται τὸ ἱερὸν, ἀργυρίου τάλαντα ἑκατὸν, ἅπερ ἐκόμισεν Ἀνδρέας τῶν τετιμημένων παρά σοι, καὶ Ἀρισταῖος, ἄνδρες καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, καὶ παιδείᾳ διαφέροντες, καὶ τῆς σῆς ἀγωγῆς καὶ δικαιοσύνης ἄξιοι κατὰ πάντα. Οἳ καὶ μετεδώκασιν ἡμῖν τὰ παρά σου, πρὸς ἃ καὶ παρ' ἡμῶν ἀκηκόασιν ἁρμόζοντα τοῖς σοῖς πράγμασι. Πάντα γὰρ ὅσα σοι συμφέρει, καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἐστὶν, ὑπακουσόμεθα. τοῦτο γὰρ φιλίας καὶ ἀγαπήσεως ἐστὶ σημεῖον. μεγάλα γὰρ καὶ ἀνεπίληστα τοὺς πολίτας ἡμῶν κατὰ πολλοὺς τρόπους εὐεργέτηκας· εὐθέως οὖν προσηγάγομεν ὑπέρ σου θυσίας, καὶ τῆς Ἀδελφῆς καὶ τῶν τέκνων, καὶ τῶν φίλων, καὶ ηὔξατο πᾶν τὸ πλῆθος,

V.

EPISTOLA ELEAZARI SUMMI Sacerdotis ad Ptolemæum Regem.

ELEAZARUS summus Pontifex Ptolemæo Regi, vero ac sincero amico Salutem. Si vales tu, Reginaque Arsinoe, Soror, liberiqve valent, bene est, atque ex voto nostro: nos quidem valemus. Acceptis literis tuis, magnam ex tua voluntate consilioqve sanctissimo lætitiam cepimus, convocataqve multitudine universa, palam eas recitavimus, ut omnes tuæ adversus Deum nostrum pietatis sensum intelligerent. Phialas etiam abs te missas protulimus, aureas viginti, ac triginta argenteas, crateres item quinqve, Mensam consecratis muneribus excipiendis addictam, & sacrificiis faciendis, ac cæteris omnibus, quæ opus Templo fuerint, comparandis argenti talenta centum, quæ Andreas unus ex familiæ tuæ clarissimis, & Aristæus, viri honestissimi atqve integerrimi, summæqve eruditionis, tuaqve simul cum disciplina, tum æquitate rebus in omnibus dignissimi attulerunt. Ii tua quoque mandata nobis exposuerunt, rebusqve tuis aptum a nobis & commodum responsum tulerunt. Quicquid enim e dignitate usuque tuo fuerit, in eo, ut minus etiam cum natura nostra sensuqve conjunctum sit, morem geremus. Hoc enim amicitiæ & caritatis argumentum est. Et sane magna in primis, nullaqve unqvam oblivione delenda omnis generis beneficia nostros in cives contulisti. Quare hostias confestim, & tua, & sororis, liberorum, amicorumqve causa immolavimus: & votis ac precibus DEO præpotenti nuncupatis, universus ab eo populus flagitabat;

A uti omnia tibi feliciter atqve ex animo cederent, ac perennem Regno tuo pacem gloriamqve concederet. Cæterum, ut commode tutoqve succedat sacræ legis interpretatio, sex Tribubus e singulis, in omnium conspectu delegimus, viros probos ac seniores, quos ad te una cum lege misimus. Æqvum igitur fuerit, Rex æqvissime, hanc abs te sacrorum librorum interpretationem sedulo curari, uti ad nos illi continuo salvi & incolumes remittantur. Vale. Hæc Aristæus. Quibus ille deinceps, (pluribus tamen de suscepto opere interjectis,) secundum illam divinarum literarum interpretationem, verbis totidem, qvæ seqvuntur, attexit. Perlectis, inqvit, voluminibus illis, stantes erectiqve Sacerdotes, unaqve Seniores non Interpretes modo, sed etiam hujus Reip. administratione perfuncti, cum populi Moderatoribus, una voce omnes, Quandoquidem, ajunt, rite ac religiose perfecta, atqve in omnibus ad amussim exacta interpretatio est, ut integra puraque servetur, nihilqve prorsus artis irrepat, omni cura studioqve providendum. Qvam vocem, fausta cunctorum acclamatione consequuta, diris more suo eum devoveri jussere, qui vel addendo, vel transferendo, vel detrahendo, universi operis quicquam adulteraret: atqve id jure quidem ac merito, uti sacer ille fons limpidis ac jugibus aquis perpetuo scaturiret. Quibus omnibus Regi nunciatis, magnam ipse quoqve voluptatem animo cepit, quod suum illud consilium felicem exitum habuisse videretur. Atqve illi cuncta etiam recitata sunt, ex qvibus Legislatoris mentem summopere admiratus, QviD factum est, inqvit, o Demetri, ut tot tantisq; rebus gestis, earum tamen nemo vel Historicus, vel Poëta meminerit? Cui Demetrius, Quod augustior, inqvit, a Deoq; ipso lata lex ea sit. Ac nonnulli quidem ejusmodi aliqvid moliri ausi, percussiq; divinitus susceptum opus abruperunt. Enimvero se ex Theopompo quodam audiisse dicebat, quod ex lege nonnulla, Græce jam reddita, audaciori quodam orationis genere vulgare statuisset, mentis eum perturbatione dies amplius triginta laborasse. Cujus morbi causam, qvoties intermitteret, cum multis a Deo precibus intelligere studuisset, hanc demum in somnis unam didicisse, quod divina mysteria rimari curiosius, ac profanis hominibus enunciare voluisset.

ἵνα σοι γίνηται καθὼς προαιρῇ διὰ παντός, καὶ διασώζῃ σοι τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ μετὰ δόξης ὁ κυριεύων ἁπάντων Θεός. καὶ ὅπως γίνηται συμφερόντως, καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἡ τοῦ ἁγίου νόμου μεταγραφή, παρόντων πάντων, ἐπελεξάμην ἄνδρας καλούς, καὶ ἀγαθούς, πρεσβυτέρους, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕξ, οὓς καὶ ἀπεστάλκαμεν ἔχοντας τὸν νόμον. Καλῶς οὖν ποιήσεις, Βασιλεῦ δίκαιε, προστάξας ὡς ἂν ἡ μεταγραφὴ γίνηται τῶν B βιβλίων, ἵνα πάλιν ἀποκατασταθῶσι πρὸς ἡμᾶς ἀσφαλῶς οἱ ἄνδρες. ἔρρωσο. Τούτοις ἑξῆς, πολλὰ διὰ μέσου περὶ τῆς προτεθείσης εἰπὼν πραγματείας, μετὰ τὴν γραφῶν ἑρμηνείαν ἐπιφέρει αὐτοῖς ῥήμασι. Καθὼς δ' ἀνεγνώσθη ταῦτα τὰ τεύχη, στάντες οἱ Ἱερεῖς καὶ τῶν Ἑρμηνέων οἱ πρεσβύτεροι, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πολιτεύματος, οἵ τε ἡγούμενοι τοῦ πλήθους, εἶπον. Ἐπεὶ καλῶς, καὶ ὁσίως διηρμήνευται, καὶ κατὰ πᾶν ἀκριβῶς* καλῶς ἔ- C χον ἐστίν, ἵνα διαμείνῃ ταῦθ' οὕτως ἔχοντα, καὶ μὴ γίνηται μηδεμία διασκευή. πάντων δ' ἐπιφωνησάντων τοῖς εἰρημένοις, ἐκέλευσαν ἐπαράσασθαι, καθὼς ἔθος ἐστὶν αὐτοῖς, εἴ τις διασκευάσει προστιθείς, ἢ μεταφέρων τι τὸ σύνολον τῶν γεγραμμένων, ἢ ποιούμενος ἀφαίρεσιν· καλῶς τοῦτο πράσσοντες, ἵνα διὰ παντὸς ἀέναα μένοντα φυλάσσηται. Προσφωνηθέντων δὲ καὶ τούτων τῷ Βασιλεῖ, μεγάλως ἐχάρη· τὴν γὰρ πρόθεσιν ἣν εἶχεν ἀσφαλῶς ἔδοξε τετελειῶσθαι. Παρανεγνώσθη δὲ αὐτῷ καὶ πάντα, καὶ λίαν ἐξεθαύμασε τὴν τοῦ Νομοθέτου διάνοιαν, καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον εἶπε, Πῶς τηλικούτων πραγμάτων συντετελεσμένων, οὐδεὶς ἐπεβάλετο τῶν Ἱστορικῶν, οὐδὲ Ποιητῶν ἐπιμνησθῆναι; ἐκεῖνος δὲ ἔφη, διὰ τὸ σεμνὴν εἶναι τὴν νομοθεσίαν, καὶ διὰ Θεοῦ γεγονέναι, καὶ τῶν ἐπιβαλλομένων τινὲς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πληγέντες, τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστησαν. Καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, διότι μέλλων τινὰ τῶν προηρμηνευμένων ἐπισφαλέστερον ἐκ τοῦ νόμου προσιστορεῖν, ταραχὴν λάβοι τῆς διανοίας πλεῖον ἡμερῶν τριάκοντα. Κατὰ δὲ τὴν* αἴτησιν ἐξιλάσκεσθαι τὸν Θεόν, σαφὲς αὐτῷ γενέσθαι, τίνος χάριν τὸ συμβαῖνόν ἐστι. δι' ὀνείρου δὲ* μαθόντος, ὅτι τὰ θεῖα βούλεται περιεργασάμενος εἰς κοινοὺς ἀνθρώπους ἐκφέρειν, ἀποσχόμενον δέ, οὕτως ἀποκαταστῆναι·

καὶ παρὰ Θεοδέκτου δὲ τοῦ τῶν Τραγῳδιῶν ποιητοῦ μετέλαβον ἐγώ· διότι παραφέρειν μέλλοντός τι τῶν ἀναγεγραμμένων ἐν τῇ βίβλῳ πρός τι δρᾶμα τὰς ὄψεις ἀπεγλαυκώθη, καὶ λαβὼν ὑπόνοιαν, ὅτι διὰ ταῦτ' αὐτῷ γέγονεν, ἐξιλασάμενος τὸν Θεόν, ἐν πολλαῖς ἡμέραις ἀποκατέστη. Μεταλαβὼν δὲ ὁ βασιλεύς, καθὼς προεῖπον, περὶ τούτων τὰ (V. Not.) παρὰ τοῦ Δημητρίου προσκυνήσας, ἐκέλευσε μεγάλην ποιεῖσθαι τῶν βιβλίων ἐπιμέλειαν, καὶ συντηρεῖσθαι ἁγνῶς. Ταῦθ' ἡμῖν ἐκ τῆς τοῦ δηλωθέντος ἐπιτετμήσθω γραφῆς. Φέρε δὴ καὶ τὸ πολίτευμα τῆς κατὰ Μωσέα νομοθεσίας ἐκ τῶν παρὰ τοῖς ἀνδράσι διαφανῶν θεασώμεθα. Πρῶτα δὲ θήσω Φίλωνος τὰ περὶ τῆς ἀπ' Αἰγύπτου πορείας τῶν Ἰουδαίων, ἣν πεποίηται Μωσέως ἡγουμένου, ἀπὸ τοῦ πρώτου συγγράμματος, ὧν ἐπέγραψεν Ὑποθετικῶς (γρ. ὑποθετικῶν.) ἔνθα τὸν ὑπὲρ Ἰουδαίων, ὡς πρὸς κατηγόρους αὐτῶν, ποιούμενος λόγον, ταῦτά φησιν.

Alta mutato abjectoqve consilio pristinæ sanitati restitutum fuisse. Quinetiam Theodectem sibi qvendam Tragœdiarum Scriptorem narrare solitum, quod aliqvid ex iis, qvæ sacris voluminibus continentur, in fabulæ argumentum detorqvere conaretur, sese in oculorum glaucoma incidisse, quo non nisi post multos dies, ubi morbi fontem suspicione attigisset, Numenq; sibi conciliasset, liberari potuerit. Itaq; Rex, his omnibus, uti supra dixi, ex Demetrio intellectis, summa Interpretationem veneratione complexus, sacros proinde libros summa cum diligentia castos integrosq; conservari jussit. Atqve hæc ab Aristæo sumpta, & in epitomen contracta sufficiant. Nunc vero ipsam Mosaicæ (Cap. II. Trap.) Reip. legisq; formam, in eorum, qui apud Hebræos summopere floruerunt, scriptis expressam contemplemur. Initium a Philone ducemus, quæq; de Judæorum ex Ægypto migratione Moyse Duce suscepta commemorat, ex primo librorum eorum, quos Hypotheticos inscripsit, repetemus, ubi Judæorum, adversus illorum accusatores, defensionem instituens, hunc in modum loqvitur.

ς.

ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠ ΑΙΓΥπτου πορείας τῶν Ἰουδαίων.

ΤΟΝ μὲν παλαιὸν αὐτοῖς πρόγονον ἀπὸ Χαλδαίων εἶναι, τὸν δὲ λαὸν ἀναστῆναι τοῦτον ἐξ Αἰγύπτου μετῳκισμένον ἀπὸ Συρίας τὸ πάλαι, μυριάσι τε ἀμυθήτοις πληθύοντα, καὶ τῆς γῆς οὐκ οὔσης ἱκανῆς, πρὸς δ' ἔτι καὶ νεότητι φρονημάτων ἐντεθραμμένον μεγάλως, καὶ ἅμα τοῦ Θεοῦ διὰ φασμάτων καὶ ὀνειράτων ἔξοδον αὐτοῖς δηλοῦντος, καὶ οὐδενὸς ἧττον, εἰς πόθον κατὰ δαίμονα ἐμπεσόντας τῆς πατρίου καὶ ἀρχαίας γῆς· ὅθεν δὴ καὶ τὸν πρόγονον ἐκεῖνον αὐτοῖς μετελθεῖν εἰς Αἴγυπτον, εἴτε τῷ Θεῷ δὴ δόξαν, εἴτε προνοίᾳ τινὶ πάντων εὐδαιμονῆσαι μάλιστα, ὡς ἀπ' ἐκείνου μέχρις εἰς τὸ παρὸν, τό τε ἔθνος αὐτοῖς καὶ γεγενῆσθαι καὶ διαμένειν, κἀπὶ τοσοῦτον ὑπερβάλλειν εἰς πολυανδρίαν. Καὶ μετὰ βραχέα φησίν, Ἀνὴρ γε μὴν αὐτοῖς ἡγεῖτο τῆς τε ἐξόδου καὶ τῆς πορείας, εἰς οὐδὲν τῶν πολλῶν, εἰ βούλει, διάφορος· ὅπου καὶ ἐλοιδόρουν γόητα καὶ κέρκωπα λόγων. Καλῆς μέντοι γοητείας

VI.

EX PHILONE DE JUDÆORUM ex Ægypto profectione.

ENIMVERO, antiquissimum generis parentem sui ex Chaldæis oriundum esse, hunc vero populum ex Ægypto, in quam ex Syria jam olim commigraverat, profectum, partim quod eum infinita multitudine auctum terra illa non caperet, partim quod is exaggeratam animi vim & magnitudinem ab educatione ipsa haustam foveret, partim quod Deus ipse non modo tam visis, qvam somniis, eos ad emigrandum invitaret, sed etiam, (qvo stimulo non vehementior alius fuit) ardens illis antiqvæ patriæ desiderium injecisset: ex qua nimirum, ille generis sui princeps, cum in Ægyptum commeasset, sive quod ita Deo videretur, sive occulta qvadam Providentiæ vi, cæteros omnes adeo sortis felicitate superasset; ut ab illo tempore in hodiernum usq; diem, constantissime propagata gens illa sit, & fœcunditate sobolis admirabili pullularit. tum paucis interjectis. Ac virum qvidem, inqvit ille, profectionis simul itinerisq; ducem habuere, nihil admodum, si ita vis, hominum vulgo excellentiorem. Nam eum præstigiarum qvoqve, ac veteratoriæ orationis insimulabant. Demus id vero, sed præstigias accipe,

» versutiamq; laudabilem, qua populum uni-A
» versum, siti, fame, viarum ignoratione, ac
» rerum omnium penuria laborantem, perin-
» de ut in summa cunctorum bonorum abun-
» dantia, & suppeditato ab interjectis nationi-
» bus commeatu, salvum & incolumem præ-
» stitit; verum etiam illum ut a mutuis animo-
» rum dissidiis liberum habuit, ita sibi rebus in
» omnibus obseqventem. Atq; id non ad bre-
» ve aliquod exiguumq; tempus, sed tamdiu
» certe quidem, quamdiu in simili voluntatū
» concordia, ut affatim cuncta suppeterent,
» manere ac persistere ne familia quidem una B
» potuisset. Ita neq; sitis, neq; fames, non lues
» corporum, non imminentium periculorum
» metus, non casuum ignoratio futurorum,
» adversus Præstigiatorem illum, tantam po-
» puli multitudinem, & illius fraudibus dolisq;
» circumventam, & passim aliquando pereun-
» tem concitavit. Qualem obsecro te, hominis
» hujus tantam sive artem, sive orationis vim,
» sive sapientiam fuisse dicemus, quæ tot ac
» tam varias discriminum monstrorumq; for-
» mas, præsensq; omnibus exitium sæpe mini-
» tantes una superaret? Oportuit videlicet, aut
» eorum, quibus imperabat, ingenia, non jam C
» imperita rerum esse, ductuq; difficilia; sed
» cum ad obtemperandum ex sese prompta,
» tum vero ne futuri quidem improvida: aut,
» licet insigni morum improbitate forent, De-
» um tamen hoc ipsis naturæ vitium asperita-
» temq; lenire: & præsentis simul futuriq; ra-
» tiones Providentiæ suæ consilio moderari.
» Utrum autem dederis, id profecto erit ejus-
» modi, quod ad præcipuam quandam uni-
» versorum laudem atq; dignitatem pertine-
» re videatur. Et profectionis quidem hæc ra-
» tio fuit. Jam ubi terram illā attigissent, qvem-D
» admodum suarum ibi rerum domicilia col-
» locarint, eamq; regionem tenuerint, sacræ
» quidem eorum literæ loqvuntur: malo ta-
» men hoc loco, non tam rei gestæ historiam,
» quam ratiocinando, quod verisimile fuerit,
» perseqvi. Utrum enim eos mavis, hominum
» adhuc valentes numero, tametsi perpetuis
» fractos debilitatosq; laboribus, auctis tamen
» confirmatisq; viribus, ea loca postmodum
» armis occupasse, Syrosq; simul ac Phœnices
» suis in penatibus focisq; patriis dimicantes
» subegisse? An imbelles potius & ignavi cum
» essent, adeoq; paucissimi, & a rebus omnibus
» bello gerendo necessariis imparati, aliis ta-
» men & aliquem erga se venerationis sensum
» injecisse, & a volentibus ultroqve cedenti-
» bus regionem accepisse: tum eosdem pau-
» lo post ædificasse templum, ac cætera, quæ
» ad pietatem religionemq; spectarent, consti-

A καὶ πανουργίας, ἐξ ἧς τόν γε λαὸν ἅπαντα ἐν »
ἀνυδρίᾳ καὶ λιμῷ, καὶ τῇ ὁδῶν ἀγνοίᾳ, καὶ ἀπο- »
ρίᾳ τῶν συμπάντων, οὐ μόνον εἰς τὸ παντε- »
λὲς διεσώσατο, καὶ ὥσπερ ἐν εὐθηνίᾳ πάσῃ, »
καὶ παραπομπῇ τῶν μεταξὺ κειμένων ἐθνῶν, »
ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀστασιάστους »
αὐτοὺς, καὶ πρὸς ἑαυτὸν μάλιστα εὐπειθεῖς »
διεφύλαξε. Καὶ ταῦτα οὐκ ὀλίγον δή- »
που χρόνον, ἀλλ᾽ ὅσον οὐδ᾽ οἰκίαν ἐν ὁμο- »
φροσύνῃ συμμεῖναι μετὰ πάσης εὐθηνίας εἰ- »
B κός ἐστιν. καὶ οὐ δίψος, οὐ λιμὸς, οὐ φθορὰ »
σωμάτων, οὐχὶ φόβος περὶ τῶν μελλόντων, οὐκ »
ἄγνοια τῶν συμβησομένων, ἐπὶ τὸν Γόητα »
ἐκεῖνον ἐπῆρε τοὺς ἐξαπατωμένους καὶ πε- »
ριφθειρομένους λαούς. καίτοι τί βούλει, φῶ- »
μεν ἐκεῖνον τινὰ εἶναι τοσαύτην τέχνην, ἢ »
δεινότητα λόγων, ἢ σύνεσιν, ὡς τῶν τοσούτων »
καὶ τοιούτων ἀτόπων, καὶ πρὸς ὄλεθρον ἅ- »
παντας ἀγόντων ἐπικρατεῖν; ἢ γὰρ τὰς φύσεις »
τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν ἀνθρώπων οὐκ ἀμαθῶς οὐ- »
C δὲ δυσκόλως, ἀλλ᾽ εὐπειθῶς καὶ τοῦ μέλλοντος »
οὐκ ἀπρονοήτως ἔχειν· ἢ τούτους μὲν ὡς μά- »
λιστα κακοὺς εἶναι, τὸν δὲ Θεὸν τὰς δυσκολίας »
αὐτῶν πραΰνειν, καὶ τοῦ παρόντος, καὶ τοῦ μέλ- » pag. 410.
λοντος ὥσπερ ἐπιστατεῖν. ὅπερ γάρ σοι μάλι- »
στα ἂν ἐκ τούτων ἀληθὲς εἶναι δόξῃ, πρὸς ἐ- »
παίνου καὶ τιμῆς καὶ ζήλου περὶ αὐτῶν συμ- »
πάντων ἰσχύειν φαίνεται. Καὶ τὰ μὲν τῆς ἐξό- »
δου δὴ ταῦτα. ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν γῆν ταύτην »
ἦλθον, ὅπως μέν ποτε ἄρα ἱδρύθησαν, καὶ »
τὴν χώραν ἔσχον, ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγρα- »
D φαῖς δηλοῦσιν· ἡμῖν ἔγωγε δικαιῶ μᾶλλον » V. Not.
καθ᾽ ἱστορίαν, ἢ κατά τινα λογισμὸν περὶ αὐ- »
τῶν τὰ εἰκότα ἐπεξελθεῖν. πότερον γὰρ »
ποτε βούλει, τῷ πλήθει τῶν σωμάτων ἐπιπε- »
ριόντας, καίπερ εἰς τέλος κεκακωμένους, ὅ- »
μως δὲ διισχύοντας, καὶ τὰ ὅπλα ἐν χερσὶν »
ἔχοντας, εἶτα κατὰ κράτος ἑλεῖν τὴν χώραν, »
Σύρους τε ὁμοῦ καὶ Φοίνικας ἐν αὐτῇ τῇ ἐ- »
κείνων γῇ μαχομένους νικῶντας· ἢ τοὺς μὲν, »
ἀπολέμους καὶ ἀνάνδρους εἶναι, καὶ παντελῶς »
ὀλίγους ὑποθώμεθα, καὶ τῶν εἰς πόλεμον πα- »
ρασκευῶν ἀπόρους, αἰδέσεως δὲ τυχεῖν παρὰ »
τούτοις, καὶ τὴν γῆν λαβεῖν παρ᾽ ἑκόντων; ἔ- »
πειτα δ᾽ εὐθὺς οὐκ εἰς μακρὰν τόν τε νεὼν ἀ- »
νοικοδομῆσαι, καὶ τἄλλα εἰς εὐσέβειαν καὶ ἁγιστείαν »

κατασχήσεσθαι; δηλοῖ γάρ, ὡς ἔοικε, ταῦτα, καὶ θεοφιλεστάτους αὐτοὺς ἀνωμολογῆσθαι καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς. ἐχθροὶ γὰρ ἦσαν ἐξ ἀνάγκης, ὧν ἐπὶ τὴν γῆν ἐξαίφνης ἦλθον ὡς ἀφαιρησόμενοι. παρὰ τούτοις δ' οὖν αἰδέσεως καὶ τιμῆς τυγχάνοντες, πῶς οὐχ ὑπερβάλλειν εὐτυχίᾳ τοὺς ἄλλους φαίνονται; τίνα δὲ τὰ δεύτερα ἐφεξῆς, ἢ τὰ τρίτα πρὸς τούτοις λέγωμεν; πότερον τὸ τῆς εὐνομίας καὶ εὐπειθείας αὐτῶν, ἢ τῆς ὁσιότητος καὶ δικαιοσύνης καὶ εὐσεβείας; ἀλλὰ τὸν μὲν ἄνδρα ἐκεῖνον, ὅς τίς ποτε ἦν, ὁ τοὺς νόμους αὐτοῖς θείς, οὕτω σφόδρα ἐθαύμασαν, ὡς ὅ, τι δή ποτε ἔδοξεν ἐκείνῳ, καὶ αὐτοῖς. εἴτε οὖν λελογισμένος αὐτός, εἴτε ἀκούων παρὰ δαίμονος ἔφρασε, τοῦτο ἅπαν εἰς τὸν Θεὸν ἀνάγειν, καὶ πλειόνων ἐτῶν διεληλυθότων, " τὸ μὲν ἀκριβές, οὐκ ἔχω λέγειν ὁπόσα, πλέω δ' οὖν ἢ δισχίλια ἔτη, " μὴ ῥῆμά γε " αὐτοὺς μόνον τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένων κινῆσαι, ἀλλὰ κἂν μυριάκις αὐτοὺς ἀποθανεῖν ὑπομεῖναι θᾶττον, ἢ τοῖς ἐκείνου νόμοις καὶ ἔθεσιν ἐναντία πεισθῆναι. Ταῦτ' εἰπών, ἐπιτέμνεται τὴν ἐκ τῶν Μωσέως νόμων καταβεβλημένην τῷ Ἰουδαίων ἔθνει πολιτείαν, γράφων οὕτως.

Atuisse? Nam id quidem argumento est, qvam certam vel apud hostes divini erga se amoris opinionem excitassent: hostes enim eos necessitas ipsa faciebat, quorum ipsi patriam invadere molirentur. Ab illis ergo si observantiæ tantum & honoris auferre potuerunt, quis non eosdem felicitate reliquis omnibus præstitisse fateatur? Jam quid secundum postea, quid tertium commemorem? An integritatem instituti, obedientiæqve constantiam? An vero sanctimoniæ decus, & illibatum æquitatis religionisqve florem? Quippe virum illum, quiqui demum is fuerit, usqve adeo suspexere, ut quicquid ipsi visum est, probarint universi; atqve ita, sive hanc Reip. formam suo ipse sensu arbitrioqve descripserit, sive divinitus illam acceperit, eam certe non alteri, qvam Deo acceptam tulerint, totqve annorum spatio (certum eqvidem numerum definire non possum, sed tamen amplius bis mille) ne vocem quidem unam, in iis, quæ scripta reliqvit, immutarint: milliesqve potius emori, quam legibus aliis vivere moribusq; malint. Hæc ille. Quibus summa legum earum capita subjungit, quibus suam Judæis Rempublicam Moses informarat: his verbis.

ζ. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ Μωσέα θεοσεβοῦς πολιτείας.

ΑΡΑ τί τούτων ἢ τούτοις προσόμοιον παρ' ἐκείνοις ἐστί, πρᾶον εἶναι δοκεῖ καὶ πιθανόν, καὶ δικῶν ἐπαγωγάς, καὶ σκήψεις, καὶ ἀναβολάς, καὶ τιμήσεις, καὶ πάλιν ὑποτιμήσεις ἔχον; οὐδέν, ἀλλὰ πάντα ἁπλᾶ καὶ δῆλα. ἐὰν παιδεραστῇς, ἐὰν μοιχεύῃς, ἐὰν βιάσῃ παῖδα, (ἄρρενα μὲν μηδὲ λέγε,) ἀλλὰ κἂν θήλειαν· ὁμοίως ἐὰν σαυτὸν καταπορνεύῃς, ἐὰν καὶ παρ' ἡλικίαν αἰσχρόν τι πάθῃς, ἢ δοκῇς, ἢ μέλλῃς. θάνατος ἡ ζημία. ἐὰν εἰς δοῦλον σῶμα, ἐὰν εἰς ἐλεύθερον ὑβρίζῃς, ἐὰν δεσμοῖς συνέχῃς, ἐὰν ἀπάγων πωλῇς, ἐὰν βέβηλα, ἐὰν ἱερὰ παρακλέπτῃς, ἐὰν ἀσεβῇς, οὐκ ἔργῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ῥήματι τῷ τυχόντι, εἰς μὲν Θεὸν αὐτόν, (ἵλεως ἡμῖν ὁ Θεός, καὶ αὐτῆς

VII. DE RELIGIOSA MOSAICÆ REIpub. forma. Ex eodem.

NUM quid istorum, inqvit, aut saltem iis affine, locum apud eos habet, quod speciem mansvetudinis ac facilitatis aliquam habere videatur: litium intentiones, tergiversationes, comperendinationes, mulctæ, mulctarumq; a reis quæsitæ diminutiones? Nihil plane: at simplicia certaq; omnia. Si puerorum amoribus, si adulterio peccaveris: si puellæ (marem enim hoc in genere ne appelles quidem) stuprum obtuleris: si tuam ipse pudicitiam prodideris: si præter ætatem turpe quid aut perpessus eris, aut statueris, aut molitus fueris; scelus morte luito. Si aut servo, aut libero injuriam feceris, si aut habueris in vinculis, aut abductum vendideris: si profani sacrive quidpiam furto sustuleris: si non opere modo, sed verbo tenus impie feceris, non in Deum quidem, (absit enim, ut vel hoc nobis verbum excidat, propitiusque nobis DEUS ille sit,

quibus in mentem vel ipsa hoc de crimine A cogitatio subierit:) sed in patrem aut matrem, aut eum, qui beneficiis te sibi obstrinxerit: morte similiter luito, eaq; non communi quidem ac vulgari: sed quisquis vel lingva tantum hoc in genere deliquerit, lapidandus is est, quasi nihil ei, qui impie quid fecerit, improbitate concedat. Alias præterea leges id genus habent, cujus modi eæ sunt, quæ seqvuntur; Uxores viris non ullam ad contumeliam, sed quoties obedientiæ ratio postulabit, rebus in omnibus obtemperanto. Parentes imperium in libe- B ros habento, quo tamen ad eorum saluti præcipua cura studioqve consulendum utuntor. Suarum quisque facultatum dominus esto, nisi si eas Deo, vel dicatas utcunqve, vel omnino sacras esse voluerit. Nam si vel ore tenus sponsionem ejusmodi aliqvam nuncuparit, nihil eorum deinceps attingere poterit, sed omnibus ei continuo interdictum erit. Apage vero, quidqvam ex iis, quæ Numinibus consecrata forent, aut ex donariis alienis rapere: nam res etiam cujusqve proprias, ut jam dixi, vel unum, quod imprudenti Domino exciderit, ver- C bum consecrabit. Ita, cujus ea vox fuerit, cunctis ille spoliandus erit: imo, si eam mutata sententia, revocare conabitur, vita quoque spoliandus. Atqve eadem cæterorum præterea, in quos potestatem quis habeat, ratio est. Si vir uxoris suæ alimenta Deo sacra esse voluerit, alimentis ei suis abstinendum. Si de filio pater, si Princeps de subditis, simile quiddam statuerit, fixum idem habendum ac ratum. Porro votorum ejusmodi solutio, si de perfectissima & maxima loqvimur, Sacerdotis, qui ea sibi proba- D ri neget, propria est: Eum enim suum quasi vicarium Deus esse voluit, qui ea vel suscipere, vel repudiare summo jure posset. Altera vero est ab iis, penes quos præcipuus semper manet rei dominatus, fas quoddam & facultas profecta, qua quis placatum sibi propitiumqve Numen esse pronunciet. Ita consecrationes illas ratas habendi, nulla subest necessitas. Alia insuper infinita sunt, quæ partim sine scripto, moribus tantum & consvetudine, partim scriptis etiam legibus continentur. Ac posterioris etiam generis sunt, qvæ seqvuntur. Qvæ quis moleste graviterq; ferret, ea ipse ne facito. Qvæ non deposuerit, ea ne tollito. Nihil penitus qvantulumcũq; sit, ex alterius vel horto, vel torculari, vel area, vel acervo furtim subtrahito. Ne cuiqvam petenti ignem invideto. Fluentium aquarum usu neminem excludito. Pauperibus & corpore mutilis stipem mendicantibus Dei causa pie subvenito. Mortuum neminem sepeliri prohibeto, sed ei potius, religionis saltem causa,

τῆς περὶ τούτων ἐννοίας γένοιτο, οὐδὲ ἄξιον λέγειν,) ἀλλ' εἰς πατέρα ἢ μητέρα, ἢ εὐεργέτην τὸν αὑτοῦ· θάνατος ὁμοίως, καὶ οὗτος, οὐ κοινός, οὐδ' ὁ τυχών, ἀλλὰ δεῖ καταλευσθῆναι τὸν εἰπόντα μόνον, ὡς οὐ χείρονα ἀσεβείας πράξαντα. Ἄλλα δ' αὖ πάλιν. ὁποῖά τινα, Γυναῖκας ἀνδράσι δουλεύειν, πρὸς ὕβρεως μὲν οὐδεμιᾶς, πρὸς εὐπείθειαν δ' ἐν ἅπασι. Γονεῖς παίδων ἄρχειν, ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ πολυωρίᾳ. Τῶν ἑαυτοῦ κτημάτων ἕνα ἕκαστον κύριον εἶναι, μὴ Θεόν γε ἐπιφημίσαντα αὐτοῖς, μηδ' ὡς τῷ Θεῷ ταῦτα ἀνῆκεν. εἰ δὲ λόγῳ μόνον ὑποσχέσθαι προσπέσοι, ψαῦσαι καὶ θιγεῖν αὐτῶν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' εὐθὺς ἁπάντων ἀποκεκλεῖσθαι. Μή μοι τὰ τῶν Θεῶν ἁρπάζειν, μηδ' ἀποσυλᾶν ἑτέρων ἀναθημάτων· ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων, ὥσπερ ἔφην, προσπεσόν τι καὶ λαθὸν αὐτὸν ῥῆμα, ἐπαναθήσει. εἰπόντα δὲ, πάντων στέρεσθαι· μεταγινώσκοντι δὲ ἢ ἐπανορθουμένῳ τὰ λελεγμένα, καὶ τὴν ψυχὴν προσαφαιρεῖσθαι. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὧν κυριεύει, ὁ αὐτὸς λόγος. Ἐὰν ἐπιφημίσῃ τροφὴν γυναικὸς ἀνήρ, ἱερὰν εἶναι, τροφῆς ἀνέχειν. Ἐὰν πατὴρ υἱοῦ, ἐὰν ἄρχων τῶν ὑπηκόων, ταὐτόν. καὶ ἔκλυσις δὲ ἐπιφημισθέντων, ἡ μὲν τελειοτάτη καὶ μεγίστη, τοῦ ἱερέως ἀποφήσαντος· ὑπὸ γὰρ τοῦ Θεοῦ, κύριος οὗτος δέχεσθαι. καὶ μετὰ ταύτην δὲ, ἡ παρὰ τῶν μᾶλλον ἀεὶ κυρίων ὅσια ἵλεων τὸν Θεὸν ἀποφαίνειν· ὡς μηδὲ " ἐπ' ἀνάγκαις τὴν ἀνάθεσιν δέχεσθαι. Μυρία δὲ ἄλλα ἐπὶ τούτοις, ὅσα καὶ ἐπ' ἀγράφων ἐθῶν καὶ νομίμων, κἀν τοῖς νομίμοις αὐτοῖς. Ἅ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Ἃ μὴ κατέθηκεν, μηδ' ἀναιρεῖσθαι, μηδ' ἐκ πρασιᾶς, μηδ' ἐκ ληνοῦ, μηδ' ἐξ ἅλωνος· μὴ θημῶνος ὑφαιρεῖσθαι μέγα ἢ μικρὸν ἁπλῶς μηδέν. Μὴ πυρὸς δεηθέντι φθονεῖν. Μὴ νάματα ὑδάτων ἀποκλείειν· ἀλλὰ καὶ πτωχοῖς καὶ πηροῖς τροφὴν ἐρανίζουσι πρὸς τὸν Θεὸν εὐαγῶς ἀνέχειν. Μὴ ταφῆς " νεκρῶν ἐξείργειν, ἀλλὰ καὶ γῆς αὐτοῖς τοσοῦτον γε εἰς τὴν ὁσίαν, προσεπιβάλλειν·

μὴ θήκας, μὴ μνήματα ὅλως κατοιχομένων κινεῖν. μὴ δεσμά, μὴ κακὸν μηδὲν πλέον τῷ ἐν ἀνάγκαις προσεπιφέρειν. μὴ γονὴν ἀνδρῶν ἐκτέμνοντας, μὴ γυναικῶν ἀτοκίοις, καὶ ἄλλαις μηχαναῖς ἀμβλοῦν. μὴ ζώοις ἔμπαλιν, ἢ κατέδειξεν εἴτ' οὖν ὁ Θεός, εἴτε τις καὶ Νομοθέτης, προσφέρεσθαι. μὴ σπέρμα ἀφανίζειν. μὴ γέννημα δουλοῦν. μὴ ζυγὸν ἄδικον αὖθ' ὑπόσταθμον, μὴ χοίνικα ἄμετρον, μὴ νόμισμα ἄδικον. μὴ φίλων ἀπόρρητα ἐν ἔχθρᾳ φαίνειν. ποῖ δὴ πρὸς τῶν B Θεῶν ἡμῖν τὰ Βουζύγια ἐκεῖνα; ἄλλα δὲ πρὸς τούτοις ὅρα. Μὴ παίδων διοικίζειν γονέας, μηδ' ἂν αἰχμαλώτους ἔχῃς· μὴ γυναῖκα ἀνδρός, κἂν νομίμως ἐωνημένος ᾖς δεσπότης. ἤ που σεμνότερα καὶ μείζω, ταῦτα· ἄλλα δ', μικρὰ καὶ τὰ τυχόντα. μὴ νεοττίαν φησὶ καλιδίον ἐρημοῦν, μὴ ζώων ἱκεσίαν, οἷα ἔσθ' ὅτε προσφυγόντων ἀναιρεῖν. μὴ εἴ τι τῶν τοιούτων ἧττόν ἐστιν. οὐδενὸς ἄξια ταῦτά γε εἴποις ἄν. ἀλλ' ὅ γε ἐπ' αὐτοῖς νόμος ἐστὶ μέγας, καὶ πάσης ἐπιμελείας αἴτιος, καὶ αἱ προρρήσεις μεγάλαι, καὶ ἀραὶ κατά τε ἐξωλείας, καὶ ὁ Θεὸς ἐπόπτης τῶν τοιούτων, καὶ τιμωρὸς ἁπανταχοῦ. Καὶ μετὰ βραχέα φησίν, Ὅλην δὲ ἡμέραν εἰ τύχοι, μᾶλλον δὲ οὐδὲ μίαν, ἀλλὰ πολλάς, καὶ ταύτας οὐκ εὐθὺς ἐφεξῆς ἀλλήλαις, ἀλλ' ἐκ διαλειμμάτων, (καὶ τούτων δὲ παρ' ἑπτά, κρατοῦντος, ὡς καὶ εἰκὸς ἀεί, τοῦ περὶ τὰς βεβήλους ἔθους,) μηδ' ἓν ἂν παραλῦσαι τῶν προστεταγμένων, οὐ θαυμάζεις; ἆρ' οὐ πρὸς ἀσκήσεως μόνον αὐτοῖς τοῦτο ἐγκρατείας ἐστίν, ὡς ἐξ ἴσου καὶ δρᾶν τι ποιοῦντας, καὶ ἀνέχειν ἰσχύειν ἀπὸ τῶν ἔργων, εἰ δέοι; οὐ δῆτα. ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔργου μεγάλου καὶ θαυμαστοῦ τινος ᾠήθη δεῖν ὁ Νομοθέτης, αὐτοὺς μήτ' ἄλλα μόνον ἱκανοὺς εἶναι δρᾶν ὡσαύτως, ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν πατρίων νόμων καὶ ἐθῶν ἐμπείρως ἔχειν. τί οὖν ἐποίησε ταῖς ἑβδόμαις ταύταις ἡμέραις; αὐτοὺς εἰς ταὐτὸν ἠξίου συνάγεσθαι, καὶ καθεζομένους μετ' ἀλλήλων, σὺν αἰδοῖ καὶ κόσμῳ τῶν νόμων ἀκροᾶσθαι, τοῦ μηδένα ἀγνοῆσαι χάριν. καὶ δῆτα συνέρχονται μὲν ἀεί, καὶ συνεδρεύουσι μετ' ἀλλήλων·

A terram injicito. Defunctorum loculos aut sepulcra, ne leviter quidem commoveto. Neq; nexum, neq; mali quidqvam aliud hominis ad egestatem ac necessitatem adjungito. Ne virilis seminis jam decisi vim, aut mulierum abortionibus, aut aliis artibus obtundito. Animantibus aliter, quam aut Deus, aut Legislator ipse præscripserit, ne utitor. Semen ne disperdito. Partum servituti ne mancipato. Ne lancem iniquam, ne modium justo minorem, aut nummum adulterinum subjicito. Ne amicorum arcana privatis impulsus inimicitiis prodito. Busygia autem illa, qvo per Deum nobis tandem abiere? Sed attende porro, quæ attexïmus. Ne Parentes a liberis, ut mancipia tua sint, neve uxorem a conjuge, ut eorum legitimo pretio persoluto dominus sis, tecto sejungito. Atq; hæc graviora plane sunt ac majora. Sunt & minora qvædam atqve humiliora. Cujusmodi sunt, Domesticum nidum pullis ne spoliato. Nullius animantis, quæ ad te confugerit, obsecrationem rejicito. Et si quid hoc in genere levius est. Minuta hæc tibi forte ac nihili facienda videantur. At de iis sancita lex & ma- C gna est, & omni cura studioq; servatur: magnæ item denunciationes, imprecationes magnæ, quas pestis ultima conseqvatur: magnus deniq; rerum illarum inspector Deus, & criminum ubiq; vindex. Idemq; paucis interjectis, Quid? hoc non admiratione dignum existimas, integro sæpe die, imo non uno duntaxat aliqvo, sed pluribus, iisq; non aliis alios continenter, sed ex intervallo conseqventibus; & ejusmodi quidem intervallo, quod in septimum quemq; desinat; profanorum licet dierum consvetudine, vim D (ut fit) maximam obtinente, nullum tamen omnino præceptum violari? An id forte probandæ tantum & exercendæ continentiæ causa institutum fuit, ut non minus functiones suas intermittere, si quando opus esset, quam aliquid agere possent? Cave credas. Sed hoc in magni cujusdam & eximii operis loco ponendum Legislator putavit, ut non cæteris modo rebus, tam intermittendis, quam gerendis idonei, sed etiam ut patriarum legum & consvetudinum gnari peritiqve forent. Quid igitur septimis illis diebus instituit? Eos nimirum eundem in locum una convenire voluit, ut silentio summaq; cum modestia considentes, legum recitationi aures accommodent, itaqve nihil ipsos omnino fugiat. Atqve hunc illi conveniendi simul considendiqve morem,

» sic perpetuo retinent, ut multitudo quidem A universa sileat, nisi cum ea, quæ leguntur, faustis ac lætis acclamationibus prosequitur; e Sacerdotibus autem vel Senioribus aliquis, sacras leges palam recitans, omnes sigillatim exponat, donec alta jam vespera discedant universi, tum divinorum mandatorum instructi cognitione, tum etiam admodum pietate aucti. Numquid hoc quovis studii genere magis tibi necessarium videtur? Enimvero causæ nihil est, quamobrem istos legum Enarratores de rebus agendis consulant, quorum ut responsis careant, ni- B hil tamen, vel apud se unqvam, earum ignoratione perperam molientur. Qvemcunq; enim ipsorum appellaveris, ac de patriis institutis percontatus eris, cum respondere per sese commode ac facile poterit; tum ejusmodi sane videbitur, qui seu vir uxorem, seu liberos pater, seu famulos dominus, legum notione informare qveat. Jam septimi quoq; anni facilis & expedita ratio est, tametsi forte dissimilis. Nec enim eo, qvemadmodum septimo illo die, ab omni opere vacant, sed terram in consequentem annum otiosam, uberioris proventus expectatione, C jacere patiuntur. Multum enim ad soli feracitatem interesse sentiunt, ut secundum hoc quietis intervallum, seqvente deinceps anno coli denuo incipiat, non autem ut assidua & continenti aratione laceretur. Quod ipsum ad corporum etiam firmitatem & robur valere cognoscimus, cum eas intermissiones, & a quotidianis functionibus vacationes, non tantum valetudinis causa Medici præcipiant: quod assiduitas omnis ac perpetua similitudo, ac præsertim operum, detrimenti aliqvid afferre consveverit. Atq; ut ipso- D rum hoc in genere consilium argumento certiore constet: Existat forte non nemo, qui anno septimo, & suam illis ipsis agris multo quam ante diligentius colendis operam, & messe tamen integra sese iis cessurum polliceatur: hanc illi conditionem nunquam acceperint, quippe qui a laboribus soli vacare nolint, (qvod tamen si facerent, mirum nemini jure videretur,) sed ipsum qvoque solum in aliqvam induciarum quietisq; partem vocandum existiment, ut novum deinceps culturæ laborem svavius faciliusq; patiatur. Nam si ea causa non suberat, qvid ni, per Deum immortalem, solum hoc aliis superiore anno locarent, atq; ab operis totum illum conseqventis fructū & proventū acciperent?

A οἱ μὲν πολλοὶ, σιωπῇ, πλὴν εἴ τι προσεπιφημίσαι τοῖς ἀναγινωσκομένοις νομίζεται. τῶν ἱερέων δέ τις ὁ παρὼν, ἢ τῶν γερόντων εἷς ἀναγινώσκει τοὺς ἱεροὺς νόμους αὐτοῖς, καὶ καθ' ἕκαστον ἐξηγεῖται μέχρι σχεδὸν δείλης ὀψίας· κἀν τῷδε ἀπολύονται, τῶν τε νόμων τῶν ἱερῶν ἐμπείρως ἔχοντες, καὶ πολὺ δὴ πρὸς εὐσέβειαν ἐπιδεδωκότες. ἆρά σοι οὐ δοκεῖ ταῦτα παντὸς σπουδάσματος μᾶλλον ἀναγκαῖα αὐτοῖς; Τοιγαροῦν οὐκ ἐπὶ θεσμῳδοὺς B ἔρχονται περὶ τῶν πρακτέων, καὶ μὴ διερωτῶντες, οὐδὲ καθ' ἑαυτοὺς ὑπ' ἀγνοίας τῶν νόμων ῥᾳδιουργοῦσιν· ἀλλ' ὅντινα αὐτῶν κινεῖς, καὶ περὶ τῶν πατρίων διαπυνθάνῃ, προχείρως ἔχει καὶ ῥᾳδίως εἰπεῖν, καὶ ἀνὴρ γυναικὶ, καὶ παισὶ πατὴρ, καὶ δούλοις δεσπότης ἱκανὸς εἶναι δοκεῖ τοὺς νόμους παραδιδόναι. Καὶ μὴν περὶ τοῦ γε ἔτους τοῦ ἑβδόμου ῥᾴδιον ὡσαύτως λέγειν, οὐ μὴν ταυτὸν ἴσως. Οὐ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων ἀφεστᾶσιν, ὥσπερ ταῖς C ἑβδόμαις ἐκείναις ἡμέραις· ἀλλὰ τὴν γῆν ἀργὴν ἀφιᾶσιν εἰς τὰ μέλλοντα αὖθις, εὐθηνίας χάριν. πολὺ γὰρ διαφέρειν, αὐτὴν ἀνάπαυλαν λαβοῦσαν, εἶτα δὲ εἰς νέωτα γεωργεῖσθαι, καὶ μὴ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἐργασίας κατεξάνθαι. ταυτὸν δὲ καὶ περὶ τὰ σώματα ἂν ἴδοις συμβαῖνον εἰς ῥώμην· οὐ γὰρ δὴ πρὸς ὑγείαν μόνον διαλείμματα, καί τινας ἀναπαύλας ἀπὸ τῶν ἔργων τοὺς ἰατροὺς προστάττοντας. τὸ γὰρ συνεχὲς καὶ ὁμοιοειδὲς ἀεὶ, μάλιστα δ' ἐπ' ἔργων, βλάπτειν ἔοικε. ση- D μεῖον δέ. τὴν γὰρ γῆν αὐτὴν εἴ τις ἐπαγγέλλοιτο αὐτοῖς ἐξεργάσασθαι πολὺ μᾶλλον" πρόσθεν τὸ ἕβδομον ἔτος τουτὶ, καὶ τῶν καρπῶν" πάντων συμπαραχωρήσειν ὅλων, οὐκ ἂν οὐδαμῶς δέξαιντο. οὐ γὰρ αὐτοὶ τῶν πόνων ἀνέχειν οἴονται δεῖν μόνοι· καίτοι κἂν εἰ τοῦτ' ἐποίουν, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ἦν· ἀλλὰ τὴν χώραν αὐτοῖς ἄνεσίν τινα καὶ ῥᾳστώνην, εἰς ἀρχὴν ἑτέραν τῆς αὖθις ἐπιμελείας καὶ γεωργίας, λαβεῖν. ἐπεὶ, τί ἐκώλυε πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ τοῦ" παραδοθέντος ἔτους αὐτὴν προεκδοῦναι, καὶ παρὰ τῶν ἐργαζομένων τὸν" ἐκείνων φόρον τοῦ ἔτους ἐκλέγειν: ἀλλ', ὥσπερ

pag. 111.

V. Not. ir. del.

ir. παραδοθέντος. ir. ἰσθι.

ἐκ τοῦ ἔργου, κατ' οὐδένα τρόπον, οὐδὲ τῶν τοιούτων, πρόνοια, μοὶ δοκεῖ, τῆς χώρας, ἐνδέχονται. τὸ δὲ φιλανθρωπίας αὐτῶν, καὶ τοῦτο μέγα, ὡς ἀληθῶς, σημεῖον. ἐπεὶ γὰρ αὐτοὶ τῶν ἔργων ἐκείνου τοῦ ἔτους ἀνέχουσι, τοὺς γινομένους καρποὺς οὐκ οἴονται δεῖν συλλέγειν, οὐδ' ἀποτίθεσθαι, μὴ ἐκ τῶν οἰκείων πόνων περιόντας αὐτοῖς· ἀλλ', ἅτε τοῦ Θεοῦ παρεσχηκότος αὐτοῖς, ἀνιείσης ἐπ' αὐτομάτου τῆς γῆς, τοὺς βουλομένους ἢ δεομένους τῶν τε ὁδοιπόρων, καὶ τῶν ἄλλων ἀξιοῦσι μετ' ἀδείας χρῆσθαι. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις σοι. τὸ γὰρ ταῖς ἑβδόμαις ἤδη τὸν νόμον αὐτοῖς στῆσαι, ταῦτα οὐκ ἂν ἐμὲ ἀπαιτήσαις, ἴσως πολλῶν πολλάκις, καὶ Ἰατρῶν, καὶ Φυσιολόγων, καὶ Φιλοσόφων ἀκηκοότι περὶ τοῦ ἑβδόμου πρότερον, ἣν ἄρα δύναμιν ἔχει πρός τε τὴν τῶν συμπάντων, καὶ δὴ πρὸς τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν. οὗτος ὁ τῆς ἑβδόμης λόγος. Τοσαῦτα μὲν ὁ Φίλων. ὅμοια δ' αὐτῷ καὶ Ἰώσηπος ἱστορεῖ ἐν δευτέρῳ συγγράμματι, ὧν πεποίηται περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, τοῦτον γράφων καὶ αὐτὸς τὸν τρόπον.

Nimirum, pro ea solum, ut ante dixi, qua terram ipsam prosequuntur, cura ac studio, nihil horum, ut mihi quidem videtur, ullo modo probare possunt. Ac præcipuum quoddam illud est, quod sequitur, eorum humanitatis documentum. Quoniam enim septimo illo anno vacaverint, quæ per sese fruges extiterint, eas sibi, quod nullo suo labore provenerint, nec metendas ipsi, nec recondendas arbitrantur: sed divinæ benignitati voluntarium hunc terræ partum assignantes, quemvis eo, seu viator ille, seu quilibet alius fuerit, pro arbitrio vel inopia secure uti, libenter omnino patiuntur. At de his modo satis. Nam quod ista lex in septimum quemq; diem potissimum imperarit, hujus rei causam, opinor, ex me non requiras, qui forte jam a pluribus vel Medicis, vel Physiologis, vel Philosophis sæpenumero audieris, quantus numerus iste septenarius cum in cæterorum omnium, tum in hominis quoq; naturam vires obtineat. Hæc igitur Sabbati ratio fuit. Atq; hactenus Philo. Gemina sunt, quæ libro de Judæorum Antiquitate secundo Josephus his verbis commemorat.

η. ΙΩΣΗΠΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΩσέα πολιτεύματος.

ΤΙΣ δ' ἦν ὁ μάλιστα κατορθώσας τοὺς νόμους, καὶ τῆς δικαιοτάτης περὶ τοῦ Θεοῦ πίστεως ἐπιτυχών, πάρεστιν ἐξ αὐτῶν κατανοεῖν τῶν νόμων ἀντιπαραξάλλοντας. ἤδη γὰρ περὶ τούτων λεκτέον. Οὐκοῦν ἄπειροι μὲν αἱ κατὰ μέρος τῶν ἐθῶν καὶ τῶν νόμων παρὰ τοῖς ἅπασιν ἀνθρώποις διαφοραί, κεφαλαιωδῶς ἂν ἐπίοι τις. οἱ μὲν γὰρ μοναρχίαις, οἱ δὲ ταῖς ὀλίγων δυναστείαις, ἄλλοι δὲ τοῖς πλήθεσιν ἐπέτρεψαν τὴν ἐξουσίαν τῶν πολιτευμάτων. ὁ δ' ἡμέτερος Νομοθέτης, εἰς μὲν τούτους οὐδ' ὁποσοῦν ἀπεῖδεν· ὡς δ' ἄν τις εἴποι βιασάμενος τὸν λόγον, Θεοκρατείαν ἀπέδειξε τὸ πολίτευμα, Θεῷ τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ κράτος ἀναθείς, καὶ πείσας εἰς ἐκεῖνον ἅπαντας ἀφορᾶν, ὡς αἴτιον μὲν ἁπάντων ὄντα τῶν ἀγαθῶν, ἃ κινεῖται πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ ὅσων ἔτυχον αὐτοὶ δεηθέντες ἐν ἀμηχάνοις· λαθεῖν δὲ τὴν ἐκείνου γνώμην οὐκ ἐνόν, οὔτε τι τῶν πραττομένων οὐδέν, οὔθ' ὧν ἄν τις παρ' αὑτῷ διανοηθείη.

VIII. EX JOSEPHO DE MOSAICÆ Reip. forma.

JAM vero, inquit ille, qui tandem ex omnibus & perfectissimam legum rationem instituerit, & æquissimam de Deo notionem atq; sententiam animo informarit, vel ex mutua legum ipsarum contentione quivis intelligat. Tempus enim est, ut ad eas veniamus. Enimvero, ut infinita quædam, si expendere singula volueris, morum atq; legum toto passim hominum genere, discrimina sint, eas tamen omnes in summa hæc capita facile colligas. Alii quippe uni tantum, paucis quibusdam alii, alii deniq; populo summam Reip. potestatem commiserunt. At Legislator noster, hisce neglectis omnibus, Theocraticam (liceat enim hac voce, tametsi paulo duriore uti) Reip. formam instituit: atque ita, summo principatu Divino Numini attributo, id egit maxime, ut in eo cunctorum oculi ac mentes acquiescerent, tanquam in eo, qui & bonorum omnium, seu quæ universe hominum generi eveniunt, seu quæ privatim singuli, difficilioribus suis temporibus, votis ac precibus impetrant, auctor & causa sit: atque ejusmodi, cujus cognitionem nullum omnino factum, cogitatio nulla fugere ac latere possit.

Eum præterea cum ortu carere, tum nullam tota æternitate mutationem subire, omnis quoq; mortalis formæ dignitatem pulchritudine superare, postremo ut sua nobis potestate notum, sic natura & essentia prorsus ignotum esse profitetur. Mitto sane Græcorum sapientissimos hujus de Deo sententiæ Magistrum illum ac Ducem habuisse: quam præclara qvidem illa quamq; Dei cum natura & majestate conjuncta foret, gravissime testatum ipsi quoq; reliqverunt. Pythagoras enim, Anaxagoras, Plato, quique Platonem excepere Stoici Philosophi, ac cæteri prope omnes, in hujus de Natura Divina sententiæ communionem societatemqve venerunt. At enimvero, cum isti fere non nisi cum paucis philosopharentur, & dogmatis hujus veritatem in vulgus aliis jam opinionibus occupatum efferre metuerent: tum noster hic Legislator, qui suarum ad legum æquitatem operum consensionem adjungeret; non eos modo, qui sua ætate viverent, in eam secum mentem adduxit, verum etiam nepotibus ac posteris illorum omnibus, firmam hanc atq; constantem de Divino Numine fidem inservit. Quod autem in ea legum suarum informatione fructum etiam fuerit longe quam cæteri majorem sequutus, eo maxime factum est, quod non Religionem virtutis partem aliqvam fecerit, sed Religionis potius alia partes esse quasdam, & viderit, & vero statuerit: Justitiam, Temperantiam, Patientiam, ac mutuam civium inter se rebus in omnibus conjunctionem. Quippe, actionum enim, studiorum, ac sermonum omnium rationes ex una Divini Numinis Religione suspensas habere nos oportet: cum nihil penitus aut non expensum, aut non definitum constitutumqve reliqverit. Nam cum duæ omnino sint cujusvis disciplinæ, ac morum instituendorum viæ; quarum altera præceptis, altera conformatione vitæ continetur: cæteri quidem Legislatores dissidentium opinionum varietate distracti, atqve alterutram suo quisque sensu viam sequuti, alteram omisere. Ita enim Lacedæmonii simul & Cretenses, moribus ipsis docebant, non præceptis: Athenienses autem Græciqve propemodum universi, quid agendum esset, quidve fugiendum, legibus edicebant, suos tamen ad utrumqve rebus ipsis consvefacere negligebant. At Legislator hic noster præcipuo quodam studio ambo ista conjunxit, dum neq; mutam vitæ morumq; conformationem reliquit, neqve

A ἀλλ' αὐτὸν ἀπέφηνε καὶ ἀγέννητον, καὶ πρὸς τὸν ἀΐδιον χρόνον ἀναλλοίωτον, πάσης ἰδέας θνητῆς κάλλει διαφέροντα, καὶ δυνάμει μὲν ἡμῖν γνώριμον, ὁποῖος δὲ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ἄγνωστον. Ταῦτα περὶ Θεοῦ φρονεῖν οἱ σοφώτατοι παρ' Ἕλλησιν ὅτι μὲν ἐδιδάχθησαν, ἐκείνου τὰς ἀρχὰς παρασχόντος, ἐῶ νῦν λέγειν· ὅτι δέ ἐστι καλὰ καὶ πρέποντα τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει καὶ μεγαλειότητι, σφόδρα μεμαρτυρήκασι. καὶ γὰρ Πυθαγόρας, καὶ Ἀναξαγόρας, καὶ B Πλάτων, οἵ τε μετ' ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλόσοφοι, καὶ μικροῦ δεῖν ἅπαντες οὕτω φαίνονται περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως πεφρονηκότες. ἀλλ' οἱ μὲν πρὸς ὀλίγους φιλοσοφοῦντες, εἰς πλήθη δόξαις κατειλημμένα τὴν ἀλήθειαν τοῦ δόγματος ἐξενεγκεῖν οὐκ ἐτόλμησαν. ὁ δ' ἡμέτερος Νομοθέτης, ἅτε δὴ τὰ ἔργα παρέχων τοῖς νόμοις σύμφωνα, οὐ μόνον τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἔπεισεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξ ἐκείνων ἀεὶ γενησομένοις τὴν περὶ τοῦ Θεοῦ πί- C στιν ἐνέφυσεν ἀμετακίνητον. αἴτιον δ', ὅτι καὶ τῷ τρόπῳ τῆς νομοθεσίας πρὸς τὸ χρήσιμον πάντων πολὺ διήνεγκεν. οὐ γὰρ μέρος ἀρετῆς ἐποίησε τὴν εὐσέβειαν, ἀλλὰ ταύτης μέρη τἆλλα, καὶ συνεῖδεν αὐτὰ, καὶ κατέστησε· λέγω δὲ τὴν Δικαιοσύνην, τὴν Σωφροσύνην, τὴν Καρτερίαν, τὴν τῶν πολιτῶν πρὸς ἀλλήλους ἐν ἅπασι συμφωνίαν. ἅπασαι γὰρ αἱ πράξεις, καὶ διατριβαὶ, καὶ λόγοι πάντες ἐπὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἡμῖν εὐσέβειαν ἀναφέρουσιν. οὐδὲν γὰρ D τούτων ἀνεξέταστον, οὐδ' ἀόριστον παρέλιπεν. δύο μὲν γάρ εἰσιν ἁπάσης παιδείας τρόποι, καὶ τῆς περὶ τὰ ἤθη κατασκευῆς· ὧν ὁ μὲν λόγῳ διδασκαλικὸς, ὁ δὲ διὰ τῆς ἀσκήσεως τῶν ἠθῶν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι Νομοθέται ταῖς γνώμαις διέστησαν, καὶ τὸν ἕτερον αὐτῶν, ὃν ἔδοξεν ἑκάστοις ἑλόμενοι, τὸν ἕτερον παρέλιπον. οἷον Λακεδαιμόνιοι μὲν καὶ Κρῆτες ἔθεσιν ἐπαίδευον, οὐ λόγοις· Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ σχεδὸν οἱ πάντες Ἕλληνες, ἃ χρὴ πράττειν, ἢ μὴ, προσέταττον διὰ τῶν νόμων, τοῦ δὲ πρὸς αὐτὰ διὰ τῶν ἔργων ἐθίζειν ὠλιγώρουν. ὁ δ' ἡμέτερος Νομοθέτης ἄμφω ταῦτα συνήρμοσε κατὰ πολλὴν ἐπιμέλειαν. οὔτε γὰρ κωφὴν ἀπέλιπε τὴν τῶν ἠθῶν ἄσκησιν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ νόμου λό-

γον ἀπόδεικτον εἴασεν· ἀλλ' εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἀρξάμενος τροφῆς, καὶ τῆς κατὰ τῶν οἴκων ἑκάστων διαίτης, οὐδὲν οὐδὲ τῶν βραχυτάτων αὐτεξούσιον ἐπὶ ταῖς βουλήσεσι τῶν χρησομένων κατέλιπεν· ἀλλὰ καὶ περὶ σιτίων ὅσων ἀπέχεσθαι χρὴ, καὶ τίνα προσφέρεσθαι, καὶ περὶ τῶν κοινωνησάντων τῆς διαίτης, ἔργων τε συντονίας, καὶ τοὔμπαλιν ἀναπαύσεως ὅρον ἔθηκεν αὐτὸς καὶ κανόνα τὸν νόμον, ἵν' ὥσπερ ὑπὸ πατρὶ καὶ δεσπότῃ τούτῳ ζῶντες, μήτε βουλόμενοι μηδὲν, μήθ' ὑπ' ἀγνοίας ἁμαρτάνωμεν. οὐδὲ γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς ἀγνοίας ἐπιτίμησιν κατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον καὶ ἀναγκαιότατον ἀπέδειξε παίδευμα τὸν νόμον, οὐκ εἰσάπαξ ἀκροασαμένοις, οὐδὲ δὶς ἢ πολλάκις. ἀλλ' ἑκάστης ἑβδομάδος τῶν ἄλλων ἔργων ἀφεμένους, ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν ἐκέλευσε τοῦ νόμου συλλέγεσθαι, καὶ τοῦτον ἀκριβῶς ἐκμανθάνειν. ὃ

pag. 214. δὴ πάντες ἐοίκασιν οἱ Νομοθέται παραλιπεῖν. καὶ τοσοῦτον οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπέχουσι τοῦ κατὰ τοὺς οἰκείους νόμους ζῆν, ὥστε σχεδὸν αὐτοὺς οὐδ' ἴσασι· ἀλλ' ὅταν ἐξαμαρτάνωσι, τότε παρ' ἄλλων μανθάνουσιν, ὅτι τὸν νόμον παραβεβήκασιν. οἵ τε τὰς μεγίστας καὶ κυριωτάτας παρ' αὐτοῖς ἀρχὰς διοικοῦντες ὁμολογοῦσι τὴν ἄγνοιαν. ἐπιστάτας γὰρ παρακαθίστανται τῆς τῶν πραγμάτων οἰκονομίας, τοὺς ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν νόμων ὑπισχνουμένους. ἡμῶν δ' ὁντινοῦν τις ἕλοιτο, τοὺς νόμους ῥᾷον ἂν τις εἴποι πάντας, ἢ τοὔνομα τὸ ἑαυτοῦ. τοιγαροῦν ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτοὺς ἐκμανθάνοντες, ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ὥσπερ ἐγκεχαραγμένους. καὶ σπάνιος μὲν ὁ παραβαίνων, ἀδύνατος δ' ἡ τῆς κολάσεως παραίτησις. τοῦτο πρῶτον ἁπάντων τὴν θαυμαστὴν ὁμόνοιαν ἡμῖν ἐμπεποίηκε. τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν, καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἤθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἀποτελεῖ. παρ' ἡμῖν γὰρ μόνοις οὔτε περὶ Θεοῦ λόγους ἀκούσεται τοὺς ἀλλήλοις ὑπεναντίους, ὁποῖα πολλὰ παρ' ἑτέροις (οὐχ ὑπὸ τῶν τυχόντων γὰρ μόνον τὸ κατὰ τὸ προστυχὸν ἑκάστῳ λέγεται πάθος,

A legis præcepta operum societate carere permisit: sed jam inde ab ipsomet alimenti genere, & domestica singulorum victus ratione auspicatus, ne minutissimum quidem aliquid eorum, qui uterentur, potestatis & arbitrii facere voluit. Imo, quibus abstinendum cibis, quibus item vesci liceat, quinam in victus communionem ac societatem vocandi, qvam in operibus contentionem adhibere, quem in otio tenere modum oporteat, certis quasi legis finibus regulisq; descripsit: uti sub ejus tanqvam parentis cujusdam aut dominæ imperio nutuq; viventes, nihil omnino vel malitia, vel ignoratione peccemus. Ita, ne ignorationem illam, velut aliqvam deprecandæ pœnæ speciem relinqveret, longe pulcherrimum nobis maximeq; necessarium disciplinæ genus, legē ipsam esse voluit, nec satis id futurum putavit, ut semel, iterum, aut sæpius eam audiissemus, nisi hebdomadis quoq; singulis, ab alio quolibet opere feriatos omnes, ad illam, dum recitaretur, audiendam, animoq; penitus informandam convenire juberet. Id qvod ab reliqvis omnibus Legislatoribus prætermissum videmus. Qvare, pleriqve mortalium a vita suarum ex legum præceptis instituenda tantum absunt, ut in summa fere illarum ignoratione versentur, atq; ubi peccaverint, eas tum demum abs se violatas, ex aliis intelligant. Qvam ignorantiam summi quoq; ac principes eorum Magistratus confitentur, dum eos rerum administrationi præesse potissimum, ac sibi assidere volunt, qui præcipuam quandam Legum peritiam præ se ferant. At ex nostris, qvemcunqve de Legum nostrarum capitibus interroges, universas facilius quam suum ipse nomen edisseret, quippe quas jam usq; ab ea, qua primum aliquid sentire cœpimus, ætate, haustas, mentibus deinceps inustas quodammodo impressasq; teneamus. Ita, & rari admodum sunt, qui eas violent, & qui violarit, nulla prorsus ei deprecandæ pœnæ ratio superest. Atq; hic admirabilis inter nos animorum consensionis fons est præcipuus. Nam & idem omnes de Deo sentire, & nullo vitæ morumq; dissidio laborare, id vero pulcherrimam ac jucundissimam hominibus animorum studiorumq; conjunctionem afferre solet. Enimvero, Soli omnino sumus, apud qvos neq; discrepantes unqvam de Deo sententias audies, qvod apud alios freqventissimum est: (nec enim vulgaris tantum ac plebeius quilibet, prout peculiaris animi sensus impulerit, de Deo loquitur;

sed hoc temeritatis vitium ad nonnullos etiam Philosophos permanavit, quorum alii omnem Dei naturam funditus exterminare conati sunt, alii eundem omni hominum cura providentiaq; spoliarunt:) nec ullum in vitæ rationibus dissidium videbis. Imo vero, cum summa quædam apud nos omnium est operum functionumqve communio, tum vox similiter eadem, & cum ipsa lege consentiens, qvæ omnia Divini oculi sapientia regi profitetur. Qvinetiam, quod ad vitæ instituta spectat, ex ipsis qvoq; mulierculis ac mancipiis intelliges, nihil non ex cæteris ad unum religionis finem esse referendum. Atq; hinc profectum illud est, quod a nonnullis probro nobis & crimini vertitur, neminem ex nobis ullum aut novę orationis, aut operis novi auctorem prodiisse. Nam cæteri quidem, in nulla patriarum consvetudinum acqviescere, præclarum qviddam ac laude dignum arbitrantur, eosq; potissimum, qvi aliquid earum labefactare conantur, a singulari prudentiæ vi solertiaq; comendant. Nos contra, unam hanc & prudentiam, & virtutem esse statuimus, nihil omnino, qvod cum legibus ante sancitis quoquo modo pugnet, aut invehere, aut moliri. quod sane argumento certissimo est, optime conditam hanc fuisse legem. Qvæ enim secus instituta sunt, ea vero correctione indigere, experientia comprobatur. At nos, qui hanc primum Legem ex divinæ voluntatis arbitrio latam fuisse credimus, eam deinceps violare sine impietate non possumus. Et vero, quid tandem aut ex ea mutare quis possit, aut excogitare melius, aut ab aliis convenientius mutuari? Num forte genus ipsum Reipub. totum immutabit? At qvodnam, obsecro, possit eo vel melius vel æquius institui, quod Deum quidem rerum universarum Moderatorem constituat, Sacerdotes vero ita publicæ maximorum negotiorum administrationi præficiat, ut illis ipsis Sacerdotibus summum omnium Pontificem præesse velit? Adde quod eosdem ab ipso jam initio Legislator, non pro census magnitudine, aut aliarum ejusmodi rerum, quam fortuna pepererit, copia, in tanto honoris gradu collocari voluerit; sed iis duntaxat, qui secum aliis partim orationis vi, partim etiam æquitate morum anteirent, divini cultus religiones ritusque commiserit. Id quod sane ad accuratam & legis ipsius, & reliquorum institutorum conservationem, maxime pertinebat: cum & summi omnium Qvæsitores, & controversiarum Judices, & damnatorum punitores constituti Sacerdotes essent.

ἀλλὰ κἂν παρά τισι τῶν Φιλοσόφων ἀποτετόλμηται, τῶν μὲν τὴν ὅλην τοῦ Θεοῦ φύσιν ἀναιρεῖν τοῖς λόγοις ἐπικεχειρηκότων, ἄλλων δὲ τὴν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸν πρόνοιαν ἀφαιρουμένων) οὐδ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν βίων ὄψεται διαφορὰν, ἀλλὰ κοινὰ μὲν ἔργα πάντων παρ' ἡμῖν, εἷς δ' ὁ λόγος ὁ τῷ νόμῳ συμφωνῶν περὶ Θεοῦ, πάντα λέγων ἐκεῖνον ἐφορᾶν. καὶ μὴν περὶ τῶν τοῦ βίου ἐπιτηδευμάτων, ὅτι δεῖ πάντα τὰ ἄλλα τέλος ἔχειν τὴν εὐσέβειαν, καὶ γυναικῶν ἀκούσειεν ἄν τις, καὶ τῶν οἰκετῶν. ὅθεν δὴ καὶ τὸ προσφερόμενον ἡμῖν ὑπό τινων ἔγκλημα, τὸ δὴ μὴ καινῶν εὑρετὰς ἔργων ἢ λόγων ἄνδρας παρασχεῖν, ἐντεῦθεν συμβέβηκεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τὸ μηδενὶ τῶν πατρίων ἐμμένειν, καλὸν εἶναι νομίζουσι, καὶ τοῖς μάλιστα τολμῶσι ταῦτα παραβαίνειν, σοφίας δεινότητα μαρτυροῦσιν. ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον, μίαν εἶναι καὶ φρόνησιν, καὶ ἀρετὴν ὑπειλήφαμεν, τὸ μηδὲν ὅλως ὑπεναντίον μήτε πρᾶξαι, μήτε διανοηθῆναι τοῖς ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθεῖσιν. ὅπερ εἰκότως ἂν εἴη τεκμήριον τοῦ κάλλιστα τὸν νόμον τεθῆναι. τὰ γὰρ μὴ τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον αἱ πεῖραι δεόμενα διορθώσεως ἐλέγχουσιν· ἡμῖν δὲ τοῖς πεισθεῖσιν ἐξ ἀρχῆς τεθῆναι τὸν νόμον κατὰ Θεοῦ βούλησιν, οὐδ' εὐσεβὲς ἦν ἔτι τοῦτον μὴ φυλάττειν. τί γὰρ αὐτοῦ τις ἂν μετακινήσειεν, ἢ τί κάλλιον ἐξεῦρεν, ἢ τί παρ' ἑτέρων ὡς ἄμεινον μετήνεγκεν; ἆρά γε τὴν ὅλην κατάστασιν τοῦ πολιτεύματος; καὶ τίς ἂν καλλίων ἢ δικαιοτέρα γένηται, τῆς τὸν Θεὸν μὲν Ἡγεμόνα τῶν ὅλων ἡγεῖσθαι πεποιημένης, τοῖς Ἱερεῦσι δὲ κοινῇ μὲν τὰ μέγιστα διοικεῖν ἐπιτρεπούσης, τῷ δὲ πάντων Ἀρχιερεῖ πάλιν πεπιστευκυίας τὴν τῶν ἄλλων Ἱερέων ἡγεμονίαν; οὓς οὐ πλούτῳ, οὐδέ τισιν ἄλλαις προὔχουσι πλεονεξίαις, τὸ πρῶτον εὐθὺς νομοθετήσας ἐπὶ τὴν τιμὴν ἔταξεν· ἀλλ' ὅσοι τῶν μετ' αὐτοῦ πειθοῖ τε καὶ σωφροσύνῃ τῶν ἄλλων διέφερον, τούτοις τὴν περὶ τὸν Θεὸν θεραπείαν ἐνεχείρησεν. τοῦτο δ' ἦν καὶ τοῦ νόμου, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων ἀκριβὴς ἐπιμέλεια. καὶ γὰρ ἐπόπται πάντων καὶ δικασταὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, καὶ κολασταὶ τῶν κατεγνωσμένων οἱ Ἱερεῖς ἐτάχθησαν.

V.Na.

Τίς ἂν οὖν ἀρχὴ γένοιτο ταύτης ὁσιωτέρα; τίς δὲ τιμὴ Θεῷ μᾶλλον ἁρμόζουσα; παντὸς μὲν τοῦ πλήθους κατεσκευασμένου πρὸς τὴν εὐσέβειαν, ἐξαίρετον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν Ἱερέων πεπιστευμένων, ὥσπερ δὲ τελετῆς ἐπὶ τῆς ὅλης πολιτείας οἰκονομουμένης. (V. Not.) ἃ γὰρ ὀλίγων ἡμερῶν ἀριθμὸν ἐπιτηδεύοντες ἄλλοι (P. 211) φυλάττειν οὐ δύνανται, μυστήρια καὶ τελετὰς ἐπονομάζοντες, ταῦτα μετὰ πολλῆς ἡδονῆς καὶ γνώμης ἀμεταθέτου φυλάττομεν ἡμεῖς διὰ τοῦ παντὸς αἰῶνος. τίνες οὖν εἰσιν (B) αἱ προρρήσεις καὶ προαγορεύσεις; ἁπλαῖ τε καὶ γνώριμοι. πρώτη δ' ἡγεῖται ἡ περὶ Θεοῦ λέγουσα, Θεὸς ἔχει τὰ σύμπαντα, παντελὴς καὶ μακάριος, αὐτὸς ἑαυτῷ καὶ πᾶσιν αὐτάρκης, ἀρχὴ, καὶ μέση καὶ τέλος πάντων οὗτος· ἔργοις μὲν, καὶ χάρισιν ἐναργὴς, καὶ παντὸς οὑτινοσοῦν φανερώτερος, μορφὴν δὲ καὶ μέγεθος ἡμῖν ἀφανέστατος. πᾶσα μὲν ὕλη πρὸς εἰκόνα τὴν τούτου, κἂν ᾖ πολυτελὴς, ἄτιμος· πᾶσα δὲ τέχνη, πρὸς (C) μιμήσεως ἐπίνοιαν, ἄτεχνος· οὐδὲν ὅμοιον οὔτ' ἐπινοοῦμεν, οὔτ' εἰκάζειν ἐστὶν ὅσιον. ἔργα βλέπομεν αὐτοῦ, φῶς, οὐρανὸν, γῆν, ἥλιον καὶ σελήνην, ὕδατα, ζώων γενέσεις, καρπῶν ἀναδόσεις. ταῦτα ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὐ χερσὶν, οὐ πόνοις, οὔ τινων ἐργασαμένων ἐπιδεηθεὶς, ἀλλ' αὐτοῦ καλὰ θελήσαντος, καλῶς ἦν εὐθὺς γεγονότα. τοῦτον δεῖ πάντας ἀκολουθεῖν, καὶ θεραπεύειν ἀσκοῦντας ἀρετήν· τρόπος γὰρ Θεοῦ θεραπείας οὗτος ὁσιώτατος. (D) εἷς ναὸς ἑνὸς Θεοῦ, φίλον γὰρ ἀεὶ παντὶ τὸ ὅμοιον· κοινὸς ἁπάντων, κοινοῦ Θεοῦ ἁπάντων. τοῦτον θεραπεύουσι μὲν διὰ παντὸς οἱ Ἱερεῖς· ἡγεῖται δὲ τούτων ὁ πρῶτος ἀεὶ κατὰ γένος. οὗτος μετὰ τῶν συνιερέων θύσει τῷ Θεῷ, φυλάξει τοὺς νόμους, δικάσει περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων, κολάσει τοὺς ἐλεγχθέντας. ὁ τούτῳ μὴ πειθόμενος, ὑφέξει δίκην, ὡς εἰς τὸν Θεὸν αὐτὸν ἀσεβῶν. θύομεν τὰς θυσίας οὐκ εἰς μέθην ἑαυτοῖς· ἀβούλητον γὰρ τῷ Θεῷ τόδε, καὶ πρόφασις ἂν ὕβρεως γένοιτο καὶ πολυτελείας· ἀλλὰ σώφρονας, εὐτάκτους, εὐσταλεῖς, ὅπως μάλιστα θύοντες σωφρονῶσι.

(A) Qvodnam igitur Imperii genus hoc sanctius esse queat? aut qui Deo cultus convenientior exhiberi? ubi non multitudo tantum universa ad pietatem studiosissime informetur, sed etiam & insignis quædam a Sacerdotibus in rerum administratione diligentia exigatur, & solennem sacri alicujus festi religionem tota Reip. ratio imitetur? Nam quæ cæteri paucis aliqvot diebus mysteria, ut appellant, statásqve cerimonias custodire non possunt, ea nos perpetuo cum svavissime, tum etiam constantissime retinemus. (B) Qvænam vero, & cujusmodi nostra illa vel edicta sunt, vel interdicta? Simplicia prorsus & illustria. Princeps quidem & caput omnium illud est, quod ita de Deo statuit: Deum universa complecti: perfectissimum illum esse atqve beatissimum: sibi ipsi ac cæteris omnibus satis unum esse: principium, medium, finemqve cunctorum: eundem ut operibus ac beneficiis conspicuum, imo rerum omnium longe notissimum, ita cum natura, tum etiam magnitudine obscurissimum: materiam omnem, ut genere ipso pretiosissima videatur, vilem (C) tamen & abjectam, si ad ejus imaginem exigatur, futuram: artem similiter omnem, si ad illius imitationem aspiret, inertem jacere: Nihil ejus simile nec videri a nobis, nec cogitari posse, imo ne leviter qvidem animo informari fas esse. Hujus tamen opera sub aspectum cadere, lumen, cœlum, terram, Solem, Lunam, aqvas, animantium procreationes, fructuumqve proventus: hæc autem a Deo, non manibus, non labore ullo, non precaria cujusqvam opera, sed uno voluntatis suæ nutu perfecta continuo, (D) proqve eo ac statuerat, bonitatem sortita esse. Ad illum omnes adhærescere, unum virtutis exercitio colere oportere, quod ea cultus divini ratio una omnium castissima sit atq; sanctissima. Unius Dei Templum unum esse, quod simili simile delectetur; adeoq; commune cum omnibus, qvia Numini omnium communi sacrum. Ac Sacerdotum quidem proprias ejus placandi partes esse, iis tamen unũ semper aliqvem præesse genere principem, qvi cum aliis Sacerdotibus Deo sacrificet, leges custodiat, si qvid erit controversum, arbitrio definiat, peractos deniq; reos justo supplicio coërceat. Ei qvisqvis minus paruerit, pœnam huic luendam esse nihilo leviorem, qvam si advers[9] Deum impie fecerit. Cæterum ea sacrificiorum nostrorum lex est, uti ne ipsis ad gulæ & crapulæ turpitudinem abutamur: cum enim horret ista Deus, tum vero & injuriarum & luxus occasionem præberent: modica igitur, honesta, & sobria illa sint oportet, ut ii præsertim, qui sacris operam dant, castigatam modestiam præ se ferant,

A Jam inter sacrificandum, in primis quidem pro communi, tum pro sua cuiqve salute nuncupanda vota sunt. Cum enim ad mutuam societatem nati simus, is profecto Deum sibi maxime concilier, qui eam vita sua potiorem habuerit. Porro votorum ac precationum summa hæc est, non uti beneficia nobis ipse conferat, confert enim ille per sese, atqve omnibus passim ingerit; verum ut ea cum rite accipere, tum accepta diligenter conservare possimus. Ad extremum, cui sacrificium faciendum erit, B ei lex certa quædam præscribit lustrationum genera, quibus susceptæ si quæ sint ex funere, lecto, uxoris consvetudine, & aliis plerisqve rebus, quas nunc percensere longum esset, labes expientur. Atque hujusmodi nobis & de Deo doctrina, & divini cultus tradita ratio est, quæ legis ipsa quoq; vim obtinet. De nuptiis vero quid? Eam tantum consvetudinem, quam cum uxore natura concedit, lex nostra probat, modo tamen ea prolis suscipiendæ causa ineatur. At marium cum maribus congressiones execratur, ejusq; flagitii reos capitali supplicio damnat. C Cæterum in matrimonio contrahendo, neqve dotis rationem haberi, neqve per vim rapi conjugem, neqve dolo malo pellici vult: sed ab eo, qui collocandæ potestatem habeat, postulari; sic tamen ut propinqvitatis etiam & sangvinis ratio habeantur. *Ac mulier quidem*, inqvit Scriptura, *viro per omnia deterior est.* Viro igitur obtemperet, non tamen contumeliæ causa, sed ut alterius imperium ac ductum seqvatur: vim enim atqve potestatem viro Deus concessit. Unius porro tantum, qua cum matrimonio conjunctus fueris, expetenda con- D svetudo est; alterius enim uxorem cogitare, nefas. Quod in scelus quisquis inciderit, certum capitis supplicium: qvemadmodum si quis aut Virgini alteri cuipiam desponsæ vim obtulerit, aut alii nuptam illexerit. Liberorum quicqvid susceptum erit, educari lex jubet. Vetat eadem, ne qva mulier susceptum semen aut ejiciat, aut extingvat: qvæ secus facit, eam pro liberorum interfectrice haberi vult, perinde ac si re ipsa & fœtus vitam oppresserit, & generis sui propagationem inhibuerit. Quisquis ergo ad alienum torum violandum accesserit, is purus & integer manere non potest. Itaq; post legitimam qvoq; viri cum uxore consvetudinem, lex corpus ablui jubet: quod ex ea sordis aliqvid ad corpus simul & animum allinatur; qvasi animus in exteram qvandam hoc facto regionem commearet. Quippe animus enim, ubi corporibus implicatur, damni aliquid ac detrimenti subire solet; quorum concretione, mortis beneficio rursum ipse liberatur: ideoqve certa quadam, similibus procurandis, expiationum genera Legislator instituit.

καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις χρὴ πρῶτον ὑπὲρ τῆς κοινῆς εὔχεσθαι σωτηρίας, εἶθ' ὑπὲρ ἑαυτῶν. ἐπὶ γὰρ κοινωνίᾳ γεγόναμεν, καὶ ταύτην ὁ προτιμῶν τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἰδίου, μάλιστα εἴη Θεῷ κεχαρισμένος. παράκλησις δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἔστω διὰ τῆς εὐχῆς καὶ δέησις, οὐχ ὅπως διδῷ τἀγαθά· δέδωκε γὰρ αὐτὸς ἑκὼν, καὶ πᾶσιν εἰς μέσον κατατέθεικεν· ἀλλ' ὅπως δέχεσθαι δυνώμεθα, καὶ λαβόντες φυλάττωμεν. ἁγνείας ἐπὶ ταῖς θυσίαις διήρηκεν ὁ νόμος, ἀπὸ κήδους, ἀπὸ λέχους, ἀπὸ κοινωνίας τῆς πρὸς γυναῖκα, καὶ πολλῶν ἄλλων, ἃ μακρὸν ἂν εἴη νῦν γράφειν. τοιοῦτος μὲν ὁ περὶ Θεοῦ, καὶ τῆς ἐκείνου θεραπείας, λόγος ἡμῖν ἐστιν· ὁ δ' αὐτὸς ἅμα καὶ νόμος. τίνες δὲ οἱ περὶ γάμον νόμοι; μίξιν μόνην οἶδεν ὁ νόμος, τὴν κατὰ φύσιν τὴν πρὸς γυναῖκα, καὶ ταύτην, εἰ μέλλοι τέκνων ἕνεκα γίνεσθαι. τὴν δὲ πρὸς ἄρρενα ἀρρένων ἐστύγηκε, καὶ θάνατος τὸ ἐπιτίμιον, εἴ τις ἐπιχειρήσειε. γαμεῖν δὲ κελεύει, μὴ προικὶ προσέχοντας, μηδὲ βιαίοις ἁρπαγαῖς, μηδ' αὖ δόλῳ καὶ δι' ἀπάτης πείσαντας· ἀλλὰ μνηστεύεσθαι παρὰ τοῦ δοῦναι κυρίου, καὶ κατὰ συγγένειαν ἐπιτήδειον. γυνὴ χείρων, φησὶν, ἀνδρὸς εἰς ἅπαντα. τοιγαροῦν ὑπακουέτω, μὴ πρὸς ὕβριν, ἀλλ' ἵνα ἄρχηται· Θεὸς γὰρ ἀνδρὶ κράτος ἔδωκε. ταύτῃ συνεῖναι δεῖ τὸν γήμαντα μόνῃ· τὸ δὲ τῆς ἄλλου πειρᾶν, ἀνόσιον. εἰ δέ τις τοῦτο πράξειεν, οὐδεμία θανάτου παραίτησις· οὔτε εἰ βιάσαιτο παρθένον ἑτέρῳ συνωμολογημένην, οὔτ' εἰ πείσαι γεγαμημένην. τέκνα τρέφειν ἅπαντα προσέταξε. καὶ γυναιξὶν ἀπεῖπε, μήτ' ἀμβλοῦν τὸ σπαρὲν, μήτε διαφθείρειν. ἀλλ' ἢν φανείη, τεκνοκτόνος ἂν εἴη, ψυχὴν ἀφανίζουσα, καὶ τὸ γένος ἐλαττοῦσα. τοιγαροῦν οὐδ' εἴ τις ἐπὶ λεχοῦς φθορὰν παρέλθοι καθαρὸς εἶναι τότε προσήκει. καὶ μετὰ τὴν νόμιμον συνουσίαν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἀπολούεσθαι· ψυχῆς ἔχειν τοῦτο μερισμὸν πρὸς ἄλλην χώραν ὑπέλαβε. καὶ γὰρ ἐμφυομένη σώμασι κακοπαθεῖ, καὶ τούτων αὖ πάλιν θανάτῳ διακριθεῖσα. διόπερ ἁγνείας ἐπὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις ἔταξεν.

οὐ μὴν οὐδ' ἐπὶ ταῖς τῶν παίδων γενέσεσιν ἐπέτρεψεν εὐωχίαν συντελεῖν, καὶ προφάσεις ποιεῖσθαι μέθης· ἀλλὰ σώφρονα τὴν ἀρχὴν εὐθὺς τῆς τροφῆς ἔταξε, καὶ γράμματα παιδεύειν ἐκέλευσε τὰ περὶ τοὺς νόμους, καὶ τῶν προγόνων τὰς πράξεις ἐπίστασθαι· τὰς μὲν ἵνα μιμῶνται· τοῖς δ', ἵνα συντρεφόμενοι μήτε παραβαίνωσι, μήτε σκῆψιν ἀγνοίας ἔχωσι. Τῆς εἰς τοὺς τετελευτηκότας προενόησεν ὁσίας, οὐ πολυτελείαις ἐνταφίων, οὐδὲ κατασκευαῖς μνημείων ἐπιφανῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν περὶ τὴν κηδείαν ἔταξε τοῖς οἰκειοτάτοις ἐπιτελεῖν, πᾶσι δὲ τοῖς παριοῦσι, θαπτομένου τινὸς, καὶ προσελθεῖν καὶ συναποδύρεσθαι. καθαίρειν δὲ καὶ τὸν οἶκον καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἀπὸ κήδους, ἵνα πλεῖστον ἀπέχῃ τοῦ δοκεῖν καθαρὸς εἶναί τις φόνον ἐργασάμενος. γονέων τιμὴν, μετὰ τὴν πρὸς Θεὸν δευτέραν ἔταξε· καὶ τὸν οὐκ ἀμειβόμενον τὰς παρ' αὐτῶν χάριτας, ἀλλ' εἰς ὁτιοῦν ἐλλείποντα, λευσθησόμενον παραδίδωσι. καὶ παντὸς τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἔχειν τοὺς νέους φησὶν, ἐπεὶ πρεσβύτατον ὁ Θεός. κρύπτειν οὐδὲν ἐᾷ πρὸς φίλους· οὐ γὰρ εἶναι φιλίαν, τὴν μὴ πάντα πιστεύουσαν. κἂν συμβῇ τις ἔχθρα, τούτων ἀπόρρητα λέγειν κεκώλυκε. δικάζων εἰ δῶρά τις λάβοι, θάνατος ἡ ζημία. περιορῶν ἱκέτην, βοηθεῖν ἐνὸν, ὑπεύθυνος. ὃ μὴ κατέθηκέ τις, οὐκ ἀναιρήσεται. τῶν ἀλλοτρίων οὐδενὸς ἅψεται. δανείσας, τόκον οὐ λήψεται. ταῦτα καὶ πολλὰ τούτοις ὅμοια, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν συνέχει κοινωνίαν. Πῶς δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς ἀλλοφύλους ἐπιεικείας ἐφρόνησεν ὁ νομοθέτης, ἄξιον ἰδεῖν. φανεῖται γὰρ ἄριστα πάντων προνοησάμενος, ὅπως μήτε τὰ οἰκεῖα διαφθείρωμεν, μήτε φθονήσωμεν τοῖς μετέχειν τῶν ἡμετέρων προαιρουμένοις. ὅσοι μὲν γὰρ θέλωσιν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν νόμους ζῆν ὑπελθόντες, δέχεται φιλοφρόνως, οὐ τῷ γένει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ προαιρέσει τοῦ βίου νομίζων εἶναι τὴν οἰκειότητα. τοὺς δὲ ἐκ παρέργου προσιόντας, ἀναμίγνυσθαι τῇ συνηθείᾳ οὐκ ἠθέλησε. τἄλλα δὲ προείρηκεν, ὧν ἡ μετάδοσις ἐστὶν ἀναγκαία. πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις πῦρ, ὕδωρ, τροφὴν,

Jam ne liberorum quidem natalitia lautioribus conviviis celebrari voluit, ne gulæ, color inde aliqvis & species qværeretur: sed eos ab ipso jam ætatis ineuntis exordio cum ad moderatum victum assvescere, tum literis informari, legisqve præcepta simul, & res a majoribus præclare gestas edoceri: ut harum qvidem ad imitationem excitentur, illa vero cum ipso lacte combibentes, nec deinceps violare conentur, nec eorum ignorationem excusare possint. Defunctorum etiam justis ita prospexit, ut neqve profusis exequiarum sumptibus, neqve magno illustrium sepulchrorum apparatu luxus aleretur: sed qvæ funeri curando necessaria forent, ea propinqvioribus perficienda mandarentur: & qvicunq;, dum cadaver efferretur, illac iter haberent, ii ad funebrem sese pompam, lacrymasqve suas adjungerent. Domum præterea totamqve familiam lustrari a funere voluit, ut ex eo jure quivis intelligeret, qvam ille contaminatus haberetur, qui cædem aliquam fecisset. Liberorum erga parentes observantiam secundum a divino cultu locum tenere jussit: & qvisqvis mutuam eorum beneficiis gratiam referre qvacunqve demum in re neglexerit, eum lapidibus obruendum esse statuit. Junioribus suum erga seniores omnes, quia rerum omnium antiqvissimus Deus est, honorem imperavit. Amicis occultum mutuo nihil esse patitur, qvod nulla ea sit amicitia, qvæ amicorum fidei omnia sua non credat. Quod si postea suboriantur inimicitiæ, eorũ tamen arcana vulgari prohibet. Judex si munera acceperit, capitis supplicio luit. Qui supplicem, cui præsto esse potuisset, neglexerit, reus est. Quod non deposueris, auferre non licet. Alieni quicqvam attingere nemo potest; nemo fœnus pro mutuo exigere. His aliisq; similibus vinculis mutua inter nos societas continetur. Sed operæ qvoq; pretium fuerit videre, qva nos adversus ipsos etiam extraneos æqvitate ac facilitate noster hic Legislator esse voluerit. qvivis enim intelliget, omnium optime prospectum ab eo ac provisum id fuisse, uti nec patriorum ipsi rituum integritatem labefactemus, nec eorum tamen communionem rerum nostrarum cupidis invideamus. Qvotqvot enim legibus nostris vivere optaverint, omnes peramanter excipit, utiq; non solo genere, sed etiam voluntaria instituti societate communionem istam contineri ratus. Qvi vero non nisi obiter ad nos, atqve aliud agentes accederent, eos in consvetudinem penitus admitti noluit. Cæterum alia qvædam edixit, qvorum omnino copiam fieri necesse est: cujusmodi sunt, indigentibus omnibus ignem, aqvam, cibumqve suppeditare,

» commonstrare viam, insepultum neminem præterire. Imo suam qvoq; adversus hostes appellatos æqvitatem constare voluit, dum nec illorum agros igne vastari, nec mites arbores succidi permisit. Qvinetiam & eos, qvi in acie cecidissent, a victoribus spoliari prohibuit, & captivos maximeq; mulieres ab omnibus injuriis vindicavit. Ac nos ita quidem ad mansvetudinem & humanitatem repetitis longius præceptis condocefecit, ut ne brutarum quidem animantium curam neglexerit, Nam ubi a legitimo, qvem unum concedit, earum usu discesseris, omni alio prorsus interdixit. Si qvæ supplicum instar nostras in ædeis confugerint, eas interfici vetuit: aut parentes cum pullis e nido tolli, aut animantes illas, quarum opera homines uti solent, etiam in hostili solo mactari noluit. Tantopere benignitati consultum esse omni ex parte cupiebat: partim ferendis iis, quæ adhuc commemoratæ sunt, qvæq; ad morum informationem pertinent, legibus; partim aliis quibusdam sanciendis, quibus in superiorum violatores, citra excusationem omnem, pœnæ statuuntur. Pœnam enim capitis plerisq; proposuit; qui adulterium patraverit: qui puellæ vim attulerit: qvi vel marem de stupro appellare usus, vel appellanti sponte obsequutus erit. Extat etiam de servis lex ejusmodi, quam deprecari nemo qveat. De mensuris item atq; ponderibus, si qvis flagitium hoc in genere commiserit, aut injuste quidpiam doloq; malo vendiderit: qvi vel ex rebus alienis furatus aliquid fuerit, vel quod abs se depositum non esset, abstulerit: pœnæ omnium sunt, non qvales utiq; apud cæteros obtinent, sed quales summa fere severitas postulabat, constitutæ. Nam aut de parentum injuria, aut in Deum impietate, qvi vel apud se cogitarit, is ad mortem continuo rapitur. Jam qvi legis ad præcepta rebus in omnibus adhærescunt, propositum iis præmium est, non argentum, vel aurum, non corona ex oleastro, vel appio, aut aliqvod ejusmodi præconium: sed conscientiæ qvisq; suæ testimonio freti, qvod & Legislator ante prædixit, & Deus certissimæ fidei pignore confirmavit, futurum omnino credunt, ut qvi leges constanter servaverint, iis vero, ut earum causa nonnunqvam oporteat, morte alacriter strenueqve perfunctis, & novum deinceps ortum, & vitæ vicissim alterius longeq; melioris fructum Deus ipse largiatur. Qvæ profecto scriberem ipse nunqvam, nisi cognitum id omnibus, ac perfectum esse intelligerem, hominum plerosqve nostrorum, ne vel una sibi contra

A ὁδοὺς φράζειν, ἄταφον μὴ περιορᾶν. Ἐπιεικεῖς δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους κελεύει εἶναι· οὐ γὰρ ἐᾷ τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν, οὐδὲ τέμνειν ἥμερα δένδρα συγκεχώρηκεν· ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπείρηκε τοὺς ἐν τῇ μάχῃ πεσόντας, καὶ τῶν αἰχμαλώτων προὐνόησεν, ὅπως αὐτῶν ὕβρεις ἀπῇ, μάλιστα δὲ γυναικῶν. οὕτως δ' ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐπαίδευσεν, ὡς μηδὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὀλιγωρεῖν· ἀλλὰ μόνην μὲν ἀ- B φῆκε τούτων χρῆσιν τὴν νόμιμον, πᾶσαν δ' ἑτέραν ἐκώλυσεν. ἃ δ' ὥσπερ ἱκετεύοντα προσφεύγει ταῖς οἰκίαις, ἀπεῖπεν ἀνελεῖν· οὐδὲ νεοττοῖς τοὺς γονέας αὐτῶν ἐπέτρεψε συνεξαιρεῖν. Φείδεσθαι δὲ κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν ἐργαζομένων ζώων, καὶ μὴ φονεύειν. οὕτω πανταχόθεν τὰ πρὸς ἐπιείκειαν περιεσκέψατο, διδασκαλικοῖς μὲν τοῖς προειρημένοις χρησάμενος νόμοις, τοὺς δ' αὖ κατὰ τῶν παραβαινόντων τιμωρητικοὺς τάξας, " οὐκ (del.) C ἂν δὲ προφάσεως. ζημία γὰρ ἐπὶ τοῖς πλείστοις τῶν παραβαινόντων, ὁ θάνατος· ἂν μοιχεύσῃ τις, ἂν βιάσηται κόρην, ἂν ἄρρενι τολμήσῃ πεῖραν προσφέρειν, ἂν ὑπομείνῃ παθεῖν ὁ πειρασθείς. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ δούλοις ὁμοίως ὁ νόμος ἀπαραίτητος. ἀλλὰ καὶ περὶ μέτρων, ἤν τις κακουργήσειεν, ἢ σταθμῶν, ἢ περὶ πράσεως ἀδίκου καὶ δόλῳ γινομένης· κἂν ὑφέληταί τις ἀλλότριον, κἂν ὃ μὴ κατέθηκεν ἀνέληται, πάντων εἰσὶ κολάσεις, οὐχ οἷαι παρ' ἑτέροις, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. D περὶ μὲν γὰρ γονέων ἀδικίας, ἢ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβείας, κἂν μέλλῃ τις, εὐθὺς ἀπόλλυται. Τοῖς μέντοιγε κατὰ τοὺς νόμους πάντα πράττουσι γέρας ἐστὶν οὐκ ἀργύριον, οὐδὲ χρυσὸς, οὐ μὴν οὐδὲ κοτίνου στέφανος, ἢ σελίνου, καὶ τοιαύτη τις ἀνακήρυξις· ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος αὐτῷ τὸ συνειδὸς ἔχων μαρτυροῦν, πεπίστευκε, (τοῦ μὲν Νομοθέτου προφητεύσαντος, τοῦ δὲ Θεοῦ τὴν πίστιν ἰσχυρὰν παρεσχηκότος,) ὅτι τοῖς τοὺς νόμους διαφυλάξασιν, κἂν εἰ δέοι θνήσκειν ὑπὲρ αὐτῶν, προθύμως ἀποθανεῖν, ἔδωκεν ὁ Θεὸς γενέσθαι τε πάλιν, καὶ βίον ἀμείνω λαβεῖν ἐκ περιτροπῆς. ὤκνουν δ' ἂν ἐγὼ νῦν ταῦτα γράφειν, εἰ μὴ διὰ τῶν ἔργων ἅπασιν ἦν φανερὸν, ὅτι πολλοὶ καὶ

πολλάκις ἤδη τῶν ἡμετέρων περὶ τοῦ μηδὲ ῥῆμα φθέγξασθαι παρὰ τὸν νόμον, πάντα παθεῖν γενναίως προείλοντο. καίτοιγε εἰ μὴ συμβεβήκει γνώριμον ἡμῶν τὸ ἔθνος ἅπασιν ἀνθρώποις ὑπάρχειν, κἀν φανερῷ κεῖσθαι τὴν ἐθελούσιον ἡμῶν τοῖς νόμοις ἀκολουθίαν· ἀλλά τις ἢ συγγράψαι λέγων αὐτὸς ἀνεγίνωσκε τοῖς Ἕλλησιν, ἢ που περιτυχεῖν ἔξω τῆς γινωσκομένης γῆς ἔφασκεν ἀνθρώποις, τοιαύτην μὲν ἔχουσι δόξαν οὕτω σεμνὴν περὶ τοῦ Θεοῦ, τοιούτοις δὲ νόμοις πολὺν αἰῶνα B βεβαίως ἐμμεμενηκόσι· πάντας οὖν οἶμαι θαυμάσαι, διὰ τὰς συνεχεῖς παρ' αὐτοῖς μεταβολάς· ἀμέλει τοὺς γράψαι τι παραπλήσιον εἰς πολιτείαν καὶ νόμους ἐπιχειρησάντων, ὡς θαυμαστὰ συνθέντων κατηγοροῦσι, φάσκοντες αὐτοὺς λαβεῖν "ἀθανάτους ὑποθέσεις. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους παραλείπω φιλοσόφους, ὅσοι τι τοιοῦτον ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἐπραγματεύσαντο. Πλάτων δὲ θαυμαζόμενος παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὡς καὶ σεμνότητι βίου διενεγκὼν, C καὶ δυνάμει λόγων, καὶ πειθοῖ πάντας ὑπεράρας τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ γεγονότας, ὑπὸ τῶν φασκόντων δεινῶν εἶναι τὰ πολιτικὰ, μικροῦ δεῖν χλευαζόμενος καὶ κωμῳδούμενος διατελεῖ. καί τοι τἀκείνου "σκώπτων συχνῶς τις "ἂν εὕροι ῥᾷον καὶ τῆς τῶν πολλῶν ἐγγίον συνηθείας. αὐτὸς δὲ Πλάτων ὡμολόγηκεν, ὅτι τὴν ἀληθῆ περὶ τοῦ Θεοῦ δόξαν εἰς τὴν τῶν ὄχλων ἄνοιαν οὐκ ἦν ἀσφαλὲς ἐξενεγκεῖν. ἀλλὰ τὰ μὲν Πλάτωνος, λόγους τινὲς εἶναι κενοὺς νομίζουσι, κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν κεκαλλιγραφημένους. μάλιστα δὲ τῶν νομοθετῶν Λυκοῦργον τεθαυμάκασι, καὶ τὴν Σπάρτην ἅπαντες ὑμνοῦσιν, ὅτι τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐπὶ πλεῖστον ἐνεκαρτέρησαν. οὐκοῦν τοῦτο μὲν ὁμολογείσθω τεκμήριον ἀρετῆς εἶναι, τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις. οἱ δὲ Λακεδαιμονίους θαυμάζοντες, τὸν ἐκείνων χρόνον ἀντιπαραβαλλέτωσαν τοῖς πλείοσιν ἢ διχιλίοις ἔτεσι τῆς ἡμετέρας πολιτείας· καὶ προσέτι λογιζέσθωσαν, ὅτι Λακεδαιμόνιοι μὲν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῶν χρόνον εἶχον τὴν ἐλευθερίαν, ἀκριβῶς ἔδοξαν τοὺς νόμους διαφυλάττειν· ἐπεὶ μέντοι περὶ αὐτοὺς ἐγένοντο μεταβολαὶ τῆς τύχης, μικροῦ δεῖν ἁπάντων ἐξελάθοντο τῶν νόμων. ἡμεῖς δὲ ἐν τύχαις μυρίαις γεγονότες, διὰ τὰς τῶν βασιλευσάντων τῆς Ἀσίας μεταβολὰς,

Jos. ἀθανάτοις

Jos. σκωπτ. V. Not.

A legem vocula excideret, omnia jam sæpius fortiter pertulisse. Quod si non usq; adeo in hominum omnium cognitionem gens nostra venisset, neqve singulare voluntatis nostræ studium, qvo legibus obseqvimur, in eorum oculis ac luce versaretur: si qvis existeret, qui vel instituta nostra, quæ descripta abs sese diceret, Græcis audientibus recitaret, aut extra noti orbis terminos, in eos se alicubi homines incidisse narraret, qui cum tam graviter ac sublime de Deo sentirent, tum etiam iis legibus plura jam secula constantissime viverent: equidem in summa omnes admiratione tum futuros existimo, cum iis simul tam crebrarum apud se conversionem in mentem veniret. Enimvero qui ex illis affine quiddam ac simile de Repub. & legibus scribere conati sunt, eos quasi monstra quædam ac prodigia composuissent, & argumenta humanis viribus majora suscepissent, reprehendi ab omnibus & accusari videmus. Alios ego Philosophos prætereo, qui in simili disputationis genere versati sunt. Plato certe quidem, is qui propter singularem vitæ morumqve gravitatem, & eximiam dicendi ac persvadendi vim, qua Philosophorum nationem longe superavit, Græcorum omnium ore ad miraculum usqve celebratur: ille, inqvam, Plato, eorum, qui aliquid se in Rep. gerenda videre arbitrantur, risu prope ac sibilis tanqvam in theatro scenaqve traducitur: cujus tamen si quis hac de re scripta diligenter evolverit, is molliora pleraqve, vulgiqve consvetudini admodum gemina reperiet. Nam ipse quidem ita profitetur, veram de Deo sententiam multitudinis stultitiæ secure committi non posse. Cæterum ista Platonis instituta sunt, quibus verba tantum inania, & exqvisito quodam artificio contexta videantur. At Lycurgum quod attinet, illum omnes in admiratione habent, Spartamqve hoc potissimum nomine prædicant, quod ipsius in legibus diutissime acqvieverit. Ergo primum hoc habemus, virtutis argumento esse, quod legibus obtemperent. Deinde præcones isti Lacedæmoniorum, exiguum illorum constantiæ tempus cum duobus & amplius Reip. nostræ annorum millibus conferant: tum ita secum ipsi reputent Lacedæmonios quamdiu solum antiqvam libertatem retinere potuerunt, suarum qvoq; legū retinentes fuisse: ubi enim fortunæ inclinationes factæ essent, tum earum simul omnem prope memoriam funditus abjecisse: cū interea nos infinitis casibus, ob freqventes Regum Asiæ mutationes jactati,

Cap. III. Trap.

ne in supremis quidem periculis, nostras A unqvam leges prodidimus. Hactenus etiam Josephus de Judæorum Repub. a Mose instituta. Jam vero, cum multa de adumbrato quodam & allegorico sancitarum ab eo legum sensu commemorare possim, Eleazari tamen & Aristobuli explicatione contentus ero, qui ambo & genus ab Hebræis suum longissime repetunt, & Ptolemæi Regis tempore floruerunt. Eleazarus igitur, is qvem Sacerdotii dignitate præstitisse paulo ante docuimus, Legatis ad sese ab Rege missis, Hebraicas literas Græca lingua B donandi rationem informans, de allegorica sententia divinarum Legum verbis inclusa eam, qvæ seqvitur, disputationem instituit.

οὐδὲν τοῖς ἐσχάτοις τῶν δεινῶν τοὺς νόμους προὔδομεν. Ταῦτα μὲν καὶ Ἰώσηππος, περὶ τῆς κατὰ Μωσέα Ἰουδαίων πολιτείας. περὶ δὲ τῆς ἐν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τεθεῖσι νόμοις ἐπεσκιασμένης καὶ ἀλληγορικῆς θεωρίας πολλὰ ἔχων εἰπεῖν, ἀπαρκεῖν ἡγοῦμαι τὰς Ἐλεαζάρου καὶ Ἀριστοβούλου διηγήσεις, ἀνδρῶν τὰ μὲν γένος Ἑβραίων ἀνέκαθεν, τὸν δὲ χρόνον κατὰ τοὺς Πτολεμαίου χρόνους διαπρεψάντων. Ὧν ὁ Ἐλεάζαρος καὶ τῷ τῆς Ἀρχιερωσύνης ἀξιώματι τετιμημένος, μικρῷ πρότερον ἡμῖν ἐδηλοῦτο. ὃς δὴ τοῖς παρὰ Βασιλέως ὡς αὐτὸν ἥκουσι Πρεσβείας ἕνεκα, τὸν τῶν Ἑβραϊκῶν λόγων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα μεταβολῆς τὸν τρόπον ὑποτυπούμενος, τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς νόμοις ἀλληγορουμένης ἰδέας, τοιαύτην πεποίηται λόγου τὴν διδασκαλίαν. Pag. 312.

IX.

ELEAZARUS PONTIFEX ALLEgotici sensus divinis Legibus C inclusi notionem informat, Ex Aristæi scriptis.

" ATQVE hic, inquit Aristæus, operæ " pretium fuerit, eorum, quæ ad proposi- " tas a nobis qvæstiones ipse respondit, paucis " meminisse: quippe cum minutam nimis qvi- " busdam in rebus Legislatoris diligentiam " fuisse pleriq; arbitrentur: cujusmodi sunt, " qvæ de esculentorum ac poculentorum dis- " crimine, itemq; de impurarum animantium " conditione statuuntur. Nobis ergo percon- D " tantibus, quamobrem, cum una omnium esset " eademq; molitio, aliis tamen vesci, alia vel " attingere, piaculum haberetur: hæc enim " superstitiose ut plurimum lege sancita esse, " quæ non minus superstitiose a Judæis obser- " ventur: Ille hunc in modum respondere cœ- " pit. Vides, inqvit, ipse, qvanta vis sit mutuæ " consvetudinis atq; societatis: cum & impro- " borum ex commercio, morum corruptelã " ejusmodi, qvæ in totius vitæ pestem redun- " det, auferre vulgo soleant; & prudentium " ac maturorum hominum familiaritas, pul- " sis ignorantiæ tenebris, longe saniorem in- " stituendæ vitæ rationem edoceat. Qvare " Legislator noster, qvæ ad religionem justi- " tiamque pertinebant, ante omnia sigilla- " tim & enucleate constitutis, atqve ita, ut " non modo criminis genus omne conceptis

θ.

ΕΛΕΑΖΑΡΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΥΠΟΤΥπωσις τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς νόμοις ἀλληγορουμένης διανοίας, ἀπὸ τῶν Ἀριστaίου.

ΑΞΙΟΝ δὲ ἐπιμνησθῆναι βραχέων τῶν " ὑποδειχθέντων ὑπ' αὐτοῦ, πρὸς τὰ δι' " ἡμῶν ἐπιζητηθέντα. νομίζειν γὰρ τοῖς πολ- " λοῖς περιεργίαν ἔχειν τινὰ τῶν ἐν τῇ νομοθε- " σίᾳ. λέγω δὲ περί τε βρωτῶν, καὶ ποτῶν, " καὶ τῶν νομιζομένων ἀκαθάρτων εἶναι κνω- " δάλων. πυνθανομένων γὰρ ἡμῶν διὰ τί, " μιᾶς καταβολῆς οὔσης, τὰ μὲν ἀκάθαρτα " νομίζεται πρὸς βρῶσιν· τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν " ἀφήν. δεισιδαιμόνως γὰρ τὰ πλεῖστα τὴν νομο- " θεσίαν ἔχειν. ἐν δὲ τούτοις πάλιν δεισιδαι- " μόνως πρὸς ταῦτα οὕτως ἐνήρξατο, θεωρεῖν " ἔφη τὰς ἀναστροφὰς καὶ τὰς ὁμιλίας, οἷον ἐνερ- " γάζονται πρᾶγμα, διότι κακοῖς ὁμιλήσαν- " τες, διαστροφὰς ἐπιλαμβάνουσιν ἄνθρω- " ποι, καὶ ταλαίπωροι διὰ τοῦ ζῆν εἰσίν· ἐὰν " δὲ σοφοῖς καὶ φρονίμοις συζῶσιν, ἐξ ἀγνοί- " ας, ἐπανορθώσεως εἰς τὸν βίον ἔτυχον. διαστει- " λάμενος οὖν τὰ τῆς εὐσεβείας καὶ δικαιοσύ- " νης πρῶτον ὁ Νομοθέτης ἡμῶν, καὶ διδά- " ξας ἕκαστα περὶ τούτων, οὐκ ἀπαγορευτι- " κῶς μόνον, ἀλλ' ἐνδεικτικῶς, καὶ τὰς βλά- " βας προδήλους, καὶ τὰς ὑπὸ Θεοῦ γινομένας "

ἐπιπομπαῖς τοῖς αἰτίοις. προϋπέδειξε γὰρ πρῶτον πάντων, ὅτι μόνος ὁ Θεός ἐστι, καὶ διὰ πάντων ἡ δύναμις αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, πεπληρωμένου παντὸς τόπου τῆς δυναστείας, καὶ οὐθὲν αὐτὸν λανθάνει τῶν ἐπὶ γῆς γινομένων ὑπ' ἀνθρώπων κρυφίως, ἀλλ' ὅσα ποιεῖ τι, αὐτῷ φανερὰ καθέστηκε, καὶ τὰ μέλλοντα γίνεσθαι. ταῦτ' οὖν ἐξεργαζόμενος ἀκριβῶς, καὶ πρόδηλα θεὶς, ἔδειξεν ὅτι κἂν ἐννοηθῇ τις κακίαν ἐπιτελεῖν, οὐκ ἂν λάθοι, μὴ ὅτι καὶ πράξας, δι' ὅλης τῆς Νομοθεσίας B τὸ τοῦ Θεοῦ δυνατὸν ἐνδεικνύμενος. ποιησάμενος οὖν τὴν καταρχὴν ταύτην, καὶ δείξας, ὅτι πάντες οἱ λοιποὶ παρ' ἡμᾶς ἄνθρωποι, πολλοὺς Θεοὺς εἶναι νομίζουσιν, αὐτοὶ δυναμικώτεροι πολλῷ καθεστῶτες ὧν σέβονται ματαίως. ἀγάλματα γὰρ ποιήσαντες ἐκ λίθων, ἢ ξύλων, εἰκόνας φασὶν εἶναι τῶν ἐξευρόντων τι πρὸς τὸ ζῆν αὐτοῖς χρήσιμον, οἷς προσκυνοῦσι, παρὰ πόδας ἔχοντες τὴν ἀναισθησίαν. εἴτε γὰρ κατ' ἐκεῖνό τις θείη, κατὰ τὴν ἐξεύρεσιν, παντελῶς ἀνόητον. τῶν γὰρ ἐν τῇ κτίσει λαβόντες τινὰ, συνέθηκαν, καὶ προσαπέδειξαν εὔχρηστον τὴν κατασκευὴν αὐτῶν, οὐ ποιήσαντες αὐτοί. διὸ κενὸν καὶ μάταιον τοὺς ὁμοίους ἀποθεοῦν. καὶ γὰρ ἔτι καὶ νῦν εὑρετικώτεροι καὶ πολυμαθέστεροι τῶν ἀνθρώπων τῶν πρὶν εἰσὶ πολλοὶ, καὶ οὐκ ἂν φθάνοιεν αὐτοὺς προσκυνοῦντες. καὶ νομίζουσιν οἱ ταῦτα διαπλάσαντες καὶ μυθοποιήσαντες, τῶν Ἑλλήνων οἱ σοφώτατοι καθεστάναι. τῶν μὲν γὰρ ἄλλων πολυματαίων τί δεῖ λέγειν, Αἰγυπτίων τε καὶ τῶν παραπλησίων, οἵτινες ἐπὶ θηρία καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰ πλεῖστα, καὶ ἐπὶ κνωδάλων τὴν ἀπέρεισιν πεποίηνται, καὶ ταῦτα προσκυνοῦσι, καὶ θύουσι τούτοις καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασι; συνθεωρήσας οὖν ἕκαστα σοφὸς ὢν ὁ Νομοθέτης, ὑπὸ Θεοῦ κατεσκευασμένος εἰς ἐπίγνωσιν τῶν ἁπάντων, περιέφραξεν ἡμᾶς ἀδιακόποις χάραξι, καὶ σιδηροῖς τείχεσιν, ὅπως μηδενὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐπιμισγώμεθα κατὰ μηδὲν, ἁγνοὶ καθεστῶτες κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, ἀπολελυμένοι ματαίων δοξῶν, τὸν μόνον Θεὸν καὶ δυνατὸν σεβόμενοι, παρ' ὅλην τὴν πᾶσαν κτίσιν. ὅθεν Αἰγυπτίων οἱ καθηγεμό-

V. Not.

A verbis prohiberet, sed etiam pœnas divinitus a scelerum auctoribus expetitas qvasi digito indicaret. Primum enim hoc posuit, Deum unum esse, cujus sese rebus in omnibus potestas exerat, cum vis ipsius omnia permeet: nihil eum prorsus latere, qvod in terris ab hominibus obscure licet occulteq; fiat: imo non ea tantum, quæ re ipsa fiant, sed etiam, quæ futura sint, ei cognita jam esse atq; perspecta. Quæ cum ille tam accurate persequeretur, & in omnium oculis collocaret, simul hoc profecto docuit, nullum omnino scelus, vel animo tantum & cogitatione conceptum, ne dum ut re ipsa patratum, divini oculi aciem effugere posse: qvem in finem, summi Numinis potestatem tota passim lege commonstrat. Inde igitur auspicatus, ostendit continuo, si nos tantum excipias, invectam ab reliqvis omnibus, Deorum esse multitudinem, cum tamen ista colluvie longe potentiores illi ipsi sint, qvi divinos eidem honores frustra stolideq; tribuant. Nam qvæ vel ex lapide, vel ex ligno simulacra conflaverint, imagines illorum esse dictitant, qvi aliqvid ducendæ vitæ com- C modum invenerint, qvosq; suis ipsimet oculis omni sensu carere vident, eos flexo quoq; genu venerantur. Et quidem eo potissimum, quod alicujus rei auctores fuerint, ad hanc divinitatis opinionem adduci, prorsus insani capitis est: quippe qui ex iis duntaxat, qvæ procreata jam erant, inter sese nonnulla conjunxerint, atq; utilitatis aliqvid afferre posse ostenderint, at molitionem eorum ne attigerint quidem. Vecordis igitur, ac dementis fuerit, huic hominum generi divinitatem affingere. Enimvero superio- D ribus illis longe solertiores hodie qvamplurimos, ac rerum cognitione præstantiores invenias, quos ab istis proinde tanqvam Deos coli oportebit. Atq; hi numinum fictores & Architecti, Græcorum sapientissimi audire volunt, (qvid enim Ægyptiorum dicam, aliorumq; similium, qui in feris, serpentibus, ac spurcissimis animantibus spe omni collocata, eas divinis honoribus atq; sacrificiis non viventes modo, sed etiam mortuas prosequuntur?) His, inqvam, omnibus Legislator ille noster, uti sapientissimus erat, atq; a Deo rerum ad omnium cognitionem factus, diligenter expensis, inexpugnabili qvodam vallo, & ferreis quasi mœnibus septos esse nos munitosq; voluit, ne cum aliis gentibus vel minimo rei cujusq; commercio jungeremur, sed corpore simul animoq; casti, futiliumq; opinionum erroribus expediti, unum supra creaturas omnes ac præpotentem Deum coleremus. Itaq; nos ipsi quoq;

„ Principes Ægyptiorum Sacerdotes, qui altius in rerum nostrarum arcana penetrarunt, proprio qvasi nomine, Dei Homines, appellarunt. Id quod in alios, qui a veri Numinis cultu alieni sunt, nullo modo convenire potest. Eos enim potius cibi, potus, ac vestimenti homines appellaris, quippe quorum animus in rerum istarum cura totus & cogitatione versetur. Apud nostros autem, qui vitæ tempus universum in una divinæ potestatis contemplatione defigunt, cuncta ista jacent. Ergo ne ex ullius improbi usu & familiaritate vitii quicquam & contagionis B hauriamus, certis nos ac legitimis esculentorum, poculentorum, tactus, auditus, aspectus, legibus ac religionibus vallatos undiq; ac munitos esse voluit. Ut enim, si naturæ duntaxat rationem habueris, & similis universe conditionis omnia sint, & una eademqve potestate gubernentur: singula tamen, quibus aut abstinemus, aut utimur, alto qvodam consilio, & ratione nituntur. Atq;, ut ex paucis æstimes cætera, unum aut alterum cursim attingam. Cave enim, te humilis adeo subeat indignaq; cogitatio, quasi C murium, aut mustellarum, aut cæterarum ejusmodi rerum causa valde sollicitus, ea Moses instituerit; caste omnia sancteq; provisa sunt, atq; ut ad morum conformationẽ integre, sic ad æquitatem stabiliendam graviter matureq; sancita. Nam ex avibus quidem, vescas tantum eas esse voluit, quæ cum cicures essent ac mansvetæ, tum cæteris longe puriores, non nisi tritico & leguminibus vescerentur; cujusmodi sunt Columbæ, turtures, Attagenæ, Perdices, Anseres, ac reliqvæ id genus. Contra vero, qvarum nobis esu interdictum est, eas imanes esse, carnibus- D qve pasci reperies, nec in alias modo vim ac tyrañidem exercere, sed earum etiam, qvas cicures jam ante diximus, laniena injuriose saginari. Qvanqvam non illas tantum, sed agnos etiam hœdosq; rapiunt, hominesqve mortuos pariter, viventesq; lædunt. Itaq; dum impuras illas appellaret, eos simul, quibus leges ferebantur, ipsarum notis ac symbolis admonebat, æquitatem animo fovendam ac retinendam esse, potentia viribusq; suis ad opprimendam aliorum libertatem, aut eos ullo rei genere spoliandos nunqvam abutendum: sed potius summa cum æquitate vitam instituendam ac ducendam esse: qvemadmodum cicures istæ ac mansvetæ volucres, leguminibus ex terra satis contentæ, nec in minoris turbæ, nec in earum, quæ generis ejusdem naturæqve sint, perniciem ullo modo sæviunt. His igitur atq;

ἀνέκαθεν ἱερεῖς ἐγκεκυφότες εἰς πολλὰ, καὶ μετεσχηκότες πραγμάτων, ἀνθρώπους Θεοῦ προσονομάζουσιν ἡμᾶς. ὃ τοῖς λοιποῖς οὐ πρόσεστιν, εἰ μή τις σέβεται τὸν κατ' ἀλήθειαν Θεόν· ἀλλ' εἰσὶν ἄνθρωποι βρωτῶν, καὶ ποτῶν, καὶ σκέπης· ἡ γὰρ πᾶσα διάθεσις αὐτῶν ἐπὶ ταῦτα καταφεύγει. τοῖς δὲ παρ' ἡμῖν, ἐν οὐδενὶ ταῦτα λελόγισται, περὶ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ δυναστείας, δι' ὅλου τοῦ ζῆν ἡ σκέψις αὐτοῖς ἐστι. ὅπως οὖν μηδενὶ συναλισγούμενοι, μηδὲ ὁμιλοῦντες φαύλοις, διαστροφὰς λαμβάνοιμεν, πάντοθεν ἡμᾶς περιέφραξεν ἁγνείαις, καὶ διὰ βρωτῶν, καὶ ποτῶν, καὶ ἁφῆς, καὶ ἀκοῆς, καὶ ὁράσεως νομικῆς. Τὸ γὰρ καθόλου, πάντα πρὸς τὸν φυσικὸν λόγον ὅμοια καθέστηκεν, ὑπὸ μιᾶς δυνάμεως οἰκονομούμενα, καὶ καθ' ἓν ἕκαστα ἔχει λόγον βαθὺν, ἀφ' ὧν ἀπεχόμεθα κατὰ τὴν χρῆσιν, καὶ οἷς συγχρώμεθα. χάριν δὲ ὑποδείγματος, ἓν ἢ δεύτερον ἐπιδραμών σοι σημανῶ. μὴ γὰρ εἰς τὸν καταπεπτωκότα λόγον εἰσέλθῃς, ὅτι μυῶν καὶ γαλῆς, ἢ τῶν τοιούτων χάριν περιεργίαν ποιούμενος ἐνομοθέτει ταῦτα Μωσῆς, ἀλλὰ πρὸς ἁγνὴν ἐπίσκεψιν, καὶ τρόπων ἐξαρτισμὸν, δικαιοσύνης ἕνεκα σεμνῶς πάντα ἀνατέτακται. τῶν γὰρ πετεινῶν, οἷς χρώμεθα, πάντα ἥμερα καθέστηκε, καὶ διαφέρει καθαριότητι, πυροῖς καὶ ὀσπρίοις χρώμενα πρὸς τροφὴν, οἷον, Περιστεραὶ, Τρυγόνες, Ἀτταγαὶ, Πέρδικες, ἔτι δὲ Χῆνες, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Περὶ ὧν δὲ ἀπηγόρευται πετεινῶν, εὑρήσεις ἄγριά τε καὶ σαρκοφάγα, καὶ καταδυναστεύοντα τῇ περὶ αὐτὰ δυνάμει τὰ λοιπὰ, καὶ τὴν τροφὴν ἔχοντα τὴν δαπάνησιν τῶν προειρημένων ἡμέρων μετὰ ἀδικίας. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρνας καὶ ἐρίφους ἁρπάζουσι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ ἀδικοῦσι, νεκρούς τε καὶ ζῶντας. παράσημον οὖν ἔθετο διὰ τούτων, ἀκάθαρτα προσονομάσας, ὅτι δέ ἐστι κατὰ ψυχὴν, οἷς ἡ νομοθεσία διατέτακται, δικαιοσύνῃ συγχρῆσθαι, καὶ μηδένα καταδυναστεύειν πεποιθότας ἰσχύϊ τῇ ἑαυτῶν, μηδ' ἀφαιρεῖσθαι μηθ' ἓν, ἀλλ' ἐκ δικαιοτάτου βίου διακυβερνᾷν, ὡς τὰ τῶν προειρημένων πετεινῶν ἥμερα ζῶα, τὰ φυόμενα τῶν ὀσπρίων ἐπὶ γῆς δαπανᾷ, καὶ οὐ καταδυναστεύει πρὸς τὴν ἐπαναίρεσιν, οὔτε τῶν ὑποβεβηκότων, οὔτε τῶν συγγενικῶν. διὰ

τούτων

» τούτων οὖν παρέδωκεν ὁ Νομοθέτης σημειοῦ-
» σθαι τοῖς συνετοῖς, εἶναι δικαίους τε, καὶ μηδὲν
» ἐπιτελεῖν βίᾳ, μηδὲ τῇ περὶ αὑτοὺς ἰσχύι πεποι-
» θότας, ἑτέρους καταδυναστεύειν. ὅπου γὰρ οὐδ' ἅ-
» ψασθαι καθῆκε τῶν προειρημένων, διὰ τὴν περὶ ἕ-
» καστα διάθεσιν, πῶς οὐ φυλακτέον παντάπα-
» σι τοὺς τρόπους εἰς τοῦτο κατακλιθῆναι; πάν-
» τα οὖν τὰ συγχωρηθέντα ἐπὶ τούτων καὶ τῶν
» κτηνῶν, τροπολογῶν ἐκτέθεικε. τὸ γὰρ διχη-
» λεῖν καὶ διαστέλλειν ὁπλῆς ὄνυχας, σημεῖόν
» ἐστι τοῦ διαστέλλειν ἕκαστα τῶν πράξεων ἐπὶ τὸ κα- B
» λῶς ἔχον. ἡ γὰρ ἰσχὺς τῶν ὅλων σωμάτων μετ' ἐν-
» εργείας, ἀπέρεισιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἔχει καὶ τὰ
» σκέλη. μετὰ διαστολῆς οὖν ἅπαντα ἐπιτελεῖν
» πρὸς δικαιοσύνην ἀναγκάζει, τὸ σημειοῦσθαι
» διὰ τούτων. ἔτι δὲ καὶ διότι παρὰ πάντας ἀν-
» θρώπους διεστάλμεθα. οἱ γὰρ πλείονες τῶν λοι-
» πῶν ἑαυτοὺς μολύνουσιν ἐπιμισγόμενοι, συν-
» τελοῦντες μεγάλην ἀδικίαν, καὶ χῶραι, καὶ
» πόλεις ὅλαι ἐπὶ τούτοις σεμνύνονται. οὐ μόνον
» γὰρ προσάγουσι τοὺς ἄρρενας, ἀλλὰ καὶ τεκού-
» σας, ἔτι δὲ καὶ θυγατέρας μολύνουσιν. ἡμεῖς
» δὲ, ἀπὸ τούτων διεστάλμεθα. περὶ ὧν δέ ἐστιν ὁ
» προειρημένος τῆς διαστολῆς τρόπος, περὶ τούτων καὶ
» τὸ τῆς μνήμης εἶναι κεχαρακτήρικε. πάντα γὰρ
» ὅσα διχηλεῖ, καὶ μηρυκισμὸν ἀνάγει, σαφῶς
» τοῖς νοοῦσιν ἐκτίθεται τὸ τῆς μνήμης. ἡ γὰρ ἀνα-
» μηρύκισις, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τῆς ζωῆς καὶ συστά-
» σεως ὑπόμνησις ἐστί. τὸ γὰρ ζῆν, διὰ τῆς τροφῆς
» συνεστάναι νομίζει. διὸ παρακελεύεται, διὰ τῆς
» γραφῆς λέγων οὕτως, Μνείᾳ μνησθήσῃ Κυρίου
pag. 120. » τοῦ Θεοῦ, τοῦ ποιήσαντος ἐν σοὶ τὰ μεγάλα, καὶ D
» θαυμαστά. κατανοούμενα γὰρ, ἔνδοξα φαίνεται
» πρῶτα μὲν ἡ τοῦ σώματος σύμπηξις, καὶ ἡ τῆς τρο-
» φῆς διοίκησις, καὶ ἡ περὶ ἕκαστον μέρος διαστο-
» λή, πολλῷ δὲ μᾶλλον ἡ τῆς αἰσθήσεως διακό-
» σμησις, διανοίας ἐνέργημα, καὶ κίνησις ἀόρατος
» ἥ τε ὀξύτης τοῦ πρὸς ἕκαστόν τι πράσσειν, καὶ τε-
» χνῶν εὕρεσις, ἀπέραντον περιέχει τρόπον. διὸ πα-
» ρακελεύεται μνείαν ἔχειν, ὡς συντηρεῖται τὰ
» προειρημένα συνεχόμενα θείᾳ δυνάμει. πάν-
» τα γὰρ τόπον καὶ χρόνον ὥρικε, πρὸς τὸ διαπαν-
» τὸς μνημονεύειν τοῦ κρατοῦντος Θεοῦ, συντηροῦν-
» τας καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ μεσότητας, καὶ τελευτάς.

A similibus id Legislator egit, ut qui aliquid sensus haberent, colendam esse justitiam, nihil per vim unqvam moliendum nec suas opes in tyrannidem vertendas esse intelligerent. Nam si ejusmodi volucres, ob impetū naturæ singularem ac proprium, ne attingi quidem fas putavit; qvis non sibi longe diligentius cavendum esse statuet, ne in earum similitudinem moribus vitaqve degeneret? Quarum ergo nobis ille, non avium modo, sed etiam pecudum usum concessit, eas ad morum informationem omnes revocavit. Nam qvod fissam ac bisulcam eorum pecorū ungulam esse vult, id nobis laborandum monet, ut actiones singulas, ad id, qvod rectum atq; honestum est, prudenti adhibito discrimine, referamus. Vis enim corporum universorum, cum opere ipso conjuncta, in humeros sese totam & crura colligit. Ergo figurarum istarum similitudo, nostra omnia diligenti examine ad æquitatem dirigendi, qvandam nobis necessitatem imposuit. Quanquam eo quoq; illa pertinet, qvod ingenti ab cæteris hominibus intervallo disjuncti simus. Nam pleriq; omnes infandis C ac sceleratis ex congressionibus labem maculamq; suscipiunt longe teterrimam; regionesq; passim & urbes integræ similibus flagitiis maxime gloriantur, dum & marium commercia invehunt, & puerperas simul filiasq; suas contaminant. A quibus sane distamus quam longissime. Jam ubi discriminis hujus ratio locum haberet, ibi suum etiam memoriæ signum & characterem impressit. Nam qvæcunq; animantes cum ungula bifida conjunctam habent ruminandi vim, eæ vero, saltem iis, qui aliquid intelligunt, memoriæ D conditionem manifeste repræsentāt: nec enim ruminatio qvicqvam aliud est, qvā aliqva vitæ & consistentis naturæ recordatio, cum ex alimento vita consistat. Itaq; nos idem ille sacris literis ita cohortatur, *Recordando recordaberis Domini Dei, qui fecit in te magna & mirabilia.* Etenim, magna certe qvidem & illustria, si cum animo ipse tuo reputaveris, hæc esse intelliges: corporis totius conformationem, dispensationem alimenti, ejusdem partes in omnes ac singulas divisionem æquabilem: tametsi cum elegans sensuum collocatio, tum vis illa mentis, ejusdemqve motus aspectum fugiens, acris & expedita, quicquid demum occurrerit, agendi solertia, artiumqve omnium excogitatio, longe verius immensum aliqvid & infinitum complectuntur. Nos igitur ipse cohortatur, uti perpetuo meminerimus, vi ac potestate divina hæc omnia contineri pariter atqve conservari. Nullum enim non locum ipse, non tempus constituit, ad eam cuncta complectentis ac moderantis Dei memoriam assidue usurpandam, rerum initia, progressiones, & exitus diligenter observando.

Nam in mensa qvidem, tum demum cibis appositis uti jubet, si prius Deo libatum fuerit. In ipsis quoqve vestibus expressa quædam & obvia hujus memoriæ signa esse voluit. Nec summis tantum in vestibulis ac januis divinorum præceptorum oracula, quibus Dei memoria foveatur, collocanda: sed ipsis etiam manibus illigatum ejusmodi signum conceptis verbis circumferendum edicit: quo perspicue omnibus ostendat, nullam non esse nobis cum æquitate functionem obeundam, ita quidem, ut cum nostræ ipsorum molitionis recordemur, tum etiam divinum rebus in omnibus timorem conservemus. Quinetiam nos, seu lectum petimus, seu surgimus, seu iter facimus, divina simul opera nobiscum reputare jubet, atqve ita, ut non ratione modo, verum etiam ipso temporis intervallo motum ipsi nostrum sensumqve cogitemus, dum nos aut somno dedimus, aut ex eodem evigilamus, uti divina quædam est, quamqve mens nostra capere non possit, utriusqve rei vicissitudo. Vidisti præterea, distinctionis ac memoriæ quam eximia sit excellensqve ratio, cum bisulcæ ungulæ, ruminationisqve vim & significationem aperiremus. Neqve enim temere, ac prout casu in mentem veniret, sed veritatis adumbrandæ, rectæque rationis insinuandæ gratia, cautum id lege est. Singulis enim, qvæ vel ad cibum atqve potum, vel ad contactum ipsum pertinerent, jam constitutis, quicquam deinceps vel agere temere, vel audire, vel etiam orationis facultate in aliorum injuriam abuti vetat. Quod idem similiter in prohibitarum animantium natura & conditione reperias. Mustelarum enim & murium, ac cæterarum id genus, quibus haud vesci fas est, maleficum per sese ingenium est. Nam mures quidem, cum nihil non alimenti captandi causa inficiant ac deterant, tum etiam homini deinceps inutile prorsus, quicquid demum arroserint, efficiunt. Mustelarum vero singulare qvoddam ac proprium genus est. Nam præter id, quod paulo ante diximus, exitialem habent nativæ constitutionis rationem, cum & semen auribus suscipiant, & ore catulos pariant. Quo fit, ut similis hominum natio impura similiter & obscena habeatur. Quicquid enim auditione acceperint, ei dum oratione corpus & robur induunt, eadem contagione cæteros involvere, adeoq; omnibus ipsi maculis ac sordib⁹ impietatis notatissimi, non vulgarem utiq; colluviē efficere consveverunt,

καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βρωτῶν καὶ ποτῶν ἀπαρξαμένους, εὐθέως τότε συγχρῆσθαι κελεύει. καὶ μὴν καὶ ἐκ τῶν περιβολαίων παράσημον ἡμῖν μνείας δέδωκεν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων καὶ οἰκήσεων διὰ τὸ σκεπάζεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν πυλῶν καὶ θυρῶν προστέταχεν ἡμῖν τιθέναι τὰ λόγια, πρὸς τὸ μνείαν εἶναι Θεοῦ· καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν δὲ διαρρήδην τὸ σημεῖον κελεύει περιῆφθαι, σαφῶς ἀποδεικνὺς, ὅτι πᾶσαν ἐνέργειαν μετὰ δικαιοσύνης ἐπιτελεῖν δεῖ, μνήμην ἔχοντας τῆς ἑαυτῶν κατασκευῆς, ἐπὶ πᾶσι δὲ, τὸν περὶ Θεοῦ φόβον. κελεύει δὲ καὶ κοιταζομένους, καὶ διανισταμένους, καὶ πορευομένους μελετᾶν τὰς τοῦ Θεοῦ κατασκευάς, οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ διαλήψει θεωροῦντας τὴν κίνησιν καὶ τὴν ὑπόληψιν ἑαυτῶν, ὅταν εἰς ὕπνον ἔρχωνται, καὶ τὴν ἔγερσιν, ὡς θεία τίς ἐστι καὶ ἀκατάληπτος ἡ τούτων μετάθεσις. δέδεικται δέ σοι καὶ τὸ περισσὸν τῆς λογίας τῆς κατὰ τὴν διαστολὴν καὶ μνείαν, ὡς ἐξεθέμεθα τὴν διχηλίαν καὶ τὸν μηρυκισμόν. οὐ γὰρ εἰκῆ, καὶ κατὰ τὸ ἐμπεσὸν εἰς ψυχὴν νενομοθέτηται· πρὸς δ' ἀλήθειαν καὶ σημείωσιν ὀρθοῦ λόγου. διατάξας γὰρ ἐπὶ βρωτῶν, καὶ ποτῶν, καὶ τῶν κατὰ τὰς ἁφὰς, ἕκαστα, κελεύει μηδὲν εἰκῆ, μήτε πράσσειν, μήτε ἀκούειν, μήτε τῇ τοῦ λόγου δυναστείᾳ συγχρωμένους ἐπὶ τὴν ἀδικίαν τρέπεσθαι. καὶ ἐπὶ τῶν κνωδάλων δὲ ταὐτὸν ἔστιν εὑρεῖν. κακοποιητικὸς γὰρ ὁ τρόπος ἐστὶ καὶ γαλῆς, καὶ μυῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων, ὅσα διηγόρευται. πάντα γὰρ λυμαίνονται καὶ κακοποιοῦσι μύες, οὐ μόνον πρὸς τὴν ἑαυτῶν τροφὴν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ παντελῶς ἄχρηστον γίνεσθαι ἀνθρώπῳ, ὅ,τι ἂν δή ποτ' οὖν ἐπιβάληται κακοποιεῖν. τό τε τῆς γαλῆς γένος ἰδιάζον ἐστί. χωρὶς γὰρ τοῦ προειρημένου, ἔχει λυμαντικὸν κατάστημα. διὰ γὰρ τῶν ὤτων συλλαμβάνει· τεκνοποιεῖ δὲ τῷ στόματι. καὶ διὰ τοῦτ' οὖν ὁ τοιοῦτος τρόπος τοῖς ἀνθρώποις ἀκάθαρτός ἐστιν. ὅσα γὰρ δι' ἀκοῆς λαβόντες, ταῦτα τῷ λόγῳ σωματοποιήσαντες, κακοῖς ἑτέρους ἐνεκύλισαν, ἀκαθαρσίαν τε οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀπετέλεσαν, μιανθέντες αὐτοὶ παντάπασι τῷ τῆς ἀσεβείας μολυσμῷ.

A καλῶς δὲ ποιῶν ὁ Βασιλεὺς ὑμῶν, τοὺς τοιούτους ἀναιρεῖ, καθὼς μεταλαμβάνομεν. ἐγὼ δὲ εἶπα, τοὺς ἐμφανιστὰς οἴομαί σε λέγειν· καὶ γὰρ αἰκίαις καὶ θανάτοις ἐπαλγέσιν αὐτοὺς περιβάλλει συνεχῶς. (V. Not.) οὗτοι γὰρ ἐπαγρυπνοῦσιν εἰς ἀνθρώπων ἀπώλειαν, ἀνόσιον. ὁ δὲ νόμος ἡμῶν κελεύει, μήτε λόγῳ, μήτε ἔργῳ κακοποιεῖν μηδένα. καὶ περὶ τούτων οὖν, ὅσον ἐπὶ βραχὺ διεξελθεῖν, *προσυπέδειξά σοι, διότι πάντα κεκανόνισται πρὸς δικαιοσύνην, καὶ οὐδὲν εἰκῇ κατατέτακται διὰ τῆς γραφῆς οὐδὲ μυθω- B δῶς, ἀλλ' ἵνα δι' ὅλου τοῦ ζῆν, καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀσκῶμεν δικαιοσύνην πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μεμνημένοι τοῦ δυναστεύοντος Θεοῦ. περὶ βρωτῶν οὖν καὶ τῶν ἀκαθάρτων, ἑρπετῶν καὶ κνωδάλων, ὁ πᾶς λόγος ἀνατείνει πρὸς δικαιοσύνην, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων συναναστροφὴν δικαίαν. ἐμοὶ μὲν οὖν καλῶς ἐνόμιζε περὶ ἑκάστων ἀπολελογῆσθαι. (pag. 221.) καὶ γὰρ περὶ τῶν προσφερομένων ἔλεγε μόσχων, καὶ κριῶν, καὶ χιμάρρων· ὅτι δεῖ τοὺς ταῦτ' ἐκ βουκολίων καὶ ποιμνίων λαμβάνοντας ἥμερα κατασκευάζειν, καὶ μηδὲν ἄγριον, ὅπως οἱ προσφέροντες τὰς θυσίας, μηδὲν ὑπερήφανον ἑαυτοῖς συνιστορῶσι, σημειώσει κεχρημένοι τοῦ διατάξαντος. τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ψυχῆς τοῦ παντὸς τρόπου τὴν προσφορὰν ποιεῖται, ὁ τὴν θυσίαν προσάγων. (V. Not.) καὶ περὶ τούτων οὖν νομίζω" τὰ τῆς ὁμιλίας ἄξια λόγου καθεστάναι, διὰ τὴν σεμνότητα τοῦ νόμου, ἣν προῄρημαι διασαφῆσαί σοι, Φιλόκρατες, δι' ἣν ἔχεις φιλομάθειαν. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀρχιε- D ρεὺς τοῖς ἥκουσιν ὡς αὐτὸν Ἕλλησι, περὶ τῆς ἀλληγορουμένης ἐν τοῖς ἱεροῖς νόμοις ἰδέας διεστείλατο, πῶς ἂν μέλλουσι ταῖς ἐκδοθησομέναις περιτεύξεσθαι τῶν γραφῶν ἑρμηνείαις. ὁ δὲ Ἀριστόβουλος, καὶ τῆς κατ' Ἀριστοτέλην φιλοσοφίας, πρὸς τῇ πατρίῳ μετειληχώς, ὁποῖα περὶ τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις φερομένων, ὡς περὶ Θεοῦ μελῶν διῆλθεν, ἐπακοῦσαι καιρός. οὗτος δ' αὐτὸς ἐκεῖνος, οὗ καὶ ἡ δευτέρα τῶν Μακκαβαίων ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου μνημονεύει, ἐν τῷ πρὸς Πτολεμαῖον τὸν Βασιλέα συγγράμματι τοῦτον καὶ αὐτὸς διασαφεῖ τὸν τρόπον.

*ἰσ. προσυπέδειξα.

Quam hominum sectam jure profecto Rex ipse vester, ut fama est, fundirus exterminare conatur. Hic ego, Delatores, inquam, ni fallor, intelligis, cum eos perpetuo non tantum verberibus, sed etiam capitalibus iisque admodum gravibus suppliciis insequatur. Ego vero illos ipsos, inquit: scelerate enim hominum in perniciem invigilant. Atqui vel re ipsa quemquam, vel etiam verbo violari lex nostra vetat Et quidem, hoc tibi adhuc, quam brevissime fieri potuit, ostendimus, quemadmodum certis ad æquitatem regulis conformata sint omnia, nihilque omnino vel temere, vel fabulose Scriptura statuerit; sed eum duntaxat in finem, ut, quicquid agamus, justitiæ officiis omne genus hominum toto vitæ nostræ tempore prosequamur, jugem ac perennem Dei præpotentis memoriam retinentes. Enimvero quicquid seu de ciborum delectu, seu de rebus immundis, seu de serpentibus aliisve animantibus præcipitur, eo tantum spectat, ut antiquissimis legibus hominum inter se se societas communioque teneatur. Sane quidem Ele- C azarus sapienter omnino rationem de singulis reddere videbatur. Nam de vitulis, arietibus, hircis, qui offerendi essent, idem adjungebat, providendum esse diligenter, ut ex armentis & gregibus mansuetissima quæque legerentur, ferumque nihil & immane sacrificaretur: eo nimirum, ut, qui sacrificium offerebant, ii de præcepto divino cogitantes, nullius superbiæ conscientia tenerentur. Qui enim hostiam immolaturus est, is aliquod simul offerendum omnium animi sensuum munus instituit. Quam illius, in mutuo congressu nostro, susceptam his de rebus disputationem, commemoratione dignam putavi: ac propterea, ut ardori quoq; discendi tuo, mi Philocrates, obsecundarem, augustiorem illam divinæ legis speciem, naturalemq; sententiam tibi aperire decrevi. Hæc sunt, quæ Græcis ad se missis, de sensu Legum sacrarum allegorico Pontifex enucleavit, ut qvemadmodum susceptam earum interpretationem ab sese tractari oporteret, intelligerent. Jam vero, tempus est, uti Aristobulum, qui ad domesticam Sapientiam, Aristotelicæ Philosophiæ studium adjunxerat, de membris, quæ Deo passim in Scriptura tribui videantur, disputantem audiamus. Ille autem ipse est, cujus liber Machabæorum secundus sub initium mentionem facit. Is igitur in eo, qvem ad Ptolemæum Regem scripsit, libello, hunc in modum ea de re disserit.

A

X. | I.

ARISTOBULI, DE MEMBRIS, quæ voce tenus Deo tribuuntur.

SED quoniam, inquit ille, cum propositis quæstionibus satis a nobis factum esset, succlamasti, o Rex, deinceps ipse quoque; quorsum tandem Lex ipsa nostra, manus, brachia, vultum, pedes, ambulationem Divino Numini attribuat: hanc præterea juverit superioribus disputationem adjungere, quæ cum iis nullo modo pugnet. Quo quidem in genere, hoc te in primis exoratum velim, uti traditiones istas physice accipias, dignamq; Dei notionem constanter retineas, ne in fabulosam quandam humanæq; similem corporis speciem delabare. Solet enim Moses Legislator noster, animi sensa multimodis exprimere, dum rerum aliarum, quatenus in sensum cadunt, voces ac nomina mutuatus, naturales quasdam affectiones, magnarumq; rerum molitiones commemorat. Et quidem, quorum acrior intelligendi vis est, ii cum sapientiam hominis singularem, tum divinum illum Spiritum, cujus afflatu Prophetæ nomen & famam assequutus est, magnopere admirantur. Quorum in numero cum abs me jam commemorati Philosophi, tum alii pleriq; sunt, nec non & Poëtæ, qui haustis ab eo maximis scribendi argumentis, in hominum admiratione versantur. At quibus facultas & ingenium angustius est, ii dum ad unum Scripturæ corticem adhærescunt, nihil augusti admodum & excellentis ab eo narrari arbitrantur. Singulorum ergo significationem aperire, quantum in me situm erit, aggrediar. Qui si minus aut rem tetigero, aut aliis fidem fecero; maxime velim, uti ne hanc in Legislatorem, sed in me duntaxat imperitiæ culpam derives, qui res ab eo sapienter excogitatas nequaquam explicare potuero. Manuum igitur, etiam apud nos latius, ut constat, significatio patet. Nam cum tu ipse, o Rex, confecturus aliquid, copias mittis, Regem tum ingentem manum habere dicimus, quam vocem, qui audiunt, de tuo exercitu omnes accipiunt. Quem in sensum utique Moses in lege nostra subinde loquitur, ut cum ait, *In manu robusta eduxit te Deus ex Ægypto.* Itemque, *Mittam*, inquit Deus, *manum meam, & percutiam Ægyptios.* Et de Jumentorum morte sic Moses Pharaoni,

Exod. 3,20

ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΝΟμαζομένων ὡς Θεοῦ μελῶν.

ΠΛΗΝ ἱκανῶς εἰρημένων πρὸς τὰ προκείμενα ζητήματα, ἐπεφώνησας καὶ σύ, Βασιλεῦ, διότι σημαίνεται διὰ τοῦ νόμου τοῦ παρ' ἡμῖν, καὶ χεῖρες, καὶ βραχίων, καὶ πρόσωπον, καὶ πόδες, καὶ περίπατος ἐπὶ τῆς θείας δυνάμεως· ἃ τεύξεται λόγου καθήκοντος, καὶ οὐκ ἀντιδοξήσει τοῖς προειρημένοις ὑφ' ἡμῶν οὐδέν. παρακαλέσαι δέ σε βούλομαι πρὸς τὸ φυσικῶς λαμβάνειν τὰς ἐκδοχάς, καὶ τὴν ἁρμόζουσαν ἔννοιαν περὶ Θεοῦ κρατεῖν, καὶ μὴ ἐκπίπτειν εἰς τὸ μυθῶδες καὶ ἀνθρώπινον κατάστημα. Πολλαχῶς γὰρ ὃ βούλεται λέγειν ὁ Νομοθέτης ἡμῶν Μωσῆς, ἐφ' ἑτέρων πραγμάτων λόγους ποιούμενος, λέγω δὲ τῶν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, φυσικὰς διαθέσεις ἀπαγγέλλει, καὶ μεγάλων πραγμάτων κατασκευάς. Οἷς μὲν οὖν πάρεστι τὸ καλῶς νοεῖν, θαυμάζουσι τὴν περὶ αὐτὸν σοφίαν, καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα, καθ' ὃ καὶ Προφήτης ἀνακεκήρυκται. Ὧν εἰσιν οἱ προειρημένοι Φιλόσοφοι, καὶ πλείονες ἕτεροι καὶ Ποιηταὶ παρ' αὐτοῦ μεγάλας ἀφορμὰς εἰληφότες, καθὸ καὶ θαυμάζονται. Τοῖς δὲ μὴ μετέχουσι δυνάμεως καὶ συνέσεως, ἀλλὰ τῷ γραπτῷ μόνον προσκειμένοις, οὐ φαίνεται μεγαλεῖόν τι διασαφῶν. ἄρξομαι δὲ λαμβάνειν καθ' ἕκαστον σημαινόμενον, καθόσον ἂν ὦ δυνατός. εἰ δὲ μὴ τεύξομαι τοῦ ἀληθοῦς, μηδὲ πείσω, μὴ τῷ Νομοθέτῃ προσάψῃς τὴν ἀλογίαν, ἀλλ' ἐμοὶ τῷ μὴ δυναμένῳ διαιρεῖσθαι τὰ ἐκείνων νενοημένα. χεῖρες μὲν οὖν νοοῦνται προδήλως καὶ ἐφ' ἡμῶν κοινότερον. Ὅταν γὰρ δυνάμεις ἐξαποστέλλῃς σὺ Βασιλεὺς ὤν, βουλόμενός τι κατεργάσασθαι, λέγομεν, μεγάλην χεῖρα ἔχει ὁ Βασιλεύς, φερομένων τῶν ἀκουόντων ἐπὶ τὴν δύναμιν ἣν ἔχεις. ἐπισημαίνεται δὲ τοῦτο καὶ διὰ τῆς νομοθεσίας ἡμῶν λέγων ὁ Μωσῆς οὕτως, Ἐν χειρὶ κραταιᾷ ἐξήγαγεν ὁ Θεός σε ἐξ Αἰγύπτου. Καὶ πάλιν, Ἀποστελῶ, φησὶν ὁ Θεός, τὴν χεῖρά μου, καὶ πατάξω τοὺς Αἰγυπτίους. Καὶ ἐπὶ τοῦ τῶν κτηνῶν θανάτου, φησὶ τῷ Φαραῷ ὁ Μωσῆς,

A Ἰδοὺ χεὶρ Κυρίου ἔσται ἐν τοῖς κτήνεσί σου, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐν τοῖς πεδίοις, θάνατος μέγας. ὥστε αἱ χεῖρες ἐπὶ δυνάμεως νοοῦνται Θεοῦ. καὶ γάρ ἐστι νοεῖσθαι τὴν πᾶσαν ἰσχὺν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὰς ἐνεργείας ἐν ταῖς χερσὶν εἶναι. Διόπερ καλῶς ὁ Νομοθέτης ἐπὶ τὸ μεγαλεῖον μετενήνοχε, λέγων τὰς συντελείας, χεῖρας εἶναι Θεοῦ. στάσις δὲ θεία καλῶς ἂν λέγοιτο, κατὰ τὸ μεγαλεῖον, ἡ τοῦ κόσμου κατασκευή. Καὶ γὰρ ἐπὶ πάντων ὁ Θεὸς, καὶ πάνθ' ὑποτέτακται, καὶ στάσιν εἴ- B ληφεν· ὥστε τοὺς ἀνθρώπους καταλαμβάνειν ἀκίνητα εἶναι ταῦτα. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον, ὡς οὐδέποτε γέγονεν οὐρανὸς γῆ, γῆ δ' οὐρανὸς, οὐδ' Ἥλιος Σελήνη λάμπουσα, οὐδὲ Σελήνη πάλιν Ἥλιος, οὐδὲ ποταμοὶ θάλασσαι, οὐδὲ θάλασσα ποταμοί. καὶ πάλιν ἐπὶ τῶν ζώων ὁ αὐτός ἐστι λόγος. οὐ γὰρ ἄνθρωπος ἔσται θηρίον, οὐδὲ θηρίον ἄνθρωπος. καὶ ἐπὶ λοιπῶν δὲ ταυτὸν ὑπάρχει φυτῶν τε, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἀ- C μετάβλητα μέν ἐστι, τὰς αὐτὰς δ' ἐν αὐτοῖς τροπὰς λαμβάνει καὶ φθοράς. ἡ στάσις οὖν ἡ θεία κατὰ ταῦτα ἂν λέγοιτο, πάντων ὑποκειμένων τῷ Θεῷ. λέγεται δὲ κατάβασις ἐπὶ τὸ ὄρος θεία γεγονέναι διὰ τῆς γραφῆς τοῦ νόμου, καθ' ὃν ἐνομοθέτει καιρὸν, ἵνα πάντες θεωρήσωσι τὴν ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ. κατάβασις γὰρ αὕτη σαφής ἐστι· καὶ περὶ τούτων οὕτως ἄν τις ἐξηγήσαιτο, βουλόμενος συντηρεῖν τὸν περὶ Θεοῦ λόγον. δηλοῦται γὰρ ὡς τὸ ὄρος ἐκαίετο πολὺ, καθώς φησιν ὁ Νομοθέτης, διὰ D τὸ τὸν Θεὸν καταβεβηκέναι, σαλπίγγων τε φωνὰς, καὶ τὸ πῦρ φλεγόμενον ἀνυποστάτως εἶναι. τοῦ γὰρ παντὸς πλήθους μυριάδων οὐκ ἔλαττον ἑκατὸν, χωρὶς τῶν ἀφηλίκων, ἐκκλησιαζομένων κυκλόθεν τοῦ ὄρους, οὐκ ἔλασσον ἡμερῶν πέντε οὔσης τῆς περιόδου περὶ αὐτὸ, κατὰ πάντα τόπον τῆς ὁράσεως πᾶσιν αὐτοῖς κυκλόθεν, ὡς ἦσαν παρεμβεβληκότες, τὸ πῦρ φλεγόμενον ἐθεωρεῖτο. ὥστε τὴν κατάβασιν μὴ τοπικὴν εἶναι· πανταχοῦ γὰρ ὁ Θεός ἐστιν. ἀλλὰ τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν παρὰ πάντα θαυμάσιον ὑπάρχουσαν, διὰ τὸ πάντα ἀναλίσκειν, ἔδειξε φλεγομένην ἀνυποστάτως, μηδὲν δὲ ἐξαναλίσκουσαν, εἰ μὴ τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ δυναμικὸν αὐτῇ προσείη.

Pag. 222.

Ecce manus Domini erit super jumenta tua, & super omnia, quæ sunt in agris, interitus magnus. Exod. 9. 3. Itaq; manus ad divinæ potestatis vim pertinent, qvandoqvidem universum qvoqve robur hominum ac vis agendi tota manibus continetur. Recte igitur omnino Legislator hanc vocem, ad aliqvam majestatis significationem transtulit, cum divinæ potestatis opera manus appellavit. Jam qvod stare dicatur Deus, id augustiore quodam sensu, de Mundi molitione accipi qveat. Nam & omnibus Deus ipse præest, & omnia cum Deo subsunt, tum ab eo gradum, in qvo consisterent, acceperunt: ut eadem homines propterea, loco statuq; suo moveri non posse intelligant. Enimvero neq; Cœlum in Terram, nec in Cœlum unqvam Terra mutata est: adeoq; nec Solis in Lunam est, nec Lunæ in Solem, nec fluviorum in maria, nec maris in fluvios facta conversio. Qvod ipsũ in animantibus qvoq; locum habet. Nec enim aut homo bellua, aut bellua homo futura est. Qvo etiam modo cum de plantis & arboribus, tum de reliqvis omnibus philosophari liceat, qvæ cum in alia mutari non possint, tum easdem semper in se ipsis mutationis & interitus vicissitudines constantissime patiuntur. Hac ergo sententia, quod Divino Numini cuncta obsecundent, stare Deus ipse non immerito dici possit. Idem, qvo tempore Legem hanc sanciebat, eo tum in montem Legis ipsius verbis descendisse fertur, ut omnibus divinum opus illucescat. Nam descensus quidem manifestus per sese ac perspicuus est: qvæ vero cum eodem conjuncta sunt, ea, qui cohærenter & consentanee de Deo loqvi voluerit, eundem in modum explicare debeat. Montem enim, quoniam Deus eo descenderat, passim arsisse, tubarum clangorem insonuisse, ac sine propria naturæ ratione, tantum ignis incendium perstitisse Legislator ipse commemorat. Qvippe, cũ enim multitudo circum universa, qvæ (prætеritis licet omnibus, qvi justam necdum ætatem attigerant) decies centenis millibus haud minor erat, dierum quinq; spatio montem undiqvaq; cinxisset; quacunq; prospectus e castris, quibus sese continebant, in orbem patebat, ignem omnes succensum intuebantur. Qvare descensus ille ad propriam veramq; loci rationem pertinere non potest, cum Deus ubiq; sit. At vero vim illam ignis, qvæ qvod omnia conficiat, tantum præ ceteris omnib⁹ admirabilitatis habet, nunqvam propria natura spoliatam, & flagrasse vehementi⁹, nec qvicqvãtamen absumpsisse diceret, nisi ea Divini Numinis potestate cieretur.

Nam ex iis omnibus, quæ toto passim monte pullulabant, facileq; admodum comburi potuissent, nihil omnino consumpsit, sed nativa cunctorum viriditas flammis intacta permansit. Quin etiam acutissimus tubarum clangor audiebatur, cum fulgurantis ignis coruscatione conjunctus, cum tamen nec instrumentum id genus ullum, nec ullus ibi tubicen appareret, sed divino quodam artificio cuncta fierent. Ita vel eo præsertim descensum illum plane divinum esse constabat, quod præsentes, quotquot intererant, specie tenus singula perciperent, nec ignis, ut jam dictum est, reculam ullam absumeret, nec tubarum clangor aut hominum arte, aut similium instrumentorum opera personaret, sed Deus ipse, rejectis omnibus, suam per sese unus ac proprie Majestatem ostenderet. Hactenus Aristobulus.

Cap. IV. Nunc vero, quoniam & sacrarum legum mandata, & ipsorum allegoriis inclusum aliqvando sensum expressimus; operæ pretium deinceps fuerit, illud etiam animadvertere, gentem hanc Judæorum universam duas in partes sectam ac divisam fuisse. Nam multitudinem quidem, ritibus illis omnibus, quomodo legum ipsarum verbis concepti erant, obstrictam Moses teneri jussit. At cæteros, qvorum mens esset virtusqve constantior, cum eo cortice liberatos esse, tum ad diviniorem aliqvam & hominum vulgo superiorem Philosophiam assvescere, atqve in altiorem Legum sententiam mentis oculo penetrare voluit. Atque hæc fuit Judæorum Philosophorum natio, cujus vitæ morumqve rationes infinitos etiam alienigenas admiratione compleverunt. At Gentilium suorum clarissimi Josephus & Philo, aliiqve complures, eosdem memoriæ posteritatis sempiternæ suis etiam operibus commendare voluerunt. Ego vero plerisqve omnibus prætermissis, uno duntaxat in præsentiarum Philonis testimonio, dicis causa, contentus ero, quod suis ille passim monimentis inspersit. Primum ergo lege tu mihi, qvæ de illis, in sua pro Judæis defensione, hunc in modum ipse commemorat.

A τῶν γὰρ φυομένων ἐν τῷ ὄρει ἐκείνῳ ἐξαναλισκομένων σφοδρῶς, οὐδὲν ἐξανάλωσεν· ἀλλ' ἔμενεν ἡ τῶν ἁπάντων χλόη πυρὸς ἄθικτος, σαλπίγγων τε φωναὶ σφοδρότερον συνηχοῦντο σὺν τῇ τοῦ πυρὸς ἀστραπηδὸν ἐκφάνσει, μὴ προκειμένων ὀργάνων τοιούτων, μηδὲ τοῦ φωνήσαντος, ἀλλὰ θείᾳ κατασκευῇ γινομένων πάντων. ὥστε στερεὸς εἶναι διὰ ταῦτα, τὴν κατάβασιν τὴν θείαν γεγονέναι, διὰ τὸ τοὺς συνορῶντας ἐκφαντικῶς ἕκαστα καταλαμ-B βάνειν, μήτε τὸ πῦρ κεκαυκός, ὡς προείρηται, μηδέν, μήτε τὰς σαλπίγγων φωνὰς δι' ἀνθρωπίνης ἐνεργείας, ἢ κατασκευῆς ὀργάνων γίνεσθαι, τὸν δὲ Θεὸν ἄνευ τινὸς δεικνύναι τὴν ἑαυτοῦ διὰ παντὸς μεγαλειότητα. Ταῦτα ὁ Ἀριστόβουλος. Ἐπεὶ δὲ διεληλύθαμεν τά τε τῶν ἱερῶν νόμων παραγγέλματα, τόν τε τρόπον τῆς ἀλληγορουμένης παρ' αὐτοῖς ἰδέας· ἑξῆς ἂν εἴη, καί τι δὲ ἐπισημήνασθαι, ὡς τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος, εἰς δύο τμήματα διῄρηται. C καὶ τὴν μὲν πληθὺν, ταῖς τῶν νόμων κατὰ τὴν ῥητὴν διάνοιαν παρηγγελμέναις ὑποθήκαις ὑπῆγε· τὸ δ' ἕτερον τῶν ἐν ἕξει τάγμα, ταύτης μὲν ἠφίει, θειοτέρᾳ δέ τινι καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπαναβεβηκυίᾳ φιλοσοφίᾳ προσέχειν ἠξίου, θεωρίᾳ τε τῶν ἐν τοῖς νόμοις κατὰ διάνοιαν σημαινομένων. Ἦν δὲ τῶν φιλοσόφων Ἰουδαίων γένος, ὧν τὴν τοῦ βίου ἄσκησιν καὶ τῶν ἔξωθεν κατεπλάγησαν μυρίοι. τῶν δ' οἰκείων οἱ περιφανέστατοι, καὶ μνήμης ἀλήστου τύπους ἠξίωσαν, Ἰώσηππός τε καὶ Φί-D λων, καὶ ἕτεροι πλείους· ὧν τὰ πολλὰ παρείς, δείγματος αὐτὸ μόνον ἕνεκα, τῇ τοῦ Φίλωνος ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθήσομαι μαρτυρίᾳ, ἣν περὶ τῶν δηλουμένων κατὰ πολλὰ τῶν οἰκείων ὑπομνημάτων τέθειται. τοῦτον δ' ἀπὸ τῆς ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀπολογίας λαβὼν σύ γε, ἀνάγνωθι ταῦτα.

ια.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΑΡΕΤΗΣ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις τὸ παλαιὸν φιλοσοφούντων.

Μυρίους δὲ τῶν γνωρίμων ὁ ἡμέτερος Νομοθέτης ἤλειψεν ἐπὶ κοινωνίαν, οἳ καλοῦνται μὲν Ἐσσαῖοι, παρὰ τὴν ὁσιότητα, μοιδοκῶ, τῆς προσηγορίας ἀξιωθέντες. οἰκοῦσι δὲ πολλὰς μὲν πόλεις τῆς Ἰουδαίας, πολλὰς δὲ κώμας, καὶ μεγάλους καὶ πολυανθρώπους ὁμίλους. ἔστι δ' αὐτοῖς ἡ προαίρεσις, οὐ γένει· γένος γὰρ ἐφ' ἑκουσίοις οὐ γράφεται· διὰ δὲ ζῆλον ἀρετῆς, καὶ φιλανθρωπίας ἵμερον. Ἐσσαίων γοῦν κομιδῇ νήπιος οὐδείς, ἀλλ' οὐδὲ πρωτογένειος, ἢ μειράκιον· ἐπεὶ τά γε τούτων ἀβέβαια ἤθη τῷ τῆς ἡλικίας ἀτελεῖ συννεωτερίζονται· τέλειοι δ' ἄνδρες, καὶ πρὸς γῆρας ἀποκλίνοντες ἤδη, μηκέθ' ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἐπιρροῆς ἐπικλυζόμενοι, μήθ' ὑπὸ τῶν παθῶν ἀγόμενοι, τὴν ἀψευδῆ δὲ καὶ μόνην ὄντως ἐλευθερίαν καρπούμενοι. μάρτυς δὲ τῆς ἐλευθερίας αὐτῶν ὁ βίος. ἴδιον οὐδεὶς οὐδὲν ὑπομένει κτήσασθαι τὸ παράπαν οὐδέν, οὐκ οἰκίαν, οὐκ ἀνδράποδον, οὐ χωρίον, οὐ βοσκήματα, οὐχ ὅσα ἄλλα παρασκευαὶ, καὶ χορηγίαι πλούτου. πάντα δ' εἰς μέσον ἀθρόα καταθέντες, κοινὴν καρποῦνται τὴν ἁπάντων ὠφέλειαν. οἰκοῦσι δ' ἐν ταὐτῷ, κατὰ θιάσους ἑταιρείας καὶ συσσίτια ποιούμενοι, καὶ πάνθ' ὑπὲρ τοῦ κοινωφελοῦς πραγματευόμενοι διατελοῦσιν. ἀλλ' ἑτέρων ἕτεραι πραγματεῖαι, αἷς ἐπαποδυόντες ἀόκνως διαθλοῦσιν, οὐ κρυμόν, οὐ θάλπος, οὐχ ὅσα ἀέρος νεωτερίσματα προφασιζόμενοι· πρὶν δ' ἥλιον ἀνασχεῖν, ἐπὶ τὰ συνήθη τρεπόμενοι, δυομένου μόλις ἐπανίασι χαίροντες, οὐχ ἧττον τῶν ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἐξεταζομένων ἀγῶσιν. ὑπολαμβάνουσι γὰρ ἅττ' ἂν ἐπιτηδεύωσιν, εἶναι βιωφελέστερα καὶ ἡδίω ψυχῇ καὶ σώματι τὰ γυμνάσματα, καὶ πολυχρονιώτερα τῶν ἐν ἀθλήσεσι, μὴ συναφηβῶντα τῇ τοῦ σώματος ἀκμῇ. εἰσὶ γὰρ αὐτῶν, οἱ μὲν γεηπόνοι, τῶν περὶ σπορὰν καὶ γεωργίαν ἐπιστήμονες.

XI.

DE VETERUM APUD HEBRÆOS Philoſophorum vita, ſumma cum virtute conjuncta.

MAXIMAM, inqvit, eorum multitudinem, qvi in ejus ſeſe diſciplinam tradiderunt, Legiſlator noſter ad mutuæ ſocietatis communionem informavit, qui Eſſæorum nomine, παρὰ τὴν ὁσιότητα, ut mihi quidem videtur, hoc eſt a ſanctitate, appellantur. Plurimas illi Judææ civitates, pagosq; permultos habitant, ingentesq; admodum & copioſas hominum ſodalitates inſtituunt. Sua illis vitæ ratio, non genere conſtat; (nec enim eorum, qvi voluntarie conveniunt, genus proprie vocari ſolet,) ſed qvadam æmulatione virtutis, & humanitatis ſtudio perficitur. Nullus inter eos aut puer admodum eſt, aut in prima adhuc vel pubertate, vel etiam adoleſcentia conſtitutus: qvod ſimilium fere verſatiles adhuc flexibilesq; mores infirmioris ætatis mutabilitatem imitentur: At viri jam perfecti, quiq; nonnihil in ſenectam vergentes, ut non amplius aut corporis æſtu ac fluctibus hauriuntur, aut perturbationum impetu rapiuntur, ita plane vera illa ſolaq; libertate potiuntur. Ac teſtis quidem hujus libertatis ipſa vitæ ratio eſt. Peculiare cujusqvam ac proprium nihil eſt, non domus, non ſervus, non prædium, non pecus, non aliud quidqvam eorum, unde opes ac divitiæ comparantur. At ex promiſcua rerum inter ſeſe omnium communione, omnium etiam in ſingulos fructus atque utilitas redundat. Eodem in loco domicilium habent, ſuorum hominum cœtu in aliquot ſodalitates & contubernia diſtributo, conſiliaqve ſua omnia in publicum & communem uſum aſſidua opera & ſtudio conferunt. Aliorum tamen alia occupatio eſt, in qvam diligenter & impigre nemo non incumbit, ut non modo neq; vim frigoris, neq; æſtum, neq; alias cœli mutationes injuriasq; cauſentur, ſed ipſum quoqve Solis ortum operis ſui tractatione antevertant, vixqve poſt occaſum ſeſe tandem recipiant. Quo tempore lætitiæ ſenſum præ ſe ferunt, nihilo minorem, quam qui gymnicis certaminibus exerceri ſolent. Sic enim intelligunt, longe ſe cum humanæ vitæ utilioribus, tum animo ſimul, & corpori jucundioribus exercitationibus operam dare, imo etiam longe diuturnioribus, quam quæ Athletarum propriæ ſunt, cum illæ non una cum ipſius corporis flore marceſcunt. Nam ex iis alii Agricolæ ſunt, ac ſementis faciendæ, & ſubigendæ terræ peritiſſimi.

Alii pascendis gregibus omnis generis operam impendunt suam. Aliis Apum examina & alvearia curæ sunt. Alii quotidianas artes factitant, ut molestiis omnibus, quas afferre necessitas & inopia solet, expediti vivant, adeoq; nullam omnino functionem, si modo culpa vacet, quæ ad tuendam vitam comoda sit, obire detrectant. Jam quicquid singuli ex tanta operum varietate pretii acceperint, id totum comunibus suffragiis creato Quæstori tradunt in manus. Quod ille continuo in necessariis coëmendis expendit, qvæq; vel ad victum, vel ad reliqvum humanæ vitæ commeatum opus fuerint, prolixe suppeditat. Atq; illi eodem qvotidie cibo comuniq; mensa utuntur, & victus similitudine delectati frugalitatem amant, luxum tanqvam animi corporisq; pestem aversantur. Quanquam non minus apud eos vestium est, qvam mensæ comunio. Nam hyeme hirsutis ac villosis omnes lænis induuntur, æstate vero simplicioribus ac levioribus palliolis; ut facile cuivis integrum sit, qvamcunq; libuerit, accipere, cum & qvæcunqve unius sunt, ad omnes æq; pertineant, & qvæ vicissim omnium, unius esse censeantur. Qvod si qvispiam in morbum inciderit, is communibus curatur impensis, atq; omnium studiis officiisq; recreatur. Seniores quod attinet, ut liberis ipsi careant, non minus tamen, quam quibus & fœcundissima soboles & optima fuerit, in felicissima ac svavissima senectute finem vivendi faciunt: dum eos tam multi præmiis auctos potioribus omni honore proseqvuntur, qui ad hoc officii genus voluntate potius certoq; consilio, quam ulla naturæ necessitate ducantur. Præterea, quod sane vel unum, vel omnium maxime communionem illam dissipare potuisset, solertissime providentes, ita nuptias repudiare solent, ut integerrimæ continentiæ laudem sibi præcipuam defendant. Ita Essæorum nemo uxorem ducit, quod mulier ejusmodi sit, qvæ cum se ipsam vehementius amet, ac zelotypia laboret immodica: tum viri quoq; mores & facile transversos agat, & assiduarum blanditiarum illecebris ac lenociniis emolliat. Nam ubi verbis ad assentationem adulationemq; compositis, ac reliqvo simulationis artificio, tanquam in scena, oculos semel auresq; deliniit, tum vero perinde ac circumventis subditis, Ducem ipsum ac Principem Animum eundem in errorem inducit. Qvæ si liberos qvoq; susceperit, mox procaciæ confidentiæq; plena, quicqvid simulate pri⁹ ac subdole insinuabat

οἱ δ᾽ ἀγελάρχαι, παντοδαπῶν θρεμμάτων ἡγεμόνες. ἔνιοι δὲ σμήνη μελιττῶν ἐπιτροπεύουσι. ἄλλοι δὲ δημιουργοὶ τῶν κατὰ τέχνας εἰσὶν, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν, ὧν αἱ ἀναγκαῖαι χρεῖαι βιάζονται, παθεῖν· οὐδὲν ἀναβαλλόμενοι τῶν εἰς πορισμὸν ἀνυπαίτιον. ἐκ δὴ τῶν οὕτως διαφερόντων ἕκαστοι τὸν μισθὸν λαβόντες, ἑνὶ διδόασι τῷ χειροτονηθέντι ταμίᾳ· λαβὼν δ᾽ ἐκεῖνος, αὐτίκα τἀπιτήδεια ὠνεῖται, καὶ παρέχει τροφὰς ἀφθόνους, καὶ τἄλλα ὧν ὁ ἀνθρώπινος βίος χρειώδης. οἱ δ᾽ ὁμοδίαιτοι, καὶ ὁμοτράπεζοι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν εἰσὶ, τοῖς αὐτοῖς ἀσμενίζοντες, ὀλιγοδείας ἐρασταὶ, πολυτέλειαν, ὡς ψυχῆς καὶ σώματος νόσον, ἐκτρεπόμενοι. κοινὴ δ᾽ οὐ τράπεζα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐσθὴς αὐτοῖς ἐστι. πρόκεινται γὰρ χειμῶνι μὲν στιφραὶ χλαῖναι, θέρει δ᾽ ἐξωμίδες εὐτελεῖς, ὡς εὐμαρῶς ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ, ἣν ἂν ἐθελήσοι λαβεῖν, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἑνὸς ἁπάντων, καὶ τὰ πάντων, ἔμπαλιν ἑνὸς ὑπείληπται. καὶ μὴν εἴ τις αὐτῶν ἀσθενήσειεν, ἐκ τῶν κοινῶν νοσηλεύεται, θεραπευόμενος ταῖς ἁπάντων ἐπιμελείαις καὶ φροντίσιν. οἱ δὲ δὴ πρεσβῦται, κἂν εἰ τύχοιεν ἄτεκνοι, καθάπερ οὐ πολύπαιδες μόνον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὔπαιδες, ἐν εὐτυχεστάτῳ καὶ λιπαρωτάτῳ γήρᾳ τὸν βίον εἰώθασι καταλύειν, ὑπὸ τοσούτων προνομίας ἀξιούμενοι καὶ τιμῆς, ἑκουσίῳ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ φύσεως ἀνάγκῃ θεραπεύειν ἀξιούντων. ἔτι τοίνυν, ὅπερ ἢ μόνον, ἢ μάλιστα τὴν κοινωνίαν ἔμελλε διαλύειν, ὀξυδερκέστερον ἰδόντες, γάμον παρῃτήσαντο μετὰ τοῦ διαφερόντως ἀσκεῖν ἐγκράτειαν. Ἐσσαίων γὰρ οὐδεὶς ἄγεται γυναῖκα, διότι φίλαυτον ἡ γυνὴ, καὶ ζηλότυπον οὐ μετρίως, καὶ δεινὸν ἀνδρὸς ἤθη παρασαλεῦσαι, καὶ συνεχέσι γοητείαις ὑπάγεσθαι. μελετήσασα γὰρ θῶπας λόγους, καὶ τὴν ἄλλην ὑπόκρισιν, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς, ὄψεις καὶ ἀκοὰς ὅταν δελεάσῃ, διηπατημένων οἷα ὑπηκόων, τὸν ἡγεμόνα νοῦν φενακίζει. παῖδες δ᾽ εἰ γένοιντο, φρονήματος ὑποπλησθεῖσα καὶ παρρησίας, ὅσα κατ᾽ εἰρωνείαν πρότερον ὑπούλως ὑπῃνίτ-

πετο, ταῦτα ἀπ' εὐτολμοτέρου θράσους ἐκκαλεῖ, καὶ ἀναισχυντοῦσα, βιάζεται πράττειν, ὧν ἕκαστον κοινωνίας ἐχθρόν. ὁ γὰρ ἢ γυναικὸς φίλτροις ἐνδεθείς, ἢ τέκνων, ἀνάγκῃ φύσεως, προκηδόμενος, οὐκέτι πρὸς ἄλλους ὁ αὐτός ἐστιν, ἀλλ' ἕτερος γέγονε λεληθὼς ἀντ' ἐλευθέρου δοῦλος. οὕτως γοῦν ὁ βίος ἐστὶν αὐτῶν περιμάχητος. ὥστ' οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλοι Βασιλεῖς ἀγάμενοι τοὺς ἄνδρας, τεθήπασι, καὶ τὸ σεμνὸν αὐτῶν ἀποδοχαῖς καὶ τιμαῖς ἔτι μᾶλλον σεμνοποιοῦσι. B Ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου κείσθω συγγράμματος. ἀπὸ δὲ τοῦ, περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι, τὰ οὕτως ἔχοντα παραθήσομαι.

A id palam atq; audacius loqvitur, exutoq; pudore omni per vim extorqvere conatur. Qvæ qvidem a societate aliena sunt omnia. Qvisqvis enim aut uxoris irretitus illecebris, aut cura liberorum, qvadam naturæ necessitate, implicatus est, is adversus alios idem, qvi prius, esse non potest, sed plane aliud, hoc est ex libero servus, sensim ac sine sensu efficitur. Atq; ejusmodi est illorum vitæ ratio, digna profecto, qvam certatim omnes imitentur. Qvare non privati modo, sed maximi qvoq; Reges id hominum genus vehementer admirati, ad propriam instituti dignitatem, novum honoribus suis & prolixa commendatione decus addiderunt. Hæc Philo in Apologia. Cujus item, in eo libro, quo probos omnes liberos esse defendit, hæc verba sunt.

ιβ.
ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΩΝ.

Ἔστι δὲ καὶ ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρία καλοκἀγαθίας οὐκ ἄγονος, ἣν πολυανθρωποτάτου ἔθνους τῶν Ἰουδαίων οὐκ ὀλίγη C μοῖρα νέμεται. λέγονταί τινες παρ' αὐτοῖς ὄνομα Ἐσσαῖοι, πλῆθος ὑπὲρ τετρακισχιλίους (κατ' ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου Ἑλληνικῆς,) παρώνυμοι ὁσιότητος. ἐπειδὴ κἀν τοῖς μάλιστα θεραπευταὶ Θεοῦ γεγόνασιν, οὐ ζῶα καταθύοντες, ἀλλ' ἱεροπρεπεῖς τὰς ἑαυτῶν διανοίας κατασκευάζειν ἀξιοῦντες. οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον κωμηδὸν οἰκοῦσι, τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι, διὰ τὰς τῶν πολιτευομένων χειροήθεις D ἀνομίας· εἰδότες ἐκ τῶν συνιόντων, ὡς ἀπὸ ἀέρος φθοροποιοῦ νόσον, ἐγγινομένην προσβολὴν ψυχαῖς ἀνίατον. ὧν οἱ μὲν γεηπονοῦντες, οἱ δὲ τέχνας μετιόντες, ὅσαι συνεργάτιδες εἰρήνης, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς πλησιάζοντας ὠφελοῦσιν· οὐκ ἄργυρον καὶ χρυσὸν θησαυροφυλακοῦντες, οὐδ' ἀποτομὰς γῆς μεγάλας κτώμενοι, δι' ἐπιθυμίαν προσόδων, ἀλλ' ὅσα πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας ἐκπορίζονται. μόνοι γὰρ ἐξ ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων, ἀχρήματοι καὶ ἀκτήμονες αὐτοὶ γεγονότες (ἐπιτηδεύσει τὸ πλέον, ἢ ἐνδείᾳ εὐτυχίας,) πλουσιώτατοι νομίζονται, τὴν ὀλιγοδεΐαν καὶ εὐκολίαν, ὅπερ ἐστίν, κρίνοντες περιουσίαν. βελῶν, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, ἢ κράνους, ἢ θώρακος, ἢ ἀσπίδος, οὐδένα παρ' αὐτοῖς

XII.
ITERUM DE IISDEM.

Nec ipsa quoq; Palæstinæ Syria hoc integritatis ac virtutis proventu caret, qvā Judæorum amplissimæ nationis pars incolit tenetq; non exigua. Apud eos genus qvoddam hominum est, plus quatuor millia, Essæos vocant, ἀπὸ τῆς ὁσιότητος, hoc est, a sanctitate, (non satis tamen, ut mihi quidem videtur, ad Græci vocabuli rationem accurate:) quod præcipua Deum inter omnes religione venerentur, non jam victimas iṁolando, sed mentes ipsi suas, uti homines sanctimoniæ professores decet, quam studiosissime informando. Ac primum quidem illi vicatim habitantes, sese ab urbibus segregant, ob facilia nimium & quotidiana oppidanorum vitia, cum probe intelligant, ex eorum quibuscum versemur usu, veluti ex corrupto pestiferoq; cœlo morbum, ita contagionem insanabilem in animum redundare. Alii colendis agris, alii pacis, & otii sociis artibus factitandis occupari, ita cum suæ, tum eorum etiam, qui ad sese ventitant, utilitati serviunt, ut nec argenti auriq; thesauros recondant, nec immensa prædia fructuum ampliorum cupiditate possideant, sed ea modo comparent, qvæ tolerandæ vitæ necessitas postulat. Soli enim ex omnibus prope hominibus, sine pecunia, sine possessionibus, (qvibus tamen eos voluntas sua potius & instituti ratio, qvam iniqvior fortuna spoliavit;) habentur locupletissimi, dum in usu rerum modico atqve parabili sitam esse, uti est, veræ abundantiæ rationem intelligunt. Non telorum apud eos, non jaculorum, non pugionum, aut galearum, non loricarum, aut scutorum: deniqve non armorum

cujusvis generis, aut machinæ cujusquam A bellicæ fabrum ullum reperias. Imo nec eorum quicquam moliuntur, quorum, ut pacis amica sint, facilis tamen ad improbitatem lapsus esse qveat. Itaq; de mercatura, cauponaria, navicularia ne per somnium qvidem cogitant, pabula cupiditatis omnia longe longius amandantes. Servus apud eos nemo, liberi omnes: mutuam sibi navant operam: dominatus genus omne damnant, non modo quod injustus, æqvalitate tollenda, sed etiam quod impius convellenda naturæ lege videatur. Nos enim ab ea, tan- B qvam a comuni parente, procreatos atq; educatos omnes, germanos proinde fratres, non verbo tenus, sed re ipsa constitutos esse: quam tamen cognationem insidiatrix illa cupiditas, læto rerum successu felicior, alienationem pro necessitudine, pro benevolentia odium invehendo, distraxit. Philosophiæ partem eam, quæ in disserendi ratione versatur, qvasi minus parandæ virtuti necessariam, verborum argutiarumq; captatoribus; qvæ vero de natura tractat, quasi humanæ naturæ viribus superiorem, ven- C torum nubiumq; sectatoribus relinqvunt, nisi quatenus de Divina Essentia, & universi molitione philosophatur: in eam, qvæ mores informat, quam diligenter incumbunt, patriarum legum usi magisterio, quarum intelligentiæ humanum ingenium, nisi divinitus afflatum, par esse non possit. Eas porro, cum aliis quoq; temporibus, tum præsertim septimo quoq; die doceri solent. sacrum quippe diem illum habent, quo ab alio quolibet opere feriati, sanctioribus in locis, quas Synagogas ipsi vocant, ita conveniunt, ut descriptis pro ætate ordinibus, juniores seni- D orum ad pedes considеant, summaq; cum honestate ac modestia docentes audiant. Nam dum unus quispiam, e sacris aliquid voluminibus recitat, alius quidam e peritissimis, quicquid obscurius fuerit, enucleat: pleraq; enim illi figuris & umbris involuta, antiquitatis studio quodam & imitatione tradiderunt. Cæterum pietatis, sanctimoniæ, æquitatis, rei tum familiaris tum publicæ præceptis informantur, eorumq; simul, qvæ vere seu bona, seu mala, seu deniq; indifferentia sunt, cognitionem hauriunt, ut expetenda persequantur, fugiantqve contraria. Qvibus in rebus, tribus quasi finibus ac regulis uti solent, amore divino, studio virtutis, & hominum caritate. Ac divinus quidem amor infinitis argumentis comprobatur, qvæ partim constans ac perpetua totius vitæ castimonia, partim ab omni jurejurando

A ἂν εὕροις δημιουργὸν, οὐδὲ συνόλως ὁπλοποιὸν, ἢ μηχανοποιὸν, ἤ τι τῶν κατὰ πόλεμον ἐπιτηδεύοντα. ἀλλ' οὐδ' ὅσα κατ' εἰρήνην εὐόλισθα εἰς κακίαν· ἐμπορείας γὰρ, ἢ καπηλείας, ἢ ναυκληρίας, οὐδ' ὄναρ ἴσασι, τὰς εἰς πλεονεξίας ἀφορμὰς ἀποδιοπεμπόμενοι. δοῦλός τε παρ' αὐτοῖς οὐδὲ εἷς ἐστιν, ἀλλ' ἐλεύθεροι πάντες, ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις, καταγινώσκουσί τε τῶν δεσποτῶν, οὐ μόνον ὡς ἀδίκων, ἰσότητα λυμαινομένων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσεβῶν, B θεσμὸν φύσεως ἀναιρούντων, ἣ πάντας ὁμοίως γεννήσασα, καὶ θρέψασα μητρὸς τρόπον, ἀδελφοὺς γνησίους, οὐ λεγομένους, ἀλλ' ὄντας ὄντως ἀπειργάσατο. ὧν τὴν συγγένειαν ἡ ἐπίβουλος πλεονεξία παρευημερήσασα διέσεισεν, ἀντ' οἰκειότητος ἀλλοτριότητα, καὶ ἀντὶ φιλίας ἔχθραν ἐργασαμένη. φιλοσοφίας τε τὸ μὲν λογικὸν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον εἰς κτῆσιν ἀρετῆς. τὸ δὲ φυσικὸν, ὡς μεῖζον ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην φύσιν, μετεωρολέσχαις ἀπολι- C πόντες, πλὴν ὅσον αὐτοῦ περὶ ὑπάρξεως θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως φιλοσοφεῖται· τὸ ἠθικὸν εὖ μάλα διαπονοῦσιν, ἀλείπταις χρώμενοι τοῖς πατρῴοις νόμοις, οὓς ἀμήχανον ἀνθρωπίνην ἐπινοῆσαι ψυχὴν ἄνευ κατοκωχῆς ἐνθέου. τούτους ἀναδιδάσκονται μὲν καὶ παρὰ τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ ταῖς ἑβδόμαις διαφερόντως. ἱερὰ γὰρ ἡ ἑβδόμη νενόμισται, καθ' ἣν τῶν ἄλλων ἀνέχοντες ἔργων, εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενοι τόπους, οἳ καλοῦνται συναγωγαὶ, καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν ὑπὸ πρεσβυτέ- D ροις νέοι καθέζονται, μετὰ κόσμου τοῦ προσήκοντος ἔχοντες ἀκροατικῶς. εἷς μέν τις τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβὼν, ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων ὅσα μὴ γνώριμα παρελθὼν ἀναδιδάσκει. τὰ γὰρ πλεῖστα διὰ συμβόλων ἀρχαιοτρόπῳ ζηλώσει παρ' αὐτοῖς φιλοσοφεῖται. παιδεύονται δὲ εὐσέβειαν, ὁσιότητα, δικαιοσύνην, οἰκονομίαν, πολιτείαν, καὶ ἐπιστήμην τῶν πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθῶν, καὶ κακῶν, καὶ ἀδιαφόρων, αἱρέσεις ὧν χρὴ, καὶ φυγὰς τῶν ἐναντίων· νόμοις καὶ κανόσι τριττοῖς χρώμενοι, τῷ τε φιλοθέῳ, καὶ φιλαρέτῳ, καὶ φιλανθρώπῳ. τοῦ μὲν οὖν φιλοθέου δείγματα μυρία παρέχει ἡ παρ' ὅλον τὸν βίον συνεχὴς καὶ ἐπάλληλος ἁγνεία, τὸ

ἀνώμοτον, τὸ ἀψευδές, τὸ πάντων μὲν ἀγαθῶν αἴτιον, κακοῦ δὲ μηδενὸς νομίζειν εἶναι τὸ θεῖον. τοῦ δὲ φιλαρέτου, τὸ ἀφιλοχρήματον, τὸ ἀφιλόδοξον, τὸ ἀφιλήδονον, τὸ ἐγκρατές, τὸ καρτερικὸν, ἔτι δὲ ὀλιγοδεΐαν, ἀφέλειαν, εὐκολίαν, τὸ ἄτυφον, τὸ νόμιμον, τὸ εὐσταθές, καὶ ὅσα τούτοις ὁμοιότροπα. τοῦ δὲ φιλανθρώπου δείγματα, εὔνοια, ἰσότης, ἡ παντὸς λόγου κρείττων κοινωνία, περὶ ἧς οὐκ ἄκαιρον βραχέα εἰπεῖν. πρῶτον τοίνυν οὐδενὸς ἑνὸς οἰκία τίς ἐστιν ἰδία, ἣν οὐχὶ πάντων εἶναι κοινὸν συμβέβηκε. πρὸς γὰρ τῷ κατὰ θιάσους συνοικεῖν, ἀναπέπταται καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἀφικνουμένοις τῶν ὁμοζήλων. εἶτ' ἐστὶ ταμεῖον ἓν πάντων καὶ δαπάναι κοιναὶ, καὶ κοιναὶ μὲν ἐσθῆτες, κοιναὶ δὲ τροφαὶ, συσσίτια πεποιημένων. τὸ γὰρ ὁμωρόφιον, ἢ ὁμοδίαιτον, ἢ ὁμοτράπεζον, οὐκ ἄν τις εὕροι παρ' ἑτέροις μᾶλλον ἔργῳ βεβαιούμενον, καὶ μήτε εἰκότως. ὅσα γὰρ ἂν μεθ' ἡμέραν ἐργασάμενοι λάβωσιν ἐπὶ μισθῷ, ταῦτ' οὐκ ἴδια φυλάττουσιν, ἀλλ' εἰς μέσον προτιθέντες, κοινὴν τοῖς ἐθέλουσι χρῆσθαι τὴν ἀπ' αὐτῶν παρασκευάζουσιν ὠφέλειαν. οἵ τε νοσοῦντες, οὐχ ὅτι πορίζειν ἀδυνατοῦσιν, ἀμελοῦνται, πρὸς τὰς νοσηλείας ἐκ τῶν κοινῶν ἔχοντες ἐν ἑτοίμῳ, ὡς μετὰ πάσης ἀδείας ἐξ ἀφθονωτέρων ἀναλίσκειν. αἰδὼς δ' ἐστὶ πρεσβυτέρων καὶ φροντὶς, οἷα γονέων ὑπὸ γνησίων παίδων, χερσὶ καὶ διανοίαις μυρίαις ἐν ἀφθονίᾳ τῇ γηροτροφουμένων. τοιούτους ἡ δίχα περιεργίας Ἑλληνικῶν ὀνομάτων, ἀθλητὰς ἀρετῆς ἀπεργάζεται φιλοσοφία, γυμνάσματα προτιθεῖσα τὰς ἐπαινετὰς πράξεις, ἐξ ὧν ἡ ἀδούλωτος ἐλευθερία βεβαιοῦται. σημεῖον δὲ, πολλῶν κατὰ καιροὺς ἐπαναστάντων τῇ χώρᾳ δυναστῶν, καὶ φύσεσι καὶ προαιρέσεσι χρησαμένων διαφερούσαις. οἱ μὲν γὰρ, εἰς τὸ ἀτίθασον ἀγριότητα θηρίων ἐκνικῆσαι σπουδάσαντες, οὐδὲν παραλιπόντες τῶν εἰς ὠμότητα, τοὺς ὑπηκόους ἀγεληδὸν ἱερεύοντες, ἢ καὶ ζῶντας ἔτι, μαγείρων τρόπον, κατὰ μέρη καὶ μέλη κρεουργοῦντες, ἄχρι τοῦ τὰς αὐτὰς ὑπομεῖναι συμφορὰς ὑπὸ τῆς τὰ ἀνθρώπεια ἐφορώσης δίκης, οὐκ ἐπαύσαντο.

abstinentia, partim fuga mendacii, partim deniqve præclara illa de Deo tanqvam omnium bonorum fonte, maliqve nullius auctore sententia suppeditat. Iidem virtutis quam studiosi sint, ex divitiarum, gloriæ, voluptatisqve contemptu, nec non ex temperantia, tolerantia, frugalitate, simplicitate, modestia, demissione, legum observantia, morum vitæqve constantia, ac similibus animi dotibus intelligas. Postremo suam erga homines caritatem, benevolentia, æqualitate, qvæqve orationem omnem superat, omnium inter se rerum communione declarant. De qva sane pauca hoc loco subjungere, non abs re fuerit. Primum ergo nemini propria vel una domus est, qvæ non omnium similiter ac promiscue sit. Nam præter quam qvod in Sodalitates distributi, simul habitant, eadem præterea omnibus etiam aliunde convenientibus ejusdem æmulis instituti patet. Deinde commune omnes ærarium, impensasqve communes habent, vestem pariter cibumqve communem, dum communibus utuntur contuberniis. Enimvero, laudatam illam ejusdem tecti, victus, mensæqve communionem, alibi nusqvam re ipsa tam constanter usurpatam invenias. Nec sane mirum. Quicquid enim singuli diurno ex labore lucri fecerint, id non jam proprium ac sepositum habent, sed in medium conferunt universum, dum operæ suæ fructum ad omnes pervenire volunt. Ergo qui morbo laborant, ut ejus per se sumptibus impares illi sint, non tamen deseruntur, cum in promptu habeant a re communi subsidium, libereq; omnino ac secure ex ampliore illa copia promere haurireq; possint. Seniores a junioribus, perinde ut parentes a liberis, summa cum reverentia & solicitudine observantur, milleqve adeo manuum pariter ac mentium opera, senectutem in rerum omnium abundantia degunt. Tales apud eos, sua illa, Græcorum nominum pompa & ambitione carens Philosophia, virtutis Athletas efficit, quæ non alia qvam rerum laudabilium exercitia proponit, quibus libertas illa servitutis omnis impatiens maxime confirmatur. Qvod qvidem vel ex eo quivis intelligat, quod variis varii temporibus eam in regionem Principes incubuerint, tam instituto quam ingenio dissimiles. Cum enim alii belluarum qvoq; feritatem immanitate superare conarentur, atq; ut nihil prætermitterent, qvod summa crudelitas exigeret, non ante subditos modo gregatim immolare, modo vivos adhuc & spirantes membratim atqve frustatim laniorum in morem concidere desinerent, qvam in similes ipsi pœnas, agente illa rerum humanarum moderatrice justitia, incidissent;

» alii vero qvam animo rabiem furoremqve » conceperant, in alium improbitatis vultum » speciemqve vertentes, excogitato novæ » acerbitatis genere, comiter omnes ac sua- » viter appellarent, itaqve barbaram atro- » cemqve naturam voce molliori dissimulan- » tes, dum instar canum morsu venenato sæ- » vientium blandirentur, ejusmodi tamen » insanabilibus exitiis passim importatis, mi- » serorum calamitates, qvæ nulla unqvam » oblivione delebuntur, omnibus in urbibus » tanqvam perpetua cum impietatis suæ, tum » horribilis in humanum genus odii moni- B » menta reliqvissent: nemo tamen vel effera- » torum illorum, vel fraudulentorum atqve » pellacium, huic Essæorum, vel Hosiorum » (hoc est Sanctorum) sodalitio, crimen ul- » lum vel affingere potuit: sed omnes omni- » no ab illorum probitate victi, iis tanqvam a » natura liberis jurisqve sui factis usi sunt, » eorumqve contubernia, singularemqve re- » rum omnium communionem, quod argu- » mentum est integerrimæ ac beatissimæ vi- » tæ certissimum, suo etiam ore celebrarunt.

Ac de castigatiore atqve sanctiore Judæo- C rum disciplina hactenus. Nam de cætero vitæ genere, quod gentis universæ multitudini divinis legibus imperatur, paulo ante disputavimus. Quid ergo superest, nisi ut posterorum qvoqve Theologiam cum majorum suorum religionibus consentire doceamus, ut hac etiam de re suis absoluta numeris tractatio habeatur? Et qvoniam superiore libro divinæ Scripturæ oracula produximus, age jam, eorum deinceps, qui apud Judæos sapientia præstitere, mentem sensumq; videamus, ut qvam non in Theologia modo, verum etiam in cæteris artibus D atq; doctrinis Hebræorum nepotes rationem tenuerint, ex illorum nobis auctoritate constet. Atq; in primis eundem rursus Philonem, in eorum primo, quos de lege conscripsit, hac de re disserentem audiamus.

Οἱ δὲ, τὸ παρακεκινημένον καὶ λελυττηκὸς εἰς » ἑτέρας εἶδος κακίας μεθαρμοσάμενοι, πι- » κρίαν ἄλεκτον ἐπιτηδεύσαντες, ἡσυχῇ » διαλαλοῦντες, ἠρεμαιοτέρας φωνῆς ὑπο- » κρίσει βαρύμηνιν ἦθος ὑποκρινόμενοι, κυ- » νῶν ἰοβόλων τρόπον προσσαίνοντες, ἀνιάτων » γενόμενοι κακῶν αἴτιοι, κατὰ πόλεις μνημεῖα » τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας καὶ μισανθρωπίας ἀ- » πέλιπον, ταῖς τῶν πεπονθότων ἀλήστους συμ- » φοράς. ἀλλὰ γὰρ οὐδεὶς οὔτε τῶν σφόδρα » B ὠμοθύμων, οὔτε τῶν πάλαι δολερῶν καὶ » ὑπούλων, ἴσχυσε τὸν λεχθέντα τῶν Ἐσσαίων » ἢ Ὁσίων ὅμιλον αἰτιάσασθαι. πάντες δ᾽ ἀ- » σθενέστεροι τῆς τῶν ἀνδρῶν καλοκαγαθίας γε- » νόμενοι, καθάπερ αὐτονόμοις καὶ ἐλευθέροις » οὖσιν ἐκ φύσεως, προσηνέχθησαν, ᾄδοντες » αὐτῶν τὰ συσσίτια, καὶ τὴν παντὸς λόγου » κρείττονα κοινωνίαν, ἣ βίου τελείου καὶ σφό- » δρα εὐδαίμονός ἐστι σαφέστατον δεῖγμα. Τὰ » μὲν οὖν τῆς φιλοσόφου παρὰ Ἰουδαίοις ἀ- C σκήσεώς τε καὶ πολιτείας, διὰ τῶνδε παρα- κείσθω. τὰ δὲ τοῦ λοιποῦ βίου, ὃν δὴ τῷ πλήθει τοῦ παντὸς ἔθνους οἱ θεῖοι διηγόρευον νόμοι, τέθειται προλαβὼν ὁ λόγος. τί δῆτα λείπεται ἐπὶ τούτοις, ἢ καὶ τὰ τῆς τῶν νέων θεολογίας σύμφωνα ταῖς τῶν προπατόρων εὐσεβείαις παραστήσασθαι, ὡς ἂν καὶ τῆσδε τῆς ὑποθέσεως ἐντελὴς ἡμῖν ὁ λόγος ἀποδεδομένος εἴη; ἐπεὶ τοίνυν τὰ τῆς ἐνθέου γραφῆς λόγια πρόκειται διὰ τοῦ πρὸ τούτου συγγράμ- D ματος, φέρ᾽ οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ τῆς διανοίας τῶν παρὰ Ἰουδαίοις σοφῶν ἐπαθρήσωμεν, ὡς ἂν μάθοιμεν, ὁποῖοί τινες καὶ ἐν τῇ θεολογίᾳ, κἂν τῇ περὶ λόγους ἀρετῇ, παῖδες Ἑβραίων γεγόνασι. πάλιν οὖν τὸν Φίλωνα παραιτέον ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν εἰς τὸν νόμον.

XIII.

EX PHILONE DE DEO, QVODqve Mundus ortum habuerit.

» MUNDUM, inquit ille, permulti potius » quam mundi Conditorem admira- » ti, eum ortu carere ac sempiternum esse » voluerunt. In quo sane turpem admodum » indignumque Deo veternum affinxerunt:

ιγ.

ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ τοῦ γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον.

ΤΙΝΕΣ γὰρ τὸν κόσμον μᾶλλον ἢ τὸν Κοσμοποιὸν θαυμάσαντες, τὸν μὲν ἀγένητόν τε καὶ ἀΐδιον ἀπεφήναντο, τοῦ Θεοῦ πολλὴν ἀπραξίαν ἀνάγνως καταψευσάμενοι.

» δέον ἔμπαλιν, τούτου τὰς δυνάμεις ὡς ποιητοῦ καὶ
» πατρὸς καταπλαγῆναι, τὸν δὲ μὴ πλέον ἀπο-
» σεμνῦναι τοῦ μετρίου. Μωσῆς δὲ καὶ φιλοσο-
» φίας ἐπ' αὐτὴν φθάσας ἀκρότητα, καὶ χρη-
» σμοῖς τὰ πολλὰ καὶ συνεκτικώτατα τῶν τῆς φύ-
» σεως ἀναδιδαχθεὶς, ἔγνω διότι ἀναγκαιότα-
» τόν ἐστιν, ἐν τοῖς οὖσι, τὸ μὲν εἶναι δραστήριον, ὁ
» τῶν ὅλων νοῦς ἐστιν εἰλικρινέστατος καὶ ἀκραι-
» φνέστατος, κρείττων ἢ ἐπιστήμη, καὶ κρείττων ἢ αὐ-
» τὸ τἀγαθὸν καὶ αὐτὸ τὸ καλόν· τὸ δὲ παθητι-
» κὸν, ἄψυχον, καὶ ἀκίνητον ἐξ αὑτοῦ, κινηθὲν δὲ,
» καὶ σχηματισθὲν, καὶ ψυχωθὲν ὑπὸ τοῦ νοῦ,
» μετέβαλεν εἰς τὸ τελειότατον ἔργον τόνδε τὸν
» κόσμον. ὃν οἱ φάσκοντες ἀγένητον, λελήθα-
» σι τὸ ὠφελιμώτατον καὶ ἀναγκαιότατον τῶν εἰς
» εὐσέβειαν ὑποτεμνόμενοι, τὴν πρόνοιαν. τοῦ μὲν
» γὰρ γεγονότος ἐπιμελεῖσθαι τὸν πατέρα καὶ ποι-
» ητὴν, αἱρεῖ λόγος. καὶ γὰρ πατὴρ ἐκγόνων, καὶ
» δημιουργὸς τῶν δημιουργηθέντων στοχάζεται τῆς
» διαμονῆς, καὶ ὅσα μὲν ἐπιζήμια, μηχανῇ πά-
» σῃ διωθεῖται, ὅσα δὲ ὠφέλιμα καὶ λυσιτελῆ,
» πάντα τρόπον ἐκπορίζειν ἐπιποθεῖ. πρὸς δὲ
» τὸ μὴ γεγονὸς, οἰκείωσις οὐδεμία τῷ μὴ πεποι-
» ηκότι. πολυμάχητον δὲ δόγμα καὶ ἀνωφελὲς,
» ἀναρχίαν ὡς ἐν πόλει κατασκευάζειν, τῷ δε τῷ
» κόσμῳ, τὸν ἔφορον, ἢ βραβευτὴν, ἢ δικαστὴν οὐκ
» ἔχοντι, ὑφ' οὗ πάντα οἰκονομεῖσθαι καὶ πρυτανεύ-
» εσθαι θέμις. ἀλλ' ὅ γε μέγας Μωσῆς, ἀλλοτρι-
» ώτατον τοῦ ὁρατοῦ νομίσας εἶναι τὸ ἀγένητον
» (πᾶν γὰρ τὸ αἰσθητὸν, ἐν γενέσει καὶ μεταβο-
» λαῖς, οὐδέ ποτε κατὰ ταυτὸν ὄν. τῷ μὲν ἀοράτῳ
» καὶ νοητῷ προσένειμεν, ὡς ἀδελφὸν καὶ συγγε-
» νῆ, ἀϊδιότητα, τῷ δ' αἰσθητῷ, οἰκεῖον ὄνομα ἐπε-
» φήμισεν. ἐπεὶ οὖν ὁρατός τε καὶ αἰσθητὸς ὅ-
» δε ὁ κόσμος, ἀναγκαίως ἂν εἴη καὶ γενητὸς,
» ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ τὴν γένεσιν ἀνέγραψεν
αὐτοῦ, μάλα σεμνῶς θεολογήσας. Ταῦτα
μὲν οὖν περὶ τοῦ γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον. ὁ δὲ
αὐτὸς ἀνὴρ, καὶ περὶ τοῦ προνοίᾳ διοικεῖσθαι τὸ
πᾶν, ἐν τῷ περὶ προνοίας, νεανικώτατα διέ-
ξεισι, τὰς τῶν ἀθέων ἀντιθέσεις προτάξας, καὶ
πρὸς αὐτὰς ἑξῆς ἀποκρινάμενος. καὶ τούτων
δὲ, εἰ καὶ μακρότερα δόξειεν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖα,
τὰ πλεῖστα συντεμὼν, ἐκθήσομαι. κατασκευ-
άζει δὲ τὸν λόγον, τοῦτον τὸν τρόπον.

A cum longe verius fuisset, hujus quidem tan- »
quam auctoris parentisque vires ac potesta- »
tem obstupescere, illum vero neqvaqvam »
supra ejus conditionem celebrare. At Mo- »
ses, qui & summum Philosophiæ culmen »
attigerat, & præcipua naturæ occulta ex »
divinis responsis cognoverat, id etiam ma- »
xime necessarium esse intellexit, ut in re- »
rum natura duo præsertim essent, efficiens »
alterum, quæ mens est universi purissima »
atqve syncerissima, eademqve cum scientia, »
tum ipso quoqve bono atqve honesto meli- »
B or: alterum patiens, quod anima simul »
atque motu cum per sese careat, tum ab »
ipsa mente impulsum, mutatum, atqve »
animatum, mundum hunc aspectabilem »
in perfectissimi operis formam rationemq; »
convertit. Qvem profecto qui ortu caru- »
isse defendunt, ii Providentiam, quæ res »
una omnium ad retinendam fovendamqve »
religionem utilissima est maximeqve ne- »
cessaria, rescindi abs sese tollique non sen- »
tiunt. Rem enim auctori quamque paren- »
tique suo curæ esse, vera nos ratio docet: »
cum & liberorum pater, & operum suo- »
C rum conservationi artifex studiose prospi- »
ciat, & quicquid infestum illis atque perni- »
ciosum est, omni contentione depellere, »
quicquid fructuosum & commodum esse »
potest, omnibus opibus comparare ac sup- »
peditare conetur. Qvod vero natum ali- »
qvando non fuerit, ejus sane cura ad illum »
a quo effectum non sit, pertinet omnino ni- »
hil. Tam vero contentione plenum est »
quam utilitate vacuum, omnem ex hoc »
mundo, tanqvam ex aliqua civitate prin- »
cipatum tollere, ubi nullus aut timori, aut »
D Moderatori, aut Judici, a quo regi admini- »
strarique omnia deceat, locus relinquatur. »
At magnus ille Moses, cum absurdissimum »
esse statueret, ut idem & sub aspectum cade- »
ret, & ortu omni caruisset: (quicquid enim »
sensibus usurpatur, id sive dum oritur, sive »
dum subinde mutatur, sui nunqvam simile »
manet:) ut ei rei, quæ non oculis, sed intel- »
ligentia sola cerneretur, æternitatem quasi »
geminum aliquid & cognatum attribuit; »
sic ei, quæ sensu perciperetur, proprium »
quoddam & singulare nomen imposuit. »
Qvoniam igitur hic mundus, ut spectari »
sentiriqve potest, ita necessario sui quoque »
ortus principium habuit, ipsius etiam ortum »
magna cum ratione, summoq; digna theo- »
logo gravitate conscripsit. Ac de Mundi »
ortu hactenus Philo. Qui rursus in eo, qvem de Providentia edidit, universum Providentia regi, luculentissima & acerrima disputatione contendit, quæq; ab impiis objiciuntur, ita proponit, ut ea deinceps omnia confutet. Qvam ego disputationem, ut longior ea cuipiam videri fortasse possit, quia tamen hoc loco necessariam existimo, partem maximam describere statui, paucioribus verbis comprehensam. Sic igitur suum illum sermonem instituit.

A

XIV.

DIVINA PROVIDENTIA MUNDUM ADMINISTRARI.

TUNE Providentiam, inqvit, tanta cum perturbatione & confusione rerum esse defendis? Quid enim est in hominum vita rectum atq; compositum? imo, qvid non perperam ac perverse geritur. An tu solus ignoras, sceleratissimos quosq; bonis omnibus, divitiis, fama, populiq; honoribus usq; B ad lasciviam abundare; quin etiam principatus, florentem valetudinem, vim sensuum acrem & vegetam, corporis dignitatem & robur, impunitam deniq; omnium licentiam affatim iis suppetere, quas partim commoditatum maximarum copia, partim corporis optima sedatissimaq; constitutio conciliat? Contra vero, sapientiæ ac virtutis amatores omnes, ut plurimum videas, inopes, obscuros, ignobiles, abjectos humilesq; permanere? Quæ quidem ille ac sexcenta id genus alia refutandi animo & voluntate complexus, tum illa omnia, quæ hoc in genere C pugnare videbantur, ita dissolvit. Tyrañus, inqvit, Deus profecto non est, qui crudelitate, vi, ac cæteris barbaræ potestatis conditionibus delectetur: sed Rex, qui placido justoq; principatu gaudens, Cœlum orbemq; universum omni cum æquitate moderatur. Regi autem non alia magis, quam Patris appellatio conveniat. Quod enim erga liberos in communione sangvinis & naturæ pater, hoc ipsum uti Rex erga Rempublicam, ita Deus erga mundum est, qui perennibus ac propriis naturæ legibus, duo longe pulcher- D rima, principatum atq; Providentiam sempiterno fœdere ac societate conjunxit. Ergo, qvemadmodum liberos profligatos & nequam parentes non deserunt, sed eos, commiseratione permoti, lenius ac svavius habent, capitalium inimicorum esse rati, afflictis & jacentibus insultare, amicorum autem & affinium, casus gravitatem allevare. Qvinetiam iis pleriqve benignius, quam modestis & frugi, indulgere solent; quod probe intelligant, his amplum satis ac luculentum in temperantia repositum esse subsidium: illis spem in parentibus unam superesse, qua si exciderint, rebus illis omnibus necessariis esse carendum. Sic omnino DEUS, ejus, quæ cum ratione conjuncta est, intelligentiæ parens, cum eos omnes curæ habet, qui ratione præditi sunt, tum improbos etiam perversosqve fovet: in quo & illis

ιδ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑ Θεοῦ διοικεῖσθαι τὸν κόσμον.

ΠΡΟΝΟΙΑΝ εἶναι λέγεις ἐν τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ταραχῇ καὶ συγχύσει; τί γὰρ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον διατέτακται; τί μὲν οὖν οὐκ ἀταξίας γέμει καὶ φθορᾶς; ἢ μόνος ἀγνοεῖς, ὅτι τοῖς μὲν κακίστοις, καὶ πονηροτάτοις ἄφθονα ἐπικωμάζει τὰ B ἀγαθά, πλοῦτος, εὐδοξία, τιμαὶ παρὰ τοῖς πλήθεσιν, ἡγεμονίαι πάλιν, ὑγεία, εὐαισθησία, κάλλος, ἰσχύς, ἀπόλαυσις ἡδονῶν ἀκώλυτος, διά τε παρασκευῶν περιουσίαν, καὶ διὰ τὴν εἰρηνικωτάτην σώματος εὐκρασίαν; οἱ δὲ φρονήσεως καὶ ἀρετῆς ἁπάσης ἐρασταί τε καὶ ἀσκηταὶ πάντες, εἰσὶν, ὀλίγου δέω φάναι, πένητες, ἀφανεῖς, ἄδοξοι, ταπεινοί; ταῦτα εἰς ἀνασκευὴν, καὶ μυρία ἄλλα πλείω τούτων εἰπών, ἑξῆς ἐπιλύεται τὰς ἀντι- C θέσεις διὰ τούτων. Οὐ τύραννος ὁ Θεός, ὠμότητα καὶ βίαν, καὶ ὅσα δεσπότης ἀνημέρου ἀρχῆς ἔργα ἐπιτετηδευκώς, ἀλλὰ Βασιλεὺς ἥμερον καὶ νόμιμον ἀνημμένος ἡγεμονίαν, μετὰ δικαιοσύνης τὸν σύμπαντα οὐρανόν τε καὶ κόσμον βραβεύει. Βασιλεῖ δὲ οὐκ ἔστι πρόσρησις οἰκειοτέρα Πατρός. ὃ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις πρὸς τέκνα γονεῖς, τοῦτο Βασιλεὺς μὲν πρὸς πόλιν, πρὸς δὲ κόσμον ὁ Θεός, δύο τὰ κάλλιστα, φύσεως θεσμοῖς ἀκινήτοις, ἀδιαλύτῳ D ἑνώσει ἁρμοσάμενος, τὸ ἡγεμονικὸν μετὰ τοῦ κηδεμονικοῦ. καθάπερ οὖν τῶν ἀσώτων υἱέων οὐ περιορῶσιν οἱ τοκέες, ἀλλὰ τῆς ἀτυχίας οἶκτον λαμβάνοντες περιέπουσι καὶ τημελοῦσι, νομίζοντες ἐχθρῶν ἀσπόνδων ἔργον εἶναι, κακοπραγίαις ἐπεμβαίνειν, φίλων δὲ καὶ συγγενῶν, ἐπελαφρίζειν τὰ πταίσματα. πολλάκις δὲ καὶ τούτοις μᾶλλον ἢ τοῖς σώφροσιν ἐπιδαψιλευόμενοι χαρίζονται, σαφῶς εἰδότες, ὡς ἐκείνοις μὲν ἄφθονος εἰς εὐπορίαν ἀφορμὴ πάρεστιν ἡ σωφροσύνη· τοῖς δ᾽ ἐλπὶς μία, οἱ γονεῖς, ἧς εἰ σφαλεῖεν, ἀπορήσουσι καὶ τῶν ἀναγκαίων. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Θεός, λογικῆς συνέσεως πατὴρ ὤν, ἁπάντων μὲν τῶν λογικοῦ μεμοιραμένων κήδεται, προμηθεῖται δὲ καὶ τῶν ὑπαι-

A

τίως ζώντων, ἅμα μὲν καιρὸν εἰς ἐπανόρθωσιν αὐτοῖς διδούς, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἵλεων φύσιν αὐτοῦ μὴ ὑπερβαίνων, ἧς ὀπαδὸς ἀρετὴ καὶ φιλανθρωπία γέγονεν, ἐπαξία τὸν θεῖον περιπολεῖν κόσμον. ἕνα μὲν δὴ λόγον τοῦτον, ὦ ψυχή, δέξαι τέως αὐτοῦ παρακαταθήκην, ἕτερον δὲ συνῳδὸν καὶ ἐναρμόνιον αὐτῷ τόνδε. μὴ τοσοῦτόν ποτε ψευσθείσης τῆς ἀληθείας, ὡς εὐδαίμονά τινα τῶν φαύλων εἶναι νομίσαι, κἂν πλουσιώτερος μὲν ᾖ Κροίσου, Λυγκέως δ' ὀξυωπέστερος, ἀνδρειότερος δὲ τοῦ Κροτωνιάτου Μίλωνος, καλλίων δὲ Γανυμήδους,

Ὃν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διῒ οἰνοχοεύειν,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο.

τὸν γοῦν ἴδιον δαίμονα, λέγω δὲ τὸν ἑαυτοῦ νοῦν, μυρίων ὅσων δεσποτῶν δοῦλον ἀποφήνας, ἔρωτα, ἐπιθυμίας, ἡδονῆς, φόβου, λύπης, ἀφροσύνης, ἀκολασίας, δειλίας, ἀδικίας, οὐκ ἂν εἶναί ποτε δύναιτο εὐδαίμων, κἂν οἱ πολλοὶ σφαλλόμενοι κρίσεως ἀληθοῦς, νομίζωσι, δεκασθέντες ὑπὸ κακοῦ διδύμου, τύφου, καὶ κενῆς δόξης, δεινῶν παρασαλεῦσαι καὶ παραγαγεῖν ἀνερματίστους ψυχάς, περὶ ἃ κηραίνει γένος τὸ πλεῖστον ἀνθρώπων. εἰ μέντοι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα τείνας, βουληθείης περιαθρῆσαι Θεοῦ πρόνοιαν, ὡς ἔνεστιν ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ, τρανωτέραν τὴν τοῦ πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθοῦ λαβὼν φαντασίαν, γελάσῃ τὰ παρ' ἡμῖν, ἃ τέως ἐθαύμαζες. ἀεὶ γὰρ ἀπουσίᾳ τῶν κρειττόνων, τιμᾶται τὰ χείρονα, τὴν ἐκείνων κληρονομοῦντα τάξιν· ἐπιφανέντα δὲ, ὑποστέλλει, δευτερείοις ἄθλων ἀρκούμενα. καταπλαγεὶς οὖν τὸ θεοειδὲς ἐκεῖνο ἀγαθόν τε καὶ καλόν, πάντως ἐννοήσεις, ὅτι παρὰ Θεῷ, τῶν εἰρημένων πρότερον οὐδέν, καθ' ἑαυτό, τῆς ἀγαθῆς μοίρας ἠξίωται. διότι τὰ μὲν ἀργύρου μέταλλα καὶ χρυσοῦ, γῆς ἐστὶν ἡ φαυλοτάτη μοῖρα, τῆς πρὸς καρπῶν ἀνειμένης γένεσιν ὅλῳ καὶ τῷ παντὶ λειπομένη. οὐ γάρ ἐσθ' ὅμοιον τροφῆς, ἧς ἄνευ ζῆν ἀδύνατον, εὐπορία χρημάτων. μία τούτων ἐστὶ βάσανος ἐναργεστάτη, λιμός, ᾧ τὸ πρὸς ἀλήθειαν ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον δοκιμάζεται. θησαυροὺς γὰρ τοὺς πανταχοῦ πάντας ἀντικαταλλάξαιτ' ἄν τις βραχείας ποτὲ τροφῆς ἄσμενος. ὅταν δὲ ἡ τῶν ἀναγκαίων ἀφθονία, μυρίῳ φθορᾶς ἀκαταχέτῳ πλήθει ῥυεῖσα, κατὰ πόλεις ἀναχέηται, τοῖς τῆς φύσεως ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντες, οὐκ ἐπ' αὐτῶν μόνων ἀξιοῦμεν ἵστασθαι,

V. Not

corrigendi sui tempus facultatemq; concedit, & naturæ obsecundat suæ, cui ad præclaram divini hujus mundi administrationem virtus, & in homines benevolentia comitatur. Hanc tu, interim, o Anime, tanqvam aliquod ipsius depositum, Rationem accipe, ad eam; simul alteram, quæ seqvitur, cum illa congruentem & cohærentem adjunge. Absit enimvero, ut a veritatis sensu tantum aberres, ut sceleratum quempiam beatum existimes, licet opibus Crœsum, Lynceum oculorum acie, robore Milonem Crotoniatem, specie Ganymedem superet,

Quem Superi rapuere, Jovi qui vina coronet,
Egregiam propter speciem.

Nam qvi suum ipse dæmonem, hoc est mentem suam mille dominorum, amoris, inqvā, cupiditatis, voluptatis, metus, mœroris, stultitiæ, petulantiæ, formidinis, injustitiæ tyrannidi subjecerit, is εὐδαίμων (hoc est beatus) nunqvam esse qveat: tametsi vulgus hominum, ut falso de rebus ac præpostere judicat, geminoq; illo morbo, fastu, & inani gloria facile corrumpitur, leviculos animos, ad ea deflectendos esse ac transversos agendos existimet, quorum in cupiditate pars hominū maxima fato quodam miserabili contabescit.

C

Quod si erectis & intentis animi oculis, Divinam illam Providentiam, qvantum humanæ fas est intelligentiæ, circumspicere volueris, tum quidem illustriori ac synceriori ej?, qvod vere bonum est, informata notione, qvas tu res nostras antea mirabaris, eas continuo ridebis omnes. Semper enim meliorum dum absunt, quæ in eorum locum deteriora succedunt, habentur in pretio: eadem, ubi existere meliora cœperint, dejiciuntur illico,

D

nec nisi secundas tenere possunt. Itaq; speciem illam boni honestiq; divinam obstupescens, prorsus intelliges, eorum per sese nihil, qvæ paulo ante commemoravimus, in bonis divino judicio numerari. Qvippe, illa enim argenti auriq; metalla, ex terræ parte deterrima oriuntur, qvæq; ab ea, qvam producēdis frugib⁹ natura destinavit, sine ulla exceptione superatur. Nam plurimum sane inter alimentum, sine qvo vita consistere neqveat, & divitiarum copiam interest. Cujus utriusqve una qvasi obrussa, eaq; certissima, fames est, qua qvid vere necessarium atqve utile sit, exploratur. Tum enim profecto, quicquid ubiq; thesaurorum est, nemo non libenter cum exiguo cibo commutaret. At ubi rerum necessariarum abundantia, immenso quodam & infinito proventu, per oppida passim omnia circumfluere cœperit, his naturæ bonis ad delicias & luxū abusi, haudquaquam in iis solis acqviescere possumus,

ἄσημον, ἐπίσημον, ἐκπωμάτων, ἢ ὑφασμάτων πλῆθος, τὸν ἄλλον τῶν βασιλέων ἀοίδιμον κόσμον, ἔτι δὲ τὸν οἰκετικὸν ὄχλον, καὶ τὴν φίλων ἢ συγγενῶν, " ὑπηκόων τῶν ἐντέλει θεραπείαν ἄξαντες, τῶν σωματοφυλάκων, ἄχρι τῆς εὐνῆς ἀφικόμενοι, καὶ τὸ περὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἀλογήσαντες, οὔθ᾽ ὅτι κλίναι λιθοκόλλητοι καὶ ὁλόχρυσοι θαυμάσαντες, οὔθ᾽ ὅτι ἀραχνοϋφεῖς ἢ λίθῳ γεγραφημέναι στρωμναὶ, οὔθ᾽ ὅτι ἐσθημάτων ἰδέαι διάφοροι, προσέτι δὲ τὰς περὶ αὐτὸν χλαί- B νας ἀπαμφιέσαντες, ἅπτονται χειρῶν, καὶ τὰς φλέβας προσαπιεζοῦντες, ἀνερευνῶσι τοὺς παλμοὺς, εἰ σωτήριοι. πολλάκις δὲ καὶ τοὺς χιτῶνας ἀναστείλαντες, εἰ περιπληθὴς ἐσθ᾽ ἡ γαστὴρ ἐξετάζουσιν. εἰ πεπυρωμένος ὁ θώραξ, εἰ ἄτακτα ἡ καρδία πηδᾷ. κἄπειτα τὴν οἰκείαν προσφέρουσι θεραπείαν. ἔδει δὲ καὶ τοὺς φιλοσόφους ἰατρικὴν ὁμολογοῦντας ἐπιτηδεύειν τῆς φύσει βασιλίδος ψυχῆς, καταφρονεῖν μὲν ἁπάν- C των, ὅσα αἱ κεναὶ δόξαι τυφοπλαστοῦσιν· ἔσω δὲ προσιόντας ἅπτεσθαι διανοίας αὐτῆς, εἰ ὑπ᾽ ὀργῆς ἀνισοταχεῖς καὶ παρὰ φύσιν κεκινημένοι παλμοί· ἅπτεσθαι καὶ γλώττης, εἰ τραχεῖα καὶ κακήγορος, εἰ πεπορνευκυῖα καὶ ἀταμίευτος. ἅπτεσθαι καὶ γαστρὸς, εἰ ἀπλήστῳ χεύματι ἐπιθυμίας διῴδηκε· καὶ συνόλως παθῶν καὶ νοσημάτων καὶ ἀρρωστημάτων, εἰ κεκοινῶσθαι δοκεῖ, διερευνᾶν ἕκαστον, ἵνα μὴ διαμαρ- D τάνωσι τῶν προσφόρων εἰς τὸ σώζειν. νυνὶ δὲ ὑπὸ τῆς τῶν ἔξω περιαυγασθέντες λαμπρότητος, ἅτε νοητὸν φῶς ἰδεῖν ἀδυνατοῦντες, πλαζόμενοι διετέλεσαν τὸν αἰῶνα, πρὸς μὲν τὸν βασιλέα λογισμὸν φθάσαι μὴ δυνηθέντες, ἄχρι δὲ τῶν προπυλαίων μόλις ἀφικνούμενοι, καὶ τοὺς ἐπὶ θύραις ἀρετῆς πλοῦτόν τε καὶ δόξαν καὶ ὑγείαν, καὶ τὰ συγγενῆ τεθαυμακότες, προσεκύνουν. ἀλλὰ γὰρ ὡς ὑπερβολὴ μανίας, χρωμάτων κριταῖς χρῆσθαι τυφλοῖς, ἢ κωφοῖς τῶν κατὰ μουσικὴν φθόγγων· οὕτω καὶ φαύλοις ἀνθρώποις τῶν πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθῶν. καὶ γὰρ οὗτοι τὸ κυριώτατον τῶν ἐν αὐτοῖς, διάνοιαν πεπήρωνται, ἧς βαθὺ σκότος ἀφροσύνη κατέχεεν. εἶτα νῦν θαυμάζομεν, εἰ Σωκράτης, καὶ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα τῶν σπουδαίων

V. Not. pag. 219.

A tam facto, quam infecto, poculorum, textique operis copia, cæteroque per insigni Regum apparatu neglecto: quinetiam cuncto satellitio, & amicorum pariter, aut sanguine conjunctorum, aut virorum etiam principum, ac Præsidiariorum quoque militum comitatu perrupto, ad ipsum usque lectum aspirant; adeoque nulla rerum illarum, quæ adjunctæ corpori sunt, ratione habita, nihilque vel cubilis aurei ac gemmis unionibusque distincti, vel stragulorum aut partim subtilissime aranea- B rum more textorum, partim lineo subtegmine pictorum, vel deniqve vestium coloris figuræque multiplicis aspectu commoti, detractis etiam aliquando lænis, manus ipsas tractant, pressisque venis, pulsusne ratio salutaris sit, diligenter explorant: Imo reductis nonnunqvam interulis, alvusne gravior sit, an inflammatum pectus, an cor præpostero ac perturbato motu subsiliat: Tum suam adhibent propriamque morbo curationem. Sic plane Philosophos oporteret, qui sese Animæ su- C apte natura Reginæ medicos profitentur, contemptis ac despectis omnibus, quæ stolidæ hominum opiniones, cæcorum more confingunt, interius subeundo mentem ipsam attentare, num ea forte motibus iracundiæ inæquali celeritate vibrantibus, ac præter naturam incitatis ageretur: attentare linguam, num asperior, & in maledicta proclivior, num sese profundat intemperantius, custodiæ silentiique prorsus impatiens: attentare ventrem, num insaturabili cupiditate fœdum in modum intumuerit: singulas deniqve perturbati- D ones, morbos, ægritudinesqve singulas, si quibus affecta videatur, solertius attentiusque scrutari, ne quibus restitui salus possit, remedia ignoratione prætereant. Nunc vero rerum exteriorum luce perstricti, quod spiritale lumen ferre non possent, perpetuo quodam errore jactati, nunqvam ad Reginam usq; Rationem aspirarunt, sed ubi ægre admodum vestibulum attigissent, qvæ pro virtutis foribus occurrerunt, opes, gloriam, sanitatem, ac cætera id genus mirati adorarunt. At enimvero summæ est extremæque dementiæ, uti vel colorum cæcos, vel sonorum modulatorum surdos, sic etiam improbos homines verorum bonorum judices adhibere; cum principe sui parte, hoc est mente, capti sint, cui stultitia densissimas tenebras offuderit. Et miramur deinceps, aut Socratem, aut alium quemlibet morum integritatis studiosum

„ Alii paſcendis gregibus omnis generis operam impendunt ſuam. Aliis Apum examina & alvearia curæ ſunt. Alii quotidianas artes factitant, ut moleſtiis omnibus, quas afferre neceſſitas & inopia ſolet, expediti vivant, adeoq; nullam omnino functionem, ſi modo culpa vacet, quæ ad tuendam vitam comoda ſit, obire detrectant. Jam quicquid ſinguli ex tanta operum varietate pretii acceperint, id totum comunibus ſuffragiis creato Quæſtori tradunt in manus. Quod ille continuo in neceſſariis coëmendis expendit, qvæq; vel ad victum, vel ad reliqvum humanæ vitæ commeatum opus fuerint, prolixe ſuppeditat. Atq; illi eodem qvotidie cibo comuniq; menſa utuntur, & victus ſimilitudine delectati frugalitatem amant, luxum tanqvam animi corporisq; peſtem averſantur. Quanquam non minus apud eos veſtium eſt, qvam menſæ comunio. Nam hyeme hirſutis ac villoſis omnes lænis induuntur, æſtate vero ſimplicioribus ac levioribus palliolis; ut facile cuivis integrum ſit, qvamcunq; libuerit, accipere, cum & qvæcunqve unius ſunt, ad omnes æq; pertineant, & qvæ viciſſim omnium, unius eſſe cenſeantur. Qvod ſi qviſpiam in morbum inciderit, is communibus curatur impenſis, atq; omnium ſtudiis officiisq; recreatur. Seniores quod attinet, ut liberis ipſi careant, non minus tamen, quam quibus & fœcundiſſima ſoboles & optima fuerit, in feliciſſima ac ſvaviſſima ſenectute finem vivendi faciunt: dum eos tam multi præmiis auctos potioribus omni honore proſeqvuntur, qui ad hoc officii genus voluntare potius certoq; conſilio, quam ulla naturæ neceſſitate ducantur. Præterea, quod ſane vel unum, vel omnium maxime communionem illam diſſipare potuiſſet, ſolertiſſime providentes, ita nuptias repudiare ſolent, ut integerrimæ continentiæ laudem ſibi præcipuam defendant. Ita Eſſæorum nemo uxorem ducit, quod mulier ejusmodi ſit, qvæ cum ſe ipſam vehementius amet, ac zelotypia laboret immodica: tum viri quoq; mores & facile transverſos agat, & aſſiduarum blandiriarum illecebris ac lenociniis emolliat. Nam ubi verbis ad aſſentationem adulationemq; compoſitis, ac reliqvo ſimulationis artificio, tanquam in ſcena, oculos ſemel aureſq; deliniit, tum vero perinde ac circumventis ſubditis, Ducem ipſum ac Principem Animum eundem in errorem inducit. Qvæ ſi liberos qvoq; ſuſceperit, mox procaciæ confidentiæq; plena, quicqvid ſimulate pri⁹ ac ſubdole inſinuabat

A οἱ δ' ἀγελάρχαι, παντοδαπῶν θρεμμάτων ἡγεμόνες. ἔνιοι δὲ σμήνη μελιττῶν ἐπιτροπεύουσι. ἄλλοι δὲ δημιουργοί τῶν κατὰ τέχνας εἰσίν, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν, ὧν αἱ ἀναγκαῖαι χρεῖαι βιάζονται, παθεῖν· οὐδὲν ἀναβαλλόμενοι τῶν εἰς πορισμὸν ἀνυπαίτιον. ἐκ δὴ τῶν οὕτως διαφερόντων ἕκαστοι τὸν μισθὸν λαβόντες, ἑνὶ διδόασι τῷ χειροτονηθέντι ταμίᾳ· λαβὼν δ' ἐκεῖνος, αὐτίκα τἀπιτήδεια ὠνεῖται, καὶ παρέχει τροφὰς ἀφθό- B νους, καὶ τἄλλα ὧν ὁ ἀνθρώπινος βίος χρειώδης. οἱ δ' ὁμοδίαιτοι, καὶ ὁμοτράπεζοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰσί, τοῖς αὐτοῖς ἀσμενίζοντες, ὀλιγοδείας ἐρασταί, πολυτέλειαν, ὡς ψυχῆς καὶ σώματος νόσον, ἐκτρεπόμενοι. κοινὴ δ' οὐ τράπεζα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐσθὴς αὐτοῖς ἐστι. πρόκεινται γὰρ χειμῶνι μὲν στιφραὶ χλαῖναι· θέρει δ' ἐξωμίδες εὐτελεῖς, ὡς εὐμαρῶς ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ, ἣν ἂν ἐθελήσοι λαβεῖν, ἐπειδὴ καὶ τὰ ἑνὸς ἁπάντων, καὶ τὰ C πάντων, ἔμπαλιν ἑνὸς ὑπείληπται. καὶ μὴν εἴ τις αὐτῶν ἀσθενήσειεν, ἐκ τῶν κοινῶν νοσηλεύεται, θεραπευόμενος ταῖς ἁπάντων ἐπιμελείαις καὶ φροντίσιν. οἱ δὲ δὴ πρεσβῦται, κἂν εἰ τύχοιεν ἄτεκνοι, καθάπερ οὐ πολύπαιδες μόνον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὔπαιδες, ἐν εὐτυχεστάτῳ καὶ λιπαρωτάτῳ γήρᾳ τὸν βίον εἰώθασι καταλύειν, ὑπὸ τοσούτων προνομίας ἀξιούμενοι καὶ τιμῆς, ἑκουσίῳ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ φύσεως D ἀνάγκῃ θεραπεύειν ἀξιούντων. ἔτι τοίνυν, ὅπερ ἢ μόνον, ἢ μάλιστα τὴν κοινωνίαν ἔμελλε διαλύειν, ὀξυδερκέστερον ἰδόντες, γάμον παρῃτήσαντο μετὰ τοῦ διαφερόντως ἀσκεῖν ἐγκράτειαν. Ἐσσαίων γὰρ οὐδεὶς ἄγεται γυναῖκα, διότι φίλαυτον ἡ γυνή, καὶ ζηλότυπον οὐ μετρίως, καὶ δεινὸν ἀνδρὸς ἤθη παρασαλεῦσαι, καὶ συνεχέσι γοητείαις ὑπάγεσθαι. μελετήσασα γὰρ θῶπας λόγους, καὶ τὴν ἄλλην ὑπόκρισιν, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς, ὄψεις καὶ ἀκοὰς ὅταν δελεάσῃ, διηπατημένων οἷα ὑπηκόων, τὸν ἡγεμόνα νοῦν φενακίζει. παῖδες δ' εἰ γένοιντο, φρονήματος ὑποπλησθεῖσα καὶ παρρησίας, ὅσα κατ' εἰρωνείαν πρότερον ὑπούλως ὑπῃνίτ-

τετο, ταῦτα ἀπ' εὐτολμοτέρου θράσους ἐκλαλεῖ, καὶ ἀναισχυντοῦσα, βιάζεται πράττειν, ὧν ἕκαστον κοινωνίας ἐχθρόν. ὁ γὰρ ἢ γυναικὸς φίλτροις ἐνδεθείς, ἢ τέκνων, ἀνάγκῃ φύσεως, προκηδόμενος, οὐκέτι πρὸς ἄλλους ὁ αὐτός ἐστιν, ἀλλ' ἕτερος γέγονε λεληθὼς ἀντ' ἐλευθέρου δοῦλος. οὕτως γοῦν ὁ βίος ἐστὶν αὐτῶν περιμάχητος. ὥστ' οὐκ ἰδιῶται μόνον, ἀλλὰ καὶ μεγάλοι Βασιλεῖς ἀγάμενοι τοὺς ἄνδρας, τεθήπασι, καὶ τὸ σεμνὸν αὐτῶν ἀποδοχαῖς καὶ τιμαῖς ἔτι μᾶλλον σεμνοποιοῦσι. B Ταῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ εἰρημένου κεῖσθω συγγράμματος. ἀπὸ δὲ τοῦ, περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι, τὰ οὕτως ἔχοντα παραθήσομαι.

Aid palam atq; audacius loqvitur, exutoq; pudore omni per vim extorqvere conatur. Qvæ qvidem a societate aliena sunt omnia. Qvisqvis enim aut uxoris irretitus illecebris, aut cura liberorum, qvadam naturæ necessitate, implicatus est, is adversus alios idem, qvi prius, esse non potest, sed plane aliud, hoc est ex libero servus, sensim ac sine sensu efficitur. Atq; ejusmodi est illorum vitæ ratio, digna profecto, qvam certatim omnes imitentur. Qvare non privati modo, sed maximi qvoq; Reges id hominum genus vehementer admirati, ad propriam instituti dignitatem, novum honoribus suis & prolixa comendatione decus addiderunt. Hæc Philo in Apologia. Cujus item, in eo libro, quo probos omnes liberos esse defendit, hæc verba sunt.

ιβ. ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΑΥΤΩΝ.

ΕΣΤΙ δὲ καὶ ἡ ἐν Παλαιστίνῃ Συρία καλοκἀγαθίας οὐκ ἄγονος, ἣν πολυανθρωποτάτου ἔθνους τῶν Ἰουδαίων οὐκ ὀλίγη C μοῖρα νέμεται. λέγονται δέ τινες παρ' αὐτοῖς ὄνομα Ἐσσαῖοι, πλῆθος ὑπὲρ τετρακισχιλίους (κατ' ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἀκριβεῖ τύπῳ διαλέκτου Ἑλληνικῆς,) παρώνυμοι ὁσιότητος. ἐπειδὴ κἀν τοῖς μάλιστα θεραπευταὶ Θεοῦ γεγόνασιν, οὐ ζῶα καταθύοντες, ἀλλ' ἱεροπρεπεῖς τὰς ἑαυτῶν διανοίας κατασκευάζειν ἀξιοῦντες. οὗτοι τὸ μὲν πρῶτον κωμηδὸν οἰκοῦσι, τὰς πόλεις ἐκτρεπόμενοι, διὰ τὰς τῶν πολιτευομένων χειροή- D θεις ἀνομίας· εἰδότες ἐκ τῶν συνόντων, ὡς ἀπὸ ἀέρος φθοροποιοῦ νόσον, ἐγγινομένην προσβολὴν ψυχαῖς ἀνίατον. ὧν οἱ μὲν γεηπονοῦντες, οἱ δὲ τέχνας μετιόντες, ὅσαι συνεργάτιδες εἰρήνης, ἑαυτούς τε καὶ τοὺς πλησιάζοντας ὠφελοῦσιν· οὐκ ἄργυρον καὶ χρυσὸν θησαυροφυλακοῦντες, οὐδ' ἀποτομὰς γῆς μεγάλας κτώμενοι, δι' ἐπιθυμίαν προσόδων, ἀλλ' ὅσα πρὸς τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας ἐκπορίζονται. μόνοι γὰρ ἐξ ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων, ἀχρήματοι καὶ ἀκτήματοι αὐτοὶ γεγονότες (ἐπιτηδεύσει τὸ πλέον, ἢ ἐνδείᾳ εὐτυχίας,) πλουσιώτατοι νομίζονται, τὴν ὀλιγοδεΐαν καὶ εὐκολίαν, ὅπερ ἐστίν, κρίνοντες περιουσίαν. βελῶν, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, ἢ κράνους, ἢ θώρακος, ἢ ἀσπίδος, οὐδένα παρ' αὐτοῖς

XII. ITERUM DE IISDEM.

NEC ipsa quoq; Palæstinæ Syria hoc integritatis ac virtutis proventu caret, qvã Judæorum amplissimæ nationis pars incolit tenetq; non exigua. Apud eos genus qvoddam hominum est, plus quatuor millia, Essæos vocant, ἀπὸ τῆς ὁσιότητος, hoc est, a sanctitate, (non satis tamen, ut mihi quidem videtur, ad Græci vocabuli rationem accurate:) quod præcipua Deum inter omnes religione venerentur, non jam victimas imolando, sed mentes ipsi suas, uti homines sanctimoniæ professores decet, quam studiosissime informando. Ac primum quidem illi vicatim habitantes, sese ab urbibus segregant, ob facilia nimium & quotidiana oppidanorum vitia, cum probe intelligant, ex eorum quibuscum versemur usu, veluti ex corrupto pestiferoq; cœlo morbum, ita contagionem insanabilem in animum redundare. Alii colendis agris, alii pacis, & otii sociis artibus factitandis occupati, ita cum suæ, tum eorum etiam, qui ad sese ventitant, utilitati serviunt, ut nec argenti auriq; thesauros recondant, nec immensa prædia fructuum ampliorum cupiditate possideant, sed ea modo comparent, qvæ tolerandæ vitæ necessitas postulat. Soli enim ex omnibus prope hominibus, sine pecunia, sine possessionibus, (qvibus tamen eos voluntas sua potius & instituti ratio, qvam iniqvior fortuna spoliavit;) habentur locupletissimi, dum in usu rerum modico atqve parabili sitam esse, uti est, veræ abundantiæ rationem intelligunt. Non telorum apud eos, non jaculorum, non pugionum, aut galearum, non loricarum, aut scutorum: deniqve non armorum

cujusvis generis, aut machinæ cujusquam bellicæ fabrum ullum reperias. Imo nec eorum quicquam moliuntur, quorum, ut pacis amica sint, facilis tamen ad improbitatem lapsus esse qveat. Itaq; de mercatura, cauponaria, navicularia ne per somnium qvidem cogitant, pabula cupiditatis omnia longe longius amandantes. Servus apud eos nemo, liberi omnes: mutuam sibi navant operam: dominatus genus omne damnant, non modo quod injustus, æqvalitate tollenda, sed etiam quod impius convellenda naturæ lege videatur. Nos enim ab ea, tanqvam a cōmuni parente, procreatos atq; educatos omnes, germanos proinde fratres, non verbo tenus, sed re ipsa constitutos esse: quam tamen cognationem insidiatrix illa cupiditas, læto rerum successu felicior, alienationem pro necessitudine, pro benevolentia odium invehendo, distraxit. Philosophiæ partem eam, quæ in disserendi ratione versatur, qvasi minus parandæ virtuti necessariam, verborum argutiarumq; captatoribus; qvæ vero de natura tractat, quasi humanæ naturæ viribus superiorem, ventorum nubiumq; sectatoribus relinqvunt, nisi quatenus de Divina Essentia, & universi molitione philosophatur: in eam, qvæ mores informat, quam diligenter incumbunt, patriarum legum usi magisterio, quarum intelligentiæ humanum ingenium, nisi divinitus afflatum, par esse non possit. Eas porro, cum aliis quoq; temporibus, tum præsertim septimo quoq; die doceri solent. sacrum quippe diem illum habent, quo ab alio quolibet opere feriati, sanctioribus in locis, quas Synagogas ipsi vocant, ita conveniunt, ut descriptis pro ætate ordinibus, juniores seniorum ad pedes considеant, sūmaq; cum honestate ac modestia docentes audiant. Nam dum unus quispiam, e sacris aliquid voluminibus recitat, alius quidam e peritissimis, quicquid obscurius fuerit, enucleat: pleraq; enim illi figuris & umbris involuta, antiquitatis studio quodam & imitatione tradiderunt. Cæterum pietatis, sanctimoniæ, æquitatis, rei tum familiaris tum publicæ præceptis informantur, eorumq; simul, qvæ vere seu bona, seu mala, seu deniq; indifferentia sunt, cognitionem hauriunt, ut expetenda perseqvantur, fugiantqve contraria. Qvibus in rebus, tribus quasi finibus ac regulis uti solent, amore divino, studio virtutis, & hominum caritate. Ac divinus quidem amor infinitis argumentis comprobatur, qvæ partim constans ac perpetua totius vitæ castimonia, partim ab omni jurejurando

A ἂν εὕροις δημιουργὸν, οὐδὲ συνόλως ὁπλοποιὸν, ἢ μηχανοποιὸν, ἤ τι τῶν κατὰ πόλεμον ἐπιτηδεύοντα. ἀλλ' οὐδ' ὅσα κατ' εἰρήνην εὐόλισθα εἰς κακίαν· ἐμπορείας γὰρ, ἢ καπηλείας, ἢ ναυκληρίας, οὐδ' ὄναρ ἴσασι, τὰς εἰς πλεονεξίας ἀφορμὰς ἀποδιοπεμπούμενοι. δοῦλός τε παρ' αὐτοῖς οὐδὲ εἷς ἐστιν, ἀλλ' ἐλεύθεροι πάντες, ἀνθυπουργοῦντες ἀλλήλοις, καταγινώσκουσί τε τῶν δεσποτῶν, οὐ μόνον ὡς ἀδίκων, ἰσότητα λυμαινομένων, ἀλλὰ καὶ ὡς ἀσεβῶν, B θεσμὸν φύσεως ἀναιρούντων, ἣ πάντας ὁμοίως γεννήσασα, καὶ θρέψασα μητρὸς τρόπον, ἀδελφοὺς γνησίους, οὐ λεγομένους, ἀλλ' ὄντας ὄντως ἀπειργάσατο. ὧν τὴν συγγένειαν ἡ ἐπίβουλος πλεονεξία παρευημερήσασα διέσεισεν, ἀντ' οἰκειότητος ἀλλοτριότητα, καὶ ἀντὶ φιλίας ἔχθραν ἐργασαμένη. Φιλοσοφίας τε τὸ μὲν λογικὸν, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον εἰς κτῆσιν ἀρετῆς, "τὸ δὲ φυσικὸν, ὡς μεῖζον ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην φύσιν, μετεωρολέσχαις ἀπολι- C πόντες, πλὴν ὅσον αὐτοῦ περὶ ὑπάρξεως Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως φιλοσοφεῖται· τὸ ἠθικὸν εὖ μάλα διαπονοῦσιν, ἀλείπταις χρώμενοι τοῖς πατρῴοις νόμοις, οὓς ἀμήχανον ἀνθρωπίνην ἐπινοῆσαι ψυχὴν ἄνευ κατοχῆς ἐνθέου. τούτους ἀναδιδάσκονται μὲν καὶ παρὰ τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ ταῖς ἑβδόμαις διαφερόντως. ἱερὰ γὰρ ἡ ἑβδόμη νενόμισται, καθ' ἣν τῶν ἄλλων ἀνέχοντες ἔργων, εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενοι τόπους, οἳ καλοῦνται συναγωγαὶ, καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν ὑπὸ πρεσβυτέ- D ροις νέοι καθέζονται, μετὰ κόσμου τοῦ προσήκοντος ἔχοντες ἀκροατικῶς. εἷς μέν τις τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβὼν, ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων ὅσα μὴ γνώριμα παρελθὼν ἀναδιδάσκει. τὰ γὰρ πλεῖστα διὰ συμβόλων ἀρχαιοτρόπῳ ζηλώσει παρ' αὐτοῖς φιλοσοφεῖται. παιδεύονται δὲ εὐσέβειαν, ὁσιότητα, δικαιοσύνην, οἰκονομίαν, πολιτείαν, καὶ ἐπιστήμην τῶν πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθῶν, καὶ κακῶν, καὶ ἀδιαφόρων, αἱρέσεις ὧν χρὴ, καὶ φυγὰς τῶν ἐναντίων ὅροις καὶ κανόσι τριττοῖς χρώμενοι, τῷ τε φιλοθέῳ, καὶ φιλαρέτῳ, καὶ φιλανθρώπῳ. τοῦ μὲν οὖν φιλοθέου δείγματα μυρία παρέχει ἡ παρ' ὅλον τὸν βίον συνεχὴς καὶ ἐπάλληλος ἁγνεία, τὸ

pag. 121

V. Not.

ἀνώμοτον, τὸ ἀψευδές, τὸ πάντων μὲν ἀγαθῶν αἴτιον, κακοῦ δὲ μηδενὸς νομίζειν εἶναι τὸ θεῖον. τῆς δὲ φιλαρέτου, τὸ ἀφιλοχρήματον, τὸ ἀφιλόδοξον, τὸ ἀφιλήδονον, τὸ ἐγκρατές, τὸ καρτερικόν, ἔτι δὲ ὀλιγοδεΐαν, ἀφέλειαν, εὐκολίαν, τὸ ἄτυφον, τὸ νόμιμον, τὸ εὐσταθές, καὶ ὅσα τούτοις ὁμοιότροπα. τῆς δὲ φιλανθρώπου δείγματα, εὔνοια, ἰσότης, ἡ παντὸς λόγου κρείττων κοινωνία, περὶ ἧς οὐκ ἄκαιρον βραχέα εἰπεῖν. πρῶτον τοίνυν οὐδενὸς οἰκία τίς ἐστιν ἰδία, ἣν οὐχὶ πάντων εἶναι κοινὸν συμ- B βέβηκε. πρὸς γὰρ τῷ κατὰ θιάσους συνοικεῖν, ἀναπέπταται καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἀφικνουμένοις τῶν ὁμοζήλων. εἶτ' ἐστὶ ταμεῖον ἓν πάντων καὶ δαπάναι· καὶ κοιναὶ μὲν ἐσθῆτες, κοιναὶ δὲ τροφαί, συσσίτια πεποιημένων. τὸ γὰρ ὁμωρόφιον, ἢ ὁμοδίαιτον, ἢ ὁμοτράπεζον, οὐκ ἄν τις εὕροι παρ' ἑτέροις μᾶλλον ἔργῳ βεβαιούμενον, καὶ μήποτε εἰκότως. ὅσα γὰρ ἂν μεθ' ἡμέραν ἐργασάμενοι λάβωσιν ἐπὶ μισθῷ, ταῦτ' οὐκ ἴδια φυλάττουσιν, ἀλλ' εἰς μέσον προτι- C θέντες, κοινὴν τοῖς ἐθέλουσι χρῆσθαι τὴν ἀπ' αὐτῶν παρασκευάζουσιν ὠφέλειαν. οἵ τε νοσοῦντες, οὐχ ὅτι πορίζειν ἀδυνατοῦσιν, ἀμελοῦνται, πρὸς τὰς νοσηλείας ἐκ τῶν κοινῶν ἔχοντες ἐν ἑτοίμῳ, ὡς μετὰ πάσης ἀδείας ἐξ ἀφθονωτέρων ἀναλίσκειν. αἰδὼς δ' ἐστὶ πρεσβυτέρων καὶ φροντίς, οἷα γονέων ὑπὸ γνησίων παίδων, χερσὶ καὶ διανοίαις μυρίαις ἐν ἀφθονίᾳ τῇ γηροτροφουμένων. τοιούτους ἡ δίχα περιεργίας Ἑλληνικῶν ὀνομάτων, ἀ- D θλητὰς ἀρετῆς ἀπεργάζεται φιλοσοφία, γυμνάσματα προτιθεῖσα τὰς ἐπαινετὰς πράξεις, ἐξ ὧν ἡ ἀδούλωτος ἐλευθερία βεβαιοῦται. σημεῖον δέ, πολλῶν κατὰ καιροὺς ἐπαναστάντων τῇ χώρᾳ δυναστῶν, καὶ φύσεσι καὶ προαιρέσεσι χρησαμένων διαφερούσαις. οἱ μὲν γάρ, εἰς τὸ ἀτίθασσον ἀγριότητα θηρίων ἐκνικῆσαι σπουδάσαντες, οὐδὲν παραλιπόντες τῶν εἰς ὠμότητα, τοὺς ὑπηκόους ἀγεληδὸν ἱερεύοντες, ἢ καὶ ζῶντας ἔτι, μαγείρων τρόπον, κατὰ μέρη καὶ μέλη κρεουργοῦντες, ἄχρι τοῦ τὰς αὐτὰς ὑπομεῖναι συμφορὰς ὑπὸ τῆς τὰ ἀνθρώπεια ἐφορώσης δίκης, οὐκ ἐπαύσαντο.

A Abſtinentia, partim fuga mendacii, partim deniqve præclara illa de Deo tanqvam omnium bonorum fonte, maliqve nullius auctore ſententia ſuppeditat. Iidem virtutis quam ſtudioſi ſint, ex divitiarum, gloriæ, voluptatisqve contemptu, nec non ex temperantia, tolerantia, frugalitate, ſimplicitate, modeſtia, demiſſione, legum obſervantia, morum vitæqve conſtantia, ac ſimilibus animi dotibus intelligas. Poſtremo ſuam erga homines caritatem, benevolentia, æqualitate, qvæqve orationem omnem ſuperat, omnium inter ſe rerum communione declarant. De qva ſane pauca hoc loco ſubjungere, non abs re fuerit. Primum ergo nemini propria vel una domus eſt, qvę non omnium ſimiliter ac promiſcue ſit. Nam præter quam qvod in Sodalitates diſtributi, ſimul habitant, eadem præterea omnibus etiam aliunde convenientibus ejusdem æmulis inſtituti patet. Deinde commune omnes ærarium, impenſasqve communes habent, veſtem pariter cibumqve communem, dum communibus utuntur contuberniis. Enimvero, laudatam illam ejusdem tecti, victus, menſæqve communionem, alibi nusqvam re ipſa tam conſtanter uſurpatam invenias. Nec ſane mirum. Quicquid enim ſinguli diurno ex labore lucri fecerint, id non jam proprium ac ſepoſitum habent, ſed in medium conferunt univerſum, dum operæ ſuæ fructum ad omnes pervenire volunt. Ergo qui morbo laborant, ut ejus per ſe ſumptibus impares illi ſint, non tamen deſeruntur, cum in promptu habeant a re communi ſubſidium, libereq; omnino ac ſecure ex ampliore illa copia promere haurireq; poſſint. Seniores a junioribus, perinde ut parentes a liberis, ſumma cum reverentia & ſolicitudine obſervantur, milleqve adeo manuum pariter ac mentium opera, ſenectutem in rerum omnium abundantia degunt. Tales apud eos, ſua illa, Græcorum nominum pompa & ambitione carens Philoſophia, virtutis Athletas efficit, quæ non alia qvam rerum laudabilium exercitia proponit, quibus libertas illa ſervitutis omnis impatiens maxime confirmatur. Qvod qvidem vel ex eo quivis intelligat, quod variis varii temporibus eam in regionem Principes incubuerint, tam inſtituto quam ingenio diſſimiles. Cum enim alii belluarum qvoq; feritatem immanitate ſuperare conarentur, atq; ut nihil prætermitterent, qvod ſumma crudelitas exigeret, non ante ſubditos modo gregatim immolare, modo vivos adhuc & ſpirantes membratim atqve fruſtatim laniorum in morem concidere deſinerent, qvam in ſimiles ipſi pœnas, agente illa rerum humanarum moderatrice juſtitia, incidiſſent;

» alii vero qvam animo rabiem furoremqve conceperant, in alium improbitatis vultum speciemqve vertentes, excogitato novæ acerbitatis genere, comiter omnes ac suaviter appellarent, itaqve barbaram atrocemqve naturam voce molliori dissimulantes, dum instar canum morsu venenato sævientium blandirentur, ejusmodi tamen insanabilibus exitiis passim importatis, miserorum calamitates, qvæ nulla unqvam oblivione delebuntur, omnibus in urbibus tanqvam perpetua cum impietatis suæ, tum horribilis in humanum genus odii monimenta reliqvissent: nemo tamen vel efferatorum illorum, vel fraudulentorum atqve pellacium, huic Essæorum, vel Hosiorum (hoc est Sanctorum) sodalitio, crimen ullum vel affingere potuit: sed omnes omnino ab illorum probitate victi, iis tanqvam a natura liberis jurisqve sui factis usi sunt, eorumqve contubernia, singularemqve rerum omnium communionem, quod argumentum est integerrimæ ac beatissimæ vitæ certissimum, suo etiam ore celebrarunt.

Ac de castigatiore atqve sanctiore Judæorum disciplina hactenus. Nam de cætero vitæ genere, quod gentis universæ multitudini divinis legibus imperatur, paulo ante disputavimus. Quid ergo superest, nisi ut posterorum qvoqve Theologiam cum majorum suorum religionibus consentire doceamus, ut hac etiam de re suis absoluta numeris tractatio habeatur? Et qvoniam superiore libro divinæ Scripturæ oracula produximus, age jam, eorum deinceps, qui apud Judæos sapientia præstitere, mentem sensumq; videamus, ut qvam non in Theologia modo, verum etiam in cæteris artibus atq; doctrinis Hebræorum nepotes rationem tenuerint, ex illorum nobis auctoritate constet. Atq; in primis eundem rursus Philonem, in eorum primo, quos de lege conscripsit, hac de re disserentem audiamus.

A οἱ δὲ, τὸ παρακεκινημένον καὶ λελυττηκὸς εἰς ἑτέρας εἶδος κακίας μεθαρμοσάμενοι, πικρίαν ἄλεκτον ἐπιτηδεύσαντες, ἡσυχῇ διαλαλοῦντες, ἠρεμαιοτέρας φωνῆς ὑποκρίσει βαρύμηνιν ἦθος ὑποκρινόμενοι, κυνῶν ἰοβόλων τρόπον προσσαίνοντες, ἀνιάτων γενόμενοι κακῶν αἴτιοι, κατὰ πόλεις μνημεῖα τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας καὶ μισανθρωπίας ἀπέλιπον, τὰς τῶν πεπονθότων ἀλήστους συμφοράς. ἀλλὰ γὰρ οὐδεὶς οὔτε τῶν σφόδρα B ὠμοθύμων, οὔτε τῶν πάλαι δολερῶν καὶ ὑπούλων, ἴσχυσε τὸν λεχθέντα τῶν Ἐσσαίων ἢ Ὁσίων ὅμιλον αἰτιάσασθαι. πάντες δ' ἀσθενέστεροι τῆς τῶν ἀνδρῶν καλοκαγαθίας γενόμενοι, καθάπερ αὐτονόμοις καὶ ἐλευθέροις οὖσιν ἐκ φύσεως, προσηνέχθησαν, ᾄδοντες αὐτῶν τὰ συσσίτια, καὶ τὴν παντὸς λόγου κρείττονα κοινωνίαν, ἣ βίου τελείου καὶ σφόδρα εὐδαίμονός ἐστιν ἐναργέστατον δεῖγμα. τὰ μὲν οὖν τῆς φιλοσόφου παρὰ Ἰουδαίοις ἀσκήσεώς C τε καὶ πολιτείας, διὰ τῶνδε προκείσθω. τὰ δὲ τοῦ λοιποῦ βίου, ὃν δὴ τῷ πλήθει τοῦ παντὸς ἔθνους οἱ θεῖοι διηγόρευον νόμοι, τέθειται προλαβὼν ὁ λόγος. τί δῆτα λείπεται ἐπὶ τούτοις, ἢ καὶ τὰ τῆς τῶν νέων θεολογίας σύμφωνα ταῖς τῶν προπατόρων εὐσεβείαις παραστήσασθαι, ὡς ἂν καὶ τῆσδε τῆς ὑποθέσεως ἐντελὴς ἡμῖν ὁ λόγος ἀποδεδομένος εἴη; ἐπεὶ τοίνυν τὰ τῆς ἐνθέου γραφῆς λόγια πρόκειται διὰ τοῦ πρὸ τούτου συγγράμματος, φέρε οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ τῆς D διανοίας τῶν παρὰ Ἰουδαίοις σοφῶν ἐπαθρήσωμεν, ὡς ἂν μάθοιμεν, ὁποῖοί τινες καὶ ἐν τῇ θεολογίᾳ, κἂν τῇ περὶ λόγους ἀρετῇ, παῖδες Ἑβραίων γεγόνασι. πάλιν οὖν τὸν Φίλωνα παρειτέον ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν εἰς τὸν νόμον.

XIII.

EX PHILONE DE DEO, QVODqve Mundus ortum habuerit.

» MUNDUM, inquit ille, permulti potius quam mundi Conditorem admirati, eum ortu carere ac sempiternum esse voluerunt. In quo sane turpem admodum indignumque Deo veternum affinxerunt:

ιγ.

ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΘΕΟΥ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ τοῦ γεννητὸν εἶναι τὸν κόσμον.

ΤΙΝΕΣ γὰρ τὸν κόσμον μᾶλλον ἢ τὸν Κοσμοποιὸν θαυμάσαντες, τὸν μὲν ἀγένητόν τε καὶ ἀΐδιον ἀπεφήναντο, τοῦ Θεοῦ πολλὴν ἀπραξίαν ἀνάγνως καταψευσάμενοι.

δέον ἔμπαλιν, τούτου τὰς δυνάμεις ὡς ποιητοῦ καὶ πατρὸς καταπλαγῆναι, τὸν δὲ, μὴ πλέον ἀποσεμνῦναι τοῦ μετρίου. Μωσῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ἐπ' αὐτὴν φθάσας ἀκρότητα, καὶ χρησμοῖς τὰ πολλὰ καὶ συνεκτικώτατα τῶν τῆς φύσεως ἀναδιδαχθεὶς, ἔγνω διότι ἀναγκαιότατόν ἐστιν, ἐν τοῖς οὖσι, τὸ μὲν εἶναι δραστήριον, ὃ τῶν ὅλων νοῦς ἐστιν εἰλικρινέστατος καὶ ἀκραιφνέστατος, κρείττων ἢ ἐπιστήμη, καὶ κρείττων ἢ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν καὶ αὐτὸ τὸ καλόν· τὸ δὲ παθητικὸν, ἄψυχον, καὶ ἀκίνητον ἐξ αὑτοῦ, κινηθὲν δὲ, καὶ μετασχηματισθὲν, καὶ ψυχωθὲν ὑπὸ τοῦ νοῦ, μετέβαλεν εἰς τὸ τελειότατον ἔργον τόνδε τὸν κόσμον. ὃν οἱ φάσκοντες ἀγένητον, λελήθασι τὸ ὠφελιμώτατον καὶ ἀναγκαιότατον τῶν εἰς εὐσέβειαν ὑποτεμνόμενοι, τὴν πρόνοιαν. τοῦ μὲν γὰρ γεγονότος ἐπιμελεῖσθαι τὸν πατέρα καὶ ποιητὴν, αἱρεῖ λόγος. καὶ γὰρ πατὴρ ἐκγόνων, καὶ δημιουργὸς τῶν δημιουργηθέντων στοχάζεται τῆς διαμονῆς, καὶ ὅσα μὲν ἐπιζήμια, μηχανῇ πάσῃ διωθεῖται, ὅσα δὲ ὠφέλιμα καὶ λυσιτελῆ, πάντα τρόπον ἐκπορίζειν ἐπιποθεῖ. πρὸς δὲ τὸ μὴ γεγονὸς, οἰκείωσις οὐδεμία τῷ μὴ πεποιηκότι. περιμάχητον δὲ δόγμα καὶ ἀνωφελὲς, ἀναρχίαν ὡς ἐν πόλει κατασκευάζειν, τῷδε τῷ κόσμῳ, τὸν ἔφορον, ἢ βραβευτὴν, ἢ δικαστὴν οὐκ ἔχοντι, ὑφ' οὗ πάντα οἰκονομεῖσθαι καὶ πρυτανεύεσθαι θέμις. ἀλλ' ὅ γε μέγας Μωσῆς, ἀλλοτριώτατον τοῦ ὁρατοῦ νομίσας εἶναι τὸ ἀγένητον (πᾶν γὰρ τὸ αἰσθητὸν, ἐν γενέσει καὶ μεταβολαῖς, οὐδέποτε κατὰ ταυτὸν ὄν.) τῷ μὲν ἀοράτῳ καὶ νοητῷ προσένειμεν, ὡς ἀδελφὸν καὶ συγγενῆ, ἀϊδιότητα, τῷ δ' αἰσθητῷ, οἰκεῖον ὄνομα ἐπεφήμισεν. ἐπεὶ οὖν ὁρατός τε καὶ αἰσθητὸς ὅδε ὁ κόσμος, ἀναγκαίως ἂν εἴη καὶ γενητὸς, ὅθεν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καὶ τὴν γένεσιν ἀνέγραψεν αὐτοῦ, μάλα σεμνῶς θεολογήσας. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦ γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον. ὁ δὲ αὐτὸς ἀνὴρ, καὶ περὶ τοῦ προνοίᾳ διοικεῖσθαι τὸ πᾶν, ἐν τῷ περὶ προνοίας, νεανικώτατα διέξεισι, τὰς τῶν ἀθέων ἀντιθέσεις προτάξας, καὶ πρὸς αὐτὰς ἑξῆς ἀποκρινάμενος. καὶ τούτων δὲ, εἰ καὶ μακρότερα δόξειεν, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖα, τὰ πλεῖστα συντεμὼν, ἐκθήσομαι. κατασκευάζει δὲ τὸν λόγον, τοῦτον τὸν τρόπον.

cum longe verius fuisset, hujus quidem tanquam auctoris parentisque vires ac potestatem obstupescere, illum vero neqvaqvam supra ejus conditionem celebrare. At Moses, qui & summum Philosophiæ culmen attigerat, & præcipua naturæ occulta ex divinis responsis cognoverat, id etiam maxime necessarium esse intellexit, ut in rerum natura duo præsertim essent, efficiens alterum, quæ mens est universi purissima atqve syncerissima, eademqve cum scientia, tum ipso quoqve bono atqve honesto melior: alterum patiens, quod anima simul atque motu cum per sese careat, tum ab ipsa mente impulsum, mutatum, atqve animatum, mundum hunc aspectabilem in perfectissimi operis formam rationemq; convertit. Qvem profecto qui ortu caruisse defendunt, ii Providentiam, quæ res una omnium ad retinendam fovendamqve religionem utilissima est maximeqve necessaria, rescindi abs sese tollique non sentiunt. Rem enim auctori quamque parentique suo curæ esse, vera nos ratio docet: cum & liberorum pater, & operum suorum conservationi artifex studiose prospiciat, & quicquid infestum illis atque perniciosum est, omni contentione depellere, quicquid fructuosum & commodum esse potest, omnibus opibus comparare ac suppeditare conetur. Qvod vero natum aliqvando non fuerit, ejus sane cura ad illum, a quo effectum non sit, pertinet omnino nihil. Tam vero contentione plenum est, quam utilitate vacuum, omnem ex hoc mundo, tanqvam ex aliqua civitate principatum tollere, ubi nullus aut timori, aut Moderatori, aut Judici, a quo regi administrarique omnia deceat, locus relinquatur. At magnus ille Moses, cum absurdissimum esse statueret, ut idem & sub aspectum caderet, & ortu omni caruisset: (quicquid enim sensibus usurpatur, id sive dum oritur, sive dum subinde mutatur, sui nunqvam simile manet:) ut ei rei, quæ non oculis, sed intelligentia sola cerneretur, æternitatem quasi geminum aliquid & cognatum attribuit; sic ei, quæ sensu perciperetur, proprium quoddam & singulare nomen imposuit. Qvoniam igitur hic mundus, ut spectari sentiriqve potest, ita necessario sui quoque ortus principium habuit, ipsius etiam ortum magna cum ratione, summoq; digna theologo gravitate conscripsit. Ac de Mundi ortu hactenus Philo. Qui rursus in eo, qvem de Providentia edidit, universum Providentia regi, luculentissima & acerrima disputatione contendit, quæq; ab impiis objiciuntur, ita proponit, ut ea deinceps omnia confutet. Qvam ego disputationem, ut longior ea cuipiam videri fortasse possit, quia tamen hoc loco necessariam existimo, partem maximam describere statui, paucioribus verbis comprehensam. Sic igitur suum illum sermonem instituit.

A

XIV.

DIVINA PROVIDENTIA MUNdum administrari.

TUNE Providentiam, inqvit, tanta cum perturbatione & confusione rerum esse defendis? Quid enim est in hominum vita rectum atq; compositum? imo, qvid non perperam ac perverse geritur. An tu solus ignoras, sceleratissimos quosq; bonis omnibus, divitiis, fama, populiq; honoribus usq; B ad lasciviam abundare; quin etiam principatus, florentem valetudinem, vim sensuum acrem & vegetam, corporis dignitatem & robur, impunitam deniq; omnium licentiam affatim iis suppetere, quas partim commoditatum maximarum copia, partim corporis optima sedatissimaq; constitutio conciliat? Contra vero, sapientiæ ac virtutis amatores omnes, ut plurimum videas, inopes, obscuros, ignobiles, abjectos humilesq; permanere? Quæ quidem ille ac sexcenta id genus alia refutandi animo & voluntate complexus, tum illa omnia, quæ hoc in genere C pugnare videbantur, ita dissolvit. Tyrannus, inqvit, Deus profecto non est, qui crudelitate, vi, ac cæteris barbaræ potestatis conditionibus delectetur: sed Rex, qui placido justoq; principatu gaudens, Cœlum orbemq; universum omni cum æquitate moderatur. Regi autem non alia magis, quam Patris appellatio conveniat. Quod enim erga liberos in communione sangvinis & naturæ pater, hoc ipsum uti Rex erga Rempublicam, ita Deus erga mundum est, qui perennibus ac propriis naturæ legibus, duo longe pulcher- D rima, principatum atq; Providentiam sempiterno fœdere ac societate conjunxit. Ergo, qvemadmodum liberos profligatos & nequam parentes non deserunt, sed eos, commiseratione permoti, lenius ac svavius habent, capitalium inimicorum esse rati, afflictis & jacentibus insultare, amicorum autem & affinium, casus gravitatem allevare. Qvinetiam iis pleriqve benignius, quam modestis & frugi, indulgere solent; quod probe intelligant, his amplum satis ac luculentum in temperantia repositum esse subsidium: illis spem in parentibus unam superesse, qua si exciderint, rebus illis omnibus necessariis esse carendum. Sic omnino DEUS, ejus, quæ cum ratione conjuncta est, intelligentiæ parens, cum eos omnes curæ habet, qui ratione præditi sunt, tum improbos etiam perversosqve fovet: in quo & illis

ιδ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΝΟΙΑ Θεοῦ διοικεῖσθαι τὸν κόσμον.

ΠΡΟΝΟΙΑΝ εἶναι λέγεις ἐν τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ταραχῇ καὶ συγχύσει; τί γὰρ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον διατέτακται; τί μὲν οὖν οὐκ ἀταξίας γέμει καὶ φθορᾶς; ἢ μόνος ἀγνοεῖς ὅτι τοῖς μὲν κακίστοις καὶ πονηροτάτοις ἄφθονα ἐπικωμάζει τὰ B ἀγαθά, πλοῦτος, εὐδοξία, τιμαὶ παρὰ τοῖς πλήθεσιν, ἡγεμονίαι πάλιν, ὑγεία, εὐαισθησία, κάλλος, ἰσχύς, ἀπόλαυσις ἡδονῶν ἀκώλυτος, διά τε παρασκευῶν περιουσίαν, καὶ διὰ τὴν εἰρηνικωτάτην σώματος εὐκρασίαν; οἱ δὲ φρονήσεως καὶ ἀρετῆς ἁπάσης ἐρασταί τε καὶ ἀσκηταὶ πάντες, εἰσὶν, ὀλίγου δέω φάναι, πένητες, ἀφανεῖς, ἄδοξοι, ταπεινοί; ταῦτα εἰς ἀνασκευὴν, καὶ μυρία ἄλλα πλείω τούτων εἰπὼν, ἑξῆς ἐπιλύεται τὰς ἀντιθέσεις C διὰ τούτων. Οὐ τύραννος ὁ Θεός, ὠμότητα καὶ βίαν, καὶ ὅσα δεσπότης ἀνημέρου ἀρχῆς ἔργα ἐπιτετηδευκὼς, ἀλλὰ Βασιλεὺς ἥμερον καὶ νόμιμον ἀνημμένος ἡγεμονίαν, μετὰ δικαιοσύνης τὸν σύμπαντα οὐρανόν τε καὶ κόσμον βραβεύει. Βασιλεῖ δὲ οὐκ ἔστι πρόσρησις οἰκειοτέρα Πατρός. ὃ γὰρ ἐν ταῖς συγγενείαις πρὸς τέκνα γονεῖς, τοῦτο Βασιλεὺς μὲν πρὸς πόλιν, πρὸς δὲ κόσμον ὁ Θεὸς, δύο τὰ κάλλιστα, φύσεως θεσμοῖς ἀκινήτοις, ἀδιαλύτῳ D ἑνώσει ἁρμοσάμενος, τὸ ἡγεμονικὸν μετὰ τοῦ κηδεμονικοῦ. καθάπερ οὖν τῶν ἀσώτων υἱέων οὐ περιορῶσιν οἱ τοκέες, ἀλλὰ τῆς ἀτυχίας οἶκτον λαμβάνοντες περιέπουσι καὶ τημελοῦσι, νομίζοντες ἐχθρῶν ἀσπόνδων ἔργον εἶναι, κακοπραγίαις ἐπεμβαίνειν, φίλων δὲ καὶ συγγενῶν, ἐπελαφρίζειν τὰ πταίσματα. πολλάκις δὲ καὶ τούτοις μᾶλλον ἢ τοῖς σώφροσιν ἐπιδαψιλευόμενοι χαρίζονται, σαφῶς εἰδότες, ὡς ἐκείνοις μὲν ἄφθονος εἰς εὐπορίαν ἀφορμὴ πάρεστιν ἡ σωφροσύνη· τοῖς δ' ἐλπὶς μία, οἱ γονεῖς, ἧς εἰ σφαλεῖεν, ἀπορήσουσι καὶ τῶν ἀναγκαίων. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ Θεὸς, λογικῆς συνέσεως πατὴρ ὢν, ἁπάντων μὲν τῶν λογικοῦ μεμοιραμένων κήδεται, προμηθεῖται δὲ καὶ τῶν ὑπαι-

» τίως ζώντων, ἅμα μὲν καιρὸν εἰς ἐπανόρθωσιν A
» αὐτοῖς διδούς, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἵλεων φύσιν αὐτοῦ μὴ
» ὑπερβαίνων, ἧς ὀπαδὸς ἀρετὴ καὶ φιλανθρωπία
» γέγονεν, ἐπαξία τὸν θεῖον περιπολεῖν κόσμον.
» ἕνα μὲν δὴ λόγον τοῦτον, ὦ ψυχή, δέξαι τέως
» αὐτοῦ παρακαταθήκην, ἕτερον δὲ συνῳδὸν καὶ
» ἐναρμόνιον αὐτῷ τόνδε. μὴ τοσοῦτόν ποτε ψευ-
» σθείσης τῆς ἀληθείας, ὡς εὐδαίμονά τινα τῶν φαύ-
» λων εἶναι νομίσαι, κἂν πλουσιώτερος μὲν ᾖ Κροί-
» σου, Λυγκέως δ' ὀξυωπέστερος, ἀνδρειότερος δὲ τοῦ
» Κροτωνιάτου Μίλωνος, καλλίων δὲ Γανυμήδους, B
» Ὃν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ, Διὶ οἰνοχοεύειν,
» Κάλλεος εἵνεκα οἷο.
» τὸν γοῦν ἴδιον δαίμονα, λέγω δὲ τὸν ἑαυτοῦ νοῦν,
» μυρίων ὅσων δεσποτῶν δοῦλον ἀποφήνας, ἔ-
» ρωτος, ἐπιθυμίας, ἡδονῆς, φόβου, λύπης, ἀ-
» φροσύνης, ἀκολασίας, δειλίας, ἀδικίας, οὐκ ἂν
» εἶναί ποτε δύναιτο εὐδαίμων, κἂν οἱ πολλοὶ
» σφαλλόμενοι κρίσεως ἀληθοῦς, νομίζωσι,
» δεκασθέντες ὑπὸ κακοῦ διδύμου, τύφου, καὶ
» κενῆς δόξης, δεινῶν παρασαλεῦσαι καὶ παραγα- C
» γεῖν ἀνερματίστους ψυχάς, περὶ ἃ κηραίνει
» γένος τὸ πλεῖστον ἀνθρώπων. εἰ μέντοι τὸ τῆς ψυ-
» χῆς ὄμμα τείνας, βουληθείης περιαθρῆ-
» σαι Θεοῦ πρόνοιαν, ὡς ἔνεστιν ἀνθρωπίνῳ
» λογισμῷ, τρανωτέραν τὴν τοῦ πρὸς ἀλήθειαν
» ἀγαθοῦ λαβὼν φαντασίαν, γελάσῃ τὰ παρ'
» ἡμῖν, ἃ τέως ἐθαύμαζες. ἀεὶ γὰρ ἀπουσίᾳ τῶν
» κρειττόνων, τιμᾶται τὰ χείρονα, τὴν ἐκείνων κλη-
» ρονομοῦντα τάξιν· ἐπιφανέντα δὲ, ὑποστέλ-
» λει, δευτερείοις ἄθλων ἀρκούμενα. καταπλα- D
» γεὶς οὖν τὸ θεοειδὲς ἐκεῖνο ἀγαθόν τε καὶ κα-
» λόν, πάντως ἐννοήσεις, ὅτι παρὰ Θεῷ, τῶν εἰρη-
» μένων προτέρων οὐδὲν, καθ' ἑαυτό, τῆς ἀγαθῆς
» μοίρας ἠξίωται. διότι τὰ μὲν ἀργύρου μέ-
» ταλλα καὶ χρυσοῦ, γῆς ἐστιν ἡ φαυλοτάτη μοῖ-
» ρα, τῆς πρὸς καρπῶν ἀνειμένης γένεσιν ὅλῳ καὶ
» τῷ παντὶ λειπομένη. οὐ γάρ ἐσθ' ὅμοιον τρο-
» φῆς, ἧς ἄνευ ζῆν ἀδύνατον, εὐπορία χρη-
» μάτων. μία τούτων ἐστὶ βάσανος ἐναργεστάτη,
» λιμός, ᾧ τὸ πρὸς ἀλήθειαν ἀναγκαῖον καὶ
» χρήσιμον δοκιμάζεται. θησαυροὺς γὰρ τοὺς
» πανταχοῦ πάντας ἀντικαταλλάξαιτ' ἄν τις
» βραχείας ποτὲ τροφῆς ἄσμενος. ὅταν δὲ ἡ τῶν
V. Not » ἀναγκαίων ἀφθονία, μυρίων φθορῶν ἀκα-
» ταχέτῳ πλήθει ῥυεῖσα, κατὰ πόλεις ἀναχέη-
» ται, τοῖς τῆς φύσεως ἀγαθοῖς ἐντρυφῶντες,
» ἐπ' αὐτῶν μόνων οὐκ ἀξιοῦμεν ἵστασθαι,

A corrigendi sui tempus facultatemq; conce- »
dit, & naturæ obsecundat suæ, cui ad præcla- »
ram divini hujus mundi administrationem »
virtus, & in homines benevolentia comita- »
tur. Hanc tu, interim, o Anime, tanqvam ali- »
quod ipsius depositum, Rationem accipe, ad »
eamq; simul alteram, quæ seqvitur, cum illa »
congruentem & cohærentem adjunge. Ab- »
sit enimvero, ut a veritatis sensu tantum ab- »
erres, ut sceleratum quempiam beatum ex- »
istimes, licet opibus Crœsum, Lynceum o- »
culorum acie, robore Milonem Crotonia- »
tem, specie Ganymedem superet, »
Quem Superi rapuere, Jovi qui vina coro- »
Egregiam propter speciem. (net, »
Nam qvi suum ipse dæmonem, hoc est men- »
tem suam mille dominorum, amoris, inqvã, »
cupiditatis, voluptatis, metus, mœroris, stul- »
titiæ, petulantiæ, formidinis, injustitiæ ty- »
rannidi subjecerit, is εὐδαίμων (hoc est beatus) »
nunqvam esse qveat: tametsi vulgus homi- »
num, ut falso de rebus ac præpostere judicat, »
geminoq; illo morbo, fastu, & inani gloria fa- »
cile corrumpitur, leviculos animos, ad ea de- »
flectendos esse ac transversos agendos exi- »
stimet, quorum in cupiditate pars hominũ »
maxima fato quodam miserabili contabescit. »
Quod si erectis & intentis animi oculis, Divi- »
nam illam Providentiam, qvantum huma- »
næ fas est intelligentiæ, circumspicere volu- »
eris, tum quidem illustriori ac synceriori ej', »
qvod vere bonum est, informata notione, »
qvas tu res nostras antea mirabaris, eas con- »
tinuo ridebis omnes. Semper enim meliora »
dum absunt, quæ in eorum locum deteriora »
succedunt, habentur in pretio: eadem, ubi »
existere meliora cœperint, dejiciuntur illico, »
nec nisi secundas tenere possunt. Itaq; speci- »
em illam boni honestiq; divinam obstupe- »
scens, prorsus intelliges, eorum per sese nihil, »
qvæ paulo ante comemoravimus, in bonis »
divino judicio numerari. Qvippe, illa enim »
argenti auriq; metalla, ex terræ parte deter- »
rima oriuntur, qvæq; ab ea, qvam producẽ- »
dis frugib' natura destinavit, sine ulla exce- »
ptione superatur. Nam plurimum sane in- »
ter alimentum, sine qvo vita consistere ne- »
qveat, & divitiarum copiam interest. Cujus »
utriusqve una qvasi obrussa, eaq; certissima, »
fames est, qua qvid vere necessarium atqve »
utile sit, exploratur. Tum enim profecto, »
quicquid ubiq; thesaurorum est, nemo non »
libenter cum exiguo cibo commutaret. At »
ubi rerum necessariarum abundantia, im- »
menso quodam & infinito proventu, per op- »
pida passim omnia circumfluere cœperit, his »
naturæ bonis ad delicias & luxũ abusi, haud- »
quaquam in iis solis acqviescere possumus, »

ἄσημον, ἐπίσημον, ἐκπωμάτων, ἢ ὑφασμάτων πλῆθος, τὸν ἄλλον τῶν βασιλέων ἀοίδιμον κόσμον, ἔτι δὲ τὸν οἰκετικὸν ὄχλον, καὶ τὴν φίλων ἢ συγγενῶν, " ὑπηκόων τῶν ἐν τέλει θεραπείαν ἄξαντες, τῶν σωματοφυλάκων, ἄχρι τῆς εὐνῆς ἀφικόμενοι, καὶ τῶν περὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἀλογήσαντες, οὔθ' ὅτι κλῖναι λιθοκόλλητοι καὶ ὁλόχρυσοι θαυμάσαντες, οὔθ' ὅτι ἀραχνοϋφεῖς ἢ λίθῳ γεγραφημέναι στρωμναί, οὔθ' ὅτι ἐσθημάτων ἰδέαι διάφοροι, προσέτι δὲ τὰς περὶ αὐτὸν χλαίνας ἀπαμφιέσαντες, ἅπτονται χειρῶν, καὶ τὰς φλέβας προσπιέζοντες, ἀκριβοῦσι τοὺς παλμούς, εἰ σωτήριοι. πολλάκις δὲ καὶ τοὺς χιτῶνας ἀναστείλαντες, εἰ περιπληθὴς εἴθ' ἡ γαστὴρ ἐξετάζουσιν. εἰ πεπυρωμένος ὁ θώραξ, εἰ ἄτακτα ἡ καρδία πηδᾷ. κἄπειτα τὴν οἰκείαν προσφέρουσι θεραπείαν. ἔδει δὲ καὶ τοὺς φιλοσόφους ἰατρικὴν ὁμολογοῦντας ἐπιτηδεύειν τῆς φύσει βασιλίδος ψυχῆς, καταφρονεῖν μὲν ἁπάντων, ὅσα αἱ κεναὶ δόξαι τυφοπλαστοῦσιν· εἴσω δὲ προσιόντας ἅπτεσθαι διανοίας αὐτῆς, εἰ ὑπ' ὀργῆς ἀνισοταχεῖς καὶ παρὰ φύσιν κεκινημένοι παλμοί· ἅπτεσθαι καὶ γλώττης, εἰ τραχεῖα καὶ κακήγορος, εἰ πεπορνευκυῖα καὶ ἀταμίευτος. ἅπτεσθαι καὶ γαστρός, εἰ ἀπλήστῳ χήνατι ἐπιθυμίας διῴδηκε· καὶ συνόλως παθῶν καὶ νοσημάτων καὶ ἀρρωστημάτων, εἰ κεκοινῶσθαι δοκεῖ, διερευνᾷν ἕκαστον, ἵνα μὴ διαμαρτάνωσι τῶν προσφόρων εἰς τὸ σώζειν. νυνὶ δὲ ὑπὸ τῆς τῶν ἔξω περιαυγασθέντες λαμπρότητος, ἅτε νοητὸν φῶς ἰδεῖν ἀδυνατοῦντες, πλαζόμενοι διετέλεσαν τὸν αἰῶνα, πρὸς μὲν τὸν βασιλέα λογισμὸν φθάσαι μὴ δυνηθέντες, ἄχρι δὲ τῶν προπυλαίων μόλις ἀφικνούμενοι, καὶ τοὺς ἐπὶ θύραις ἀρετῆς πλοῦτόν τε καὶ δόξαν καὶ ὑγείαν, καὶ τὰ συγγενῆ τεθαυμακότες, προσεκύνουν. ἀλλὰ γὰρ ὡς ὑπερβολὴ μανίας, χρωμάτων κριταῖς χρῆσθαι τυφλοῖς, ἢ κωφοῖς τῶν κατὰ μουσικὴν φθόγγων· οὕτω καὶ φαύλοις ἀνδράσι τῶν πρὸς ἀλήθειαν ἀγαθῶν. καὶ γὰρ οὗτοι τὸ κυριώτατον τῶν ἐν αὑτοῖς, διάνοιαν πεπήρωνται, ἧς βαθὺ σκότος ἀφροσύνη κατέχεεν. εἶτα νῦν θαυμάζομεν, εἰ Σωκράτης, καὶ ὁ δεῖνα, ἢ ὁ δεῖνα τῶν σπουδαίων

V. Not. pag. 119.

A Aram facto, quam infecto, poculorum, textique operis copia, cæteroque per insigni Regum apparatu neglecto: quinetiam cuncto satellitio, & amicorum pariter, aut sanguine conjunctorum, aut virorum etiam principum, ac Præsidiariorum quoque militum comitatu perrupto, ad ipsum usque lectum aspirant; adeoque nulla rerum illarum, quæ adjunctæ corpori sunt, ratione habita, nihilque vel cubilis aurei ac gemmis unionibusque distincti, vel stragulorum aut partim subtilissime aranea- B rum more textorum, partim lineo subtegmine pictorum, vel denique vestium coloris figuræque multiplicis aspectu commoti, detractis etiam aliquando lænis, manus ipsas tractant, pressisque venis, pulsusne ratio salutaris sit, diligenter explorant: Imo reductis nonnunquam interulis, alvusne gravior sit, an inflammatum pectus, an cor præpostero ac perturbato motu subsiliat: Tum suam adhibent propriamque morbo curationem. Sic plane Philosophos oporteret, qui sese Animæ suapte natura Reginæ medicos profitentur, C contemptis ac despectis omnibus, quæ stolidæ hominum opiniones, cæcorum more confingunt, interius subeundo mentem ipsam attentare, num ea forte motibus iracundiæ inæquali celeritate vibrantibus, ac præter naturam incitatis ageretur: attentare linguam, num asperior, & in maledicta proclivior, num sese profundat intemperantius, custodiæ silentiique prorsus impatiens: attentare ventrem, num insaturabili cupiditate fœdum in modum intumuerit: singulas denique perturbati- D ones, morbos, ægritudinesque singulas, si quibus affecta videatur, solertius attentiusque scrutari, ne quibus restitui salus possit, remedia ignoratione prætereant. Nunc vero rerum exteriorum luce perstricti, quod spiritale lumen ferre non possent, perpetuo quodam errore jactati, nunquam ad Reginam usq; Rationem aspirarunt, sed ubi ægre admodum vestibulum attigissent, quæ pro virtutis foribus occurrerunt, opes, gloriam, sanitatem, ac cætera id genus mirati adorarunt. At enimvero summæ est extremæque dementiæ, uti vel colorum cæcos, vel sonorum modulatorum surdos, sic etiam improbos homines verorum bonorum judices adhibere; cum principe sui parte, hoc est mente, capti sint, cui stultitia densissimas tenebras offuderit. Et miramur deinceps, aut Socratem, aut alium quemlibet morum integritatis studiosum

τὴν θυμηρεστάτην ὕποπτον εἶχε γυναῖκα. σημεῖον δέ· τὴν εἰς τὸ δωμάτιον εἴσοδον, δι' ἧς φοιτήσειν ἔμελλεν ὡς αὐτὸν, ἐκέλευσε στορεσθῆναι σανίσιν, ἵνα μὴ λάθῃ ποτὲ παρεισερπύσασα, ψόφῳ δὲ καὶ κτύπῳ τῆς ἐπιβάσεως προμηνύῃ τὴν ἄφιξιν. εἶτ' οὐκ ἀνείμονα μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς μέρεσι γυμνὴν, ἃ μὴ θέμις ὑπ' ἀνδρῶν ὁρᾶσθαι, παρέρχεσθαι. πρὸς δὲ τούτοις, τὸ συνεχὲς τοῦ κατὰ τὴν ὁδὸν ἐδάφους, εἰς τάφρου γεωργικῆς εὖρος καὶ βάθος διακοπῆναι, κατὰ δέος μή τι πρὸς ἐπιβουλὴν ἀφανῶς ἐπικρυφθῇ, ὅπερ ἢ ἅλμασιν ἢ μακροῖς διαβάσεσιν ἔμελλε διελέγχεσθαι. πόσων ἄρα κακῶν ὁ ταῦτα παρατηρῶν καὶ τεχνάζων ἐπὶ γυναικὸς, ἣν πρὸ τῶν ἄλλων ὤφειλε πιστεύειν, μεστὸς ἦν; ἀλλὰ γὰρ ἐῴκει τοῖς δι' ἀπορρῶγος ὄρους, ἐπὶ τὸ τὰς ἐν οὐρανῷ φύσεις ἀριδηλοτέρας κατανοῆσαι, κρημνοβατοῦσιν, οἳ μόλις φθάνοντες ἄχρι προσενδυκότος αὐχένος, οὔτε ἀναχωρεῖν ἔτι δύνανται, πρὸς τὸ λειπόμενον ὕψος ἀπειρηκότες, οὔτε καταβαίνειν θαρροῦσι, πρὸς τὴν ὄψιν τῶν χασμάτων ἰλιγγιῶντες. ἐρασθεὶς γὰρ, ὡς θείου πράγματος καὶ περιμαχήτου, τυραννίδος, οὔτε μένειν, οὔτε ἀποδιδράσκειν ἀσφαλὲς εἶναι ὑπελάμβανε. μένοντι μὲν γὰρ ἀλλεπάλληλα ἐπέρρει κακὰ ἀμύθητα· βουλομένῳ δ' ἀποδιδράσκειν, ὁ περὶ τοῦ ζῆν ἐπεκρέματο κίνδυνος, ὡπλισμένων, εἰ καὶ μὴ τοῖς σώμασιν, ἀλλά τοι ταῖς διανοίαις κατ' αὐτοῦ. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἔργον, ὃ πρὸς τὸν μακαρίζοντα τὸν τῶν τυράννων βίον φασὶ χρήσασθαι Διονύσιον. καλέσας γὰρ αὐτὸν ἐπὶ λαμπροτάτου καὶ πολυτελεστάτου δείπνου παρασκευὴν, ἐκ μηρίνθου πάνυ λεπτῆς προσέταξεν ἠκονημένον ὑπεραιωρηθῆναι πέλεκυν. ἐπεὶ δὲ κατακλιθεὶς εἶδεν αἰφνίδιον, οὔτ' ἐξαναστῆναι θαρρῶν διὰ τὸν τύραννον, οὔτ' ἀπολαῦσαί τινος τῶν παρεσκευασμένων διὰ δέος οἷός τε ὢν, ἀφθόνων καὶ πλουσίων ἀλογήσας ἡδονῶν, ἀνατείνας τὸν αὐχένα καὶ τὰς ὄψεις, ἐκαραδόκει τὸν οἰκεῖον ὄλεθρον. συνεὶς δ' ὁ Διονύσιος, ἆρ' ἤδη κατανοεῖς, ἔφη, τὸν ἀοίδιμον καὶ περιμάχητον ἡμῶν βίον; ἔστι γὰρ τοιοῦτος, εἰ μὴ βούλοιτό τις ἑαυτὸν φενακίζειν· ἐπειδὴ περιέχει παμπληθεῖς μὲν χορηγίας, ἀπόλαυσιν δ' οὐδενὸς χρηστοῦ

A observantissimam licet ac suavissimam conjugem suspectam fuisse tradunt. Nam interioris cubiculi vestibulum, quo ipsi aditus ad sese foret, tabulato sterni jussit, ne quando furtim irreperet, sed illius adventus ipso subeuntis sonitu strepituqve proderetur. Eam deinde, non modo sine vestibus, sed omnibus etiam, quas a viris videri nefas est, partibus nudam intrare voluit. Præterea continens illud, quod viæ objacebat, regii liminis solum in rusticæ fossæ latitudinem altitudinemqve deprimi, ne quid molien- B dis clam insidiis comparatum latere posset, cum aut saltibus, aut longioribus trajiciendi moris facile detegeretur. Quot obsecro scatebat ille miseriis, qui adversus uxorem, cui præ cæteris omnibus fidem habere debuisset, tam multa compararet atqve moliretur? Iis utiqve persimilis erat, qvi naturas illas, quæ in cœlo versantur, clarius nosse cupientes, per abruptum præcipitemqve montem ingressi, ubi vix demum ad prominentem usque cervicem evaserunt, nec ultra progredi, ea, quæ superest, jugi altitudine fracti debilitatiqve, possunt, nec de- C scendere audent, dum ad tantæ subjectarum labium hiatuumq; vastitatis aspectum attoniti obstupescunt. Nam qui semel tyrannidem, perinde ac divinum aliquid, atqve omni contentione dignum affectasset, nec in ea se tuto hærere, nec se illi subducere secure posse statuebat: quippe si hæreret, confertas & inexplicabiles in sese quotidie calamitates confluere; sin aufugere conaretur, certissimum vitæ sibi periculum imminere, cum tot suum in caput, si minus corporibus, at animis certe quidem armatos D esse intelligeret. Atq; id ex ipsomet Dionysii facto satis superq; constat, quo ipsum ad eum refellendum, qui felicem tyrannorum vitam esse dictitabat, usum esse ferunt. Hominem cum ad lautum valde opiparumqve convivium invitasset, peracutam securim, quæ summis ejus cervicibus immineret, tenuissimo funiculo suspendi jussit. Quam ille ubi accubuisset, repente suspiciens, cum nec surgere præsente Tyranno auderet, nec cibi ullius svavitatem degustare præ nimio timore posset, vim tantam exquisitissimarum deliciarum aspernatus, supina cervice intentoq; vultu, momentis singulis interitum expectabat suum. Hic Dionysius sensum hominis animumq; pervidens. Jamne nosti, inquit, vitæ hujus nostræ tam splendidæ tamq; expetitæ conditionem? talis enim profecto illa est, nisi si quis fucum ipse sibi facere voluerit. Abundat opibus illa quidem, bono tamen penitus frui nullo potest:

Dionysii tyranni factum, deq; Tyrannorum vita sensus & oratio.

sed assiduis continuisque terroribus, inexA tricabilibus periculis, morbo denique agitatur, qui cancro tabeque omni dirior, perpetuum & insanabile importat exitium. At imperiti plerique ac stolidi, illustri nescio qua specie pompaque decepti, persimiles iis sunt, qui se a putidis meretriculis inescari patiuntur, quæ deformitatem corporis cultu, auro, multisque medicamentis obtegentes, dum nihil habent veræ pulchritudinis, adulterinam ac spuriam irretiendis spectatoribus moliuntur. Eadem homines nimium beati fortunæ laborant iniquitate, B cujus ipsi vim & magnitudinem, quam suopte sibi arbitrio sensuque finxerunt, premere taciti ac dissimulare non possunt. Sed (quemadmodum arcana pandere nonnulli solent, necessitate compulsi) voces illi quasdam emittunt longe verissimas, atque acerbitate calamitatis extortas: dum in suppliciorum partim præsentium, partim impendentium consortio vivunt, altilium pecudum simillimi, quæ ad sacrificium saginantur. Illis enim ad lanienam curæ plurimum ac solicitudinis impenditur, quo epulum ex sese lautius præbere possint. Quinetiam C pœnas a quibusdam sacrilegiorum suorum palam ac manifeste persolutas fuisse constat. Quorum & hoc loco seriem texere, quia inutilis operæ fuerit, exemplum unum duntaxat omnium instar proferre contentus ero. Igitur sacri Phocensis belli Scriptores memoriæ prodiderunt, cum lex sacrilegum aut dari præcipitem, aut in mare demergi, aut igne cremari juberet, tres illos, qui Delphicum templum spoliaverant, Philomelum, Onomarchum, & Phayllum, inter se tria illa suppliciorum genera divisisse. D Quippe unum enim illorum, cum per difficilem ac salebrosum montem incederet, disrupto saxo præcipitem actum, ejusq; mole obrutum periisse. Alterum, equo, cui tum insidebat, habenis excussis, in mare ipsum desiliente, inundantis æstus impetu abreptū, & imēnso gurgite una cum ipso quadrupede haustum fuisse. Phayllum deniq; aut fœda tabe consumptum esse, aut simul cum Abensi templo conflagrasse: duplex enim ejus de morte fama circumfertur. Enimvero, casu ista contigisse, nemo unqvam nisi contentiosissimus dixerit. Nam si unus aut alter, si diversis temporibus, si alia pœnarum genera subiissent, fortunæ mutabilitas & inconstantia prætexi fortasse posset. Nunc vero, cum & simul omnes, & sub idem tempus, nec aliis qvam lege sancitis affecti pœnis fuerint, utiq; fatendum est reos illos divino judicio peractos damnatosque periisse.

Lex in sacrilegos terri- [illegible] crilegorum pœna.

φόβους δ' ἐπαλλήλους, καὶ κινδύνους ἀνηκέστους, καὶ νόσον ἑρπηνώδους καὶ φθινώδους χαλεπωτέραν, ἀθεράπευτον ἀεὶ φέρουσιν ὄλεθρον. οἱ δὲ πολλοὶ τῶν ἀνεξετάστων ὑπὸ τῆς λαμπρᾶς φανερότητος ἀπατώμενοι, ταὐτὸν πεπόνθασι τοῖς ἀλισκομένοις ὑπὸ τῶν εἰδεχθῶν ἑταιριδίων, ἃ τὴν δυσμορφίαν ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ, καὶ ταῖς τῆς ὄψεως ἐπιχειρήσεσι φαρμακείαις ἐπισκιάζοντα, γνησίου κάλλους ἀπορίᾳ, νόθον ἐπ' ἐνέδρᾳ τῶν θεωμένων δημιουργεῖ. τοιαύτης γέμουσι βαρυδαιμονίας οἱ λίαν εὐτυχεῖς, ἧς τὰς ὑπερβολὰς αὐτοὶ δικάσαντες παρ' ἑαυτοῖς οὐ στέγουσιν. ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰ ἄρρητα ὑπ' ἀνάγκης ἐκλαλοῦντες, ἀφιᾶσι τὰς ἐκ πάθους ἀψευδεστάτας φωνάς, ἐπὶ συνουσίᾳ τιμωριῶν καὶ παρουσῶν καὶ προσδοκωμένων ζῶντες, καθάπερ τῶν θρεμμάτων τὰ πρὸς ἱερουργίαν πιαινόμενα. καὶ γὰρ ταῦτα τῆς πλείστης ἐπιμελείας ἐπὶ τῷ σφαγιασθῆναι τυγχάνει, διὰ πολυκρέων εὐωχίαν. εἰσὶ δ' οἳ καὶ περὶ χρημάτων ἀσεβῶν οὐκ ἀδήλους, ἀλλὰ φανερὰς ἔδοσαν δίκας, ὧν τὰ πλήθη καταλέγεσθαι, περιττὸς πόνος. ἀπόχρη δ' ἓν ἔργον παράδειγμα πάντων ἔσεσθαι. λέγεται τοίνυν ὑπὸ τῶν ἀναγεγραφότων τὸν ἱερὸν πόλεμον τὸν ἐν Φωκίδι, νόμου κειμένου, τὸν ἱερόσυλον κατακρημνίζεσθαι, ἢ καταποντοῦσθαι, ἢ καταπίμπρασθαι· τρεῖς συλήσαντας τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν, Φιλόμηλον καὶ Ονόμαρχον, καὶ Φάϋλλον, διανείμασθαι τὰς τιμωρίας. τὸν μὲν γὰρ διὰ λόφου τραχέως καὶ λιθώδους, ῥαγείσης πέτρας κατακρημνισθῆναί τε καὶ καταλευσθῆναι· τὸν δ', ἀφηνιάσαντος τοῦ κομίζοντος ἵππου, καὶ μέχρι θαλάσσης καταβάντος, ἐπιδραμόντος τοῦ πελάγους, εἰς ἀχανῆ βυθὸν αὐτῷ ζώῳ καταδῦναι· Φάϋλλον δὲ φθινάδι νόσῳ, διττὸς γὰρ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος, συντακῆναι, ἢ ἐν τῷ ἐν Ἄβαις ἱερῷ συνεμπρησθέντα ἀπολέσθαι. ταῦτα γὰρ φιλονεικότατον λέγειν ἀποβῆναι κατὰ τύχην. εἰ μὲν γάρ τινες, ἢ ἐν διαφέρουσι καιροῖς, ἢ ἑτέραις ἐκολάσθησαν τιμωρίαις, εἰκὸς ἦν τὸ ἄστατον τῆς τύχης προφασίζεσθαι· πάντων δ' ἀθρόως, καὶ ὑφ' ἕνα καιρόν, καὶ μὴ ἑτέραις τιμωρίαις, ἀλλὰ ταῖς περιεχομέναις ἐν τοῖς νόμοις κολασθέντων, εὔλογον φάσκειν, ὅτι Θεοῦ δικάσαντος ἑάλωσαν.

» εἰ δέ τινες τῶν ἀπολειφθέντων βιαίων, καὶ
» τοῖς πλήθεσιν ἐπαναστάντων, καὶ δουλωσα-
» μένων οὐ μόνον δήμους ἑτέρους, ἀλλὰ καὶ πα-
» τρίδας τὰς ἑαυτῶν, ἀτιμώρητοι διετέλεσαν,
» θαυμαστὸν οὐδέν. πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὁμοίως
» ἄνθρωπος δικάζει καὶ Θεός· διότι τὰ μὲν
» φανερὰ ἡμεῖς ἐρευνῶμεν, ὁ δὲ, ἄχρι μυ-
» χῶν ψυχῆς εἰσδυόμενος ἀψοφητὶ, καθάπερ
» ἐν ἡλίῳ, λαμπρὰν διάνοιαν αὐγάζει,
» ἀπαμπίσχων μὲν τὰ περίαπτα, οἷς ἐγκεκά-
» λυπται, γυμνὰ δὲ περιαθρῶν τὰ βουλή- B
» ματα, καὶ διαγινώσκων εὐθὺς τά τε παρά-
» σημα καὶ δόκιμα. μηδέποτ' οὖν τὸ οἰκεῖον
» δικαστήριον τοῦ θείου προκρίναντες, ἀψευδέ-
» στερον αὐτὸ καὶ εὐβουλότερον εἶναι φῶμεν. οὐ
» γὰρ ὅσιον. ἐν ᾧ μὲν γὰρ πολλὰ τὰ σφάλλοντα,
» ἀπατηλαὶ αἰσθήσεις, πάθη ἐπίβουλα, κα-
» κιῶν ὁ βαρύτατος ἐπιτειχισμός· ἐν ᾧ δὲ,
» οὐδὲν μὲν τῶν εἰς ἐξαπάτην, δικαιότης δὲ
» καὶ ἀλήθεια, αἷς ἕκαστον βραβευόμενον
» ἐπαινετῶς ἐξορθοῦσθαι πέφυκεν. ἔπειτ', ὦ
» γενναῖε, μὴ νομίσῃς ἀλυσιτελὲς ἐπίκαιρον
» εἶναι τυραννίδα. οὐδὲ γὰρ ἡ κόλασις ἀλυσι-
» τελὲς, ἀλλὰ τιμωρίας διδόναι, τοῖς ἀγαθοῖς
» ἢ ὠφελιμώτερον, ἢ οὐκ ἀποδέον. οὗ χάριν,
» ἐν ἅπασι μὲν τοῖς ὀρθῶς γραφεῖσι παρείλη-
» πται νόμοις· οἱ δὲ γράψαντες, ὑπὸ πάν-
» των ἐπαινοῦνται. ὅπερ γὰρ ἐν δήμῳ τύραν-
» νος, τοῦτ' ἐν νόμῳ κόλασις. ἐπειδὰν οὖν ἔν-
» δεια μὲν καὶ σπάνις δεινὴ καταλάβῃ τὰς πό-
» λεις ἀρετῆς, ἀφθονία δ' ἀφροσύνης ἐπι-
» πολάσῃ, τηνικαῦτα ὁ Θεὸς, ὥσπερ ῥεῦ- D
» μα χειμάρρου, τὴν φορὰν τῆς κακίας ἀπο-
» χετεῦσαι γλιχόμενος, ἵνα καθαίρῃ τὸ γένος
» ἡμῶν, ἰσχὺν καὶ κράτος δίδωσι τοῖς τὰς φύ-
» σεις ἀρχικοῖς. ὠμῆς γὰρ δίχα ψυχῆς οὐ κα-
» θαίρεται κακία. καὶ ὃν τρόπον αἱ πόλεις
» ἐπ' ἀνδροφόνοις, καὶ προδόταις, καὶ θεοσύ-
» λοις δημίους ἀνατρέφουσιν, οὐ τὴν γνώμην ἀ-
» ποδεχόμεναι τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς ὑ-
» πηρεσίας χρήσιμον ἐξετάζουσαι· τὸν αὐτὸν
» τρόπον, καὶ ὁ τῆς μεγαλοπόλεως τοῦδε τοῦ
» κόσμου Κηδεμὼν, οἷα δημίους κοινοὺς ἐφί-
» στησι τοὺς τυράννους ταῖς πόλεσιν, ἐν αἷς
» ἂν αἴσθηται βίαν, ἀδικίαν, ἀσέβειαν, τὰ
» ἄλλα κακὰ πλημμυροῦντα, ὅπως ἤδη πο-
» τὲ στάντα λωφήσῃ. τηνικαῦτα καὶ τοὺς αἰ-
» τίους, ὡς ἐκ δυσκαθάρτου καὶ ἀνηλεοῦς ψυχῆς

A Quod si ex tyrannis reliqvis, nonnulli cum multitudinem oppressissent, nec alios tantum populos, sed patriam quoqve suam in servitutem redegissent, nullas tamen pœnas subiere, nihil profecto mirum. Primum »
enim, longe aliud hominis est, aliud DEI »
judicium: cum obvia solum ac manifesta »
quæque rimari & explorare soleamus, Deus »
autem in intimas usqve animorum latebras »
atque recessus absqve ullo strepitu subiens »
ac penetrans, mentem ipsam perinde ut in »
Sole conspicuam illustremque pervideat, »
B ac subductis, quibus tegebatur, involucris »
omnibus, consilia sensusq; nudos contem- »
pletur, & quicquid fucatum adulterinumq; »
fuerit a probo legitimoqve secernat. Caveamus ergo, ne judicium ipsi nostrum, divino illi, tanqvam verius ac sapientius anteferre unqvam velimus. Nefas enim id prorsus. In nostro quippe fraudis multi sunt errorisque fontes, sensuum fallaciæ, perturbationum insidiæ, objectæ scelerum moles gravissimæ. In divino autem, quod decipiat, omnino nihil: æquitas contra veritasq; regnant, quibus expensa constitutaq; singula,
C laudabiliter solent feliciterqve succedere. Deinde vero, cave sis, mi homo, inutilem, in tempus saltem aliquod, tyrannidem arbitrere: neqve enim punitio supervacaneum quiddam est, sed potius expeti exigiq; pœnas, aut viris etiam probis utilius est, aut ab iis certe non alienum. Itaqve cum id optimis quibusq; legibus comprehensum esse, tum ipsos quoq; illarum auctores ab omnibus laudari videmus. Enimvero quod tyrannus in populo, hoc ipsum in lege punitio est. Ubi ergo ingens quædam urbes virtu-
D tis penuria solitudoq; pervadit, ubi existit, passim abundatq; vecordia: tum Deus hanc improbitatis colluviem, non secus ac cursum aliqvem impetumq; torrentis, derivare cupiens, omnem ut generi nostro labem eximat, homines natura sua imperiosos vi ac potestate armat. Nec enim purgari scel[us] nisi ab animo acerbiore potest. Et qvemadmodum Respub. adversus homicidas, proditores, & sacrilegos, carnifices alunt, non quod eam vitæ rationem institutumqve laudent, sed qvod utilem eorum operam esse intelligant. Ita summus ille magnæ mundi hujus Reip. Moderator, tyrannos iis nonnunqvam civitatibus, perinde ac tortores publicos præficit, qvas vi, injuriis, impietate, ac cæteris criminibus redundare intelligat, ut compressa mali contagio tandem aliquando sopiatur. Tum enimvero illos ipsos pœnarum auctores, quod in iis infligendis improbitatem ipsi suam, & propriam animi

Cur tyranni plerumque nullam per- dia pœnam [illegible]

» crudelitatem sequuti fuerint, præ cæteris omnibus tanquam sceleris ac neqvitiæ principes severe graviterqve punit. Qvemadmodum enim vis ignis ejusmodi est, quæ objectam depasta materiam, sese tandem ipsa conficiat atqve consumat. Ita qvi sibi auctoritatem in populos imperiumq; sumpsere, ii spoliatis, & hominibus exhaustis civitatibus, pœnas ipsi deniqve luentes universorum, digno insuper tolluntur exitio. Quid mirum autem, si hominum improbitatem in urbibus passim, regionibus, populisqve grassantem, Tyrannorum manu Deus exterminet; cum ipsemet nulla cujusquam usus opera, id ipsum per sese nonnunqvam efficiat, famem, pestilentiam, terræ motus, ac cæteras id genus calamitates cœlitus immittendo, quibus vis hominum ingens quotidie tollitur, parsq; magna terrarum, dum virtuti consultum esse vult, incolis exhauritur? Verum, satis opinor, qvantum saltem postulabat hic locus, improbum neminem vere beatum esse ostendimus: qvo potissimum argumenti genere Providentiam esse conficitur. Si tamen necdum omnino facta tibi fides est, age quicquid adhuc hæret scrupuli, fidenter eloqvere: ambo enim conjuncta opera studioqve facilius, utra ex parte stet veritas, cognoscemus. Tum aliquot interjectis. Vim, inqvit, illam impetumqve ventorum & imbrium, non jam in Nautarum, ut putabas, Agricolarumqve perniciem, sed in generis hominum universi utilitatem ac fructum Deus excitare solet. Aquis enim terras, ventis totam illam, quæ infra Lunã est, regionem purgat: utroqve vero animantes ac plantas alit, auget, ac perficit. Quod autem, qvi alieno tempore, sive navigant, sive terram colunt, aliquid inde nonnunqvam detrimenti capiant, mirum nihil: pars enim hominum perexigua sunt, cura vero ac providentia generis est universi. Qvemadmodum igitur Athletis inungendis utilis olei copia in Gymnasio est, cum tamen exigentibus aliqvando Reipub. temporib⁹, certaminis soleñe temp⁹ Gymnasii Moderator imutet, qvo fit, ut serius Athletæ nonnulli conveniant. Sic Deus, mundum hunc totum, perinde ut civitatem aliquam gubernans, æstates interdum hyemi persimiles, veriq; geminas hyemes universi commodo invehere consvevit, tametsi nautis colonisve quibusdam infestior ea tempestatum inæqvalitas sit futura. Nam mutuas illas quidem Elementorum mutationes, ex quibus mundus iste coaluit, etiamq; consistit ac viget, quod summam earum necessitatem pervideat, nunqvam fieri prohibet.

Tyrannorum ignis.

Ventorum & imbrium utilitas.

Athletarũ in Gymnasio inungendorum oleũ utilissimum est.

A ὑπηρετήσαντας, ἐφ᾽ ἅπασιν, ὥσπερ τινὰς κορυφαίους ἀξιοῖ μετέρχεσθαι. καθάπερ γὰρ ἡ τοῦ πυρὸς δύναμις, ὅταν παραβληθεῖσαν ὕλην ἀναλώσῃ, τελευταῖον αὐτὴν ἐπινέμεται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ ἐπὶ τοῖς πλήθεσι δυναστείας εἰληφότες, ὅταν δαπανήσαντες τὰς πόλεις, κενὰς ἀνδρῶν ἐργάσωνται, τὰς ὑπὲρ ἁπάντων τίνοντες δίκας ἐπιδιαφθείρονται. καὶ τί θαυμάζομεν εἰ διὰ τυράννων ὁ Θεὸς κακίαν ἀναχυθεῖσαν ἐν πόλεσι, καὶ χώραις, καὶ ἔθνεσιν ἀποδιοπομπεῖται; πολλάκις γὰρ μὴ χρώμενος ὑπηρέταις ἄλλοις, αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ τοῦτ᾽ ἐργάζεται, λιμὸν ἐπάγων, ἢ λοιμὸν, ἢ σεισμὸν, καὶ ὅσα ἄλλα θήλατα, οἷς ὅμιλοι μεγάλοι καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀπολλυνται, καὶ πολλὴ μοῖρα τῆς οἰκουμένης ἐρημοῦται, διὰ προμήθειαν ἀρετῆς. ἱκανῶς μὲν οὖν ὥς γε τὰ παρόντα, περὶ τοῦ μή τινα τῶν φαύλων εὐδαιμονεῖν, ὡς οἶμαι, λέλεκται· δι᾽ ὧν μάλιστα παρίσταται τὸ εἶναι πρόνοιαν. εἰ δὲ μηδέ πω πέπεισαι, τὸ ἔθ᾽ ὑποικουροῦντα ἐνδοιασμὸν εἰπὲ θαρρῶν· ἀμφότεροι γὰρ ᾗ τἀληθὲς ἔχει συνδιαπονήσαντες εἰσόμεθα. καὶ μεθ᾽ ἕτερα πάλιν φησίν. Ἀνέμων καὶ ὑετῶν φορὰς οὐκ ἐπὶ λύμῃ τῶν πλεόντων, ὡς ἐνόμιζες, ἢ γεωργούντων, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τοῦ παντὸς ἡμῶν γένους ὁ Θεὸς ἐργάζεται. ὕδασι μὲν γὰρ τὴν γῆν καθαίρει, τὴν δ᾽ ὑπὸ Σελήνην ἅπαντα χῶρον πνεύμασιν· ἀμφοτέροις δὲ ζῶα καὶ φυτὰ τρέφει, καὶ αὔξει, καὶ τελειοῖ. εἰ δὲ τοὺς μὴ ἐν καιρῷ πλεύσαντας ἢ γεωπόνους ἔστιν ὅτε βλάπτει, θαυμαστὸν οὐδέν. βραχὺ γὰρ ἔτι μέρος, ἡ δ᾽ ἐπιμέλεια τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους. ὥσπερ οὖν τὸ ἐν τῷ Γυμνασίῳ ἄλειμμα τίθεται μὲν ἐπ᾽ ὠφελείᾳ, πολλάκις δ᾽ ὁ Γυμνασίαρχος ἕνεκα πολιτικῶν χρειῶν, ὥρας τῆς ἐν ἔθει μετέθηκε τὴν τάξιν, δι᾽ ἧς ὑστέρησαν ἔνιοι τῶν ἀλειφομένων. οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, οἷα πόλεως, τοῦ παντὸς ἐπιμελούμενος κόσμου, θέρη χειμάζοντα, καὶ χειμῶνας ἐαρίζοντας εἴωθε ποιεῖν ἐπὶ τῇ τοῦ παντὸς ὠφελείᾳ, κἂν εἰ ναύκληροί τινες ἢ γῆς ἐργάται μέλλοιεν ταῖς τούτων ἀνωμαλίαις ζημιοῦσθαι. τὰς οὖν τῶν στοιχείων εἰς ἄλληλα μεταβολὰς, ἐξ ὧν ὁ κόσμος ἐπάγη καὶ συνέστηκεν, εἰδὼς ἀναγκαιότατον ἔργον, ἀκωλύτους παρέχεται

» πάχναι δὲ καὶ χιόνες, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, A
» ἀέρος ἐπακολουθεῖ καταψύξει· καὶ πάλιν περι-
» αράξει καὶ παρατρίψει νεφῶν, ἀστραπαί τε
» καὶ βρονταί. ὧν οὐδὲν ἴσως κατὰ πρόνοιαν,
» ἀλλ' ὑετοὶ καὶ πνεύματα, ζωῆς καὶ τροφῆς καὶ
» αὐξήσεως τοῖς περὶ γῆν αἴτια, ὧν ταῦτα ἐπα-
» κολουθήματα. οἷα, Γυμνασιάρχου φιλο-
» τιμίας πολλάκις ἀνειμένας ποιουμένου δα-
» πάνας, ἀνθ' ὕδατος ἐλαίῳ καταιονώμενοί τι-
» νες τῶν ἀπειροκάλων, εἰς τοὔδαφος ῥανίδας
» ἀποστάζουσιν· ὁ δ' ὀλισθηρότατος αὐτίκα γί- B
» νεται πηλός. ἀλλ' οὐκ ἄν τις εὖ φρονῶν εἴποι,
» τὸν πηλὸν καὶ τὸν ὄλισθον προμηθείᾳ τοῦ Γυ-
» μνασιάρχου γεγονέναι, παρηκολουθηκέναι δὲ
» ἄλλως τῇ ἀφθονίᾳ τῶν χορηγιῶν ταῦτα. Ἶρις
» δὲ καὶ ἅλως, καὶ ὅσα ὁμοιότροπα, πάλιν ἐστὶν
» αὐγῶν ἐγκιρναμένων τοῖς νέφεσιν ἐπακολουθή-
» ματα, οὐκ ἔργα φύσεως προηγούμενα, φυσι-
» κοῖς δ' ἐπισυμβαίνοντα ἔργοις· οὐ μὴν ἀλλὰ
» παρέχει τινὰ καὶ ταῦτα χρείαν ἀναγκαίαν τοῖς
» φρονιμωτέροις· νηνεμίας γὰρ καὶ πνεύματα, C
» εὐδίας τε καὶ χειμῶνας ἀπὸ τούτων τεκμαι-
» ρόμενοι προλέγουσι. Τὰς κατὰ πόλιν στοὰς
» οὐχ ὁρᾷς; τούτων αἱ πλείους πρὸς μεσημ-
» βρίαν νενεύκασιν, ὑπὲρ τοῦ τοὺς ἐμπεριπα-
» τοῦντας χειμῶνος μὲν ἀλεαίνεσθαι, θέρους δὲ
» καταπνεῖσθαι. παρακολουθεῖ δέ τι καὶ ἕτερον,
» ὃ μὴ τῇ γνώμῃ τοῦ κατεσκευακότος ἐπιγίνε-
» ται. τί δὲ τοῦτ' ἐστιν; αἱ ἀπὸ τῶν ποδῶν ἐκ-
Pag. 133. » πίπτουσαι σκιαὶ, τῇ ἡμετέρᾳ πείρᾳ διασημαί-
» νουσι τὰς ὥρας. καὶ μὲν δὴ τὸ πῦρ, φύ- D
» σεως ἀναγκαιότατον ἔργον· ἐπακολούθημα
» δὲ τούτου, καπνός· ἀλλ' ὅμως παρέχεταί τινα
» ὠφέλειαν, ἔστιν ὅτε, καὶ αὐτός. ἐν γοῦν ταῖς με-
» σημβριναῖς πυρσείαις, ἡνίκα τὸ πῦρ ὑπὸ τῶν
» ἡλιακῶν καταλαμπόμενον αὐγῶν ἐξαμαυ-
» ροῦται, καπνῷ μηνύεται πολεμίων ἔ-
» φοδος. οἷος γ' οὖν ἐπὶ τῆς Ἴριδος, τοιοῦ-
» τος καὶ ἐπὶ τῶν ἐκλείψεων ὁ λόγος· θείαις
» γὰρ φύσεσιν Ἡλίου καὶ Σελήνης ἐπακολου-
» θοῦσιν ἐκλείψεις· αἱ δὲ μηνύματά εἰσιν,
» ἢ βασιλέων τελευτῆς, ἢ πόλεων φθορᾶς·
» ὃ καὶ Πίνδαρος ᾐνίξατο γινομένης ἐκ-
» λείψεως, διὰ τῶν πρόσθεν εἰρημένων. ὁ
» δὲ δὴ τοῦ γάλακτος κύκλος, τῆς μὲν αὐτῆς
» οὐσίας τοῖς ἄλλοις ἄστροις μετέσχηκε, δυσαι-
» τιολόγητος δ' εἰ καί ἐστι, μὴ ἀποκνεί-
» τωσαν οἱ τὰ φύσεως ἐρευνᾶν εἰωθότες.

A At vero pruinæ, nives, atqve id genus reli- »
qua, cœli refrigerationem, qvemadmodum »
& nubium collisionem attritumqve fulgu- »
ra atqve tonitrua conseqvuntur. Quorum
adeo, Providentiæ consilio existit fortasse
nihil; sed pluviæ solum atque venti; qui-
bus ea, quæ terræ sinu continentur, vivunt,
aluntur, & crescunt; quibusqve a tegres-
sis cætera illa vulgo subseqvuntur. Ut
enimvero, si qui forte minus elegantes ac
politi, cum Gymnasii Moderator volupta-
rios, ut sæpe accidit, magnificentiæ studio, »
B sumptus fecerit, ungventis pro aqua per- »
fusi, labentibus guttis subjectum solum ir- »
rigarint, unde lutum admodum lubricum »
oriatur: nemo quidem, si sapiat modo, Gy- »
mnasiarchæ consilio lutum istud lubricum- »
ve contigisse dixerit, sed utrumq; casu quo- »
dam ex tanta ungventorum copia conse- »
quutum fuisse. Iris similiter, Corona, & cæ- »
tera id genus, ex radiis sese medias in nubes »
immiscentibus conseqvuntur, eoq; non prin- »
cipalia quædam naturæ opera sunt, sed poti- »
us ad res naturales accedunt. Qvanqvam & »
C solertioribus ipsa quoq;, necessario cuidam »
usui esse solent, qui ex illorum aspectu, aut »
sudum fore serenumq; cœlum, aut ventos ac »
tempestates iminere præsentiunt, atq; præ- »
nunciant. Num tu porticus illas tota urbe »
vides? spectant pleræq; omnes meridiem,
ut inambulantes hyeme quidem incale-
scant, æstate vero, aura vehementiore per- »
flentur. Cæterum aliud quiddam eo ex situ »
consequitur, quod omnino præter ejus, qui »
porticum molitus est, animum mentemqve »
contingit. Quid tandem illud? qvod pro- »
jectæ pedibus umbræ, horas nobis quotidia- »
D na quadam experientia denotent. Sic ignis »
opus est naturæ pernecessarium; fumus au- »
tem, ut ejus quædam quasi accessio sit, habet »
tamen interdum commoditatis aliquid ipse »
quoque: cum enim faces interdiu tollun- »
tur e speculis, Solisqve radii splendorem »
ignis extingunt, fumo saltem indidem pro- »
rumpente hostium adventus indicatur. »
Porro quod de Iride statuimus, idem etiam »
de Solis ac Lunæ defectionibus sentien- »
dum est. Quæ quidem ita divinioribus »
utriusqve Astri naturis accidunt, ut simul »
imminentem aut Regibus interitum, aut »
civitatibus pestem denuncient. Id quod »
etiam Pindarus, cum similis defectio conti- »
gisset, laudatis supra carminibus indicavit. »
Lacteus item Circulus, cum ejusdem pla- »
ne, cujus astra cætera naturæ sit, ut causas »
habeat explicatu difficiles, absit tamen ut »
animum hoc in genere despondeant, qui »
rerum naturalium rationes indagare solent. »

Caute loquendo frequentia, de operum naturæ primariorum ac secundariorum, ut vocant, disjectione.

Porticus adversa austro.

Cum enim causam ejusmodi aliquam invenisse utilissimum est, tum vel eam investigare, hominibus sciendi cupidis, per sese jucundissimum. Qvemadmodum igitur Sol atqve Luna, sic etiam quicquid in Cœlo est, ut a rimandis singulorum naturis ac viribus, assequendi desperatione, abstinendum statuamus, divina Providentia perfectum est. At vero terræ motus, pestilentiæ, fulminum casus, aliaqve id genus, immitti divinitus illa quidem, sed minus vere, dicuntur; nullius enim omnino mali causa Deus est; sed ex Elementorum mutationibus ita gignuntur, ut præcipua quædam ac primaria naturæ opera non sint, verum ex necessariis atqve primariis tantummodo consеqvantur. Quod si, eorum etiam nonnulli, qui probi videbantur, iis interdum calamitatibus & exitiis involvantur, causæ tamen nihil est, quamobrem divinæ gubernationis ratio accusetur. Primum enim, probi continuo re ipsa non sunt, quotquot esse arbitramur, cum humanæ cogitationes atqve consilia divinorum judiciorum certitudine longe multumq; superentur. Deinde vis illa Providentiæ res mundi partesq; præcipuas maxime spectare ac moderari solet, qvemadmodum in regnis ipsis ac militaribus imperiis fieri videmus, ut civitatum & exercituum integrorum, non abjecti cujuslibet obscuriq; capitis salutem Regum & Imperatorum cura complectatur. Addunt quoq; hoc loco nonnulli, sicut in tyrannorum cædibus, propinqvi etiam atq; cognati legum auctoritate tolluntur, ut cæteri a similibus injuriis atq; sceleribus supplicii magnitudine revocentur: sic morborum exitialium contagione innocentes aliquot perire, ut relıqui tanto ante his exemplis eruditi moderari sese ac continere discant: ut illud omittam, quandam iis, qui morbido cœlo involvantur, contrahendi morbi, non secus atqve illis, qui navi tempestatibus jactata vehuntur, subeundi æqualiter periculi necessitatem imponi. Jam feroces illæ valentesqve bestiæ, (nec enim prætereundum illud est, tametsi nostram hanc, qua tu in dicendo facultate es, defensionem occupando traduxeris,) hominibus ad bellica certamina exercendis procreatæ sunt. Assidua enim & gymnicorum ludorum & venationem exercitatio, majorem in modum corporis firmitatem ac robur auget, quodq; corpore longe potius est, animum ipsum ad repentinas hostium incursiones invicti pectoris constantia deridendas consvefacit. Nam qui mitioris ingenii sunt, ii cum urbium mœnibus, tum etiam domesticis inclusi septiqve foribus secure degere possunt, maximis cicurum animantium gregibus ad quotidianum

A ὠφελιμώτατον γὰρ ἡ εὕρεσις, ἥδιστον δὲ καὶ καθ' αὑτὸ τοῖς φιλομαθέσιν ἡ ζήτησις. ὥσπερ οὖν Ἥλιος καὶ Σελήνη προνοίᾳ γεγόνασιν, οὕτω καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ πάντα, κἂν ἡμεῖς τὰς ἑκάστων φύσεις τε καὶ δυνάμεις ἰχνηλατεῖν ἀδυνατοῦντες, ἡσυχάζωμεν. σεισμοί τε καὶ λοιμοὶ, καὶ κεραυνῶν βολαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, λέγεται μὲν εἶναι θεήλατα· πρὸς δ' ἀλήθειαν οὐκ ἔστι· Θεὸς γὰρ οὐδενὸς αἴτιος κακοῦ παράπαν, ἀλλ' αἱ τῶν στοιχείων μεταβολαὶ ταῦτα γεννῶσιν, B οὐ προηγούμενα ἔργα φύσεως, ἀλλ' ἑπόμενα τοῖς ἀναγκαίοις, καὶ τοῖς προηγουμένοις ἐπακολουθοῦντα. εἰ δέ τινες τῶν χαριεστέρων συναπολαύουσι τῆς ἀπὸ τούτων βλάβης, οὐκ αἰτιατέον τὴν διοίκησιν. πρῶτον μὲν γὰρ, οὐκ εἴ τινες ἀγαθοὶ παρ' ἡμῖν νομίζονται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν εἰσὶν, ἐπειδὴ τὰ Θεοῦ κριτήρια τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν πάντων ἀκριβέστερα. δεύτερον δὲ, τὸ προμηθὲς ἐπὶ τὰ τῶν ἐν C κόσμῳ συνεκτικώτατα ἐφορᾷν ἀγαπᾷ· καθάπερ ἐν ταῖς βασιλείαις καὶ στραταρχίαις, ἐπὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ στρατόπεδα, οὐκ ἐπί τινα τῶν ἠμελημένων, καὶ ἀφανῶν ἕνα τὸν προστυχόντα. λέγουσι δέ τινες, καθάπερ ἐν ταῖς τυραννοκτονίαις καὶ τοὺς συγγενεῖς ἀναιρεῖσθαι νόμιμόν ἐστι, ὑπὲρ τοῦ μεγέθει τῆς τιμωρίας ἐπισχεθῆναι τὰ ἀδικήματα· τὸν αὐτὸν τρόπον κἂν ταῖς λοιμώδεσιν νόσοις, παραπόλλυσθαί τινας τῶν μὴ ὑπαιτίων, ἵνα πόῤῥωθεν οἱ ἄλλοι σωφρονίζωνται· δίχα τοῦ, D ἀναγκαῖον εἶναι τοὺς ἐμφερομένους ἀέρι νοσώδει, νοσεῖν· ὥσπερ καὶ τοὺς ἐν νηῒ χειμαζομένους, κινδυνεύειν ἐξίσου. τὰ δ' ἄλκιμα τῶν θηρίων γέγονεν, οὐ γὰρ ἀποσιωπητέον, (ὡς ἂν εἰ καὶ τοῦ δεινῶς εἰπεῖν οἰομένου V. Not. προλαβὼν τὴν ἀπολογίαν διέστρεψας,) ἀσκήσεως ἕνεκα τῆς πρὸς τοὺς πολεμικοὺς ἀγῶνας. τὰ γὰρ γυμνάσια καὶ αἱ συνεχεῖς θῆραι, συγκροτοῦσι καὶ νευροῦσιν εὖ μάλα τὰ σώματα, καὶ πρὸ τῶν σωμάτων τὰς ψυχὰς ἐθίζουσιν ἐχθρῶν ἐξαπιναίας ἐφόδους τῷ καρτερῷ τῆς ῥώμης ἀλογεῖν. τοῖς δὲ τὰς φύσεις εἰρηνικοῖς, ἔξεστιν οὐ μόνον τειχῶν ἐντὸς, ἀλλὰ καὶ κλεισιάδων θαλαμευομένοις, ἀποζῆν ἀνεπιβουλεύτως, ἔχουσιν εἰς ἀπόλαυσιν ἀ-

φθονωτάτας

φιλονεικίας, ἡμέρων ἀγέλας. ἐπειδὴ σῦς, καὶ λέοντες, καὶ ὅσα τε ὁμοιότροπα, ἑκούσια φυσ(ει) χρώμενα, μακρὰν ἄστεος ἀπελήλαται, τὸ μηδὲν παθεῖν ἀγαπῶντα τῆς ἀνθρώπων ἐπιβουλῆς. εἰ δέ τινες ὑπὸ ῥαθυμίας ἄοπλοι καὶ ἀπαράσκευοι, ταῖς καταδύσεσι τῶν θηρίων ἀδεῶς ἐνδιαιτῶνται, τῶν συμβαινόντων ἑαυτούς, ἀλλὰ μὴ τὴν φύσιν αἰτιάσθωσαν, διότι φυλάξασθαι παρὸν, ὠλιγώρησαν. ἤδη γοῦν καὶ ἐν ἱπποδρομίαις εἶδόν τινας εἴξαντας ἀλογιστίᾳ, οἳ, δέον ἐγκαθέζεσθαι, καὶ σὺν κόσμῳ θεωρεῖν, B ἐν μέσῳ στάντες, ὑπὸ τῆς ῥύμης τῶν τεθείππων ἀνωσθέντες, ποσὶ καὶ τροχοῖς κατηλοήθησαν, ἀνοίας τἀπίχειρα εὑράμενοι. περὶ μὲν οὖν τούτων ἀπόχρη τὰ λεχθέντα. τῶν δ' ἑρπετῶν τὰ ἰοβόλα γέγονεν οὐ κατὰ πρόνοιαν, ἀλλὰ κατ' ἐπακολούθησιν, ὡς καὶ πρότερον εἶπον. ζωογονεῖται γὰρ, ὅταν ἡ ἐνυπάρχουσα ἰκμὰς μεταβάλλῃ πρὸς τὸ θερμότερον. ἔνια δὲ καὶ σῆψις ἐψύχωσεν, ὡς ἕλμινθας μὲν, ἡ περὶ τροφὴν· φθεῖρας δ', ἡ ἀπὸ τῶν ἱδρώτων. ὅσα C δ' ἐξ οἰκείας ὕλης, κατὰ φύσιν σπερματικὴν καὶ προηγουμένην, ἔχει γένεσιν, εἰκότως ἐπιγέγραπται πρόνοιαν. ἤκουσα δὲ καὶ περὶ ἐκείνων διττοὺς λόγους, ὡς ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ ἀνθρώπου γεγονότων, οὓς οὐκ ἂν ἐπικρυψαίμην. ἦν δ' ὁ μὲν ἕτερος, τοιόσδε· πρὸς πολλὰ τῶν ἰατρῶν ἔφασάν τινες τὰ ἰοβόλα συνεργεῖν, καὶ τοὺς μετιόντας τὴν τέχνην, εἰς ἃ δεῖ καταχρωμένους αὐτοῖς ἐπιστημόνως, ἀλεξιφαρμάκων εὐπορεῖν, D ἐπὶ τῇ τῶν μάλιστα ἐπισφαλῶς ἐχόντων ἀπροσδοκήτῳ σωτηρίᾳ. καὶ μέχρι νῦν ἔστιν ἰδεῖν, τοὺς μὴ ῥαθύμως καὶ ἀμελῶς ἰατρεύειν ἐπικεχειρηκότας, ἐν ταῖς συνθέσεσι τῶν φαρμάκων καταχρωμένους ἑκάστοις οὐ παρέργως. ὁ δ' ἕτερος λόγος οὐκ ἰατρικὸς, ἀλλὰ φιλόσοφος ἦν, ὡς ἔοικε. τῷ γὰρ Θεῷ ταῦτ' ἔφασκεν ηὐτρεπίσθαι κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων κολαστήρια, ὡς Στρατηγοῖς καὶ Ἡγεμόσι βοστρύχους ἢ σίδηρον οὐ χεῖρον, ἠρεμοῦντα τὸν ἄλλον χρόνον, ἀνερεθίζεσθαι πρὸς ἀλκὴν ἐπὶ τοῖς κατακριθεῖσιν, ὧν ἡ φύσις ἐν τῷ ἀδωροδοκήτῳ δικαστηρίῳ ἑαυτῆς κατέγνω θάνατον. τὸ δ' ἐν ταῖς οἰκίαις πεφωλευκέναι μᾶλλον, ἔστι μὲν ψεῦδος

A usum abundantes. Quippe, sues enim, leones, ac generis ejusdem cæteras, quæ naturæ suæ libertatem retinent, ne hominum insidiis gravius aliquid subeant, procul ab urbibus summotas videmus. Quarum lustris si qui forte negligentius armis præsidioq; nudi sese commiserint, quicquid deinde pati contigerit, sese illi potius quam naturam accusent, qui quod periculũ effugere potuissent, incuria neglexerint. Prorsus ut in Equestri certamine nonnullos aliqvando vidi, qvi temeritate præcipites, cum sedendum & qviete spectandum esset, in medio consisterent & B impetu quadrigarum impulsi, eqvorum ungulis, rotisq; curruum obtererentur, dignas stultitiæ pœnas luentes. Ac de his quidem hactenus. Nam ex repentium qvidem animantium genere, qui veneno feriunt, ii non Providentiæ consilio, sed casu quodam ex rebus aliis, uti jam dictum est, conseqvente nascuntur. Tum enim animari solent, cum innatus humor vehementius incaluit. Sunt etiam nonnulli, qui ex ipsa corruptione vitam hauriunt, ut lumbrici, qvi ex alimenti, pediculi, qvi ex sudoris vitio oriuntur. Qvos vero C propria ex materia infusoq; semine, principaliter ac proprie natura producit, ii Providentiæ suo jure tribuuntur. Qvanqvam de prioribus etiam illis, qvasi ad hominis utilitatem procreentur ipsi qvoq;, duo me qvædã audire memini, qvæ hoc loco dissimulare nõ placet. Alterum est, a Medicis qvibusdam commemorari solitum: In pluribus venenatos serpentes usui esse, ac peritis hujus artis, si modo illis, ubi opus erit, scienter abutentur, vim præsentium amuletorum maximã suppetere, quibus præter hominum opinio- D nem, integra periculosissime laborantibus valetudo salusq; reddatur. Itaq; videas etiamnum eos, qvi medicinam haud oscitanter ac perfunctorie tractãt, conficiendis qvotidie remediis, ex qvolibet genere aliqvid, nec obiter id qvidem, admiscere. Alterum ex Philosophorum potius, qvam ex Medicorum fontibus haustum videbatur. Ea siqvidem comparata divinitus adversum improbos pœnarum instrumenta esse statuebat, qvemadmodum a Ducibus & Imperatoribus flagella nonnunqvam asperiora, ferrũq; ipsum adhiberi solet. Itaq; cum alias qviescere ac mitius agere consveverint, tum novis quasi viribus adversus damnatos stimulantur, in qvos Natura ipsa in illo suo integerrimo castissimoq; foro, capitalem sententiam tulerit. Nam in ædib⁹ nostris ut plurimum hoc animantiũ gen⁹ delitescere, falsum omnino est:

„ cum illud extra urbes, in campis, ac solitudinibus, quod hominem utiq; tanquam dominum fugiat, vulgo degere videamus. Quod tamen dum secus interdum contingit, ne tum quidem sua ratione caret, cum in locis quibusdam profundioribus ingens copia stercoris ac sordium aggeratur, quibus sese immergunt illæ cupidiꝰ, præterquam quod ipse quoq; nidor propriam illiciendi vim habet. Jam hirundines nobiscum versari mirum profecto nihil, cum ab iis insequendis abstineamus, salutisq; tuendæ cupiditas, non tantum in ratione præditis animantibus, sed B etiam in ea carentibus insita sit atq; defixa. At quibus uti homines vesciq; possunt, earum vero nobiscum nulla degit, quod ab insidiis sibi nostris metuant: nisi sicubi lege prohibitus earum usus fuerit. Urbs quædam est Syriæ maritima: (Ascalonem vocant) ubi cum aliquando versarer, quo tempore patrium in templum precationis & sacrificii causa proficiscebar, vim columbarum infinitam cum in triviis passim, tum in singulis etiam ædibus videbam. Causam quærenti mihi, eas capere nefas esse responderunt, C quod jam olim civibus earum usu interdictū esset. Usq; adeo genus hoc animantis securitate cicuratur, ut non tantum sub eodem tecto, sed etiam in eadem mensa assiduum sit, concessaq; pace ad delicias abutatur. Est tamen in Ægypto, quod vehementius admirere. Nam Crocodilus ille hominum devorator, ac bestiarum immanissimus, quod in sanctissimo Nili flumine nascatur alaturque, sensum aliquem, ut fere sub aquis delitescat, præsentis comoditatis habet. A quibus enim ipse colitur, apud eos multus esse solet; quos autem infestos pateretur, apud illos ne per D somnium quidem videtur. Ergo qui Nilum navigant, interdum, ut audacissimi fuerint, ac turmatim eo confluant, in aquam ne summum quidem immittere digitum audeant: interdum, homines etiam timidissimi ultro prosiliunt natantq; ludibundi. Cyclopum in tractu, (genus enim id hominum fabulæ comentum ac fœtus quidam est) quod nulla ibi sementis, agricolæ nulli, mitiorum frugū nascitur omnino nihil, ut neq; ex nihilo quicquam gigni potest. Græcia vero accusanda profecto non est, tanquam arida nimium & infœcunda; habet enim altioris molliorisq; soli plerosq; tractus. Quod si terræ quædam barbaræ frugū ubertate præstant, ut abundent alimentis, eorū tamen, qui alantur, quorumq; causa tantūmodo alimenta proveniunt, paucitate laborant. Sola quippe Græcia, si vere loqui velimus, hominum procreatrix est, ut pote quæ cœlestem omnino plantam,

» ἔξω γὰρ ἄστεος, ἐν ἀγροῖς καὶ ἐρημίαις θεωρεῖται, φεύγοντα ὡς δεσπότην τὸν ἄνθρωπον. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ ἀληθές ἐστιν, ἔχει τινὰ λόγον. ἐν γὰρ μυχοῖς σεσώρευται φορυτὸς, καὶ σκυβάλων πλῆθος, οἷς εἰσδύεσθαι φιλεῖ, δίχα τοῦ καὶ τὴν κνίσαν ὁλκικὴν ἔχειν δύναμιν. εἰ δὲ καὶ χελιδόνες ἡμῖν συνδιαιτῶνται, θαυμαστὸν οὐδέν· τῆς γὰρ τούτων θήρας ἀπεχόμεθα. σωτηρίας δὲ πόθος ἐν ταῖς ψυχαῖς οὐ λογικαῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀλόγοις ἐνίδρυται. τῶν δ' (*Nic. indic.*) B εἰς ἀπόλαυσιν οὐδὲν ὁμοδιαιτᾶται, διὰ τὰς ἐξ ἡμῶν ἐπιβουλάς, πλὴν παρ' οἷς ἡ τούτων χρῆσις ἀπηγόρευται νόμῳ. τῆς Συρίας ἐπιθαλάττιος πόλις ἐστὶν, Ἀσκάλων ὄνομα· γενόμενος ἐν ταύτῃ, καθ' ὃν χρόνον εἰς τὸ πατρῷον ἱερὸν ἐστελλόμην, εὐξόμενός τε καὶ θύσων, ἀμήχανόν τι πελειάδων πλῆθος ἐπὶ τῶν τριόδων, καὶ κατ' οἰκίαν ἑκάστην ἐθεασάμην. πυνθανομένῳ δέ μοι τὴν αἰτίαν, ἔφασκον οὐ θεμιτὸν εἶναι συλλαμβάνειν· ἀπειρῆσθαι γὰρ ἐκ C παλαιοῦ τοῖς οἰκήτορσι τὴν χρῆσιν. οὕτως ἡμέρωται τὸ ζῶον ὑπ' ἀδείας, ὡς οὐ μόνον ὑπώροφιον, ἀλλὰ καὶ ὁμοτράπεζον ἀεὶ γίνεσθαι, καὶ ταῖς ἐκεχειρίαις ἐντρυφᾶν. ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ θαυμασιώτερον ἰδεῖν ἐστιν. τὸ γὰρ ἀνθρωποβόρον, καὶ θηρίων ἀργαλεώτατον Κροκόδειλος, γεννώμενος καὶ τρεφόμενος ἐν τῷ ἱερωτάτῳ Νείλῳ, τῆς ὠφελείας, καίπερ βύθιος ὢν, ἐπαισθάνεται. παρ' οἷς μὲν γὰρ τιμᾶται, πληθύνει μάλιστα· παρὰ δὲ τοῖς λυμαινομένοις, οὐδ' ὄναρ φαίνεται· ὡς τῶν πλεόντων, ὅπου D μὲν, καὶ τοὺς πάνυ θρασεῖς μηδ' ἄκρον ἐπιτολμᾶν καθιέναι δάκτυλον, ἀγεληδὸν ἐπιφοιτώντας· ὅπου δὲ, καὶ τοὺς ἄγαν δειλοὺς, ἐξαλλομένους νήχεσθαι μετὰ παιδιᾶς.

» χώρα δ' ἡ Κυκλώπων, ἐπειδὴ τὸ γένος αὐτῶν ἐστι πλάσμα μύθου, δίχα σπορᾶς καὶ γεωπόνων ἀνδρῶν ἥμερος καρπὸς οὐ φύεται, καθάπερ οὐδ' ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τι γεννᾶται. (*V. Not.*) τῆς δ' Ἑλλάδος οὐ κατηγορητέον, ὡς λυπρᾶς καὶ ἀγόνου· πολὺ γὰρ κἂν ταύτῃ τὸ βαθύγειον. εἰ δ' ἡ βάρβαρος διαφέρει ταῖς εὐκαρπίαις, πλεονεκτεῖ μὲν τροφαῖς, ἐλαττοῦται δὲ τοῖς τρεφομένοις, ὧν χάριν αἱ τροφαί. μόνη γὰρ ἡ Ἑλλὰς ἀψευδῶς (*pag. 155.*) ἀνθρωπογονεῖ, φυτὸν οὐράνιον, καὶ βλάστημα »

θεῖον ἢ κεκληρωμένον, λογισμὸν ἀποτίκτουσα οἰκειούμενον ἐπιστήμῃ. τὸ δ' αἴτιον λεπτότητι ἀέρος ἡ διάνοια πέφυκεν ἀκονᾶσθαι. διὸ καὶ Ἡράκλειτος οὐκ ἀπὸ σκοποῦ φησιν, οὗ γῆ ξηρή, ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίστη. τεκμηριώσαιτο δ' ἄν τις καὶ ἐκ τοῦ, τοὺς μὲν νήφοντας καὶ ὀλιγοδεεῖς, συνετωτέρους εἶναι, τοὺς δὲ ποτῶν ἀεὶ καὶ σιτίων ἐμπιπλαμένους, ἥκιστα φρονίμους· ἅτε βαπτιζομένου τοῖς ἐπιοῦσι τοῦ λογισμοῦ. διὸ κατὰ τὴν βάρβαρον, ἔρνη μὲν ταῖς εὐτροφίαις καὶ στελέχη περιμηκέστατα, καὶ ζώων ἀλόγων σφόδρα τὰ γονιμώτατα· νοῦς δ' οὔ, ἢ ἥκιστα γεννᾶται. διότι τὸ ὑψωθῆναι ἐξ ἀέρος αὐτοῦ, αἱ γῆς καὶ ὕδατος ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς ἀναθυμιάσεις κατεκράτησαν. ἰχθύων δὲ καὶ ὀρνίθων καὶ χερσαίων γένη ζώων, οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα φύσεως ἐφ' ἡδονὴν παρακαλούσης, ἀλλὰ δεινὸς ψόγος τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἀκρασίας. ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ἦν εἰς τὴν τοῦ ὅλου συμπλήρωσιν, ἵνα γένηται κόσμος ἐν ἑκάστῳ μέρει, φῦναι ζώων ἰδέας ἁπάντων· οὐκ ἀναγκαῖον δὲ ἐπὶ τὴν τούτων ἀπόλαυσιν ὁρμῆσαι τὸ σοφίας συγγενέστατον χρῆμα τὸν ἄνθρωπον, μεταβαλόντα εἰς ἀγριότητα θηρίων. διὸ καὶ μέχρι νῦν, οἷς λόγος ἐγκρατείας, ἅπαξ ἁπάντων ἀπέχονται, λαχανώδει χλόῃ καὶ καρποῖς δένδρων, πρὸς ὀψήμασιν, ἡδίστῃ ἀπολαύσει χρώμενοι. τοῖς δὲ τὴν τῶν εἰρημένων θοίνην ἡγουμένοις εἶναι κατὰ φύσιν, ἐπέστησαν διδάσκαλοι, σωφρονισταί, νομοθέται κατὰ πόλεις, οἷς ἐμέλησε τὴν ἀμετρίαν τῶν ἐπιθυμιῶν στεῖλαι, μὴ ἐπιτρέψασι τὴν χρῆσιν ἀδεᾶ πᾶσι πάντων. εἰ δὲ καὶ ῥόδα, καὶ κρόκος, καὶ ἡ ἄλλη τῶν ἀνθῶν ποικιλία πρὸς ὑγείαν, οὐ πρὸς ἡδονὴν γέγονεν. ἄπλετοι γὰρ τούτων αἱ δυνάμεις, καὶ καθ' αὑτὰς διὰ τῶν ὀσμῶν ὠφελοῦσιν, εὐωδίας πάντας ἀναπιμπλᾶσαι, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐν ταῖς ἰατρικαῖς συνθέσεσι τῶν φαρμάκων. ἔνια γὰρ ἀναμιχθέντα τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις ἀριδηλοτέρας παρέχεται, καθάπερ εἰς ζώου γένεσιν ἡ ἄρρενος καὶ θήλεος μίξις, ἰδίᾳ ἑκατέρου μὴ πεφυκότος ποιεῖν, ἅπερ ἄμφω συνελθόντα. ταῦτ' ἀναγκαίως λέλεκται, πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ὑπὸ σοῦ διαπορηθέντων, ἱκανὴν πίστιν ἐργάσασθαι δυνάμενα τοῖς


A divinumqve germen, & omni ex parte perfectum, hoc est intelligentiam ipsam pariat, cum scientia nativa quadam cognatione cōjunctam. Cujus rei causa hæc est, quod aëris tenuitate mens hominis acuatur: ut non sine ratione dixerit Heraclitus, ubi solum siccius, ibi solertissimum animum esse ac præstantissimum. Id quod vel ex eo quoq; intelligas, qvod homines sobrii frugiq; plus ingenio valeant, potu contra semper ciboqve gravtores, obtusi hebetesq; reddantur, quod intelligentiæ vis ingesta mole obruatur. Ergo, cum in barbaro solo non rami tantū caudicesq; maximi, sed etiam rationis expertes animantes longe fœcundissimæ propter alimentorum bonitatem & abundantiam vulgo nascuntur; tum excellens ingenium aut nullum existit omnino, aut valde rarum: quod perpetua quædam & continua exhalationum e terra simul & aqua prorumpentium copia per ipsumet sublime ferri soleat. Porro tanta illa piscium, avium, ac terrestrium animalium varietas, naturæ, quasi nos ad voluptatem illiciat, probro esse non debet; sed potius in gravissimam intemperantiæ C nostræ reprehensionem cedit. Prorsus enim ad universi perfectionem, ac singularum partium dignitatem necesse erat, uti omnis generis animantia nascerentur: at hominem illum, illum, inqvam, affinem sapientiæ conjunctissimum; induta ferarum immanitate, has gulæ delicias tanta cupiditate venari, necesse profecto non erat. Itaq;, cum ii quibus temperantia cordi est, iis semel omnibus etiamnum sibi abstinendum statuunt, herbescentibus oleribus, arborumq; pomis, obsoniorum loco, vitam svavissime tolerantes: D tum vero qui animantium illarum esum naturæ consentaneum esse arbitrantur, adversus eos Magistri, Censores, ac Legislatores singulis in urbibus constituti sunt, quorum muneris ac partium est vim cupiditatum imodicam coërcere, nec liberum omnium omnibus usum promiscue concedere. Postremo si rosæ, si crocus, si reliqva florum existit varietas, sanitatis utiq; causa, non voluptatis existit. Vires enim infinitas habent, cumq; sese odoris, qvo universa complent, svavitate fragrantiaq; juvant, tum vero in conficiendis maxime remediis. Nonnulla enim sunt, qvæ inter sese permixta vim suam illustrius certiusq; probant, ut ex maris ac fœminæ conjunctione intelligitur, cum seorsim efficere nullo modo possint, quod ambo simul efficiunt. Atq; hæc sunt, qvibus reliqvis dubitationibus tuis faciendū satis putavimus: ejusmodi certe qvidē, ut iis adductus qvisqvis

minime contentiosus esse voluerit, res humanas Divina Providentia regi fateatur. Hæc ego summatim ex Philone contraxi, qvibus ostenderem, non modo qvales ex recentiorum testimonio Hebræorum posteri fuerint, sed etiam qvam pie de Deo ac religiose senserint, qvamqve ipsis bene cum majoribus præclareqve convenerit. Nunc tempus est, ut ad exterorum Scriptorum de iisdem testimonia transeamus.

μὴ φιλονείκως ἔχουσι, περὶ δὲ τοῦ Θεοῦ τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιμελείας πραγμάτων. Ταῦτα μὲν οὖν ἐκ τοῦ δηλωθέντος ἐπετεμόμην ἀνδρὸς, ὁμοῦ μὲν δεικνὺς, οἷοι καὶ κατὰ τοὺς νέους γεγόνασιν Ἑβραίων παῖδες, ὁμοῦ δὲ καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας αὐτῶν περὶ Θεοῦ διαλήψεως, τά τε τῆς πρὸς τοὺς προπάτορας ὁμοφωνίας ἐμφανῆ καθιστάς. ἤδη δ' ἐντεῦθεν μεταβῆναι καιρὸς, καὶ ἐπὶ τὰς τῶν ἔξωθεν περὶ τῶν αὐτῶν μαρτυρίας.

FINIS LIBRI OCTAVI.





ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

Liber Nonus.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΕΝΝΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

LIBRI NONI CAPITA

13. *Ex Josephi Antiquitatibus, Longioris priscorum vitæ meminisse complures.*	A ιγ. Ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας, περὶ τοῦ πλείους μνημονεῦσαι τῆς τῶν παλαιῶν μακροβίου ζωῆς.
14. *Ex Abydeno, De Turris molitione.*	ιδ. Ἀπὸ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς, περὶ τῆς τοῦ Πύργου κατασκευῆς.
15. *Multos etiam alios ejusdem meminisse, ex Josephi Antiquitatibus.*	ιε. Ὡς καὶ ἕτεροι πλείους ἐμνήσθησαν τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου ἀρχαιολογίας.
16. *De Hebræorum omnium Parente Abrahamo, ex eodem.*	ις. Περὶ τοῦ τῶν πάντων Ἑβραίων προπάτορος Ἀβραάμ, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.
17. *De Abrahamo, ex Eupolemo, quem laudat Alexander Polyhistor, ubi de Judæis scribit.*	ιζ. Εὐπολέμου περὶ Ἀβραάμ, ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος περὶ Ἰουδαίων B γραφῆς.
18. *De eodem, ex Artapano, quem citat idem Polyhistor.*	ιη. Ἀρταπάνου περὶ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς τοῦ Πολυΐστορος.
19. *De eodem ex Melone, ut refert idem auctor.*	ιθ. Μήλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ, ὁμοίως ἀπὸ τῆς αὐτῆς γραφῆς.
20. *De eodem, ex Philone.*	κ. Φίλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ.
21. *De Jacobo, ex Demetrio.*	κα. Δημητρίου περὶ τοῦ Ἰακώβ.
22. *De eodem, ex Theodoto.*	κβ. Θεοδότου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
23. *De Josepho, ex Artapano.*	κγ. Ἀρταπάνου περὶ τοῦ Ἰωσήφ.
24. *De eodem ex Philone.*	C κδ. Φίλωνος περὶ τοῦ αὐτοῦ.
25. *De Jobo, ex Aristæo.*	κε. Ἀριστέου περὶ τοῦ Ἰώβ.
26. *De Mose, ex Eupolemo.*	κς. Εὐπολέμου περὶ Μωσέως.
27. *De eodem, ex Artapano.*	κζ. Ἀρταπάνου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
28. *De eodem, ex Ezechiele.*	κη. Ἐζεκιὴλ περὶ τοῦ αὐτοῦ.
29. *De eodem, ex Demetrio.*	κθ. Δημητρίου περὶ τοῦ αὐτοῦ.
30. *De Davide, Salomone, & Hierosolymis, ex Eupolemo.*	λ. Εὐπολέμου περὶ Δαβίδ, καὶ Σολομῶνος, καὶ περὶ Ἱεροσολύμων.
31. *Salomonis ad Vaphren Ægypti Regem Epistola.*	λα. Σολομῶνος ἐπιστολὴ πρὸς Οὐαφρῆν τὸν τῶν Αἰγυπτίων Βασιλέα.
32. *Vaphræ ad Salomonem Regem Epistola.*	D λβ. Οὐαφρῆ ἐπιστολὴ πρὸς Σολομῶνα Βασιλέα.
33. *Salomonis ad Suronem Phœniciæ Regem Epistola.*	λγ. Σολομῶνος ἐπιστολή, πρὸς Σούρωνα Βασιλέα Φοινίκης.
34. *Suronis ad Salomonem Epistola.*	λδ. Σούρωνος ἐπιστολὴ πρὸς Σολομῶνα.
35. *De Hierosolyma, ex Timochare, ut habetur eodem lib. de Rebus Antiochi.*	λε. Τιμοχάρους περὶ τῆς Ἱερουσαλήμ, ἀπὸ τῆς περὶ Ἀντιόχου τῆς αὐτῆς γραφῆς.
36. *De eadem, ex Mensore Syriæ.*	λς. Τοῦ τῆς Συρίας Σχοινομέτρου, περὶ τῆς αὐτῆς.
37. *De aquis illis, quæ sunt Hierosolymis, ex Philone.*	λζ. Φίλωνος περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ὑδάτων.
38. *De iisdem, ex Aristæo.*	λη. Ἀριστέου περὶ τῶν αὐτῶν.
39. *De Hieremia Propheta, ex Eupolemo.*	λθ. Εὐπολέμου περὶ Ἱερεμίου τοῦ Προφήτου.
40. *Ex Beroso, quem Josephus laudat, de Judæorum captivitate sub Nabuchodonosore, deque Babylonis Regibus a Nabopallassaro, usque ad Cyrum.*	μ. Βηρωσσοῦ περὶ τῆς Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας, τῆς ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ. καὶ περὶ τῶν Βασιλέων τῆς Βαβυλῶνος, ἀπὸ τοῦ Ναβοπαλλασάρου, μέχρι πρὸς τὸν Κῦρον, ἀπὸ τῶν Ἰωσήπου.

α.

Pr. 17. ΟΠΟΣΟΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΕΛΛΗΣΙ ΛΟΓΟΓΡΑΦΩΝ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους μνήμην ἐποιήσαντο. B

ΚΑΙ τῆς τῶν παρ' Ἑβραίοις λογίων ἀποδοχῆς οὐκ ἀσυλλογίστως ἡμῖν, κρίσει δὲ καὶ διανοίᾳ ἐξητασμένῃ γεγενημένης, ἐπειδὴ συνῶπται τὰ τῆς ἀποδείξεως· ὥρα συνιδεῖν, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν Ἑλλήνων οἱ μάλιστα διαφανεῖς τῶν καθ' Ἑβραίους οὐκ ἄπειροι γεγόνασι πραγμάτων· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνδρῶν, ταῖς τε παρ' αὐτοῖς φερομέναις ἱστορικαῖς διηγήσεσιν ἀλήθειαν ἐπεμαρτύρησαν, οἱ δὲ καὶ τῆς δογματικῆς ὁμοίως αὐτοῖς ἐφήψαντο θεολογίας. C πρῶτα δὲ τὰ πρῶτα παραθήσομαι, δεικνὺς ὅσοι τῶν Ἑλληνικῶν Συγγραφέων, ἐπ' ὀνόματος Ἰουδαίων τε καὶ Ἑβραίων, τῆς τε παρ' αὐτοῖς τὸ παλαιὸν ἀσκουμένης φιλοσοφίας, καὶ τῆς ἀνέκαθεν τῶν προπατόρων ἱστορίας ἐμνημόνευσαν. ἄρξεται δέ μοι ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ τῶν ἀνδρῶν βίου, ὡς ἂν μάθοις ὅτι μὴ ἐκτὸς σώφρονος D λογισμοῦ τὴν τῶν δηλουμένων φιλοσοφίαν τῆς Ἑλλήνων προτετιμήκαμεν. ἀκόλουθα γοῦν τοῖς προεξητασμένοις ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι, καὶ τὰ τῆς ἠθικῆς αὐτοῖς ἐπιτελεῖσθαι συνασκήσεως, οὐ μόνον αἱ παρ' αὐτοῖς ἱεραὶ βίβλοι, ἀλλὰ καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων οἱ μάλιστα διαφανεῖς καὶ καθ' ἡμᾶς βεβοημένοι μαρτυροῦσι. Καὶ δὴ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰ Θεοφράστου, ἐν τοῖς Πορφυρίῳ γραφεῖσι περὶ τῆς ἐμψύχων ἀποχῆς, κείμενα τοῦτον τὸν τρόπον.

I.

QVAM MULTÆ E GRÆCIS Scriptoribus Judaici Populi mentionem fecerint.



QVANDOQVIDEM certis jam rationibus demonstratum a nobis est, Hebræorum Oracula non leviter a nobis ac temere, sed matura & accurata judicii æstimatione suscepta fuisse ac probata: tempus est, ut nunc quoqve videamus, ne Scriptores qvidem Græcorum celeberrimos, rerum Hebræarum imperitos fuisse; sed alios testimonio suo, cum ipsorum vitæ genus institutumq; laudavisse, tum historiarum, qvæ apud eosdem circumferri solent, veritati suffragatos esse, alios non absimilem etiam Theologiæ rationem doctrinamqve sectatos. Ac primum quidem id, qvod hoc in genere præcipuum est, oculis subjiciam, qvam multi e Græcis Scriptoribus Judæorum Hebræorumqve nominatim, quæque jam olim apud eos viguit Philosophiæ, ejusqve adeo, quæ usqve a prisco Majorum suorum ævo ducitur, historiæ meminerint. Ordiemur autem ab ipsis Populi moribus, ut intelligas prudenti nos sanoqve consilio eorum disciplinam Græcorum Philosophiæ prætulisse. Testes enimvero sunt non sacræ duntaxat Hebræorum literæ, sed etiam ii, qui & Græcos inter summopere floruerunt, hodieqve maxime celebrantur Philosophi, consentaneam iis, qvæ superiore libro diligenter expendimus, eos vitæ morumqve rationem tenere. Age igitur, ea mihi perlege, quæ Porphyrius in suos de rerum animatarum abstinentia libros hunc in modum ex Theophrasto retulit.

Cap. I. Trap.

A

II.

DE JUDÆIS, EX THEOPHRAſto, qvem laudat Porphyrius primo de rerum animatarum abſtinentia.

ET ſane, inqvit, ſi ex Syris Judæi, qvi, qvod inſtitutum apud eos jam inde ab initio hoc Sacrificii genus fuerit, etiamnum (inqvit Theophraſtus) animantes imolant, eodem, quo ipſi, ritu ſacra facere nos juberent, nunqvam eo nos adduci pateremur. B Nec enim cæſis victimis ad cibum uti ſolẽt, ſed integras ac ſolidas, & multo melle vinoqve perfuſas noctu flamis abſumere, ac totum ſacrificium paucis aliqvot horis peragere, utiq; ne oculus ille omnia pervidens indignum facinus aſpiciat. Deinde vero, diebus illi ſingulis, dum ejusmodi ſacris operã dant, cum jejunio ſeſe dedunt, tum de divino Numine, uti homines ipſo genere Philoſophos decet, toto illo tempore ſermones inter ſe miſcent: noctu autem Sidera defixis in Cœlum oculis contemplantur, ſuas interea C preces atq; vota Deo nuncupantes. Hi enim non cæteras tantum animantes, ſed etiam ſemetipſos primi omnium offerre cœperũt, neceſſitate profecto, non cupiditate ducti.

β.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ, ἀπὸ τοῦ α΄. τῶν Πορφυρίου, περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς.

ΚΑΙ τοι διότι Σύρων μὲν Ἰουδαῖοι διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς θυσίαν ἔτι καὶ νῦν, φησὶν ὁ Θεόφραστος, ζωοθυτοῦσιν, εἰ τὸν αὐτὸν ἡμᾶς τρόπον τις κελεύοι θύειν, ἀποσταίημεν ἂν τῆς πράξεως. οὐ γὰρ ἑστιώμενοι τῶν τυθέντων, ὁλοκαυτοῦντες δὲ ταῦτα νυκτὸς, καὶ κατ᾽ αὐτῶν πολὺ μέλι καὶ οἶνον λείβοντες, ἀνήλισκον τὴν θυσίαν θᾶττον, ἵνα τοῦ δεινοῦ μηδ᾽ ὁ πανόπτης γένοιτο θεατής. καὶ τοῦτο δρῶσι, νηστεύοντες τὰς ἀνὰ μέσον τούτων ἡμέρας· κατὰ δὲ πάντα τοῦτον τὸν χρόνον, ἅτε φιλόσοφοι τὸ γένος ὄντες, περὶ τοῦ θείου μὲν ἀλλήλοις λαλοῦσι, τῆς δὲ νυκτὸς τῶν ἄστρων ποιοῦνται τὴν θεωρίαν, βλέποντες εἰς αὐτὰ, καὶ διὰ τῶν εὐχῶν θεοκλητοῦντες. κατήρξαντο γὰρ οὗτοι πρῶτοι τῶν τε λοιπῶν ζώων, καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀνάγκῃ καὶ οὐκ ἐπιθυμίᾳ τοῦτο πράξαντες.

III.

EX PORPHYRIO, DE PRISCA & inſigni apud Judæos philoſophandi ratione.

D JAM vero, qvæ ſeqvuntur, in qvarto laudati operis libro, de iisdem Porphyrius ipſe comemorat. Eſſæi, inqvit ille, gente qvidem Judæi ſunt, at mutuo ſeſe amore præ cæteris omnibus complectuntur. A voluptatibus abhorrent tanqvam a ſcelere; continentiam & cupiditatum victoriam virtutis loco ducunt. Nuptiis abſtinent illi qvidem, ſed alienos liberos, dum ad capeſſendas diſciplinas molles adhuc & flexibiles ii ſunt, educandos ſuſcipiunt, quos perinde ut propinquos & affines habent, ſuisq; moribus inſtituunt. Atq; hoc non eo conſilio faciunt, qvaſi matrimonium, qvæq; ipſius beneficio propagatur, ſobolem ac poſteritatem exterminatã velint, ſed ut procacem mulierum petulantiam effugiant. Divitias aſpernantur, admirabili omnium inter ſeſe rerum com-

γ.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟ ΠΑΛΑΙΟΝ διαλαμψάσης παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφίας.

ΚΑΙ ἐν τῷ τετάρτῳ δὲ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τοιαῦτα περὶ τῶν αὐτῶν ἱστορεῖ ὁ Πορφύριος. Εἰσὶ τοίνυν οἱ Ἐσσαῖοι, Ἰουδαῖοι μὲν τὸ γένος, φιλάλληλοι δὲ καὶ τῶν ἄλλων πλέον. οὗτοι τὰς μὲν ἡδονὰς, ὡς κακίαν ἀποστρέφονται, τὴν δὲ ἐγκράτειαν, καὶ τὸ μὴ τοῖς πάθεσιν ὑποπίπτειν, ἀρετὴν ὑπολαμβάνουσι. καὶ γάμου μὲν αὐτοῖς ὑπεροψία, τοὺς δ᾽ ἀλλοτρίους παῖδας ἐκλαμβάνοντες, ἁπαλοὺς ἔτι πρὸς τὰ μαθήματα, συγγενεῖς ἡγοῦνται, καὶ τοῖς ἤθεσιν ἑαυτῶν ἐντυποῦσι· τὸν γε γάμον καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ διαδοχὴν οὐκ ἀναιροῦντες, τὰς δὲ τῶν γυναικῶν ἀσελγείας φυλαττόμενοι· καταφρονηταὶ δὲ πλούτου, καὶ θαυμάσιον παρ᾽ αὐτοῖς τὸ κοι-

ωνικὸν, οὐδ' ἔστιν εὑρεῖν κτήσει τινὰ παρ' αὐτοῖς ὑπερέχοντα. νόμος γὰρ, τοὺς εἰς τὴν αἵρεσιν εἰσιόντας, δημεύειν τῷ τάγματι τὴν οὐσίαν, ὥστε ἐν ἅπασι μήτε πενίας ταπεινότητα φαίνεσθαι, μήθ' ὑπεροχὴν πλούτου· τῶν δὲ ἑκάστου κτημάτων ἀναμεμιγμένων, μίαν ὥσπερ ἀδελφοῖς ἅπασιν οὐσίαν εἶναι. (pag. 878.) κηλῖδα δὲ ὑπολαμβάνουσι τοὔλαιον, κἂν ἀλειφθῇ τις ἄκων, σμήχεται τὸ σῶμα. τὸ γὰρ αὐχμεῖν, ἐν καλῷ τίθενται, λευχειμονεῖν τε διὰ παντός. χειροτονητοὶ δὲ τῶν κοινῶν οἱ ἐπιμεληταὶ, B καὶ ἀδιαίρετοι πρὸς ἁπάντων εἰς τὰς χρείας ἕκαστοι. μία δ' οὐκ ἔστιν αὐτῶν πόλις, ἀλλ' ἐν ἑκάστῃ μετοικοῦσι πολλοὶ, καὶ τοῖς ἑτέρωθεν ἥκουσιν αἱρετισταῖς ἀναπέπταται τὰ παρ' ἀλλήλοις, καὶ οἱ πρῶτον ἰδόντες, εἰσίασιν ὡς πρὸς συνήθεις. διὸ οὐδὲν ἐπικομιζόμενοι ἀποδημοῦσιν ἀναλωμάτων ἕνεκα. οὔτε δὲ ἐσθῆτας, οὔτε ὑποδήματα ἀμείβουσι, πρὶν διαρραγῆναι πρότερον παντάπασιν, ἢ δαπανηθῆναι τῷ χρόνῳ. οὐδ' ἀγοράζουσί C τι, οὐδὲ πωλοῦσιν, ἀλλὰ τῷ χρῄζοντι διδοὺς ἕκαστος τὰ παρ' ἑαυτῷ, τὸ παρ' ἐκείνου χρήσιμον ἀντικομίζεται· καὶ χωρὶς τῆς μεταδόσεως, ἀκωλύτως ἡ μετάληψις αὐτοῖς παρ' ὧν ἂν ἐθέλωσι. πρός γε μὴν τὸ θεῖον ἰδίως εὐσεβεῖς. πρὶν γὰρ ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, οὐδὲν φθέγγονται τῶν βεβήλων, πατρίους δέ τινας εἰς αὐτὸν εὐχὰς, ὥσπερ ἱκετεύοντες ἀνατεῖλαι. μετὰ ταῦτα πρὸς ἃς ἕκαστοι τέχνας ἴσασιν, ὑπὸ τῶν ἐπιμελητῶν ἀφίενται, καὶ D μέχρι πέμπτης ὥρας ἐργασάμενοι συντόνως, ἔπειτα πάλιν εἰς ἓν ἀθροίζονται χωρίον, ζωσάμενοί τε σκεπάσμασιν, οὕτως ἀπολούονται τὸ σῶμα ψυχροῖς ὕδασι· καὶ μετὰ ταύτην τὴν ἁγνείαν, εἰς ἴδιον οἴκημα συνίασιν, ἐν ᾧ μηδενὶ τῶν ἑτεροδόξων ἐπιτέτραπται παρελθεῖν. αὐτοὶ δὲ καθαροὶ καθάπερ εἰς ἅγιόν τι τέμενος παραγίνονται, τὸ δειπνητήριον. καθεσθέντων δὲ μεθ' ἡσυχίας, ὁ μὲν σιτοποιὸς ἐν τάξει παρατίθησιν ἄρτους, ὁ δὲ μάγειρος ἓν ἀγγεῖον ἐξ ἑνὸς ἐδέσματος ἑκάστῳ". (Pot. παρατίθησι.) προκατάρχεται δὲ ὁ Ἱερεὺς τῆς τροφῆς ἁγνῆς οὔσης καὶ καθαρᾶς, (καὶ γεύσασθαί τινα πρὶν τῆς εὐχῆς ἀθέμιτον) ἀριστοποιησάμενος δὲ ἐπεύχεται" μᾶλλον, (Pot. πάλιν.) ἀρχόμενοί τε καὶ παυόμενοι γεραίρουσι τὸν Θεόν. ἐπειδ'

A munione conjuncti, usq; adeo, ut neminem, qvi alterum opulentia superet, invenire possis. Lex enim apud illos est, ut qvi hoc vitæ institutum profiteri velint, suas ii facultates ad communes Sodalitatis universæ rationes conferant, atq; ita nec in qvoqvam egestatis humilitas, nec immodica vis opum ac fortunarum appareat: sed potius confusis ac permixtis singulorum inter se rebus, una omnium sit tanqvam Fratrum eademq; possessio. Labis instar oleum habent, quo si unctus forte quispiam invitus fuerit, corpus ei diligenter abstergitur: sqvalorem enim, non secus ac perpetuum candidæ vestis usum, honori ducunt. Communibus suffragiis communis Procuratores creant, nulloqve omnium discrimine, qvod cuiq; opus est, æqvaliter suppetit. Non in singulari qvadam Civitate universi, sed in singulis plurimi domicilium collocant, ac procul advenientibus ejusdem Sectæ sociis invicem ac mutuo patent omnia, atq; ut qvisq; primus eos aspexerit, illis obviam continuo perinde ac notis & familiaribus procedunt. Qvare dum iter ac profectionē aliqvam suscipiunt, nihil secum expensarum causa deferre solent. Imo nec vestem calceosve mutant, donec priora vel discissa omnino fuerint, vel ipsa vetustate detrita: nec emunt inter se, venduntve qvicqvam, sed alter cum altero suis de rebus, prout opus habet, accomodat, vicissimq; ab eo, qvod sibi usui sit, accipit: qui tametsi nihil mutuo rependant, eos tamen, a quibuscunq; velint, accipere nihil vetat. Jam vero singulari erga Numen pietate ac religione sunt. Nihil enim profani ante Solis ortum loqvuntur, sed patrias qvasdam ei preces nuncupant, qvasi ut illucescat obsecrando. Tum ad eam, qvam qvisq; novit, artem Præsidum sese jussu conferunt, in qua perpetuo & continenti ad qvintam horam labore versari, eundem simul in locum denuo conveniunt, ac lineis præcincti frigida corpus abluunt, moxq; ab ea lustratione, proprium in domicilium, qvo alterius sectæ nemini pedem inferre licet, una omnes confluunt, atq; ab omni labe puri, non aliter in Cœnaculo qvam in Delubro sanctiore versantur. His ergo placide ac qviete sedentibus, panes a Pistore, unumq; singulis ex eodem cibo ferculum a Coqvo non sine decoro & ordine apponitur. Cibos autē puros licet ac mundos, certis precib⁹ Sacerdos ante consecrat, (nec ulli nisi præmissa precatione qvicqvā gustare fas est:) idemq; confecto prandio cūctis iterū bene precatur sicq; tā sub finem, qvam sub initiū, Deo cultū

» honoremq; persolvunt. Inde sacris qvasi ve-
» stibus positis, rursum opus qvisq; suum ad
» vesperam usq; repetit, qvo tempore cœnam
» eodem, quo prandium, ritu sumunt, consi-
» dentibus simul hospitibus, si qui forte adve-
» nerint. Cæterum nullo unqvam ædes aut
» clamore aut strepitu polluuntur, sed aliis alii
» modeste atq; ordine loqvendi locum cedūt;
» adeoq; omnibus, qui foris illuc adveniunt,
» horrendi instar Mysterii eorum, qui domus
» istius septis continentur, silentium est: cujus
» sane causa est perpetua continensq; frugali-
» tas, qva fit, ut cibum atqve potum justæ ne-
» cessitatis lege metiantur. Porro hujus in se-
» ctæ atq; instituti societatem venire cupienti
» non continuo patet ingressus, sed ei foris an-
» num integrum manenti genus idem vitæ
» præscribunt, ac dolabellam, cingulum, ve-
» stemq; candidam tradunt. Qui postqvam
» hoc temporis intervallo abstinentiæ tempe-
» rantiæq; suæ documenta dedit, propius qui-
» dem ad instituti comunionem accedit, ac pu-
» rioribus aquis una cum cæteris lustrari inci-
» pit, necdum tamen ad convictum admitti-
» tur. Nam post tolerantiæ probationem, ali-
» is duobus annis mores ejus explorant; qvi-
» bus exactis, si dignus habeatur, in consorti-
» um tandem accipiunt. Priusqvam tamen
» comunem cibum attingat, horrendi sese illis
» jurisjurandi formula obstringit: In primis
» quidem, pium se ac religiosum adversus Nu-
» men futurum; deinde illibata humanæ soci-
» etatis jura servaturum, adeoq; nec sponte,
» nec alterius jussu in cujusqvam injuriam
» adductum iri; sed potius & injuriosos omnes
» odio habiturum, & illatas probis injurias cō-
» juncta voluntate subiturum. Addit præter-
» ea, constantis & integræ cum erga cæteros
» omnes, tum præsertim erga Præsides se fidei
» fore, qvod nulli sine Dei numine imperandi
» jus obveniat. Quod si forte sibi aliqvando
» deferetur, daturum se operam, ne potestati
» suæ labem inurat, nec in veste corporisve
» cultu præ aliis, qvibus imperabit, eximium
» qvicqvam aut splendidum habiturum. Ad
» hæc, veritatis amorem ac studium, hominū-
» qve mendacium fugam, manus a furto, ani-
» mum ab iniqvo qvæstu purum ac syncerū,
» plana suis aperta q; omnia, apud alienos vero
» altum, qvodq; ne præsenti quidem necis ti-
» mori cedat, eorum de rebus silentium polli-
» cetur. Ad extremum fore, uti nec aliter, qvā
» acceperit, cum aliis sectæ suæ dogmata com-
» municet, & ab omni latrocinio caveat, insti-
» tutiq; sui libros & Angelorum nomina pari
» diligentia studioqve conservet. Hujusmodi ergo est Sacramenti formula. Quisquis
» autem gravioris criminis peractus ab iis, ac propterea ejectus fuerit, eum male perire

A ὡς ἱερὰς καταθέμενοι τὰς ἐσθῆτας, πάλιν »
ἐπ' ἔργα τρέπονται μέχρι δείλης. δειπνοῦσι »
δ' ὑποστρέψαντες ὁμοίως, συγκαθεζομένων »
τῶν ξένων, οἳ τύχοιεν αὐτοῖς παρόντες. οὔτε δὲ »
κραυγή ποτε τὸν οἶκον, οὔτε θόρυβος μιαίνει· »
τὰς δὲ λαλιὰς ἐν τάξει παραχωροῦσιν ἀλ- »
λήλοις. καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυστήριόν τι φρι- »
κτὸν, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. τούτου »
δὲ αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, καὶ τὸ μετρεῖσθαι »
παρ' αὐτοῖς τροφὴν καὶ ποτὸν μέχρι κόρου. »
B τοῖς δὲ ζηλοῦσι τὴν αἵρεσιν οὐκ εὐθὺς ἡ πά- »
ροδος, ἀλλ' ἐπ' ἐνιαυτὸν ἔξω μένοντι τὴν »
αὐτὴν ὑποτίθενται δίαιταν, ἀξινάριόν τε καὶ »
περίζωμα δόντες, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα. ἐπει- »
δὰν δὲ ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ πεῖραν ἐγκρατεί- »
ας δῷ, προσεισι μὲν ἔγγιον τῇ διαίτῃ, καὶ »
καθαρωτέρων τῶν πρὸς ἁγνείαν ὑδάτων »
μεταλαμβάνει. παραλαμβάνεται δὲ εἰς τὰς »
συμβιώσεις οὐδέπω· μετὰ γὰρ τὴν τῆς καρ- »
τερίας ἐπίδειξιν, δυσὶν ἄλλοις ἔτεσι τὸ ἦ- »
C θος δοκιμάζεται, καὶ φανεὶς ἄξιος, οὕτως εἰς »
τὸν ὅμιλον ἐγκρίνεται. πρὶν δὲ τῆς κοινῆς ἅψα- »
σθαι τροφῆς, ὅρκους αὐτοῖς ὄμνυσι φρικώδεις· »
πρῶτον μὲν εὐσεβήσειν τὸ θεῖον, ἔπειτα τὰ »
πρὸς ἀνθρώπους δίκαια φυλάξειν, καὶ μή- »
τε κατὰ γνώμην βλάψειν τινὰ, μήτ' ἐξ ἐ- »
πιτάγματος, μισήσειν δ' ἀεὶ τοὺς ἀδίκους, »
καὶ συναδικεῖσθαι τοῖς δικαίοις· τὸ πιστὸν πᾶ- »
σι μὲν παρέξειν, μάλιστα δὲ τοῖς κρατοῦσιν, »
οὐ γὰρ δίχα Θεοῦ περιγίγνεσθαί τινι τὸ ἄρ- »
D χειν. κἂν αὐτὸς ἄρχῃ, μηδέποτε ἐξυβρί- »
σαι εἰς τὴν ἐξουσίαν, μηδὲ ἐσθῆτι, ἤ τινι »
πλέονι κόσμῳ τοὺς ὑποτεταγμένους ὑπερ- »
λαμπρύνεσθαι, τὴν ἀλήθειαν ἀγαπᾷν ἀεὶ, »
καὶ τοὺς ψευδομένους ἀποβάλλεσθαι· χεῖρας »
κλοπῆς καὶ ψυχὴν ἀνοσίου κέρδους καθα- »
ρὰν φυλάξειν, καὶ μήτε κρύψειν τι τοὺς αἱ- »
ρετιστὰς, μήθ' ἑτέροις αὐτῶν τι μηνύσειν, »
κἂν μέχρι θανάτου τις βιάζηται. πρὸς δὲ τού- »
τοις ὄμνυσι, μηδενὶ μὲν μεταδοῦναι τῶν δογμά- »
των ἑτέρως, ἢ ὡς αὐτὸς παρέλαβεν, ἀφέξε- »
σθαι δὲ λῃστείας, καὶ συντηρήσειν ὁμοίως »
τά τε τῆς αἱρέσεως αὐτῶν βιβλία, καὶ τὰ »
τῶν Ἀγγέλων ὀνόματα. τοιοῦτοι μὲν οἱ ὅρ- »
κοι. οἱ δὲ ἁλόντες, καὶ ἐκβληθέντες, κακῷ »

μόρῳ φθείρονται. τοῖς γὰρ ὅρκοις καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐνδεδεμένοι, οὐδὲ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις τροφῆς δύνανται μεταλαμβάνειν, ποηφαγοῦντες δὲ, καὶ λιμῷ διαφθειρόμενοι ἀπόλλυνται. διὸ δὴ πολλοὺς ἐλεήσαντες, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἀνάγκαις ἀνέλαβον, ἱκανὴν τιμωρίαν δεδωκέναι νομίζοντες ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, τὴν μέχρι θανάτου βάσανον. τὴν δὲ σκαλίδα διδόασι τοῖς μέλλουσιν αἱρετισταῖς, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἄλλως οὐ θακεύουσιν, ἢ βόθρον ὀρύξαντες εἰς βάθος ποδιαῖον, " περικαλύψαντες θοιματίῳ, ὡς μὴ ταῖς αὐγαῖς ἐνυβρίζειν τοῦ Θεοῦ. τοσαύτη δ' ἐστὶν αὐτῶν ἡ λιτότης ἡ περὶ τὴν δίαιταν, καὶ ἡ ὀλιγότης, ὡς ἐν τῇ ἑβδομάδι μὴ δεῖσθαι κενώσεως, ἣν τηρεῖν εἰώθασιν εἰς ὕμνους τῷ Θεῷ, καὶ εἰς ἀνάπαυσιν. ἐκ δὲ τῆς ἀσκήσεως ταύτης τοσαύτην πεποίηνται καρτερίαν, ὡς στρεβλούμενοι καὶ " λογιζόμενοι καὶ καόμενοι, καὶ διὰ πάντων ὁδεύοντες τῶν βασανιστηρίων ὀργάνων, ἵν' ἢ βλασφημήσωσι τὸν Νομοθέτην, ἢ φάγωσί τι τῶν ἀσυνήθων, οὐδέτερον ὑπομένειν. διέδειξαν δὲ τοῦτο ἐν τῷ πρὸς Ῥωμαίους πολέμῳ, " ἐπεὶ δ' οὐ κολακεῦσαι τοὺς αἰκιζομένους, ἢ δακρῦσαι " ὑπομένουσι, μειδιῶντες δὲ ἐν ταῖς ἀλγηδόσι, καὶ κατειρωνευόμενοι τῶν τὰς βασάνους προσφερόντων, εὔθυμοι τὰς ψυχὰς ἠφίεσαν, ὡς πάλιν κομιούμενοι. καὶ γὰρ ἔρρωται παρ' αὐτοῖς ἥδε ἡ δόξα, φθαρτὰ μὲν εἶναι τὰ σώματα, καὶ τὴν ὕλην οὐ μόνιμον αὐτῶν, τὰς δὲ ψυχὰς ἀθανάτους ἀεὶ διαμένειν· καὶ συμπλέκεσθαι μὲν ἐκ τοῦ λεπτοτάτου φοιτώσας αἰθέρος, ῥύμῃ φυσικῇ κατασπωμένας, ἐπειδὰν δ' ἀνεθῶσι τῶν κατὰ σάρκα δεσμῶν, οἷον δὴ μακρᾶς δουλείας ἀπηλλαγμένας, τότε χαίρειν καὶ μετεώρους φέρεσθαι. ἀπὸ δὴ τῆς τοιαύτης διαίτης, καὶ τῆς πρὸς ἀλήθειαν, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσκήσεως, εἰκότως ἐν αὐτοῖς πολλοὶ, οἳ καὶ τὰ μέλλοντα προγινώσκουσιν, ὡς ἐν βίβλοις ἱεραῖς, καὶ διαφόροις ἁγνείαις, καὶ Προφητῶν ἀποφθέγμασιν ἐμπαιδοτριβούμενοι. σπάνιον δὲ, εἰ ἐν ταῖς προαγορεύσεσιν ἀστοχοῦσι. Ταῦτα μὲν ὁ Πορφύριος, ἐκ παλαιῶν, ὡς εἰκὸς, ἀναγνωσμάτων, τῇ τῶν δηλουμένων ἀνδρῶν εὐσεβείᾳ τε ὁμοῦ καὶ φιλοσοφίᾳ ἐν τῷ τετάρτῳ συγγράμματι τῶν σπουδασθέντων αὐτῷ περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, ἐμαρτύρησεν.

ἴσ. λυγιζ. — ἴσ. ἐπειδή. — ἴσ. ὑπομένοντες.

A necesse est. Nam & jurejurando moribusq; constrictus, ne aliorum quidem escis uti potest, sed herbis aliquandiu victitando, misere tandem fame contabescit. Quare multos ipsi miseratione commoti, supremam ad necessitatem adductos, receperunt, rati videlicet, graves satis peccatorum suorum pœnas ab iis esse hoc ad mortem usq; cruciatu persolutas. Cæterum ligonem suis illi sectatoribus hac de causa tradunt, quod ipsimet non nisi in fovea, quam humi pedis altitudine foderint, considere soleant, idq; veste obvoluti, B ne Dei splendori ac radiis injuriam faciant. Et quidem tanta ipsorum est in victu frugalitas, atq; parsimonia, ut ne septimana quidem integra egerendi sit ulla necessitas. Quam sibi abstinentiæ legem dixere, partim ut ad hymnos Deo concinendos aptiores sint, partim ut faciliori utantur somno. Atqve hoc perpetuo vivendi genere, eo tolerantiæ pervenerunt, ut nec eqvuleo fidibusve torri atqve distracti, nec flammis usti, nec cæteris omnibus cruciatuum machinis tentati, ut vel legum suarum Auctori male- C dicant, vel in usitatum cibum attingant, alterutrum ab se se unqvam extorqveri patiantur. Cujus rei singulare Romano bello specimen ac documentum dedere. Nunquam enim ipsis exprimi aut erga tortores mollior ac blandior ulla vox, aut oculis lacrymula potuit: sed in mediis tormentorum doloribus subridendo, carnifices ipsos dicteriis salibusq; mordebant, animumqve suum, tanqvam denuo recepturi, placide atqve hilariter emittebant. Quippe, apud ipsos enim constans hæc sententia obtinuit, corpora quidem interitui esse obnoxia, nec soli- D da ex materia perenniq; consistere; animos tamen immortales vitam agere sempiternam, qui tametsi tenuissimo ac subtilissimo ex Æthere, Naturæ quodam impetu detracti, corporibus ad tempus illigentur, eorum aliquando tamen vinculis expediti, sic tanquam servitute diuturna liberati, exultent deinceps, ac sublimes ferantur. Hoc igitur ex instituto, & continenti veritatis pietatisqve studio, mirum profecto non est, existere plurimos, rerum etiam futurarum scientia præditos, quippequi a pueritia cum sacris literis, tum variis lustrationibus, Prophetarumq; dictis assidue ac diligenter informentur: ut raro admodum suis in prædictionibus illos a vero aberrare contingat. Hæc Porphyrius, ex antiquis, ut facile quivis intelligit, hausta Monimentis, de Essæorum partim religione, partim philosophandi ratione, in qvarto sui de rerum animatarum Abstinentia operis libro testatus est.

IV. A δ.

EX HECATÆO, DE JUDÆIS.

Cap. II.

HECATÆUS autem Abderita, vir non modo Philosophus, sed etiam rebus gerendis aptissimus, Judæorum historiæ singulare ac proprium volumen consecravit, ubi cum de illis multa commemoret, tum hæc in præsentiarum ex eo retulisse sufficiet. Multæ quidem, apud Judæos, inqvit, Arces, Pagiqve multi tota passim regione sunt: una vero munita in primis Civitas, Hierusalem, cujus ambitus non B pauciorum quam quinquaginta stadiorum est. Hanc circiter viginti supra centum incolunt hominum millia, Hierosolymam vulgo nominant. Cujus in meditullio septum Ædis lapideæ cernitur, quinque fere jugerum longitudinis, latitudinis cubitorum centum. Portæ omnes geminæ sunt. Ibidem Altare quadratum, ex integrorum & impolitorum lapidum coagmentatione conflatum, cujus latera singula viginti cubitorum sunt, altitudo vero duodecim. Præter hoc Altare, ingens Tabernaculum C est, quo & Ara & Candelabrum continetur, utrumqve aureum, ponderis Talentorum duum: ubi lumen inextinctum dies noctesqve continenter ardet. Nullum ibi simulacrum, donarium omnino nullum, adeoqve nec planta, nec lucus, nec aliud quicquam ejusmodi. Sacerdotes in eo noctu pariter atqve interdiu assidui, certis quibusdam expiationibus dant operam, quos in Templo vinum gustare nefas. Tum progressus ulterius, eosdem sub Alexandro ejusqve successoribus militasse testatur. Mihi vero, quod in ista expeditione, hominis sese Judæi factum, oculis aspexisse D commemorat, ipsismet illius verbis referre satis erit. Pergenti, inquit, mihi ad Mare rubrum, cum cæteris Equitibus Judæis, quos itineris duces habebamus, unus eorum aliqvis comitabatur, Mosomamus nomine, vir cum animi magnitudine ac solertia, tum corporis robore non vulgari, idemqve sagittarius omnium tam Græcorum quam Barbarorum confessione peritissimus. Is, cum ad Varis cujusdam auguria captantis vocem, universa eorum, qui tum iter illud agebant, multitudo repente subsisteret, rogat, quorsum id fieret. Ostendit autem Augur, simulqve respondet, si quidem ibi resideret, omnibus

ΕΚΑΤΑΙΟΥ ΠΕΡΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

ΕΚΑΤΑΙΟΣ δὲ ὁ Ἀβδηρίτης, ἀνὴρ φιλόσοφος ἅμα, καὶ περὶ τὰς πράξεις ἱκανώτατος, ἰδίαν βίβλον ἀναθεὶς τῇ περὶ Ἰουδαίων ἱστορίᾳ, πλεῖστα περὶ αὐτῶν διέξεισιν, ἀφ' ὧν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκέσει παρατεθέντα ταῦτα. Ἔστι γὰρ τῶν Ἰουδαίων τὰ πολλὰ ὀχυρώματα κατὰ τὴν χώραν, καὶ κῶμαι· μία δὲ ἡ Ἱερουσαλὴμ πόλις ὀχυρά, πεντήκοντα μάλιστα σταδίων τὴν περίμετρον. ἣν οἰκοῦσι μὲν ἀνθρώπων περὶ δώδεκα μυριάδες, καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἱεροσόλυμα. ἐνταῦθα δέ ἐστι κατὰ μέσον μάλιστα τῆς πόλεως περίβολος λίθινος, μῆκος ὡς πεντάπλεθρος, εὖρος δὲ πηχέων ἑκατὸν, ἔχων διπλᾶς πύλας, ἐν ᾧ βωμός ἐστι τετράγωνος, ἀτμήτων συλλέκτων ἀργῶν λίθων οὕτω συγκείμενος· πλευρὰν δὲ ἑκάστην, εἴκοσι πηχέων, ὕψος δωδεκάπηχυ. καὶ παρ' αὐτὸν, οἴκημα μέγα, οὗ βωμός ἐστι καὶ λυχνίον ἀμφότερα χρυσᾶ, δύο τάλαντα τὴν ὁλκήν· ἐπὶ δὲ τούτων φῶς ἐστιν ἀναπόσβεστον, καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας. ἄγαλμα δ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἀνάθημα τοπαράπαν, οὐδὲ φύτευμα παντελῶς, οὐδὲ οἷον ἀλσῶδες, ἤ τι τοιοῦτον. διατρίβουσι δ' ἐν αὐτῷ καὶ τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας ἱερεῖς, ἁγνείας τινὰς ἁγνεύοντες, καὶ τοπαράπαν οἶνον οὐ πίνοντες ἐν τῷ ἱερῷ. Ταῦτα εἰπὼν, ὑποβὰς, ὅτι καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ συνεστρατεύσαντο, καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ, μεμαρτύρηκεν. οἷς δ' αὐτὸς παρατυχεῖν φησιν, ὑπ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου κατὰ τὴν στρατείαν γενομένοις, τοῦτο παραθήσομαι. λέγει δὲ οὕτως, Ἐμοῦ γοῦν ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν βαδίζοντος, συνηκολούθει τις μετὰ τῶν ἄλλων τῶν παραπεμπόντων ἡμᾶς ἱππέων Ἰουδαίων, ὄνομα Μοσόμαμος, ἄνθρωπος ἱκανὸς κατὰ τὴν ψυχὴν, εὔρωστος, καὶ τοξότης ὑπὸ δὴ πάντων ὁμολογούμενος καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἄριστος. οὗτος οὖν ὁ ἄνθρωπος, βαδιζόντων πολλῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, καὶ μάντεώς τινος ὀρνιθευομένου, καὶ πάντας ἐπισχεῖν ἀξιοῦντος, ἠρώτησε διὰ τί προσμένουσι· δείξαντος δὲ τοῦ μάντεως αὐτῷ τὸν ὄρνιθα, καὶ φήσαντος, ἐὰν μὲν αὐτοῦ μένῃ, προσμένειν

συμφέρει

συμφέρει πᾶσιν· ἐὰν δὲ ἀναστὰς εἰς τοὔμπροσθεν πέτηται, προάγειν· ἐὰν δὲ εἰς τὸ ὄπισθεν, ἀναχωρεῖν αὖθις. σιωπήσας καὶ ἑλκύσας τὸ τόξον, ἔβαλε, καὶ τὴν ὄρνιθα πατάξας ἀπέκτεινεν. ἀγανακτούντων δὲ τοῦ μάντεως καί τινων ἄλλων, καὶ καταρωμένων αὐτῷ, τί μαίνεσθε, ἔφη, κακοδαίμονες; εἶτα τὴν ὄρνιθα λαβὼν εἰς τὰς χεῖρας, πῶς γὰρ αὕτη, ἔφη, τὴν αὑτῆς σωτηρίαν οὐ προϊδοῦσα, περὶ τῆς ἡμετέρας ἡμῖν πορείας ἄν τι ὑγιὲς ἀνήγγελλεν; εἰ γὰρ ἐδύνατο προγινώσκειν τὸ μέλλον, εἰς τὸν τόπον τοῦτον B οὐκ ἂν ἦλθε, φοβουμένη μὴ τοξεύσας αὐτὴν ἀποκτείνῃ Μοσόμαμος ὁ Ἰουδαῖος. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἑκαταῖος.

A etiam ut eo in loco hærerent expedire; ſin protinus volando contenderet, porro pergerent ipſi quoque; ſin denique retro, retro ſimiliter illi redirent. Judæus nihil contra, ſed intento arcu jaculatur, avemque configit. Hic indignante graviter Augure, aliisque nonnullis, ipſique una diras imprecantibus, Quid, inquit, miſeri usque adeo furitis? ſimulque in manus ſumpta Volucre, Iſtane potuit, obſecro, quæ vitæ ipſa ſuæ providere non potuit, ſani quicquam de ſuſcepto a nobis itinere prænunciare? Enimvero ſi prænoſſe futurum potuiſſet nunquam utique hunc in locum veniſſet, ne Moſomami Judæi ſagittis confixa moreretur. Hactenus Hecatæus.

ε. ΚΛΕΑΡΧΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ, ἀπὸ τοῦ α. τῶν περὶ ὕπνων.

Κλέαρχος δὲ ὁ Περιπατητικὸς φιλό- C σοφος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ὕπνου βιβλίῳ, Ἀριστοτέλει τῷ φιλοσόφῳ τοιόνδε τινὰ περὶ Ἰουδαίων ἀνατίθησι λόγον, ὧδε πρὸς ῥῆμα γράφων· Ἀλλὰ τὰ μὲν πολλὰ μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· ὅσα δὲ ἔχει τῶν ἐκείνου θαυμασιότητά τινα καὶ φιλοσοφίαν, ὁμοίως διελθεῖν οὐ χεῖρον. σαφῶς δ᾽ ἴσθι, εἶπεν, Ὑπεροχίδη, θαυμαστὸν καὶ ὀνείροις ἴσα σοι δόξω λέγειν. καὶ ὁ Ὑπεροχίδης εὐλαβούμενος, δι᾽ αὐτὸ γάρ, ἔφη, τοῦτο καὶ ζητοῦμεν ἀκοῦσαι πάντες. οὐκοῦν, εἶπεν ὁ Ἀριστοτέ- D λης, κατὰ τὸ τῶν Ῥητορικῶν παράγγελμα, γένος αὐτοῦ πρῶτον διέλθωμεν, ἵνα μὴ ἀπειθῶμεν τοῖς τῶν ἀπαγγελιῶν διδασκάλοις. λέγε, εἶπεν ὁ Ὑπεροχίδης, οὕτως εἰ δοκεῖ. κἀκεῖνος τοίνυν τὸ μὲν γένος ἦν Ἰουδαῖος, ἐκ τῆς Κοίλης Συρίας. οὗτοι δ᾽ εἰσὶν ἀπόγονοι τῶν ἐν Ἰνδοῖς Καλανῶν, παρὰ δὲ Σύροις Ἰουδαίων τοὔνομα λαβόντων ἀπὸ τοῦ τόπου. προσαγορεύεται γὰρ ὃν κατοικοῦσι τόπον, Ἰουδαία· τὸ δὲ τῆς πόλεως αὐτῶν ὄνομα πάνυ σκολιόν ἐστιν, Ἱερουσαλὴμ γὰρ αὐτὴν καλοῦσιν. οὗτος οὖν ὁ ἄνθρωπος ἐπιξενούμενος τοῖς πολλοῖς, κἀκ τῶν ἄνω τόπων εἰς τοὺς ἐπιθαλαττίους ὑποκαταβαίνων, Ἑλληνικὸς ἦν οὐ τῇ διαλέκτῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ψυχῇ

V. DE IISDEM, EX PRIMO CLEarchi, de ſomno.

At Clearchus Peripateticus Philoſophus, libro primo de Somno, Ariſtotelem de Judæis in eum, qui ſequitur, modum loquentem inducit. Longum eſſet, inquit, narrare quamplurima: ſed quicquid hoc in homine admirationis aliquid habere, ac Philoſophum ſapere videbitur, eodem modo perſequi nihilo minus utile fuerit. Tibi autem, Hyperochida, res plane admirabiles, ſomniorumque perſimiles referri abs me, ſat ſcio, videbuntur. Cui Hyperochides verecunde, Quippe, hæc enim inquit, ipſa cauſa nobis omnibus audiendi appetitum ciet. Ergo, ſubjicit Ariſtoteles, Genus hominis, ut præcipiunt Rhetores, in primis aperiamus, ne ſcilicet non auditi a nobis eſſe narrationum Magiſtri videantur. Tu vero, uti libuerit, inquit Hyperochides. Ille ergo Gente Judæus erat, ex Cœleſyria. Hi porro a Calanis Indiæ Populis originem ducunt, qui apud Syros Judæorum nomen a loco accepere. Quæ enim ab iis Regio incolitur, Judæam vulgo nominant. Urbis autem ipſorum nomen, tortuoſum admodum & impeditum eſt, Hieruſalem enim vocatur. Is, cum a pleriſque hoſpitio exciperetur, & a ſuperioribus partibus ad maritima loca deſcenderet, non ſermone tantum, ſed etiam animo Græcus erat.

Cap. III. Trap.

Nobis ergo tum in Asia forte degentibus accidit, ut eadem appulsus ad loca, nobiscum aliqvandiu, simulq; cum aliis quibusdam Philosophiæ studiosis versaretur, & eorum in Sapientiæ partem ac Societatem veniret. Atqve, ut cum plurimis doctrina præstantibus familiariter vixerat, plus aliqvanto, qvam acciperet, nobiscum ille communicabat. Ita Clearchus.

A

VI.
DE IIS, QVI JUDAICÆ GENTIS meminerunt, ex Clemente, primo Stromate.

B

ATQVE istius etiam Clemens noster libro primo Stromatum his verbis meminit. Clearchus Peripateticus, inqvit, Judæum quendam, qui cum Aristotele versatus est, abs sese visum esse commemorat. Idemqve pluribus, nonnullis interjectis. Numa, inquit, Romanorum Rex, ut Pythagoreus fuerit, hunc saltem Mosis e scriptis fructum cepit, uti Romanos a Dei simulacro vel in hominis, vel in cujusqvam animantis speciem fingendo averterit. Adeoque totis saltem primis septuaginta supra centum annis, Templa quidem ædificarunt, sed nullam omnino neqve fictam, neque pictam imaginem intulerunt. Hoc enim ipsos occulte Numa docuit, non lingva, sed mente sola id, quod optimum est, attingi posse. Quibus hæc etiam deinceps adjungit. Megasthenis autem, inqvit, Historici, qui cum Seleuco Nicanore vixit, libro de rebus Indicis tertio, clarissimus hic locus est. Quicquid ab Antiquis de Natura dictum est, eorum etiam, qui extra Græciam philosophantur, ut Brachmanum apud Indos, & Judæorum in Syria, Sermone celebratur. Ac rursus idem Clemens Aristobulum Peripateticum, & Numenium Pythagoreum laudat his verbis: Aristobulus in primo eorum, quos ad Philometora scripsit, hunc in modum loquitur: Plato ipse quoqve Reipub. nostræ leges & instituta sectatus est, a qvo partes eorum singulas curiose ac diligenter inspectas & excussas esse constat. Nam ab alio quodam ante Demetrium, adeoq; ante Alexandri ac Persarum imperium conversa Græce fuerant, non ea modo, quæ dum

D

καὶ τότε διατριβόντων ἡμῶν περὶ τὴν Ἀσίαν, παραβαλὼν εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἄνθρωπος, ἐντυγχάνει ἡμῖν τε καὶ τισιν ἑτέροις τῶν Σχολαστικῶν, πειρώμενος αὐτῶν τῆς σοφίας. ὡς δὲ πολλοῖς τῶν ἐν παιδείᾳ συνῳκείωτο, παρεδίδου τι μᾶλλον ὧν εἶχε. Ταῦτα καὶ ὁ Κλέαρχος.

5.
ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΝΗμονευσάντων τοῦ Ιουδαίων ἔθνους, ἀπὸ τοῦ ά. Στρωματέως.

ΤΟΥΤΟΥ δὲ μνημονεύει καὶ ὁ ἡμέτερος Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ, δι' ὧν ταῦτά φησι. Κλέαρχος δ' ὁ Περιπατητικὸς εἰδέναι φησί τινα Ἰουδαῖον, ὃς Ἀριστοτέλει συνεγένετο. Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, Νουμᾶς δὲ ὁ Ῥωμαίων Βασιλεὺς Πυθαγόρειος μὲν ἦν, ἐκ δὲ τῶν Μωσέως ὠφεληθεὶς, διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίους κτίζειν. ἐν γοῦν ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι, ναοὺς οἰκοδομούμενοι, ἄγαλμα οὐδὲν οὔτε πλαστὸν, οὔτε μὴν γραπτὸν ἐποιήσαντο. ἐπεδείκνυτο γὰρ αὐτοῖς ὁ Νουμᾶς δι' ἀποκρύψεως, ὡς οὐχ ἐφάψασθαι τοῦ βελτίστου δυνατὸν γλώττῃ, μόνῳ δὲ τῷ νῷ. Ἔπι πρὸς τούτοις ἑξῆς ὑποβὰς, τάδε φησὶ, Φανερώτατα δὲ Μεγασθένης ὁ Συγγραφεὺς ὁ Σελεύκῳ τῷ Νικάνορι συμβεβιωκὼς, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἰνδικῶν, ὧδε γράφει· Ἅπαντα μέντοι τὰ περὶ Φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι· τὰ μὲν παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων. ἔτι πρὸς τούτοις, ὁ Κλήμης Ἀριστοβούλου τοῦ Περιπατητικοῦ, καὶ Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου μνημονεύει, λέγων· Ἀριστόβουλος δὲ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς τὸν Φιλομήτορα, κατὰ λέξιν γράφει, Κατηκολούθηκε δὲ ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς νομοθεσίᾳ, καὶ φανερός ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ λεγομένων. διηρμήνευται δὲ πρὸ Δημητρίου, ὑφ' ἑτέρων, πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, τά τε κατὰ τὴν

ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγωγὴν τῶν Ἑβραίων τῶν ἡμετέρων πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις. ὥστε εὔδηλον εἶναι, τὸν προειρημένον φιλόσοφον εἰληφέναι πολλά. γέγονε γὰρ πολυμαθής, καθὼς καὶ Πυθαγόρας πολλὰ τῶν παρ' ἡμῖν μετενεγκὼν εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιΐαν. Νουμήνιος δὲ ὁ Πυθαγορικὸς φιλόσοφος ἄντικρυς γράφει· τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; Ταῦτα ὁ Κλήμης.

A ex Ægypto Hebræi Cives nostri educerentur, sed etiam quæcunqve illis singularem ad famam insignia contigerunt, tum quemadmodum ea regione potiti sint, adeoq; Legis universa complexio. Qvare nemini dubium esse potest, qvin multa inde laudatus Philosophus excerpserit: plurimarum enim rerum scientia floruit, qvemadmodum & Pythagoras, qui & ipse permulta nostris e Legibus in Sectæ suæ præcepta traduxit. Qvod autem Numenium Philosophum Pythagoricum attinet, ipsissima hæc verba habet, B Qvid enim aliud Plato est, quam Moses Attica lingva loqvens? Atq; ista Clemens.

ς΄.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ ΤΟΥ ΠΥΘΑΓΟΡΙΚΟΥ φιλοσόφου, περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ α΄. τοῦ περὶ τἀγαθοῦ.

ΚΑΙ αὐτοῦ δὲ τοῦ Πυθαγορικοῦ φιλοσόφου, τοῦ Νουμηνίου λέγω, ἀπὸ τοῦ πρώτου περὶ τἀγαθοῦ τάδε παραθήσομαι· Εἰς δὲ τοῦτο δεήσει εἰπόντα, καὶ σημηνάμενον ταῖς μαρτυρίαις τοῦ Πλάτωνος, ἀναχωρήσασθαι καὶ συνδήσασθαι τοῖς λόγοις τοῦ Πυθαγόρου· ἐπικαλέσασθαι δὲ τὰ ἔθνη τὰ εὐδοκιμοῦντα, προσφερόμενον αὐτῶν τὰς τελετὰς, καὶ τὰ δόγματα, τάς τε ἱδρύσεις συντελουμένας Πλάτωνι ὁμολογουμένως, ὁπόσας Βραχμᾶνες καὶ Ἰουδαῖοι, καὶ Μάγοι, καὶ Αἰγύπτιοι διέθεντο. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶνδε.

VII.

DE JUDÆIS EX NUMENII Philosophi Pythagoræi libro primo, de Bono.

LIBET autem ex primo ejusdem Numenii de Bono, hunc præterea locum subC jicere. Qui hanc, inqvit, in disputationem ingressus, Platonis eam testimoniis obsignarit, eandem ab ipso quoqve superiorem ad ætatem redeunte, cum ipsius Pythagoræ verbis præceptisq; copulari oportebit. Gentes ei præterea celeberrimæ appellandæ erunt, singularumq; sacrificia, ritus, instituta, qvæ cum Platonicis omnino consentiunt, proferenda, quotquot a Brachmanis, Judæis, Magis, Ægyptiis sancita sunt. Hæc ille.

D

η΄.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΜΩΣΕΩΣ ὉΜΟΥ καὶ περὶ Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ γ΄. τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως.

ΚΑΙ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ βίβλῳ Μωσέως ὁ αὐτὸς τάδε λέγων μνημονεύει. τὰ δ' ἑξῆς Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς Αἰγύπτιοι ἱερογραμματεῖς, ἄνδρες οὐδενὸς ἥττους μαγεῦσαι κριθέντες εἶναι, ἐπὶ Ἰουδαίων ἐξελαυνομένων ἐξ Αἰγύπτου. Μουσαίῳ γοῦν τῷ Ἰουδαίων ἐξηγησαμένῳ, ἀνδρὶ γενομένῳ Θεῷ εὔξασθαι δυνατωτάτῳ, οἱ παραστῆναι ἀξιωθέντες ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ τῶν Αἰγυπτίων, οὗτοι ἦσαν, τῶν τε συμφορῶν, ἃς ὁ Μουσαῖος ἐπῆγε τῇ Αἰγύπτῳ, τὰς νεανικωτάτας αὐτῶν ἐπιλύεσθαι ὤφθησαν δυνατοί.

VIII.

DE MOSE SIMUL AG JUDÆIS, ex libro ejusdem tertio.

QVI rursus libro tertio, Mosis mentionem his verbis facit. Deinceps vero, inqvit, Jannes & Jambres, Scribæ rerum sacrarum Ægyptii, quo tempore Ægypti finibus ejecti Judæi sunt, claruere, viri omnium judicio rerum magicarum scientia nemini concedentes. Quippe ambo qvidem communi Ægyptiorum consensu delecti sunt, qvi Musæo Duci Judæorum, cujus apud Deum potentissimæ preces erant, se se opponerent, adeoq; gravissimas qvasq; calamitates a Musæo in Ægyptum invectas omnium in oculis dissolvere ac dissipare potuerunt.

Quibus sane Verbis Numenius, cum editorum a Mose miraculorum, tum divini erga ipsum amoris consignatam fidem ac testatam reliqvit.

Διὰ δὴ τούτων ὁ Νουμήνιος καὶ τοῖς ὑπὸ Μωσέως ἐπιτελεσθεῖσι παραδόξοις θαύμασι, καὶ αὐτῷ δὲ ὡς θεοφιλεῖ γενομένῳ μαρτυρεῖ.

IX.
EX CHOERILO POETA DE Judæis.

JAM vero Chœrilus etiam Poëta vetustissimus Judaicæ Gentis meminit, ex qva permultos susceptæ a Xerxe Rege adversum Græcos expeditionis socios fuisse testatur his verbis.

Trajicit inde hominum genus admirabile visu,
Phœnicum similis grandi sonat ore loquela,
Montibus in Solymis habitant, juxtaq; Paludem
Inunensum: attonsum sqvallens caput obsidet horror,
Pro galeis, derepta ab Eqvis, durataqve fumo
Ora ferunt.

Ac Judæos qvidem his ab eo verbis expressos ac designatos esse vel inde constat, quod & Hierosolyma in montibus iis, qvos Solymos Græci vocant, sita sit, & prope ab Asphaltite Palude absit, qvæ, ut Poëta loqvitur, latissima est, omniumq; Syriæ Paludum maxima.

θ.
ΧΟΙΡΙΛΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ, ΠΕΡΙ Ἰουδαίων.

ΤΟΥ δὲ Ἰουδαίων ἔθνους καὶ Χοίριλος ἀρχαῖος γενόμενος Ποιητὴς μέμνηται, καὶ ὡς συνεστράτευσεν τῷ Βασιλεῖ Ξέρξῃ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. λέγει δὲ οὕτως.

Τῶν δ' ὄπιθεν διέβαινε γένος θαυμαστὸν ἰδέσθαι,
Γλῶσσαν μὲν Φοίνισσαν ἀπὸ στομάτων ἀφιέντες,
Ὤικουν δ' ἐν Σολύμοις ὄρεσι, πλατέῃ παρὰ λίμνῃ,
Αὐχμαλέοι κεφαλὰς, τροχοκουράδες· αὐτὰρ ὕπερθεν,
Ἵππων δαρτὰ πρόσωπ' ἐφόρεον ἐσκληκότα καπνῷ.

Δῆλον δ' ἐστὶν ὅτι περὶ Ἰουδαίων αὐτῷ ταῦτ' εἴρηται, ἐκ τοῦ καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἐν τοῖς παρ' Ἕλλησι Σολύμοις ὀνομαζομένοις ὄρεσι κεῖσθαι, πλησίον δὲ εἶναι τὴν Ἀσφαλτῖτιν λίμνην, πλατυτάτην οὖσαν κατὰ τὸν Ποιητὴν, καὶ μείζονα πασῶν τῶν ἐν Συρίᾳ λιμνῶν. Ταῦτα μὲν οὖν καὶ οὗτος.

X.
APOLLINIS DE HEBRÆIS ORACula, ex Porphyrio æqvali nostro.

PORPHYRIUS autem libro primo de Oraculorum Philosophia, suum ipsius Deum, Hebrææ Gentis, una cum cæteris prudentiæ fama nobilibus clarisq; Populis, sapientiam testimonio suo laudantem inducit. Apollinis autem responsum illud est, qvi ad prius edita de Sacrificiis Oracula, hæc deinceps adjungit, quibus tanqvam omnis Divinæ Sapientiæ plenis diligentius attendendum esse præcipit.

Ardua, & innumeris Divum est via consita saxis.
Ac primum e vaulis rigido stridentibus ære.

ι.
ΕΚ ΤΟΥ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΤΟΥ ΚΑΘ' ἡμᾶς, χρησμοὶ τοῦ Ἀπόλλωνος περὶ Ἑβραίων.

Ο ΔΕ Πορφύριος ἐν τῷ πρώτῳ τῆς ἐκ λογίων Φιλοσοφίας, αὐτὸν εἰσάγει τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν, τῷ Ἑβραίων γένει, μετὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐπὶ συνέσει βοωμένων ἐθνῶν, σοφίαν ἐπιμαρτυροῦντα. λέγει δὲ ὁ παρ' αὐτῷ Ἀπόλλων διὰ ἐκτίθεται χρησμοῦ τάδε. ἐκκειμένων ἔτι περὶ τῶν θυσιῶν ἐπάγει, οἷς προσέχειν δεῖ. ἅτε μεστοῖς οὖσι πάσης θεοσοφίας.

Αἰπεινὴ γὰρ ὁδὸς μακάρων, τρηχεῖά τε πολλὸν,
Χαλκοδέτοις τὰ πρῶτα διοιγομένη πυλεῶσιν.

Αἰγύπτιοι δὲ ἔασιν ἀθέσφατοι ἐγγεγαυῖαι,
Ἃς πρῶτοι μερόπων ἐπ' ἀπείρονα πρῆξιν ἔφηναν,
Οἱ τὸ καλὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης·
Πολλὰς καὶ Φοίνικες ὁδοὺς μακάρων ἐδάησαν,
Ἀσσύριοι, Λυδοί τε, καὶ Ἑβραίων γένος ἀνδρῶν.

καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. οἷς Συγγραφεὺς ἐπιλέγει· χαλκόδετος γὰρ ἡ πρὸς Θεοὺς ὁδὸς, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα, ἧς πολλὰς ἀτραποὺς Βάρβαροι μὲν ἐξηῦρον, Ἕλληνες δὲ ἐπλανήθησαν, οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη, καὶ διέφθειραν. τὴν δὲ εὕρεσιν Αἰγυπτίοις ὁ Θεὸς ἐμαρτύρησε, Φοίνιξί τε καὶ Χαλδαίοις (Ἀσσύριοι γὰρ οὗτοι) Λυδοῖς τε καὶ Ἑβραίοις. Ἔτι πρὸς τούτοις, καὶ ἐν ἑτέρῳ χρησμῷ φησὶν ὁ Ἀπόλλων,

Μοῦνοι Χαλδαῖοι σοφίαν λάχον, ἠδ' ἄρ' Ἑβραῖοι,
Αὐτογένεθλον ἄνακτα σεβαζόμενοι Θεὸν ἁγνῶς.

Καὶ πάλιν ἐρωτηθεὶς, τίνι λόγῳ πολλοὺς λέγουσιν οὐρανοὺς, ἔχρησε τάδε,

Εἷς ἐν παντὶ πέλει κόσμου κύκλος. ἀλλὰ σὺν ἑπτὰ
Ζώναισιν πεφόρηται ἐς ἀστερόεντα κέλευθα,
Ἃς δὴ Χαλδαῖοι καὶ ἀριζήλωτοι Ἑβραῖοι
Οὐρανίας ὀνόμηναν, ἐς ἑβδόματον δρόμον ἕρπειν.

Περὶ μὲν τῆς Ἰουδαίων τε καὶ Ἑβραίων προσηγορίας, τῆς τε παρ' αὐτοῖς πάλαι διαπρεπούσης εὐσεβείας τε καὶ φιλοσοφίας, ἐκκείσθω ταῦτα. Περὶ δὲ τῆς πατρίου αὐτῶν ἱστορίας, θέα ὁπόσοι συνεφώνησαν. Μωσέως ἐν ταῖς τοῦ παντὸς ἀρχαιολογίαις κατακλυσμὸν ἱστορήσαντος, καὶ ὡς ὁ παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενος Νῶε, ἐν λάρνακι ξύλου πεποιημένῃ μετὰ τῶν οἰκείων διασέσωσται, Βηρωσσὸς ὁ Χαλδαῖος, καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτιος, Νικόλαός τε ὁ Δαμασκηνὸς ἱστορικοὶ Συγγραφεῖς, ὅπως τῶν αὐτῶν ἐμνημόνευσαν, Ἰώσηπος ἐν τῇ πρώτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας τοῦτον παρατίθεται τὸν τρόπον.

Panditur: hinc cæci ambiguo discrimine calles,
Qvos fructu immenso primi docuere nepotes,
Niliaco undantes potant qui gurgite lymphas:
Plurima quin etiam ad superas via cognita sedes
Phœnici, Assyrio, Lydo, Hebræoqve colonis.

Et qvæ seqvuntur, quibus explicandis Auctor ita subdit. Nam quæ ad Deos via ducit, æreis obstructa vinculis, arduaq; simul & aspera est, cujus cum Barbari calles semitasq; plurimas invenerint, Græci tamen partim ab ea prorsus aberrarunt, partim eam cum jam tenerent, etiam depravarunt. Cæterum illius inventionem Ægyptiis Phœnicibus, Chaldæis, (Assyrii enim illi sunt) Lydis. & Hebræis Deus assignandam esse testatur. Præterea in altero quodam Oraculo idem Apollo sic fatur,

Chaldæo Hebræoqve unis sapientia cessit,
Qui casto æternum venerantur Numen honore.

Idemq; consultus, quo sensu cœlestes orbes multos esse dicerent, ita respondit:

Unicus in toto curvatur circulus orbe,
At septem Zonis Astrorum eductus in oras.
Has Chaldæus ait, famaqve illustris Hebræus,
Nomine cœlestes, septeno serpere cursu.

Ac de Judæorum qvidem Hebræorumqve nomine, deq; summa, qua jam olim præstiterunt, pietatis ac Philosophiæ laude, modo satis. Nunc vero patriæ ipsorum Historiæ veritati qvam multi suffragentur, attende. Ac primum, illud, qvod in antiqvissima universi Orbis historia Diluvium Moses commemorat, a qvo is, qvem Hebræi Noemum vocant, Arcæ ligneæ beneficio cum reliqva familia servatus fuerit, a Beroso Chaldæo, Hieronymo Ægyptio, & Nicolao Damasceno Historicis referri, Josephus libro primo Antiqvitatum hunc in modum prodidit. Cap. IV. Trap.

A

XI.

EX JOSEPHI ANTIQVITATIbus, qvam multi Scriptorum Gentilium Mosaici diluvii meminerint.

HUJUS, inquit, tum Diluvii, tum Arcæ meminerunt, quotquot Barbarorum historias conscripserunt. Quos inter, Berosus Chaldæus, in ea, quam habet, Diluvii narratione ita scribit. Atqve hujus navigii B partem etiamnum aliquam in Armenia, circa Montem Gordyæorum servari ferunt, ex qva derasi bituminis aliquid, loci ejus indigenæ ad procurandam maxime & averruncandam Numinis iram gestare consveverint. Ejusdem rei mentionem qvoqve facit Hieronymus Ægyptius, qui priscam Phœnicum historiam conscripsit, itemque Mnaseas, aliiqve complures. Quibus Nicolaum Damascenum adde, qui libro nonagesimo sexto hæc habet: Est, inquit, supra Minyadem Mons ingens in Armenia, Barin C vocant, ad qvem pleriqve cum Diluvii tempore confugissent, eos periculum effugisse narrant. Præterea certum qvendam Arca vectum, summum ad Montis verticem appulisse, ac lignorum ibi reliqvias perdiu conservatas fuisse. Is vero non alius utiq; fuerit, quam qui a Mose Judæorum Legislatore memoratur. Hæc Josephus.

ια.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΙΩΣΗΠΟΥ ΑΡΧΑΙΟΛΟγίας, ὁπόσοι τῶν ἔξωθεν Συγγραφέων ἐμνήσθησαν τοῦ παρὰ Μωσεῖ κατακλυσμοῦ.

ΤΟΥ δὲ κατακλυσμοῦ τούτου, καὶ τῆς λάρνακος μέμνηνται πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς ἱστορίας ἀναγεγραφότες, ὧν ἐστι καὶ Βηρωσσὸς ὁ Χαλδαῖος. διηγούμενος γὰρ τὰ περὶ τὸν κατακλυσμὸν, οὕτω που διέξεισι. λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου, ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων, ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ, πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. μέμνηται δὲ τούτων καὶ Ἱερώνυμος ὁ Αἰγύπτιος, ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν τὴν Φοινικικὴν συγγραψάμενος, καὶ Μνασέας δὲ, καὶ οἱ ἄλλοι πλείους. καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ καὶ ἕκτῃ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν, λέγων οὕτως· Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ, λόγος ἔχει περισωθῆναι, καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. γένοιτο δ' ἂν οὗτος, ὅντινα καὶ Μωσῆς ἀνέγραψεν, ὁ Ἰουδαίων Νομοθέτης. Ταῦτα μὲν ὁ Ἰώσηπος.

D

XII.

EX ABYDENI SCRIPTIS, DE Diluvio.

EGO vero, ut ex Medorum etiam atqve Assyriorum Monimentis aliquid habeas, ex Abydeni Commentariis locum hunc eadem ipsa de re subjiciam. Huic, inquit, cum alii pleriqve, tum etiam Sisithrus in Imperio successit, cui cum Saturnus imbrium vim maximam decimo quinto mensis Desii fore prædixisset, & quicquid literis comprehensum erat, id totum apud Heliopolim Sipparorum occultari seponique jussisset: Is Dei mandatis obsequutus, continuo navigationem Armenios versus instituit, in qua repentino divinæ prædictionis eventu occupatur. Tertio autem die, qvam tempestas remitti cœperat, aves

ιβ.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΒΥΔΗΝΟΥ ΓΡΑΦΗΣ, περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ.

ΕΓΩ δέ σοι τὰ Μηδικὰ καὶ Ἀσσύρια διελθὼν ἐκ τῆς Ἀβυδηνοῦ γραφῆς, περὶ τῆς αὐτῆς ἱστορίας τάσδε τοῦ ἀνδρὸς παραθήσομαι τὰς λέξεις, Μεθ' ὃν ἄλλοι τε ἦρξαν, καὶ Σείσιθρος, ᾧ δὴ Κρόνος προσημαίνει μὲν ἔσεσθαι πλῆθος ὄμβρων, Δεσίου πέμπτῃ ἐπὶ δέκα, κελεύει δὲ πᾶν ὅ, τι γραμμάτων ἦν ἐχόμενον, ἐν Ἡλίου πόλει τῇ ἐν Σιππάροισιν ἀποκρύψαι. Σείσιθρος δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ποιήσας, εὐθέως ἐπ' Ἀρμενίους ἀνέπλεε, καὶ παραυτίκα μιν κατελάμβανε τὰ ἐκ Θεοῦ. τρίτῃ δ' ἡμέρῃ ἔπειτα, ὡς ἐκόπασε,

μετῄει τῶν ὀρνίθων πεῖραν ποιεύμενος, εἴ κου γῆν ἴδοιεν τοῦ ὕδατος ἐκδῦσαν. αἱ δὲ ἐκδεχομένου σφέας Πελάγεος ἀχανέος, ἀπορέουσαι ὅκη κατορμήσονται, παρὰ τὸν Σείσιθρον ὀπίσω κομίζονται, καὶ ἐπ' αὐτῇσιν ἑτέραι. ὡς δὲ τῇσι τρίτῃσιν εὐτύχεεν, ἀπίκατο γὰρ δὴ πηλοῦ κατάπλεοι τοὺς ταρσούς, Θεοί μιν ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσιν· τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίῃ περίαπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωρείοισι παρείχετο. Ταῦτα μὲν οὕτως.

A emittit explorandi gratia, sicubi terram undis emersam atqve existentem viderent. Qvæ cum immensum in Pelagus incidissent, nec, quo succederent, omnino qvicqvā occurreret, ad Sesithrum denuo revolarūt, aliæqve postea similiter emissæ. At cum tertio idem fecisset, votique compos evasisset, (qvippe volucres alis limo plenis redierant) illico Deum Numine, hominum societati oculisqve subducitur; navigium autem ad Armeniam appulsum, amuleta suis e lignis confecta, quæ de collo suspensa gestarent, B indigenis suppeditavit. Hactenus ille.

ιγ. ΑΠΟ ΤΗΣ ΙΟΣΗΠΟΥ ΑΡΧΑΙΟΛΟγίας, περὶ τοῦ πλείους μνημονεῦσαι τῆς τῶν παλαιῶν μακροβίου ζωῆς.

ΠΑΛΙΝ δὲ Μωσέως τοὺς πρώτους φύντας ἀνθρώπων μακροβίους γεγονέναι φήσαντος, μάρτυρας καὶ τούτου παρατίθεται τοῦ λόγου τοὺς Ἑλλήνων συγγραφέας ὧδε λέγων ὁ Ἰώσηπος· Μηδεὶς δὲ πρὸς τὸν νῦν βίον καὶ τὴν C βραχύτητα τῶν ἐτῶν ἃ ζῶμεν, συμβαλὼν τὸν τῶν παλαιῶν, ψευδῆ νομιζέτω τὰ περὶ ἐκείνων λεγόμενα, τῷ μηδὲ νῦν τοσοῦτον ἐν τῷ βίῳ παρατείνειν χρόνον τεκμαιρόμενος, μηδ' ἐκείνους εἰς ἐκεῖνο τὸ μῆκος τῆς ζωῆς ἀφῖχθαι. οἱ μὲν γὰρ θεοφιλεῖς ὄντες, καὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ γενόμενοι, καὶ διὰ τὰς τροφὰς ἐπιτηδειοτέρας πρὸς πλείονα χρόνον οὔσας, εἰκότως ἔζων πλῆθος τοσούτων ἐτῶν. ἔπειτα καὶ δι' ἀρετὴν, καὶ δι' εὐχρηστίαν ὧν ἐπενόουν, Ἀστρολογίας καὶ D Γεωμετρίας, εἰς ἔτη πλείονα ζῆν τὸν Θεὸν αὐτοῖς παρασχεῖν, ἅπερ οὐκ ἦν ἀσφαλῶς αὐτοῖς προειπεῖν μὴ ζήσασιν ἑξακοσίους ἐνιαυτούς· διὰ γὰρ τούτων ὁ μέγας ἐνιαυτὸς πληροῦται. μαρτυροῦσι δέ μου τῷ λόγῳ οἱ παρ' Ἕλλησι πάντες καὶ Βάρβαροι, συγγραψάμενοι τὰς ἀρχαιολογίας. καὶ γὰρ καὶ Μάνεθος ὁ τὴν τῶν Αἰγυπτιακῶν ποιησάμενος ἀναγραφὴν, καὶ Βηρωσὸς ὁ τὰ Χαλδαϊκὰ συναγαγὼν, καὶ Μῶλος, καὶ Ἑστιαῖος, καὶ πρὸς αὐτοῖς ὁ Αἰγύπτιος Ἱερώνυμος, οἵ τε τὰ Φοινικικὰ συνταξάμενοι, συμφωνοῦσι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ λεγομένοις. Ἡσίοδός τε καὶ Ἑκαταῖος, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Ἀκουσίλαος, καὶ πρὸς τούτοις Ἔφορος, καὶ Νικόλαος ἱστοροῦσι τοὺς ἀρχαίους ζήσαντας ἔτη χίλια.

XIII. EX JOSEPHI ANTIQVITATIbus, Longioris priscorum vitæ meminisse complures.

PRÆTEREA, qvod hominum qui principes nati sunt, diuturni ævi fuisse Moses asseverat, ejus quoqve rei testes Gentilium Scriptores a Josepho laudantur, his verbis: Nemo, inqvit, priscorum hominum vitam, C cum nostræ annorumqve nostrorum brevitate componens, quæ de ipsis memorantur, falsa esse putet; dum ex longe brevioribus vitæ nostræ spatiis, ne veteres qvidem illos tantum vivendo temporum conficere potuisse conjiciet. Nam illi sane, partim quod Deo cariores, ipsaque illius manu facti essent, partim quod cibis vim suam diutius integritatemqve retinentibus uterentur, vitam in tot annos propagare commode poterant. Adde verum etiam fuisse, ut partim in virtutis suæ præmium, partim ad D accuratiorem ac certiorem cum Astrologiæ, tum Geometriæ, qvas ipsi Artes invenerant, usum & experientiam, longiorem eis Deus vitam indulgeret; quippe qvi nisi sexcentes minimum annos, quot videlicet Magnus Annus absolvitur, vivendo complevissent, certi nihil unqvam iis de rebus posteris tradidissent. Cujus eqvidem rei testes habeo, quotquot Græcos inter Barbarosq; rerum antiqvarum monimenta reliqvere. Nam & Manethus, qvi Ægyptiacam, & Berosus, qvi Chaldaicam scripsit historiā, & Molus, & Hestiæus, & Hieronymus Ægyptius, quiqve res Phœnicum prosequuti sunt, uno mihi omnes ore suffragantur. Imo etiam Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus, Ephorus item & Nicolaus, veteres mille annos vixisse tradunt.

Ac de his quidem, prout libuerit, quivis existimet.

A περὶ μὲν ὅυν τούτων, ὡς ἂν ἑκάστοις ᾖ φίλον, „ οὕτω σκοπείτωσαν. „

XIV.

EX ABYDENO, DE TURRIS molitione.

RURSUS, quod a Mose de Turris illius molitione, deqve consecuta linguæ unius in plurimas divisione narratur, is, quem paulo ante nominavi, rerum Assyriarum Scriptor his verbis confirmavit. Sunt „ etiam, inqvit ille, qui primos homines e terra natos, cum & viribus & corporis mole „ confiderent, potentiamqve Superis ipsis majorem affectarent, immensæ altitudinis „ Turrim, ubi nunc sita Babylon est, molitos „ esse dicant; qvæ cum jam propius abesset a „ Cœlo, Ventos ipsos navata Diis opera, vastam & immanem eorum in capita substru- „ ctionem effudisse, cujus ex collapsæ ruderibus ea, qvam Babylonem vocant, extiterit. „ Homines porro, quorum ad id tempus una „ eademqve lingva fuerat, multiplicem ac discrepantem ex eo vocem emisisse, ac postmodum Saturnum inter ac Titana bellum esse conflatum. Cæterum locus, in qvo Turrim excitabant, hodie Babylon nominatur, propter eam, quæ contigit, purioris ante illustriorisq; sermonis confusionem: Hebræis enim confusio, Babel est.

ιδ.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΒΥΔΗΝΟΥ ΓΡΑΦΗΣ, περὶ τῆς τοῦ Πύργου κατασκευῆς.

ΠΑΛΙΝ Μωσέως περὶ τῆς τοῦ Πύργου κατασκευῆς, καὶ ὡς ἀπὸ μιᾶς γλώττης εἰς πολλὰς συνεχύθησαν διαλέκτους, ἱστορήσαντος ἐν τῇ λεχθείσῃ περὶ τῶν Ασσυρίων γραφῇ, ὁ μικρῷ πρόσθεν δηλωθεὶς Συγγραφεὺς τὰ ὅμοια μαρτυρεῖ, λέγων ὧδε· Εντὶ δ' οἳ λέγουσι τοὺς πρώτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας, ῥώμῃ τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ Θεῶν καταφρονήσαντας ἀμείνονας εἶναι, „ Πύργον τύρσιν ἠλίβατον ἀείρειν, ἵνα νῦν Βαβυλών ἐστιν· ἤδη τε ἆσσον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ· καὶ τοὺς ἀνέμους, θεοῖσι βωθέοντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχάνημα· τοῦ δῆτα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. τέως δὲ ὄντας ὁμογλώσσους ἐκ Θεῶν „ πολύθρουν φωνὴν ἐνείκασθαι, μετὰ δὲ Κρόνῳ τε καὶ Τιτᾶνι συστῆναι πόλεμον. ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὸν Πύργον ᾠκοδόμησαν, νῦν Βαβυλὼν καλεῖται, διὰ τὴν σύγχυσιν τῆς περὶ τὴν διάλεκτον πρώτην ἐναργείας. Εβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν Βαβὲλ καλοῦσι.

V. Not.

pag. 364.

C

XV.

MULTOS ETIAM ALIOS ejusdem meminisse, ex Josephi Antiqvitatibus.

D

ATQVE hujus etiam Turris, & lingvarum inter homines divortii hunc „ in modum Sibylla meminit; Cum eatenus „ eadem lingva universi homines uterentur, „ altissimam Turrim ædificare nonnulli cœ- „ perunt, qua scilicet in Cœlum usqve con- „ scenderent. At Dii ventis immissis Turrim „ evertere, ac loqvelam singulis propriam „ tribuere, quo factum, ut ea Civitas Baby- „ lon vocaretur. Ejus quoqve Agri, qvem „ Senaar nominant, in Babylonia regione „ siti mentionem Hestiæus facit his verbis, „ Sacerdotibus, qvi exitium effugerant, ra- „ ptis secum Jovis Enyalii sacris, in Senaar „ Babyloniæ Agrum sese primum recepe-

ιε.

ΩΣ ΚΑΙ ΕΤΕΡΟΙ ΠΛΕΙΟΥΣ ΕΜΝΗΣΘΗΣΑΝ τοῦ αὐτοῦ, ἀπὸ τῆς Ιωσήπου ἀρχαιολογίας.

ΠΕΡΙ δὲ τοῦ Πύργου τούτου, καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων μέμνηται καὶ Σιβύλλα λέγουσα οὕτως, Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν „ ἀνθρώπων, Πύργον ᾠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν Ουρανὸν ἀναβησόμενοι „ δι' αὐτοῦ. οἱ δὲ Θεοὶ ἀνέμους ἐπιπέμψαντες ἀ- „ νέτρεψαν τὸν Πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν „ ἔδωκαν. καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κλη- „ θῆναι τὴν πόλιν. περὶ δὲ τοῦ πεδίου τοῦ λεγομένου „ Σεναὰρ ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ χώρᾳ, μνημονεύ- „ ει Εστιαῖος λέγων οὕτως· Τῶν δὲ Ιερέων τοὺς δια- „ σωθέντας, τὰ τῆς Ενυαλίου Διὸς ἱερώματα „ λαβόντας, εἰς Σεναὰρ τῆς Βαβυλωνίας ἐλθεῖν· „

σκίδνανται δὴ τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν ὑπὸ τῆς ὁμογλωσσίας, τὰς συνοικίας ποιησάμενοι πανταχοῦ, καὶ γλῶτταν ἕκαστοι κατελάμβανον τὴν ἐντυχοῦσαν.

Arint; Inde vero quaqua Terrarum dissipantur, ac prout communem hi aut illi forte lingvam sortiti erant, communia quoq; domicilia passim collocant, oblatam quiq; casu regionem occupantes.

ιϛ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΩΝ ΕΒΡΑΙΩΝ ΠΡΟΠΑΤΟΡΟΣ ΑΒΡΑΑΜ, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

ΠΑΛΙΝ Μωσέως τὴν κατὰ τὸν Ἑβραίων προπάτορα Ἀβραὰμ ἱστορίαν εἰς πλάτος ἐπιθεμένου, μαρτυρεῖν αὐτῷ καὶ τοὺς ἔξωθεν ἱστορικοὺς ὁ Ἰώσηπος λέγει διὰ τούτων. Μνημονεύει δὲ ἡμῶν τοῦ πατρὸς Ἀβραάμου Βηρωσσὸς, οὐκ ὀνομάζων, λέγων δὲ οὕτως. Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν δεκάτῃ γενεᾷ, παρὰ Χαλδαίοις τις ἦν δίκαιος ἀνὴρ, καὶ μέγας, καὶ τὰ οὐράνια ἔμπειρος. Ἑκαταῖος δὲ καὶ τοῦ μνησθῆναι πλέον τι πεποίηκε. βιβλίον γὰρ περὶ αὐτοῦ συνταξάμενος κατέλιπε. Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγει οὕτως· Ἀβράμης ἐβασίλευσε Δαμασκοῦ, ἔπηλυς σὺν στρατῷ ἀφιγμένος ἐκ τῆς γῆς τῆς ὑπὲρ Βαβυλῶνα Χαλδαίων λεγομένης. μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἐξαναστὰς καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς χώρας, σὺν τῷ σφετέρῳ λαῷ εἰς τὴν τότε μὲν Χαναναίαν λεγομένην, νῦν δὲ Ἰουδαίαν μετῴκησε. καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου πληθύσαντες, περὶ ὧν ἐν ἑτέρῳ λόγῳ διέξειμι τὰ ἱστορούμενα. τοῦ τε Ἀβραάμου ἔτι καὶ νῦν ἐν τῇ Δαμασκηνῇ τὸ ὄνομα δοξάζεται, καὶ κώμη ἀπ' αὐτοῦ δείκνυται, Ἀβραάμου οἴκησις λεγομένη. λιμοῦ δὲ χρόνοις ὕστερον τὴν Χαναναίαν καταλαβόντος, Ἀβραάμης Αἰγυπτίους εὐδαιμονεῖν πυθόμενος, διαίρειν πρὸς αὐτοὺς ἦν πρόθυμος, τῆς τε ἀφθονίας τῆς ἐκείνων μεθέξων, καὶ τῶν ἱερέων ἀκροατὴς ἐσόμενος, ὧν λέγοιεν περὶ θεῶν. ἢ γὰρ κρείσσοσιν εὑρεθεῖσι κατακολουθήσειν, ἢ μετακοσμήσειν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ βέλτιον, αὐτὸς ἄμεινον φρονῶν. εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει, Καὶ συνὼν Αἰγυπτίων τοῖς λογιωτάτοις, τήν τε ἀρετὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ δόξαν ἐντεῦθεν ἐπιφανεστέραν συνέβη γενέσθαι. τῶν γὰρ Αἰγυπτίων διαφόροις ἀρεσκομένων ἔθεσι, καὶ τὰ παρ' ἀλλήλοις ἐκφαυλιζόντων νόμιμα, καὶ διὰ τοῦτο δυ-

XVI.

DE HEBRÆORUM OMNIUM Parente Abraamo, ex eodem.

MOSEM præterea, in ea, qvam fuse de Abraamo Hebræorum Parente scribit, Historia, consentientes habere Gentiles Historicos Josephus Auctor est, Sic enim loqvitur. Ac Berosus quidem Abrahami Parentis nostri, suppressio licet nomine, his tamen verbis meminit. Circa decimam post Diluvium Ætatem, Vir quidam apud Chaldæos vixit, summa cum integritate morum, tum etiam dignitate rerumqve cœlestium cognitione præditus. Hecatæus vero, non ejus tantum obiter meminit, sed etiam justum de ipso volumen scriptum reliquit. Nicolaus autem Damascenus quarto Historiarum libro hunc in modum loquitur, Abraames Damasci regnavit, cum ex regione Chaldæorum ultra Babylonem sita cum exercitu profectus, eo commigrasset: Inde vero haud longo post tempore, mutatis denuo sedibus, eam, quæ tum Chananæa, nunc autem Judæa nuncupatur, cum suis incoluit, nec non illius posteri numero ac multitudine aucti, qvorum de rebus alium mihi sepono dicendi locum. Et vero, illustris etiamnum Abraamæ nominis tota passim Damascena regione memoria est, ac certus quidam vicus ostenditur, quod Abraamæ domicilium nominant. Verum, ubi gravis postea fames in Chananæam incubuisset, is quod annonæ copia Ægyptios abundare intelligeret, libenter omnino sese ad eos contulit, partim ut ipsorum ubertate frueretur, partim ut Ægyptiorum Sacerdotum de Diis opinionem acciperet: hoc utiq; consilio, uti si meliora traderent, ea sectaretur; sin autem verius ipse sentiret, eos contra saniorem ad mentem sententiamq; traduceret. Ac deinceps ita subjungit. Cum Ægyptiorum, inqvit, eruditissimis familiariter uteretur, novum ipse non ad virtutem modo suam, verum etiam ad nominis existimationem decus ac splendorem adjunxit. Nam quod Ægyptii discrepantibus moribus delectari, suos ipsimet aliorum alii ritus verbis elevarent, mutuoqve propterea

odio tenerentur, ille cum singulis ita seorsim agebat, ut qvicqvid suis quiq; de rebus ac placitis disputarent, id totum ipse respueret, & ab omni veritate vacuum esse demonstraret. Quo factum est, ut in qvotidianis eum mutuisq; congressibus, tanqvam sapientissimum, nec singulari tantum intelligendi vi præditum, sed etiam ad persvadendum aliis, quicquid probandum suscepisset, potentissimum admirarentur. Itaq; Arithmeticam eos atq; Astrologiam prolixe ac liberaliter docuit, quibus in Artibus, ante ipsius adventum, Ægyptii hospites omnino ac peregrini fuerant. Quippe a Chaldæis in Ægyptum, indeq; ad Græcos utriusq; præcepta permanarunt. Hæc Josephus.

A ἀσμένως ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους, συμβαλὼν αὐτῶν ἑκάστοις, καὶ διαπτύων τοὺς λόγους, οὓς ἐποιοῦντο περὶ τῶν ἰδίων, κενοὺς καὶ μηδὲν ἀληθὲς ἔχοντας ἀπέφαινε. θαυμασθεὶς οὖν ὑπ' αὐτῶν ἐν ταῖς συνουσίαις ὡς συνετώτατος, καὶ δεινὸς ἀνὴρ οὐ νοῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πεῖσαι λέγων περὶ ὧν ἂν ἐπιχειρήσειε διδάσκειν, τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ τὰ περὶ ἀστρολογίαν παραδίδωσι. πρὸ γὰρ τῆς Ἀβραάμου παρουσίας, Αἰγύπτιοι τούτων εἶχον
B ἀμαθῶς. ἐκ Χαλδαίων γὰρ ταῦτ' ἐφοίτησεν εἰς Αἴγυπτον, ὅθεν ἦλθε καὶ εἰς τοὺς Ἕλληνας. Ταῦτα ὁ Ἰώσηπος.

XVII. DE ABRAHAMO EX EUPOLEMO, qvem laudat Alexander Polyhistor, ubi de Judæis scribit.

ιζ. ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ ΠΕΡΙ ΑΒΡΑΑΜ, ΑΠΟ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος περὶ Ἰουδαίων γραφῆς.

QVIBUS Polyhistor Alexander plane suffragatur, vir summi ingenii, multæqve eruditionis, idemqve Græcis hominibus, qui non leviter ac perfunctorie doctrinæ fructum degustarunt, longe notissimus. Is igitur in ea, qvam de Judæis texit, Historia, res Abrahami sic ad verbum exequitur. Eupolemus, inqvit, in ea, qvam de Judæis Assyriis habet, disputatione, Auctor est, primum qvidem Babylonem urbem, ac postmodum Turrim illam Historicorum omnium ore jactatam, ab iis, qui Diluvium effugissent (Gygantes illi erant) excitatam, eaqve deinde summa Numinis potestate disjecta, toto passim orbe distractos ac dissipatos Gygantes fuisse. Idem ætate decima, Camarinæ, quæ Babyloniæ civitas est, quamqve Urien nonnulli vocant, Græci Chaldæopolin interpretantur, Abraamum natum esse tradit, qui cum nobilitate ac Sapientia omnibus anteiverit, tum vero Astrologiam pariter & Chaldaicam invenerit, & singulari studio pietatis divinam sibi gratiam conciliarit. Hunc porro divino jussu, collocato rerum suarum in Phœnicia domicilio, Solis Lunæqve conversiones ac reliqva id genus omnia Phœnices docuisse, qvæ res summe gratiosum eum apud Regem effecerit. Postea vero, cum appetitos bello Phœnices Armenii superassent, ipsumqve Abraami nepotem captivum abducerent, Abraamum servo-

ΣΥΝΑΙΔΕΙ δὲ τούτοις καὶ ὁ Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος, πολύνους ὢν καὶ πολυμα-
C θὴς ἀνήρ, τοῖς τε μὴ πάρεργον τὸν ἀπὸ παιδείας καρπὸν πεποιημένοις Ἕλλησι γνωριμώτατος, ὃς ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων συντάξει τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ τοῦτον ἱστορεῖ κατὰ λέξιν τὸν τρόπον. Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων τῆς Ἀσσυρίας φησί, πόλιν Βαβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ὑπὸ τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ· εἶναι δὲ αὐτοὺς Γίγαντας. οἰκοδομεῖν δὲ τὸν ἱστορούμενον Πύργον. πεσόντος δὲ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐν-
D εργείας, τοὺς Γίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. δεκάτῃ δὲ γενεᾷ, φησίν, ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην· εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην, Χαλδαίων πόλιν· ἐν τρισκαιδεκάτῃ γενέσθαι Ἀβραὰμ γενεᾷ, εὐγενείᾳ καὶ σοφίᾳ πάντας ὑπερβεβηκότα, ὃν δὴ καὶ τὴν ἀστρολογίαν καὶ Χαλδαϊκὴν εὑρεῖν, ἐπί τε τὴν εὐσέβειαν ὁρμήσαντα, εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ. τοῦτον δὲ διὰ τὰ προστάγματα τοῦ Θεοῦ, εἰς Φοινίκην ἐλθόντα κατοικῆσαι, καὶ τροπὰς Ἡλίου καὶ Σελήνης καὶ τὰ ἄλλα πάντα διδάξαντα τοὺς Φοίνικας, εὐαρεστῆσαι τῷ Βασιλεῖ αὐτῶν. ὕστερον δὲ Ἀρμενίους ἐπιστρατεῦσαι τοῖς Φοίνιξι· νικησάντων δὲ καὶ αἰχμαλωτισαμένων τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτοῦ, τὸν Ἀβραὰμ

» μετ' οἰκετῶν βοηθήσαντα, ἐγκρατῆ γενέσθαι τῶν αἰχμαλωτευσάντων, καὶ τῶν πολεμίων αἰχμαλωτίσαι τέκνα καὶ γυναῖκας. Πρέσβεων δὲ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν, ὅπως χρήματα λαβὼν ἀπολυτρώσῃ ταῦτα, μὴ προελέσθαι τοῖς δυστυχοῦσιν ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ τὰς τροφὰς λαβόντα τῶν νεανίσκων, ἀποδοῦναι τὰ αἰχμάλωτα, ξενισθῆναί τε αὐτὸν ὑπὸ πόλεως ἱερὸν, Ἀργαριζὶν, ὃ εἶναι μεθερμηνευόμενον ὄρος Ὑψίστου. παρὰ δὲ τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερέως ὄντος τοῦ Θεοῦ, καὶ βασιλεύοντος λα- B βεῖν δῶρα. λιμοῦ δὲ γενομένου, τὸν Ἀβραὰμ ἀπαλλαγῆναι εἰς Αἴγυπτον πανοικίᾳ, κἀκεῖ κατοικεῖν, τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ τὸν Βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων γῆμαι, φήσαντος αὐτοῦ ἀδελφὴν εἶναι. Περισσότερον δ' ἱστόρησεν, ὅτι οὐκ ἠδύνατο αὐτῇ συγγενέσθαι, καὶ ὅτι συνέβη φθείρεσθαι αὐτοῦ τὸν λαὸν, καὶ τὸν οἶκον. μάντεις δὲ, αὐτοῦ καλέσαντος, τοῦτο φάναι, μὴ εἶναι χήραν τὴν γυναῖκα· τὸν δὲ Βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων οὕτως ἐπιγνῶναι, ὅτι γυνὴ ἦν τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ C ἀποδοῦναι αὐτὴν τῷ ἀνδρί. συζήσαντα δὲ τὸν Ἀβραὰμ ἐν Ἡλιουπόλει τοῖς Αἰγυπτίων Ἱερεῦσι, πολλὰ μεταδιδάξαι αὐτοὺς, καὶ τὴν Ἀστρολογίαν, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦτον αὐτοῖς εἰσηγήσασθαι, φάμενον Βαβυλωνίους ταῦτα καὶ αὐτὸν εὑρηκέναι, τὴν δὲ εὕρεσιν αὐτῶν εἰς Ἐνὼχ ἀναπέμπειν, καὶ τοῦτον εὑρηκέναι πρῶτον τὴν Ἀστρολογίαν, οὐκ Αἰγυπτίους. Βαβυλωνίους γὰρ λέγειν πρῶτον γενέσθαι Βῆλον, ὃν εἶναι Κρόνον· ἐκ τούτου δὲ γενέσθαι Βῆλον, καὶ Χαναὰν, τοῦτον δὲ τὸν Χαναὰν γεννῆσαι τὸν πατέρα τῶν Φοι- D νίκων. τούτου δὲ Χοὺμ υἱὸν γενέσθαι, ὃν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων λέγεσθαι Ἄσβολον, πατέρα δὲ Αἰθιόπων, ἀδελφὸν δὲ τοῦ Μεστραεὶμ, πατέρα Αἰγυπτίων. Ἕλληνας δὲ λέγειν τὸν Ἄτλαντα εὑρηκέναι Ἀστρολογίαν· εἶναι δὲ τὸν Ἄτλαντα τὸν αὐτὸν καὶ Ἐνώχ. τοῦ δὲ Ἐνὼχ γενέσθαι υἱὸν Μαθουσάλαν, ὃν πάντα δι' Ἀγγέλων Θεοῦ γνῶναι, καὶ ἡμᾶς οὕτως ἐπιγνῶναι.

BENEDICTUS Deus Terræ ac Cœli Conditor, qui Virum optimum ac parentis optimi filium elegerit. Literas tuas simul atque perlegi, summam animo voluptatem cepi, Deoqve gratias egi, quod Regnum capessisses. Quod autem a nobis homines operasq; poscis, Tyriorum ac Phœnicum octoginta millia ad te misi, atque inter cæteros Architectum, patria quidem Tyrium, sed Matre Judæa eademque ex Davidis Tribu natum; qui tibi, quæcunque ex eo quæsieris, qvæ cœli hujus ambitu continentur, si modo ad Architecturam pertinebunt, ea cum scienter edisseret omnia, tum etiam facile perficiet. Quod superest, partium tuarum erit, ad locorum Præfectos scribere, uti huic tantæ hominum multitudini, qvæcunq; necessaria fuerint, diligenter abundeq; provideant. Salomon igitur, his lectis Paternorum Amicorum auxilio fretus, & Tyriorum Sidoniorumq; manu stipatus, lustrato Monte Libano, quicquid lignorum a Parente cæsum olim fuerat, per mare Joppem usq; transvexit, indeq; pedestri ductu Hierosolymam comportavit. Protinus ad Templi Deo voti sese ædificationem accinxit, anno ætatis decimo tertio. Quod in opus dum universa illa diversorum populorum multitudo incumberet, Tribus Judæorum duodecim res necessarias centum & sexaginta hominum millibus ita suppeditabant, ut suum singulæ mensem huic curæ ac provisioni assignatum & descriptum haberent. Ergo Templi fundamenta jacta, quod cum sexaginta cubitorum longitudine, totidemqve latitudine spatium occuparet, tum vero fundamenta latitudinis ipsa per se decem omnino cubitos obtinebant.

Sic enim a Nathan Dei Propheta jussus Salomon fuerat. A Ac structuram quidem universam ita compingi voluit, ut alterni sese lapidum, & Cupressinarum trabium ordines exciperent, quod utrumqve corium æneis quibusdam, iisqve talenti pondo, securium instar, vinculis adstringeretur. Jam stante universi Ædificii mole, Cedrinis Cupressinisq; tabulis exteriorem lapidum faciem, ne oculum offenderet, undequaqve vestivit; interiorem vero sic inauravit, ut conflatos ex auro lateres cubitorum quinqve, clavis argenteis quatuor, talenti pondo, atq; uberum in similitudinem collocatis B ad parietes affigeret. Sicqve a pavimento ad summum usqve tectum Ædes tota auro collucebat: ipsiusqve adeo laquearis aureum tabulatum, exterius vero culmen æreum totum erat, hoc est æreis tegulis fuso ære conflatis instratum. Columnas præterea duas in Templo statuit, æreas quidem illas, sed auro purissimo ad digiti unius crassitudinem inductas, a dextris unam, alteram a sinistris; ambas autem ejusmodi, quæ longitudine tectum ipsum attingerent, ambitu cubitos singulæ decem implerent. C Aurea etiam Candelabra fieri curavit, pondo singula talentum decem, quæ ad illius, quod in Tabernaculo testimonii collocatum a Mose fuerat, exemplar expressit. Hæc utraqve similiter Ædis ex parte constituta, ad dexteram alia, alia ad sinistram, additæqve aureæ lucernæ septuaginta, ut septem accensas Candelabra singula sustinerent. Templi quoque valvas auro argentoqve texit, tornicemqve desuper Cedrinis ac Cupressinis ex tabulis sinuavit. Jam ad Septentrionalem Ædis partem ingentem Porticum aperuit, D Columnis æreis octo & quadraginta suffultam. Labrum item adjunxit æneum, longitudinis quidem ac latitudinis viginti, altitudinis vero quinqve duntaxat cubitos habens. Hoc limbus quidam exterius ad cubitum unum eminens, ac versus basim circumductus ambiebat, quo facilius conscenso labro, Sacerdotes pedum manuumque sordes eluerent. Eidem gradus tornatiles fusilesqve duodecim, cum justa hominis unius magnitudine adæqvari, ad partem illius posteriorem, Altaris vero dexteram suppositi. Addita insuper basis ænea, non procul a labro, altitudine cubitos duos obtinens, cui Rex oraturus insisteret, quo facilius a circumstante Judæo Populo cerneretur.

A οὕτω γὰρ αὐτῷ προστάξαι Νάθαν τὸν Προφήτην τοῦ Θεοῦ. οἰκοδομεῖν δὲ ἐναλλὰξ δόμον λίθινον, καὶ ἔνδεσμον κυπαρίσσινον, πελεκίνοις χαλκοῖς ταλαντιαίοις καταλαμβάνοντας τοὺς β΄ δόμους. οὕτω δ᾽ αὐτὸν οἰκοδομήσαντα, ξυλῶσαι ἔξωθεν κεδρίνοις ξύλοις καὶ κυπαρισσίνοις, ὥστε τὴν λιθίνην οἰκοδομὴν μὴ φαίνεσθαι· χρυσῶσαί τε τὸν ναὸν ἔσωθεν χωνεύοντα πλινθία χρυσᾶ πενταπήχη, καὶ προστιθέναι προσηλοῦντα ἥλοις ἀργυροῖς, B ταλαντιαίοις τὴν ὁλκὴν, μαστοειδέσι τὸν ῥυθμὸν, τέσσαρσι δὲ τὸν ἀριθμόν. οὕτω δ᾽ αὐτὸν χρυσῶσαι ἀπὸ ἐδάφους, ἕως τῆς ὀροφῆς, τό τε ὀρόφωμα ποιῆσαι ἐκ φατνωμάτων χρυσῶν, τὸ δὲ δῶμα ποιῆσαι χαλκοῦν, ἀπὸ κεραμίδων χαλκῶν, χαλκὸν χωνεύσαντα, καὶ τοῦτον καταχέοντα. ποιῆσαι δὲ δύο στύλους χαλκοῦς, καὶ καταχρυσῶσαι αὐτοὺς χρυσίῳ ἀδόλῳ, δακτύλῳ τὸ πάχος. εἶναι δὲ τοὺς στύλους τῷ ναῷ ἰσομεγέθεις, τὸ δὲ πλάτος, κύκλῳ ἕκαστον κίονα πηχῶν δέκα· στῆναι δὲ αὐτοὺς τοῦ οἴκου, ὃν μὲν C ἐκ δεξιῶν, ὃν δὲ, ἐξ εὐωνύμων. ποιῆσαι δὲ καὶ λυχνίας χρυσᾶς, δέκα τάλαντα ἑκάστην ὁλκὴν ἀγούσας, ὑπόδειγμα λαβόντα, τὴν ὑπὸ Μωσέως ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τεθεῖσαν. στῆσαι δ᾽ ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ σηκοῦ, τὰς μὲν ἐκ δεξιῶν, τὰς δὲ ἐξ εὐωνύμων. ποιῆσαι δ᾽ αὐτὸν καὶ λύχνους χρυσοῦς, ο΄, ὥστε καίεσθαι ἐφ᾽ ἑκάστης λυχνίας, ἑπτά. οἰκοδομῆσαι δὲ καὶ τὰς πύλας τοῦ ἱεροῦ καὶ κατακοσμῆσαι χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ καὶ καταστεγάσαι φατνώμασι κεδρίνοις D καὶ κυπαρισσίνοις. ποιῆσαι δὲ καὶ κατὰ τὸ πρὸς βορρᾶν μέρος τοῦ ἱεροῦ στοὰν, καὶ στύλους αὐτῇ ὑποστῆσαι χαλκοῦς μη΄. κατασκευάσαι δὲ καὶ λουτῆρα χαλκοῦν, μῆκος πηχῶν κ΄, καὶ πλάτος πηχῶν κ΄ τὸ δὲ ὕψος, πηχῶν ε΄. ποιῆσαι δὲ ἐπ᾽ αὐτῷ στεφάνην πρὸς τὴν βάσιν ἔξω ὑπερέχουσαν πῆχυν ἕνα πρὸς τὸ τοὺς ἱερεῖς τούς τε πόδας προσκλύζεσθαι, καὶ τὰς χεῖρας νίπτεσθαι ἐπιβαίνοντας· ποιῆσαι δὲ καὶ τὰς βάσεις τοῦ λουτῆρος, τορευτὰς, χωνευτὰς δώδεκα, καὶ τῷ ὕψει ἀνδρομήκεις. καὶ στῆσαι ἐξ ὑστέρου μέρους ὑπὸ τὸν λουτῆρα, ἐκ δεξιῶν τοῦ θυσιαστηρίου. ποιῆσαι δὲ καὶ βάσιν χαλκῆν τῷ ὕψει πηχῶν δυοῖν, κατὰ τὸν λουτῆρα, ἵν᾽ ἐφεστήκῃ ἐπ᾽ αὐτῆς ὁ Βασιλεὺς, ὅταν προσεύχηται, ὅπως ὀπτάνηται τῷ λαῷ τῶν Ἰουδαίων.

ποτ. καταχέοντα

προσ. κτ.

» οἰκοδομῆσαι δὲ καὶ τὸ θυσιαστήριον, πηχῶν A
» κέ, ἐπὶ πήχεις κ', τὸ δὲ ὕψος πηχῶν ιβ'. ποιῆ-
» σαι δὲ καὶ δακτυλίους δύο χαλκοῦς ἀλυσι-
» δωτούς, καὶ στῆσαι αὐτοὺς ἐπὶ μηχανημάτων
» ὑπερεχόντων τῷ ὕψει τὸν ναὸν, πήχεις κ', καὶ
» σκιάζειν ἐπάνω παντὸς τοῦ Ἱεροῦ· καὶ προσ-
» κρεμάσαι ἑκάστῃ δικτύϊ, κώδωνας χαλκοῦς
» ταλαντιαίους τετρακοσίους· καὶ ποιῆσαι ὅλας
» τὰς δικτύας, πρὸς τὸ ψοφεῖν τοὺς κώδωνας,
» καὶ ἀποσοβεῖν τὰ ὄρνεα, ὅπως μὴ καθίζῃ
» ἐπὶ τοῦ Ἱεροῦ, μηδὲ νοσσεύῃ ἐπὶ τοῖς φατ- B
» νώμασι τῶν πυλῶν καὶ στοῶν, καὶ μολύνῃ τοῖς
» ἀποπατήμασι τὸ Ἱερόν. περιβαλεῖν δὲ καὶ τὰ
» Ἱεροσόλυμα τὴν πόλιν τείχεσι, καὶ πύργοις,
» καὶ τάφροις. οἰκοδομῆσαι δὲ καὶ βασίλεια ἑ-
» αυτῷ. προσαγορευθῆναι δὲ πρῶτον μὲν,
» τὸ ἀνάκτορον, Ἱερὸν Σολομῶνος, ὕστερον δὲ
» παρεφθαρμένως τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ,
» Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθῆναι· ὑπὸ δὲ τῶν Ἑλ-
» λήνων φερωνύμως Ἱεροσόλυμα λέγεσθαι.
» συντελέσαντα δὲ τὸ Ἱερὸν, καὶ τὴν πόλιν
» τειχίσαντα, ἐλθεῖν εἰς Σηλὼμ, καὶ θυσίαν C
» τῷ Θεῷ εἰς ὁλοκάρπωσιν προσαγαγεῖν,
» βοῦς χιλίους. λαβόντα δὲ τὴν σκηνὴν καὶ
» τὸ θυσιαστήριον, καὶ τὰ σκεύη, ἃ ἐποίησε Μω-
» σῆς, εἰς Ἱεροσόλυμα ἐνεγκεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴ-
» κῳ θεῖναι. καὶ τὴν κιβωτὸν δὲ καὶ τὸν βω-
» μὸν τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν λυχνίαν, καὶ τὴν
» τράπεζαν, καὶ τὰ ἄλλα σκεύη ἐκεῖ κατα-
» τίθεσθαι, καθὼς προστάξαι αὐτῷ τὸν Προ-
» φήτην. προσαγαγεῖν δὲ τῷ Θεῷ θυσίαν
» μυρίαν, πρόβατα δισχίλια, μόσχους τρισ- D
» χιλίους πεντακοσίους. τὸ δὲ σύμπαν χρυ-
» σίον, τὸ εἰς τοὺς δύο στύλους καὶ τὸν ναὸν κα-
» ταχρησθὲν, εἶναι τάλαντα μυριάδων υϛ'.
» εἰς δὲ τοὺς ἥλους καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν,
» ἀργυρίου τάλαντα χίλια διακόσια τρια-
» κονταδύο. χαλκοῦ δὲ εἰς τοὺς κίονας καὶ τὸν
» λουτῆρα καὶ τὴν στοὰν, τάλαντα μύρια ὀκτα-
» κισχίλια πεντήκοντα. ἀποπέμψαι δὲ τὸν Σολο-
» μῶνα καὶ τοὺς Αἰγυπτίους, καὶ τοὺς Φοίνικας, ἑκά-
» στους εἰς τὴν ἑαυτοῦ, ἑκάστῳ χρυσοῦ σίκλους δόντα
» δέκα· τὸ δὲ τάλαντον εἶναι σίκλον. καὶ τῷ μὲν Αἰγύπτου Βασιλεῖ Οὐαφρῇ ἐλαίου μετρητὰς
» μυρίους, φοινικοβαλάνων ἀρτάβας χιλίας, μέλιτος δὲ ἀγγεῖα ἑκατὸν, καὶ ἀρώματα πέμψαι.
» τῷ δὲ Σούρωνι εἰς Τύρον πέμψαι τὸν χρυσοῦν κίονα, τὸν ἐν Τύρῳ ἀνακείμενον ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διός.

A Ad hæc Altare erexit, cujus ambitus cubitorum quinque & quadraginta, altitudo vero duodecim tantum esset. Postremo, Annulos ex ære geminos catenis implicitos, machinis quibusdam supra Templi fastigium viginti cubitis extantibus imposuit, qvorum umbra in totum desuper culmen incumberet: eqve singulis retibus seu catenis ænea tintinnabula, talenti pondo, quadringenta suspendit, quæ catenis commotis impulsa, tinnitu ac strepitu volucres abigerent, ne vel insiderent Templo, vel nidos B in Valvarum aut Porticuum tabulatis construerent, Ædemqve sacram sordibus inquinarent. Porro ipsam quoque Hierosolymæ Urbem muris, turribus, fossisqve vallavit, augustamqve sibi ipsi Regiam excitavit. At primum quidem sacra illa Ædes, Ἱερὸν Σολομῶνος, Salomonis Templum, nominata est; deinde vero, Urbs ipsa Hierusalem, corrupto vitiatoqve Templi nomine appellata, quam Græci postea Hierosolymam affini geminoqve vocabulo nuncuparunt. Rex autem post Templum ædificatum, Urbemqve munitam, Selomum pro- C fectus, Deo mille Boum holocaustum obtulit; idemqve postmodum, & Tabernaculum, & Aram, & quicquid sacræ supellectilis comparatum a Mose fuerat, Arcam, Altare aureum, Candelabrum, Mensam, & quicquid aliud fuit, Hierosolymam comportatum, sacra in Æde Prophetæ jussu reposuit, simulqve immensum Deo sacrificium fecit, ovibus ad duo, ac juveneis ad tria millia & quingenta mactatis. Cæterum vis Auri cuncta, in Columnas duas, ac Templum universum expensa, talentum fuit qvadragi- D es sexies; Argenti vero in clavos ac reliqvum apparatum, ducentorum ac triginta duum supra mille; Æris deniqve, in Columnas, Labrum, & Porticum, quinquaginta supra octodecim millia. Porro Ægyptios ac Phœnices, divisis in singulos decem Auri Siclis, (Siclus Talentum erat) suam in Patriam Salomon remisit. Ad Vaphren Ægypti Regem olei metretas ad decem millia, Dactylorum Ægyptiacarum Artabas mille, Mellis vasa centum cum Aromatibus: Ad Suronem vero Columnam auream Tyrum misit, qvā ipse Jovis in Templo consecravit.

» Addit Theophilus, quicquid reliqvum ex auro fuerat, Tyrio Regi a Salomone missum » esse: Illum vero Filiæ simulacrum integrum ex eo conflavisse, ipsumqve aurea » columna quasi theca & involucro quodam » inclusisse. Eupolemus autem aureos præterea clypeos mille a Salomone elaboratos » esse tradit, quingentorum singulos aureorum; eundemqve vixisse annos quinqvaginta duos, ex quibus totos & continentes » quadraginta summa in pace regnaverit.

A Θεόφιλος δέ φησι, τὸν περιοσεύσαντα χρυσὸν τὸν Σολομῶνα τῷ Τυρίῳ Βασιλεῖ πέμψαι. τὸν δ', εἰκόνα τῆς θυγατρὸς ζῶον ὁλοσωμάτον κατασκευάσαι, καὶ ἔλυτρον τῷ ἀνδριάντι τὸν χρυσοῦν κίονα περιθεῖναι. Ποιῆσαι δέ φησιν ὁ Εὐπόλεμος τὸν Σολομῶνα, καὶ ἀσπίδας χρυσᾶς χιλίας, ὧν ἑκάστην πεντακοσίων εἶναι χρυσῶν. βιῶσαι δ' αὐτὸν ἔτη πεντήκοντα δύο, ὧν ἐν εἰρήνῃ βασιλεῦσαι ἔτη μ'. »

B

XXXV.
DE HIEROSOLYMA, EX TIMOCHARE, ut habetur eodem libro de rebus Antiochi.

» TIMOCHARES in rerum ab Antiocho » gestarum historia, Hierosolymæ ambi» tum quadraginta stadiorum esse docet; eandemqve expugnatu perdifficilem, quippe » quæ præruptis undique fossis vallibusque » cingatur. Ad hæc, Urbem universam a» quis perlui, quarum de fluxu horti passim » omnes irrigentur: ac tametsi totis quadraginta ab Urbe stadiis summa aqvæ penuria » laboretur; inde tamen, riguum denuo so» lum apparere.

λε.
ΤΙΜΟΧΑΡΟΥΣ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΕΡΟΥσαλὴμ, ἀπὸ τῆς περὶ Ἀντιόχου τῆς αὐτῆς γραφῆς.

ΤΙΜΟΧΑΡΗΣ δέ φησιν ἐν τοῖς περὶ Ἀντιόχου, τὰ Ἱεροσόλυμα τὴν μὲν περίμετρον ἔχειν σταδίους μ'. εἶναι δ' αὐτὴν δυσάλωτον, πάντοθεν ἀπορρῶξι περικλειομένην φάραγξιν. ὅλην δὲ τὴν πόλιν, ὕδασι κατα- C ῤῥεῖσθαι, ὥστε καὶ τοὺς κήπους ἐκ τῶν ἀποῤῥεόντων ὑδάτων ἐκ τῆς πόλεως ἄρδεσθαι. τὴν δὲ μεταξὺ ἀπὸ τῆς πόλεως ἄχρι τεσσαράκοντα σταδίων, ἄνυδρον εἶναι· ἀπὸ δὲ τῶν μ' σταδίων, πάλιν κάθυδρον ὑπάρχειν. »

XXXVI.
DE EADEM, EX MENSORE Syriæ.

» PRÆTEREA is, qui Syriam totam » mensus est, libro primo sui operis, Hie» rosolymam in arduo quodam asperoqve ju» go sitam fuisse tradit, partemqve murorum » aliquam polito ex lapide, maximam vero ex » silice constitisse: itemque Urbis ambitum » stadia septem ac viginti obtinere: ad extre» mum eodem ex loco fontem magna aquæ » vi scaturientem existere.

λϛ.
ΤΟΥ ΤΗΣ ΣΥΡΙΑΣ ΣΧΗΝΟΜΕτρου, περὶ τῆς αὐτῆς.

D Ὁ ΔΕ τῆς Συρίας Σχοινομέτρης γράψας, ἐν τῇ πρώτῃ φησὶ κεῖσθαι Ἱεροσόλυμα ἐπὶ μετεώρου τε καὶ τραχέως τόπου· ᾠκοδομῆσθαι δέ τινα μὲν μέρη τοῦ τείχους, » pag. 166. ἀπὸ λίθου ξεστοῦ, τὰ δὲ πλείονα ἀπὸ χάλικος· καὶ ἔχειν τὴν περίμετρον τὴν πόλιν σταδίων κζ', ὑπάρχειν δὲ καὶ πηγὴν ἐν τῷ χωρίῳ, ὕδωρ δαψιλὲς ἀναβλύζουσαν. »

XXXVII.
DE AQVIS IPSIS, QVÆ SUNT Hierosolymis, ex Philone.

» EJUSDEM scaturiginis Philo etiam » meminit in iis, quos de Hierosolyma

λζ.
ΦΙΛΩΝΟΣ, ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΙΕΡΟσολύμοις ὑδάτων.

ΦΗΣΙ δὲ ὁ Φίλων ἐν τοῖς περὶ Ἱεροσολύμων, κρήνην εἶναι· ταύτην δὲ ἐν »

μὲν τῷ χειμῶνι ξηραίνεσθαι, ἐν δὲ τῷ θέρει πληρεῦσθαι. λέγει δὲ ἐν τῇ πρώτῃ οὕτως,

Νηχόμενος δ' ἐφύπερθε τὸ θαυμασιώτατον
ἄλλο
Δέρκηθρον· σὺν ἀοιδᾷ, μεγιστούχοιο
λοετροῖς
Ῥεύματος ἐμπίπλησι βαθὺν ῥόον ἐξα-
νιείσης.

καὶ τὰ ἑξῆς. οἷς πάλιν ὑποβὰς, περὶ τῆς πληρώσεως ἐπιλέγει,

Ῥεῦμα γὰρ ὑψιφάεννον, ἐν ὑετίοις νιφετοῖ-
σιν
Ἱέμενον, πολυγηθὲς, ὀρεινοῖς ὑπὲρ πύργοι-
σιν
Στρωφᾶται, καὶ ξηρὰ πέδῳ κεκονιμένα,
κρήνης
Τηλεφανῆ δείκνυσιν ὑπὲρ ταῦτα θάμβεα
λαῶν.

καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. εἶτα πάλιν περὶ τῆς τοῦ Ἀρχιερέως κρήνης, καὶ τῆς ἀποχετεύσεως διέξεισιν οὕτως,

Αἰπὺ δ' ἄρ' ἐκπλύουσι διὰ χθονὸς ὑδρο-
χόοισι
Σωλῆνες.

καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἕπεται. τοσαῦτα μὲν δὴ τὰ ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυΐστορος.

Aconscripsit libris, qvam hyeme arescere, ac rursum æstate ubertim fluere, libro primo hunc in modum cecinit,

Desuper allabens nova tum miracula vidi.
** * qva fons uberrimus undas*
Egerit, atqve sinus implet ductusqve profundos.

Et quæ seqvuntur, quibus de fluxu ejus pleniore subjungit,

Scilicet ex alto decurrens vertice fluxus,
Et pluviis crescens nivibus, sub turribus altis
Volvitur, & sicco langventia pulvere circum
Arva rigans, viridis miracula pandit amictus.

Et reliqua. Idemqve rursus de summi Sacerdotis tum fonte, tum aquæ ductu:

Subter humum lymphas multus sublime canalis
Egerit.

Et cætera, quæ fusius ille perseqvitur. Verum ex Alexandro Polyhistore hactenus.

λη.
ΑΡΙΣΤΑΙΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ.

ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ ὑδάτων, καὶ ὁ Ἀρισταῖος ἐν τῷ γραφέντι αὐτοῦ βιβλίῳ περὶ τῆς ἑρμηνείας τοῦ τῶν Ἰουδαίων νόμου, ταῦτα ἱστορεῖ. Ὁ δὲ οἶκος ἀποβλέπει πρὸς ἠῶ, τὰ δ' ὀπίσθια αὐτοῦ πρὸς ἑσπέραν. τὸ δὲ πᾶν ἔδαφος λιθόστρωτον καθέστηκε, καὶ κλίματα πρὸς τοὺς καθήκοντας τόπους ἔχει, τῆς τῶν ὑδάτων ἐπιρροῆς ἕνεκεν, ἣ γίνεται διὰ τὴν σμῆξιν τῶν ἀπὸ τῶν θυσιῶν αἱμάτων· πολλαὶ γὰρ μυριάδες κτηνῶν προσάγονται, κατὰ τὰς τῶν ἑορτῶν ἡμέρας. ὕδατος δὲ ἀνέκλειπτός ἐστι σύστασις, ὡς ἂν καὶ πηγῆς ἔσωθεν πολυῤῥύτου φυσικῶς ἐπιρρεούσης, ἔτι δὲ θαυμασίων καὶ ἀδιηγήτων ὑποδοχείων ὑπαρχόντων ὑπὸ γῆν, καθὼς ἐπέφαινον, πέντε σταδίων κυκλόθεν τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν καταβολῆς, καὶ ἐκ τούτων σύριγγας

XXXVIII.
DE IISDEM, EX ARISTÆO.

ARISTÆUS autem, in eo, quem de Judaicæ legis interpretatione conscripsit, de Aquis illis Hierosolymitana Urbe fluentibus ita narrat. Templum, inqvit, a fronte Ortum, Occasum a tergo spectat. Solum ejus universum lapide stratum, idemq; certis & opportunis in locis declivius, quo facilius aquæ decurrant, quibus ad abstergendum victimarum sangvinem pavimentum prolui necesse est, qvod multa pecorum millia diebus festis imolentur. Ac perennis quidem propterea est aquarum ejusmodi vis atq; collectio, quod cum ex interioribus soli visceribus, fons quidam uberrimus, ac plurimas sect⁹ in venas, eo loco nativo cursu influat; tum vero mirabiles præterea tubi, omniq; oratione majores sub terrâ elaborati sint, qvi, qvantum ex visu conjicere licet, quinqve stadiorum circa Templi molem gyrum efficiant, ex quibus innumerabiles

fistulæ ad latera singula producantur, quibus aqvæ omnibus ex partibus confluentes egerantur. Atqve hæc omnia, partim ad pavimentum, partim ad ipsos quoqve parietes, opere plumbario, infusa desuper vi magna calcis, adhærescere, adeoqve singulari & accurata quadam arte constare scribit.

ἀναρίθμους καθ' ἕκαστον μέρος ἑαυτῆς συναπτόντων τῶν ῥευμάτων. καὶ ταῦτα πάντα μεμολυβδῶσθαι κατ' ἐδάφους, καὶ τῶν τοίχων. ἐπὶ δὲ τούτων κεχύσθαι πολὺ πλῆθος κονιάσεως, ἐνεργῶς γεγενημένων ἁπάντων.

XXXIX.

DE HIEREMIA PROPHETA, ex Eupolemo.

AT enim, cum laudatus supra Polyhistor Hieremiæ quoque Prophetiæ meminerit, ineptissimum utiqve foret, hanc a nobis silentio præteriri. Eam igitur hoc etiam loco attexamus. Tum Joachimum, inquit, Regnum capessisse, cujus tempore Hieremias Propheta oracula sua ediderit. Quippe, hunc a Deo missum, Judæos, interim dum Idolo cuidam aureo, Baalem vocabant, sacrificium facerent, deprehendisse, quibus impendentem calamitatem prædixerit. Ac Joachimum quidem, vivum illum ac spirantem cremare voluisse: at contra denunciasse Prophetam, hoc eos lignorum genere Babylonis opsonia curaturos, & canales ad derivandas Tigris & Euphratis undas fossuros esse, posteaquam eorum in manus ac potestatem venissent. Itaque Nabuchodonosorem Babyloniorum Regem, ubi rem, quomodo ab Hieremia prænunciata fuerat, rescivisset, Astibaren Medorum Regem, uti hujus expeditionis socius esse vellet, obsecrasse; conjunctoqve Babyloniorum ac Medorum exercitu, qui præter decem Curruum millia, Peditum octoginta supra centum, Equitum vero centum ac viginti millibus constaret, primum quidem, Samariam, Galilæam, Scythopolim, & Judæos Galaatidem incolentes delevisse: mox vero ipsam quoqve Hierosolymam, Joachimumqve Regem vivum cepisse, & quicqvid in Templo Auri, Argenti, Ærisq; fuit, detractum Babylonem misisse, præter Arcam, & inclusas in ea Tabulas: hanc enim penes Hieremiam remansisse.

λθ.

ΕΥΠΟΛΕΜΟΥ, ΠΕΡΙ ΙΕΡΕΜΙΟΥ ΤΟΥ Προφήτου.

ΕΠΙ τούτοις, καὶ τῆς Ἱερεμίου Προφητείας τοῦ Πολυΐστορος μνήμην πεποιημένου, ἡμᾶς ἀποσιωπῆσαι ταύτην, πάντων ἂν εἴη παραλογώτατον. κείσθω τοίνυν καὶ αὕτη. Εἶτα Ἰωακείμ. ἐπὶ τούτου προφητεῦσαι Ἱερεμίαν τὸν Προφήτην. τοῦτον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποσταλέντα, καταλαβεῖν τοὺς Ἰουδαίους θυσιάζοντας εἰδώλῳ χρυσῷ, ᾧ εἶναι ὄνομα Βαάλ. τοῦτον δὲ αὐτοῖς τὴν μέλλουσαν ἀτυχίαν δηλῶσαι. τὸν δὲ Ἰωακείμ, ζῶντα αὐτὸν ἐπιβαλέσθαι κατακαῦσαι· τὸν δὲ φάναι, τοῖς ξύλοις τούτοις, Βαβυλωνίοις ὀψοποιήσειν, καὶ σκάψειν τὰς τοῦ Τίγριδος καὶ Εὐφράτου διώρυχας αἰχμαλωτισθέντας. τὸν δὲ τῶν Βαβυλωνίων Βασιλέα ἀκούσαντα Ναβουχοδονόσορ τὰ ὑπὸ τοῦ Ἱερεμίου προμαντευθέντα, παρακαλέσαι Ἀστιβάρην τὸν Μήδων Βασιλέα συστρατεύειν αὐτῷ. παραλαβόντα δὲ Βαβυλωνίους καὶ Μήδους, καὶ συναγαγόντα πεζῶν μὲν ὀκτωκαίδεκα, ἱππέων δὲ μυριάδας δώδεκα, καὶ πεζῶν ἅρματα μυρία, πρῶτον μὲν τὴν Σαμαρεῖτιν καταστρέψασθαι, καὶ Γαλιλαίαν, καὶ Σκυθόπολιν, καὶ τοὺς ἐν τῇ Γαλααίτιδι οἰκοῦντας Ἰουδαίους· αὖθις δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα παραλαβεῖν, καὶ τὸν Ἰουδαίων Βασιλέα Ἰωακεὶμ ζωγρῆσαι. τὸν δὲ χρυσὸν τὸν ἐν τῷ Ἱερῷ, καὶ ἄργυρον, καὶ χαλκὸν ἐκλέξαντας, εἰς Βαβυλῶνα ἀποστεῖλαι, χωρὶς τῆς κιβωτοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πλακῶν. ταύτην δὲ τὸν Ἱερεμίαν κατασχεῖν.

A

μ.

ΒΗΡΩΣΣΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ αἰχμαλωσίας, τῆς ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ· καὶ περὶ τῶν Βασιλέων τῆς Βαβυλῶνος, ἀπὸ τοῦ Ναβοπαλλασάρου, μέχρι πρὸς τὸν Κῦρον· ἀπὸ τῶν Ἰωσήπου.

ΤΟΥΤΟΙΣ ἐπισυνάψαι ἀναγκαῖον, καὶ τὰ περὶ τῆς Ἰουδαίων αἰχμαλωσίας τῆς ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, ὅς τῷ ἀποστάτῃ ἐπιστρατεύσας, καὶ παραταξάμενος, αὐτοῦ τε ἐκυρίευσε, καὶ τὴν χώραν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ βασιλείαν ἐποιήσατο. τῷ τε πατρὶ αὐτοῦ συνέβη Ναβοπαλλασάρῳ, κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀρρωστήσαντι, ἐν τῇ Βαβυλωνίων πόλει μεταλλάξαι τὸν βίον, ἔτη βεβασιλευκότι κα'. αἰσθόμενος δὲ μετ' οὐ πολὺ χρόνον τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν Ναβουχοδονόσορος, καταστήσας τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον πράγματα, καὶ τὴν λοιπὴν χώραν, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους Ἰουδαίων τε, καὶ Φοινίκων, καὶ Σύρων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἐθνῶν, συντάξας τισὶ τῶν φίλων, εἰς τὴν Βαβυλωνίαν παρεγένετο. καὶ μεθ' ἕτερα φησι, Ναβουχοδονόσορος μὲν οὖν μετὰ τὸ ἄρξασθαι τοῦ προειρημένου τείχους, ἐμπεσὼν εἰς ἀρρωστίαν, μετήλλαξε τὸν βίον, βεβασιλευκὼς ἔτη μγ'. τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐιλμαλούρουχος, οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισάρου, ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη β'. μετὰ δὲ τὸ ἀναιρεθῆναι τοῦτον, διαδεξάμενος τὴν ἀρχὴν ὁ ἐπιβουλεύσας αὐτὸν Νηριγλισάρης, ἐβασίλευσεν ἔτη δ'. τούτου υἱὸς Χαβαεσοάραχος, ἐκυρίευσε μὲν τῆς βασιλείας, παῖς ὤν, μῆνας ἐννέα· ἐπιβουλευθεὶς δὲ, διὰ τὸ πολλὰ ἐμφαίνειν κακοήθη, ὑπὸ τῶν φίλων ἀπετυμπανίσθη. ἀπολομένου δὲ τούτου, συνελθόντες οἱ ἐπιβουλεύσαντες αὐτῷ, κοινῇ τὴν βασιλείαν περιέθηκαν Ναβοννίδῳ τινὶ τῶν ἐκ Βαβυλῶνος ὄντι ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως. ἐπὶ τούτου, τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τείχη τῆς Βαβυλωνίων πόλεως, ἐξ ὀπτῆς πλίνθου καὶ ἀσφάλτου κατεκοσμήθη. οὔσης δὲ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ ἔτει, προεξεληλυθὼς Κῦρος ἐκ τῆς Περσίδος μετὰ

XL.

EX BEROSO, QVEM JOSEphus laudat, de Judæorum captivitate sub Nabuchodonosore; deqve Babylonis Regibus, a Nabopallasaro, usqve ad Cyrum. Ex Josepho.

HIS porro, Judæorum etiam captivitatem attexere, qvam a Nabuchodonosore passi sunt, operæ pretium fuerit. Is enim motis in Rebellem copiis, justa victum acie in potestatem redegit suam, ac Regionem passim universam ad Imperium suum adjunxit. Sub idem tempus, cum Nabopallasari Patris sui lethali morbo confecti, Babylone, post vicesimum primum Regni sui annum, obitus contigisset; Nabuchodonosorus, cum supremum ejus diem paulo post accepisset, rebus Ægypti compositis, cæterisqve Provinciis, & Judæorum, Phœnicum, ac Syrorum, Gentium Ægypto vicinarum captivis amicorum suorum fidei commendatis, sese in Babyloniam recepit. Idem quibusdam interjectis, Nabuchodonosorus, inquit, jam affecto, qvem paulo ante dixi, muro, cum in morbum incidisset, anno Regni quadragesimo tertio migravit e vita. Cui cum Evilmaluruchus ejusdem filius successisset, quod summa rerum nefarie ac petulanter abuteretur, anno altero quam regnare cœperat, Neriglisaræ sororis suæ conjugis insidiis occubuit. Post qvem, idem ipse Neriglisaras parricida, suscepto Imperio, quatuor tantum annos regnavit. Ejus autem filius, Chabaessoarachus nomine, tametsi adhuc puer menses novem Regnum tenuisset, tamen quod jam tum existentem indolis pravitatem ostenderet, a necessariis suis clam mactatus interiit. Quo sublato, mox Nabonnido cuidam Babylonio ejusdem cōjurationis socio, communi Insidiatorum consilio delatum Imperium est. Hoc regnante, Babylonis mœnia, qvæ flumini adjacent, cocto latere ac bitumine splendidius ædificata sunt. Regni vero decimum septimum agente annum, Cyrus

ex Perside cum ingenti profectus exercitu, A ac reliqvum ejus Imperium omne populatus, in Babyloniam ipsam invasit. Qvam ejus impressionem Nabonnidus cum sensisset, ei cum exercitu occurrendum statuit: verum pugna victus, cum paucissimis fugæ comitibus sese Borsippenorum inclusit oppido. Cyrus autem, Babylone obsessa, cum muros extra Urbem longe patentes subrui jussisset, quod difficilior & actuosior ejusdem expugnatio videretur, Borsippum movit, Nabonnidum obsessurus. At is, obsidione occupata, Cyro sese tradidit, qui B eum perhumaniter habitum, Babylonia tantum cedere, & in Carmania deinceps versari voluit. Qva in regione, donec supremum obiret diem, Nabonnidus reliqvum omne vitæ tempus exegit. Atqve hæc narratio consentientem habet cum nostris Literis veritatem. Proditum enim iis est, Nabuchodonosorum anno Regni sui decimo octavo Templum nostrum funditus evertisse, ejusqve excidium totos qvinqvaginta annos durasse; anno autem Cyri Regni secundo restitui cœptum, Darii tandem C decimo partibus omnibus absolutum esse. Ista Josephus.

δυνάμεως πολλῆς, καταστρεψάμενος τὴν λοιπὴν βασιλείαν ἅπασαν, ὥρμησεν ἐπὶ τῆς Βαβυλωνίας. αἰσθόμενος δὲ Ναβόννιδος τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, ἀπαντήσας μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παραταξάμενος, ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ, καὶ φυγὼν ὀλιγοστὸς, συνεκλείσθη εἰς τὴν Βορσιππηνῶν πόλιν. Κῦρος δὲ Βαβυλῶνα καταλαβόμενος, καὶ συντάξας τὰ ἔξω τῆς πόλεως τείχη κατασκάψαι, διὰ τὸ λίαν αὐτῷ πραγματικὴν καὶ δυσάλωτον φανῆναι τὴν πόλιν, ἀνέζευξεν ἐπὶ Βόρσιππον, ἐκπολιορκήσων τὸν Ναβόννιδον. τοῦ δὲ Ναβοννίδου οὐχ ὑπομείναντος τὴν πολιορκίαν, ἀλλ᾽ ἐγχειρίσαντος αὑτὸν πρότερον, χρησάμενος Κῦρος φιλανθρώπως, καὶ δοὺς οἰκητήριον αὐτῷ Καρμανίαν, ἐξέπεμψεν ἐκ τῆς Βαβυλωνίας. Ναβόννιδος μὲν οὖν τὸν λοιπὸν τοῦ χρόνου διαγενόμενος ἐν ἐκείνῃ τῇ χώρᾳ, κατέστρεψε τὸν βίον. ταῦτα σύμφωνον ἔχει ταῖς ἡμετέραις βίβλοις τὴν ἀλήθειαν. γέγραπται γὰρ ἐν αὐταῖς, ὅτι Ναβουχοδονόσορος ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἔτει, τὸν παρ᾽ ἡμῶν ναὸν ἠρήμωσε, καὶ ἦν ἀφανὴς ἐπὶ ἔτη πεντήκοντα. δευτέρῳ δὲ τῆς Κύρου βασιλείας ἔτει, τῶν θεμελίων ὑποβληθέντων, δεκάτῳ πάλιν τῆς Δαρείου βασιλείας ἐτελέσθη. ταῦτα ὁ Ἰώσηπος.

XLI.
DE NABUCHODONOSORE, ET condita ab eo Babylone, ex Abydeno.

D

EGO vero, in ea, qvam Abydenus de Assyriorum rebus scripsit, historia, de Nabuchodonosore hæc præterea reperi. Megasthenes, inqvit, auctor est Nabucodrosorum Herculi ipsi fortitudine atqve animis præstitisse, atqve in Libyam & Iberiam impetu facto, utriusqve jam domitæ Colonias in dextram Ponti plagam deportasse. Qvibus peractis, Chaldæi ferunt, eum conscenso Palatio divinitus repente afflatum, qvod seqvitur Oraculum effudisse *Ille ego Nabucodrosorus*, o Babylonii, imminentem vobis calamitatem prænuncio, qvam Parcis uti averruncent, nec Belus generis nostri Auctor, nec Regina Beltis persvadere unqvam poterunt. Per-

μα.
ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΒΥΔΗΝΟΥ ΓΡΑΦΗΣ, περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ.

ΕΥΡΟΝ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀβυδηνοῦ περὶ Ἀσσυρίων γραφῇ, περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ταῦτα. Μεγασθένης δέ φησι, Ναβουκοδρόσορον Ἡρακλέως ἀλκιμώτερον γεγονότα, ἐπί τε Λιβύην καὶ Ἰβηρίην στρατεῦσαι. ταύτας δὲ χειρωσάμενον, ἀπόδασμον αὐτέων εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Πόντου κατοικίσαι. μετὰ δὲ, λέγεται πρὸς Χαλδαίων, ὡς ἀναβὰς ἐπὶ τὰ βασιλήϊα, κατασχεθείη θεῷ ὅτε δή, φθεγξάμενος δὲ εἶπεν, οὗτος ἐγὼ Ναβουκοδρόσορος, ὦ Βαβυλώνιοι, τὴν μέλλουσαν ὑμῖν προαγγέλλω συμφορὴν, τὴν ὅτε Βῆλος ἐμὸς πρόγονος, ἥ τε βασίλεια Βῆλτις ἀποτρέψαι, Μοίρας πεῖσαι ἀσθενοῦσιν

ἥξει

ἥξει Πέρσης ἡμίονος, τοῖσιν ὑμετέροισι δαίμοσι χρεώμενος συμμάχοισιν· ἐπάξει δὲ δουλοσύνην. οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης, τὸ Ἀσσύριον αὔχημα. ὡς εἴθε μιν, πρόσθεν ἢ δοῦναι τοὺς πολιήτας, Χάρυβδίν τινα ἢ θάλασσαν εἰσδεξαμένην ἀϊστῶσαι πρόρριζον· ἤ μιν ἄλλας ὁδοὺς στραφέντα φέρεσθαι διὰ τῆς ἐρήμου, ἵνα οὔτε ἄστεα, οὔτε πάτος ἀνθρώπων, θῆρες δὲ νομὸν ἔχουσι, καὶ ὄρνιθες πλάζονται, ἔν τε πέτρῃσι καὶ χαράδρῃσι μοῦνον ἀλώμενον· ἐμέ τε πρὶν εἰς νόον βαλέσθαι ταῦτα, τέλεος ἀμείνονος κυρῆσαι. Ὁ μὲν θεσπίσας παραχρῆμα ἠφάνιστο. ὁ δέ οἱ παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευε. τὸν δ' ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπει παῖδα Λαβασσοάρασκον. τούτου δὲ ἀποθανόντος βιαίῳ μόρῳ, Ναβαννίδοχον ἀποδεικνῦσι βασιλέα, προσήκοντά οἱ οὐδέν. τῷ δὲ Κῦρος, ἑλὼν Βαβυλῶνα, Καρμανίης ἡγεμονίην δωρέεται. καὶ περὶ τοῦ κτίσαι δὲ τὸν Ναβουχοδονόσορ τὴν Βαβυλῶνα, ὁ αὐτὸς ταῦτα γράφει· λέγεται δὲ πάντα μὲν ἐξ ἀρχῆς ὕδωρ εἶναι, θάλασσαν καλεομένην. Βῆλον δέ σφεα παῦσαι, χώρην ἑκάστῳ ἀπονείμαντα, καὶ Βαβυλῶνα τείχεϊ περιβαλεῖν· τῷ χρόνῳ δὲ τῷ ἱκνευμένῳ ἀφανισθῆναι. τειχίσαι δὲ αὖθις Ναβουχοδονόσορον τὸ μέχρι τῆς Μακεδονίων ἀρχῆς διαμεῖναν ἐὸν χαλκόπυλον. καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, Ναβουχοδονόσορος δὲ διαδεξάμενος τὴν ἀρχήν, Βαβυλῶνα μὲν ἐτείχισε τριπλῷ περιβόλῳ, ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέρῃσι, τόν τε Ἀρμακάλην ποταμὸν ἐξήγαγε, ἐόντα κέρας Εὐφρήτεω, τόν τε Ἀκράκανον. ὑπὲρ δὲ τῆς Σιππαρηνῶν πόλιος, λάκκον ὀρυξάμενος, περίμετρον μὲν τεσσαράκοντα παρασαγγέων, βάθος δ' ὀργυιέων εἴκοσι, πύλας ἐπέστησεν, τὰς ἀνοίγοντες ἄρδεσκον τὸ πεδίον· καλέουσι δ' αὐτὰς ἐχετογνώμονας. ἐπετείχισε δὲ καὶ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης τὴν ἐπίκλυσιν, καὶ Τερηδόνα πόλιν ἔκτισεν κατὰ τὰς Ἀράβων εἰσβολάς· τά τε βασιλήϊα δένδροις ἤσκησε, κρεμαστοὺς παραδείσους ὀνομάσας. Καὶ ταῦτα δέ μοι ἀπὸ τῆς δηλωθείσης κείσθω γραφῆς, διὰ τὸ φέρεσθαι ἐν τῇ τοῦ Δανιὴλ προφητείᾳ, ὡς ἄρα Ναβουχοδονόσορ ἐν τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, τῷ ἐν Βαβυλῶνι, περιπατῶν, μέγα φρονήσας, ἀπεμυθαδίσατο εἰπών, Οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ ᾠκοδόμησα εἰς οἶκον βασιλείας, ἐν

ficus veniet Mulus, qui Dæmonum vestrorum usus auxilio, durum cervicibus vestris jugum imponet. Atque hujus cladis auctor etiam Medus quidam erit, quo ante Assyrii magnopere gloriabantur. O utinam ipse, priusquam cives ita meos proderet, aut Charybdi quadam, aut profundo pelago haustus atque absorptus periret, aut alias abreptus, in vias per solitudines erro vagaretur, ubi nullius neque urbis neque hominis vestigium appareat, sed feræ duntaxat libere pascantur, volucresque circumvolent, adeoque solus medios inter scopulos ac voragines jactaretur. Mihi quoque, priusquam hæc ei tam nefaria mens injecta sit, feliciorem exitum sortiri liceat. Hæc effatus, hominum ex oculis repente sublatus evanuit. Atque Evilmaluruchum filium, Regni quidem habuit successorem: sed eo postmodum ab se interempto, Neriglisares sororis ejus Vir, filium reliquit Labassoarascum. Quo etiam violenta nece sublato, Nabannidochum nulla cum eo affinitate conjunctum, Regem creant, cui Cyrus postea Babylone potitus, Carmaniæ principatum ultro concessit. Idem porro conditam a Nabuchodonosore Babylonem fuisse ita narrat. Ferunt, inquit, loca hæc omnia jam inde ab initio aquis obruta fuisse marisq; nomine appellata: verum * suam singulis regionem Belum assignasse, Babylonemq; mœnibus cinxisse, ac deinceps mortalium oculis ereptum esse: postea vero septum illud, valvis distinctum æreis, a Nabuchodonosoro extructum fuisse, quod ad Macedonum Imperium usq; steterit. Ac rursus nonnullis interjectis, Nabuchodonosorus, inquit, Regno potitus, Babylonem intra quindecim dierum spatium triplici muro cinxit, atq; Armacalen Acracanumq; fluvios, ab Euphrate ortos, alio derivavit. Tum Sipparenorum Urbis in gratiam, Paludem fodit, cujus ambitus parasangas quadraginta, altitudo vero ulnas viginti obtineret. Eidem claustra imposuit, Echetognomonas vocant, quibus patefactis agrum illi suum irrigarent. Maris quoq; rubri eluvionem objectis repressit obicibus, ac Teredonem Urbem adversus Arabum irruptiones excitavit, Palatiumq; suum arboribus consitis, (pensiles Hortos vocabat) exornavit. Atq; hæc ex Abydeno referre potissimum eo libuit, quod in ipsa Danielis Prophetia, Nabuchodonosor, cum in Regni sui Templo Babylone condito inambularet, has in voces temeritatis & arrogantiæ plenas erupisse legatur, *Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificavi in domum Regni, in*

Dan.4.27

rob re fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei. Cumq; sermo adhuc esset in ore ejus, ultorem illum e vestigio tanti fastus exitum subiit.

τῷ κράτει τ' ἰσχύος μου, εἰς τιμὴν τ' δόξης μ.... ὅτε ὄντος ἔτι ϛ λόγου ἐπὶ ϛόματος αὐτϛ, τὸ τ' μετελθούσης καταϛροφῆς αὐτὸ γέγονε. Ταῦτα μὲν ὅσω ἡμῖν αὐταρκως περὶ τῶδε.

XLII.

μβ.

DE IIS QVI JUDAICÆ GENTIS meminerunt, ex libro primo Josephi, de Antiqvitate Judæorũ.

ΙΩΣΗΠΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΜΝΗΜΟνευσάντων τῷ Ιουδαίων ἔθνους, ἀπὸ τῷ ά. τῆς Ιυδαίων ἀρχαιότητ☉.

» HÆc igitur Auctorum illorum testimo-B » nia nostram in rem protulisse sufficiat. » Superioribus omnibus, Josephi tantum ex » Judaicarum Antiqvitatum historia verba » subjungamus, ubi laudatis infinitorum pro- » pe Scriptorum locis, idq; e totidem syllabis, » ad extremum ita concludit. Enimvero sa- » tis, erunt, inquit, ad fidem hujus Antiqvi- » tatis faciendam, Syrorum, Chaldæorum, ac » Phœnicum historiæ: quibus tot etiam Græ- » corum auctoritatem attexuimus, cum adde- » re præterea licuisset Theophilum, Theodo- » tum, Mnaseam, Aristophanem, Hermoge- » nem, Evemerum, Comonem, ac Zopyrio-C » nem, aliosque forte qvamplurimos; nec e- » nim omnes evolvi libros, qui rerum nostra- » rum ex professo meminerunt. Et qvanqvã » eorum etiam, quos nominatim citavimus, » pleriq;, qvod literas nostras minime attige- » rint, a rerum jam inde ab initio gestarum » veritate aberrarunt; communi tamen con- » sensu omnes eidem Antiquitati suffragati » sunt, quod unum hoc loco mihi propositum » fuerat. Ex quibus sane Demetrius Phalere- » us, Philo antiquior, & Eupolemus, a vero » propius abfuerunt, quibus etiam si quid pec-D » carunt, veniam hoc nomine dare æqvum u- » tiqve sit, quod librorum nostrorum sensum » minus accurate capere & asseqvi potuerint. Hactenus Josephus. Cui vero conscriptos ab eo de Judæorum Antiquitate libros volutare placuerit, is apud eum alia pleraqve testimonia reperiat, summa cum iis, quæ adhuc laudavimus, consensione conjuncta. Qvanqvam, ingentem ejusmodi testium, tam veterum, qvam recentiorum copiam, ad manum habemus ipsi quoqve, qui ad eorum, quos ante produximus, auctoritatem, calculum adjungant suum. Verum, ne modum excedere videamur, eos quidem studiosis excutiendos scrutandosq; relinqvemus, nos vero, quod superest, susceptum affectumq; deinceps argumentum pertexemus.

ΠΡΟΚΕΙΣΘΩ δ' ἐπὶ πᾶσι, καὶ τὰ ἀπὸ τ' Ιουδαίων ἀρχαιότητ☉ Ιωσήπου, ἔνθα μυρίων Συγγραφέων ἀυτολεξεὶ παραθεὶς φωνὰς, ταῦτα ἐπιλέγει. Αρκοῦσι δ' ὅμως εἰς » τ' ἀπόδειξιν τ' ἀρχαιότητος, αἵ τε Σύρων καὶ » Χαλδαίων, καὶ Φοινίκων ἀναγραφαὶ πρὸς » ἐκείναις τε, τοσοῦτοι τῶν Ελλήνων Συγγρα- » φεῖς· ἔτι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις, Θεόφιλος, καὶ » Θεόδοτος, καὶ Μνασέας, καὶ Αριστοφάνης, καὶ » Ερμογένης, Ευημερός τε, καὶ Κόμων, καὶ Ζω- » πυρίων, καὶ πολλοί τινες τάχα ἄλλοι· ἐ γὰρ ἔ- » γωγε πᾶσιν ἐντετύχηκα τοῖς βιβλίοις, οὐ » παρέργως ἡμῶν μεμνημονεύκασιν. οἱ πολλοὶ » δὲ τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν, τῆς μὲν ἀληθείας τ' » ἐξ ἀρχῆς πραγμάτων διήμαρτον, ὅτι μὴ ταῖς » ἱεραῖς ἡμῶν βίβλοις ἐνέτυχον· κοινῶς μέντοι » περὶ τ' ἀρχαιότητος ἅπαντες μεμαρτυρή- » κασιν, ὑπὲρ ἧς ταγυῦ λέγειν προεθέμην. ὁ » μέντοι Φαληρεὺς Δημήτρι☉, καὶ Φίλων ὁ » πρεσβύτερος, καὶ Ευπόλεμος, ἐ πολὺ τῆς ἀ- » ληθείας διήμαρτον. οἷς συγγινώσκειν ἄξιον· ἐ » γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμε- » τέροις γράμμασι παρακολουθεῖν. Ταῦτα καὶ » ὁ Ιώσηπος. Οτῳ δὲ φίλον τοῖς περὶ τῆς Ιυδαίων ἀρχαιότητος λόγοις ἐντυχεῖν ϛ ἀνδρὸς, πλείστας ἂν εὕροι συμφώνους ταῖς ἐκτεθείσαις μαρτυρίας. καὶ πολὺς δὲ ἄλλος μαρτύρων ἡμῖν ὄχλος παλαιῶν τε καὶ νέων ἐπιρρεῖ, τ' ὁμοίαν τοῖς τεθεῖσι ψῆφον ἐπισφραγιζομένων, ὧν τὰς φωνὰς, λόγῳ φειδόμενοι συμμετρείας, τοῖς φιλομαθέσι ζητεῖν τε καὶ διερευνᾶν ἀπολείψαντες, ἐπὶ τ' λείπουσαν αὐτοῖ μεταβησόμεθα ἐπαγγελίαν.

FINIS LIBRI NONI.



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ
ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΚΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ
Liber Decimus.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

DECIMI LIBRI CAPITA

A

I. EXIMIAS QVASQVE DISCIPLINAS a Barbaris ad Græcos traductas esse, ac de antiqvitate Hebræorum.

QVIBUS tandem adducti permotique rationibus Philosophiam Hebræorum Græcæ prætulerimus, quove consilio sacras eorum literas susceperimus, cum a nobis hactenus explicatum fuerit, ostensumq; præterea, ne Græcis quidem ignotum genus illud hominum fuisse, quippe qui nominatim eorum meminerint, vitæ rationes mirum in modum prædicarint; postremo cum de regia ipsorum Metropoli, tum etiam de rebus cæteris plurimam fecerint mentionem: Age videamus quoqve deinceps, qvemadmodum non suis modo scriptis eorum memoriam celebrare voluerint, sed etiam in plerisque decretis ad animorum conformationem pertinentibus, affinem iis geminamqve doctrinam æmulari. Et quidem ut reliquas artes, Geometriam, Musicam, Astronomiam, Medicinam, primaqve adeo Grammatices elementa, rerumq; aliarum partim cum artificio conjunctarum, partim humanæ vitæ utilium vim infinitam, ex Barbaris eximii nostri præstantesq; Græci aliunde alii corrogarint, jamjam abs me demonstrabitur. Præterea, qvemadmodum illam de pluribus Diis opinionem, mysteriorum sacrorumq; ritus, historias, atqve fabulosas Deorum narrationes, earumqve ad naturalem quandam allegoriam traductiones, & quicquid ex superstitioso errore superest, eosdem a Barbaris mutuatos esse, superioribus libris probavimus; cum vetustissimos illos Græcos, semotas regiones laboribus maximis obertrando, ex emendicata doctrinarum, quibus florebant Barbari, stipe suam illam Theologiam conflasse deprehendimus. Sic quæcunq; vel ad unius ac summi rerum omnium Moderatoris Dei religionem, vel ad ejus doctrinæ partem, quæ ad animi utilitatem maxime comparata est, quæ quidem præcipua sunt atq; potissima totius Philosophiæ capita, non aliunde ipsos, quam ex solis Hebræorum fontibus hausisse paulo post ostendemus.

α.

ΩΣ ΠΑΡΑ ΒΑΡΒΑΡΩΝ ΕΙΣ ΕΛΛΗνας τὰ σεμνὰ τῶν μαθημάτων παρῆλθε, καὶ περὶ τῆς Ἑβραίων ἀρχαιότητος.

ΤΙΣΙ ποτὲ λόγοις τὴν καθ' Ἑβραίους φιλοσοφίαν τῆς Ἑλληνικῆς προτετιμήκαμεν, ὁποίοις τε λογισμοῖς
B τὰς παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἱερὰς βίβλους ἀπεδεξάμεθα, προειληφότες· κἄπειτα καὶ αὐτοὺς τοὺς Ἕλληνας μὴ ἀγνοῆσαι τοὺς ἄνδρας, μνημονεῦσαι δὲ ὀνομαστί, καὶ τὸν βίον καταπλαγῆναι, τῆς τε βασιλικῆς Μητροπόλεως, καὶ τῆς λοιπῆς αὐτῶν ἱστορίας πλείω πεποιῆσθαι λόγον παραστήσαντες· φέρε ἐπιθεωρήσωμεν, ὡς οὐ μόνον τῆσδε γραφῆς ἠξίωσαν τὴν μνήμην, ἀλλὰ καὶ τῆς ὁμοίας (n. add. ποιήσασθαι) αὐτοῖς διδασκαλίας τε καὶ μαθήσεως, ἔν τισι
C τῶν εἰς βελτίωσιν ψυχῆς συντεινόντων δογμάτων, ζηλωταὶ κατέστησαν. ὡς μὲν οὖν τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων, ἄλλοθεν ἄλλος τῶν (pag. 270.) θαυμαστῶν Ἑλλήνων, τοὺς Βαρβάρους ἐκπορίζων, συνελέξατο Γεωμετρίαν, Ἀριθμητικήν, Μουσικήν, Ἀστρονομίαν, Ἰατρικήν. αὐτά τε τὰ πρῶτα τῆς Γραμματικῆς στοιχεῖα, μυρίας τε ἄλλας τεχνικὰς καὶ βιωφελεῖς ἐπιτηδεύσεις, αὐτίκα μάλα παραστήσω. ὥσπερ οὖν τὴν πλειόνων Θεῶν δόξαν, τά τε μυστήρια καὶ τὰς τελετάς, καὶ προσέτι τὰς
D ἱστορίας, καὶ τὰς μυθικὰς περὶ Θεῶν διηγήσεις, τάς τε μύθων τὰς ἀλληγορουμένας φυσιολογίας, καὶ τὴν λοιπὴν δεισιδαίμονα πλάνην, παρὰ Βαρβάρων εἰληφθαι αὐτοῖς, φθάσας ὁ λόγος ἐδήλωσεν· ὁπηνίκα τοὺς παλαιτάτους Ἕλληνας, γῆν πολλὴν πλανηθέντας οὐκ ἀταλαιπώρως μέν, ἐξ ἐράνου δὲ τῶν παρὰ Βαρβάροις μαθημάτων, τὴν οἰκείαν ὑποστήσασθαι θεολογίαν ἐφωράσαμεν. οὕτως ἔτι τὰ περὶ εὐσεβείας ἑνὸς τοῦ περὶ πάντων Θεοῦ, τά τε περὶ τῶν μάλιστα ζητουμένων εἰς ψυχῆς ὠφέλειαν δογμάτων, ἃ δὴ καὶ συνεκτικώτατα γένοιτ' ἂν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, οὐκ ἄλλοθεν εἶεν ἄν, ἢ παρὰ μόνων Ἑβραίων πεπορισμένοι, οὐκ εἰς μακρὰν ἀποδειχθήσεται.

ἢ εἰ μὴ τοῦτο, συνενεχθῆναι δὲ φαίη τις αὐτοὺς, φυσικαῖς ὑποκινηθέντας ἐννοίαις· καὶ τοῦτο προσήκοι ἂν εἴη, εἰ τὰ μὴ μόνοις Ἑβραίοις ἀνέκαθεν ἐξ αἰῶνος ὑπὸ θεολόγων προφητῶν αἰνδρῶν παραδεδομένα, ἀλλὰ τὰ καὶ τισιν, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν, αὐτοῖς δέ γε ὧν μέγα κλέος καθ' Ἑλλάδα, καὶ φιλοσόφων διατριβαῖς ἐξητασμένα, ζηλοῦν προειλόμεθα. τούτους δ' αὖ εὕροις δι' ἀριθμοῦ μὲν ὄντας ὀλίγους, ὅτι καὶ πάντα χαλεπὰ φασιν εἶναι τὰ καλά, οὐ μὴν ἀλλὰ πρωτείοις τῶν B παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων τετιμημένους, ὡς διὰ τὴν πολλὴν εὐδοκίμησιν, τῇ δόξῃ τοὺς ὁμοίους καλύπτειν. οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ καὶ τὰ παρ' Ἑβραίοις δόγματα δυνατὸν εἶναί φαμεν ἐσυλωρῆσθαι αὐτοῖς, ὅτε μὴ μόνον τὰ λοιπὰ τῶν μαθημάτων, Αἰγυπτίους τε καὶ Χαλδαίους, τά τε ἄλλα τῶν βαρβάρων ἐθνῶν, συνίστανται ἀποσυλήσαντες, ἀλλ' εἰσέτι καὶ νῦν ἁλίσκονται τῆς σφῶν αὐτῶν ἐν συγγράμμασι φιλοτιμίας, ἀποστεροῦντες ἀλλήλους. C τὰς γοῦν τῶν πέλας ὁ [*] καθεὶς αὐτῶν λέξεις ὁμοῦ καὶ διανοίας, καὶ ὅλας λόγων συντάξεις ὑποκλέψας, ὡς ἐπ' οἰκείοις πόνοις ἐσεμνύνατο. μηδὲ τοῦτο δ' ὑπολάβῃς ἐμὸν εἶναι τὸν λόγον· αὐτῶν γὰρ τῶν πανσόφων ἀκούσῃ πάλιν, τῆς ἐν λόγοις κλοπῆς ἀλλήλους ἀπελεγχόντων. τοῦτο δέ γε αὐτὸ, ἐπείπερ ἅπαξ ὡρμήθημεν, ἀναγκαῖον πρῶτον ἁπάντων συνιδεῖν, εἰς ἔλεγχον τοῦ τῶν δηλουμένων τρόπου. ὁ μὲν οὖν ἡμέτερος Κλήμης, ἐν ἕκτῳ Στρωματεῖ, τὴν περὶ τούτου σύστασιν εἰς πλάτος ἀπηύθυνε. τούτου δέ μοι πρώτου λαβὼν ἀνάγνωθι τάσδε τὰς φωνάς.

[*] γρ. καὶ εἷς. (margin)

Ad quod si cui minus probaretur, quod eos in istam opinionum similitudinem inditas a natura notionibus deductos esse defenderet: id ipsum a nobis maxime fuerit, quod ea quæ non Hebræis tantum ab hominibus, Theologia Prophetiaque clarissimis, ex omni retro memoria tradita sunt, verum a Græcis etiam, si minus omnibus, at nonnullis quidem, iisque tota passim Græcia celeberrimis, adeoque Philosophorum ipsorum disputationibus diligenter expensa, æmulari statuerimus. Equidem paucos ejusmodi fuisse intelligo: (nam quæ præclara, eadem, ut vulgo fertur, difficilia sunt:) at eos tamen, qui reliquos inter Philosophos primas facile tenuerunt, ut nominis sui claritate cæterorum omnium famam obscurarint. Neque vero mirum videri debet, quod Hebræorum sententias investigari a Græcis, & curiosius explorari potuisse dicamus: cum reliquas ipsi doctrinas ex Ægyptiorũ, Chaldæorum, aliarumq; gentium barbararum spoliis non modo conflaverint, sed etiamnum ambitiosæ omnes æmulationis rei teneantur, dum alterius alter plagiarius esse non veretur. Imo quemlibet passim videas vicinorum suorum verba simul atq; sententias, operaq; nonnunquam integra suffuratum, non secus iis ac propriis laboribus gloriari. Neque tu meam hanc esse vocem arbitrere: ista rursus audies Sapientiæ corcula, quemadmodum in scribendo hoc sibi mutuo plagii crimen impingant. Atq; id sane, quando semel eo incumbere cœpimus, ante omnia pervidere necesse est, ut exploratiores istorum mores habeamus. Et quoniam Clemens ille noster fuse admodum D Stromate sexto disputationem istam exequitur; hæc tu mihi primum ipsius verba perlege.

Cap. I. Trap. (margin)

β. ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ Ἑλληνικῶν Συγγραφέων κλοπῆς.

II. EX CLEMENTE, DE GRÆCORUM Scriptorum furtis.

» ΠΑΡΑΣΤΗΣΑΝΤΕΣ δὲ τὴν ἔμφασιν » τῆς Ἑλληνικῆς ἐπινοίας, ἐκ τῆς διὰ τῶν γρα- » φῶν εἰς ἡμᾶς δεδομένης ἀληθείας περιαυγα- » σθεῖσαν, καθ' ὃ σημαινόμενον διηκούσης εἰς αὐτοὺς, » τὴν κλοπὴν τῆς ἀληθείας ἐκδεχόμενοι, εἰ μὴ » ἐπαχθὲς εἰπεῖν, ἀπεδείξαμεν· φέρε, μάρ- » τυρας τῆς κλοπῆς αὐτοὺς καθ' αὑτῶν πα- » ρεστήσωμεν τοὺς Ἕλληνας. οἱ γὰρ τὰ οἰκεῖα

JAM vero, quandoquidem (inquit ille) » arcanam illam Græcæ sententiæ vim, » ejus quam ex Scripturis hausimus veritatis » lumine collustratam protulimus, eoque » sensu deinceps ad illos veritatis ejusdem » furtum, si ita loqui fas est, pervenisse ostendimus: » age Græcos ipsos in sese plagii te- » stes producamus. Nam qui suis in rebus

ab aliis alii palam adeo pleraque suffurantur, ii sane cum sese fures esse confirmant, tum etiam vel inviti profectam a nobis veritatem & vindicare sibi, & cum gentilibus suis, obscure licet, communicare noscuntur. Si enim suis minime parcunt, a nostris ægre abstinebunt. Atqve ut Philosophiæ decreta sileam, cum sese familiarum Duces, ne ingrati videlicet habeantur, præcipuarum opinionum capita a Socrate accepisse fateantur: ubi paucis aliqvot eorum testimoniis, qvi omnium ore celebrantur, summæqve sunt apud Græcos ipsos existimationis, nullo temporum discrimine, suum illud ac proprium furandi genus arguero, tum demum ad ea, qvæ ordine conseqvuntur, me meipse revocabo. Hæc ille qvasi præfatus, certa deinceps atqve omni ex genere furtorum argumenta profert, ducto a Poetis initio, quos aliorum Poetarum versus atqve sententias furatos esse, sua cujusqve verba inter sese conferendo, probat. Tum ita proseqvitur; Ne Philosophiam, inqvit, aut Historiam, aut ipsam quoqve Rhetoricam hac reprehensione carere qvis putet, verum utriqve fuerit, ex iis etiam disciplinis nonnulla proferre. Hic Orphei, Heracliti, Platonis, Pythagoræ, Herodoti, Theopompi, Thucydidis, Demosthenis, Æschinis, Lysiæ, Isocratis, & infinitorum aliorum loca inter sese committit, qvorum verba subjungere, plane supervacaneum sit, cum ipsorum Clementis Scriptorum quivis copiam habeat. Ubi Auctoribus illis furti convictis, ista subdit. Atqve hæc furtorum, inqvit, si sententiam spectes, apud Græcos varia qvasi genera, ei qvidem, qui mentis acie solertiaqve valeat, evidentis ac manifesti exempli causa satis erunt. Jam vero non solas, ut a nobis ostendetur, sententias vocesqve suffurati sunt, aut Interpretum more fusius eloquuti: sed aliena etiam opera pro suis, qvæ longa sunt, edidere: ut Eugrammon ille Cyrenæus, qui Musæo detractum volumen de Thesprotis integrum nomine vulgavit suo. Quod ipse posteaqvam multis confirmatum ac testatum exemplis reliquit, ad extremum ita concludit. Vita me deficiat, inquit, si quicquid illi, dum se se nimium amant, furtive surripuerunt, exponere sigillatim & coarguere voluero: necnon ut pulcherrima quæqve dogmata, quæ a nobis primum constituta sumpserunt, pro suis postea venditarint.

Αὐτοὺς ἄντικρυς παρ' ἀλλήλων ὑφαιρουμένους, βεβαιοῦσι μὲν τὸ κλέπται εἶναι, σφετερίζεσθαι δὲ ὅμως καὶ ἄκοντες τὴν παρ' ἡμῶν ἀλήθειαν εἰς τοὺς ὁμοφύλους λάθρα διαδεικνύμενοι. εἰ γὰρ μηδὲ ἑαυτῶν, σχολῇ γ' ἂν τῶν ἡμετέρων ἀφέξονται. Καὶ τὰ μὲν κατὰ φιλοσοφίαν σιωπήσομαι δόγματα, αὐτῶν ὁμολογούντων ἐγγράφως τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις διανενεμημένων, ὡς μὴ ἀχάριστοι ἐλεγχθεῖεν, παρὰ Σωκράτους εἰληφέναι τὰ κυριώτατα τῶν δογμάτων. ὀλίγοις δὲ τῶν καθωμιλημένων, καὶ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἀνδρῶν χρησάμενος μαρτυρίοις, τὸ κλεπτικὸν διελέγξας εἶδος αὐτῶν, ἀλλὰ διαφόροις τοῖς χρόνοις καταχρώμενος, ἐπὶ τὰ ἑξῆς τρέψομαι. Ταῦθ' ὡς ἐν προοιμίοις φήσας, τοὺς ἐλέγχους ἑξῆς ἐπάγει, παντοίαις κεχρημένος ἀποδείξεσι, καὶ πρώτους γε τοὺς Ποιητὰς τὰ παρὰ τῶν ὁμοίων κεκλοφέναι, διὰ παραθέσεως τῆς ἑκάστου φωνῆς εὐθύνει. εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει ταῦτα. Ὡς μηδὲ ἄμοιρον τήν τε φιλοσοφίαν, τήν τε ἱστορίαν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν Ῥητορικὴν τοῦ ὁμοίου ἐλέγχου περιίδωμεν, καὶ τούτων ὀλίγα παραθέσθαι εὔλογον. Εἶτ' ἀκολούθως, Ὀρφέως, Ἡρακλείτου, Πλάτωνος, Πυθαγόρου, Ἡροδότου, Θεοπόμπου, Θουκυδίδου, Δημοσθένους, Αἰσχίνου, Λυσίου, Ἰσοκράτους, μυρίων ἄλλων παρατίθησιν, ὧν περιττὸν ἐμὲ καταλέγειν τὰς φωνάς, προκειμένης τῆς τἀνδρὸς γραφῆς, ἐν ᾗ μετὰ τοὺς ἐλέγχους τῶν εἰρημένων ταῦτα πάλιν φησίν· Αἱ μὲν οὖν ἰδέαι τῆς κατὰ διάνοιαν Ἑλληνικῆς κλοπῆς, εἰς ὑπόδειγμα ἐναργὲς τῷ διορᾶν δυναμένῳ τοιαίδε οὖσαι, ἅλις ἔστωσαν. ἤδη δὲ οὐ τὰς διανοίας μόνον καὶ τὰς λέξεις ὑφελόμενοι καὶ παραφράσαντες ἐφωράθησαν, ὡς δειχθήσονται, αὐτοτελῶς δὲ τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξηνέγκαν. καθάπερ Εὐγράμμων ὁ Κυρηναῖος, ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον ὁλόκληρον. αὖθις δὲ τούτοις ἐπαγαγὼν πλείστας ἀποδείξεις τοῦ λόγου, πάλιν τελευτῶν προστίθησι ταδε· Ἐπιλείψει με ὁ βίος, εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξιέναι πειρῴμην, τὴν Ἑλληνικὴν διελέγχων φίλαυτον κλοπήν, καὶ ὡς σφετερίζονται τὴν εὕρεσιν τῶν παρ' αὐτοῖς καλλίστων δογμάτων, ἣν παρ' ἡμῶν εἰλήφασιν.

Ἤδη δ' οὐ μόνον ὑφαιρούμενοι τὰ δόγματα παρὰ τῶν Βαρβάρων διελέγχονται, ἀλλὰ καὶ προσέτι ἀπομιμούμενοι τὰ παρ' ἡμῖν, ἄνωθεν ἐκ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἁγίως βεβιωκότων εἰς τὴν ἡμετέραν ἐπιστροφὴν παραδόξως ἐνεργούμενα, Ἑλληνικῇ μυθολογίᾳ τερατευόμενοι. καὶ δή, πευσόμεθα γὰρ αὐτῶν, ἤτοι ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν, ἃ ἱστοροῦσιν, ἢ ψευδῆ. ψευδῆ μὲν οὐκ ἂν φήσαιεν· οὐ γὰρ ἂν κατεψηφίσαντο ἑαυτῶν ἑκόντες τὴν μεγίστην εὐήθειαν, τὸ ψευδῆ συγγράφειν. ἀληθῆ δ' εἶναι ἐξ ἀνάγκης ὁμολογήσαιεν. καὶ πῶς ἔτι ἄπιστα αὐτοῖς καταφαίνεται τὰ διὰ Μωσέως καὶ τῶν ἄλλων Προφητῶν τεραστίως ἐπιδεδειγμένα; πάντων γὰρ ἀνθρώπων ὁ παντοκράτωρ κηδόμενος Θεός, τοὺς μὲν ἐντολαῖς, τοὺς δ' ἀπειλαῖς, ἔστι δ' οὓς σημείοις τεραστίοις, ἐνίους δὲ ἠπίοις ἐπαγγελίαις ἐπιστρέφει πρὸς σωτηρίαν. Πλὴν ἀλλ' οἱ Ἕλληνες, αὐχμοῦ ποτε τὴν Ἑλλάδα πολυχρονίως φθείροντος, καὶ ἐπεχούσης ἀγονίας καρπῶν, οἱ καταλειφθέντες, φασί, διὰ λιμὸν ἱκέται παραγενόμενοι εἰς Δελφούς, ἤροντο τὴν Πυθίαν, πῶς ἂν ἀπαλλαγεῖεν τοῦ δεινοῦ. μίαν δ' αὐτοῖς ἔχρησεν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, εἰ χρήσαιντο τῇ Αἰακοῦ εὐχῇ. πεισθεὶς οὖν αὐτοῖς Αἰακός, ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Ἑλληνικόν, τὰς καθαρὰς χεῖρας ἐκτείνας εἰς οὐρανόν, κοινὸν ἐπικαλέσας πατέρα τὸν Θεόν, ηὔξατο οἰκτεῖραι αὐτὸν τετρυχωμένην τὴν Ἑλλάδα. ἅμα δὲ εὐχομένου, βροντὴ ἐξαίσιος ὑπεκτύπει, καὶ πᾶς ὁ περίξ ἀὴρ ἐνεφοῦτο· λάβροι δὲ καὶ συνεχεῖς ὄμβροι καταρραγέντες, ὅλην ἐπλήρωσαν τὴν χώραν. ἐντεῦθεν ἄφθονος καὶ πλουσία τελεσφορεῖται εὐκαρπία, ταῖς Αἰακοῦ γεωργηθεῖσα εὐχαῖς. Καὶ ἐπεκαλέσατο, φησί, Σαμουὴλ τὸν Κύριον, καὶ ἔδωκε Κύριος φωνὰς καὶ ὑετὸν ἐν ἡμέρᾳ θερισμοῦ. ὁρᾷς ὅτι ὁ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους διὰ τῶν ὑποτεταγμένων δυνάμεών ἐστι; καὶ τὰ ἑξῆς. Pg. 171. Τούτοις μυρία συνάψας ὁ Κλήμης, κλέπτας γεγονέναι τοὺς Ἕλληνας ἀναμφιλέκτοις ἐλέγχοις κατεφώρασεν. εἰ δέ σοι μὴ πρὸς τοῦτο, ἅτε τῆς Ἑλληνικῆς καὶ αὐτὸς τῶν βαρβάρων ὁμοίως ἡμῖν προτετιμηκὼς φιλοσοφίαν· καὶ δὴ ἐάσθω, καὶ τὰς οὐκ οἰκείαις φωναῖς, ταῖς δ' αὐτῶν Ἑλλήνων ἀπευθύνας τὸν λόγον. τί δ' ἂν εἴποις, εἰ τὰ ὅμοια καὶ παρ' αὐτῶν μάθοις τῶν γνησίων σου φιλοσόφων; δέχου δῆτα καὶ τούτων τὰς μαρτυρίας.

Nunc vero non satis ipsi Barbarorum sententias palam suffurari habuerunt; sed etiam res æmulati nostras, qvæ nostri erudiendi causa, viri sanctissimi, supra communem hominum opinionem, divina vi tanto ante perfecerant, ea Græcarum fabularum monstris induerunt. Enimvero, qværemus ex iis, vera ne sint, an falsa, quæ narrant. Falsa utiqve nunqvam esse dixerint; nec enim sententia sua tantæ se illi stultitiæ damnaverint, ut abs se falsa scribi fateantur. Vera igitur illa esse defendent. Cur ergo, quæ a Mose Prophetisqve cæteris edita miracula sunt, fidem illis adhuc omnem superare videantur? Nam præpotens ille DEUS, pro ea qua homines universos cura benevolentiaqve complectitur, jussis alios, alios comminationibus, prodigiis etiam monstrisqve nonnullos, quosdam vero blandis promissionibus ad cogitationem salutis adducit. Græci enimvero, cum diuturniore quondam æstu Græcia passim exhausta sqvaleret, & longa frugum omnium inopia premeretur, qui superstites adhuc erant, famis, inqviunt, depellendæ causa, Delphos supplices adiere. His, quemadmodum tanto malo defungerentur, consulentibus, viam hanc unam Pythia levandæ calamitatis aperuit, si Æaci precibus uterentur. Quibus ille obsecundans, aliqvem in Græciæ montem conscendit, ibiqve puris in cœlum manibus sublatis, communem Deum, uti eum perditæ Græciæ commiseratio caperet, obsecravit. Precibus ille dum instaret, ingens ilico tonitru exaudiri, nubibus circum undiqve obduci cœlum, immensa continuaqve vis imbrium vasto impetu regionem universam inundare. Inde beata messis existens, Æaci culta sataqve precibus, ad lætam maturitatem perducitur. Nimirum, inqvit Scriptura, *Invocavit Samuel Dominum, deditque Dominus voces & pluviam in die messis.* 1. Reg. 12. Vides unum esse Deum, qui per subjectas virtutes *Pluit, super justos & injustos?* Et qvæ seqvuntur. Infinita qvippe subjungit Clemens, qvibus tanqvam certissimis probationibus Græcorum furta manifeste coarguit. Qvi si tibi forte suspectus erit, qvod perinde ac nos Barbarorum philosophiam Græcæ prætulerit ipse qvoq;: omittatur ille quidem, tametsi non suis, sed Græcorum ipsorum vocibus hanc disputationem instruxerit. Quid respondebis porro, si affinia prorsus ac gemina ex tuis illis præstantibus egregiisq; Philosophis audieris. Age sis ergo, & illorum etiam accipe testimonia.

A

II.

GRÆCOS FURES ESSE, EX Porphyrii primo, de erudito auditu.

A ὁ Φοίνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε, καὶ μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Παγγαῖον ὄρος ἐπενόησεν. ἤδη δὲ καὶ ἄλλο ἔθνος Καππαδόκαι, πρῶτοι εὗρον τὴν Νάβλαν καλουμένην, ὃν τρόπον καὶ τὸ Δίχορδον Ἀσσύριοι. Καρχηδόνιοι γὰρ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν· ἐναυπήγησε δ' αὐτὴν Βόσπορος αὐτόχθων. Μήδειά τε, ἡ Αἰήτου, ἡ Κολχίς, πρώτη τριχῶν ἐπενόησε βαφήν. ἀλλὰ καὶ Νώροπες, (ἔθνος δ' ἐστὶ Παιονικόν, νῦν δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται,)

(l. Κα[illegible]

B κατειργάσαντο χαλκόν, καὶ σίδηρον ἐκάθηραν πρῶτοι. Ἄμυκός τε ὁ Βεβρύκων Βασιλεὺς ἱμάντας πυκτικοὺς εὗρε. περί τε Μουσικήν, Ὄλυμπος ὁ Μυσὸς τὴν Λύδιον ἁρμονίαν ἐφιλοτέχνησεν· οἵ τε Τρωγλοδύται καλούμενοι, Σαμβύκην εὗρον, ὄργανον μουσικόν. Φασὶ δὲ καὶ τὴν πλαγίαν σύριγγα Σάτυρον εὑρεῖν τὸν Φρύγα· Τρίχορδον δὲ ὁμοίως καὶ τὴν διάτονον ἁρμονίαν, Ἄγνιν τὸν καὶ αὐτὸν Φρύγα· κρούματα δέ, Ὄλυμπον ὁμοίως

C τὸν Φρύγα· καὶ τὴν μιξοφρύγιον καὶ μιξολύδιον, Μαρσύαν, τῆς αὐτῆς ὄντα τοῖς προειρημένοις χώρας· καὶ τὴν Δώριον Θάμυριν ἐπινοῆσαι τὸν Θρᾷκα. Πέρσας τε πρώτους ἀκηκόαμεν ἀπήνην, καὶ κλίνην, καὶ ὑποπόδιον ἐργάσασθαι, τούς τε Σιδωνίους τρίκωπον ναῦν κατασκευάσαι. Σικελοί τε οἱ περὶ τῇ Ἰταλίᾳ, πρῶτοι φόρμιγγα εὗρον, οὐ πολὺ τῆς κιθάρας λειπομένην, καὶ κρόταλα ἐπενόησαν. ἐπί τε Σεμιράμεως Βασιλίδος Ἀσσυρίων, τὰ βύσσινα ἱμάτια εὑρῆσθαι ἱστοροῦ-

D σι. καὶ πρώτην ἐπιστολὰς συντάξαι Ἄτοσσαν, τὴν Περσῶν βασιλεύσασαν, φησὶν Ἑλλάνικος. Σκάμμων μὲν οὖν ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐφέσιος, Κύδιππός τε ὁ Μαντινεύς, ἔτι τε Ἀντιφάνης, καὶ Ἀριστόδημος, καὶ Ἀριστοτέλης, πρὸς τούτοις δὲ Φιλοστέφανος, ἀλλὰ καὶ Στράτων ὁ Περιπατητικός, ἐν τοῖς περὶ εὑρημάτων ταῦτα ἱστόρησαν. παρεθέμην δὲ αὐτῶν ὀλίγα, εἰς σύστασιν τῆς παρὰ Βαρβάροις εὑρετικῆς καὶ βιωφελοῦς φύσεως, παρ' ὧν Ἕλληνες τὰ ἐπιτηδεύματα ὠφέληνται. Ταῦτα ῥήμασιν αὐτοῖς ὁ Κλήμης ἐν Στρωματεῦσι. τοῖς δ' εἰρημένοις δοκῶ μοι εὖ ἔχειν ἐπισυνάψαι καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰωσήπου τοῦ Ἑβραίου γραφῆς, ἣν περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος ἐν δυσὶν ἐπραγματεύσατο βιβλίοις, περὶ τοῦ νέους γεγονέναι τοὺς Ἕλληνας, καὶ παρὰ Βαρβάρων ὠφελῆσθαι, διάφωνά τε ἑαυτοῖς γεγραφέναι

συμβαλεῖται γοῦν καὶ ταῦτα εἰς τὴν τῶν εἰρημένων ἀκριβῆ καὶ βεβαίαν πίστιν. ἄκουε τοίνυν οἷα καὶ οὗτος γράφει πρὸς λέξιν.

ζ. ΙΩΣΗΠΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΟΥ αὐτοῦ.

ΠΡΩΤΟΝ οὖν ἐπέρχεταί μοι, πάνυ θαυμάζειν τοὺς οἰομένους δεῖν περὶ τῶν παλαιοτάτων ἔργων μόνοις προσέχειν τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρὰ τούτων πυνθάνεσθαι τὴν ἀλήθειαν, ἡμῖν δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἀπιστεῖν. πᾶν γὰρ ἐγὼ τοὐναντίον ὁρῶ συμβεβηκός, εἴ γε δεῖ μὴ ταῖς ματαίαις δόξαις ἐπακολουθεῖν, ἀλλὰ ἐξ αὐτῶν τὸ δίκαιον τῶν πραγμάτων λαμβάνειν. τὰ μὲν γὰρ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἅπαντα νέα, καὶ χθὲς καὶ πρώην, ὡς ἂν εἴποι τις, εὑρήσεις γεγονότα· λέγω δὲ τὰς κτίσεις τῶν πόλεων, καὶ τὰς ἐπινοίας τῶν τεχνῶν, καὶ τὰς τῶν νόμων ἀναγραφάς· πάντων δὲ νεωτάτη σχεδόν ἐστι παρ' αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ συγγράφειν τὰς ἱστορίας ἐπιμέλεια. τὰ μέντοι παρ' Αἰγυπτίοις τε, καὶ Χαλδαίοις, καὶ Φοίνιξιν· ἐῶ γὰρ νῦν ἡμᾶς ἐκείνοις συγκαταλέγειν· αὐτοὶ δήπουθεν ὁμολογοῦσιν ἀρχαιοτάτην καὶ μονιμωτάτην ἔχειν τῆς μνήμης τὴν παράδοσιν. καὶ γὰρ τόπους ἅπαντες οἰκοῦσιν, ἥκιστα ταῖς ἐκ τοῦ περιέχοντος φθοραῖς ὑποκειμένους, καὶ πολλὴν ἐποιήσαντο πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἄμνηστον τῶν παρ' αὐτοῖς πραττομένων παραλιπεῖν, ἀλλ' ἐν δημοσίαις ἀναγραφαῖς ὑπὸ τῶν σοφωτάτων ἀεὶ καθιεροῦσθαι. τὸν δὲ περὶ τὴν Ἑλλάδα τόπον μυρίαι μὲν κατέσχον φθοραὶ, ἐξαλείφουσαι τὴν μνήμην τῶν γεγονότων· ἀεὶ δὲ καινοὺς καθιστάμενοι βίους, τοῦ παντὸς ἐνόμιζον ἄρχειν ἕκαστος τὸν ἀφ' ἑαυτοῦ. ὀψὲ δέ που καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων. οἱ γὰρ ἀρχαιοτάτην αὐτῶν τὴν χρῆσιν εἶναι θέλοντες, παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου σεμνύνονται μαθεῖν. οὐ μὴν οὐδ' ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου, δύναιτό τις ἂν δεῖξαι τὴν σωζομένην ἀναγραφήν, οὔτ' ἐν ἱεροῖς οὔτ' ἐν δημοσίοις ἀναθήμασιν· ὅπου γε καὶ περὶ τῶν ἐπὶ Τροίαν τοσούτοις ὕστερον ἔτεσι στρατευσάντων, πολλὴ γέγονεν ἀπορία καὶ ζήτησις, εἰ γράμμασιν ἐχρῶντο· καὶ τἀληθὲς ἐπικρατεῖ μᾶλλον, περὶ τοῦ τὴν

A pe ad pleniorem quoqve ac firmiorem eorum, quæ adhuc a nobis allata sunt, fidem maxime pertinebunt. Audi ergo, qvemadmodum ipsæ præterea loquatur ad verbum.

VII. EX JOSEPHO IN EANdem sententiam.

PRIMUM, inquit ille, vehementer eos mirari subit, qui de rebus antiqvissimis, non aliis fidem qvam Græcis hominibus habendam esse, non nisi ab illis verum expectandum, proinde neqve nobis, neqve aliis qvibuscunqve credendum arbitrantur. Equidem hoc in genere secus omnino statuendum intelligo, si modo verum e rebus ipsis haurire potius, qvam vanis & insulsis opinionibus inhærere malimus. Enimvero nova certe apud Græcos omnia, & ante unum, ut ita loqvar, alterumve diem extitisse reperias, urbium molitionem, excogitationem artium, legum perscriptionem. Omnium vero novissime ad scribendam historiam se se contulerunt. At vero Ægyptiis, Chaldæis, Phœnicibus (ne cum iis nostrates hoc loco numerem) vetustissimam atque constantissimam rerum suarum manere memoriam Græci fatentur ipsi. Etenim cum regionem incolunt omnium minime infesto cœlo laborantem, tum diligentiam in eo singularem adhibuerunt, uti ne quid e rebus suis oblivione consepultum jaceret, sed potius omnia publicas in tabulas virorum sapientissimorum manibus referrentur. Contra vero tractum illum Græciæ universum, infinitorum morborum subinde depasta lues, rerum gestarum memoriam funditus abolevit, adeoque novo semper instituto vitæ curriculo, suum quique sibi universæ principium & caput esse facile persvaserunt. Iidem sero admodum, vixqve tandem literarum naturam didicere. Nam qvi vetustissimum illarum usum esse volunt, eas illi se se a Phœnicibus atqve a Cadmo accepisse gloriantur. Neque tamen quisquam aut in sacris, aut in publicis usqvam monimentis, literarum ullum ejus temporis extare vestigium ostenderit: cum de illis ipsis, qui Trojanam expeditionem tanto post suscepere, dubitatum perdiu qvæsitumqve sit, num literis uterentur. Qva de re verior ea constantiorqve sen-

Recentula apud Græcos omnia.

Trojanis temporibus literæ qua.

tentia jam obtinet, ignoratum ab iis hodiernum illarum usum fuisse. Neqve tu scriptum omnino apud Græcos ullum, cujus de fide modo constet, Homerica Poesi antiqvius invenias. At eum post Trojana tempora natum esse nemo non fatetur: imo ne ab ipso qvidem literis suam illam Poesin mandatam esse ferunt, sed posterorum memoria propagatam aliqvandiu, variis ex cantilenis collectam demum & contextam fuisse, ac propterea tantum in ea vulgo discrepantiæ reperiri. Ergo qvi ex illis ad scribendam historiam animum appulere, Cadmus, inqvam, Milesius, & Acusilaus Argivus, ac si qvi præterea nominantur, paulum admodum Persicam adversus Græcos expeditionem tempore anteverterunt. Ad hæc qvi de rebus cælestibus atqve divinis primi apud eos philosophari cœperunt, ut Pherecydes Syrus, Pythagoras, & Thales, illos & Ægyptiorum Chaldæorumqve discipulos fuisse, nec nisi pauca scripsisse, ore omnes uno pronunciant: atqve illa Græci cum omnium vetustissima esse arbitrantur, tum vix etiam ab illis scripta fuisse credunt. Qvis igitur vano stolidoqve fastu Græcos laborare non videat, qvi sibi & res antiqvas tenere soli, & soli accuratam illarum integramqve veritatem tradere videantur? Imo, qvis non ex iisdem Scriptoribus illud perfacile auferat, perspecti ab iis nihil exploratiqve conscriptum, sed tantum qvatenus asseqvi conjectura potuerint? Itaqve scriptis suis alios passim alii reprehendunt, nec iisdem omnino de rebus longe diversa loqvi erubescunt. Ego vero importunus & otiosus utiqve videar, si qvibus id qvam ipsi mihi notius est, percensere velim, qvam in Genealogiæ rationibus multa sint, in qvibus Hellanicus ab Acusilao dissideat: qvam apud Hesiodum Acusilaus multa castiget: qvam sæpe mendacii reum Hellanicum Ephorus, Ephorum Timæus, Timæumqve recentiores, deniqve Herodotum universi peragant. Neqve vero aut de rebus Siculis eadem Timæus, qvæ Antiochus, Philistus, & Callias, sentire voluit: aut in Atticarum, vel Argolicarum historia, qvi genus idem scribendi suscepere, aliorum alii sensum mentemqve seqvuti sunt. Quanqvam qvid ea perseqvi attinet, quæ per urbes passim contigere, & angustioribus omnino regionibus continentur, cum in ipsa qvoqve Persica expeditione, ac rebus in ea gestis, laudatissimorum Scriptorum magna sit plerumque dissensio? Pror-

A νῦν οὖσαν τῶν γραμμάτων χρῆσιν ἐκείνους ἀγνοεῖν. ὅλως δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν οὐδὲν ὁμολογούμενον εὑρίσκεται γράμμα τῆς Ὁμήρου Ποιήσεως πρεσβύτερον· οὗτος δὲ καὶ τῶν Τρωικῶν ὕστερος φαίνεται γενόμενος. καί φασιν οὐδὲ τοῦτον ἐν γράμμασι τὴν αὐτοῦ Ποίησιν καταλιπεῖν, ἀλλὰ διαμνημονευομένην, διὰ γραμμάτων ὕστερον συντεθῆναι· καὶ διὰ τοῦτο πολλὰς ἐν αὐτῇ ἔχειν τὰς διαφωνίας. Οἱ μέντοι τὰς ἱστορίας ἐπιχειρήσαντες συγ-B γράφειν παρ' αὐτοῖς, λέγω δὲ τοὺς περὶ Κάδμον τε τὸν Μιλήσιον, καὶ τὸν Ἀργεῖον Ἀκουσίλαον, καὶ μετὰ τούτων εἴ τινες ἄλλοι λέγονται γενέσθαι, βραχὺ τῆς τῶν Περσῶν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα διαστρατείας τῷ χρόνῳ προὔλαβον. ἀλλὰ μὴν καὶ τοὺς περὶ τῶν οὐρανίων τε παρ' Ἕλλησι καὶ θείων πρώτους φιλοσοφήσαντας, οἷον Φερεκύδην τὸν Σύριον, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Θάλητα, πάντες συμφώνως ὁμολογοῦσιν, Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων γενο-C μένους μαθητὰς ὀλίγα συγγράψαι· καὶ ταῦτα τοῖς Ἕλλησιν εἶναι δοκεῖ πάντων ἀρχαιότατα, καὶ μόλις αὐτὰ πιστεύουσιν ὑπ' ἐκείνων γεγράφθαι. πῶς οὖν οὐκ ἔστιν ἄλογον τετυφῶσθαι τοὺς Ἕλληνας, ὡς μόνους ἐπισταμένους τἀρχαῖα, καὶ τὴν ἀλήθειαν περὶ αὐτῶν ἀκριβῶς παραδιδόντας; ἢ τίς οὐ παρὰ τῶν αὐτῶν συγγραφέων μάθοι ῥᾳδίως, ὅτι μηδὲν εἰδότες βεβαίως συνέγραφον, ἀλλ' ὡς ἕκαστοι περὶ τῶν πραγμάτων εἴκαζον; πλέον γοῦν διὰ τῶν βιβλίων ἀλλήλους ἐλέγχουσιν, καὶ τἀναντιώ-D τατα περὶ τῶν αὐτῶν λέγειν οὐκ ὀκνοῦσι. περίεργος δ' ἂν εἴην ἐγώ, τοὺς ἐμοῦ μᾶλλον ἐπισταμένους διδάσκων, ὅσα μὲν Ἑλλάνικος Ἀκουσιλάῳ περὶ τῶν γενεαλογιῶν διαπεφώνηκεν· ὅσα δὲ διορθοῦται τὸν Ἡσίοδον Ἀκουσίλαος· ἢ τίνα τρόπον Ἔφορος Ἑλλάνικον ἐν τοῖς πλείστοις ψευδόμενον ἐπιδείκνυσιν, Ἔφορον δὲ Τίμαιος, καὶ Τίμαιον οἱ μετ' ἐκεῖνον γεγονότες, Ἡρόδοτον δὲ πάντες. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν Σικελικῶν, τοῖς περὶ Ἀντίοχον, καὶ Φίλιστον, ἢ Καλλίαν Τίμαιος συμφωνεῖν ἠξίωσεν· οὐδ' αὖ περὶ τῶν Ἀττικῶν οἱ τὰς Ἀτθίδας συγγεγραφότες, ἢ * τὰς περὶ τῶν Ἀργολικῶν οἱ τὰ περὶ Ἄργος ἱστοροῦντες ἀλλήλοις ἠκολουθήκασι. καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν κατὰ πόλεις, καὶ βραχυτέρων, ὅπου γε περὶ τῆς Περσικῆς στρατείας, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πραχθέντων, οἱ δοκιμώτατοι διαπεφωνήκασι;

πολλὰ δὲ καὶ Θουκυδίδης ὡς ψευδόμενος ὑπό τινων κατηγορεῖται, καίτοι δοκῶν ἀκριβεστάτην καθ' ἑαυτὸν ἱστορίαν συγγράφειν. αἰτίαι δὲ τῆς τοιαύτης διαφωνίας πολλαὶ μὲν ἴσως ἂν καὶ ἕτεραι τοῖς βουλομένοις ζητεῖν ἀναφανεῖεν· ἐγὼ δὲ δυσὶ ταῖς ἐκτεθησομέναις αἰτίαις τὴν μεγίστην ἰσχὺν ἀναθήσομαι. καὶ προτέραν γε ἐρῶ τὴν κυριωτέραν εἶναί μοι δοκοῦσαν. τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς μὴ σπουδασθῆναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι δημοσίας γίνεσθαι τὰς περὶ τῶν ἑκάστοτε πραττομένων ἀναγραφάς, τοῦτο μάλιστα δὴ καὶ τὴν πλάνην, καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ψεύδεσθαι τοῖς μετὰ ταῦτα βουληθεῖσι περὶ τῶν παλαιῶν τι γράφειν παρέσχεν. οὐ γὰρ μόνον παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἠμελήθη τὰ περὶ τὰς ἀναγραφάς, ἀλλ' οὐδὲ παρ' αὐτοῖς Ἀθηναίοις, οὓς αὐτόχθονας εἶναι λέγουσι, καὶ παιδείας ἐπιμελεῖς, οὐδὲν τοιοῦτον εὑρίσκεται γενόμενον· ἀλλὰ τῶν δημοσίων γραμμάτων ἀρχαιοτάτους εἶναί φασι, τοὺς ὑπὸ Δράκοντος αὐτοῖς περὶ τῶν φονικῶν γραφέντας νόμους, ὀλίγῳ πρότερον τῆς Πεισιστράτου τυραννίδος ἀνθρώπου γεγονότος. περὶ μὲν γὰρ Ἀρκάδων τί χρὴ λέγειν, αὐχούντων ἀρχαιότητα; μόλις γὰρ οὗτοι καὶ μετὰ ταῦτα γράμμασιν ἐπαιδεύθησαν. ἅτε δὴ τοίνυν οὐδεμιᾶς προεξεβλημένης ἀναγραφῆς, ἣ καὶ τοὺς μαθεῖν βουλομένους διδάξειν ἔμελλε, καὶ τοὺς ψευδομένους ἐλέγξειν, ἡ πολλὴ πρὸς ἀλλήλους ἐγένετο διαφωνία τοῖς συγγραφεῦσι. δευτέραν δὲ πρὸς ταύτῃ θετέον ἐκείνην τὴν αἰτίαν. οἱ γὰρ ἐπὶ τὸ γράφειν ὁρμήσαντες, οὐ περὶ τὴν ἀλήθειαν ἐσπούδασαν· καίτοι τοῦτο πρόχειρον αὐτοῖς ἐστιν ἀεὶ τὸ ἐπάγγελμα· λόγων δὲ δύναμιν ἐπεδείκνυντο καὶ καθ' ὅντινα τρόπον ἐν τούτῳ παρευδοκιμήσειν τοὺς ἄλλους ὑπελάμβανον, κατὰ τοῦτον ἡρμόζοντο· τινὲς μὲν ἐπὶ τὸ μυθολογεῖν τραπόμενοι, τινὲς δὲ πρὸς χάριν, ἢ τὰς πόλεις, ἢ τοὺς βασιλέας ἐπαινοῦντες· ἄλλοι δὲ ἐπὶ τὸ κατηγορεῖν τῶν πράξεων, ἢ τῶν γεγραφότων ἐχώρησαν, εὐδοκιμήσειν ἐν τούτῳ νομίζοντες. ὅλως δὲ τὸ πάντων ἐναντιώτατον ἱστορίᾳ πράττοντες διατελοῦσι· τῆς μὲν γὰρ ἀληθοῦς ἐστι τεκμήριον ἱστορίας, εἰ περὶ τῶν αὐτῶν ἅπαντες τὰ αὐτὰ καὶ λέγοιεν καὶ γράφοιεν· οἱ δέ, εἰ μὴ τὰ αὐτὰ γράψειαν ἑτέροις, οὕτως ἐνομίζοντο αὐτοὶ φαίνεσθαι πάντων ἀληθέστατοι. Τοσαῦτα καὶ ὁ Ἰώσηπος.

Asus ut ipse qvoqve Thucydides, licet accuratissimam temporum suorum historiam perscribere videatur, a nonnullis tamen erroris ac vanitatis arguatur. Cujus sane discidii, cum aliæ fortassis plurimæ aliis in illud anqvirentibus occurrere possint, tum has præcipue duas summi momenti causas esse intelligo. Atque ut ab ea, quæ mihi potior videtur, incipiam, cum totum illud res eas, qvæ ubiqve fierent, publicas in tabulas referendi studium a Græcis jam usqve ab initio neglectum fuisset, id sane cum errori maxime viam aperuit, tum iis etiam omnibus, qvi de rebus antiqvioribus scribere cogitarent, licentiam obtulit impune mentiendi. Nec enim reliqva duntaxat Græcorum natio hanc tabularum conficiendarum curam jacere permisit: sed ne apud Athenienses quidem, quos tamen & indigenas, & disciplinarum apprime studiosos esse ferunt, qvicqvam ejusmodi factum reperias: cum e publicis quidem literis, antiqvissimas leges eas fuisse tradant, qvas ipsis Draco de cæde tulit, homo qvi non nisi paulo ante Pisistrati tyrannidem lucem aspexerat. Nam Arcadum meminisse qvid attinet, qvi cum de sua tantopere vetustate glorientur, vix tamen etiam post illa tempora literarum informari cognitione cœperunt? Ita plane, cum vetustior comentarius nullus extaret, qvi vel docere discendi cupidos, vel mentientes arguere posset, maxima est Scriptores inter excitata dissensio. Cui tu causæ alteram hanc adjungas licet. Qvi enim ad scribendum se se contulerunt, ii non veritatis utiqve studio ducebantur, licet hoc profiteri solenne passim omnibus tralatitiumqve sit: sed vim orationis unam ostendebant, atqve ita quo se quisqve genere alios superaturum esse maxime confidebat, in eo elaborabat plurimum. Ergo alii fabulas texere, alii civitatum aut Regum benevolentiam & gratiam laudationibus eblandiri cœperunt: nonnulli res ipsas, aut illarum Scriptores carpere ac vituperare maluerunt, qvod in eo se se facilius excellere posse sperarent. Cæterum isti cum historiæ legibus omnino pugnant. Cum enim eo potissimum argumento historiæ veritas comprobetur, si de rebus iisdem eadem omnes pronuntient ac scribant; ita se se demum isti maxime reliqvos omnes veritatis opinione superaturos putarunt, si ab reliqvis maxime dissiderent. Hactenus etiam Josephus.

Qvorum omnium qvoddam qvasi sigillum esto Diodori testimonium, qvod ex primo conflatæ ab eo Bibliothecæ proferemus. Sic enim ad verbum habet.

Εἴη δ' ἂν τῶν εἰρημένων ἐπισφράγισμά καὶ ἡ Διοδώρου μαρτυρία, ἣν ἀπὸ τοῦ πρώτου τῆς συναχθείσης αὐτῷ Βιβλιοθήκης παραθήσομαι, ὅπως ἔχουσαν πρὸς λέξιν.

VIII.

EX DIODORO IN EANDEM sententiam.

η.

ΕΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΑΠΟ τοῦ Διοδώρου.

HIS, inqvit, a nobis diligenter enucleatis, ostendendum nobis est, qvam multi Græcorum non minus prudentia, qvam eruditione præstantes, in Ægyptum olim profecti sint, ut ejus populi mores doctrinæqve genus cognoscerent. Enimvero, Sacerdotes Ægyptii sacrorum librorum auctoritate confirmant, ad suos Orpheum aliqvando, Musæum, Melampodem, ac Dædalum, nec non & Homerum Poetam, Lycurgum Spartiatem, Solonem Atheniensem, Platonem Philosophum, Pythagoram Samium, Eudoxum Mathematicum, Democritum Abderitam, & OEnopidam Chium accessisse. Qvorum illi monimenta qvædam etiamnum repræsentant, aliorum qvidem, imagines, aliorum vero, partim loca, partim opera qvædam ipsorum cognomentis insignia. Qvinetiam ex singulari cujusqve ac proprio doctrinæ genere id ipsum manifeste colligunt, dum eos, qvicqvid tantum ipsis apud Græcos admirationis peperit, id totum ex Ægypto deportasse demonstrant. Qvippe, Orpheum enim partem mysticorum sacrorum maximam, qvæqve de ipsius errore orgia celebrantur, ac totam illam inferorum fabulam ab ægyptiis derivasse. Nam & Osiridis religiones, illas ipsas esse, qvas Baccho attribuit, & Isidis inter Cererisqve cultum affinitatem esse permagnam, adeoqve solam nominum mutationem interesse. Qvod autem & impiorum apud inferos supplicia, & prata piorum amœnissima, & fictitias illas passimqve vulgatas mortuorum umbras invexerit, in iis omnibus solennes in funeribus ægyptiorum ritus imitatum fuisse. Nam veteri ægyptiorum instituto, Mercurium illum deducendis animabus præpositum, Apidis corpus, ubi ad certum usqve locum perduxerit, tum nescio cui dimidii Cerberi larvam induto tradere solitum. Id Orpheus cum Græcis hominibus indicasset, Homerum ejus deinde seqvutum vestigia, suis ita versibus inseruisse,

ΤΟΥΤΩΝ δ' ἡμῖν διευκρινημένων, ῥητέον ὅσοι τῶν παρ' Ἕλλησι δεδοξασμένων ἐπὶ συνέσει καὶ παιδείᾳ, παρέβαλον εἰς Αἴγυπτον ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις, ἵνα τῶν ἐνταῦθα νομίμων καὶ παιδείας μετάσχωσιν. οἱ γὰρ Ἱερεῖς τῶν Αἰγυπτίων ἱστοροῦσιν ἐκ τῶν ἀναγραφῶν τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, παραβαλεῖν πρὸς ἑαυτοὺς Ὀρφέα τε, καὶ Μουσαῖον, καὶ Μελάμποδα, καὶ Δαίδαλον, πρὸς δὲ τούτοις, Ὅμηρόν τε τὸν Ποιητὴν, καὶ Λυκοῦργον τὸν Σπαρτιάτην· ἔτι δὲ Σόλωνα τὸν Ἀθηναῖον, καὶ Πλάτωνα τὸν Φιλόσοφον. (pag. 21.) ἐλθεῖν δὲ καὶ Πυθαγόραν τὸν Σάμιον, καὶ τὸν μαθηματικὸν Εὔδοξον, ἔτι δὲ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, καὶ Οἰνοπίδην τὸν Χῖον. πάντων δὲ τούτων σημεῖα δεικνύουσι, τῶν μὲν, εἰκόνας, τῶν δὲ, τόπων ἢ κατασκευασμάτων ὁμωνύμους προσηγορίας. ἔκ τε τῆς ἑκάστῳ ζηλωθείσης παιδείας ἀποδείξεις φέρουσι, συνιστάντες ἐξ Αἰγύπτου μετενηνοχέναι πάντα, δι' ὧν παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐθαυμάσθησαν. Ὀρφέα μὲν γὰρ τῶν μυστικῶν τελετῶν τὰ πλεῖστα, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑαυτοῦ πλάνην ὀργιαζόμενα, καὶ τὴν τῶν ἐν ᾅδου μυθοποιΐαν, παρ' Αἰγυπτίων ἀπενέγκασθαι. τὴν μὲν γὰρ Ὀσίριδος τελετὴν, τῇ Διονύσου τὴν αὐτὴν εἶναι. τὴν δὲ τῆς Ἴσιδος, τῇ τῆς Δήμητρος ὁμοιοτάτην ὑπάρχειν, τῶν ὀνομάτων μόνων ἐνηλλαγμένων. τὰς δὲ ἀσεβῶν ἐν ᾅδου τιμωρίας, καὶ τοὺς τῶν εὐσεβῶν λειμῶνας, καὶ τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιΐας ἀναπεπλασμένας παρεισαγαγεῖν, μιμησάμενον τὰ περὶ τὰς ταφὰς τὰς κατ' Αἴγυπτον. τὸν μὲν γὰρ ψυχοπομπὸν Ἑρμῆν, κατὰ τὸ παλαιὸν νόμιμον παρ' Αἰγυπτίοις, ἀναγαγόντα τὸ τοῦ Ἄπιδος σῶμα μέχρι τινὸς, παραδιδόναι τῷ περικειμένῳ τὴν τοῦ Κερβέρου προτομήν. τοῦ δὲ Ὀρφέως τοῦτο καταδείξαντος παρὰ τοῖς Ἕλλησι, τὸν Ὅμηρον ἀκολούθως τούτῳ θεῖναι κατὰ τὴν ποίησιν, (Diod.)

Ἑρμῆς δὲ ψυχὰς Κυλλήνιος ἐξεκαλεῖτο
Ἀνδρῶν ἡρώων· ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσίν.

Εἶτα πάλιν προϊὼν ἐπιλέγει. Μελάμποδα δέ φασι, μετενεγκεῖν ἐξ Αἰγύπτου τὰ Διονύσῳ νομιζόμενα, τελεῖσθαι παρὰ τοῖς Ἕλλησι, καὶ τὰ περὶ Κρόνου μυθολογούμενα, καὶ τὰ περὶ τῆς Τιτανομαχίας, καὶ τὸ σύνολον τὴν περὶ τὰ πάθη τῶν Θεῶν ἱστορίαν. τὸν δὲ Δαίδαλον λέγουσιν ἀπομιμήσασθαι τὴν τοῦ λαβυρίνθου πλοκήν, τοῦ διαμένοντος μὲν μέχρι τοῦ νῦν καιροῦ, οἰκοδομηθέντος δέ, ὡς μέν τινές φασιν, ὑπὸ Μένδητος, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ὑπὸ Μάρου τοῦ Βασιλέως, πολλοῖς ἔτεσι πρότερον τῆς Μίνω Βασιλείας· τόν τε ῥυθμὸν τῶν ἀρχαίων κατ' Αἴγυπτον ἀνδριάντων, τὸν αὐτὸν εἶναι τοῖς ὑπὸ Δαιδάλου κατασκευασθεῖσι παρὰ τοῖς Ἕλλησι. τὸ δὲ κάλλιστον πρόπυλον ἐν Μέμφιδι τοῦ Ἡφαίστου Δαίδαλον ἀρχιτεκτονῆσαι, καὶ θαυμασθέντα, τυχεῖν εἰκόνος ξυλίνης κατὰ τὸ προειρημένον Ἱερόν, ταῖς ἰδίαις χερσὶ δεδημιουργημένης· πέρας δέ, διὰ τὴν εὐφυΐαν ἀξιωθέντα μεγάλης δόξης, καὶ πολλὰ προσεξευρόντα, τυχεῖν ἰσοθέων τιμῶν. κατὰ γὰρ μίαν τῶν πρὸς τῇ Μέμφιδι νήσων, ἔτι καὶ νῦν ἱερὸν εἶναι Δαιδάλου, τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. τῆς δ' Ὁμήρου παρουσίας, ἄλλα τε σημεῖα φέρουσι, καὶ μάλιστα τὴν τῆς Ἑλένης γενομένην παρὰ Μενελάῳ Τηλεμάχῳ φαρμακείαν, καὶ λήθην τῶν συμβεβηκότων κακῶν. τὸ γὰρ Νηπενθὲς φάρμακον, ὃ λαβεῖν φησιν ὁ Ποιητὴς τὴν Ἑλένην ἐκ τῶν Αἰγυπτίων παρὰ τῆς Πολυδάμνης, τῆς Θῶνος γυναικός, ἀκριβῶς ἐξητακὼς φαίνεται. ἔτι γὰρ καὶ νῦν τὰς ἐν ταύτῃ γυναῖκας χρῆσθαι τῇ προειρημένῃ δυνάμει λέγουσι, καὶ παρὰ μόναις ταῖς Διοσπολίτισιν, ἐκ παλαιῶν χρόνων ὀργῆς καὶ λύπης φάρμακον εὑρῆσθαί φασι· τὰς δὲ Θήβας καὶ Διόσπολιν, τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν· τήν τε Ἀφροδίτην ὀνομάζεσθαι παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις χρυσῆν, ἐκ παλαιᾶς παραδόσεως· καὶ πεδίον εἶναι καλούμενον χρυσῆς Ἀφροδίτης, περὶ τὴν ὀνομαζομένην Μώμεμφιν· τά τε περὶ τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν μυθολογούμενα, περὶ τῆς συνουσίας, καὶ τὴν εἰς Αἰθιοπίαν ἐκδημίαν, ἐκεῖθεν αὐτὸν μετενεγκεῖν. κατ' ἐνιαυτὸν γὰρ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις, τὸν νεὼν τοῦ Διὸς περαιοῦσθαι τὸν

Heroumque animas Cyllenius evocat Hermes.
Virgam dextra gerit.

Tum aliis eandem in rem commemoratis, ita prosequitur. Melampodem quoque ferunt, statas solennesque Græcorum in sacris Bacchi ceremonias, cum iis, quæ vel de Saturno, vel de commisso cum Titanibus certamine, vel omnino de Numinum suorum casibus fabulantur, ex Ægypto transtulisse. At vero Dædalum ejus Labyrinthi flexiones imitatum esse, qui a Mendete, ut nonnulli tradunt, vel ut aliis placet, a Mari Rege, multis antequam Minos regnaret annis, ædificatus, ad hodiernum usque diem visitur. Quinetiam idem artis ingenium in antiquis Ægyptiorum signis etiamnum apparere, quo Dædali apud Græcos statuæ commendantur: Eundem, quod elegantissimum apud Memphim Vulcani Templi vestibulum admirabili artificio construxisset, ligneam in eodem Templo statuam suis ipsius manibus elaboratam; imo divinos etiam honores, ob singularem artis excellentiam, qua & magnum sibi nomen confecerat, & nova pleraque excogitaverat, consequutum fuisse. Siquidem in una quadam ex iis, quæ Memphi vicinæ sunt, Insulis, hodieque Dædali Templum extare maxima Insulanorum religione celebratum. Jam ibidem Homerum quoque versatum esse, cum aliis argumentis efficiunt, tum ex illo pharmaci genere auferunt, quo apud Menelaum Helena omnem Telemacho superiorum malorum abstersit excussitque memoriam. Et sane pharmacum illud Poeta, quod Nepenthes, quasi ab omni dolore vacuum nominat, quodque Helenam a Polydamna Thonis uxore acceptum, Thebis Ægyptiis asportasse commemorat, admodum exploratum habuisse videtur. Nam illic mulieres etiamnum ea vi ac facultate præditas esse, nec nisi apud Diospolitanas præsens illud iracundiæ dolorisque remedium jam ab ultimis usque temporibus repertum fuisse tradunt: Thebas porro atque Diospolin, unam & eandem urbem esse. Nec non Venerem ab indigenis, auream pervetusto quodam more nuncupari, adeoque campum aliquem propter Momemphim esse, qui Veneris aureæ campus appelletur. Præterea quæ de Jovis Junonisque congressu, aut in Æthiopiam profectione fabulatur, indidem ipsum hausisse. Jovis enim ædem quotannis apud Ægyptios per

fluvium in Libyam deferri, unde post aliquot dies, qvasi reverso ex Æthiopia Numine revehatur. Utriusque vero Dei conjunctionem ex eo fingendi occasionem sumpsisse, qvod in publicis totius populi festis, in montem quendam a Sacerdotibus omni florum genere consperso ædes utraqve deferatur. Ad hæc Lycurgum, Platonem, ac Solonem, permulta ex Ægyptiorum institutis in legum suarum tabulas retulisse: Pythagoram sacri Sermonis arcana, cum Geometriæ principiis, numerandi arte, & animorum in qvælibet animantium genera migratione, ab Ægypriis accepisse. Democritum etiam annos apud se qvinque versatum, ac pluribus Astrologiæ præceptis eruditum fuisse arbitrantur: OEnopidemqve similiter ex freqventi Sacerdotum consvetudine, cum alia pleraque, tum Solis maxime conversionem didicisse, utqve obliqvum & flexuosum cursum instituat, ac motu reliqvis Sideribus contrario rapiatur. Eudoxum quoqve post navatam apud se Astrologiæ operam, qvod multa deinde summæ utilitatis ac fructus cum Græcis hominibus communicasset, laudem sibi maximam peperisse. Postremo qvotqvot e priscis Fictoribus in hominum ore plurimum & existimatione versati sunt, Ægyptum freqventasse omnes, atque inter alios Teraclem, ac Theodorum, ambo Rhœci filios, qvi Samiis illud Apollinis Pythii simulacrum perfecerunt. Huc usqve Diodorus. Qvam mihi disputationem, superioribus testimoniis abunde illustratam, hoc demum loco terminare libet. Ac desinant isti porro nos temeritatis arguere, qvod veræ pietatis studio, Græciæ Sapientum Philosophorumqve doctores, Barbaros, inqvam, illos, (si barbari tamen Hebræi sunt,) consulere voluerimus ipsi quoqve. Deinceps qvibus ipsi temporibus, Moses puta, cæteriqve post eum Prophetæ claruerint, excutiendum erit; cum is, qvi de viris inter omnes eruditionis ac sapientiæ laude præstantibus sermonem instituat, rem ad suscepti argumenti rationes longe præcipuam facturus videatur, si de illorum antiqvitate certi prius aliqvid exploratiqve constituat. Nam ita demum, si qvando cum Hebræorum Prophetis atque Theologis Græci consentient, sine ulla dubitatione intelligas, utros credibile sit aliorum mutuari sententias, antiqviores ne juniorum, id est Græcorum Hebræos, Barbarosqve Philosophorum, quorum illi ne vocem qvidem audire potuerint:

Cap. III.

ποταμὸν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ μεθ' ἡμέρας τινὰς πάλιν ἐπιστρέφειν, ὡς ἐξ Αἰθιοπίας τοῦ Θεοῦ παρόντος. τήν τε συνουσίαν τῶν θεῶν τύπων, ἐν ταῖς πανηγυρήσεσι τῶν ναῶν ἀνακομιζομένων ἀμφοτέρων, εἰς ὄρος ἄνθεσι παντοίοις ὑπὸ τῶν Ἱερέων κατεστρωμένον. καὶ Λυκοῦργον δὲ, καὶ Πλάτωνα, καὶ Σόλωνα, πολλὰ τῶν ἐξ Αἰγύπτου νομίμων, εἰς τὰς ἑαυτῶν κατατάξαι νομοθεσίας· Πυθαγόραν τε τά τε κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον, καὶ τὰ κατὰ Γεωμετρίαν θεωρήματα, καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, ἔτι δὲ τὴν εἰς πᾶν ζῶον τῆς ψυχῆς μεταβολὴν μαθεῖν παρ' Αἰγυπτίων. ὑπολαμβάνουσι δὲ καὶ Δημόκριτον παρ' αὐτοῖς ἔτη διατρῖψαι πέντε, καὶ πολλὰ διδαχθῆναι τῶν κατὰ Ἀστρολογίαν. τόν τε Οἰνοπίδην ὁμοίως συνδιατρίψαντα τοῖς Ἱερεῦσι καὶ Ἀστρολόγοις, μαθεῖν ἄλλα τε, καὶ μάλιστα τὸν ἡλιακὸν κύκλον, ὡς λοξὴν μὲν ἔχει τὴν πορείαν, ἐναντίαν δὲ τοῖς ἄλλοις ἄστροις τὴν φορὰν ποιεῖται. παραπλησίως δὲ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀστρολογήσαντα παρ' αὐτοῖς, καὶ πολλὰ τῶν χρησίμων εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐκδόντα, τυχεῖν τῆς ἀξιολόγου δόξης. πάντων δὲ τῶν παλαιῶν ἀγαλματοποιῶν τοὺς μάλιστα διωνομασμένους διατετριφέναι παρ' αὐτοῖς, Τηλεκλέα καὶ Θεόδωρον, τοὺς Ῥοίκου μὲν υἱοὺς, κατασκευάσαντας δὲ τοῖς Σαμίοις τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου ξόανον. Τοσαῦτα δὲ καὶ Διόδωρος. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ λόγος ὧδέ πως ἀποδεδειγμένος, ἐνταῦθα μοι εἰλήφθω τέλος. οὐ δεῖ δὴ λοιπὸν ἀλογίας ἡμῶν κατηγορεῖν, εἰ δὴ τοὺς τῶν Σοφῶν Ἑλλήνων, καὶ αὐτῶν γε τῶν παρ' αὐτοῖς Φιλοσόφων διδασκάλους, τοὺς Βαρβάρους λέγω, πόθῳ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας καὶ αὐτοὶ μετήλθομεν, εἴ γε Βάρβαροι Ἑβραῖοι. ὧν τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἤκμασαν Μωσῆς τε καὶ οἱ μετὰ Μωσέα Προφῆται, ὥρα ἂν ἔχοι διελθεῖν· ἐπεὶ καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ἕν τι τῶν μάλιστα συνεκτικωτάτων τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ, τὸ μέλλοντας τῶν παρὰ τοῖς ἀνδράσι λογίων ἐφάπτεσθαι, προδιαλαβεῖν περὶ τῆς ἀρχαιότητος αὐτῶν· ἵν' εἰ φανεῖεν τοῖς Ἑβραίων Προφήταις τε καὶ Θεολόγοις, οἱ παρ' Ἕλλησιν ὁμοδοξοῦντες, μηκέτ' ἀμφιβάλλοις, τίνας ἦν εἰκὸς τὰ παρὰ τίνων ἀναλέξασθαι· πότερα τοὺς πρεσβυτέρους τὰ τῶν νέων, Ἑβραίους τε τὰ Ἑλλήνων, καὶ Βαρβάρους τὰ Φιλοσόφων, ὧν οὐδὲ τῆς ὀπῆς εἰκὸς ἐπαΐειν·

Diod. Τηλεκλέα.

ἢ, ὅπερ καὶ μᾶλλον εἰκὸς, τοὺς νέους τὰ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τοὺς τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν περιειργασμένους Ἕλληνας, καὶ τὰ Ἑβραίων μὴ ἀγνοῆσαι, ἀρχῆθεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν μεταβεβλημένα.

an, qvod longe veroſimilius eſt, juniores antiqviorum, adeoqve Græcos illos, qvi tam curioſe Gentium plurimarum inſtituta ſcrutati ſunt, ne ſcripta quidem Hebræorum, qvæ Græcam in lingvam fuerint tanto ante converſa, latuiſſe.

θ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ Μωσέως, καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις Προφητῶν.

B

ΜΩΣΕΩΣ πέρι, καὶ τῆς τῶν μετ' αὐτὸν Προφητῶν ἀρχαιότητος, πλεῖστοι μὲν ἄλλοι διὰ σπουδῆς τὴν ἀπόδειξιν ἐν οἰκείοις καταβέβληνται συγγράμμασιν, ἀφ' ὧν αὐτίκα μάλα μικρὸν ὕστερον παραθήσομαι. κἀγὼ δὲ καινοτέραν παρὰ τοὺς εἰρημένους ὁδεύσας, ταύτῃ χρήσομαι τῇ μεθόδῳ. Συντρεχόντων ὁμολογουμένως τῶν χρόνων Αὐγούστου Ῥωμαίων Αὐτοκράτορος, καὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως, ἀρχήν τε τῆς Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ ποιησαμένου, κατὰ τὸ πεντεκαιδέκατον ἔτος Τιβερίου Καίσαρος, εἴ τις ἀπὸ τούτου συναγαγεῖν ἐθέλοι τὸν τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, περιϊὼν ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους, τοὺς μέχρι Δαρείου τοῦ Περσῶν Βασιλέως, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀνανεώσεως τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις Νεὼ, ἣ γέγονε μετὰ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους· εὕροι ἂν ἀπὸ Τιβερίου ἐπὶ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου ἔτη φμη. Δαρείου μὲν γὰρ τὸ δεύτερον κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ξε Ὀλυμπιάδος καταντᾷ· Τιβερίου δὲ τὸ πεντεκαιδέκατον τῆς (pag. 24) Ῥωμαίων βασιλείας κατὰ τὸ δ' τῆς σγ' Ὀλυμπιάδος συμπίπτει. γίνονται τοίνυν αἱ μεταξὺ Δαρείου τοῦ Πέρσου, καὶ Τιβερίου τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως Ὀλυμπιάδες ρλζ', αἳ συνάγουσι χρόνον ἐτῶν φμη, τετραετίας τῇ Ὀλυμπιάδι λογιζομένης. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος Δαρείου, τὸ ἑβδομηκοστὸν ὑπῆρχε τῆς ἐρημίας τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις Νεὼ, καθὼς τὰ τῆς Ἑβραίων ἱστορίας παρίστησι, κἀντεῦθεν πάλιν ἀνατρεχόντων, ἀπὸ μὲν τοῦ δευτέρου ἔτους Δαρείου ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα, ἔτη συνάγοιτ' ἂν σνς', Ὀλυμπιάδες, ξδ'· τοσαῦτα δ' ἂν εὕροις τὰ ἀπὸ τοῦ ὑστάτου ἔτους τῆς ἐρημίας τοῦ δηλωθέντος Ἱεροῦ, ἐπὶ τὸ ν' ἔτος Ὀζίου τοῦ τῶν Ἰουδαίων Βασιλέως ἀνιὼν, καθ' ὃν ἐπροφήτευον

XI.

DE MOSIS ET PROPHEtarum Hebræorum antiqvitate.

AC Moſis quidem & Prophetarum eo poſteriorum antiqvitatem, ſuis in operibus alii complures diligenter admodum ac ſtudioſe comprobatam & conteſtatam reliqverunt, ex qvibus pauca quædam paulo poſt ſubjiciam. Sed tamen prius novam ipſe viam inſiſtens, cæterisqve jam tritæ diſſimilem, qvæ ſequitur rationem ac methodum inire decrevi. Cum Servatoris noſtri Natalem omnium conſenſu, in Auguſti Imperatoris tempora incidiſſe, Chriſtum vero (*Eusebii propria Chronologiæ ratio.*) C circa decimum qvintum Tiberii Cæſaris annum proſeminandi Evangelii initium feciſſe conſtet: ſi quis ab eodem annorum ſummam ita colligere voluerit, ut per ſuperiora retro tempora, ad Darium usque Perſarum Regem, & inſtauratum Hieroſolymis ſub eo templum, id qvod poſt Judaici populi ex Babylone reditum contigit, numerando perveniat; is a Tiberio ad Darii ſecundum, annos omnino reperiat qvingentos & qvadraginta octo. Nam Darii quidem ſecundus in primum Olympiadis ſexageſimæ quintæ, Imperii vero Tiberii decimus quintus in quartum ducenteſimæ tertiæ Olympiadis incurrit. Qvocirca Da- D rium Perſam inter, ac Tiberium Romanorum Imperatorem, centum ac triginta ſeptem Olympiades intercedunt, qvæ ſummam annorum qvingentorum & qvadraginta octo conficiunt, qvadriennio ſingulis Olympiadibus attributo. Et qvoniam Darii ſecundus annus, cum Hieroſolymitani Templi vaſtitatis ſeptuageſimo congruebat ut ex Hebræorum hiſtoria liqvet: ſi gradum etiam inde retro flectas, ab anno Darii ſecundo ad primam usque Olympiadem anni confient omnes quinquaginta ſex ſupra ducentos, Olympiades vero qvatuor & ſexaginta: qvot plane ab ultimo exciſi Templi anno, ad Oſiæ Judæorum Regis qvinqvageſimum numerantur; qvo tempore

Esaias, Oseas, aliiqve amborum æqvales Prophetæ claruerunt. Ita prima Græcorum Olympias cum Isaia & ipsius æqvalibus congruit. Rursus qvi ad superiora tempora recurrere voluerit, is ab Olympiade prima ad captam usqve Trojam, annorum summam conficiet octo supra quadringentos, quem numerum Chronologici Græcorum commentarii repræsentant. Similiter apud Hebræos, ab Osiæ Judæorum Regis qvinqvagesimo, si gradum ad Labdonis Hebræi qvondam Judicis tertium feceris, æqvalem annorum qvadringentorum & octo numerum colliges. Atqve ita sub Labdonis Judicis tempora Ilium fuerit, septem annis anteqvam Samson Hebræis imperaret, qvem viribus corporis nihil non superasse, adeoqve omnium ore jactato Græcorum Herculi persimilem fuisse tradunt. Qvod si ab illo tempore, annos rursus qvadringentos sursum versus numeraveris, Mosem apud Hebræos, apud Græcos Cecropem illum terrigenam reperies: qvo quidem recentiora esse, qvæcunqve Græci tantopere celebrant, nemo non fatetur. Nam post illum, Deucalionis diluvium, Phaethontis incendium, ortus Erichthonii, Proserpinæ raptus, Mysteria Cereris Eleusiniorum institutio, Triptolemi agricultura, Europæ ab Jove raptus, Natalis Apollinis, Cadmi apud Thebanos adventus, atqve iis omnibus juniores Bacchus, Minos, Perseus, Æsculapius, Castor, & Pollux, & Hercules extitere. Qvos proinde Moses, cum Cecropis tempore floruerit, ætate omnes anteivit. Porro si ab eodem Mose ad primum usqve Abraami vitæ annum recurreris, summam colliges annorum qvinque supra quingentos: itemqve, totidem ab illo Cecropis Regni anno superiora versus tempora numeratis, ad Ninum Assyrium pervenies, qvem omnium principem tota passim Asia, si tamen Indos excipias, dominatum esse tradunt. Nomen ab eo Ninus civitas, qvam Niniven Hebræi vocant, accepit, ejusdemque temporibus Zoroastres ille Magus Bactrianis imperabat. Nini uxor Semiramis eidem successit in regnum: qvorum ætate proinde Abraamum vixisse oportuit. Verum hæc a nobis omnia certis argumẽtis in Chronologicis nostris canonibus cõfecta reperies. Nunc qvidem confirmandæ Mosis antiqvitati, ad superiora illa, unum hominis longe cum Hebræis, tum etiam nobis inimicissimi, atqve infensissimi testimonium libet

A Ἡσαΐας καὶ Ὠσηὲ, ὅσοι τε τούτοις γεγόνασι σύγχρονοι. ὥστ᾽ εἶναι τὴν πρώτην καθ᾽ Ἕλληνας Ὀλυμπιάδα, σύνδρομον τῷ Προφήτῃ Ἡσαΐᾳ, καὶ τοῖς τούτου συγχρόνοις. πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ τοὺς ἔμπροσθεν ἀνιὼν χρόνους, μέχρι τῆς Ἰλίου ἁλώσεως, εὑρήσεις ἔτη συγκεφαλαιούμενα υη´, ὡς αἱ παρ᾽ Ἕλλησι τῶν χρόνων ἀναγραφαὶ περιέχουσι. καὶ καθ᾽ Ἑβραίους, ἀπὸ πεντηκοστοῦ ἔτους Ὀζίου τοῦ Ἰουδαίων Βασιλέ- B ως, ἀνιὼν ἐπὶ τὸ τρίτον ἔτος Λαβδὼν παρ᾽ Ἑβραίοις γενομένου Κριτοῦ, τὸν ἴσον συνάξεις ἀριθμὸν ἐτῶν υη´· ὥστ᾽ εἶναι τὴν Ἰλίου ἅλωσιν κατὰ τοὺς Λαβδὼν τοῦ Κριτοῦ χρόνους, ἑπτὰ ἔτεσι πρότερον, ἢ Σαμψὼν ἄρξαι Ἑβραίων, ὃν κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἀλκὴν ἀνυπόστατον γενέσθαι φασὶν, ἐοικότα τῷ βοωμένῳ παρ᾽ Ἕλλησιν Ἡρακλεῖ. καὶ ἐντεῦθεν δ᾽ ἐπὶ τοὺς ἀνωτέρω βαδίζων, ἐν ταὐτῷ τε συναγαγὼν ἀριθμὸν ἐτῶν υ´, εὕροις ἂν κατὰ μὲν Ἑβραίους Μωσέα, κατὰ δ᾽ Ἕλληνας Κέ- C κροπα τὸν γηγενῆ. κατώτερα δὲ τῶν Κέκροπος ἱστορεῖται χρόνων τὰ παρ᾽ Ἕλλησι θαυμαζόμενα. γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμὸς, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, Κόρης τε ἁρπαγὴ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, Ἐλευσινίων ἵδρυσις, Τριπτολέμου γεωργία, Εὐρώπης ὑπὸ Διὸς ἁρπαγὴ, Ἀπόλλωνος γένεσις, Κάδμου ἐπὶ Θήβας παρουσία, καὶ ἔτι τούτων νεώτεροι, Διόνυσος, Μίνως, Περ- D σεὺς, Ἀσκληπιὸς, Διόσκουροι, Ἡρακλῆς. τούτων δ᾽ ἁπάντων πρεσβύτερος γεγονὼς συνίσταται Μωσῆς, ὡς ἂν κατὰ Κέκροπα τὴν ἡλικίαν ἀκμάσας. ἀπὸ δὲ Μωσέως πάλιν ἀνιὼν ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος ζωῆς Ἀβραὰμ, εὑρήσεις ἔτη φε´. τοσαῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος ἔτους τῆς Κέκροπος βασιλείας, τὸν ἀνωτέρω χρόνον ἀπαριθμούμενος, ἐπὶ Νῖνον ἥξεις τὸν Ἀσσύριον, ὃν πρῶτόν φασιν ἁπάσης τῆς Ἀσίας πλὴν Ἰνδῶν κεκρατηκέναι· οὗ Νῖνος ἐπώνυμος πόλις, ἣ Νινευὶ παρ᾽ Ἑβραίοις ὠνόμασται, καθ᾽ ὃν Ζωροάστρης ὁ Μάγος Βακτρίων ἐβασίλευσε. Νίνου δὲ γυνὴ καὶ διάδοχος τῆς βασιλείας Σεμίραμις· ὥστ᾽ εἶναι τὸν Ἀβραὰμ κατὰ τούτους. ταῦτα μὲν οὖν ἀποδεικτικῶς ἐν τοῖς πονηθεῖσιν ἡμῖν χρονικοῖς κανόσιν οὕτως ἔχοντα συνέστη. ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, πρὸς τοῖς εἰρημένοις, μαρτυρεῖ τῇ Μωσέως ἀρχαιότητος

χρήσομαι τῷ πάντων δυσμενεστάτῳ καὶ πολεμιωτάτῳ Ἑβραίων τε καὶ ἡμῶν, φημὶ δὲ τῷ καθ' ἡμᾶς φιλοσόφῳ, ὃς τὴν καθ' ἡμῶν συσκευὴν ὑπερβολῇ μίσους προβεβλημένος, οὐ μόνους ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ Ἑβραίους, αὐτόν τε Μωσέα, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν προφήτας ταῖς ἴσαις ὑπηγάγετο δυσφημίαις. διὰ γὰρ τῆς τῶν ἐχθρῶν ὁμολογίας ἀναμφηρίστως ἡγοῦμαι τὴν ἐπαγγελίαν πιστώσασθαι. γράφει τοίνυν ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς καθ' ἡμῶν συσκευῆς ὁ Πορφύριος ῥήμασιν αὐτοῖς τάδε·

pag. 165. *Ἱστορεῖ δὲ τὰ περὶ Ἰουδαίων ἀληθέστατα, ὅτι καὶ τοῖς τόποις, καὶ τοῖς ὀνόμασιν αὐτῶν τὰ συμφωνότατα Σαγχωνιάθων ὁ Βηρύτιος, °εἰληφὼς τὰ ὑπομνήματα παρὰ Ἱερομβάλου τοῦ ἱερέως θεοῦ Ἰευώ, ὃς Ἀβελβάλῳ τῷ βασιλεῖ Βηρυτίων τὴν ἱστορίαν ἀναθεὶς, ὑπ' ἐκείνου καὶ τῶν κατ' αὐτὸν ἐξεταστῶν τῆς ἀληθείας παρεδέχθη. οἱ δὲ τούτων χρόνοι καὶ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πίπτουσι χρόνων, καὶ σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζουσιν, ὡς αἱ τῶν Φοινίκης βασιλέων διαδοχαὶ μηνύουσι. Σαγχωνιάθων δὲ, ὁ κατὰ τὴν τῶν Φοινίκων διάλεκτον, φιλαλήθης· πᾶσαν τὴν παλαιὰν ἱστορίαν ἐκ τῶν κατὰ πόλιν ὑπομνημάτων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναγραφῶν συναγαγὼν καὶ συγγράψας, ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονε τῆς Ἀσυρίων βασιλίδος.*

°Γρ. [illegible]

ταῦτα ὁ Πορφύριος. δεῖ δὴ συλλογίσασθαι τὰ προκείμενα ὧδέ πως. εἰ ἐπὶ ὁ Σαγχωνιάθων ἐπὶ Σεμιράμεως γέγονεν, ἡ δὲ, μακρῷ πρόσθεν τῶν Τρωϊκῶν ὁμολογεῖται, εἴη ἂν καὶ ὁ Σαγχωνιάθων τῶν Τρωϊκῶν παλαιότερος. ἀλλ' οὗτος παρ' ἑτέρων πρεσβυτέρων αὐτοῦ τοῖς χρόνοις, εἰληφέναι λέγεται τὰ ὑπομνήματα. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἀρχαιότεροι ὄντες αὐτοῦ, σχεδὸν τοῖς Μωσέως πλησιάζειν χρόνοις εἴρηνται, οὐδὲ αὐτοὶ κατὰ Μωσέα γενόμενοι, ἀλλὰ σχεδὸν τοῖς ἐκείνου χρόνοις πλησιάζοντες· ὡς ἔσεσθαι πρεσβύτερον εἶναι τὸν Μωσέα τοῦ Σαγχωνιάθωνος, ὁπόσον ἂν οὗτος λείπηται τῶν αὐτοῦ πρεσβυτέρων, οἳ Μωσεῖ πλησιάζειν ὡμολογήθησαν. πόσοις δ' ἄρα ἔτεσιν εἰκὸς ἦν Μωσέα ὑπεράγειν τοὺς δηλουμένους, ἄπορον εἰπεῖν. διόπερ τοῦτό μοι δοκῶ παρήσειν. δοὺς δὲ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Σαγχωνιάθωνα Μωσέα γεγονέναι, καὶ μὴ πρότερον, ὧδε τὸν ἔλεγχον ἐφοδεύσω. εἰ ἐπὶ Σεμιράμεως τῆς Ἀσυρίων βασιλίδος, ὁ Σαγχωνιάθων ἐγνωρίζετο, ἔστω δὲ καὶ Μωσῆς μηδὲν προάγων,

A adjungere: Philosophum illum æqvalem nostrum intelligo, qvi eo in opere, qvod nostros in homines vis ejus odii magnitudoqve vulgavit, non modo nos, sed Hebræos etiam ipsos, nec non & Moysem, Prophetasqve post illum cæteros, iisdem contumeliis oneravit. Nam ita demum susceptum a nobis argumentum, ipsa hostium confessione testatum, nihil cuiquam dubitationis relicturum esse confido. Porphyrius igitur libro sui adversum nos operis qvarto hunc in modum, verbis omnino totidem loqvi- B tur: *Porro in scribenda, inqvit, rerum Judaicarum historia, veritatis amantissimus est Sanchoniatho ille Berytius, qvippe qui commentarios cum eorum sive locis sive nominibus maxime congruentes, ab Hierombalo Jevonis Deæ Sacerdote acceperit: qvi suam historiam Abelbalo Berytiorum Regi nuncupatam, cum illi ipsi, tum iis etiam, quibus in explorando vero consiliariis atqve arbitris utebatur, probavit. Qvorum sane tempora Trojanis etiam illis antiqviora sunt, parumqve admodum a Mosis ætate disjuncta, ut ex Phœniciæ Regum* C *successione cognoscitur. Idem autem Sanchoniatho, qvi universam historiam, cum ex publicis urbis, tum e sacris tabulis haustam, summo cum veritatis studio Phœnicia lingva conscripsit, Semiramidis Assyriorum Reginæ temporibus floruit.* Hæc Porphyrius. Ex qvibus ita nos ratiocinari posse intelligo. Si Sanchoniatho Semiramidis temporibus floruit, Semiramidem vero multo ante Trojana regnasse constat, iisdem quoqve vetustior Sanchoniatho fuerit, necesse est. Atqvi eum ab aliis se se adhuc an- D tiquioribus commentarios accepisse tradunt, qvi etiam ipsi Mosis non æqvales, sed vicini tantum fuisse dicuntur. Seqvitur ergo tanto saltem intervallo Sanchoniathonem a Mose superari, qvanto posterior illis est, qvos non nisi vicinos esse confitentur. Cæterum, qvot annis eosdem antegressus Moses fuerit, qvod certo definiri neqveat, omittendum statuo. Quinetiam, ut demus Sanchoniathonis æqvalem omnino fuisse Mosem, sic tamen colligere atqve rem conficere liceat. Si regnante in Assyria Semiramide, Sanchoniatho claruit: Moses certe qvidem, ut nihil eo vetustior fuerit,

ſed prorſus æqvalis, ſub ejuſdem tamen Semiramidis imperium vixerit, neceſſe eſt. Jam, & Abraamum Semiramidis temporibus vixiſſe antea probavimus, & Moſem ipſum illa vetuſtiorem Philoſophus hic noſter fuiſſe confirmat. Trojana vero tempora Semiramis annis integris octingentis ſuperavit. Ergo totidem illa Moſes ex hujus Philoſophi mente anteceſſerit. Præterea cum primus apud Argivos Inachus imperaret, nec dum Athenienſibus aut civitas aut nomen erat. Ejuſdem autem Inachi regnum in quintum a Semiramide Aſſyriorum Regem incidit, annis poſt illam atqve Moſen centum & qvinquaginta, qvibus nihil apud Græcos memoria dignum geſtum eſſe reperitur. Cæterum eodem temporis, apud Hebræos Judices imperabant. Annis deinde poſt Semiramidem amplius quadringentis, primus Athenis regnavit Cecrops, quem indigenam vocant, Triopa regnante Argis, qvi ſeptimus ab Inacho Regum Argivorum primo fuit. Qvo qvidem Regum iſtorum intervallo, Ogygium diluvium contigiſſe narrant, itemqve apud Ægyptios primum Apim Deum nominarunt, ac ſimul Io Inachi filia, quam Iſidis nomine colunt Ægyptii, Prometheus atqve Atlas celebrari cœperunt. Jam a Cecrope ad captum Ilium, alii prope quadringenti colliguntur anni, qvibus illa Græcorum fabulis decantata miracula, Deucalionis, inquam, diluvium & Phaetontis incendium contigere; cujus utriusqve fingendi occaſionem, ex multis, uti veriſimile eſt, crebrisqve per ea loca terrarum cladibus arripuerint. Jovem autem ab eodem primum Cecrope Deum appellatum eſſe ferunt, cum neqvaquam inter homines id antea nominis habuiſſet: ab eodem poſtmodum primam Athenis excitatam aram, primumque Minervæ ſignum conflatum ac poſitum fuiſſe, neqve enim pervetuſtum genus illud rerum extitiſſe. Itaqve poſt Cecropem tota illa Græcorum Numinum genealogia texitur. Apud Hebræos interea, cum Davidis poſteri regnabant, tum ſeqvuti Moſem Prophetæ florebant. Ita ſi noſtrum hunc Philoſophum audiamus, a Moyſe ad captum Ilium anni amplius octingenti numerentur. Porro longe Trojanis illis temporibus recentiores, Homerum, Heſiodum ac reliqvos fuiſſe conſtat. Inde nuperi omnino,

A κατὰ δὲ τοῦτον ἠκμακὼς, γένοιτ' ἂν ὅμως καὶ αὐτὸς κατὰ Σεμίραμιν. ἀλλ' ὁ μὲν ἡμέτερος λόγος ἐπὶ ταύτης ἐδήλου γενέσθαι τὸν Ἀβραάμ· ὁ δὲ τοῦ Φιλοσόφου, παλαιότερον τὸν Μωσέα συνίστησιν. ἡ δὲ Σεμίραμις, τῶν Τρωϊκῶν ὀκτακοσίοις ὅλοις ἔτεσι δείκνυται προγενομένη. καὶ Μωσῆς ἄρα ἐξ ἴσου τοσούτοις τὰ Τρωϊκὰ προλαβὼν, κατὰ τὸν Φιλόσοφον. πρῶτος δὲ βασιλεὺς Ἀργείων Ἴναχος, οὔπω τότε Ἀθηναίων οὔτε τὴν πόλιν, οὔτε B τὴν προσηγορίαν ἐχόντων. ὁ δὲ πρῶτος Ἀργείων ἡγεῖται κατὰ τὸν πέμπτον μετὰ Σεμίραμιν Ἀσσυρίων βασιλέα, ν' καὶ ρ' ὕστερον ἔτεσιν αὐτῆς τε καὶ Μωσέως, ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονὸς ἱστορεῖται παρ' Ἕλλησι. κατὰ τοῦτο δὲ τοῦ χρόνου, παρ' Ἑβραίοις ἡγοῦνται οἱ Κριταί. εἶτ' αὖ πάλιν τῶν ἐπῶν ἄλλοις κατώτερον χρόνοις, ἤδη που πλέον ἢ υ' ἐτῶν ὅλων συμπληρουμένων ἀπὸ Σεμιράμεως, πρῶτος Ἀθηναίων βασιλεὺς Κέκροψ ὁ C βοώμενος παρ' αὐτοῖς αὐτόχθων, Ἄργους ἡγουμένου Τριόπα, ὃς ἦν ἕβδομος μετὰ τὸν πρῶτον Ἀργεῖον Ἴναχον· μεταξὺ δὲ τούτων, ὁ ἐπὶ Ὠγύγου μνημονεύεται κατακλυσμὸς, πρῶτός τε Ἆπις ἐν Αἰγύπτῳ Θεὸς ὠνομάσθη, καὶ Ἰὼ θυγάτηρ Ἰνάχου, ἣν Ἶσιν Αἰγύπτιοι μετονομάσαντες σέβουσι, Προμηθεύς τε καὶ Ἄτλας ἐγνωρίζοντο. ἀπὸ δὲ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, ἄλλα συνάγεται μικροῦ δέοντα ἔτη υ', ἐν οἷς τὰ ἐν Ἕλλησι θαυμάσια μυθολογεῖται, ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς, καὶ ὁ ἐπὶ Φαέθοντος D ἐμπρησμὸς, πολλῶν, ὡς εἰκὸς, φθορῶν γῆς κατὰ τόπους γεγενημένων. πρῶτος δὲ Κέκροψ λέγεται Ζῆνα κεκληκέναι τὸν Θεὸν, μὴ πρότερον οὕπω παρ' ἀνθρώποις ὠνομασμένον. ἔπειτα βωμὸν παρ' Ἀθηναίοις ἱδρῦσαι πρῶτος, ἢ πάλιν πρῶτος Ἀθηνᾶς ἄγαλμα στήσασθαι, ὡς οὐδὲ τούτων ἐκ παλαιοῦ ὑπαρχόντων. μετὰ δὲ τοῦτον, καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι θεοὶ πάντες γενεαλογοῦνται. παρ' Ἑβραίοις δὲ ἐν τούτῳ, οἱ ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἐβασίλευον, καὶ οἱ μετὰ Μωσέα διέλαμπον Προφῆται· ὥστε τὰ πάντα ἀπὸ Μωσέως ἐπὶ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν συνάγεσθαι πλεῖον ἢ ἔτη ω', κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν τοῦ Φιλοσόφου μαρτυρίαν. ἔτι δὲ πολὺ τῶν Τρωϊκῶν νεώτερα τὰ κατὰ Ὅμηρον, καὶ Ἡσίοδον, καὶ τοὺς λοιποὺς μνημονεύεται. χθὲς δὲ καὶ πρώην μετὰ τούτους

περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα οἱ ἀμφὶ Πυθαγόραν καὶ Δημόκριτον, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα φιλοσόφους ὠνομάσθησαν, ἐγγύς που μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἔτεσιν ἑπτακοσίοις. πρωτεύειν ἄρα Μωσῆς, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν Ἑβραίων Προφῆται συνίστανται τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων, χιλίοις πεντακοσίοις ἔτεσι, κατὰ τὴν τοῦ δηλωθέντος ἀνδρὸς ὁμολογίαν. καὶ ταῦτα μὲν ἡμεῖς ἐπιτόμως. σκέψασθαι δὲ καιρὸς καὶ τὰς τῶν πρὸ ἡμῶν περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἀποδείξεις. γεγόνασι δὴ παρ' ἡμῖν λόγιοι ἄνδρες, καὶ τῆς ἀπὸ παιδείας οὐδενὸς δεύτεροι, τοῖς τε θείοις, οὐ παρέργως καθωμιληκότες, οἳ καὶ τὴν παροῦσαν ὑπόθεσιν ἐπ' ἀκριβὲς διευκρινήσαντες, τῇ παρ' Ἑβραίοις συνέστησαν ἀρχαιολογίᾳ, πλουσίᾳ καὶ ποικίλῃ κατασκευῇ κεχρημένοι τῆς ἀποδείξεως. οἱ μὲν γὰρ, ἔκ τινων ὁμολογουμένων ἱστοριῶν τοὺς χρόνους συνελογίσαντο· οἱ δὲ, παλαιοτέροις ἀναγνώσμασι τὴν μαρτυρίαν ἐπιστώσαντο· καὶ οἱ μὲν Ἑλληνικοῖς, οἱ δὲ, καὶ τοῖς τὰ Φοινίκων, τοτὲ Χαλδαίων, καὶ Αἰγυπτίων ἀναγραφᾶσι συνεχρήσαντο. ὁμοῦ δὲ οἱ πάντες, τὰ Ἑλληνικὰ καὶ τὰ Βάρβαρα, τοτὲ παρ' αὐτοῖς Ἑβραίοις συναγαγόντες, καὶ τὰς παρὰ πᾶσιν ἱστορίας παραθέντες, θατέρᾳ τε τὴν ἑτέραν συγκρίναντες, τὰ παρὰ τοῖς πᾶσιν ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους πραχθέντα συνεξητάκασιν. εἶθ' ἕκαστος οἰκείαις μεθόδοις τὴν τῶν ἀποδεικνυμένων κατασκευὴν πεποιημένος, σύμφωνον καὶ ὁμολογουμένην τὴν ἀπόδειξιν εἰσηνέγκαντο. διὸ καὶ μάλιστα ταῖς αὐταῖς ἡγησάμην δεῖν παραχωρῆσαι φωναῖς τὸν παρόντα λόγον, ὅπως ὁμοῦ τῶν οἰκείων μὴ ἀποστεροῖντο καρπῶν οἱ τῶν λόγων Πατέρες, καὶ διὰ πλειόνων μαρτύρων, ἀλλὰ μὴ δὴ ἑνὸς, ὁμοῦ ἡ σύστασις τῆς ἀληθείας ἀναμφίλεκτον λάβοι τὴν ἐπικύρωσιν.

Pythagoras, Democritus, cæteriqve deinceps Philosophi, circa Olympiadem qvinqvagesimam, hoc est annis post captum Ilium prope septingentis, emersere. Mosem igitur ac posteriores Mose Prophetas, ante omnes Græciæ Philosophos annis qvingentis supra mille vixisse, ex ejusdem Philosophi confessione auferimus. Atqve hæc a nobis ita breviter perstricta sunto. Jam tempus est, ut eorum etiam, qui ante nos hac in disputatione versati sunt, argumenta videamus. Homines enimvero apud nos existere, non diserti modo, sed etiam nulli eruditione secundi, qviqve plurimum divinis in literis operæ studiiqve posuerunt. Ii rem istam accurate admodum & enucleate persequuti, antiqvitatis Hebraicæ fidem magna rationum vi ac singulari varietate fecerunt. Alii qvippe certis qvibusdam ex historiis & omnium consensu approbatis, temporum seriem ordinemqve duxerunt: alii suis ipsi testimoniis firmitatem ac robur ex antiqviorum Scriptorum auctoritate qvæsierunt. Et alii qvidem adhæsere Græcis, alii vero ex rerum etiam Phœniciarum, Chaldæarum, & Ægyptiarum Historicis argumenta petierunt: at simul universi, Græcis, Barbaris, Hebraicisqve rebus sub uno collocatis aspectu, omniumqve populorum historiis sigillatim inter se propiusqve commissis, qvæ apud qvosque sub idem tempus gesta fuerint, cum aliis alia diligenter expensa contulerunt. Tum suam qvique viam ac methodum seqvuti, partes suscepti operis singulas ita digesserunt, ut omnes inter se se constanti fuerint ac certa demonstratione complexi. Qvocirca locum verbis Auctorum ipsissimis hac in disputatione relinqvendum putavi, simul ut ne suorum ipsis laborum fructus præripiatur, simul ut suscepta pro veritate defensio, non ex unius, sed ex plurium testium ore fidem omni dubitatione majorem accipiat. Ordiamur ab Africano.

I.

ΑΠΟ ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΤΩΝ Ἀφρικανοῦ χρονογραφιῶν.

» ΜΕΧΡΙ μὲν Ὀλυμπιάδων, οὐδὲν ἀκρι-
» βὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι, πάντων
» συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν
» πρὸ τοῦ συμφωνούντων· αἱ δὲ ἠκρίβωντο
» πολλοῖς, τῷ μὴ ἐκ πλείστου διαστήματος,

X.

EX AFRICANI CHROnographiæ tertio.

ANTE Olympiadum seriem, inquit »
ille, Græcorum in historia certi nihil »
exploratiqve reperias: usqve adeo pertur- »
bata sunt omnia, nec ulla secum ex parte »
consentiunt, qvæ antea contigisse memo- »
rantur. At in Olympiadibus digerendis ac- »

curate multi diligenterque versati sunt, quod non longo intervallo, sed tantum suo cujusqve res qvadriennio definitas Græci comprehensasque perscripserint. Qvamobrem ex fabulosis illis, qvæ ad primam usque Olympiadem fama cæteris & hominum opinione præstiterint, breviter cursimqve libatis; qvæ postea contigerint, ea si modo insignia videbuntur, ita cum Græcis Hebræa contexam, ut Græcis obiter duntaxat perstrictis, Historici more fusius Hebræa pertextam. In qvo ejusmodi futura mea ratio est; ut qvoties Hebraicam historiam, qvæ cum Græca aliqva tempore conveniat, tractandam suscepero, toties in ea constanter hærens, detractis, ubi res tulerit, adjectisve nonnullis, qvinam aut Græcorum, aut Persarum, aut populi cujusvis alterius, ejusdem tempore floruerit, aperiam: sic enim ejus me demum, qvod propositum mihi est, compotem futurum existimo. Primum igitur celebratissima illa Hebræorum migratio, cum a Nabuchodonosore Babylonis Rege in servitutem abducti sunt, annos tenuit septuaginta, uti futurum Hieremias ante prædixerat. Porro Nabuchodonosoris Berosus qvoque Babylonius meminit. Exactis illis septuaginta captivitatis annis, Cyrus Persicum Regnum obtinuit, cum Olympias ageretur qvinqvagesima qvinta, uti ex Diodori Bibliotheca, Thalli & Castoris, nec non Polybii & Phlegontis historiis, auferre licet; aliisqve præterea, qvi Olympiadum seriem texuerunt: omnibus enim in eo tempore definiendo convenit. Cyrus igitur anno imperii sui primo, qvi Olympiadis qvinqvagesimæ qvintæ primus item annus erat, per Zorobabelem, cujus etiam æqvalis idem & socius erat Jesus Josedeci filius, expleta jam septuaginta annorum summa, populi Judaici partem aliqvam primum dimisit, ut apud Esdram Hebræum Historicum legimus. Et qvoniam Regni Cyri principium cum Judaicæ captivitatis fine, Historicorum omnium consensione concurrit, similis etiam in Olympiadum annis, cum utriusqve, tum cæterorum deinceps convenientia ad nos usqve ducitur, qvippe qvi ab eo veluti cardine progressi, conseqventes pariter historias eadem inter se se ratione commissuri contexturiqve simus. At in Superiorum consignandis temporibus, si Attica Chronographiæ rationem seqvi libet; ab Ogyge, quem indidem satum esse credunt, sub qvo ingens illud primumqve diluvium, regnante Argis Phoroneo, Atticam invasisse Acusilaus auctor est, ad primam usqve Olympiadem unde Græci accuratam sibi temporum

A διὰ τετραετίας δὲ, τὰς ἀναγραφὰς αὐτῶν ποιεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας. οὗ δὴ χάριν τὰς ἐνδοξοτάτας, καὶ μυθώδεις ἐπιλεξάμενος ἱστορίας, μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπιδραμοῦμαι· τὰς δὲ μετὰ ταῦτα, συντάξας κατὰ χρόνον ἑκάστας, εἴ τινες ἐπίσημοι, ταῖς Ἑλληνικαῖς τὰς Ἑβραϊκὰς, ἐξιστορῶν μὲν τὰ Ἑβραίων, ἐφαπτόμενος δὲ τῶν Ἑλληνικῶν, ἐφαρμόσω τόνδε τὸν τρόπον· λαμβανόμενος μιᾶς πράξεως Ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει
B ὑφ᾽ Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ, καὶ ταύτης ἐχόμενος, ἀφαιρῶν τε καὶ προστιθεὶς, τίς τε Ἕλλην, ἢ Πέρσης, ἢ καὶ ὁποσοῦν τῇ Ἑβραίων συνεχρόνησεν, ἐπισημειούμενος, ἴσως ἂν τοῦ σκοποῦ τύχοιμι. [γρ. συνεχρόνισεν.] Ἑβραίων μὲν οὖν ἡ μετοικία ἐπισημοτάτη, αἰχμαλωτισθέντων ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ Βασιλέως Βαβυλῶνος, παρέτεινεν ἔτη ο΄, καθὼς προεφήτευσεν Ἱερεμίας. τοῦ δὴ Ναβουχοδονόσορ μνημονεύει Βηρωσσὸς ὁ Βαβυλώνιος. μετὰ δὲ τὰ ο΄ τῆς αἰχμαλωσίας ἔτη, Κῦρος Περσῶν ἐβασίλευσεν, pag. 287.
» ποιμένας. τὸ γὰρ Ὕκ Αἰγυπτιστὶ, καὶ τὸ
» ἂκ δασυνόμενον, αἰχμαλώτους ῥητῶς
» μηνύει. καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι
» φαίνεται, καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον.
» τούτους δὲ τοὺς προκατωνομασμένους Βασι-
» λέας, καὶ τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένων,
» καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους κρατῆσαι τῆς
» Αἰγύπτου φησὶν, ἔτη πρὸς τοῖς φ', ια'. μετὰ
» ταῦτα δὲ, τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης
» Αἰγύπτου Βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς
» Ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον συῤῥα-
» γῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. ἐπὶ δὲ Βα-
» σιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Μισφραγμούθωσις,
» ἡττωμένους φησὶ τοὺς Ποιμένας, καὶ ἐκ μὲν
» τῆς ἄλλης Αἰγύπτου ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆ-
» ναι δὲ εἰς τόπον, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν
» περίμετρον. Αὔαριν ὄνομα τῷ τόπῳ τοῦτον
» φησὶν ὁ Μάνεθως ἅπαντα τείχει τε μεγά-
» λῳ καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς Ποιμένας, ὅ-
» πως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ἐχυρῷ,
» καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. τὸν δὲ Μισφραγμου-
» θώσεως υἱὸν Θμούθωσιν, ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐ-
» τοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ
» καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι στρατοῦ προσε-
» δρεύσαντα τοῖς τείχεσιν· ἐπεὶ δὲ τὴν πολιορκί-
» αν ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν
» Αἴγυπτον ἐκλιπόντες, ὅποι βούλονται, πάν-
» τες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁ-
» μολογίαις, πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων, οὐκ
» ἐλάττους μυριάδων ὄντας εἴκοσι τεσσάρων, ἀ-
» πὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν διοδοι-
» πορῆσαι. φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυνα-
» στείαν, τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν, ἐν
» τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομη-
» σαμένους, τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων
» ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι.
Τούτοις ἑξῆς τὴν διαδοχὴν τῶν κατ' Αἰγυ-
πτον Βασιλέων, μετὰ τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς αὐ-
τῶν ἀπαριθμησάμενος, ἐπιλέγει· Ταῦτα
» μὲν ὁ Μάνεθως. δῆλον δ' ἐστὶν, ἐκ τῶν εἰρη-
» μένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος, ὅτι
» οἱ καλούμενοι Ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρό-
» γονοι, τρισὶ καὶ ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίοις
» πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἀπῴκησαν, ἢ
» Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι· καίτοι τοῦτον ἀρχαιότατον Ἀργεῖοι νομίζουσι. δύο τοίνυν

fuisse velint: adeoqve in alio qvodam exem- »
plari, nomine illo Hycoussos, non Reges, »
sed potius captivos pastores indicari. Sane »
qvidem Hyc, & Hac, si cum aspiratione »
scribatur, captivos proprie nominatimqve »
significat. Atqve id mihi verosimilius vi- »
detur, magisqve cum antiqva historia con- »
sentaneum. Illos igitur Regum olim Pasto- »
rumqve nomine appellatos, eorundemqve »
posteros Ægypti dominatum tenuisse Ma- »
nethus ait, annis circiter undecim supra »
qvingentos. Tum vero susceptam adver- »
sus eos ab Thebaidis, ac reliqvæ Ægypti »
Regibus expeditionem, bellumqve grave »
ac diuturnum inter ipsos conflatum fuisse. »
Tandem sub Rege qvodam, cui Misphra- »
guthosis nomen erat, debellatos Pastores »
illos, ac reliqva Ægypto pulsos, unum in »
locum inclusos esse tradit, cujus ambitus de- »
cem jugerum millia contineret. Avaris lo- »
cus ille dicebatur, qvem a Pastoribus uni- »
versum ingenti validoqve muro septum »
ac munitum idem Scriptor ait, ut qvicqvid »
sibi fortunarum esset ac prædæ, id omne tu- »
tum ac securum habere possent. At vero »
Misphraguthosis filium Thmuthosin no- »
mine, qvadringentorum & octoginta mil- »
lium hominum exercitu muros obsedisse; »
atqve ipsos per vim expugnare conatum il- »
lum qvidem, sed obsidionis exitu despera- »
to, cum iisdem ea conditione pepigisse, uti »
Ægypto relicta, qvocunqve vellent, o- »
mnes sine ullo suo detrimento commigra- »
rent. Eos igitur cum universis familiis, at- »
qve omni possessione sua, uti per ictum fœ- »
dus poterant, haud pauciores ducentis & »
qvadraginta millibus, ab Ægypto per soli- »
tudinem in Syriam tetendisse. Qvod autem »
sibi ab Assyriorum principatu metuerent, »
tum enim Asiam tenebant, in ea, qvam ho- »
die Judæam appellamus, regione urbem »
ædificasse, qvæ tot hominum millia caperet, »
eandemqve Hierosolyma nominasse. Qvi- »
bus deinde Regum Ægyptiorum successio- »
nem tempusqve, qvo singuli regnarunt, »
ubi Manethus subjunxit, tum demum ita »
concludit. Ergo si tempus ad initam an- »
norum istorum rationem exigemus, con- »
stabit omnino, qvos Pastores ipsi vocabant, »
majores nostros, annis ante tribus & no- »
naginta supra trecentos, ubi ex Ægypto »
migrassent, regionem illam insedisse, qvam »
Danaus Argos venisset, qvi tamen ab Ar- »
givis pro antiqvissimo celebratur. Ita duo »

oracula cecinisse dicet, intelligat, post eandem Phemonoen annis septem ac viginti, Orpheum, Musæum, atque Linum Herculis præceptorem floruisse. Homerus autem & Hesiodus, ut Trojanis temporibus multo juniores fuere, ita longo post utrumque intervallo Græci Legislatores, Lycurgus, Solon, septemque Sapientes: nec non Pherecydes ille Syrus, magnusque Pythagoras, quos adhuc posterius sub Olympiadum initium natos esse jam ostendimus. Ex quibus omnibus Mosem utique, Græcis illis non Sapientibus tantum ac Poetis, verum etiam plerisque Numinibus antiquiorem fuisse constat. Atque ex Clemente hactenus. Sed quoniam ante nostros homines, hoc in argumenti genere Hebræi versati sunt, illorum etiam testimonia proferre juvat. Mihi tamen Flavius Josephus hoc loco instar omnium fuerit.

XIII.

EX FLAVII JOSEPHI primo de antiquitate Judæorum.

EGO vero, inquit, ab Ægyptiacis literis initium faciam, quarum ut nulla nobis per se se copia sit, Manethus tamen ægyptius genere, vir in Græca eruditione versatus, uti ex eo intelligitur, quod Græce patriam historiam scripserit, eam ut ipse profitetur, e sacris interpretatus libris: qui etiam Herodotum multa propter ignorationem in exponendis rebus Ægyptiacis peccasse demonstrat. Ille igitur historiarum ægyptiarum secundo, ita de nobis scribit: ejus quippe verba proferre libet, quod ipsum uti testem aliquem producam. Regem, inquit, olim habuimus Timæum nomine: cujus tempore, cum nobis Deus nescio quo pacto esset iratior, ex partibus Orientalibus homines ignobili genere illi quidem, sed tamen audaciæ pleni, repentinum hanc in regionem impetum fecerunt; eamque facile admodum ac sine pugna subegerunt. Tum paucis interjectis; Gens, inquit, eorum universa Hycoussos vocabatur, hoc est Reges Pastores. Hyc enim in sacra lingua Regem sonat; Oussos autem communi vocabulo Pastorem Pastoresque significat: unde vox composita Hycoussos. Sunt tamen qui Arabes illos

σμῳδῆσαι Ἀκελσίῳ· ἀλλ᾽ ἴσω ἐπὶ μετὰ Φημονόην, ἔτεσιν ὕστερον κζ´, οἱ περὶ Ὀρφέα, καὶ Μουσαῖον, καὶ Λῖνον τὸν Ἡρακλέους διδάσκαλον· Ὅμηρος δὲ καὶ Ἡσίοδος πολλῷ νεώτεροι τῶν Ἰλιακῶν, μεθ᾽ οὓς μακρῷ νεώτεροι οἱ παρ᾽ Ἕλλησι Νομοθέται, Λυκοῦργός τε καὶ Σόλων, καὶ οἱ ἑπτὰ Σοφοί, οἵ τε ἀμφὶ τὸν Σύρον Φερεκύδην, Πυθαγόραν τὸν μέγαν, κάτω που περὶ τὰς Ὀλυμπιάδας γενόμενοι, ὡς παρεστήσαμεν. καὶ Θεῶν ἄρα τῶν πλείστων παρ᾽ Ἕλλησιν, οὐ μόνον τῶν λεγομένων σοφῶν τε καὶ Ποιητῶν, ὁ Μωσῆς ἡμῖν ἀποδέδεικται πρεσβύτερος. Ταῦτα καὶ ὁ Κλήμης. ἀλλ᾽ ἐπεὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων, ἐσπουδάσθη καὶ αὐτοῖς Ἑβραίων παισὶν ἡ προκειμένη πραγματεία, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ τὰ τούτων συνιδεῖν. χρήσομαι δὲ ἀντὶ πάντων, ταῖς Φλαυΐου Ἰωσήπου φωναῖς.

ιγ´.

ΑΠΟ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΤΩΝ Φλαυΐου Ἰωσήπου, περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος.

ΑΡΞΟΜΑΙ δὲ πρῶτον ἀπὸ τῶν παρ᾽ Αἰγυπτίοις γραμμάτων· αὐτὰ μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε παρατίθεσθαι τἀκείνων· Μανέθως δὲ τὸ γένος Αἰγύπτιος, ἀνὴρ τῆς Ἑλληνικῆς μετεσχηκὼς παιδείας, ὡς δῆλός ἐστι, γέγραφε γὰρ Ἑλλάδι φωνῇ τὴν πάτριον ἱστορίαν, ἔκ τε τῶν ἱερῶν ὥς φησιν αὐτὸς μεταφράσας, ὃς καὶ πολλὰ τὸν Ἡρόδοτον ἐλέγχει τῶν Αἰγυπτιακῶν ὑπ᾽ ἀγνοίας ἐψευσμένον. οὗτος δὴ τοίνυν ὁ Μάνεθως, ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν Αἰγυπτιακῶν, ταῦτα περὶ ἡμῶν γράφει· παραθήσομαι δὲ τὴν λέξιν αὐτοῦ, καθάπερ αὐτὸν ἐκεῖνον παραγαγὼν μάρτυρα. τοῦ Τίμαος ὄνοματος ἐπὶ τούτου οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ὁ Θεὸς ἀντέπνευσε, καὶ παραδόξως ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὴν μερῶν ἄνθρωποι τὸ γένος ἄσημοι, καταθαρρήσαντες, ἐπὶ τὴν χώραν ἐστράτευσαν, καὶ ῥᾳδίως ἀμαχητὶ ταύτην κατὰ κράτος εἷλον. καὶ ἐπιλέγει μετὰ βραχέα· ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος Ὑκουσσώς· τοῦτο δέ ἐστι, Βασιλεῖς ποιμένες. τὸ γὰρ Ὑκ, καθ᾽ ἱερὰν γλῶσσαν, Βασιλέα σημαίνει· τὸ δὲ Οὐσσώς, ποιμήν ἐστι, καὶ ποιμένες κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον· καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται Ὑκουσσώς. τινὲς δὲ λέγουσιν αὐτοὺς Ἄραβας.

ξεις εἶναι· ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ, οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι διὰ τῆς Ὑκουσσὼς προσηγορίας, ἀλλὰ τοὐναντίον, αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας. τὸ γὰρ Ὑκουσσὼς Αἰγυπτιστὶ, καὶ τὸ ἂκ δασυνόμενον, αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται, καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. τούτους δὲ τοὺς προκατωνομασμένους βασιλέας, καὶ τοὺς τῶν ποιμένων καλουμένων, καὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους κρατῆσαι τῆς Αἰγύπτου φησὶν, ἔτη πρὸς τοῖς φ', ια'. μετὰ B ταῦτα δὲ, τῶν ἐκ τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς ἄλλης Αἰγύπτου βασιλέων γενέσθαι φησὶν ἐπὶ τοὺς Ποιμένας ἐπανάστασιν, καὶ πόλεμον συῤῥαγῆναι μέγαν καὶ πολυχρόνιον. ἐπὶ δὲ βασιλέως, ᾧ ὄνομα εἶναι Μισφραγούθωσις, ἡττωμένους φησὶ τοὺς Ποιμένας, καὶ ἐκ μὲν τῆς ἄλλης Αἰγύπτου ἐκπεσεῖν, κατακλεισθῆναι δὲ εἰς τόπον, ἀρουρῶν ἔχοντα μυρίων τὴν περίμετρον. Αὔαρις ὄνομα τῷ τόπῳ. τοῦτόν φησιν ὁ Μάνεθως ἅπαντα τείχει τε μεγάλῳ C καὶ ἰσχυρῷ περιβαλεῖν τοὺς Ποιμένας, ὅπως τήν τε κτῆσιν ἅπασαν ἔχωσιν ἐν ἐχυρῷ, καὶ τὴν λείαν τὴν ἑαυτῶν. τὸν δὲ Μισφραγουθώσεως υἱὸν Θμούθωσιν, ἐπιχειρῆσαι μὲν αὐτοὺς διὰ πολιορκίας ἑλεῖν κατὰ κράτος, ὀκτὼ καὶ τεσσαράκοντα μυριάσι στρατοῦ προσεδρεύσαντα τοῖς τείχεσιν· ἐπεὶ δὲ τὴν πολιορκίαν ἀπέγνω, ποιήσασθαι συμβάσεις, ἵνα τὴν Αἴγυπτον ἐκλιπόντες, ὅποι βούλονται, πάντες ἀβλαβεῖς ἀπέλθωσι. τοὺς δὲ ἐπὶ ταῖς ὁμολογίαις, πανοικεσίᾳ μετὰ τῶν κτήσεων, οὐκ D ἐλάσσους μυριάδων ὄντας εἴκοσι τεσσάρων, ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου τὴν ἔρημον εἰς Συρίαν διοδοιπορῆσαι. φοβουμένους δὲ τὴν Ἀσσυρίων δυναστείαν, τότε γὰρ ἐκείνους τῆς Ἀσίας κρατεῖν, ἐν τῇ νῦν Ἰουδαίᾳ καλουμένῃ πόλιν οἰκοδομησαμένους, τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ἀρκέσουσαν, Ἱεροσόλυμα ταύτην ὀνομάσαι. Τούτοις ἑξῆς τὴν διαδοχὴν τῶν κατ' Αἴγυπτον βασιλέων, μετὰ τοῦ χρόνου τῆς ἀρχῆς αὐτῶν ἀπαριθμησάμενος, ἐπιλέγει· Ταῦτα μὲν ὁ Μάνεθως. δῆλον δ' ἐστὶν, ἐκ τῶν εἰρημένων ἐτῶν τοῦ χρόνου συλλογισθέντος, ὅτι οἱ καλούμενοι Ποιμένες, ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίοις πρόσθεν ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες τὴν χώραν ταύτην ἀπῴκησαν, ἢ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι· καίτοι τοῦτον ἀρχαιότατον Ἀργεῖοι νομίζουσι. δύο τοίνυν

Jos. Ye. — Jos. Apio. — Pag. 291.

Afuisse velint: adeoqve in alio qvodam exemplari, nomine illo Hycoussos, non Reges, sed potius captivos pastores indicari. Sane qvidem Hyc, & Hac, si cum aspiratione scribatur, captivos proprie nominatimqve significat. Atqve id mihi verosimilius videtur, magisqve cum antiqva historia consentaneum. Illos igitur Regum olim Pastorumqve nomine appellatos, eorundemqve posteros Ægypti dominatum tenuisse Manethus ait, annis circiter undecim supra qvingentos. Tum vero susceptam adversus eos ab Thebaidis, ac reliqvæ Ægypti Regibus expeditionem, bellumqve grave ac diuturnum inter ipsos conflatum fuisse. Tandem sub Rege qvodam, cui Misphraguthosis nomen erat, debellatos Pastores illos, ac reliqva Ægypto pulsos, unum in locum inclusos esse tradit, cujus ambitus decem jugerum millia contineret. Avaris locus ille dicebatur, qvem a Pastoribus universum ingenti validoqve muro septum ac munitum idem Scriptor ait, ut qvicqvid sibi fortunarum esset ac prædæ, id omne tutum ac securum habere possent. At vero Misphraguthosis filium Thmuthosin nomine, qvadringentorum & octoginta millium hominum exercitu muros obsedisse; atqve ipsos per vim expugnare conatum illum qvidem, sed obsidionis exitu desperato, cum iisdem ea conditione pepigisse, uti Ægypto relicta, qvocunqve vellent, omnes sine ullo suo detrimento commigrarent. Eos igitur cum universis familiis, atqve omni possessione sua, uti per ictum fœdus poterant, haud pauciores ducentis & qvadraginta millibus, ab Ægypto per solitudinem in Syriam tetendisse. Qvod autem sibi ab Assyriorum principatu metuerent, tum enim Asiam tenebant, in ea, qvam hodie Judæam appellamus, regione urbem ædificasse, qvæ tot hominum millia caperet, eandemqve Hierosolyma nominasse. Qvibus deinde Regum Ægyptiorum successionem tempusqve, qvo singuli regnarunt, ubi Manethus subjunxit, tum demum ita concludit. Ergo si tempus ad initam annorum istorum rationem exigemus, constabit omnino, qvos Pastores ipsi vocabant, majores nostros, annis ante tribus & nonaginta supra trecentos, ubi ex Ægypto migrassent, regionem illam insedisse, qvam Danaus Argos venisset, qvi tamen ab Argivis pro antiqvissimo celebratur. Ita duo

» nobis eaqve sane præcipua, hoc Manethi
» qvod Ægyptiarum literarum fidem seqvi-
» tur, testimonio confecta sunt: alterum, eos
» in Ægyptum aliunde profectos esse; alte-
» rum, indidem ipsos alio commigrasse, qvod
» etiam posterius adeo vetustum esset, ut Tro-
» jana tempora annis prope mille antecede-
» ret. Hæc Josephus ex Ægyptiaca historia paulo solutius. Idem ex Phœnicia, productis ipsismet rerum Phœniciarum Scriptoribus, manifesto probat, Templum Hierosolymitanum ab Salomone Rege annis centum & qvadraginta tribus, cum octo insuper mensibus, ante conditam a Tyriis Carthaginensem, ædificatum fuisse. Tum progressus ad Chaldæos, ex eorum etiam monumentis Hebræorum antiqvitatis testimonia repetit.

ὁ Μανεθὼς ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν »
ἐκ τῶν παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις γραμμάτων. »
πρῶτον μὲν, τὴν ἑτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴ- »
γυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, »
οὕτως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις ὡς ἐγγύς που »
προτερεῖν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν, ἔτεσι χιλίοις. »
Ἀλλὰ τὰ μὲν ἀπὸ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἱστορίας ταύτῃ πῃ τῷ Ἰωσήπῳ κατὰ πλάτος ἀνιστόρηται. ἀπὸ δὲ τῶν Φοινίκων μάρτυσι χρησάμενος τοῖς τὰ Φοινικικὰ συγγραψαμένοις, παρίστησι τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις Νεὼν ὑπὸ Σολομῶνος τοῦ Βασιλέως ᾠκοδομῆσθαι, ἔτεσι θᾶττον ἑκατὸν τεσσαράκοντα καὶ τρισὶ, καὶ μησὶν ὀκτὼ, τοῦ κτίσαι Τυρίους Καρχηδόνα. εἶτα μεταβὰς, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ Χαλδαίων ἱστορίας τὰς περὶ τῶν Ἑβραίων ἀρχαιότητος παρατίθεται μαρτυρίας.

XIV.

UNIVERSA HEBRÆORUM historia recentiorem fuisse Græcorum Philosophorum ætatem.

ιδ.

ΩΣ ΑΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΠΑΡ Ἑβραίοις ἱστορίας νεώτεροι τυγχάνουσι τῶν παρ' Ἕλλησι Φιλοσόφων οἱ χρόνοι.

VERUM enim, qvid porro demonstrationes demonstrationibus cumulare necesse est, cum nemo sit, qvi modo veritatis amantior esse velit, qvam malevolentiæ tenacior, cui non hactenus allata sufficiant, qvibus tam varia tamqve multiplex suscepti argumenti probatio continetur? Si qvidem id agebamus, ut Mosis Prophetarumque tempora Græcorum rebus antiqviora esse demonstraremus. Nunc igitur, qvoniam eundem Mosem longe ante Trojanum bellum floruisse ostendimus, age qvi post eum seqvuti sunt, reliqvos etiam omnes videamus. Qvippe Mosem enim veris illis Hebræorum Principibus Hebere atqve Habramo, qui hoc nominis generi dederunt suo; nec illis tantum, sed etiam aliis omnibus uti Deo carissimis, ita longe vetustissimis, juniorem ac posteriorem fuisse, vel ex ipsamet ejus historia clarissimum est. Primus ergo post Mosem Judaicæ genti præfuit Jesus, annis ut nonnullis placet, triginta. Deinde, ut Scriptura testatur, eidem alienigenæ octo dominati sunt. Tum Gothoniel annis qvinqvaginta. Post hunc Eglom Rex Moab, annis octodecim. Tum Aod, annis octoginta: post qvem iterum alienigenæ annis viginti. Deinde præfuerunt Debora simul & Barac annis qvadra-

ΑΛΛΑ τί δεῖ πλῆθος ταῖς ἀποδείξεσιν ἐπισωρεύειν, τοῦ φιλαλήθους, ἀλλὰ μὴ φιλαπεχθήμονος καὶ τοῖς εἰρημένοις ἀρκουμένου, ποικίλην περιέχουσι τὴν περὶ τοῦ προκειμένου σύστασιν; προὔκειτο δὲ ἡμῖν τὰ Μωσέως καὶ τῶν Προφητῶν, παλαίτερα τῶν Ἑλληνικῶν ἀποδεῖξαι. ἐπειδὴ τοίνυν μακρῷ πρόσθεν τῶν Τρωϊκῶν Μωσῆς γεγονὼς ἀποδέδεικται, φέρ' ἴδωμεν καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἅπαντας. Μωσῆς δ' ἔτι τῶν πρὶν ἀληθῶς Ἑβραίων Ἕβερ τε καὶ Ἀβραὰμ, ἀφ' ὧν καὶ τὸ παρώνυμον τοῖς ἀνδράσιν ἐπιτέθειται, τῶν τε λοιπῶν θεοφιλῶν τε καὶ παλαιῶν ἀνδρῶν ὕστατος τοῖς χρόνοις, παρεφάνη τῷ βίῳ, δῆλον ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας τυγχάνει. μετὰ Μωσέα τοίνυν προέστη τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἰησοῦς, ὥς τινες, ἔτεσι λ'. εἶθ', ὥς φησιν ἡ γραφὴ, ἐκράτησαν ἀλλόφυλοι ἔτεσιν ὀκτώ. ἔπειτα Γοθονιὴλ, ἔτεσι πεντήκοντα. μεθ' ὃν, Ἐγλὼμ, Βασιλεὺς Μωὰβ, ἔτη ιη'. μεθ' ὃν Ἀὼδ ἔτη π'. μεθ' ὃν πάλιν ἀλλόφυλοι, ἔτη κ'. ἔπειτα Δεβώρα καὶ Βαράκ, ἔτη

μ΄. ἔπειτα Μαδιηναῖοι, ἔτη ζ΄· ἔπειτα Γεδεὼν, ἔτη μ΄. Ἀβιμέλεχ, ἔτη γ΄. Θωλὰ, κγ΄. Ἰαεὶρ, κβ΄· Ἀμμανῖται, ιή΄ Ἰεφθάε, ἔτη ϛ΄· Ἐσεβὼν, ἔτη ζ΄· Αἰαλὼν, ἔτη ι΄ Λαβδὼν, ἔτη ή΄· Ἀλλόφυλοι ἔτη μ΄ Σαμψὼν, ἔτη κ΄· ἔπειτα Ἠλεὶ Ἱερεὺς, ὡς τὸ Ἑβραϊκὸν, ἔτη μ΄· περὶ ὃν συμβαίνει τὴν Ἰλίου καταντᾷν ἅλωσιν· μετὰ Ἠλεὶ τὸν Ἱερέα, ἡγεῖται τοῦ λαοῦ Σαμουήλ. μεθ᾽ ὃν πρῶτος αὐτῶν βασιλεύει Σαοὺλ, ἔτεσι μ΄· ἔπειτα Δαβίδ, ἔτεσι μ΄· ἔπειτα Σολομὼν, ἔτεσι μ΄· ὃς καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις B ναὸν ἐδείματο πρῶτος. μετὰ δὲ Σολομῶνα βασιλεύει Ῥοβοὰμ, ἔτη ιζ΄· Ἀβιὰ, ἔτη γ΄· Ἀσα, ἔτη μα΄· Ἰωσαφὰθ, ἔτη κε΄· Ἰωρὰμ, ἔτη ή΄· Ὀχοζίας, ἔτος α΄· Γοθολιὰ, ἔτη ζ΄· Ἰωὰς, ἔτη μ΄· Ἀμασίας, ἔτη μθ΄· Ὀζίας, ἔτη νβ΄· καθ᾽ ὃν προεφήτευσαν, Ὠσηὲ, Ἀμὼς, Ἡσαΐας, Ἰωνᾶς· μετὰ δὲ Ὀζίαν, βασιλεύει Ἰωάθαμ, ἔτη ιϛ΄· μεθ᾽ ὃν Ἀχαζ, ἔτη ιϛ΄. κατὰ τοῦτον ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη, ἣν ἐνίκα στάδιον Κόροιβος Ἠλεῖος. διαδέχεται δὲ τὸν Ἀχαζ C
pag. 290. Ἐζεκίας, ἔτεσι κθ΄· καθ᾽ ὃν Ῥωμύλος Ῥώμην ἔκτισε, καὶ ἐβασίλευσε. μετὰ δὲ Ἐζεκίαν βασιλεύει Μανασσῆς, ἔτη νε΄· ἔπειτα Ἀμὼν, ἔτη β΄· ἔπειτα Ἰωσίας, ἔτη λα΄· καθ᾽ ὃν προεφήτευσεν Ἱερεμίας, Βαρούχ, Ὀλδᾶ, καὶ ἄλλοι Προφῆται· ἔπειτα Ἰωάχαζ, μῆνας γ΄. μεθ᾽ ὃν Ἰωακεὶμ, ἔτη ιά΄· μεθ᾽ ὃν πάντων ὕστατος Σεδεκίας, ἔτη ιβ΄· κατὰ τοῦτον πολιορκηθείσης τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Ἀσσυρίων, καὶ τοῦ Ἱεροῦ ἐμπρησμὸν ὑπομείναντος, τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀπάγεται εἰς Βαβυλῶνα. D προεφήτευε δὲ αὐτόθι Δανιὴλ, καὶ Ἐζεκιήλ. μετὰ δὲ ἐτῶν ἀριθμὸν ο΄ ὁ Κῦρος βασιλεύει Περσῶν, ὃς καὶ ἀνῆκε τὴν αἰχμαλωσίαν τῶν Ἰουδαίων, ἐπιτρέψας τοῖς θέλουσιν αὐτῶν παλινοστεῖν ἐπὶ τὴν οἰκείαν γῆν, καὶ τὸ Ἱερὸν ἀνεγείρειν· ὅτε καὶ ἄνεισιν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ἰωσεδὲκ, καὶ Ζοροβάβελ ὁ τοῦ Σαλαθιὴλ, καταβάλλονταί τε θεμελίους, προφητευόντων ὕστατα πάντων Ἀγγαίου, καὶ Ζαχαρίου, καὶ Μαλαχίου, μεθ᾽ οὓς οὐκέτι Προφήτης παρ᾽ αὐτοῖς γέγονε. κατὰ δὲ Κῦρον Σόλων ὁ Ἀθηναῖος ἐγνωρίζετο, καὶ οἱ κληθέντες ἑπτὰ Σοφοὶ παρ᾽ Ἕλλησιν, ὧν παλαιότερος οὐδεὶς παρ᾽ αὐτοῖς φιλόσοφος μνημονεύεται. τούτων δὴ τῶν ἑπτὰ, Θαλῆς ὁ Μιλήσιος φυσικὸς πρῶτος Ἑλλήνων γεγονὼς, περὶ τροπῶν Ἡλίου

ginta. Tum Madianitæ annis septem. Postea Gedeon annis qvadraginta: Abimelech annis tribus, Thola tribus & viginti, Jair duobus & viginti, Ammanitæ octodecim, Jephthe sex, Esbon septem, Æalon decem, Labdon octo, Alienigenæ qvadraginta, Samson viginti; tum Heli Sacerdos, ut Hebraicæ literæ fidem faciunt, annis qvadraginta: cujus tempore captum est Ilium. Post Heli Sacerdotem, populo Samuel imperavit. Hunc Saul Rex omnium primus excepit, regnavitqve annis qvadraginta. Tum David annis totidem: inde Salomon totidem, qvi primus Hierosolymitanum Templum exstruxit. Post Salomonem, Roboam annis septendecim, Abia annis tribus, Asa uno & quadraginta, Josaphath viginti quinqve, Joram octo, Ochosias anno duntaxat uno, Gotholia septem, Joas qvadraginta, Amasias quadraginta novem, Ozias duos & qvinquaginta, cujus tempore Osee, Amos, Esaias, & Jonas prophetarunt. Post Oziam regnavit Joatham annis sedecim, tum Achaz totidem. Qvo regnante prima Olympias celebrata est, in qva cursu vicit Corobus Eleus. Post Achaz regnavit Ezechias annis viginti novem: cujus tempore Romulus & Romam condidit, & regnavit. Post Ezechiam Manasses annis quinqve & quinqvaginta: Deinde Amon annis duobus, Josias uno & triginta, sub qvo Hieremias, Baruch, Olda & alii Prophetæ floruerunt. Tum Joachaz, mensibus tribus, Joachim annis undecim, & Sedecias omnium postremus duodecim. Sub eo capta Hierusalem ab Assyriis, Templum incensum, universa Judæorum natio Babylonem abducta, ubi Daniel & Ezechiel prophetarunt. Post annos inde septuaginta, Cyrus Persis imperavit, Judæosqve servitute liberavit, omnibus, qvicunque vellent, in patriam redeundi, Templiqve instaurandi potestate facta. Cum etiam Jesus Josedeci, & Zorobabel Salathielis filius reverterunt, noviqve Templi fundamenta posuerunt, qvo tempore Aggæus, Zacharias, & Malachias omnium novissimi prophetabant, neminem enim post illos Judæi Prophetam habuere. Jam Cyro regnante Solon Atheniensis, qvosque septem Sapientes Græci vocant, floruere, qvibus sane vetustior apud eos Philosophus nemo celebratur. Ex iis Thales Milesius princeps inter Græcos de rebus naturalibus philosophari cœpit, deqve Solis con-

Philosophorum sibi mutuo consequentium ab Thalete series.

versionibus, Lunæqve cum defectione, tum illustratione, nec non de Æqvinoctio disputavit. Qvare clarissimus in Græcia semper habitus est. Thaletis auditor fuit Anaximander, Praxiadæ filius, genere Milesius ipse quoqve. Is omnium primus stylos ad dignoscendas Solis, temporum, tempestatum, & Æqvinoctii conversiones elaboravit. Huic operam dedit Anaximenes item Milesius Eurystrati filius, qvem audivit Anaxagoras Clazomenius Hegesibuli filius. Is de principiis distincte primus & enucleate disputavit. Neqve enim de universi tantum natura, uti priores illi, sed etiam de ipso motus ejus Auctore philosophatus est. " Cum enim res omnes, inqvit, confusæ simul permixtæqve ab initio forent, Mens penitus eas permeans, ab illa perturbatione in ordinem elegantiamqve vindicavit. " Anaxagoræ discipuli tres fuere, Pericles, Archelaus, & Euripides. Pericles non Atheniensium modo facile princeps fuit, verum etiam æqvales suos omnes opibus ac nobilitate superavit. Euripides cum ad Poeticam sese contulisset, Scenicus a nonnullis Philosophus vocatus est. Archelaus deniqve Lampsaci Anaxagoræ suo in ludo successit. Inde cum Athenas migrasset, eusdem ibi docendi partes munusqve sustinuit, & qvamplurimos Athenienses discipulos, interqve cæteros Socratem habuit. Ejusdem Anaxagoræ tempore, Xenophanes & Pythagoras Physici claruere. Ac Pythagoræ quidem Theano uxor, ejusque filii Telauges & Mnesarchus successerunt. Telaugis auditor Empedocles fuit, cujus ætate Heraclitus ille tenebricosus in hominum ore versari cœpit. Xenophani vero Parmenidem, Parmenidi Melissum, Melisso Zenonem Eleatem successisse ferunt. De qvo Zenone illud etiam narratur, cum is conjurationis adversus Tyrannum ejus temporis initæ princeps auctorqve deprehensus esset, ab eoqve uti consilii socios indicaret, torqueretur, Tyranni suppliciis tanqvam minus ad se se pertinentibus omnino contemptis, præmansam dentibus lingvam in eum expuisse, atqve ita mediis in cruciatibus constantissimum obiisse. Ejusdem auditor Leucippus fuit, Leucippi Democritus, Democriti Protagoras, cujus ætate Socrates floruit. Ut enim ante Socratem Physicos sparsim nonnullos reperias, omnes tamen cum initium ab Thalete ducant, Cyro Persarum Rege posteriores fuisse constat. Atqvi Cyrum, multis post


καὶ ἐκλείψεως, καὶ φωτισμῶν Σελήνης, καὶ Ἰσημερίας διελέχθη. ἐγένετο δ' ὁ ἀνὴρ ἐπισημότατος ἐν τοῖς Ἕλλησι. Θάλεω δὲ γίνεται ἀκουστὴς Ἀναξίμανδρος, Πραξιάδου μὲν παῖς, γένος δὲ καὶ αὐτὸς Μιλήσιος. οὗτος πρῶτος γνώμονας κατεσκεύασε, πρὸς διάγνωσιν τροπῶν τε Ἡλίου, καὶ χρόνων, καὶ ὡρῶν, καὶ Ἰσημερίας. Ἀναξιμάνδρου δὲ γνώριμος ἐγένετο Ἀναξιμένης Εὐρυστράτου, Μιλήσιος· τούτου δὲ Ἀναξαγόρας, ὁ Ἡγησιβούλου, Κλαζομένιος. οὗτος δὴ πρῶτος διήρθρωσε τὸν περὶ ἀρχῶν λόγον. οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς πάντων οὐσίας ἀπεφήνατο, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ κινοῦντος αὐτὴν αἰτίου. ἦν γὰρ τὴν " ἀρχήν, φησί, τὰ πράγματα ὁμοῦ πεφυρ- " μένα· Νοῦς δ' εἰσελθών, αὐτὰ ἐκ τῆς ἀταξίας " εἰς τάξιν ἤγαγεν. Ἀναξαγόρου δὲ ἐγένοντο " γνώριμοι τρεῖς, Περικλῆς, Ἀρχέλαος, Εὐριπίδης, Περικλῆς μὲν οὖν Ἀθηναίων πρῶτος ἐγένετο, καὶ πλούτῳ καὶ γένει τῶν καθ' ἑαυτὸν [illegible]· Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ Ποιητικὴν μεταβάς, ὑπό τινων Σκηνικὸς Φιλόσοφος ἐκλήθη· ὁ δὲ Ἀρχέλαος ἐν Λαμψάκῳ διεδέξατο τὴν σχολὴν τοῦ Ἀναξαγόρου. μεταβὰς δ' εἰς Ἀθήνας ἐκεῖ ἐσχόλασε καὶ πολλοὺς ἔσχεν Ἀθηναίων γνωρίμους, ἐν οἷς καὶ Σωκράτην. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τῷ Ἀναξαγόρᾳ χρόνον, ἤκμασαν ἄνδρες Φυσικοί, Ξενοφάνης τε, καὶ Πυθαγόρας. τὸν μὲν οὖν Πυθαγόραν διεδέξατο Θεανὼ ἡ γυνή, οἵ τε υἱοὶ αὐτοῦ, Τηλαύγης καὶ Μνήσαρχος. Τηλαύγους δὲ Ἐμπεδοκλῆς ἀκουστὴς γίνεται, καθ' ὃν Ἡράκλειτος ὁ σκοτεινὸς ἐγνωρίζετο. τὸν δὲ Ξενοφάνην λέγεται ὁ Παρμενίδης διαδέξασθαι, Παρμενίδην δὲ Μέλισσος, Μέλισσον Ζήνων ὁ Ἐλεάτης· ὅν φασιν ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ τότε Τυράννου συγκροτήσαντα ἁλῶναι, ἐρευνώμενον δὲ ὑπὸ τοῦ Τυράννου, ὅπως τοὺς σὺν αὐτῷ γενομένους ἄνδρας ἀπογράψηται, οὐ προσποιηθέντα τὰς τοῦ Τυράννου τιμωρίας, διαμασησάμενον τὴν γλῶτταν, προσπτύσαι αὐτῷ, καὶ οὕτως ἐγκαρτερήσαντα ταῖς βασάνοις ἀποθανεῖν. τούτου δὲ Λεύκιππος ἀκουστὴς γέγονε, Λευκίππου δὲ Δημόκριτος, οὗ Πρωταγόρας, καθ' ὃν ἤκμασε Σωκράτης. καὶ ἄλλους δὲ σποράδην ἐστὶν εὑρεῖν Φυσικοὺς Φιλοσόφους περὶ Σωκράτην γενομένους· πλὴν ἀλλὰ πάντες ἀπὸ Θάλεω ἀρξάμενοι, κατωτέρω Κύρου τοῦ Περσῶν Βασιλέως φαίνονται ἠκμακότες· ὁ δὲ Κῦρος μετὰ πλεῖστον τῆς εἰς

Βαβυλῶνα

Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίας τῶν Ἰουδαίων ἔθνους δῆλός ἐστι γεγονώς, ἀπολελοιπότων ἤδη τηνικαῦτα Ἑβραίοις προφητῶν, καὶ τῆς ἱερᾶς μητροπόλεως αὐτῶν πεπολιορκημένης· ὥστε σε ὁμολογεῖν πολὺ νεώτερα Μωσέως, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν προφητῶν, τὰ τῆς Ἑλλήνων γεγονέναι φιλοσοφίας, καὶ μάλιστα τῆς κατὰ Πλάτωνα, ὃς ἀκουστὴς τὰ πρῶτα γενόμενος Σωκράτους, κἄπειτα τοῖς Πυθαγορείοις ὁμιλήσας, τοὺς πρὸ αὐτοῦ πάντας λόγῳ τε καὶ συνέσει, καὶ τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ δόγμασιν ὑπερηκόντισε. B γέγονε δ' ὁ Πλάτων ἀμφὶ τὰ ὕστατα τῆς Περσῶν βασιλείας, μικρῷ θᾶττον Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος, Αὐγούστου δὲ τοῦ Σεβαστοῦ οὐ πολὺ πρόσθεν ἔτη υ'. εἰ δή σοι τοιγαροῦν ὁ Πλάτων, οἵ τε μετ' αὐτὸν δειχθεῖεν τὰ σύμφωνα Ἑβραίοις πεφιλοσοφηκότες, ὥρα σκοπεῖν τὸν χρόνον καθ' ὃν οὗτος γέγονε· τῶν δὲ παρ' Ἑβραίοις θεολόγων τε καὶ προφητῶν τὴν παλαιότητα, τῇ πάντων τῶν Ἑλληνικῶν φιλοσόφων ἀντιπαραβάλλειν ἡλικίᾳ. C ἀλλὰ γὰρ τῶν τέως ἀποδειχθέντων, καιρὸς ἐπανελθόντας, τοὺς Ἑλλήνων σοφοὺς ζηλωτὰς θεάσασθαι τῶν Ἑβραϊκῶν γεγονότας δογμάτων, ὥστε μηκέτ' ἀλόγως ἡμῖν ἐπιμέμφεσθαι τοὺς συκοφάντας, εἰ δὴ καὶ αὐτοὶ τὰ ὅμοια τοῖς αὐτῶν φιλοσόφοις ἀγαπήσαντες, τὰ Ἑβραίων λόγια τιμᾶν διανενοήμεθα.

A abductos Babylonem Judæos annis vixisse liqvet, cum jam & Prophetæ apud Hebræos esse desiissent, & sacra ipsorum Metropolis expugnata fuisset. Restat igitur, uti & Mose, & recentioribus eo Prophetis multo juniorem Græcorum Philosophiam esse fatearis, Platonisqve præsertim, qvi Socratis primum auditor cum fuisset, indeqve Pythagoreis operam dedisset, superiores omnes cum eloqventia, tum etiam prudentia, philosophandiqve genere longo superavit intervallo. Is enim sub extrema B Regni Persarum tempora floruit, paulo ante Alexandrum Macedonem, ante Augustum vero annis haud multo amplius quadringentis. Si ergo Platonem tibi, quique illum sequuti sunt, eadem interdum, qvæ Hebræos ipsos, philosophatos esse constiterit, tum vero operæ pretium fuerit, quonam tempore vixerit cogitare, adeoqve illam Hebræorum sive Theologorum, sive Prophetarum vetustatem, cum Græcorum omnium Philosophorum ætate componere. Sedenim quando semel ista sumus demonstratione perfuncti, tempus utiqve jam est, C uti ad Græcos illos Sapientes Hebraicorum dogmatum æmulos propius intuendos aliquando redeamus: nihil ut deinceps importuni calumniatores, hoc nomine objiciendum nobis atqve exprobrandum habeant, quod illa Hebræorum decreta, Philosophorum suorum placitis adeo gemina complecti ipsi quoqve ac plurimi facere statuerimus.

FINIS LIBRI DECIMI.



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ

ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBER UNDECIMUS.

UNDECIMI LIBRI CAPITA

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΤΗΣ ΥΠΟΘΕΣΕΩΣ.

ΟΜΕΝ δὴ τοῦ μετὰ χεῖρας περιάγων, τῆς Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς δέκατος ὢν τόμος, οὐκ ἐμαῖς φωναῖς, ταῖς δ' ἔξωθεν συνέστη μαρτυρίαις, τὸ μὴ ἀπεικὸς εἶναι τοὺς Ἕλληνας μηδὲν οἴκοθεν σοφὸν ἐπενηνεγμένους, εἰ μὴ ὅτι μόνην τὴν ἐν λόγοις ὀξύτητά τε καὶ εὐγλωττίαν, τὰ πάντα δὲ παρὰ Βαρβάρων ἐσκευωρημένους· μηδὲ τὰ Ἑβραίων ἀγνοῆσαι λόγια, ἀλλὰ τούτων δὲ ἐν μέρει καθάψασθαι· ὅτι μηδὲ τῆς τῶν σφετέρων ἐν συγγράμμασι φιλοτιμίας, καθαρὰς ἐφυλάξαντο κλοπῆς τὰς χεῖρας. κλέπτας γὰρ αὐτοὺς οὐχ ὁ παρ' ἡμῶν, ὡς ἔφην, λόγος, ὁ δ' ἐξ αὐτῶν παρεστήσατο. D

SUSCEPTI ARGUMENTI PROOEMIUM.

SUPERIOR idemqve decimus Præparationis Evangelicæ Liber, non jam verbis meis, sed ipsismet gentilium hominum testimoniis planum fecit, qvam simile veri sit, Græcos præter unam in dicendo vim & elegantiam, sapientis & eruditi nihil domo protulisse, sed Barbaris omnia suffuratos esse: adeoqve ne ipsa qvidem Hebræorum ignorasse oracula, sed ea potius ex parte saltem attigisse: cum ne in ipsis quidem hominum suorum operibus tanta cum ambitione conscriptis castas ab omni furto integrasq; manus conservare potuerint. Nam fures illos omnino fuisse, non mea, uti jam dixi, sed sua ipsorum voce demonstravi.

Præterea, quam ipsi prudentia simul ætateque juvenes sint, quamq; longo intervallo ab illa Hebræorum antiqvitate disjuncti, eodem libro ex inita temporum inter sese contentione cognovimus. Atqve hæ superioris libri partes fuerunt omnino duæ. Jam vero hic, qvem præ manibus habemus, id agit, ut factam a nobis promissionem, quoddam quasi nomen ac debitum, repræsentet, illamqve Græcorum Philosophorum, si minus in omnibus, in nonnullis certe quidem placitis atqve decretis cum Hebræorum oraculis consensionem aperiat. Verum ut alios prætereat, tanquam minus hoc loco necessarios, omnium Coryphæum appellabit, quod instar omnium Platone duntaxat uno, tanqvam susceptæ disputationis regula utendum esse videatur, qvippe quem, uti reliqvos unus omnes eruditionis gloria longe multumqve superavit, ita satis omnino per sese nobis, ad hanc quæstionem definiendam & constituendam futurum putemus. Quod sicubi ad illustrandam hominis sententiam opus fuerit, eorum etiam, qvi ad ipsius Philosophiæ rationem adhæsere, testimonia proferam, ipsissimis eorum verbis ad majorem propositi argumenti fidem certitudinemqve productis. Cæterum ut is vere pleraque pronunciarit, illud observari tamen ac retineri velim, non eum semper in omnibus recte, atqve ut res postulabat, philosophatum esse. Quod ipsum quoqve suo loco demonstrabimus, non utiqve criminandi hominis animo, sed consilii nostri defendendi causa, qui barbaram a nobis Philosophiam Græca potiorem habitam esse fatemur.

A οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σφόδρα νέους ὁμοῦ τῇ φρονήσει καὶ τὴν ἡλικίαν αὐτοὺς, παρὰ πλεῖστον ὅσον τῆς Ἑβραϊκῆς λειπομένους ἀρχαιολογίας, ἐν ταυτῷ διὰ τῆς τῶν χρόνων παραθέσεως ἔγνωμεν. ταῦτα μὲν οὖν ὁ πρὸ τούτου. Ὁ δέ γε παρὼν ἐπείγεται λοιπὸν ἤδη, ὥσπερ τι χρέος, τὴν ἐπηγγελμένην ὑπόσχεσιν ἀποδοῦναι, καὶ τὴν ἔν τισιν, εἰ καὶ μὴ ἐν πᾶσι, τοῖς δογματικοῖς θεωρήμασι, πρὸς τὰ Ἑβραίων λόγια συμφωνίαν τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων B ἐκφᾶναι· ὧν τοὺς πολλοὺς παραιτησάμενος, τὸν κορυφαῖον ἁπάντων ἀνακαλεῖται, μόνῳ χρῆναι ἀντὶ πάντων ἡγούμενος γνώμονι χρήσασθαι τοῦ προβλήματος Πλάτωνι· ἐπεὶ καὶ οὗτος μόνος ἔοικε τῇ δόξῃ τοὺς πάντας ὑπερακοντίσας, αὐτάρκης ἡμῖν ἔσεται πρὸς τὴν τοῦ ζητουμένου σύστασιν. εἰ δέ που δέοι, σαφηνείας ἕνεκα τῆς τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τοῖς τὴν κατ' αὐτὸν ἐζηλωκόσι φιλοσοφίαν μάρτυσι χρήσομαι, τὰς αὐτῶν ἐκθησόμενος C φωνὰς ἐπὶ συστάσει τοῦ προκειμένου. τετηρήσθω δέ μοι, τὸ μὴ πάντ' ἐπιτυχῶς εἰρῆσθαι τῷ ἀνδρὶ, εἰ καὶ τὰ πλεῖστα αὐτῷ σὺν ἀληθείᾳ ἐκπεφώνηται. ὃ δὴ καὶ αὐτὸ κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν παραστήσομεν, οὐκ αὐτοῦ διαβολῆς, ἀπολογίας δὲ ἡμετέρας χάριν, δι' ἣν τὴν βάρβαρον φιλοσοφίαν τῆς Ἑλληνικῆς ὁμολογοῦμεν προῃρημένοι. pag. 190.

I. D α.

PLATONIS PHILOSOPHIAM, in iis, qvæ omnium maxime necessaria sunt, cum illa Hebræorum convenire.

ΩΣ Η ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΑ ΦΙΛΟΣΟφία τῇ καθ' Ἑβραίους ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ἐπηκολούθησεν.

Cap. I. Trap. AC primum quidem, cum tres in partes a Platone universa Philosophiæ ratio dividatur, in Naturam, Mores, ac disserendi vim: deinde pars illa rursus, qvæ de Natura disputat, in eorum, qvæ sensibus usurpantur, tractationem & naturarum corporis expertium intelligentiam ab eodem tribuatur: apud Hebræos qvoqve tripartitum illud doctrinæ genus reperias, quod nimirum anteqvam Plato nasceretur, affinia prorsus ac gemina disputarint. Ac Platonem quidem ipsum in primis audiamus,

ΕΙΣ τρία διελόντος μέρη τοῦ Πλάτωνος τὸν πάντα τῆς φιλοσοφίας λόγον, εἰς φυσικὸν, ἠθικὸν, λογικόν· εἶτ' αὖ πάλιν, τὸν φυσικὸν διελομένου εἴς τε τὴν τῶν αἰσθητῶν θεωρίαν, καὶ τὴν τῶν ἀσωμάτων κατανόησιν, εὕροις ἂν καὶ παρ' Ἑβραίοις τὸ τριμερὲς τοῦτο τῆς διδασκαλίας εἶδος, ἐπειδὴ καὶ παρ' αὐτοῖς τὰ ὅμοια, πρόσθεν ἢ Πλάτωνα γενέσθαι, πεφιλοσόφηται. πρῶτον δὲ τοῦ Πλάτωνος ἀκοῦσαι ἄξιον,

εἶθ' οὕτω καὶ τὰ Ἑβραίων ἐπισκοπῆσαι. θή-
σω δὲ τὰ ἀρέσκοντα Πλάτωνι, ἀπὸ τῶν τὰ
αὐτοῦ πρεσβευόντων, ὧν Ἀττικὸς διαφανὴς
ἀνὴρ τῶν Πλατωνικῶν φιλοσόφων, ὧδέ πη
τὰ δοκοῦντα τῷ ἀνδρὶ διέξεισιν, ἐν οἷς ἵσταται
πρὸς τοὺς διὰ τῶν Ἀριστοτέλους τὰ Πλάτωνος
ὑπισχνουμένους.

Aum Hebraica dogmata contemplemur.
Nos vero Platonis hoc in genere sententiam, ex eorum qui studiosissime hominis decreta defendunt, eruemus. Ex iis autem Atticus, vir Platonicos inter Philosophos clarissimus, hunc in modum mentem ipsius doctrinamqve proseqvitur, ubi adversus illos disputat, qui Aristotelis doctrina Platonis sese Philosophiam tueri profitentur.

Β.

ΑΤΤΙΚΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΡΙΜΕΡΟΥΣ τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας.

B

» ΤΡΙΧΗ τοίνυν διαιρουμένης τῆς ἐντελοῦς
» φιλοσοφίας, εἴς τε τὸν ἠθικὸν καλούμε-
» νον τρόπον, καὶ τὸν φυσικὸν, καὶ ἔτι τὸν λογικόν·
» καὶ τοῦ μὲν πρώτου κατασκευάζοντος ἡμῶν
» ἕκαστον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, καὶ τοὺς οἴκους ὅ-
» λους εἰς τὸ ἄριστον ἐπανορθοῦντος, ἤδη δὲ καὶ
» δῆμον σύμπαντα πολιτείᾳ τῇ διαφερούσῃ,
» καὶ νόμοις τοῖς ἀκριβεστάτοις κοσμοῦντος· τοῦ
» δευτέρου δὲ, πρὸς τὴν περὶ τῶν θείων γνῶσιν δι-
» ήκοντος, αὐτῶν τε τῶν πρώτων, καὶ τῶν αἰτίων, καὶ
» τῶν ἄλλων, ὅσα ἐκ τούτων γίνεται, ἃ δὴ περὶ
» φύσεως ἱστορίαν ὁ Πλάτων ὠνόμακεν· εἰς δὲ
» τὴν περὶ τούτων ἀμφοτέρων διάκρισίν τε καὶ
» εὕρεσιν τοῦ τρίτου παραλαμβανομένου. ὅτι μὲν
» Πλάτων πρῶτος, καὶ μάλιστα συναγείρας εἰς
» ἓν πάντα τὰ τῆς φιλοσοφίας μέρη, τέως ἐσκε-
» δασμένα καὶ διερριμμένα, ὥσπερ τὰ τοῦ Πεν-
θέως μέλη, καθάπερ εἶπέ τις, σῶμά " τε καὶ
» ζῶον ὁλόκληρον ἀπέφηνε τὴν φιλοσοφίαν,
» δῆλα παντὶ λεγόμενα. οὔτε γὰρ οἱ περὶ Θα-
» λῆν, καὶ Ἀναξιμένην, καὶ Ἀναξαγόραν, καὶ
» ὅσοι κατὰ ταὐτὸν γεγόνασι τούτοις, ἀγνοοῦν-
» ται περὶ μόνην τὴν ὑπὲρ τῆς φύσεως τῶν
» ὄντων σκέψιν διατρίψαντες. οὐ μὴν οὐ-
» δὲ Πιττακὸς, καὶ Περίανδρος, καὶ Σόλων, καὶ
» Λυκοῦργος, καὶ οἱ παραπλήσιοι τούτοις, λαν-
» θάνουσί τινες τὴν αὐτῶν φιλοσοφίαν εἰς πολι-
» τείαν καταθέντες. Ζήνων δὲ, ἢ, πᾶν τὸ Ἐλεα-
» τικὸν τοῦτο διδασκαλεῖον, ἢ αὐτὸ γνώριμον ἐπὶ
» τῇ τέχνῃ τῶν λόγων μάλιστα σπουδάσαν. τού-
» τοις δὲ ἐπιγενόμενος Πλάτων, ἀνὴρ ἐκ φύσεως

II.

DE TRIPARTITA PLATONIS Philosophia, Ex Attico.

CUM igitur, inquit, tres in partes in- »
tegra perfectaqve Philosophia dividatur, »
hoc est in morum, naturæ, disserendi- »
qve doctrinam; quarum prima illa non »
singulos modo nostrum bonos ac probos »
efficiat, verum etiam familias integras ad »
castissimam vitæ rationem informet, adeo- »
qve populum universum excellenti qvo- »
C dam Reip. genere, & accuratissimis legibus »
instituat: Secunda vero ad rerum divina- »
rum cognitionem ita pertineat, uti simul & »
principes illas causasque cæterarum, quæ- »
que ex illis fiunt, reliquas omnes contem- »
pletur, quam Naturæ historiam Plato nun- »
cupavit: Tertia denique ad certiorem »
superioris utriusqve discussionem & inven- »
tionem assumatur: Platonem extitisse, »
qui partes illas omnes Philosophiæ dissipa- »
tas eatenus atqve disjectas, sic tanqvam »
Penthei membra, ut nonnemo dixit, pri- »
D mus idem maximeqve complexus, Philo- »
sophiam in unius cujusdam corporis, at- »
qve integri animantis speciem conflaverit, »
ab omnibus prædicari constat. Nemini »
quippe dubium est, quin Thales, Anaxi- »
menes, Anaxagoras, & qvotqvot præ- »
terea sub idem vixere tempus, in sola »
fuerint naturæ rerum consideratione ver- »
sati. Pittacus autem, Periander, Solon, »
Lycurgus, ac cæteri id genus, suam o- »
mnem philosophiam in Reip. curam ac stu- »
dium aperte contulerunt. Zeno denique »
& illa omnis Eleatica Schola, quin po- »
tissimum in disserendi artem incubuerit, »
nemo etiam est, qui nesciat. At vero his »
omnibus Plato succedens, vir a natura »

partibus omnibus ac numeris absolutus, A longeq; cæteris antecellens, utpote Deorum plane munere donoq; missus, per qvem integra tandem aliqvando Philosophia cerneretur, & præteriit omnino nihil, & singula suam ad maturitatem ita perduxit, ut neqve necessarii quicqvam desiderari, neqve abripi sese ad inania pateretur. Quoniam igitur Platonici Philosophi propriam hanc trium illorum conjunctionem esse defendimus, uti de rerum natura disputet, de morum conformatione tractet, ac simul in differendi facultate versatus sit, age, singula per sese videamus. B Hæc Atticus. Ad qvæ Aristoclis Peripatetici testimonium accedit, qui libro septimo eorum, quos de natura conscripsit, conceptis verbis ita loqvitur.

III.
DE PLATONICA PHILOSOPHIA, Ex Aristocle.

PLATO, inqvit ille, germanum perfectumqve, si quisquam alius, philosophandi genus habuit. C Nam Thaletis Sectatores in naturæ disputationibus toti erant: Pythagorei texerunt atqve involverunt omnia: Xenophanes ejusq; discipuli suis illis argumentorum contentionibus, vertiginis plurimum Philosophis attulerunt, opis autem subsidiiq; nihil: Socrates maxime, ignẽ, qvod ajunt, qvodqve Plato ipse dictitabat, igni addidit. Nam indole cum esset ingenioqve singulari, adeoq; de re qualibet quæstionem movere solerter in primis graviterq; posset, novas ipse de moribus, deq; Repub. disputationes invexit, imo etiam de D ideis agere omnium primus instituit: eundem vero nullo non excitato controversiæ genere, deq; omnibus qværentem adhuc atqve dubitantem mors occupavit. Jam alii quas sibi qvisq; particulas absciderant, in iis hæsere perpetuo: atq; ita nonnulli Medicinam, disciplinas alii Mathematicas, Poeticam alii Musicamqve sectati sunt. Plerique differendi vi ac facultate capti, quorum alii sese Rhetores, Dialecticos alii nuncuparunt. Nam qui Socrati successere, cum multiplices admodum ac varii fuere, tum etiam opinionibus maxime contrarii. Nam alii cynicum sordidumqve vitæ genus, simplicem, & ab omni perturbationis sensu vacuum animum: voluptates alii contra prædicabant. Hi sese omnia scire, jactabant, illi plane nihil. Quidam in media turba atqve omnium oculis volveban-

ἀ ἐντελής, καὶ πολὺ διενεγκὼν, οἷα καταπεμφθεὶς, ὡς ἀληθῶς, ἐκ θεῶν, ἵν' ὁλόκληρος ὀφθῇ δι' αὐτοῦ φιλοσοφία, παρῆκέ τε οὐδὲν, καὶ ἕκαστα ἠκρίβωσε, μήτε ἐλλείπων πρὸς τὸ ἀναγκαῖον, μήτε πρὸς τὸ ἄχρηστον ἐξενεχθείς. ἐπεὶ τοίνυν πάντων ἔφαμεν μετεῖναι τῷ Πλατωνικῷ, καὶ φυσιολογοῦντι, καὶ περὶ ἠθῶν λέγοντι, καὶ διαλεγομένῳ, φέρε, καθ' ἕκαστον ἐπισκεψώμεθα. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀττικός. ἐπιμαρτυρεῖ δὲ τοῖς αὐτοῖς, καὶ B ὁ Περιπατητικὸς Ἀριστοκλῆς, ἐν ἑβδόμῳ συγγράμματι, ὧν περὶ φυσιολογίας συνέταξεν, ὧδε λέγων πρὸς ῥῆμα.

γ.
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ, ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ Πλάτωνα φιλοσοφίας.

ΕΦΙΛΟΣΟΦΗΣΕ δὲ Πλάτων, εἰ καί τις ἄλλος τῶν πώποτε, γνησίως καὶ τελείως. C οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Θαλοῦ, φυσιολογοῦντες διετέλεσαν· οἱ δὲ περὶ Πυθαγόραν ἀπεκρύψαντο πάντα· Ξενοφάνης δὲ, καὶ οἱ ἀπ' ἐκείνου, τοὺς ἐριστικοὺς κινήσαντες λόγους, πολὺν μὲν ἐνέβαλον ἴλιγγον τοῖς φιλοσόφοις, οὐ μὴν ἐπόρισάν γέ τινα βοήθειαν. οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ Σωκράτης, αὐτὸ δὴ τὸ λεγόμενον, ἐγένετο πῦρ ἐπὶ πυρί, καθάπερ αὐτὸς ἔφη Πλάτων. εὐφυέστατος γὰρ ὢν, καὶ δεινὸς ἀπορῆσαι περὶ παντὸς ὁτουοῦν, ἐπεισήνεγκε τάς τε ἠθικὰς καὶ πολιτικὰς σκέψεις, D ἔτι δὲ τὴν περὶ τῶν ἰδεῶν πρῶτος ἐπιχειρήσας ὁρίζεσθαι· πάντα δὲ ἐγείρων λόγον, καὶ περὶ πάντων ζητῶν, ἔφθη τελευτήσας. ἄλλοι δ' ἀποτεμόμενοι μέρη τινὰ, περὶ ταῦτα διέτριψαν, οἱ μὲν ἰατρικὴν, οἱ δὲ τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας· ἔνιοι δὲ περὶ τοὺς ποιητὰς, καὶ τὴν μουσικήν. οἱ μέντοι πολλοὶ τὰς τῶν λόγων δυνάμεις ἐθαύμασαν, ὧν οἱ μὲν ῥήτορας, οἱ δὲ διαλεκτικοὺς προσεῖπον ἑαυτούς. οἱ μέντοι Σωκράτην διαδεξάμενοι, καὶ πάνυ τινὲς ἐγένοντο παντοῖοι, καὶ ὑπεναντίοι τὰς γνώμας. οἱ μὲν γὰρ, κυνισμοὺς, καὶ ἀτυφίας, καὶ ἀπαθείας ὕμνουν· ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἡδονάς. καὶ οἱ μὲν εἰδέναι πάντα ἐκόμπαζον· οἱ δὲ ἁπλῶς μηθέν. ἔτι δ' οἱ μὲν ἐν μέσῳ, καὶ ἐν ὄψει πάντων

ἐκαλινδοῦντο, τοῖς πολλοῖς ἐξομιλοῦντες· ἄλλοι δ' αὖ τοὐναντίον, ἀπρόσιτοι καὶ ἀπροσφώνητοι διετέλουν ὄντες. Πλάτων μέντοι κατανοήσας, ὡς εἴη μία τις ἡ τῶν θείων καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμη, πρῶτος διεῖλε, καὶ ἔφη τὴν μέν τινα περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως εἶναι πραγματείαν· τὴν δέ, περὶ τῶν ἀνθρωπίνων· τρίτην δέ, τὴν περὶ τοὺς λόγους. ἠξίου δὲ μὴ δύνασθαι τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν ἡμᾶς, εἰ μὴ τὰ θεῖα πρότερον ὀφθείη. καθάπερ γὰρ οἱ ἰατροὶ μέρη τινὰ θεραπεύοντες, ἐπιμελοῦνται τῶν ὅλων σωμάτων πρῶτον· οὕτω χρῆναι καὶ τὸν μέλλοντα τἀνθάδε κατόψεσθαι, τὴν τῶν ὅλων φύσιν εἰδέναι πρότερον, μέρος τε τῶν ὄντων τὸν ἄνθρωπον· καὶ τἀγαθὸν διττόν, τὸ μέν, ἡμέτερον, τὸ δέ, τοῦ παντός, κυριώτερον δὲ τὸ τοῦ παντός· διὰ γὰρ ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο γίνεσθαι. Φησὶ δ' Ἀριστόξενος ὁ Μουσικός, Ἰνδῶν εἶναι τὸν λόγον τοῦτον. Ἀθήνησι γὰρ ἐντυχεῖν Σωκράτει τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἕνα τινά, κἄπειτα αὐτοῦ πυνθάνεσθαι, τί ποιῶν φιλοσοφοίη· τοῦ δ' εἰπόντος, ὅτι ζητῶν περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου, καταγελάσαι τὸν Ἰνδόν, λέγοντα μὴ δύνασθαί τινα τὰ ἀνθρώπινα κατιδεῖν, ἀγνοοῦντά γε τὰ θεῖα. τοῦτο μὲν οὖν εἰ ἀληθές ἐστιν, οὐκ ἂν δύναιτό τις διατεινόμενος εἰπεῖν. διεῖλε δ' οὖν Πλάτων τήν τε περὶ τῶν ὅλων φιλοσοφίαν, καὶ τὴν Πολιτικήν, ἔτι δὲ τὴν Λογικήν. Τοιαύτης οὔσης τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας, καιρὸς καὶ τὴν Ἑβραίων ἐπισκέψασθαι, μακρῷ πρόσθεν, ἢ Πλάτωνα γενέσθαι, τὸν ὅμοιον πεφιλοσοφηκότων τρόπον. εὕροις δ' οὖν καὶ παρ' αὐτοῖς τήν τε σύμφωνον τὴν τριμερίαν, ἠθικῶν τε, καὶ λογικῶν, καὶ φυσικῶν μαθημάτων, τόνδε ἐπιστήσας τὸν τρόπον.

Atur, cum infima plebe assidui: alios adire nemo, nemo alloqui potuisset. At Plato cum unam eandemque divinarum esse humanarumque rerum scientiam probe intelligeret, eam primus ita digessit, ut partem illius unam explicandæ universi naturæ, alteram rerum humanarum tractationi, conformandæ orationi tertiam postremamque tribueret. Cæterum, nisi divina perspecta prius & cognita habeamus, pervideri a nobis humana non posse statuebat. Quemadmodum enim Medici, uti partibus quibusdam medeantur, in totius ante corporis curationem incumbunt: ita prorsus, qui res nostras intueri velit, universi naturam prius ei cognoscendam esse: cum illius pars quædam homo sit, atq; ex bonis duobus, quorum alterum ad nos, ad universum alterum pertinet, præcipuum sit universi bonum, quod alterum ejus causa procreetur. Atque hanc Indorum esse rationem Aristoxenus Musicus testatur: quippe, unum ex ea natione aliquem Athenis congressum esse cum Socrate, ex eoq; sciscitatum, quid agendum sibi rerum esset, uti philosopharetur: quo respondente, de humanæ vitæ rationibus quærendum ipsi & cogitandum esse; tum vero risisse Indum, cum negaret humana quemquam pervidere posse, qui divinorum ignoratione laboraret. Id porro verum sit, nec ne, ut maxime contendat, statuere nemo potest. Interea Plato Philosophiam, in eam, quæ de universo disputaret, in civilem, ac disserendi magistram partitus est. Cum igitur ea Platonicæ Philosophiæ ratio sit, tempus est, ut Hebræorum quoq; Philosophiam contemplemur, qui prius multo longe antequam Plato nasceretur, persimile philosophandi genus habuerunt. Enimvero tripartitam apud eos, cumque Platonica illa congruentem disciplinarum, vel ad mores, vel ad vim disserendi, vel ad naturam ipsam pertinentium divisionem reperias, si de re tota hunc in modum cogitare velis.

Cap. II. Tract.

δ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡ' ΕΒΡΑΙΟΙΣ ΗΘΙΚΩΝ δογμάτων.

ΤΑ μὲν οὖν ἠθικὰ πρώτιστα πάντων φιλοτίμως ἐσπουδασμένα παρ' αὐτοῖς, ἔργοις πολὺ πρότερον τῶν λόγων, μάθοις ἂν τὰ κατὰ τοὺς ἄνδρας διασκοπούμενος. ἐπεὶ καὶ τέλος ἀγαθῶν, τοῦ τε μακαρίως ζῆν ὕστατον ὅρον, τὴν εὐσέβειαν, τήν τε διὰ τῆς τῶν ἠθῶν κατορθώσεως πρὸς τὸν

IV.

DE MORUM APUD HEBRÆos disciplina.

AC præ cæteris quidem omnibus, ea, quæ morum ad disciplinam pertinent, summo quodam ab illis præcipuoque studio, longeque ante rebus ipsis culta esse quam verbis, si eorum instituta scrutari placet, intelliges. Nam & bonorum ipsi finem, & summum beate vivendi terminum, Pietatem, & profectam ex morum integri-

tate cum DEO conjunctionem, tam diligenter persequuti sunt, quam complexi vehementer. Non jam corporis voluptatem, ut Epicurus: non triplex illud Aristotelis bonorum genus, qui corporis fortunæque bona, eodem in loco pretioque, quo animi opes habuit: non summam illam rerum imperitiam & ignorantiam omnium, quam nonnulli honestiore quodam nomine assensionis retentionem appellarunt: non denique virtutem ipsam animi: nam quantula tandem ipsa inter homines futura esset, aut quid omnino, si Deum seponeres, ad vitam molestia liberandam per sese posset? Quare divina ex fiducia, tanquam ex fune quodam vi nulla rumpendo cuncta suspendentes, eum duntaxat, qui Deo carus esset, beatum esse statuerunt. Deus enimvero, uti bonorum omnium dispensator, auctorque vitæ, nec modo fons virtutis ipsius, verum etiam omnium tam corporis quam fortunæ bonorum largitor est, ita solus ei ad beate vivendum satis omnino fuerit, qui ejus in amicitiam vera sit ac solida pietate susceptus. Quo factum etiam est, uti sapientissimus ille Moses, quum primus omnium, Hebræorum illorum vitam, qui ante sese divinæ hujus amicitiæ participes fuerant, scriptis mandaret, non reip. modo, sed etiam instituendæ vitæ formam, historica narratione complexus sit. Cujus doctrinæ ab universi rationibus initium duxit, rerum omnium auctorem Deum statuens, dum mundi simul & hominis ortum molitionemque delineat. Tum ab universis illis ad singulares oratione delapsus, dum renovanda priscorum illorum memoria lectores auditoresque suos ad ipsorum virtutem ac religionem imitandam extimulat; imo dum ipsemet legum sanctissimarum auctorem simul latoremq; profitetur, quam studiose illam hominis cum Deo consvetudinem, suscepta morum censura promoverit, aperte omnibus palamque testatur, uti jam superioribus libris ostendimus. At longum sane foret, cum alios deinceps Prophetas, qui Mosem sequuti sunt, tum singulos ipsorum, quibus vel ad virtutem adhortantur, vel dehortantur a vitiis orationes hoc in volumen includere. Quid porro, si tibi moralia Sapientissimi Salomonis præcepta commemorem, quibus peculiare quoddam familiarium dictorum opus addictum voluit, quæ proverbia nuncupavit, concisas brevesque sententias apophthegmatum similes, uno quodam argumenti genere complexus? Atque ita Hebræi jam olim,

A Θεὸν φιλίαν ἠγάπησάν τε καὶ μετεδίωξαν· ἀλλ' οὐ σωμάτων ἡδονὴν, κατ' Ἐπίκουρον· οὐδ' αὖ τὴν τριχῆ τῶν ἀγαθῶν, κατ' Ἀριστοτέλην, τὰ περὶ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐν ἴσῳ τοῖς τῆς ψυχῆς ἀγαθοῖς ἐκτετιμηκότα. οὐ μὴν οὐδὲ τὴν ἐσχάτην ἄγνοιάν τε καὶ ἀμαθίαν, ἣν ὀνόματι σεμνοτέρῳ τινὲς ἐποχὴν ἀνειρήκασιν· ἀλλ' οὐδ' αὖ τῆς ψυχῆς τὴν ἀρετήν· πόση γὰρ ἐν ἀνθρώποις αὕτη, καὶ τίνα θ' ἑαυτὴν ἄνευ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄλυπον
B συντείνοι ἂν βίον; διὸ ὃν τὰ πάντα τῆς εἰς ι. διὰ.
τὸν Θεὸν ἐλπίδος, πείσματος ὥσπερ ἀρραγοῦς ἐξάψαντες, τὸν θεοφιλῆ μόνον ἀπέφηναν εἶναι μακάριον. ὅτι δὴ ὁ πάντων ἀγαθῶν ταμίας Θεὸς, ζωῆς ὢν πάροχος, καὶ αὐτῆς ἀρετῆς πηγὴ, τῶν περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἁπάντων χορηγὸς ὑπάρχων, μόνος ἂν εἴη πρὸς τὸν μακάριον βίον, τῷ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διὰ τῆς παναληθοῦς εὐσεβείας στειλαμένῳ αὐτάρκης. ἔνθεν ὁ πάνσο-
C φος Μωσῆς πρῶτος ἁπάντων γραφῇ παραδοὺς τὸν τῶν πρὸ αὐτοῦ θεοφιλῶν Ἑβραίων βίον, τὸν πολιτικὸν ὁμοῦ καὶ πρακτικὸν δι' ὑφηγήσεως ἱστορικῆς ὑποτέθειται τρόπον. ἧς ἀρχόμενος, ἀπὸ τῶν καθόλου τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο, Θεὸν τῶν ὅλων αἴτιον ὑποστησάμενος, κοσμογονίαν καὶ ἀνθρωπογονίαν ὑπογράψας. εἶθ' οὕτως ἀπὸ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος προελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν μνήμης, εἰς τὸν ἐκείνων ἀρετῆς τε καὶ θεοσεβείας ζῆλον
D τοὺς φοιτητὰς παρορμήσας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐθέντης νόμων εὐσεβῶν τῶν πρὸς αὐτοῦ συντεθέντων ἀποφανθεὶς, κατὰ πάντα δῆλος ἂν εἴη τοῦ φιλοθέου τρόπου, διὰ τῆς τῶν ἠθῶν ἐπιμελείας, πρόνοιαν πεποιημένος, ὥσπερ οὖν καὶ τοῦτο παραλαβὼν ὁ λόγος ἐν τοῖς πρόσθεν φανερὸν κατεστήσατο. μακρὸν δ' ἂν εἴη καὶ τοὺς ἑξῆς μετὰ Μωσέα Προφήτας, τούς τε τούτων προτρεπτικοὺς μὲν ἀρετῆς, ἀποτρεπτικοὺς δὲ κακίας ἁπάσης λόγους, ἐν τῷδε καταβάλλεσθαι. τί δ' εἰ σοι τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος τὰς ἠθικὰς παραινέσεις εἴποιμι διδασκαλίας; οἷς καὶ οἰκείων λόγων ἀνέθηκε σύγγραμμα, παροιμίας ἐπονομάσας, ἐπιτόμους γνώμας ἀποφθέγμασιν ἐοικυίας ὑποθέσει περιλαβὼν μιᾷ. Καὶ τὸν μὲν ἠθικὸν τρόπον ταύτῃ οἱ παῖδες Ἑβραίων, ἐκ παλαιῶν, πρὶν ἢ καὶ

τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν Ἕλληνας, αὐτοί τε ἐπαιδεύοντο, καὶ τοῖς προσιοῦσι τῆς αὐτῆς ἀφθόνως ἐκοινώνουν παιδείας.

ε.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡ' ΕΒΡΑΙΟΙΣ ΛΟΓΙΚῆς πραγματείας.

ΚΑΙ τὸν λογικὸν δὲ τρόπον τῆς Ἑβραίων φιλοσοφίας, οὐ καθάπερ Ἕλλησι φίλον, ὀξύτητι σοφισμάτων, καὶ λογισμοῖς πρὸς ἀπάτην τετεχνασμένοις δεῖν ᾤοντο μετιέναι, καταλήψει δὲ αὐτῆς ἀληθείας, ἣν ὑπὸ θείου φωτὸς τὰς ψυχὰς καταυγασθέντες οἱ παρ' αὐτοῖς θεόσοφοι, εὗρόν τε καὶ ἐφωτίσθησαν. ἐφ' ἣν ἀκονῶντες τοὺς τὰ οἰκεῖα μαθήματα παιδευομένους, λόγων τε αὐτοῖς ἱερῶν ἀπαγγελίας, ἱστοριῶν τε σεμνῶν διηγήματα, ᾠδῶν τε καὶ ἐπῳδῶν ἐμμέτρους συνθέσεις, καὶ ἔτι προβλήματα καὶ αἰνίγματα, καί τινας σοφὰς καὶ ἀλληγορικὰς θεωρίας μετὰ κάλλους εὐεπείας, καὶ τῆς κατὰ τὴν οἰκείαν γλῶτταν εὐφραδοῦς ἀπαγγελίας, ἐξ ἔτι νηπίας αὐτοῖς παρεδίδοσαν ἡλικίας. καὶ μὴν καὶ τῶν πρώτων μαθημάτων Δευτερωταί τινες ἦσαν αὐτοῖς· οὕτω γὰρ φίλον τοὺς ἐξηγητὰς τῶν παρ' αὐτοῖς Γραφῶν ὀνομάζειν· οἱ τὰ δι' αἰνιγμάτων ἐπεσκιασμένα, εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσι, τοῖς γοῦν πρὸς τὴν τούτων ἀκοὴν ἐπιτηδείοις, δι' ἑρμηνείας καὶ σαφηνείας ἐξέφαινον. Pr. 1. Ταύτῃ τοι πάλαι ὁ σοφώτατος παρὰ τοῖσδε Σολομὼν, ἐνθένδε ποθὲν τὴν καταρχὴν τοῦ τῶν Παροιμιῶν ἐποιήσατο συγγράμματος, μονονουχὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ τῆς γραφῆς ταύτην εἶναι διδάξας, δι' ὧν αὐτοῖς ῥήμασι, Δεῖν ἔφησε πάντα ἄνδρα γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν, καὶ νοῆσαι λόγους φρονήσεως, δέξασθαί τε στροφὰς λόγων, νοῆσαί τε δικαιοσύνην ἀληθῆ, καὶ κρίμα κατευθύνειν. ἵνα δῷ, φησὶν, ἀκάκοις πανουργίαν, παιδί τε νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν. τῶνδε γὰρ ἀκούσας σοφὸς, σοφώτερος ἔσται· ὁ δὲ νοήμων, κυβέρνησιν κτήσεται. νοήσει τε παραβολὴν, καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν, καὶ αἰνίγματα. Καὶ τὰ μὲν τῆς τοῦ δηλωθέντος συγγράμματος ἐπαγγελίας, τοιαῦτά τινα ἦν· τὰς δ' ἐν μέρει τῶν λεχθέντων προτάσεις, καὶ τούτων τὰς

A priusquam Græci prima elementa didicissent, cum optimis ipsi moribus instituti sunt, tum in ejusdem etiam disciplinæ communionem, qvotqvot sese convenirent, prolixe admodum ac liberaliter acceperunt.

V.
DE HEBRÆORUM PHILOSOphia in disserendo posita.

JAM vero partem illam Philosophiæ, qvæ in disserendi ratione versatur, non contortis sophismatis, & fallacibus conclusiunculis, ut Græci solent, excolendam ipsi tractandamqve putaverunt, sed percipiendæ studio veritatis: ad quam ii sane, qui divinam apud illos Sapientiam profitebantur, intelligentia diviniori luce collustrata, feliciter aspirarunt. Iidem, uti eorum etiam animos, quos disciplinis suis imbuendos suscipiebant, ad illam capessendam acuerent, sacras iis sententias, plenasque gravitatis & honestatis historias, cum modulatis alternisq; carminibus, certa numerorum lege comprehensis, problemata insuper atqve ænigmata, nonnullasqve eruditas, & allegoriis involutas quæstiones, cum verborum elegantia, & svavi pro lingvæ ratione dictionis lepore conjunctas, a teneris ungviculis ingerebant. Imo primariarum etiam disciplinarum Deuterotas quosdam habuere, (sic enim literarum suarum Interpretes vocare soliti erant) qui res ænigmatis adumbratas, non vulgo quidem ac promiscue omnibus, sed iis tamen, qui ad eorum intelligentiam idonei censerentur, illustriori explicatione aperirent. Id plane sequutus sapientissimus apud eos Salomon, inde quoq; sui Proverbiorum operis initium fecit, hac fere de causa ad hoc scribendi genus adductum se esse testatus, cum disertis conceptisque verbis oportere ait, *Quemlibet hominem scire sapientiam, & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ: suscipere cavillationes sermonum, & intelligere justitiam veram, & judicium dirigere. Ut det,* inqvit, *innocentibus astutiam, & adolescenti sensum, & intelligentiam. Hæc enim audiens sapiens, sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Et animadvertet parabolam, & tenebrosum sermonem, verba sapientum, & ænigmata.* Quæ quidem operis hujus promissa ejusmodi cum sint: tum vero singulas eorum, quæ dicta sint, propositiones, earumq;

Cap. III. Trap.

Prov. 1.

tate cum DEO conjunctionem, tam diligenter persequuti sunt, quam complexi vehementer. Non jam corporis voluptatem, ut Epicurus: non triplex illud Aristotelis bonorum genus, qui corporis fortunæque bona, eodem in loco pretioque, quo animi opes habuit: non summam illam rerum imperitiam & ignorantiam omnium, quam nonnulli honestiore quodam nomine assensionis retentionem appellarunt: non denique virtutem ipsam animi: nam quantula tandem ipsa inter homines futura esset, aut quid omnino, si Deum seponeres, ad vitam molestia liberandam per sese posset? Quare divina ex fiducia, tanquam ex fune quodam vi nulla rumpendo cuncta suspendentes, eum duntaxat, qui Deo carus esset, beatum esse statuerunt. Deus enimvero, uti bonorum omnium dispensator, auctorque vitæ, nec modo fons virtutis ipsius, verum etiam omnium tam corporis quam fortunæ bonorum largitor est, ita solus ei ad beate vivendum satis omnino fuerit, qui ejus in amicitiam vera sit ac solida pietate susceptus. Quo factum etiam est, uti sapientissimus ille Moses, quum primus omnium, Hebræorum illorum vitam, qui ante sese divinæ hujus amicitiæ participes fuerant, scriptis mandaret, non reip. modo, sed etiam instituendæ vitæ formam, historica narratione complexus sit. Cujus doctrinæ ab universi rationibus initium duxit, rerum omnium auctorem Deum statuens, dum mundi simul & hominis ortum molitionemque delineat. Tum ab universis illis ad singulares oratione delapsus, dum renovanda priscorum illorum memoria lectores auditoresque suos ad ipsorum virtutem ac religionem imitandam extimulat; imo dum ipsemet legum sanctissimarum auctorem simul latoremq; profitetur, quam studiose illam hominis cum Deo consuetudinem, suscepta morum censura promoverit, aperte omnibus palamque testatur, uti jam superioribus libris ostendimus. At longum sane foret, cum alios deinceps Prophetas, qui Mosem sequuti sunt, tum singulos ipsorum, quibus vel ad virtutem adhortantur, vel dehortantur a vitiis orationes hoc in volumen includere. Quid porro, si tibi moralia Sapientissimi Salomonis præcepta commemorem, quibus peculiare quoddam familiarium dictorum opus addictum voluit, quæ proverbia nuncupavit, concisas brevesque sententias apophthegmatum similes, uno quodam argumenti genere complexus? Atque ita Hebræi jam olim,

A Θεὸν φιλίαν ἠγάπησάν τε καὶ μετεδίωξαν· ἀλλ᾽ οὐ σωμάτων ἡδονὴν, κατ᾽ Ἐπίκουρον· οὐδ᾽ αὖ τὴν τριχθίαν τῶν ἀγαθῶν, κατ᾽ Ἀριστοτέλην, τὰ περὶ σῶμα, καὶ τὰ ἐκτὸς ἐν ἴσῳ τοῖς τῆς ψυχῆς ἀγαθοῖς ἐκτετιμηκότα. οὐ μὴν οὐδὲ τὴν ἐσχάτην ἄγνοιάν τε καὶ ἀμαθίαν, ἣν ὀνόματι σεμνοτέρῳ τινὲς ἐποχὴν ἀνειρήκασιν· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὖ τῆς ψυχῆς τὴν ἀρετήν· πόση γὰρ ἐν ἀνθρώποις αὕτη, καὶ τίν᾽ ἄν καθ᾽ ἑαυτὴν ἄνευ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄλυπον

B συντείνοι ἂν βίον; δι᾽ ὃν τὰ πάντα τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος, πείσματος ὥσπερ ἀρραγοῦς ἐξάψαντες, τὸν θεοφιλῆ μόνον ἀπέφηναν εἶναι μακάριον. ὅτι δὴ ὁ πάντων ἀγαθῶν ταμίας Θεὸς, ζωῆς ὢν πάροχος, καὶ αὐτῆς ἀρετῆς πηγὴ, τῶν περὶ σῶμα καὶ τῶν ἐκτὸς ἁπάντων χορηγὸς ὑπάρχων, μόνος ἂν εἴη πρὸς τὸν μακάριον βίον, τῷ τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν διὰ τῆς παναληθοῦς εὐσεβείας ἐστειλαμένῳ αὐτάρκης. ἔνθεν ὁ πάνσοφος Μωσῆς πρῶτος ἁπάντων γραφῇ

C παραδοὺς τὸν τῶν πρὸ αὐτοῦ θεοφιλῶν Ἑβραίων βίον, τὸν πολιτικὸν ὁμοῦ καὶ πρακτικὸν δι᾽ ὑφηγήσεως ἱστορικῆς ὑποτίθεται τρόπον. ἧς ἀρχόμενος, ἀπὸ τῶν καθόλου τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο, Θεὸν τῶν ὅλων αἴτιον ὑποστησάμενος, κοσμογονίαν καὶ ἀνθρωπογονίαν ὑπογράψας. εἶθ᾽ οὕτως ἀπὸ τῶν καθόλου ἐπὶ τὰ κατὰ μέρος παρελθὼν τῷ λόγῳ, καὶ διὰ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν μνήμης, εἰς τὸν τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τε καὶ θεοσεβείας ζῆλον

D τοὺς φοιτητὰς παρορμήσας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐθέντης νόμων εὐσεβῶν τῶν πρὸς αὐτοῦ συντεθέντων ἀποφανθεὶς, κατὰ πάντα δῆλος ἂν εἴη τοῦ φιλοθέου τρόπου, διὰ τῆς τῶν ἠθῶν ἐπιμελείας, πρόνοιαν πεποιημένος, ὥσπερ ἤδη καὶ τοῦτο προλαβὼν ὁ λόγος ἐν τοῖς πρόσθεν φανερὸν κατεστήσατο. μακρὸν δ᾽ ἂν εἴη καὶ τοὺς ἑξῆς μετὰ Μωσέα Προφήτας, τούς τε τούτων παρ᾽ ἕκαστον προτρεπτικοὺς μὲν ἀρετῆς, ἀποτρεπτικοὺς δὲ κακίας ἁπάσης λόγους, ἐν τῷδε καταβάλλεσθαι. τί δ᾽ εἴ σοι τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος τὰς ἠθικὰς παροιμιῶν διδασκαλίας; οἷς καὶ οἰκεῖον λόγων ἀνέθηκε σύγγραμμα, παροιμίας ἐπονομάσας, ἐπιτόμους γνώμας ἀποφθέγμασιν ἐοικυίας ὑποθέσει παραλαβὼν μιᾷ. Καὶ τὸν μὲν ἠθικὸν τρόπον ταύτῃ παῖδες Ἑβραίων, ἐκ παλαιῶν, πρὶν ἢ καὶ

τὰ πρῶτα στοιχεῖα μαθεῖν Ἕλληνας, αὐτοί τε ἐπαιδεύοντο, καὶ τοῖς προσιοῦσι τῆς αὐτῆς ἀφθόνως ἐκοινώνουν παιδείας.

5. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡ' ΕΒΡΑΙΟΙΣ ΛΟΓΙΚῆς πραγματείας.

ΚΑΙ τὸν λογικὸν δὲ τρόπον τῆς Ἑβραίων φιλοσοφίας, οὐ καθάπερ Ἕλλησι φίλον, δεινότητι σοφισμάτων, καὶ λογισμοῖς πρὸς ἀπάτην τετεχνασμένοις δεῖν ᾤοντο μετιέναι, καταλήψει δὲ αὐτῆς ἀληθείας, ἣν ὑπὸ θείου φωτὸς τὰς ψυχὰς καταυγασθέντες οἱ παρ' αὐτοῖς θεόσοφοι, εὗρόν τε καὶ ἐφωτίσθησαν. ἐφ' ἣν ἀκονῶντες τοὺς τὰ οἰκεῖα μαθήματα παιδευομένους, λογίων τε αὐτοῖς ἱερῶν ἀπαγγελίας, ἱστοριῶν τε σεμνῶν διηγήματα, ᾠδῶν τε καὶ ἐπῳδῶν ἐμμέτρους συνθέσεις, καὶ ἔτι προβλήματα καὶ αἰνίγματα, καί τινας σοφὰς καὶ ἀλληγορικὰς θεωρίας μετὰ κάλλους εὐεπείας, καὶ τῆς κατὰ τὴν οἰκείαν γλῶτταν εὐφραδοῦς ἀπαγγελίας, ἐξ ἔτι νηπίας αὐτοῖς παρεδίδοσαν ἡλικίας. ναὶ μὴν καὶ τῶν πρώτων μαθημάτων Δευτερωταί τινες ἦσαν αὐτοῖς (οὕτω δὲ φίλον τοὺς Ἐξηγητὰς τῶν παρ' αὐτοῖς Γραφῶν ὀνομάζειν) οἳ τὰ δι' αἰνιγμάτων ἐπεσκιασμένα, εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσι, τοῖς γοῦν πρὸς τὴν τούτων ἀκοὴν ἐπιτηδείοις, δι' ἑρμηνείας καὶ σαφηνείας ἐξέφαινον. Ταύτῃ τοι πάλιν ὁ σοφώτατος παρὰ τοῖσδε Σολομὼν, ἐνθένδε ποθὲν τὴν καταρχὴν τοῦ τῶν Παροιμιῶν ἐποιήσατο συγγράμματος, μονονουχὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ τῆς γραφῆς ταύτην εἶναι διδάξας, δι' ὧν αὐτοῖς ῥήμασι, Δεῖν ἔφησε πάντα ἄνδρα γνῶναι σοφίαν καὶ παιδείαν, καὶ νοῆσαι λόγους φρονήσεως, δέξασθαί τε στροφὰς λόγων, νοῆσαί τε δικαιοσύνην ἀληθῆ, καὶ κρίμα κατευθύνειν. ἵνα δῷ, φησὶν, ἀκάκοις πανουργίαν, παιδί τε νέῳ αἴσθησιν καὶ ἔννοιαν. τῶνδε γὰρ ἀκούσας σοφὸς, σοφώτερος ἔσται· ὁ δὲ νοήμων, κυβέρνησιν κτήσεται. νοήσει τε παραβολὴν, καὶ σκοτεινὸν λόγον, ῥήσεις τε σοφῶν, καὶ αἰνίγματα. Καὶ τὰ μὲν τοῦ δηλωθέντος συγγράμματος ἐπαγγελίας, τοιαῦτά τινα ἦν· τὰς δ' ἐν μέρει τῶν λεχθέντων προτάσεις, καὶ τούτων τὰς

Pr. 1.

priusquam Græci prima elementa didicissent, cum optimis ipsi moribus instituti sunt, tum in ejusdem etiam disciplinæ communionem, qvotqvot sese convenirent, prolixe admodum ac liberaliter acceperunt.

V. DE HEBRÆORUM PHILOSOPHIA in disserendo posita.

Cap. III. Trap.

JAM vero partem illam Philosophiæ, qvæ in disserendi ratione versatur, non contortis sophismatis, & fallacibus conclusiunculis, ut Græci solent, excolendam ipsi tractandamqve putaverunt, sed percipiendæ studio veritatis: ad quam ii sane, qui divinam apud illos Sapientiam profitebantur, intelligentia diviniori luce collustrata, feliciter aspirarunt. Iidem, uti eorum etiam animos, quos disciplinis suis imbuendos susciperant, ad illam capessendam acuerent, sacras iis sententias, plenasque gravitatis & honestatis historias, cum modulatis alternisq; carminibus, certa numerorum lege comprehensis, problemata insuper atqve ænigmata, nonnullasqve eruditas, & allegoriis involutas quæstiones, cum verborum elegantia, & svavi pro lingvæ ratione dictionis lepore conjunctas, a teneris ungviculis ingerebant. Imo primariarum etiam disciplinarum Deuterotas quosdam habuere, (sic enim literarum suarum Interpretes vocare soliti erant) qui res ænigmatis adumbratas, non vulgo quidem ac promiscue omnibus, sed iis tamen, qui ad eorum intelligentiam idonei censerentur, illustriori explicatione aperirent. Id plane sequutus sapientissimus apud eos Salomon, inde quoq; sui Proverbiorum operis initium fecit, hac fere de causa ad hoc scribendi genus adductum se esse testatus, cum disertis conceptisque verbis oportere ait, *Quemlibet hominem scire sapientiam, & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ: suscipere cavillationes sermonum, & intelligere justitiam veram, & judicium dirigere. Ut det,* inqvit, *innocentibus astutiam, & adolescenti sensum, & intelligentiam. Hæc enim audiens sapiens, sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Et animadvertet parabolam, & tenebrosum sermonem, verba sapientum, & ænigmata.* Quæ quidem operis hujus promissa ejusmodi cum sint: tum vero singulas eorum, quæ dicta sint, propositiones, earumq;

solutiones, illam denique differendi artem, A cum hominum illorum sapientia linguaque congruentem, quæ passim in Propheticis omnibus ipsorum literis existit, observare quilibet poterit, qui modo libros orationis suæ monimenta complexos otiose volutare ac perlegere voluerit. Præterea, si cui forte honesta cupiditas ipsius quoque linguæ cognitionem pepererit, agnoscet ille profecto viros, ut in barbara gente, differendi peritissimos, qui nihil aut Sophistis, aut Oratoribus, pro linguæ suæ vi ac ratione concedant. Habent illi quoque opera sua versu- B um numeris comprehensa, cujusmodi est magnum illud Mosis Carmen, Psalmusque Davidis centesimus decimus octavus, quod utrumque eo versuum, quod Heroicum Græci vocant, genere continetur. Quippe hexametris syllabarum sedecim ambo constare dicunt. Reliqua vero carminum apud eos genera, ex trimetris ac tetrametris versibus, pro linguæ suæ proprietate, conflata perhibentur. Et dictionem illi quidem habent, eam differendi vim ac solertiam includentem. Nam quæ ad sensum ejus senten- C tiamque pertinent, ea cum hominibus conferre sit nefas: cum Dei ac veritatis ipsius oracula verbis illis expressa, responsa item prædictaque divina, cum disciplinis ad pietatem informantibus, & præceptis ad cognoscendam rerum naturam spectantibus complectantur. Cæterum quam illi natura differendi facultate præstent, ex recta nominum apud illos impositione conjicias, quo etiam in genere ad Hebræorum opinionem suffragium quoque suum adjungit Plato, & cum eorum Philosophia palam aperteque consentit, ut ex sequentibus intel- D ligi facile poterit.

ἐπιλύσεις, τινά τε λογικὴν πραγματείαν οἰκείως τῇ τῶν ἀνδρῶν σοφίᾳ τε καὶ φωνῇ, διὰ πασῶν τῶν παρ' αὐτοῖς προφητικῶν γραφῶν φερομένην, ὅτῳ φίλον, τῆς τούτων ἐντεύξεως τὰς βίβλους ἐπὶ σχολῆς μετὰ χεῖρας λαβὼν εἴσεται. εἰ δέ τις καὶ τῆς γλώττης αὐτῆς φιλοκάλως γένοιτο ἐν πείρᾳ, ἴδοι ἄν, οἷα παρὰ βαρβάροις, ἄνδρας λογικωτάτους, οὐδὲν Σοφιστῶν οὐδὲ Ῥητόρων ἀποδέοντας τῇ οἰκείᾳ γλώττῃ. εἶεν δ' ἂν αὐτοῖς καὶ ἔμμετροι ποιήσεις, ὡς ἡ μεγάλη Μωσέως ᾠδή, καὶ τοῦ Δαβὶδ ὁ ριη' Ψαλμός, τῷ καλουμένῳ παρ' Ἕλλησιν ἡρῴῳ μέτρῳ συντεταγμένοι. φασὶ γοῦν ἑξάμετρα εἶναι ταῦτα, δι' ἑκκαίδεκα συλλαβῶν πεποιημένα. καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τὰ παρ' αὐτοῖς στιχηρά, διὰ ἐπῶν λέγεται τριμέτρων τε καὶ τετραμέτρων, κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτῶν συγκείμενα φωνήν. καὶ τὰ μὲν τῆς λέξεως, αὐτοῖς ὧδέ πη λογικῆς συνέσεως ἔχει. τὰ δὲ δὴ τῆς διανοίας, οὐδ' ἔστι [a] παρακαλεῖν ἀνθρώποις. Θεοῦ γὰρ καὶ αὐτῆς ἀληθείας λόγια, δι' αὐτῶν ἐκπεφωνημένα, θεσπίσματα, καὶ προρρήσεις, μαθήματά τε εὐσεβῆ, καὶ τὰ τῶν ὄντων ἐπιγνώσεως δόγματα περιειλήφασι. τεκμήρια δ' ἂν λάβοις τῆς παρὰ τοῖς ἀνδράσι λογικῆς ἀκριβείας, ἀπὸ τῆς ὀρθότητος τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως, ἧς πέρι καὶ ὁ Πλάτων τῇ Ἑβραίων μαρτυρῶν δόξῃ δῆλος ἂν εἴη, καὶ κατ' αὐτό γε τοῦτο σύμφωνος ὢν τῇ κατὰ τοὺς ἄνδρας φιλοσοφίᾳ, ὡς γοῦν ἐκ τούτων διαγνῶναι ῥᾴδιον.

[a] f. παραβαλεῖν, ἢ παραλαβεῖν.

VI.
DE RECTA NOMINUM APUD Hebræos impositione.

MOSEM illum, qui longe antequam vel ipsum Philosophiæ nomen auditum esset in Græcia, de nominum impositione tam sæpe tamq; diligenter sua passim Historia disputavit, quique partim eorum, qui apud sese erant, omnium, uti singulorum maxime natura postulabat, cognomēta statuit, partim eorum, ubi de viris sanctioribus ageretur, mutationem, divino totam arbitrio judicioq; reservavit, quum abs natura potius, quam ex impositione quadam sua rebus singulis constare nomina intelligeret:

ϛ.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΑΡ' ΕΒΡΑΙΟΙΣ ΤΩΝ ὀνομάτων ὀρθότητος.

ΠΡΩΤΟΥ Μωσέως μακρῷ πρόσθεν, ἢ τὸ τῆς φιλοσοφίας ὄνομα εἰς Ἕλληνας ἐλθεῖν, διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς γραφῆς μυρία περὶ τῆς τῶν ὀνομάτων θέσεως πεπραγματευμένου· καὶ τοτὲ μὲν φυσικώτατα τῶν παρ' αὐτοῖς πάντων τὰς ἐπωνυμίας διατεταγμένου, τοτὲ δὲ τῷ Θεῷ τὴν κρίσιν τῆς τῶν εὐσεβῶν ἀνδρῶν μετωνυμίας ἀναθέντος φύσει τε, ἀλλ' οὐ θέσει, τὰ ὀνόματα, κατὰ τῶν πραγμάτων κεῖσθαι πεπαιδευκότος,

ἐπώνυμος ὁ Πλάτων συμφέρεται τοῖς αὐτοῖς, οὐκ ἄλλως ἢ Βαρβάρων μνησθεὶς, καὶ παρὰ τοῖσδε φήσας τόνδε σώζεσθαι τὸν τρόπον, τάχα που τοὺς Ἑβραίους αἰνιττόμενος, ἐπεὶ μηδὲ παρ' ἑτέροις Βαρβάροις ῥάδιον τὴν τοιάνδε παραφυλάξαι θεωρίαν. λέγει δ' οὖν ἐν Κρατύλῳ, καὶ οὐ τοῦτο εἶναι ὄνομα ὃ ἄν τινες συνθέμενοι καλεῖν, καλῶσι, τῆς αὐτῶν φωνῆς μόριον ἐπιφθεγγόμενοι, ἀλλ' ὀρθότητά τινα τῶν ὀνομάτων πεφυκέναι, καὶ Ἕλλησι καὶ Βαρβάροις τὴν αὐτὴν ἅπασι. καὶ προϊὼν ἑξῆς φησιν· Οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις καὶ τὸν ὀνοματοθέτην, τόν τε ἐνθάδε, καὶ τὸν ἐν Βαρβάροις, ἕως ἂν καὶ τὸ τοῦ ὀνόματος εἶδος ἀποδιδῷ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ, ἐν ὁποιαισοῦν συλλαβαῖς οὐδὲν χείρω ὀνοματοθέτην εἶναι τὸν ἐνθάδε, ἢ τὸν ἀπ' οὐρανοῦ δ' ἄλλοθεν. εἶθ' ἑξῆς πάλιν τὸν ἐπιστήμονα τῆς ὀρθότητος τῶν ὀνομάτων, διαλεκτικὸν καὶ ὀνοματοθέτην εἶναι φήσας, οὕτω λέγει. Τέκτονος μὲν ἄρα ἔργον ἐστὶ, τὸ ποιῆσαι πηδάλιον ἐπιστατοῦντος κυβερνήτου, εἰ μέλλοι καλὸν εἶναι τὸ πηδάλιον. Φαίνεται. Ὀνοματοθέτου δέ γε, ὡς ἔοικεν, ὄνομα, ἐπιστάτην ἔχοντος διαλεκτικὸν ἄνδρα, εἰ μέλλοι καλῶς ὄνομα τεθήσεσθαι. Ἔστι ταῦτα. Κινδυνεύει ἄρα, ὦ Ἑρμόγενες, εἶναι οὐ φαῦλον, ὡς σὺ οἴει, ἡ τοῦ ὀνόματος θέσις, οὐδὲ φαύλων ἀνδρῶν, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων. καὶ Κρατύλος ἀληθῆ λέγει, λέγων φύσει τὰ ὀνόματα εἶναι τοῖς πράγμασι, καὶ οὐ πάντα δημιουργὸν ὀνομάτων εἶναι, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνον, τὸν ἀποβλέποντα εἰς τὸ τῇ φύσει ὄνομα ὂν ἑκάστῳ, καὶ δυνάμενον αὐτοῦ τὸ εἶδος τιθέναι εἴς τε τὰ γράμματα καὶ τὰς συλλαβάς. Τοσαῦτα εἰπὼν, μετὰ πλεῖστα Βαρβάρων αὖθις ἀναφέρει τὴν μνήμην, κἄπειτα εἰς Ἕλληνας παρὰ Βαρβάρων ἥκειν τὰ πολλὰ τῶν ὀνομάτων διαρρήδην ὁμολογεῖ, φάσκων αὐτοῖς ῥήμασιν· Ἐννοῶ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς Βαρβάροις οἰκοῦντες, παρὰ τῶν Βαρβάρων εἰλήφασι. Τί οὖν δή; Εἴ τις ζητοίη, ταῦτα κατὰ τὴν Ἑλληνικὴν φωνὴν ὡς ἐοικότως κεῖται, ἀλλὰ μὴ κατ' ἐκείνην, ἐξ ἧς τὸ ὄνομα τυγχάνει ὄν, οἶσθα ὅτι ἀπορήσειεν ἄν. Εἰκότως. Ταῦτα ὁ Πλάτων. Φθάνει γε μὴν αὐτὸν Μωϋσῆς, ὅς οἷα δὴ σοφὸς νομοθέτης ὢν ὁμοῦ καὶ διαλεκτικὸς, ἐπάκουσον τί φησί.

(Margin notes: Pag. 383. Plat. ὁπουοῦν ἄλλοθι. — Plat. θέσθαι)

A principem hoc in genere ducemqve sequutus Plato, eandem prorsus insistit viam, nec aliorum, qvam Barbarorum, mentionem facit, apud qvos eam nominis imponendi rationem servari testatur; Hebræos, opinor, significans, cum apud alios sane Barbaros hoc studii solertiæqve genus haud facile reperias. Enimvero docet in Cratylo, neqvaqvam id nomen habendum esse, qvod ex condicto mutuoqve consensu, nonnulli unam aliqvam linguæ suæ particulam effundentes indiderint: sed potius B qvandam nominum proprietatem rebus ipsis innatam esse, ejusdem omnino tam apud Barbaros, quam apud Græcos rationis. Ac deinceps ita pergit. Statuas igitur, inqvit, necesse est, quicunqve vel hic vel inter Barbaros nomina rebus imponat, eum, qvamdiu suum cuique ac proprium nomen imponet, quibuscunqve demum syllabis utatur, nihilo deteriorem alterum altero nominum auctorem habendum esse. Tum ubi rursus eum, cui recta nominum ratio cognita sit atqve perspecta, Dialecticum verumqve nominum auctorem appellavit, C ita proseqvitur, Fabri qvidem lignarii operæ fuerit, Gubernatoris jussu clavum moliri, qui aptum modo clavum istum habere volet. Fuerit sane. Ergo Legislatoris utique fuerit, ex hominis Dialectici præceptis nomen imponere, si modo rite imponendum erit. Sic est. Tibi igitur, o Hermogenes, fatendum, opinor, erit, hanc nominum impositionem, non leve quiddam, ut existimas, nec vulgarium ac plebejorum hominum opus esse, adeoqve vere dictum a Cratylo est, suum a natura rebus inesse no- D men, nec artificem nominum quemvis esse posse, sed eum duntaxat, qui & innatum rei cuiqve nomen pervidere, & illius quasi formam literis deinde ac syllabis repræsentare possit. Hæc ille. Tum pluribus interjectis, Barbarorum iterum mentionem facit; deinde vim quoqve nominum maximam a Barbaris ad Græcos profectam esse, his ipsis verbis ingenue confitetur. Equidem sic existimo, inquit, Græcos, eosqve præsertim, qui sub Barbarorum potestate vixerunt, pleraqve nomina a Barbaris accepisse. Quid tum postea? Nimirum, si quis quam illa recte apteqve conveniant, ex Græcæ lingvæ, non ex ejus, unde natum quodqve fuerit, proprietate qværet, eum utiqve hæsurum intelligis. Et merito qvidem. Hactenus Plato. At illum sane Moyses antevertit, qui utpote sapientissimus non Legislator modo, sed etiam Dialecticus, hac de re quid scribat accipe. *Forma-*

Gen. 2. 7. *Et igitur*, inquit, *Deus de limo cunctis animantibus terræ, & universis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, ut videret, quid vocaret ea: & omne, quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum erat nomen ejus.* Cum enim ait, *ipsum erat nomen ejus*, quid aliud quam appellationes, uti natura postulabat, inditas esse significat? Quippe quod jamjam impositum nomen fuerat, idem multo ante in ipsa natura inclusum fuisse, adeoque suam illam in appellato quoque appellationem antegressam esse declarat, quam deinde vir ille divino spiritu afflatus, vi quadam superiore imposuit. Quin ipsum etiam Adami nomen, quod Hebraicum per sese est, jure apud Mosem hominis e terra nati cognomentum censeatur, cum apud Hebræos Adam terra nuncupetur: ex quo factum sit, ut qui primus e terra natus erat, is a Mose Adamus vere ac proprie diceretur. Quanquam & alia quoque appellationis hujus ratio esse potest, quasi ex rubro colore ducatur, & corporis naturam repræsentet. Cæterum hominem quidem Hebræi, sed terrenum, atque ex terra fictum naturamque, vel ex corpore carneque conflatum Adami nomine significant: at hominem dum proprie appellare volunt, vocem Enos usurpare solent, qua homo ille noster ratione præditus, atque ab terreno Adamo natura sejunctus exprimatur. Hoc etiam Enos singulare habet, ut immemorem Græca lingua significet. Enimvero id ei parti nostræ, quæ adjunctam rationem habet, propter ejus cum mortali & rationis experte commercium, usu venit. Nam id sane, quod purum omnino, quod sine corpore, quod divinum ac ratione præditum est, non præteritorum modo memoriam, sed etiam futurorum cognitionem, ob vim contemplandi summam complectitur. Quod autem carni tanquam luto immersum est, quod ex ossibus nervisque compactum, quod imposito corpore, velut ingenti quadam mole oppressum, id cum Hebræus multa cum oblivione, cum imperitia laborare intelligeret, Enos convenienti admodum, & oblivionem significante nomine appellavit. Et quidem apud aliquem Prophetam legimus, *Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum?* Quo loco Hebraica lingua pro illa priori hominis appellatione, vocem Enos adhibuit; quasi clarius diceret, Quid obliviosus iste est, ut ejus, o DEUS, meminisse velis, cum usque adeo sit immemor? Quod autem subjungitur,

Adam & Enos qui differant?

Psal. 8. 5.

A Καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδάμ, ἰδεῖν, τί καλέσει αὐτά. καὶ πᾶν ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτὸ Ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ἦν ὄνομα αὐτοῦ. Διὰ γὰρ τοῦ φάναι, τοῦτο ἦν ὄνομα αὐτοῦ, τί ἄλλο ἢ κατὰ φύσιν τεθεῖσθαι τὰς προσηγορίας παρίστησι; τὸ γὰρ ἐπικληθὲν ἄρτι, φησὶ τοῦτο καὶ πάλαι πρότερον ἐν τῇ φύσει περιέχεσθαι, εἶναί τε καὶ προϋπάρχειν ἑκάστῳ τῶν ἐπωνομασμένων τοῦτο ὄνομα, ὅπερ ὁ δηλούμενος ἄνθρωπος ἐπιθειάσας δυνάμει κρείττονι τέθειται. καὶ αὐτὸ δὲ τὸ Ἀδάμ, Ἑβραίων ὑπάρχον ὄνομα, παρὰ τῷ Μωσεῖ τοῦ γηγενοῦς ἀνθρώπου γένοιτ' ἂν ἐπώνυμον, ὅτι δὴ παρ' Ἑβραίοις Ἀδὰμ ἡ γῆ καλεῖται, παρ' ὃ καὶ ὁ πρῶτος γηγενής, ἐτύμως Ἀδὰμ ὑπὸ Μωσέως ἀνείρηται. ἔχοι δ' ἂν καὶ ἄλλην ἡ προσηγορία διάνοιαν, εἰς τὸ ἐρυθρὸν μεταλαμβανομένη, καὶ τὴν τοῦ σώματος παριστῶσα φύσιν. ἀλλὰ τὸν μὲν γεώδη, καὶ γήϊνον, καὶ γηγενῆ, ἢ τὸν σωματικὸν καὶ σάρκινον ἄνθρωπον, τῷ τοῦ Ἀδὰμ ἐπεσημήνατο προσρήματι. καλοῦσι δὲ καὶ ἄλλως παῖδες Ἑβραίων τὸν ἄνθρωπον, Ἐνὼς ἐπονομάζοντες, ὃν δή φασιν εἶναι τὸν ἐν ἡμῖν λογικόν, ἕτερον ὄντα τὴν φύσιν τοῦ γεώδους Ἀδάμ. διάνοιαν δὲ περιέχει καὶ ὁ Ἐνὼς οἰκείαν, ἐπιλήσμων τῇ Ἑλλήνων ἑρμηνευόμενος φωνῇ. τοιοῦτον δὲ πέφυκεν ὑπάρχειν τὸ ἐν ἡμῖν λογικόν, τῆς πρὸς τὸ θνητὸν καὶ ἄλογον συμπλοκῆς ἕνεκα. τὸ μὲν γὰρ πάντη καθαρόν, καὶ ἀσώματον, καὶ θεῖον, καὶ λογικόν, οὐ μόνον τῶν πρόσθεν γενομένων τὴν μνήμην, ἀλλὰ καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι τὴν γνῶσιν, δι' ἄκραν ἀρετὴν θεωρίας περιείληφε. τὸ δ' ἐν σαρξὶ πεπλημμένον, ὀστέοις τε καὶ νεύροις καταπεπαρμένον, ὄγκον τε μέγαν καὶ βαρὺν ἐπηχθισμένον τὸ σῶμα, λήθης πολλῆς καὶ ἀμαθείας συνειδὼν ὁ παρ' Ἑβραίοις λόγος, εὐθυβόλως κέκληκε προσρήματι, Ἐνὼς ἐπονομάσας, ὅπερ δηλοῖ τὸν ἐπιλήσμονα. κεῖται γοῦν παρά τινι Προφήτῃ, Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἀνθ' οὗ τὸ Ἑβραϊκὸν ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης τοῦ ἀνθρώπου κλήσεως, τὸ Ἐνὼς περιείληφεν· ὡσεὶ ἔλεγε σαφέστερον, τί οὗτός ἐστιν ὁ ἐπιλήσμων, ὅτι σὺ ὦ Θεὲ μιμνήσκῃ αὐτοῦ, καὶ ταῦτα ὄντος ἐπιλήσμονος;

γρ. καταπεπαρμένον.

pag. [illegible]

λήσμονος, τὸ δέ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου, ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν, ἢ υἱὸς Ἀδὰμ κεῖται παρὰ τοῖς δηλουμένοις. ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν καὶ Ἀδὰμ καὶ Ἐνώς· τοῦ μὲν σαρκικοῦ διὰ τοῦ Ἀδάμ, τοῦ δὲ λογικοῦ διὰ τοῦ Ἐνὼς παριστωμένου. Καὶ τὰ μὲν Ἑβραίων λόγια οὕτω πως διαιρεῖ τὴν ἐτυμολογίαν. ὁ δὲ Πλάτων τὸν ἄνθρωπον τῇ Ἑλλήνων φωνῇ παρὰ τὸ ἀναθρεῖν φησι „κεκλῆσθαι, λέγων, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἅμα ἑώ„ρακε, τοῦτο δέ ἐστιν ὄπωπε, καὶ ἀναθρεῖ καὶ λο„γίζεται τοῦτο ὃ ὄπωπεν, ἵνα ᾖ ἀναθρῶν ἃ „ὄπωπε. πάλιν Ἑβραῖοι τὸν ἄνδρα Ις καλοῦσι. παρῆκται δὲ αὐτοῖς τοὔνομα, ἀπὸ τοῦ Ες, δι' οὗ σημαίνουσι τὸ πῦρ, ἵνα ᾖ παρὰ τὸ θερμὸν καὶ διάπυρον τῆς τοῦ ἀνδρὸς φύσεως ὁ ἀνὴρ ὠνομασμένος. ἡ δὲ γυνὴ ἐπείπερ εἴρηται ἐκ τοῦ ἀνδρὸς εἰλῆφθαι, καὶ τὴν προσηγορίαν ἐπικοινωνεῖ τῷ ἀνδρί. Ισσὰ γὰρ ἡ γυνὴ λέγεται παρ' αὐτοῖς, ὥσπερ Ις ὁ ἀνήρ. Ὁ δὲ „Πλάτων τὸν ἄνδρα παρὰ τὴν ἄνω ῥοὴν ὀνο„μάζεσθαι λέγει καὶ ἐπιλέγει· ἡ δὲ γυνή, „γονή μοι φαίνεται βούλεσθαι εἶναι. πάλιν Μωσῆς τὸν οὐρανὸν ἐτύμως τῇ Ἑβραίων γλώσσῃ, στερέωμα προσαγορεύει, παρὰ τὸ πρῶτον εἶναι, μετὰ τὴν ἀσώματον καὶ νοερὰν οὐσίαν, τοῦδε τοῦ κόσμου στερεὸν καὶ αἰσθητὸν σῶμα. ὁ δὲ Πλάτων τῷ οὐρανῷ φησιν ὀρθῶς ὄνομα κεῖσθαι, διὰ τὸ ἄνω ὁρᾶν ποιεῖν. πάλιν Ἑβραῖοι τῷ μὲν ἀνωτάτω τοῦ Θεοῦ κύριον ὄνομα ἄρρητον εἶναι καὶ ἀφθεγκτον, οὐδὲ φαντασίᾳ διανοίας ληπτόν· αὐτὸ δὲ τοῦτο καθ' ὃ Θεὸν ὀνομάζομεν, Ελωὶμ καλοῦσι, παρὰ τὸ Ηλ, ὡς ἔοικε· τοῦτο δὲ ἑρμηνεύουσι ἰσχύν, καὶ δύναμιν· ὥστ' εἶναι τοῦ Θεοῦ τοὔνομα παρ' αὐτοῖς, ἀπὸ τῆς ἀμφ' αὐτὸν δυνάμεώς τε καὶ ἰσχύος ἐπιλελογισμένον, δι' ἧς νοεῖται παντοδύναμος, καὶ πάντα ἰσχύων, ὡς ἂν τὰ πάντα συνεστησάμενος. ὁ δὲ Πλάτων Θεὸν καὶ Θεούς, παρὰ τὸ θεῖν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν, τοὺς ἐν οὐρανῷ φωστῆρας κεκλῆσθαί φησι. Τοιαῦτα δή τινα, ὡς ἐν τύπῳ φάναι, τὰ παρ' Ἑβραίοις καὶ παρὰ Πλάτωνι, περὶ ὀρθώσεως ὀνομάτων διηκρίβωται. καὶ τὰς ἐν ἀνθρώποις δὲ προσηγορίας μετά τινος διανοίας φησὶν ὁ Πλάτων τεθεῖσθαι καὶ τόν γε λόγον ἀποδιδόναι πειρᾶται. οὐκ οἶδ' ὅπως τὸν μὲν Ἕκτορα κεκλῆσθαι εἰπών, ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ κρατεῖν, διὰ τὸ βασιλέα εἶναι τῶν Τρώων. τὸν δὲ Αγα-

Aaut filius hominis, qvoniam visitas eum? Hebræi legunt, *Aut filius Adam.* Ita cum unum & eundem vox utraqve significet, corporeus tamen Adami, Enos vero nomine, ratione præditus designatur. Atque hunc in modum Hebraicæ literæ ambarum vocum etymologiam distingvunt. At vero Plato, ἄνθρωπον, hominem Græca lingva παρὰ τὸ ἀναθρεῖν, a contemplando nominatum esse contendit; Homo enim, inquit, simulatqve vidit aliqvid, (ὄπωπε Græci dicunt) id ipsum qvod viderit, contemplatur ac secum ipse B reputat, ut ἄνθρωπος dicatur, qvasi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, contemplans ea, qvæ viderit. Virum præterea Hebræi vocant Is: qvod nomen ab Es, qvod ignem significat, derivatur. ut viri nomen ab calida & ignea viri natura inditum fuerit. Mulier vero, uti ex viro sumpta perhibetur, ita in ejus nominis communionem vocata est. Issa enim ab illis nuncupatur, ut Vir Is. At Plato, cum ἄνδρα virum, παρὰ τὴν ἄνω ῥοήν, hoc est ab superiore defluxu dictum esse defendit, tum ita subjungit, γυνὴ autem, mulier, qvasi γονή, fœtus, aut semen appellata mihi videtur. Rursus Moses cœ- C lum vere ac proprie firmamentum Hebraica voce nuncupat, qvod secundum illam corporis expertem intelligentemqve naturam, primum hujus mundi firmum sit corpus sensuqve perceptum. At Plato, rite οὐρανῷ cœlo id nominis inditum esse ait, qvod τὸ ἄνω ὁρᾶν, hoc est uti suspiciamus efficiat. Hebræi nomen summæ illius Dei naturæ proprium, nec ulla voce repræsentari, nec animi cogitatione comprehendi posse cum statuant; qvod a nobis Dei nomine exprimitur, id ipsum Eloim dicere consveverunt, ab El, ut D videtur, qvod apud illos robur potestatemque significat: ut Dei nomen apud ipsos ab ejus potestate ac robore derivetur, unde illum omnia omnino posse, utpote qvi molitus omnia fuerit, intelligimus. At Plato Deum atqve Deos, θεὸν καὶ θεούς nominatos esse mavult, qvod illa cœli sidera θεῖν id est currere videamus. Atqve ita Hebræi simul atqve Plato, rem enim adumbrasse satis est, de recta nominum impositione statuerunt. Qvinetiam ipsas qvoque hominum appellationes certo consilio inditas fuisse Plato confirmat, & rationem earum aliqvam afferre conatur. Itaqve Hectorem nescio qvo pacto, qvod Rex Trojanorum esset, ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ κρατεῖν, qvæ habere ac imperare significant, appellatum esse conjicit: Agamemno-

Psal. 8.

nem vero, διὰ τὸ ἄγαν μένειν, quod nimium perstiterct, atque in iis, quæ adversus Trojanos susceperat, consiliis firmiter admodum & constanter hæreret. Sic Orestem, διὰ τὸ ὀρεινὸν, quod montanis, hoc est agrestibus ac feriuis; Atreum, διὰ τὸ ἀτηρὸν, quod perniciosis ac pestiferis moribus esset: Pelopem, qvod non ea, qvæ semota longius, sed ea duntaxat, qvæ πέλας, hoc est propinqviora essent, videret: Tantalum quasi ταλάντατον, miserrimum, ob earum, qvibus oppressus est, miseriarum magnitudinem. Ista qvidem, aliaque sexcenta a Platone dicta reperias, qvibus nomina primis illis hominibus non pro arbitrio, sed pro naturæ conditione imposita docere conatur. At enimvero qvæ apud Mosem leguntur, ea nunquam aut coacta dixeris, aut arguta illa Sophistarum in cudendis voculis arte conficta. Agnosces videlicet, qvem Hebræi Cainum vocant, æmulationem apud Græcos significare, qvo nomine appellatus nefarius homo fuerit, qvod adversus fratrem æmulatione invidiaqve flagraret. Abelem contra luctum sonare, qvod parentibus suis luctum attulisset: qvi diviniore quodam instinctu consilioqve permoti ejusmodi liberis suis nomina indiderint. Qvid si Abraamum proferam? Ille nimirum antea, dum sapientiam Chaldaicam profiteretur, in rerum superiorum disputatione occupatus, atque in siderum, qvæque ad cœlum pertinent, omnium contemplatione assiduus, Abram vocabatur, qvæ vox Græce sublimem parentem significat. At Deus, cum eundem a rerum nostrarum consvetudine, ad illustriorum illarum, qvæque aspectabiles omnes superant, commercium evcheret, peropportunam ejus nominis mutationem instituit, his verbis, *Non amplius vocabitur nomen tuum Abram, sed Abraam erit nomen tuum, quia patrem multarum gentium posui te:* Cujus oraculi vim atque sententiam explicare longum esset. Verum satis hoc etiam loco fuerit hanc ad veritatem Platonis suffragium adjungere, qvi diviniore aliqva vi nomina qvædam imposita fuisse pronunciat. Sic enim ad verbum ipse, Hic enim, inqvit, maxime, præcipuum qvoddam in nominibus rite imponendis adhibitum studium fuisse decet: imo ex iis etiam nonnulla fortasse, vi quadam nostra hac longe diviniori constituta sunt. At illud ipsum divinæ literæ longe sane luculentius uberiusque confirmant, ac Moses ipse præ cæteris, qvi divinitus Abraamum, ejusqve filium

Cainus unde dictus?

Abel unde?

Abraamus unde?

Gen.17.5.

A μέμνονα, διὰ τὸ ἄγαν μένειν, καὶ τοῖς δόξασι περὶ τῆς Τρώων ἀτόνως καὶ καρτερῶς παραμένειν· τὸν δὲ Ὀρέστην, διὰ τὸ ὀρεινὸν, καὶ ἄγριον, καὶ θηριῶδες τοῦ τρόπου· καὶ τὸν μὲν Ἀτρέα, διὰ τὸ ἀτηρόν τινα γεγονέναι τὸ ἦθος· τὸν δὲ Πέλοπα, οἷόν τινα οὐ τὰ πόρρω, ἀλλὰ μόνα τὰ πέλας καὶ ἐγγὺς ὁρῶντα· τὸν δὲ Τάνταλον, ταλάντατόν τινά φησι, διὰ τὰ περὶ αὐτὸν δυστυχήματα, σημαίνειν. ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα μυρία ἄλλα εὕροις ἂν

B εἰρημένα τῷ Πλάτωνι, φύσει τεθεῖσθαι, ἀλλ' οὐ θέσει τοῖς πρώτοις τὰ ὀνόματα διδάσκειν πειρωμένῳ. ἀλλ' οὐ καὶ τὰ παρὰ Μωσεῖ βεβιασμένα ἂν εἴποις, οὐδέ γε κατά τινα σοφιστικὴν εὑρεσιλογίαν πεποιημένα· μαθὼν ὡς ὁ μὲν παρ' Ἑβραίοις Καΐν, ζῆλος παρ' Ἕλλησι μεταλαμβάνεται· τούτου δ' ἠξιώθη τοῦ προσρήματος ὁ δηλούμενος, διὰ τὸ ζηλῶσαι τὸν ἀδελφὸν τὸν Ἄβελ. καὶ ὁ Ἄβελ δὲ ἑρμηνεύεται πένθος, οὗ τοιοῦδε πάθους γεγονὼς ὁ αὐ-

C τὸς τοῖς γονεῦσιν αἴτιος, οἳ κατά τινα θειοτέραν παρορμήθησαν γινομένοις τοῖς παισὶ ταύτας τέθεινται τὰς ἐπωνυμίας. τί δ' εἴ σοι τὸν Ἀβραὰμ παραφέροιμι; μετεωρολόγος τις οὗτος, καὶ τῆς τῶν ἄστρων θεωρίας, τῶν τε κατ' οὐρανὸν μαθημάτων εἰδήμων τὸ πρὶν, ὅτε τῆς Χαλδαϊκῆς μετεποιεῖτο σοφίας, γεγονὼς, Ἀβρὰμ ἐκαλεῖτο· τοῦτο δ' Ἑλλήνων φωνῇ πατέρα μετέωρον σημαίνει. ἀλλ' ὁ Θεός γε αὐτὸν, τῶν τῇδε ἐπὶ τὰ ἐπιφανῆ καὶ τῶν ὁρωμένων ἐπέκεινα περαίρων, αἰσθη-

D βόλῳ κέχρηται μετωνυμίᾳ· Οὐκέτι, φήσας, κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἀβρὰμ, ἀλλὰ Ἀβραάμ. ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε. Τοῦτο δ' ὁποίας ἔχεται διανοίας, μακρὸς ἂν εἴη λόγος. ἀπαρκεῖ δὲ κἀν τούτῳ τὸν Πλάτωνα μάρτυρα τοῦ λόγου παραθέσθαι, ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως ἔνια τῶν ὀνομάτων τεθεῖσθαι φάσκοντα. λέγει δ' οὖν αὐτοῖς ῥήμασιν· Ἐσπουδάσθαι γὰρ ἐνταῦθα μάλιστα πρέπει τὴν θέσιν τῶν ὀνομάτων· ἴσως δὲ ἔνια αὐτῶν καὶ ὑπὸ θειοτέρας δυνάμεως, ἢ τῆς τῶν ἀνθρώπων, ἐγενήθη. τοῦτό γε τοι αὐτὸ διὰ πλειόνων καὶ ἡ παρ' Ἑβραίοις ἱερὰ πιστοῦται γραφὴ πρῶτός τε Μωσῆς ἁπάντων, ὃς ἐκ θειοτέρας δυνάμεως τὸν Ἀβραὰμ, καὶ τὸν τούτου παῖδα

al. αὐτὸ.

Pag. 391.

τὸν Ἰσαὰκ, καὶ ἔτι τὸν Ἰσραὴλ ἐπωνομάσθαι ἐδίδαξε. γέλως δὲ ὁ Ἰσαὰκ ἑρμηνεύεται, τὸ τῆς ἐναρέτου χαρᾶς ἐπαγόμενος σύμβολον, ἣν τοῖς θεοφιλέσι γέρας ἐξαίρετον δώσειν ὁ Θεὸς ἐπήγγελται. ὁ δὲ τούτου παῖς Ἰσραὴλ, τὴν μὲν πρὶν τὸ τοῦ Ἰακὼβ ὄνομα ἐπενηνεγμένος, ἀντὶ δὲ τοῦ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς αὐτῷ τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ὄνομα δωρεῖται, τὸν ἀσκητὴν καὶ πρακτικὸν ἐπὶ τὸν θεωρητικὸν μεταστησάμενος. πτερνιστὴς γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἑρμηνεύεται, ὡς τὸν ἀρετῆς ἐναθλῶν ἀγῶνα· Ἰσραὴλ δὲ ὁρῶν Θεὸν, ὁποῖος ἂν εἴη ὁ γνωστικὸς καὶ θεωρητικὸς ἐν ἀνθρώπῳ νοῦς. Τί με δεῖ νῦν τοῦ πανσόφου Μωσέως, ἢ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἱερῶν λόγων, διὰ μυρίων ἄλλων τὴν ὀρθότητα τῆς τῶν οἰκείων ὀνομάτων θέσεως ἐξαπλοῦν, μακροτέρας σχολῆς δεομένων τῶν κατὰ τὸν τόπον; αὐτίκα δὴ καὶ τῶν πρώτων τῆς γραμματικῆς στοιχείων, Ἕλληνες μὲν οὐκ ἂν ἔχοιεν τὰς ἐτυμολογίας εἰπεῖν, οὐδ' αὐτός γ' ἂν φαίη Πλάτων τὸν λόγον ἢ τὸν λογισμὸν τῶν φωνηέντων, ἢ τῶν συμφώνων. Ἑβραίων δ' ἂν εἴποιεν παῖδες τοῦ τε Ἄλφα τὴν αἰτίαν, ὃ παρ' αὐτοῖς καλεῖται Ἀλφ, τοῦτο δὲ σημαίνει μάθησιν· καὶ τοῦ Βῆτα, ὅπερ Βὴθ φίλον αὐτοῖς προσαγορεύειν, οὕτω δὲ τὸν οἶκον ὀνομάζουσιν· ὥστε δηλοῦν τὴν διάνοιαν, μάθησις οἴκου· ὡσεὶ σαφέστερον ἐλέγετο, διδαχή τις καὶ μάθησις οἰκονομίας. καὶ τὸ Γάμμα δὲ παρ' αὐτοῖς τρίτον, κέκληται Γίμελ· οὕτω δὲ τὴν πλήρωσιν ὀνομάζουσιν. εἶτ' ἐπειδὴ τὰς δέλτους Δέλθ καλοῦσι, τὸ τέταρτον στοιχεῖον οὕτω προσεῖπον, ὁμοῦ διὰ τῶν δύο στοιχείων σημαίνοντες, ὅτι ἡ ἔγγραφος μάθησις πλήρωσίς ἐστι δέλτων. ἐπιὼν δέ τις καὶ τὰ λοιπὰ τῆς Γραμματικῆς στοιχεῖα, μετά τινος αἰτίας καὶ λογισμοῦ εὕροι ἂν ἕκαστα παρ' αὐτοῖς ὠνομασμένα. ἐπεὶ καὶ τῶν ἑπτὰ φωνηέντων τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σύνθεσιν, μιᾶς τινος ἀπορρήτου προσηγορίας περιέχειν φασὶν ἐκφώνησιν, ἣν διὰ τεσσάρων στοιχείων παῖδες Ἑβραίων σημειούμενοι, ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω τοῦ Θεοῦ δυνάμεως κατατάττουσιν, ἄλεκτόν τι τοῖς πολλοῖς καὶ ἀπόρρητον τοῦτ' εἶναι παῖς παρὰ πατρὸς εἰληφότες. Καὶ τῶν παρ' Ἕλλησι δὲ σοφῶν, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν τις τοῦτο μαθὼν ᾐνίξατο, ὧδέ πη δι' ἐπῶν φήσας,

A Iſaacum, nec non & Iſraelem appellatos eſſe teſtatur. Et riſum qvidem Iſaacus ſignificat, ut hoc ſuo nomine caſtam illam ſanctamqve lætitiam repræſentaret, qvam amicis ſuis Deus tanqvam ſingulare munus ac præmium pollicetur. Ejusdem filius Iſrael, cum antea Jacobi nomen habuiſſet, abs Deo poſtea Iſraelis nomen accepit, ex actuoſo & laborioſo homine contemplator effectus. Nam Jacobus ſane calce impetentem ſonat, quaſi virtutis certamine defungentem: At B Iſrael, eum, qvi Deum videt, ſignificat, cujusmodi mens hominis eſſe debeat, qvæ in cognitione & contemplatione verſetur. Sed enim quid attinet hoc loco, vel Moſis illius ſapientiſſimi, vel ſacrarum apud Hebræos literarum, ſummam in propriis nominibus imponendis maturitatem atqve ſolertiam, ſexcentis aliis exemplis illuſtrare, cum hoc diſputationis genus longe majus otium deſideret? Enimvero ne primorum quidem, quæ ipſo ſtatim initio ſe ſe offerunt, Grammatices elementorum, Græci homi-C nes notationem afferre poſſint: qvin hæreat etiam ipſe Plato, ſi vocalium aut conſonantium explicanda ratio atqve appellatio ſit. At vero Hebræi eam in promptu habent. Nam Alpha quidem, qvod Alph ipſi vocant, diſciplinam ſignificat: Betha vero, qvod Beth appellare ſolent, domum ſonat: utrumque ſententiam hanc efficit, Diſciplina domus: quaſi apertius diceretur, Doctrina quædam ſeu diſciplina rei domeſticæ. Gamma, qvod ipſis quoqve tertium Elementum eſt, Gimel dicunt, eoqve plenitudinem quandam ſignificant. Tum quoniam δέλτους hoc eſt ta-D bulas, Delth nominant, quarto elemento idem etiam nomen indidere, ut ambarum literarum conjunctione doceant, comprehenſam ſcripto diſciplinam, tabularum plenitudinem eſſe. Atqve ita deinceps elementa Grammaticæ reliqva, nominis quoqve ſui reperies propriam apud Hebræos ac ſingularem habere rationem. Nam & ſeptem qvoque vocalium inter ſe ſe commiſſionem, ejusmodi nomen efficere volunt, qvod explicari voce non poſſit, quodqve Hebræi quatuor elementis incluſum ſummæ Dei poteſtati exprimendæ attribuunt, ſic tamen ut idem proferri vulgo non poſſe longa ſerie poſteri a majoribus acceperint. Et vero, unus etiam aliquis e Græciæ Sapientibus, id ipſum, unde unde hauſerit, ſubobſcure his verſibus adumbravit,

Me septem interitus expers vocalia A *Numen,*
Cunctorumque Patrem septem Elementa vocant.
Idem æterna Chelys rerum, quæque ordine jussit
Constantique Polum ducere lege modos.

Cæterorum item apud Hebræos elementorum significationes, si enucleare singula volueris, omnino reperies: qvod ipsum jam a nobis antea præstitum est, cum nihil non Græcos a Barbaris accepisse demonstraremus. Postremo qvi Hebræorum lingvam rimari diligentius scrutariqve voluerit, is profecto summam qvandam apud illos nominum proprietatem esse cognoscet. Atqve id ipsi vel ex unico Gentis universæ nomine constare potest, qvod ab Hebere derivatur. Transeuntem enim significat, cum & transitum & transeuntem Hebraica lingva voce unica Heber appellet. Et ea quidem nominis hujus ratio est, uti ab rerum præ- C sentium vanitate ad divinarum studia se se conferre, nec in eorum, quæ videntur, contemplatione ullo modo acquiescere ac sistere, sed ab iis potius ad semota illa penitusque recondita de Universi Conditore ac Molitore, Theologiæ mysteria transire doceantur. Ita plane primos illos, qui se se præpotenti rerum omnium Moderatori Auctorique Deo consecrarent, & sinceram veramque religionem diligenter excolerent, Hebræos, quasi mente transeuntes ac trajicientes nuncuparunt. Sed quorsum in colligenda nominum apud Hebræos omnium proprietate, D maturaqve admodum impositione diutius immoremur, cum ad hanc quæstionem integra quædam ac singularis opera requiratur? Cæterum, mihi quidem videor, quomodo saltem informanda re fieri potuit, Hebræorum in disserendo vim atque facultatem, vel paucis iis, quæ abs me commemorata sunt, satis illustrasse: siquidem ea Platonis sententia placet, dum is plebejorum ac vulgarium hominum esse negat, propria nativaque rerum nomina invenire, sed tantum sapientis Legislatoris, & scienter periteque raciocinantis, qvalem profecto cum Mosem ipsum, tum Hebraicorum oraculorum vim esse demonstravi. Qvid ergo proximum est, nisi ut qvemadmodum ipsi de rerum natura philosophati sint, exqviramus?

„ Ἑπτά με φωνήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ
„ Γράμματα, τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα.
„ Εἰμὶ δ' ἐγὼ πάντων χέλυς ἄφθιτος, ἣ τὰ λυρώδη
„ Ἡρμοσάμην δίνης οὐρανίοιο μέλη.

Εὕροις δ' ἂν καὶ τῶν λοιπῶν παρ' Ἑβραίοις στοιχείων, ἐπιστήσας ἑκάστῳ, τὰ σημαινόμενα. ὅπερ δὲ ἤδη καὶ διὰ τῶν πρόσθεν ἡμῖν συνέστη, ὁπηνίκα παρὰ βαρβάρων τὰ πάντα ὠφελῆσθαι τοὺς Ἕλληνας ἀπεδείκνύομεν. πολλὴν δ' ἂν τις καταμάθοι, τὴν Ἑβραίων γλῶτταν πολυπραγμονῶν, ὀνομάτων ὀρθότητα παρὰ τοῖς ἀνδράσι φερομένην· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τοῦ παντὸς ἔθνους τὸ προσηγορικὸν ὄνομα, ἀπὸ τοῦ Ἕβερ τὸ παρώνυμον εἴληφε. σημαίνει δὲ τοῦτο, τὸν διαπερῶντα· ἐπεὶ καὶ διάβασις καὶ διαπερῶν, τῇ Ἑβραίων φωνῇ Ἕβερ ὀνομάζεται. διδάσκει δὲ ὁ λόγος, περᾶν καὶ διαβαίνειν ἀπὸ τῶν τῇδε ἐπὶ τὰ θεῖα, μηδαμῶς τε ἐναπομένειν καὶ ἵστασθαι ἐπὶ τῇ θέᾳ τῶν ὁρωμένων· ἀπὸ δὲ τούτων, ἐπὶ τὰ ἀφανῆ καὶ ἀόρατα τῆς περὶ τοῦ τῶν ὅλων Ποιητοῦ τε καὶ Δημιουργοῦ Θεολογίας διαβαίνειν. ταύτῃ τοι τοὺς πρώτους μόνῳ τῷ πανηγεμόνι καὶ αἰτίῳ τῶν ὅλων ἀνακειμένους, εὐσεβείᾳ τε καθαρᾷ καὶ ἀληθεῖ προσανέχοντας, Ἑβραίους ἐφώνουν, περατικούς τινας καὶ διαβεβηκότας τῇ διανοίᾳ, τοὺς τοιούτους ἀποκαλοῦντες. καὶ τί με δεῖ ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν, τὰ πάντα συνάγοντα τῆς τῶν Ἑβραίων ὀνομάτων ὀρθότητός τε καὶ ἀκριβείας, τοῦ προβλήματος οἰκείας δεομένου πραγματείας; πλὴν ὡς ἐν τύπῳ φάναι, ἡγοῦμαι καὶ διὰ τῶν λεχθέντων τῆς παρ' Ἑβραίοις λογικῆς διδασκαλίας τὴν ἀπόδειξιν παρεσχηκέναι· εἰ δὴ κατὰ τὸν Πλάτωνα, οὐ φαύλων τῶν ἀνδρῶν οὐδὲ τῶν τυχόντων, ἀλλὰ σοφοῦ καὶ διαλεκτικοῦ τινος Νομοθέτου, φύσιν ὀνομάτων οἰκείαν τοῖς πράγμασιν εὑρέσθαι, οἷος ἡμῖν ὁ Μωσῆς καὶ τὰ Ἑβραίων ἀποδέδεικται λόγια. τί δὴ οὖν μετὰ τὰ λογικὰ ἕπεται, ἢ τὰ φυσικὰ ἐπισκέψασθαι, ὅπως ποτὲ καὶ περὶ ταῦτα εἶχον Ἑβραίων παῖδες;

ς. A VII.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘ' ΕΒΡΑΙΟΥΣ Φυσιολογίας.

ΚΑΙ τὸ τρίτον δὲ μέρος τῆς καθ' Ἑβραίους φιλοσοφίας· τοῦτο δ' ἦν τὸ φυσικὸν, διαιρούμενον καὶ παρ' αὐτοῖς εἴς τε τὴν τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων ἐποπτείαν, καὶ εἰς τὴν τῶν αἰσθητῶν φυσιολογίαν· οἱ κατὰ πάντα τέλειοι Προφῆται ᾔδεσάν τε, καὶ τοῖς οἰκείοις, ὅτε δὴ καιρὸς ἐκάλει, κατεμίγνυον λόγοις· οὐ στοχασμοῖς καὶ θνητῆς διανοίας ἐπιτηδεύσει μαθόντες, οὐδ' ἐπὶ διδασκάλοις ἀνδράσι σεμνυνόμενοι, θεοφορήσει δὲ κρείττονος δυνάμεως, καὶ θείου πνεύματος ἐπινοίᾳ τὴν γνῶσιν ἀναπιθέντες. ἔνθεν μυρία μὲν αὐτοῖς περὶ τῶν μελλόντων τεθέσπιστο, μυρία δὲ περὶ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως πεφυσιολόγητο· καὶ αὖ πάλιν, μυρία περὶ ζώων φύσεως διείληπτο· πλεῖστα δὲ ὅσα καὶ περὶ φυτῶν ταῖς οἰκείαις ἕκαστοι προφητείαις κατεβέβλητο. Μωσῆς δὲ καὶ λίθων δυνάμεις εὖ μάλα ἐξεπιστάμενος, οὐ παρέργως ἐπὶ τῆς τοῦ Ἀρχιερέως στολῆς, τῇ τούτων κέχρητο θεωρίᾳ· καὶ αὖ πάλιν Σολομὼν, εἰ καὶ τις ἄλλος, ἐν τῇ τούτων διαπρέψαι φυσιολογίᾳ, πρὸς τῆς θείας μαρτυρεῖται γραφῆς, ὧδε περιεχούσης· Καὶ ἐλάλησε Σολομὼν τρισχιλίας παραβολὰς, καὶ ἦσαν ᾠδαὶ αὐτοῦ πεντακισχίλιαι, καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν ξύλων, ἀπὸ τῆς Κέδρου τῆς ἐν τῷ Λιβάνῳ, καὶ ἕως τῆς Ὑσσώπου τῆς ἐκπορευομένης διὰ τοῦ τοίχου. καὶ ἐλάλησε περὶ τῶν κτηνῶν, καὶ περὶ τῶν πετεινῶν, καὶ περὶ τῶν ἑρπετῶν, καὶ περὶ τῶν ἰχθύων. καὶ παρεγένοντο πάντες οἱ λαοὶ ἀκοῦσαι τῆς σοφίας Σολομῶντος, καὶ ἐλάμβανε δῶρα παρὰ πάντων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, ὅσοι ἤκουσαν τῆς σοφίας αὐτοῦ. ἐντεῦθεν ὁρμώμενος καὶ ὁ τὴν πανάρετον σοφίαν εἰς αὐτοῦ πρόσωπον ἀναθεὶς, ἔφη· Αὐτὸς γάρ μοι ἔδωκε τῶν ὄντων γνῶσιν ἀψευδῆ, εἰδέναι σύστασιν κόσμου, καὶ ἐνέργειαν στοιχείων, ἀρχὴν καὶ τέλος, καὶ μεσότητα χρόνων, τροπῶν ἀλλαγὰς, καὶ μεταβολὰς καιρῶν, ἐνιαυτοῦ κύκλους, καὶ ἀστέρων θέσεις, φύσεις ζώων, καὶ θυμοὺς θηρίων, πνευμάτων βίας, καὶ διαλογισμοὺς ἀνθρώπων, καὶ διαφορὰς φυτῶν, καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἀφανῆ, ἔγνων.

DE NATURALI *Hebræorum Philosophia.*

TERTIAM hanc Hebraicæ Philosophiæ partem, quæ naturalis vocatur, Cap. v. Trap.
quæque ab iisdem quoque, in rerum sola mente perceptarum, & corporis omnis expertium contemplationem, & in earum, quæ sensibus usurpantur, tractationem dividitur, laudatissimi Prophetæ cum noverant ipsi per sese, tum, ubi postularet occasio, suis passim oraculis aspergebant:
B quam illi tamen neque conjecturis quibusdam, aut mortalis cogitationis industria didicerant, neque ullius sese humani præceptoris auctoritate jactabant: sed divinæ cuidam superioris potestatis vi, divinique Spiritus afflatui totam illam cognitionem acceptam ferebant. Quem illi quidem secuti, ut de rebus futuris infinita divinitus prædixerunt, sic etiam & de universi molitione infinita, quo modo natura postulabat, disputarunt, & de animantium ipsarum naturis infinita tractarunt; quibus & sexcenta de plantis in suis quique Prophetiis addiderunt. Et sane Moses, qui lapidum
C etiam vires apprime calleret, non obiter aut perfunctorie, cum de summi Sacerdotis cultu dissereret, in eorum consideratione versatus est. At vero Salomon, si quisquam alius, in hac physiologiæ parte, summam omnino laudem est, vel ipso divinæ Scripturæ testimonio, consecutus. Sic enim illa: *Locutus est quoque Salomon,* 3. Reg. 4.
inquit, *tria millia parabolas, & fuerunt carmina ejus quinque & mille. Et disputavit super lignis, à cedro, quæ est in Libano, usque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete. Et disseruit de jumentis, & volucribus, & reptilibus, & piscibus. Et veniebant de cunctis populis, ad audiendam sapientiam Salomonis, & accipiebat munera ab universis Regibus terræ, qui audie-* 32.
D *bant sapientiam ejus.* Atque hac ipse ratione commotus, dum parentem illam virtutis omnis sapientiam ejus beneficio tribueret, hunc in modum loquebatur, *Ipse enim,* inquit, *dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram, ut sciam constitutionem mundi, & virtutes elementorum, initium, & consummationẽ, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum, anni cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa, & improvisa, didici.* Sap. 7. 17.

omnium enim artifex docuit me Sapientia. Rursus idem ille Salomon de fluxa corporum natura disputans in Ecclesiaste, *Vanitas*, inquit, *vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de universo labore suo, quo laborat sub sole?* Et paucis interjectis: *Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est. Nihil est sub sole novum.* Hæc ille, aliaque his similia de corporea natura philosophatus est. Cæteros etiam Hebræorum sapientes si percurrere volueris, eadem instructos scientia fuisse reperies. Nam de plantis, uti jam ante dixi, deque animantium, sive quæ in terra, sive quæ in aquis degunt, ac de ipsarum etiam volucrum natura plurima docuerunt. Imo de cœli quoque sideribus disputarunt, cum & Ursæ, & Pleiadum, & Orionis, & Arcturi, quem Arctophylacem, quasi Ursæ custodem, & Booten Græci vocare solent, crebra in eorum scriptis mentio habeatur. Quin etiam de orbis molitione, deque universi conversione ac mutatione, de animi excellentia, de omnium ratione præditorum, seu quæ videtur, seu quæ non videtur, naturæ procreatione, de providentia rerum universitatem complexa, atque ante hæc omnia de principe rerum omnium causa, nec non de secundo illarum principio, cæterisque omnibus, quæ sola mente percipiuntur, egregias inprimis & accuratas disputationes habuere. Ita profecto, citra omne aberrandi periculum, id pronunciare liceat, qui e Græcis postea in scrutanda rerum istarum natura versati sunt, eos, utpote juniores, priscorum illorum vestigiis institisse. Atque hæc a nobis de universi apud Hebræos Physiologia dicta sufficiant. Cæterum illi, cum duo tractationis hujus capita statuerent, alterum illud, quod res sensibus objectas complectitur, non subtiliter & enucleate vulgo explicandum, nec singularum naturæ causas plebejæ multitudini aperiendas putaverunt, nisi quantum necesse erat, ut omnes intelligerent, universum hoc neque per sese, neque casu ac temere, fortuito quodam impetu extitisse: at summi Moderatoris Dei ratione, & infinitæ Sapientiæ numine gubernari. Res autem illas quod attinet, quæ sola mente capiuntur, cum ejusmodi aliquas esse, tum illarum quoque gradum, vim, atque discrimen non modo sacræ passim literæ docuerunt, sed etiam ea promiscue semper omnibus audire licuit, quantum iis quidem nota esse de-

Ecclef. 1. 1.

Cap. VI. Thap.

A ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με Σοφία. πάλιν τε ὁ αὐτὸς Σολομὼν τὴν ῥευστὴν τῶν σωμάτων οὐσίαν φυσιολογῶν, ἐν Ἐκκλησιαστῇ φησι· ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ πάντα ματαιότης. τίς περισσεία τῷ ἀνθρώπῳ ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ, ᾧ μοχθεῖ ὑπὸ τὸν ἥλιον; καὶ ἐπιλέγει· τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον· καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον. καὶ οὐκ ἔστι πᾶν πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ταῦτα γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ τοιαῦτα πεφυσιολόγηται περὶ τῆς σωματικῆς οὐσίας. εὕροις δ' ἂν καὶ τοὺς ἄλλους Ἑβραίους ἐπὶ τῶν σοφοὺς, τῆς ὁμοίας B οὐκ ἀμοίρους ἐπιστήμης· φυτῶν γοῦν, ὡς ἔφην ἤδη πρότερον, μυρία καὶ ζώων πέρι, χερσαίων τε καὶ ἐνύδρων, καὶ προσέτι πτηνῶν φύσεως εἴρηται αὐτοῖς. καὶ μὴν καὶ περὶ τῶν ἐν οὐρανῷ ἀστέρων· ἐπεὶ καὶ Ἄρκτου, καὶ Πλειάδος, Ὠρίωνός τε καὶ Ἀρκτούρου, ὃν Ἀρκτοφύλακα καὶ Βοώτην Ἕλλησι φίλον ὀνομάζειν, μνήμη τις οὐκ ἠτυχοῦσα τοῖς τῶν δηλουμένων ἐμφέρεται γράμμασιν. C ἀλλὰ καὶ περὶ συστάσεως κόσμου, τά τε περὶ τῆς τοῦ παντὸς τροπῆς τε καὶ ἀλλοιώσεως, ψυχῆς " τε περιουσίας, καὶ λογικῶν ἁπάντων φύσεως ὁρωμένης τε, καὶ ἀφανοῦς δημιουργίας, τῆς τε καθόλου προνοίας, καὶ τούτων ἔτι πρότερον τὰ περὶ τοῦ πρώτου τῶν ὅλων αἰτίου, τῆς τε τοῦ δευτέρου θεολογίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν διανοίᾳ μόνῃ ληπτῶν, τοὺς λόγους καὶ τὰς θεωρίας εὖ καὶ ἀκριβῶς περιειλήφασιν· ὡς μὴ ἂν ἁμαρτάνειν τοὺς μετὰ ταῦτα παρ' Ἕλλησι τὴν τούτων φύσιν ἀνηρευνηκότας, " πρεσβύτας οἷα νεωτέρους κατηκολουθηκέναι φάναι. D Ταῦτα μὲν δὴ καὶ περὶ τῆς τοῦ παντὸς φυσιολογίας. Διχῆ δὲ καὶ περὶ τούτων διαστελλόμενοι λόγον, τὸν μὲν, περὶ τῶν αἰσθητῶν, οὐκ εἰς ἄκρον ᾤοντο δεῖν εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν, οὐδέ γε τὰς αἰτίας τῆς * δημῶδες πλῆθος ἐκδιδάσκειν, πλὴν ὅσον εἰδέναι, ὅτι τε μὴ ἀπηυτοματίσθαι τὸ πᾶν, μηδ' εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν ἐξ ἀλόγου φορᾶς ὑφέστηκεν· ἄγεται δ' ὑφ' ἡνιόχῳ Θεοῦ λόγῳ, καὶ δυνάμει Σοφίας ἀῤῥήτου διακυβερνᾶται. Περὶ δὲ τῶν νοητῶν, ὅτι μὲν ἔστι, καὶ τίνα, ὅπῃ τε διατάξεως ἔχει, δυνάμεώς τε, καὶ διαφορᾶς, εἴρηται μὲν, καὶ ταῖς ἱεραῖς βίβλοις ἐγκαταβέβληται, εἰς ἐξάκουστόν τε τοῖς πᾶσι παραδέδοται, καθ' ὅσον εἰδέναι χρὴν

pag. 507.

" ἴσ. περὶ οὐσίας.

" ἴσ. πρεσβύταις.

V. Noë.

τοὺς εὐσεβείας μεταποιουμένους, εἰς ἀνάληψιν εὐλαβοῦς καὶ σώφρονος βίου. Τὸν δὲ βαθὺν καὶ λεληθότα περὶ τούτων λόγον, ἐν ἀπορρήτοις ζητεῖν τε καὶ διδάσκεσθαι καταλίμπανον τοῖς οἵοις τε τὰ τοιάδε" μυῆσθαι. Βραχέα δὲ καὶ ὡς ἐν τύπῳ φάναι, οὐ ἂν ἔχοι καὶ τῆς τύπων διελθεῖν ἐποπτείας, τόν τε Πλάτωνα κἀν τούτῳ τὰ φίλα πεφρονηκότα τοῖς δηλουμένοις παραστῆσαι.

"ἴσ. μεμνῆσθαι.

A buerunt, qui pietatem profitentur, ut castigatioris & honestioris vitæ rationes intelligant. Sed tamen altiorem illum occultioremque sensum, quem includunt, iis duntaxat, qui ejus meminisse possent, sub arcanis verborum ac sententiarum involucris, quærendum discendumque reliquerunt. Atque hic operæ pretium fuerit, pauca quædam vel informandæ rei gratia, de hoc etiā altero genere disserere, quamque in eodem Hebræis affinia similiter ac genuina Plato senserit, demonstrare.

B

η. — VIII.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΝΟΗΤΩΝ φυσιολογίας.

DE RERUM SPIRITALIUM *physiologia.*

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς τῶν νοητῶν καὶ ἀσωμάτων παιδεύσεως καὶ θεωρίας, τῷ πανσόφῳ Μωσεῖ, καὶ τοῖς Ἑβραίων Προφήταις Πλάτων ὁ θαυμάσιος ἐπηκολουθηκώς, διὰ τῶν οἰκείων φωνῶν ἐστι δῆλος· εἴτ᾽ ἐξ ἀκοῆς εἰς αὐτὸν ἡκούσης μαθὼν, ἐπεὶ καὶ συνίσταται παρ᾽ Αἰγυπτίοις τηνικάδε τὰς διατριβὰς πεποιημένος, καθ᾽ ὃν Ἑβραῖοι τῆς οἰκείας δεύτερον ἀποπεσόντες γῆς, Αἰγυπτίοις ἐπεχωρίαζον, Περσῶν ἐπικρατούντων· εἴτε καὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ τῇ τῶν πραγμάτων ἐπιβαλὼν φύσει· εἴτε ὁπωσοῦν ὑπὸ Θεοῦ καταξιωθεὶς τῆς γνώσεως. ὁ Θεὸς γάρ φησιν, αὐτοῖς ἐφανέρωσε. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος δύναμις καὶ θειότης, εἰς τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀναπολογήτους. μάθοις δ᾽ ἂν τὸ εἰρημένον ὧδέ πῃ διασκοπούμενος.

ENIMVERO Platonem illum, quem tantopere omnes admirantur, in hac quoque rerum spiritalium & incorporearum doctrina & ratione explicanda, non modo sapientissimum Mosem, verum etiam alios Hebræorum Prophetas, secutum esse, vel ex ipsis ejus verbis manifeste constat: sive eam fama & auditione acceperit, cum certum sit, apud Ægyptios tunc temporis illum degisse, C cum Hebræi patria secundo pulsi, Persis dominantibus, in Ægypto versarentur: sive per sese propriam rerum naturam rimatus, sive quocunque modo in eam divinitus cognitionem perductus fuerit. *Deus enim*, inquit Apostolus, *ipsis manifestavit. Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, ipsa quoque ejus sempiterna virtus atque divinitas, ut sint inexcusabiles.* Tu vero facile hujus rei veritatem ex sequentibus intelligas. Rom. 1. 20.

D

θ. — IX.

p. 308. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΝΤΟΣ, ΜΩσέως καὶ Πλάτωνος.

DE ENTE, EX MOSIS *Platonisque doctrina.*

Μωσέως ἐν ταῖς ἱεροφαντίαις χρησμὸν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ φήσαντος, „Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. οὕτως ἐρεῖς τοῖς „υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑ„μᾶς· παραθεμένου δὲ καὶ τὸν Θεὸν μόνον ἄντικρυς ὄντα, καὶ τῆσδε κυρίως καὶ ἁρμοδίως ἠξιωμένον τῆς κλήσεως ἀποφηναμένου. πάλιν τε αὖ Σολομῶντος περὶ τῆς τῶν αἰσθητῶν καὶ σωματικῶν γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς αἰνι-

EIUSMODI oraculum Moses sacris in literis ex persona DEI pronunciat: *Ego sum, qui sum. Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos:* Atque ita Deum unum ex omnibus vere esse, ac genus hoc nominis in eum proprie solum apteque convenire, declarat. Similiter de rerum, quæ sensu percipiuntur, quæque corpore præditæ sunt, ortu simul atque interitu Salomon ita loquitur: Exod. 3. 14.

Eccl. 1. *Quid est, quod fuit? Ipsum quod futurum est. Nihil sub sole novum. Nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est: jam enim praecessit in seculis, quae fuerunt ante nos.* Iidem nobis consequenter id omne, quod est, in duo genera partiuntur, spiritale, sensuque perceptum: & spiritalia quidem corpore libera, sed à natura cum instructa ratione, tum interitus ac mortis expertia esse statuunt; contra vero sensibus obvia, in fluxu & corruptione, atque in assidua naturae suae mutatione versari. At universis unum ad principium caputq; revocatis, unum esse duntaxat, quod neq; ortum habuerit, & proprie solum vereq; sit, idemq; omnium omnino, seu corpore careant, seu cum eo conjuncta sint, causam atque principium esse decernunt. Jam vide tu mihi, quo pacto ex Hebraeorū literis non sententia modo, sed ipsis etiam vocibus verbisq; derasis, hoc sibi Plato dogma vendicet, uberius paulo rem ita declarans. Quid illud est, quod semper est, nec tamen ortum ullū habet? Quid illud contra, quod semper nascitur, & nunquam est? Prius illud quidem, quod semper atque eodem modo est, ab sola intelligentia cum ratione percipitur. Alterum hoc, quod oritur simul & occidit, neq; unquam vere est, in ea duntaxat, quā sensus ab omni ratione vacuus efficit, opinione versatur. Quid? an non illud Mosis oraculum, *Ego sum qui sum*, egregius Plato manifeste repraesentat, dum suis ipsum ita verbis exprimit: Quid illud est, quod semper est, nec tamen ortum ullū habet? Quod etiam candidius & apertius illustravit, dum ait, aliud quod sit, esse nihil, nisi quod non corporis oculis videatur, sed mēte sola capiatur. Nam ubi quaesivit, quid sit illud, quod est; ita respondet ipse sibi: Nimirum illud, quod ab sola intelligentia percipitur. Similiter, alterum hoc Salomonis: *Quid est quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est*: verbis pene totidem interpretatur, dum ait: Id autem, quod oritur simul & occidit, neque unquam vere est, in ea duntaxat, quam sensus ab omni ratione vacuus efficit, opinione versatur. Quibus etiam quae sequuntur, adjungit. Quippe, temporis enim, inquit, partes istae sunt, *erat*, atque, *erit*: quas imprudentes sempiternae etiam naturae injuria tribuimus. Vulgo enim ita loquimur, *erat*, *est*, *erit*: cum tamen ei solum, *est*, proprie vereque conveniat. *Erat*, autem, vel, *erit*, de ortu, qvi aliqvo tempore fiat, pronunciare decet, qvod utraqve voce motus aliqvis significetur. At qvod eodem se modo semper ac citra motum ullum habeat, idpropter ipsum tempus neq; vetustius unquam, neq; recentius fieri potest:

πόντος, τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον. καὶ οὐκ ἔστι πᾶν πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον. ὃς λαλήσει καὶ ἐρεῖ, ἴδε, τοῦτο καινόν ἐστιν, ἤδη γέγονεν ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς γενομένοις ἀπὸ ἔμπροσθεν ἡμῶν. Τούτων δὲ καὶ ἡμῖν ἀκολούθως εἰς δύο τὸ πᾶν διαιρούντων, εἴς τε νοητὸν, καὶ αἰσθητόν· καὶ τὸ μὲν νοητὸν, ἀσώματον καὶ λογικὸν τὴν φύσιν, ἄφθαρτόν τε καὶ ἀθάνατον εἶναι ὁριζομένων· τὸ δ' αἰσθητὸν ἐν ῥύσει καὶ φθορᾷ, μεταβολῇ τε, καὶ τροπῇ τῆς οὐσίας ὑπάρχειν· πάντων δ' ἐπὶ μίαν ἀρχὴν ἀνακεφαλαιουμένων, ἕν τε εἶναι ἀγένητον, καὶ τὸ κυρίως καὶ ἀληθῶς ὂν δογματιζόντων, τὸ πάντων ἀσωμάτων τε καὶ σωμάτων αἴτιον. Θέα, τίνα τρόπον οὐ μόνον τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὰς λέξεις αὐτὰς, καὶ τὰ ῥήματα τῆς Ἑβραίων γραφῆς παραξέσας ὁ Πλάτων, ἐξοικειοῦται τὸ δόγμα, πλατύτερον ὧδέ πη διασαφῶν. Τί τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; καὶ τί τὸ γινόμενον μὲν ἀεὶ, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ, νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄν· τὸ δὲ αἰσθήσει ἀλόγῳ δοξαστὸν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Ἆρ' οὐ σαφῶς πέφηνεν ὁ θαυμάσιος, τὸ μὲν παρὰ Μωσεῖ φῆσαν λόγιον, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, μεταποιήσας δι' αὐτοῦ, τί τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; καὶ τοῦτό γε λευκότερον διασαφήσας ἐν τῷ φάναι, μηδ' ἄλλο εἶναι τὸ ὂν, ἢ τὸ οὐ σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον, νῷ δὲ καταλαμβανόμενον. ἐρωτήσας γοῦν, τί τὸ ὂν, αὐτὸς ἑαυτῷ ἀποκρίνεται, λέγων· τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτὸν ὄν. τὸ δὲ Σολομώντειον φῆσαν, τί τὸ γεγονός; αὐτὸ τὸ γενησόμενον· καὶ τί τὸ πεποιημένον; αὐτὸ τὸ ποιηθησόμενον· αὐτοῖς σχεδὸν ῥήμασι διερμηνεύσας δῆλος ἂν εἴη, λέγων· τὸ μὲν αἰσθήσει ἀλόγῳ δοξαστὸν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. (ἴσ. δι.) οἷς καὶ ἐπιφέρει· Τὰ τοιαῦτα γὰρ πάντα μέρη χρόνου, τὸ ἦν, καὶ ἔσται· ἃ δὴ φέροντες λανθάνομεν ἐπὶ τὴν ἀΐδιον οὐσίαν, οὐκ ὀρθῶς. λέγομεν γὰρ δὴ, ὡς ἦν, ἐστί τε, καὶ ἔσται. τῇ δὲ, τὸ ἔστι μόνον, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον προσήκει· τὸ δὲ ἦν, καὶ τὸ ἔσται, περὶ τὴν ἐν χρόνῳ γένεσιν οὖσαν πρέπει λέγεσθαι· κινήσεις γάρ ἐστον. τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον ἀκινήτως, οὔτε πρεσβύτερον, οὔτε νεώτερον προσήκει γίνεσθαι διὰ χρόνον·

οὐδὲ γενέσθαι ποτὲ, οὐδὲ γεγονέναι νῦν, οὐδ᾽ εἰσαῦθις ἔσεσθαι τοιαῦτά τινα, οὐδ᾽ ὅσα γένεσις τοῖς ἐν αἰσθήσει φερομένοις προσῆψεν· ἀλλὰ χρόνου ταῦτα, αἰῶνα μιμουμένου καὶ κατ᾽ ἀριθμὸν κυκλουμένου, γέγονεν εἴδη. καὶ πρὸς τούτοις ἔτι τὰ τοιάδε· τὸ δὲ γεγονὸς εἶναι γεγονὸς, καὶ τὸ γινόμενον εἶναι γινόμενον· ἔτι τε τὸ γενησόμενον εἶναι γενησόμενον." καὶ ἵνα γε μή τις ἡμᾶς παρερμηνεύειν ἡγήσηται τὰς τοῦ φιλοσόφου φωνὰς, ὑπομνήμασι χρήσομαι, τῶνδε τῶν λόγων τὴν διάνοιαν ἐκφαίνουσι. πλείους μὲν οὖν εἰς τὴν τούτων ἐπιβεβλήκασι θεωρίαν· ἐμοὶ δ᾽ ἐξαρκεῖ ταννῦν, ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου παραθέσθαι λέξεις, ἃς ἐν τῷ περὶ τἀγαθοῦ δευτέρῳ συγγράμματι ὧδέ πη διέξεισιν.

B

Aimo neque factum esse aliquando, neque „ nunc primum extitisse, neque omnino futurum esse, nec eorum aliud quicquam subire, quæ ipsemet ortus iis, quæ sensuum incertitudine jactantur, adjunxit: cum ista formæ quædam sint partesque temporis, „ quod æternitatem imitetur quidem, sed tamen certa quadam numerorum conversione volvatur. Quo etiam ista pertinent, Quod factum sit, id esse factum: quod fiat, id esse „ quod fit: denique quod futurum sit, futurum id esse. Ac ne quis Philosophi verba in alienum me sensum torquere criminetur, eos ipsos commentarios, quibus illorum sententia declaratur, proferre juvat. Cum autem hoc in interpretandi genere plerique versati sint, mihi quidem satis hoc loco fuerit, Numenii Pythagorici, cujus percelebre nomen est, ipsissima quibus secundo de Bono utitur, verba proferre.

ι. ΑΠΟ ΤΟΥ Β΄ ΠΕΡΙ ΤΑΓΑΘΟΥ͂, Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου.

X. EX LIBRO SECUNDO Numenii Pythagorici de Bono.

C

» ΦΕΡΕ οὖν ὅση δύναμις, ἐγγύτατα πρὸς » τὸ ὂν ἀναγώμεθα, καὶ λέγωμεν, τὸ ὂν, » οὔτέ ποτε ἦν, οὔτέ ποτε μὴ γένηται· ἀλλ᾽ » ἔστιν ἀεὶ ἐν χρόνῳ ὡρισμένῳ, τῷ ἐνεστῶτι μόνῳ. τοῦτον μὲν οὖν τὸν ἐνεστῶτα εἴ τις ἐθέλει » καλεῖν αἰῶνα, κἀγὼ συμβουλεύω. τὸν δὲ » παρελθόντα χρόνον οἴεσθαι χρὴ ἡμᾶς διαπεφευγότα, ἤδη διαπεφευγέναι, ἀποδεδρακέναι τε εἰς τὸ εἶναι μηκέτι· ὅ, τε αὖ μέλλων » ἐστὶ μὲν οὐδέ πω, ἐπαγγέλλεται δὲ οἷός τε ἔσεσθαι ἥξειν εἰς τὸ εἶναι." οὔκουν εἰκός ἐστιν ἑνί » γε τρόπῳ νομίζειν τὸ ὂν, ἤτοι μὴ εἶναι, ἢ μηκέτι, ἢ μηδέπω. ὥστε τούτου γε οὕτως λεγομένου, ἕν γίνεταί τι ἐν τῷ λόγῳ μέγα ἀδύνατον, εἶναί τε ὁμοῦ ταυτὸν, καὶ μὴ εἶναι. εἰ δὲ » οὕτως ἔχει, σχολῇ γ᾽ ἂν ἄλλο τι εἶναι δύναιτο, » τοῦ ὄντος αὐτοῦ μὴ ὄντος κατ᾽ αὐτὸ τὸ ὄν. τὸ » γὰρ ὂν, ἀΐδιόν τε, βέβαιόν τέ ἐστιν, ἀεὶ κατὰ ταυτὸν, καὶ ταυτὸν, καὶ οὐδὲ γέγονε μὲν, ἐφθάρη δὲ, οὐδ᾽ ἐμεγεθύνατο μὲν, ἐμειώθη δὲ· οὐδὲ » μὴν ἐγένετό πω πλεῖον, ἢ ἔλασσον· καὶ μὲν δὴ » τά τε ἄλλα, καὶ οὐδὲ τοπικῶς κινηθήσεται. » οὐδὲ γὰρ θέμις αὐτῷ κινηθῆναι, οὐδὲ μὲν ὀπίσω, οὐδὲ πρόσω· οὔτε ἄνω ποτὲ, οὔτε κάτω· οὐδ᾽ εἰς δεξιὰ, οὐδ᾽ εἰς ἀριστερὰ

pag. 109. — γρ. συμβουλεύω. — ἢ ἰσ. ἔσεσθαι.

AGE vero, inquit ille, atque ad illud, „ quod est, quantum licet, aspiremus: „ omninoque pronuntiemus, quod est, id „ neque fuisse unquam, neque unquam futurum esse, at certo duntaxat præsentique „ tempore semper esse: quod sane tempus hoc „ modo præsens, si quis æternitatem dicere „ voluerit, me auctore quidem id faciat. At „ vero tempus præteritum, ejusmodi nos existimare decet, quod jam prorsus aufugerit, „ atque ita evanuerit, ut penitus esse desierit: „

D

futurum autem, quod nondum sit, tametsi „ ut sit aliquando, habere posse dicatur. Minus ergo consentaneum fecerit, qui, quod est, „ id ipsum uno eodemque modo, vel absolute „ non esse, vel non amplius, vel nondum esse statuerit. Qui enim sic loquatur, is rem, „ quæ nunquam plane fieri possit, loquatur, „ idem esse simul ac non esse. Quippe, hoc si „ semel verum esse dabitur, ægre sane admodum aliud quidvis esse poterit, ubi id ipsum, „ quod est, etiam qua tale est, nullum erit. „ Quod enim est, id sempiternum est, atque „ eodem se se modo constanter habet; non autem vel ita fuit, ut deinde interierit, vel crevit modo, modo decrevit, vel majus nondum aut minus evasit. Præterea nec alio „ quovis motus genere, nec loco tenus unquam movebitur. Fas enim utique non est, „ uti quod vere est, idem retrorsum vel antrorsum; sursum aut deorsum; dextrorsum vel „

sum trorsum moveri omnino transferrive A posset: ac ne circa sui quidem ipsius medium movebitur: sed hærebit potius, & immotum atque inconcussum per se se semper, eademqve ratione consistet. Idemqve nonnullis interjectis, deinceps ita prosequitur: Atqve hæc muniendæ viæ gratia mihi dicta sunto. Jam vero simulatione omni posita, nosse me incorporei nomen ingenue profitebor; cum id nunc quidem pronunciari jucundius futurum videatur, quam sileri. Et qvidem illud ipsum, qvo de jampridem quæritur, ei nomen esse contendo. Nec rideat B hic quisquam, dum audit proprium incorporei nomen, substantiam, atque id qvod est, abs me constitui. Nominis quippe hujus eam esse caussam intelligat, qvod neqve ortum habuerit, neqve interiturum sit: imo nec aliud prorsus ullum seu motus, seu mutationis, ejusque vel melioris, vel deterioris genus aliquando subiturum: sed omnino simplex & immutabile, adeoque in eadem semper naturæ suæ ratione persistat, qvod ab illa nec suapte sponte, nec aliena vi ac necessitate discedat. Et sane Plato ipsemet in Cratylo, nomina ex propria quadam rerum C similitudine imposita esse docet. Maneat igitur, & tanquam verum sumatur, incorporeum esse id, qvod est. Qvibus paulo post iterum ista subjungit. Id qvod est, incorporeum, idemque sola mente perceptum esse dicebant. Atqve hæc sunt, qvæ tum disputata fuisse memini. Mihi vero, si qvis illam Platonis orationem reqvirat, hunc ipsi laborem allevare ac mollire placet; si prius hoc monuero, qvæ loco illo disputantur, ea si minus ad Platonis dogmata pertineant, alteri certe cuipiam, sed excellenti D viro, summaqve philosophandi vi prædito assignanda esse, cujusmodi Pythagoram fuisse dixeris. Sic igitur Plato: nam verborum meminisse conandum est. Qvid illud est, inquit, qvod semper est? nec tamen ortum habet ullum? Qvid illud contra, qvod oritur, & nunqvam est? Prius illud quidem ab sola intelligentia cum ratione percipitur: Alterum hoc, qvod oritur simul & occidit, neque unqvam vere est, in ea duntaxat, qvam sensus ab omni ratione vacuus efficit, opinione versatur. Qværit Plato, quid illud sit, qvod est; id sine dubio carere ortu statuens. qvippe ortum in eo, qvod est, locum habere negat: mutaretur enim alioqvi: si autem mutaretur, sempiternum id non esset. Inde aliqvantum progressus hæc addit. Si qvod est, id omnino sempiternum & immutabile est, nec ab se se ulla unqvam varietate discedit, sed in una semper eademqve ratione permanet, illud unum profecto sit oportet, qvod intelligentia cum ratione capiatur. Contra vero, si corpus fluit,

A μετατεθήσεταί ποτε τὸ ὄν· οὔτε περὶ τὸ μέσον ποτὲ ἑαυτοῦ κινηθήσεται· ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἑστήξεται, καὶ ἀραρός τε καὶ ἑστηκὸς εἶναι κατὰ ταὐτὰ ἔχον ἀεί, καὶ ὡσαύτως. καὶ ἑξῆς, μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Τοσαῦτα μὲν οὖν μοι προοδοῦ. αὐτὸς δ' οὐκέτι σχηματισθήσομαι, οὐδ' ἀγνοεῖν φήσω τὸ ὄνομα τοῦ ἀσωμάτου. κινδυνεύει γὰρ νῦν ἤδη ἥδιον εἶναι εἰπεῖν μᾶλλον, ἢ μὴ εἰπεῖν. καὶ δῆτα λέγω τὸ ὄνομα αὐτοῦ εἶναι, τοῦτο τὸ πάλαι ζητούμενον. ἀλλὰ B μὴ γελασάτω τις, ἐὰν φῶ, τοῦ ἀσωμάτου εἶναι ὄνομα, οὐσίαν καὶ ὄν. ἡ δὲ αἰτία τοῦ ὄντος ὀνόματός ἐστι, τὸ μὴ γεγονέναι, μηδὲ φθαρήσεσθαι, μηδ' ἄλλην μήτε κίνησιν μηδεμίαν ἐνδέχεσθαι, μηδὲ μεταβολὴν κρείττω ἢ φαύλην· εἶναι δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἐν ἰδέᾳ τῇ αὐτῇ, καὶ μήτε ἐθελούσιον ἐξίστασθαι τῆς ταυτότητος, μήθ' ὑφ' ἑτέρου προσαναγκάζεσθαι. ἔφη δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐν Κρατύλῳ, τὰ ὀνόματα ὁμοιώσει τῶν πραγμάτων εἶναι αὐτὰ ἐπίθετα. ἔστω οὖν καὶ δεδόσθω εἶναι τὸ ὂν τὸ ἀσώ- C ματον. Εἶθ' ὑπαναβὰς ἐπιλέγει· τὸ ὂν εἶπον ἀσώματον, τοῦτο δὲ εἶναι τὸ νοητόν. τὰ μὲν οὖν λεχθέντα, ὅσα μνημονεύειν ἐστί μοι, τοιαῦτα γοῦν ἦν. τὸν δ' ἐπιζητοῦντα λόγον ἐθέλω παραμυθήσασθαι, τοσόνδε ὑπειπών, ὅτι ταῦτα τοῖς δόγμασι τοῦ Πλάτωνος εἰ μὴ συμβαίνει, ἀλλ' ἑτέρου γ' ἐχρῆν οἴεσθαί τινος ἀνδρὸς μεγάλου, μέγα δυναμένου, οἷον Πυθαγόρου. λέγει γοῦν Πλάτων· φέρ' ἀναμνησθῶ πῶς λέγει· Τί τὸ ὂν ἀεί, γένεσιν δὲ οὐκ ἔχον; D καὶ τί τὸ γινόμενον μέν, ὂν δὲ οὐδέποτε; τὸ μὲν δὴ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν, τὸ δ' αὖ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστόν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. ἤρετο γάρ, τί ἐστι τὸ ὄν, φὰς αὐτὸ ἀγένητον ἀναμφιλέκτως. γένεσιν γὰρ οὐκ ἔφη εἶναι τῷ ὄντι· ἐτρέπετο γὰρ ἄν· τρεπόμενον δὲ οὐκ ἦν ἀΐδιον. εἶτα ὑποβὰς φησίν· εἰ μὲν δὴ τὸ ὂν πάντως πάντῃ ἀΐδιόν τε ἐστὶ καὶ ἄτρεπτον, καὶ οὐδαμῶς οὐδαμῇ ἐξιστάμενον ἐξ ἑαυτοῦ, μένει δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἕστηκε, τοῦτό δήπου ἂν εἴη τὸ τῇ νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν. εἰ δὲ τὸ σῶμα ῥεῖ καὶ φερε-

ται ὑπὸ τῆς ἀϊδίου μεταβολῆς, ἀποδιδρᾶσκον καὶ οὐκ ἔστιν. ὅθεν οὐ πολλὴ μανία μὴ οὐ τοῦτο εἶναι ἀόριστον, δόξῃ δὲ μόνῃ δοξαστόν, καὶ ὥς φησι Πλάτων, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. Ταῦτα μὲν ὁ Νουμήνιος, ὁμοῦ τὰ Πλάτωνος, καὶ πολὺ πρότερον τὰ Μωσέως ἐπὶ τὸ σαφὲς διερμηνεύων. εἰκότως δῆτα εἰς αὐτὸν ἐκεῖνο τὸ λόγιον περιφέρεται, δι' οὗ φάναι μνημονεύεται, τί γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς ἀττικίζων; Θέα δὲ πρὸς τούτοις, εἰ μὴ τὸν παρόντα νοῦν ἐπὶ πλεῖον καὶ ὁ Πλούταρχος ἐξαπλῶν, συντρέχοι ἂν ταῖς τε προκειμέναις φωναῖς τῶν φιλοσόφων, καὶ ταῖς αὖθις Ἑβραίων κειμέναις ἐν ἑτέραις θεολογίαις, δι' ὧν ποτὲ μὲν εἰσάγεται λέγων ὁ χρηματίζων Θεός, Διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· ποτὲ δ' εἰς αὐτὸν ἀφορῶν ὁ Προφήτης ἀποτείνεται, Ὅτι δὴ τὰ μὲν ὁρατὰ πάντα τραπείη ἄν ποτε καὶ μεταβληθείη· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. σκόπει γοῦν, εἰ μὴ ὡς ἐν προτάσει τοῦ τε παρὰ Μωσεῖ φήσαντος, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· καὶ τοῦ, ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· καὶ τοῦ, Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, δόξειεν ἂν ὁ Πλούταρχος ἐν τῷ περὶ τοῦ ΕΙ, τοῦ ἐν Δελφοῖς, τὴν διάνοιαν ὑφερμηνεύειν, τάδε λέγων πρὸς λέξιν.

& repentina quadam mutatione abripitur, evanescit illud quidem, proindeque nullum est. Quare nihil admodum ille delipiat, qui corpus definiri non posse dixerit, sed ejusmodi esse, quod in sola, ut ait Plato, opinione versetur, dum oritur simul, & occidit, neque unquam vere est. Hæc Numenius, quibus non Platonis modo, sed etiam longe antiquioris Platone Mosis doctrinam illustravit. Itaque merito sane, dictum illud hanc in rem celebre circumfertur, Quid enim aliud Plato, est, quam Moses attice loquens? Sed tamen vide mihi iis, num ejusdem sententiæ vim uberius adhuc Plutarchus aperiens, cum laudata superiorum Philosophorum oratione, & Hebræorum simul Theologia variis passim in locis explicata consentiat: dum, modo ista Deo verba tribuuntur, *Quoniam ego Dominus Deus vester, & non mutor:* modo in eundem Prophetam respiciens, ita pronuntiat. *Visibilia omnia transibunt & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Vide, inquam, num proposita veluti quæstione, cum ejus qui sic apud Mosem loquebatur, *Ego sum qui sum,* & rursus, *Ego Dominus Deus vester, & non mutor:* tum etiam alterius, qui Deum ipsum ita compellabat, *Tu autem idem ipse es,* mentem atque sententiam Plutarchus in suo de syllaba, ΕΙ, (Es) quæ Delphico Templo inscripta est, opusculo, interpretari velle videatur, his verbis.

Cap. VII. Trap.

Malach. 3. 6.

Psal. 101. 28.

ια. / XI.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΠΟ ΤΟΥ ἐπιγεγραμμένου Συγγράμματος, περὶ τοῦ ἐν Δελφοῖς ΕΙ.

EX PLUTARCHI OPUSCULO, de syllaba ΕΙ Delphico Templo inscripta.

ΟΥΤΕ οὖν ἀριθμὸν, οὔτε τάξιν, οὔτε σύνδεσμον, οὔτε ἄλλο τῶν ἐλλιπῶν μορίων οὐδὲν οἶμαι τὸ γράμμα σημαίνειν· ἀλλ' ἔστιν αὐτοτελὴς τοῦ Θεοῦ προσαγόρευσις καὶ προσφώνησις, ἅμα τῷ ῥήματι τὸν φθεγγόμενον εἰς ἔννοιαν καθιστᾶσα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. ὁ γὰρ Θεὸς ἕκαστον ἡμῶν τῶν ἐνταῦθα προσιόντων οἷον ἀσπαζόμενος, προσαγορεύει, τὸ γνῶθι σαυτόν, ὃ τοῦ χαῖρε δὴ οὐδὲν μεῖόν ἐστιν. ἡμεῖς δὲ πάλιν ἀμειβόμενοι τὸν Θεόν, ΕΙ φαμέν, ὡς ἀληθῆ, καὶ ἀψευδῆ καὶ μόνην μόνῳ προσήκουσαν, τὴν τοῦ ΕΙ προσαγόρευσιν ἀποδιδόντες. ἡμῖν γὰρ

EQUIDEM neque numerum, neque ordinem, neque vinculum, neque aliud quodlibet dimidiatæ particulæ genus ea syllaba significari existimo. Est omnino Dei perfectum ex se se integrumque nomẽ, quod ei, a quo pronuntiatur, una cum voce ipsum continuo potestatis divinæ sensum & cogitationem injiciat. Nam cum unumquemque nostrum, qui eo accedimus, hac veluti Deus salutatione compellat, Nosce teipsum, quod quidem nihilo minus sonat, quam Salve: tum vero nos, resalutandi Numinis gratia, respondemus ΕΙ: (Es) quasi veram ac propriam, adeoque solam eique soli convenientem hanc a nobis appellationem tribui fateamur. Nos enim

vere nullo modo sumus: sed omnis omnino natura mortalis, in qvodam interitus ortusque medio constituta, umbram sui duntaxat aliqvam, exilemqve ac lubricam opinionem ostendit; qvam si incumbente in eam animo comprehendere volueris, tum vero, qvemadmodum aqvam si manu vehementius retinere coneris, dum premis, dum in unum cogis, effluit illa penitusqve dilabitur. Sic ratio, dum eorum, qvæ varios subinde casus ac mutationes subeunt, illustrem illam, qvæ sibi objiciatur, speciem propius inseqvitur, aberrat ac luditur, qvod partim in id, qvod oritur, partim in id, qvod interit, sic incurrat, nihil ut qvod maneat, qvodqve vere sit, comprehendere omnino possit. Nam ut eundem fluvium, qvod Heraclitus dicere solebat, bis nemo subire potest: ita mortalem naturam eodem in statu hærentem nemo bis attingat, sed repentino mutationis impetu dissipatur illico, rursumqve colligitur; vel potius, ne rursum quidem aut postea, sed existit simul ac desinit, accedit simul simulque discedit. Ita quæ pars illius nascitur, ea nunqvam, ut perfecte sit, asseqvitur, qvod ortus ille neqve unqvam desinat, neqve consistat usqvam, sed jam inde ab semine, fœtum inchoatum, mox infantem, puerum inde, inde adolescentem, tum juvenem, senem, vetulum, continua mutatione fingit, ac priores ortus ætatesqve delet successione novarum. At nos ridicule sane facimus, qvi mortem unam timeamus, jam mortui toties, totiesqve morientes. Nec enim modo, qvod Heraclitus dicebat, ignis interitus, aeris ortus est, & aeris interitus, aqvæ vicissim ortus: verum id in nobis etiam ipsis longe illustrius videre est: Succedente sene vir extingvitur, ut vir juvene, juvenis puero, puer infante extincto succedit: imo hesternus in hodiernum interiit, ut in crastinum interit hodiernus. Manet autem nemo, nemo unus est, sed omnino multi efficimur, dum circa unum aliqvod simulacrum, exemplarqve commune volutatur assidue labiturqve materia. Enimvero si iidem manemus, qvi tandem alia nobis modo placent, qvi aliis ante ducebamur? qvi contraria vel amamus aut odimus, vel prædicamus aut damnamus? qvi deniqve aliter atqve aliter vel loqvimur, vel afficimur, non speciem, non vultum, non mentem amplius eandem retinentes? Qvippe, nec sine mutatione, tanta rerum in qvoqvam varietas, nec is, qvi mutatur, idem esse potest. Idem porro si non est, ne est ipse qvidem, sed ex continua sui mutatione alter subinde fit ex altero. Sensus in-

A ὄντως τοῦ εἶναι μέτεστιν οὐδέν· ἀλλὰ θνητὴ πᾶσα φύσις ἐν μέσῳ φθορᾶς καὶ γενέσεως γενομένη, φάσμα παρέχει καὶ δόκησιν ἀμυδρὰν καὶ ἀβέβαιον αὐτῆς. ἂν δὲ τὴν διάνοιαν ἀπερείσῃ τις, λαβέσθαι βουλόμενος, ὥσπερ ἡ σφόδρα περίδραξις ὕδατος, τῷ πιέζειν καὶ εἰς ταυτὸ συνάγειν, διαρρέον ἀπόλλυσι τὸ περιλαμβανόμενον· οὕτω τὴν παθητὴν καὶ μεταβλητῶν ἑκάστου τὴν ἄγαν ἐνάργειαν ὁ λόγος διώκων ἀποσφάλλεται, τῇ μὲν, εἰς τὸ B γινόμενον αὐτοῦ, τῇ δὲ, εἰς τὸ φθειρόμενον, οὐδενὸς λαβέσθαι μένοντος, οὐδὲ ὄντος ὄντως, δυνάμενος. ποταμῷ γὰρ οὐκ ἔστιν ἐμβῆναι δὶς τῷ αὐτῷ καθ' Ἡράκλειτον, οὐδὲ θνητῆς οὐσίας δὶς ἅψασθαι κατὰ ἕξιν, ἀλλ' ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς σκίδνησι καὶ πάλιν συνάγει. μᾶλλον δὲ, οὐδὲ πάλιν οὐδὲ ὕστερον, ἀλλ' ἅμα συνίσταται καὶ ἀπολείπει, καὶ πρόσεισι καὶ ἄπεισιν. ὅθεν οὐδὲ εἰς τὸ εἶναι περαίνει τὸ γινόμενον αὐτῆς, τῷ μηδέποτε λήγειν μηδὲ C ἵστασθαι τὴν γένεσιν· ἀλλ' ἀπὸ σπέρματος ἀεὶ μεταβάλλουσαν, ἔμβρυον ἐμποιεῖν, εἶτα παιδίον, μειράκιον ἐφεξῆς, νεανίσκον, ἄνδρα, πρεσβύτην, γέροντα, τὰς πρώτας φθείρουσαν γενέσεις καὶ ἡλικίας ταῖς ἐπιγινομέναις. ἀλλ' ἡμεῖς ἕνα φοβούμεθα γελοίως θάνατον, πολλοὺς ἀποτεθνηκότες ἤδη θνήσκοντες. οὐ γὰρ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος, ἀέρι γένεσις, ἀλλ' ἔστι σαφέστερον ἐπ' αὐτῶν ἡμῶν. φθείρεται μὲν ὁ ἀκμάζων γινομένου γέροντος, ἐφθάρη δὲ D ὁ νέος εἰς τὸν ἀκμάζοντα, καὶ ὁ παῖς εἰς τὸν νέον, εἰς δὲ τὸν παῖδα τὸ νήπιον, ὁ δὲ χθὲς, εἰς τὸν σήμερον τέθνηκεν, ὁ δὲ σήμερον, εἰς τὸν αὔριον. μένει δὲ οὐδεὶς, οὐδέ ἐστιν εἷς, ἀλλὰ γινόμεθα πολλοὶ, περὶ ἕν τι φάντασμα καὶ κοινὸν ἐκμαγεῖον ὕλης περιελαυνομένης, καὶ ὀλισθανούσης. ἐπεὶ πῶς οἱ αὐτοὶ μένοντες, ἑτέροις χαίρομεν νῦν, ἑτέροις πρότερον, τἀναντία φιλοῦμεν, καὶ μισοῦμεν, καὶ θαυμάζομεν, καὶ ψέγομεν, ἄλλοις χρώμεθα λόγοις, ἄλλοις πάθεσιν, οὐκ εἶδος, οὐ μορφὴν, οὐ διάνοιαν ἔτι τὴν αὐτὴν ἔχοντες; οὔτε γὰρ ἄνευ μεταβολῆς ἕτερα πάσχειν εἰκός, οὔτε μεταβάλλων ὁ αὐτὸς ἂν εἴη. εἰ δὲ ὁ αὐτὸς οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔστιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεταβάλλει, γινόμενος ἕτερος ἐξ ἑτέρου. ψεύδεται

» δέχεται δὲ ἡ αἴσθησις ἀγνοίᾳ τοῦ ὄντος, εἶναι τὸ
» φαινόμενον. τί οὖν ὄντως ὄν ἐστι; τὸ ἀΐδιον, καὶ
» ἀγέννητον, καὶ ἄφθαρτον, ᾧ χρόνος οὐδεὶς με-
» ταβολὰς ἐπάγει· κινητὸν γάρ τι, καὶ κινουμέ-
» νῃ συμφανταζόμενον ὕλῃ, καὶ ῥέον ἀεὶ, καὶ μὴ
» στέγον, ὥσπερ ἀγγεῖον φθορᾶς καὶ γενέσεως, ὁ
» χρόνος. οὗ γε δὴ τὸ μὲν ἔπειτα, καὶ τὸ πρότε-
» ρον, καὶ τὸ ἔσται λεγόμενον, καὶ τὸ γέγονεν,
» αὐτόθεν ἐξομολόγησίς ἐστι τοῦ μὴ ὄντος. τὸ γὰρ
» ἐν τῷ εἶναι μηδέπω γεγονὸς, ἢ πεπαυμένον ἤδη
» τοῦ εἶναι, λέγειν ὡς ἔστιν, εὔηθες καὶ ἄτοπον. ἐν
» ᾧ δὲ μάλιστα τὴν νόησιν ἐπερείδοντες τοῦ χρόνου,
» τὸ ἐνέστηκε, καὶ τὸ πάρεστι, καὶ τὸ νῦν φθεγ-
» γόμεθα, τοῦτ' αὖ πάλιν ἐκλυόμενος ὁ λό-
» γος ἀπόλλυσιν. ἐκθλίβεται γὰρ εἰς τὸ μέλ-
V. Not. » λον καὶ τὸ παρῳχημένον, "ὥσπερ αὐγὴ βουλο-
» μένοις ἰδεῖν, ἐξ ἀνάγκης διιστάμενον. εἰ δὲ ταὐτὰ
» τῷ μετροῦντι πέπονθεν ἡ μετρουμένη φύσις,
Pl. μόνι. » οὐδὲ αὐτῆς " μόνον, οὐδὲ ὂν ἔστι, ἀλλὰ γινομένη
» καὶ φθειρομένη κατὰ τὴν πρὸς τὸν χρόνον συννέ-
» μησιν. ὅθεν οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν ἐπὶ τοῦ ὄντος
» λέγειν, ὡς ἦν, ἢ ἔσται· ταῦτα γὰρ ἐγκλίσεις τινὲς,
» καὶ μεταβάσεις, καὶ παραλλάξεις τοῦ μένειν ἐν
» τῷ εἶναι μὴ πεφυκότος. ἀλλ' ἔστιν ὁ Θεὸς, εἰ
» χρὴ φάναι, καὶ ἔστι κατ' οὐδένα χρόνον, ἀλλὰ
Pl. ἀνέγ- κλιτον. » κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν ἀκίνητον καὶ ἄχρονον, "καὶ ἀ-
» νέγκλητον, καὶ οὗ πρότερον οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ ὕστε-
» ρον, οὐδὲ μέλλον, οὐδὲ παρῳχημένον, οὐδὲ πρεσ-
» βύτερον, οὐδὲ νεώτερον· ἀλλ' εἷς ὢν, ἑνὶ τῷ νῦν
» τὸ ἀεὶ πεπλήρωκε· καὶ μόνον ἐστὶ τὸ κατ' αὐ-
» τὸ ὄντως ὄν, οὐδὲ γεγονὸς, οὐδὲ ἐσόμενον, οὐδὲ
» ἀρξάμενον, οὐδὲ παυσόμενον. οὕτως οὖν αὐτὸ
» δεῖ σεβομένους ἀσπάζεσθαι καὶ προσαγορεύειν,
» ἢ καὶ νὴ Δί', ὡς ἔνιοι τῶν παλαιῶν, Εἶ ἕν. οὐ γὰρ
» πολλὰ τὸ θεῖόν ἐστιν, ὡς ἡμῶν ἕκαστος, ἐκ μυ-
Pl. ἐν πά- θει. » ρίων διαφορῶν " ἐμπάθεσι γινομένων ἀ-
Pl. παν- σπερμόν » θροισμα παντοδαπὸν, καὶ πανηγυρικὸν " με-
» μιγμένον. ἀλλ' ἓν εἶναι δεῖ τὸ ὂν, ὥσπερ ὂν τὸ
» ἕν. ἡ δὲ ἑτερότης, διαφορᾷ τοῦ ὄντος, εἰς γένεσιν
» ἐξίσταται τοῦ μὴ ὄντος.

A Terea, quoniam ejus, qvod est, naturam i- »
gnorat, quod esse adhuc videtur, id est falso »
opinatur. Ecqvid igitur illud est, qvod vere »
est? Id unum utiqve, qvod sempiternum est, »
qvod ortu interituque caret, cui nullum tem- »
pus mutationem affert. Est enim omnino »
tempus mobile quiddam, quodque simul »
cum mobili materia semper fluens, ac nihil »
usquam firmitatis habens, sic tanquam vas »
aliqvod interitus ortusqve, cogitatur. Cu- »
jus profecto vel appellationes ipsæ, posterius, »
prius, erit, fuit, illud non esse palam ac per se »
B se confitentur. Nam qvod vel nondum ha- »
buit ut sit, vel jam esse desiit, id esse, non nisi »
stolide absurdeque dicas. Quin etiam illud i- »
psum, qvo maxime temporis cogitationem »
sustinemus atque fulcimus, dum vel instans, »
vel præsens, vel nunc dicimus, soluta dissi- »
pataque ratio confestim amittit: perinde e- »
nim in futurum ac præteritum elisa distra- »
hitur, ut in oculorum radiis usu venit, si quis »
quod sua quadam necessitate disjunctum at- »
que divulsum est, id semel intueri velit. Jam »
C si eadem ipsa, qvæ tempori metienti conve- »
niunt, ea, quam metitur, natura subeat, ne i- »
psa quidem aut manet, aut vere est, sed pro- »
ut tempori contribuitur, vel nascitur, vel in- »
terit. Quare nihil ejusmodi, qvod per Erat, »
vel Erit, significetur, de eo, qvod est, dici qve- »
at: cum ista ejusmodi rei, quæ per se se firmi- »
ter & constanter esse non potest, inclinatio- »
nes qvædam, seu trajectiones, deflexiones- »
que sint. At vero ita plane loquendum, Deus »
est, nec tamen ipse tempore ullo est, sed æter- »
nitate duntaxat, quæ motu omni, omnique »
tempore simul & inclinatione caret: cujus »
D nec prius quicqvam est, nec quicquam po- »
sterius, futurum nihil, nihil præteritum, ve- »
tustius nihil, nihilque recentius. Sed qvi u- »
nus est, idem uno etiam nunc, sempiterni »
durationem implet: adeoque illud unum est, »
qvod vere per se se est, non autem aut fuit, »
aut futurum est; quemadmodum nec ali- »
quando cœpit, nec unqvam desiturum est. »
Sic igitur idem ipsum venerando, salutare »
nos, & appellare decet, aut saltem, his ver- »
bis, *Unum es*, id qvod priscorum nonnulli »
factitabant. Nec enim plura Deus est, uti »
nostrum qvilibet, qvi congeries qvædam »
sumus, ex omni sexcentarum varietatum diversis ex casibus mutationibusque nascen- »
tium genere, & quadam veluti universitate conflata atqve permixta. Sed unum oportet id es- »
se, quod est, ac vicissim id esse, qvod unum est. Nam alterū qvid si additur, illud sane tanquam »
ejus, qvod est, differentia, ad ejus, qvod nullum est, procreationem declinat. Hactenus Plut. »

ιβ.

ΟΤΙ ΑΡΡΗΤΟΝ ΤΟ ΘΕΙΟΝ.

ΜΩΣΕΩΣ καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις Προφητῶν ἁπάντων, ἄρρητον εἶναι

XII.

DEUM VERBIS EXPLICARI NON POSSE.

SIMILITER cum Moses ac Prophetæ Hebræorum universi, naturam

divinam verbis explicari non posse doceant, ejusqve reconditi nominis qvandam veluti notam, singulari, qvam ipsimet efferre non possint, elementorum informatione repræsentent: vide si qvam belle Plato cum iisdem in magna illa epistola consentiat, dum ita loqvitur. Nec enim, inqvit, uti reliqva disciplinarum genera solent, ulla penitus exprimi verborum significatione potest: sed tantum, post longam cum eo vitæ consvetudinem, repente lumen aliqvod, sic tanqvam exiliente igne succensum, ubi semel in animum incidit, se ipso deinceps alitur & gliscit. Atqve hanc etiam luminis similitudinem, alius Hebræorum Prophetarum non nemo jam ante occupaverat, his verbis, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Itemqve alius, *In lumine tuo*, inqvit, *videbimus lumen.*

Psal. 4. 7. — Psal. 35. 10.

ἅτε θεῖον διδασκόντων, καὶ τῆς ἀρρήτου προσηγορίας τὸ σύμβολον, διὰ τῆς παρ' αὐτοῖς ἀνεκφωνήτου σημειώσεως ὑποφαινόντων, τούτοις καὶ ὁ Πλάτων συμφώνως αὐτοῖς ῥήμασιν ἐν τῇ μεγάλῃ ἐπιστολῇ οἷά φησιν ἄκουε· Ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν, ὡς ἄλλα μαθήματα, ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας γινομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ, καὶ τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς τῇ ψυχῇ γενόμενον, αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. Καὶ τόδε δὲ B τοῦ φωτὸς τὸ παράδειγμα παραλλάξων ἄλλος Ἑβραίων Προφήτης παρέστησεν εἰπὼν, Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε. Καὶ ἄλλος πάλιν, Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς.

XIII. UNUM AC SOLUM ESse Deum.

Cap. IX. Trav. — Deut. 6. 4.

PRÆTEREA, cum de universi Moderatore Deo, unum Moses Deum illum C esse pronunciet, dum ait, *Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est:* Plato rursus cum eo conveniens, uti cœlum unum, ita Deum unum esse docens in Timæo, Rectene igitur, inqvit, Cœlum unum esse antea statuimus, an vero multos, adeoque infinitos posuisse præstabat? Unum utiqve, si modo suum ad exemplar conformatum illud esse concedimus. Qvod enim animantes omnes intelligentia præditos complectatur, id sane nunqvam alterum ab altero fuerit. Eundem porro, ut vulgari Græcorum more plurium numinum appellatione uti soleat, Deum tamen unum agnoscere, vel ex ea, qvam ad Dionysium scribit, D Epistola qvivis intelligat: ubi qvas studiose ac serio conscriberet epistolas, ab aliis, qvas temere negligenterqve profunderet, sua quadam nota secernens; qvæ grave nihil ac serium continerent, iis Deorum; qvæ vero diligenter abs se ac meditato scriberentur, illis Dei se se nomen, proprium veluti characterem, impressurum esse declarat. Sic enim ad verbum scribit. Propriam qvod attinet epistolarum notam, seu qvas serio, dataqve opera, seu quas negligentius scribo, tametsi ejus te meminisse existimo, nunc tamen illam cogites velim, ac diligenter attendas. Nos enim permulti, ad sibi scribendum invitant, qvibus id facile negari non possit. Igitur sic habeto, Qvam serio scribimus, hanc a Deo auspicamur, a Diis vero, qvæ minus habet studii.

ιγ. ΟΤΙ ΘΕΟΣ ΕΙΣ ΕΣΤΙ μόνος.

ΜΩΣΕΩΣ περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ φήσαντος, ὅτι Θεὸς εἷς ἐστι μόνος· Ἄκουε Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, Κύριος εἷς ἐστι. πάλιν ὁ Πλάτων τούτῳ συντρέχων, ἕνα Θεὸν εἶναι, ὡς καὶ οὐρανὸν ἕνα διδάσκει, ὧδέ πη λέγων ἐν Τιμαίῳ· Πότερον οὖν ὀρθῶς ἕνα οὐρανὸν προσειρήκαμεν, ἢ πολλοὺς καὶ ἀπείρους λέγειν ἦν ὀρθότερον; ἕνα, εἴπερ κατὰ τὸ παράδειγμα δεδημιουργημένος ἔσται. τὸ γὰρ περιέχον πάντα ὁπόσα νοητὰ ζῶα, μεθ' ἑτέρου δεύτερον οὐκ ἄν ποτε εἴη. δῆλος δέ ἐστιν ἕνα Θεὸν εἰδὼς, εἰ καὶ συνήθως Ἕλλησι, τῇ τῶν πλειόνων εἴωθε χρῆσθαι προσηγορίᾳ, καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς, ἐν ᾗ σύμβολα διδοὺς τῶν D τε διὰ σπουδῆς αὐτῷ γραφομένων ἐπιστολῶν, καὶ τῶν ἄλλως ἀπερριμμένων, τῶν μὲν μηδὲν ἐχουσῶν σπουδαῖον σημεῖον, τὸ τῶν Θεῶν ὄνομα προστάξειν ἔφησε, τῶν δὲ πεφροντισμένως αὐτῷ συντατομένων, τὸ τοῦ Θεοῦ. λέγει δ' οὖν ὧδε κατὰ λέξιν· Περὶ δὲ τοῦ συμβόλου τοῦ πρὸς τὰς ἐπιστολὰς, ὅσας τε ἂν ἐπιστέλλω σπουδῇ, καὶ ὅσας μὴ, οἶμαι μέν σε μεμνῆσθαι, ὅμως δ' ἐννόει, καὶ σφόδρα πρόσεχε τὸν νοῦν· πολλοὶ γὰρ οἱ κελεύοντες γράφειν, οὓς οὐ ῥᾴδιον φανερῶς διωθεῖσθαι. τῆς μὲν γὰρ οὖν σπουδαίας ἐπιστολῆς ὁ Θεὸς ἄρχει, θεοὶ δὲ τῆς ἧττον. Διαρρήδην δὲ ὁ αὐτὸς ὁμολογεῖ ἐκ παλαιῶν τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ

pag. 312. — ῥῆτ. τάξ.

Et vero se ab antiqvioribus sanam de Deo sen-

δόγμα μεμαθηκέναι, λέγων ἐν τοῖς νόμοις. Ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὡς καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος. τῷ δ' ἀεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται, ταπεινὸς, κεκοσμημένος· ὁ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος, ἢ τιμαῖς, ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ, ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ, φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὥστε οὔτε ἄρχοντος οὔτε τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ἄλλοις ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος Θεοῦ. καταλειφθεὶς δὲ, καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προσλαβὼν, σκιρτᾷ ταράττων πάντα· ὁμοῦ καὶ πολλοῖς τισιν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολὺν ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτόν τε καὶ οἶκον, καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε. Ταῦτα ὁ Πλάτων. σὺ δέ γε τῷ, ὁ μὲν δὴ Θεὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, παράθες ἀπὸ τῆς Ἑβραίων προφητείας, τὸ, Ἐγὼ Θεὸς πρῶτος, καὶ ἐγὼ μετὰ ταῦτα. τῷ δὲ, εὐθείᾳ περαίνει κατὰ φύσιν ἐπιπορευόμενος, τὸ, Εὐθύτητας εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ. καὶ πρὸς τὸ, τῷ δ' αἰεὶ ξυνέπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρὸς, σύγκρινον τὸ, δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν· καὶ τὸ, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει Κύριος· καὶ τὸ, διότι ἔκδικος Κύριος, καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν. τῷ δὲ, ἧς ὁ εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς κεκοσμημένος, ἑπόμενόν ἐστι τὸ, ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ. τῷ δὲ, ὁ δ' ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας, καταλείπεται ἔρημος Θεοῦ, τὸ, ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν· καὶ, Χαρμονὴ δὲ ἀσεβῶν, πτῶμα ἐξαίσιον. Ταῦτα μὲν οὖν ἀπὸ μυρίων σμικρὰ περὶ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. Θέα δὲ καὶ τὰ περὶ τοῦ δευτέρου Αἰτίου οἷα τῇ διανοίᾳ εἰσίν.

ιδ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΑΙΤΙΟΥ, Ἑβραίων καὶ Πλάτωνος.

ΤΑ μὲν δὴ περὶ τοῦ πρώτου τῶν ὅλων Αἰτίου, τοῦτον ἡμῖν ἀνωμολογήσθω τὸν

Atentiam hausisse conceptis ipse disertisque verbis in Legibus confitetur, dum ait. Deus certe quidem, uti ex priscorum doctrina constat, rerum universarum principia, finem, mediumque complexus, recta illa, quomodo natura postulat, obeundo perficit. Eum perpetuo justitia sequitur, eorum, qui abs divina lege discedunt, ultrix atque vindex: cui quidem affixus demisso compositoque animo comitatur, quisquis ad felicitatem aspirat: contra vero qui vel superbia intumescens, vel opum vi copiaque sublatus, vel etiam honorum amplitudine, corporisve specie, cum juventutis flore stultitiaque conjuncta insolescens, animo petulantius exardescit, perinde ut si nec principe, nec moderatore ullo indigeat, sed potius ad cæteris imperandum aptus ipsemet idoneusque sit, is Deo vacuus relinquitur: relictus autem, adhibitis illico geminæ protervìæ sociis, exultat cuncta miscendo; atque interim aliquid esse permultis videtur, at modico post tempore, dignas ab eo pœnas exigente justitia, seipsum, domumque simul, cum tota funditus civitate perdit. Hæc Plato. Jam vero, cum illis, *Deus certe quidem, rerum universarum principia, finem, mediumque complexus*, hæc tu ex Hebræorum Prophetia compone, *Ego Deus primus, & novissimus ego sum.* Itemque cum illo, *Recta perficit*, alterum hoc, *Rectitudines novit vultus ejus*, Deinde cum illis, *Eum perpetuo Justitia sequitur, eorum, qui abs divina lege discedunt, ultrix atque vindex*, ista confer, *Justus Dominus, & justitias dilexit*; itemque hæc alia: *Mea est ultio, & ego retribuam, dicit Dominus*; nec non ista, *Quoniam vindex Dominus, & retribuet facientibus abundanter superbiam.* Præterea cum illis, *cui quidem affixus demisso compositoque animo comitatur, quisquis ad felicitatem aspirat*, congruit sane quod sequitur, *Post Dominum Deum tuum ambulabis.* Denique cum illis, *At vero superbia intumescens, abs Deo vacuus relinquitur*, hæc compone, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, Et, *Lætitia impiorum, casus terribilis.* Ac de summo quidem rerum omnium moderatore Deo, hæc de infinitis pauca sufficiant; Deinceps cujusmodi sint, quæ secundum ad Principium pertinent, considera.

Esai. 44. 6. Psal. 10. 8. Psal. 10. 8. Deut. 32. 35. Psal. 30. 24. Deut. 13. 4. Jacob. 4. 6. Job. 20. 5. apud 70.

XIV.

DE SECUNDO HEBRÆORUM Platonisque Principio.

Cap. X. Trap.

DE primo totius universi Principio hæc a nobis pro confessis habeantur.

Nunc vero in secundi contemplationem ingredere, quod Dei Verbum, ac Deum ex Deo esse Hebræorum docent oracula, cujusmodi Theologia nos etiam imbuti & informati sumus. Moses certe quidem, Dominos agnoscit prædicatque duos, dum ait,
Gen. 19. 24. *Et pluit Dominus a Domino ignem & sulphur, super impiorum civitatem:* Ubi solito more similem apud Hebræos in ambobus literarum notam expressit, quæ alia non est, quam illa ipsa, quam efferre nequeunt, elementis quatuor informata divini Numinis appellatio. Eidem quoque David accinens, alius & ipse Hebræorum Propheta simul & Rex,
Psal. 109. 1. ita loquitur, *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis:* Ubi quemadmodum prioris Domini voce Deum maximum, ita posteriori appellatione alterum ab illo declaravit. Quem enim cogitare fas est, qui ab ingenita Divinitate ad ipsius dexteram considendi jus acceperit, præter unum illum, quo de sermo a nobis instituitur? quem idem ipse Propheta, planius adhuc alibi Patris Verbum esse pronunciat, dum illum universi Molitorem
Psal. 32. 6 esse testatur ac ponit, *Verbo*, inquiens, *Domini cæli firmati sunt.* Qui in omnium etiam, ejus ope & curatione indigentium, Servatorem illum esse confirmans,
Psal. 106. 20. *Misit*, inquit, *Verbum suum, & sanavit eos.* Similiter ejusdem filius simul atque successor Salomon, appellatione quidem alia, sensu tamen prorsus eodem, pro Verbo sapientiam nominans,
Prov. 8. 12. hæc illius ex Persona commemorat, *Ego Sapientia habitans in consilio, & cognitionem & intelligentiam invocavi.* Tum paulo post ita
vers. 22. prosequitur, *Dominus creavit me initium viarum suarum in opera sua. Ante seculum fundavit me, in principio antequam terram faceret, antequam montes constituissent. Ante omnes colles gignit me. Quando præparabat cælum, aderam ipsi.* Ejusdem quoque sunt, quæ sequuntur, *Deus in Sapientia fundavit terram, præparavit cælos in prudentia.* Tum etiã ista, *Omnia occulta & aperta novi: omniũ enim artifex docuit me Sapientia.* Quibus sequentia deinceps adjungit,
Sap. 6. 24. *Quid autem est Sapientia & quomodo genita est? Ego referam & non abscondam a vobis sacramenta, sed ab initio nativitatis investigabo.* Deinde rem illustrans uberius,
Sap. 7. 22. *Est enim*, inquit, *ipsa spiritus intelligentiæ, sanctus, unigenitus, multiplex subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, omnes permeans spiritus, intelligibiles, puros, tenuissimos,*

[A] τρόπον. Ἐπίσκεψαι δὲ καὶ τὰ περὶ τοῦ δευτέρου, ὃν δὴ Θεοῦ Λόγον, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ εἶναι τὰ Ἑβραίων παιδεύει λόγια, καθ᾽ ἅπερ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ θεολογεῖν δεδιδάγμεθα. ὁ μὲν οὖν Μωσῆς διαῤῥήδην δύο θεολογεῖ Κυρίους, ἐν οἷς φησι, Καὶ ἔβρεξε Κύριος παρὰ Κυρίου πῦρ καὶ θεῖον, ἐπὶ τὴν τῶν ἀσεβῶν πόλιν. Ἔνθα συνήθως ἐπὶ τῶν δύο τὴν ὁμοίαν τῶν παρ᾽ Ἑβραίοις χαρακτήρων ἐποιήσατο παράθεσιν· αὕτη δὲ ἐστὶν, ἡ διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων [B] ἀνεκφώνητος παρ᾽ αὐτοῖς θεολογία. τούτῳ δὲ καὶ Δαβὶδ ἄλλος Προφήτης ὁμοῦ καὶ Βασιλεὺς Ἑβραίων συνᾴδων φησὶν, Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου· τὸν μὲν ἀνωτάτω Θεὸν διὰ τοῦ πρώτου Κυρίου, τὸν δὲ τούτου δεύτερον διὰ τῆς δευτέρας ἀποφαίνων προσηγορίας. τίνι γὰρ ἄλλῳ θέμις ὑπονοεῖν τὰ δεξιὰ διὰ τῆς ἀγεννήτου Θεότητος παραχωρεῖσθαι, ἢ μόνῳ τῷ περὶ οὗ ὁ λόγος; ὃν ὁ αὐτὸς Προφήτης ἐν ἑτέροις λευκότερον διασαφεῖ Λόγον τοῦ Πατρὸς, [C] Δημιουργὸν τῶν ὅλων ὑφιστάμενος εἶναι τὸν θεολογούμενον, ἐν οἷς φησι, Τῷ Λόγῳ Κυρίου οἱ Οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. Καὶ Σωτῆρα δὲ τῶν αὐτὸν τῶν δεομένων τῆς παρ᾽ αὐτοῦ θεραπείας εἰσάγει, λέγων, Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἰάσατο αὐτούς. καὶ ὁ τούτου δὲ παῖς ὁμοῦ καὶ διάδοχος Σολομῶν, ἑτέρῳ προσρήματι τὴν αὐτὴν παριστὰς διάνοιαν, ἀντὶ Λόγου Σοφίαν εἰπὼν, τάδε ὡς ἐξ αὐτῆς προσώπου διέξεισιν· [D] Ἐγὼ ἡ Σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν, καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην. εἶθ᾽ ἑξῆς ἐπιλέγει, Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι. πρὸ δὲ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με. ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ. τοῦ δ᾽ αὐτοῦ πάλιν καὶ τάδε ἐστὶ, Ὁ Θεὸς ἐν τῇ Σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, ἡτοίμασεν οὐρανοὺς ἐν φρονήσει. Ἔτι δὲ τάδε λέγεται εἶναι τοῦ αὐτοῦ, Καὶ ὅσα ἐστὶ κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ ἔγνων· ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις ἐδίδαξέ με Σοφία. εἶτ᾽ ἐπιλέγει, Τί δ᾽ ἐστὶ Σοφία, καὶ πῶς ἐγένετο, ἐγὼ ἀπαγγελῶ, καὶ οὐκ ἀποκρύψω ὑμῖν μυστήρια, ἀλλ᾽ ἐξ ἀρχῆς γενέσεως ἐξιχνιάσω. καὶ ἑξῆς διασαφεῖ τὰ τοιάδε, Ἔστι γὰρ αὐτῇ πνεῦμα νοερὸν, ἅγιον, μονογενὲς, πολυμερὲς, λεπτὸν, εὐκίνητον, τρανὸν, ἀμόλυντον, παντοδύναμον, πανεπίσκοπον, καὶ διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων.

pag. 313

» πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία. διή-
» κει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθα-
» ρότητα. ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως,
» καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ Παντοκράτορος δόξης εἰ-
» λικρινής. διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμολυσμένον εἰς
» αὐτὴν παρεμπίπτει. ἀπαύγασμα γάρ ἐστι
» φωτὸς ἀϊδίου, καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς
» τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότη-
» τος αὐτοῦ. διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος εἰς πέ-
» ρας εὐρώστως, καὶ διοικεῖται τὰ πάντα χρη-
στῶς. Ταῦτα μὲν ἡ γραφή. τὴν δὲ διὰ τοῦ δό- B
γματος διάνοιαν Φίλων ὁ Ἑβραῖος λευκότε-
ρον ἑρμηνεύων τήνδε παρίστησι τὸν τρόπον.

Omnibus enim mobilibus mobilior est Sapientia: penetrat autem ac pervadit omnia propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est Omnipotentis gloriæ sincera. Et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei efficacitatis, & imago bonitatis illius. Attingit autem a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter. Cap. 8. 1. Hæc Scriptura. Cujus qvidem doctrinæ sensum Philo Hebræus exponens, clarius hunc in modum illustriusque repræsentat.

ιε.

ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΥ-τέρου Αἰτίου.

» ΕΥΠΡΕΠΕΣ γὰρ τοῖς ἑταιρείαν πρὸς ἐπι-
» στήμην θεμένοις, ἐφίεσθαι μὲν τοῦ τὸ ὂν ἰδεῖν·
» εἰ δὲ μὴ δύναιντο, τὴν γοῦν εἰκόνα αὐτοῦ τὸν
» ἱερώτατον Λόγον. ἐν τῷ δ' αὐτῷ Συγγράμ-
» ματι καὶ τάδε φησί· Κἂν μηδέπω μέντοι
» τυγχάνῃ τις ἀξιόχρεως Υἱὸς Θεοῦ προσα-
» γορεύεσθαι, σπουδαζέτω κοσμεῖσθαι κατὰ τὸν
» πρωτόγονον αὐτοῦ Λόγον, τὸν Ἀγγέλων πρε-
» σβύτατον, καὶ ὡς ἂν Ἀρχάγγελον πολυώ-
» νυμον ὑπάρχοντα. Καὶ γὰρ Ἀρχὴ, καὶ Ὄνομα
» Θεοῦ, καὶ Λόγος, καὶ ὁ κατ' εἰκόνα Ἄν-
» θρωπος, καὶ ὁ ὁρῶν Ἰσραὴλ, προσαγορεύε-
» ται. διὸ προήχθην ὀλίγῳ πρότερον ἐπαι-
» νέσαι τὰς ἀρετὰς τῶν φασκόντων, ὅτι πάντες
» ἐσμὲν υἱοὶ ἑνὸς Ἀνθρώπου. καὶ γὰρ εἰ μή πω D
» ἱκανοὶ Θεοῦ παῖδες νομίζεσθαι γεγόναμεν,
» ἀλλά τοι τῆς ἀειδοῦς εἰκόνος αὐτοῦ Λόγου τοῦ
» ἱερωτάτου· Θεοῦ γὰρ εἰκὼν Λόγος ὁ πρεσβύ-
» τατος. Καὶ πάλιν ἐπιλέγει, Ἤκουσα μέν
» τοι καὶ τῶν Μωσέως ἑταίρων τινὸς ἀποφθεγ-
» ξαμένου τοιόνδε λόγιον, Ἰδοὺ Ἄνθρωπος
» ᾧ ὄνομα Ἀνατολή. καινοτάτη πρόσρησις,
» ἐάν γε τὸν ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συνεστῶ-
pag. 514 » τα λέγεσθαι νομίσῃς· ἐὰν δὲ τὸν ἀσώματον ἐκεῖ-
» νον θείαν ἰδέαν φοροῦντα, ἱκανῶς ὁμολο-
» γήσεις, ὅτι εὐθυβολώτατον ὄνομα ἐπεφημί-
» σθη τὸ Ἀνατολὴ αὐτῷ. τοῦτον μὲν γὰρ πρεσβύ-
» τατον Υἱὸν ὁ τῶν ὅλων ἀνέτειλε Πατὴρ, ὃν ἑτέ-
» ρωθι πρωτόγονον ὠνόμασε. καὶ ὁ γεννηθεὶς μέντοι μιμούμενος τὰς τοῦ Πατρὸς ὁδοὺς, πρὸς

XV.

DE SECUNDO PRINcipio, Ex Philone.

DECET enim, inqvit, eos, qvi cum scientia societatem inierunt, ejus qvod est, vivendi desiderio teneri: aut, si minus id possint, ejus saltem imaginis, hoc est sacratissimi Verbi. Qvo eodem libro, hæc etiam, quæ seqvuntur, habet. Ut qvis minus adhuc filii Dei appellatione dignus fuerit, se ipsum tamen ad primogenitum illius Verbum, qvi Angelorum antiqvissimus, ac veluti Archangelus plurimis nominibus insignis est, conformare conetur. Etenim Principium, Dei Nomen, Verbum, Homo secundum imaginem, & videns Israel appellatur. Itaqve ad celebrandas eorum virtutes paulo ante permotus sum, qvi nos omnes Hominis unius filios esse dicunt. Nam ut nondum idonei simus, qvi pro Dei liberis habeamur; ejus quidem imaginis sensum omnem superantis, Verbi, inqvam, sacratissimi esse possumus. Dei enim Imago Verbum hoc antiqvissimum est. Tum ista subjungit, Qvin etiam ab socio Mosis aliqvo ejusmodi pronunciatum esse oraculum audivimus, *Ecce Homo, cui nomen Oriens.* Zac. 6. 12. Novum profecto nomen, si aliqvem ex corpore animoqve conflatum intelligas. Sin autem incorporeum illum, ac divinum exemplar ferentem accipias, tum enimvero, convenientissimum hoc ipsi Orientis nomen impositum esse, facile admodum libenterqve fateberis. Eum qvippe Filium antiqvissimum edidit universi Parens, quem etiam alibi primogenitum appellavit. Is autem ex Deo genitus,

in archetypa illius exemplaria respiciendo formavit. Hactenus ex illo Hebræi Philonis opere, cujus hic titulus est, *Deterius perfectiori semper infestum esse*. Verum cum jam alibi veterum Hebræorum dogmata pietatem religionemqve complexa protulerim, tum vero qvæ secundum ad Principium pertinent, hoc in Evangelicæ Præparationis opere, satis abs me pro instituto quidem meo disputata sunt: ad qvæ proinde nunc rei studiosos remittam. Cum igitur ejusmodi apud Hebræos de secundo rerum universarum Principio Theologiæ ratio fuerit, tempus jam est, uti Platonem in Epimenide ita disserentem audiamus.

XVI.

DE SECUNDO PRINCIPIO, Ex Platone.

Et honores, inqvit, habeamus, sic tamen, ut non jam annum alteri, alteri mensem, dies aliis tribuamus, aut ullum omnino tempus, qvo suam qvilibet conversionem absolvat, dum ad mundi, qvem Verbum omnium longe divinissimum conformavit, perfectionem ipse concurrit. Qvod quidem Verbum, quisqvis beatus est, primum admirari, tum ejusdem, qvatenus mortali naturæ fas est, cognoscendi amore ac studio teneri solet. Idem in ea, qvam ad Hermiam, Erastum, & Coriscum scribit epistola, dogmatis hujus sententiam prudenter admodum inseruit, his verbis. Epistolam hanc a vobis tribus, inquit, simul convenientibus legi decet: sin autem, a duobus vicissim unaqve conjunctis, idqve qvam sæpissime fieri poterit. Præterea pactum inter vos, legemque ratam fixamqve servari, sic ut in æqvum bonum juretis: adeoqve studio non illiberali, ac studii sorore doctrina mutuo conjuncti, in Deum ipsum rerum omnium sive præsentium, sive futurarum Præsidem, nec non Præsidis etiam Principiiq; Parentem Dominum juretis, qvem quidem, si modo recte philosophabimur, quantum homines beati possunt, clare omnes planeqve cognoscemus. An non tibi videtur Plato dum hæc ait, Hebræorum dogmatis insistere? Unde enim alioqvi in mentem ipsi veniret, Deum alterum ipsomet rerum, qvæ procreantur, omnium Principio superiorem, imo & universi Moderatoris Parentem appellare? Unde porro, huic ipsi

παραδείγματα ἀρχέτυπα τὰ ἐκείνου βλέπων, ἐμόρφου τὰ εἴδη. Ταῦτά μοι ἀπὸ τοῦ Ἑβραίου Φίλωνος ἐνταῦθα κείσθω, ληφθέντα ἐκ συγγράμματος, ᾧ τέθειται ἐπιγραφή, περὶ τοῦ τὸ χεῖρον αὐτῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. ἤδη δέ μοι καὶ ἄλλοτε τὰ τῆς τῶν παλαιῶν Ἑβραίων εὐσεβείας δόγματα παρατεθειμένῳ, ἐν τοῖς τῆς Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς, καὶ τὰ περὶ τοῦ δευτέρου αἰτίου διείB ληπται αὐτάρκως, ἐφ' ἃ καὶ νῦν τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψω. Τοσούτων οὖν παρ' Ἑβραίοις, καὶ τόνδε τὸν τρόπον περὶ τοῦ δευτέρου τῶν ὅλων αἰτίου τεθεολογημένων, καιρὸς ἤδη καὶ τοῦ Πλάτωνος ἐν τῇ Ἐπιμενίδῃ τάδε λέγοντος ἐπακοῦσαι.

ιε.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ αἰτίου.

C Καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν, μὴ τῷ μὲν ἐνιαυτὸν, τῷ δὲ, μῆνα, τοῖς δὲ, " μήτε τινὰ μοῖραν τάττωμεν, μήτε τινὰ χρόνον, ἐν ᾧ διεξέρχεται τὸν αὐτοῦ πόλον, συναποτελῶν κόσμον, ὃν ἔταξε Λόγος ὁ πάντων θειότατος· ὃν ὁ μὲν εὐδαίμων πρῶτον μὲν ἐθαύμασεν, ἔπειτα δὲ ἔρωτα ἔσχε τοῦ καταμαθεῖν ὁπόσα θνητῇ φύσει δυνατά. Καὶ ἐν ἐπιστολῇ δὲ τῇ πρὸς Ἑρμείαν, Ἔραστόν τε, καὶ Κορίσκον, εὖ μάλα πεφυλαγμένως τέθειται τὸ δόγμα, ὧδε πρὸς λέξιν ἐπιστέλλων· Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρὴ, μάλιστα μὲν ἀθρόους· εἰ δὲ μὴ, " κατὰ δύο D κοινῇ, κατὰ δύναμιν, ὡς οἷόν τέ ἐστι πλειστάκις· καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ, καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὅ ἐστι δίκαιον ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ, καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν τῶν πάντων Θεὸν Ἡγεμόνα, τῶν τε ὄντων, καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε Ἡγεμόνος καὶ Αἰτίου Πατέρα Κύριον ἐπομνύντας· ὃν, ἐὰν ὀρθῶς φιλοσοφῶμεν, εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων. ἆρά σοι δοκεῖ ταῦτα λέγων ὁ Πλάτων, τοῖς Ἑβραίων ἐπηκολουθηκέναι δόγμασιν; ἢ πόθεν ἄλλοθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ τοῦ πάντων τῶν γενητῶν Αἰτίου κρείττονα ἄλλον Θεὸν, τὸν δὴ καὶ Πατέρα τοῦ πανηγεμόνος προσειπεῖν; πόθεν δ' αὐτῷ

" Ἡμ. add. ἡμέρας

V. Not.

τὸ τοῦ Κυρίου ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ Δημιουργοῦ τάξαι ὄνομα, μηδενός πω πρὸ αὐτοῦ Ἑλλήνων ἀκοαῖς, ἀλλὰ μηδὲ εἰς νοῦν ταῦτα καταβεβλημένου; εἰ δὲ καὶ ἑτέρων ἡμῖν πάλιν μαρτύρων δεῖ, εἰς ἀναμφίλεκτον παράστασιν τῆς τε τοῦ φιλοσόφου διανοίας, καὶ τῆς τοῦ λόγου κατασκευῆς· ἐπάκουσον οἷα Πλωτῖνος, ἐν οἷς περὶ τῶν τριῶν ἀρχικῶν Ὑποστάσεων συντάξε, διασαφεῖ γράφων.

Rerum Conditoris Parenti, Domini nomen imponere? quæ profecto Græcorum nunquam auribus, imo ne animis quidem mortalium ante se qvisquam injecerat. Jam si id certam & exploratam vel hujus Philosophi sententiæ fidem, vel susceptæ disputationis confirmationem, testimoniis insuper aliis opus est: audi præterea, qvæ Plotinus in suo de tribus Substantiis principii vim & rationem habentibus opere, hæc in verba persequitur.

ιζ.

ΠΛΩΤΙΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΑΙΤΙΟΥ.

» ΚΟΣΜΟΝ αἰσθητὸν τόνδε εἴ τις θαυμάζει, εἴ τε τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τὴν τάξιν τῆς φορᾶς τῆς ἀϊδίου βλέπων, καὶ Θεοὺς τοὺς ἐν αὐτῷ, τοὺς μὲν ὁρωμένους, τοὺς δὲ καὶ ἀφανεῖς ὄντας, καὶ δαίμονας, καὶ ζῶα, φυτά τε πάντα· ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοῦ καὶ τὸ ἀληθινώτερον ἀναβὰς, κἀκεῖ πάντα ἰδέτω νοητὰ, καὶ παρ᾽ αὐτῶν ἀΐδια ἐν
Pl. ἀνωτ. οἰκείᾳ συνέσει καὶ ζωῇ, καὶ τούτων τὸν ἀκήρατον Νοῦν προστάτην, καὶ Σοφίαν ἀμήχανον. εἶθ᾽ ἑξῆς τούτοις ἐπιφέρει λέγων. Τίς οὖν ὁ τοῦτον γεννήσας; ὁ ἁπλοῦς, καὶ ὁ πρὸ τῆς τοιούτου,
Pl. ad. πλήθους pag. 515. ὁ αἴτιος τοῦ εἶναι καὶ πολλὴν εἶναι τοῦτον, ὁ τὸν ἀριθμὸν ποιῶν; ὁ γὰρ ἀριθμὸς, οὐ πρῶτος· καὶ γὰρ πρὸ τῆς δυάδος τὸ ἕν· δεύτερον δὲ, δυὰς, καὶ παρὰ τοῦ ἑνὸς γεγενημένη. καὶ πάλιν ἐπιβὰς ἐπιλέγει· Πῶς οὖν; καὶ τί δεῖ νοῆσαι περὶ ἐκεῖνο μένον; περίλαμψιν ἐξ αὐτοῦ μὲν, ἐξ αὐτοῦ δὲ μένοντος· οἷον Ἡλίου τὸ περὶ αὐτὸν λαμπρὸν φῶς περιθέον, ἐξ αὐτοῦ τε ἀεὶ γεννώμενον, μένοντος δέ.
Pl. ἀνωτ. „ Καὶ πάντα τὰ ὄντα ἕως μένει, ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας, ἀναγκαίαν τὴν περὶ αὐτὰ πρὸς τὸ ἔξω αὐτῶν, ἐκ τῆς παρούσης δυνάμεως, δίδωσιν αὐτῶν ἐξηρτημένην ὑπόστασιν, εἰκόνα οὖσαν οἷον ἀρχετύπων, ὧν ἐξέφυ. πῦρ μὲν, τὴν παρ᾽ αὐτοῦ θερμότητα, καὶ χιὼν οὐκ εἴσω μόνον τὸ ψυχρὸν κατέχει. μάλιστα δὲ ὅσα
Pl. τοῦτ. εὐώδη, μαρτυρεῖ τούτῳ. ἕως γάρ ἐστι, πρόεισί τι ἐξ αὐτῶν περὶ αὐτὰ, ὧν ἀπολαύει παρεστῶτος ὅ, τι πλησίον. Καὶ πάν-

XVII.

DE SECUNDO PRINCIPIO, EX PLOTINO.

SI qvis, inqvit, aspectabilem hunc mundum admiratur, ejus magnitudinem, speciem, conversionis ordinem sempiternæ, quiqve in eo versantur, Deos, seu videri oculis, seu non videri possint, genios item, animantes, ac genera plantarum omnia considerans: idem ejus ad exemplar longe sane verius cogitatione aspirans, cuncta etiam ibi spiritalia, atqve apud ipsum in propria cognitione vitaqve sempiterna, simulque Mentem illam immutabilem, rerumqve moderatricem omnium, & superiorem quavis æstimatione Sapientem contempletur. Deinde quibusdam interjectis ita proseqvitur. Quis igitur illum condidit? quis, inquam, simplex ille, tanta multitudine prior, causa qvamobrem ipse & est & multiplex est, ac numerum omnem efficiens? Qvippe, numerus enim primus non est, cum binario prius unum sit, secundusque binarius, atqve ab uno procreatus. Deinde progressus ista subjungit, Qvo igitur modo, quidve nobis circa illud, dum idem perpetuo manet, cogitandum erit? Nempe fulgor aliquis circumfusus, ex ipso qvidem, sed eodem persistente manans: cujusmodi Solis fuerit clarum hocce lumen, qvod circa illum volvitur, ab eoqve continue, sed tamen eodem manente producitur. Ita plane qvicqvid est, qvamdiu manet, ex propria substantia, necessarium aliqvid, qvod in se se hæreat, ac semper ex se pendeat, foras tamen pro sua cujusqve ac præsenti facultate transmittit, qvod ejus ipsius unde profectum est, sui tanqvam exemplaris imago qvædam expressa sit. Et ignis qvidem suum extra se calorem effundit: nixqve suum frigus non intrinsecus modo inclusum tenet. Verum id potissimum omni odorum genere comprobatur. Ex illis enim, qvamdiu sunt, efflatur circa se se aliqvid, qvod etiam cum vicinis naturæ suæ vim fructumqve communicat. Et qvo-

Illa omnia, ubi maturitatem perfectionemque suam assequuta sunt, aliud generare solent; proinde quod perfectum semper est, idem semper ac sempiternum aliquid generat, & ejusmodi aliquid, quod se ipso minus sit. Ecquid igitur de perfectissimo statuere nos oportet? Ab eo nihil, aut maxima secundum ipsum omnia proficisci. Atqui res post ipsum maxima, eademque secunda, Mens est. Ipsum enim Mens intuetur, eoque uno indiget; ipse autem Mente nihil prorsus. Et sane si quid ab eo, qui Mente melior superiorque sit, generatur, id Mentem esse necesse est; ea vero rerum optima cæterarum est, quod eam cæteræ omnes consequantur. Quibus hæc iterum addit. Porro quisquis generavit, quod generatum abs se se est, studio simul, & amore prosequitur, maxime vero si soli ambo genitor genitusque fuerint. Quod si genitus optimus sit, tum genitor cum eo simul ita necessario est, ut hoc tantum, quod alter ab illo sit, ab eodem secernatur. Et quidem Genitoris imaginem, Mentem esse dicimus: id enim jam a nobis explicandum illustrius est. Jam aliquot rursus interjectis. Quamobrem, inquit, triplex rerum a Platone gradus ratioque statuitur, dum ait, circa universorum Deum, universa; et secundum, circa ea, quæ secundo; tertium, circa ea, quæ tertio ordine continentur, cuncta versari. Addit autem Principii Patrem esse, Principii nomine Mentem intelligens: Platoni quippe Artifex Mens est; idemque Animum a Mente in cratere illo procreari docet: cujus Principii, hoc est Mentis, parens sit Bonum illud, quod Mentem simul substantiamque prætergreditur. Præterea tam id quod est, quam Mentem ipsam, Ideæ nomine appellare solet: prorsus ut ex Bono Mentem & Ideam, ex Mente Animum existere agnoscat Plato: neque hoc philosophandi genus insolens sit ac nuperum, quod jam olim usurpatum fuerit, licet minus explicate & enucleate traditum: ejusque proinde, quæ nunc instituuntur, disputationes, interpretes modo quædam sint, quæ testimoniis ex Platonis ipsius operibus depromptis, opiniones ejusmodi priscorum hominum fuisse confirment. Atque hæc Plotinus. Sequatur deinde Numenius, qui Platonis quoque doctrinam digerendam enarrandamque suscipiens, in opere suo, De Bono, totidem verbis de secundo Principio hunc in modum philosophatur.

A ταῦτα δὲ ἔστι ἤδη τέλεια, γεννᾷ· τὸ δὴ αἰεὶ τέλειον, αἰεὶ καὶ αἴδιον γεννᾷ· καὶ ἔλαττον δὲ ἑαυτοῦ γεννᾷ. Τί οὖν χρὴ περὶ τοῦ τελειοτάτου λέγειν; μηδὲν ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἢ τὰ μέγιστα μετ᾽ αὐτό. μέγιστον δὲ μετ᾽ αὐτὸν Νοῦς, καὶ δεύτερον. καὶ γὰρ ὁρᾷ ὁ νοῦς ἐκεῖνον, καὶ δεῖται αὐτοῦ μόνου, ἐκεῖνος δὲ τούτου οὐδέν. καὶ τὸ γεννώμενον ἀπὸ κρείττονος Νοῦ, Νοῦν εἶναι· καὶ κρείττων ἁπάντων Νοῦς, ὅτι τἆλλα μετ᾽ αὐτόν. B τούτοις ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων, ποθεῖ δὲ πᾶν τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεγεννημένον· καὶ τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μάλιστα ὅταν ὦσι μόνοι, τὸ γεννῆσαν καὶ τὸ γεγεννημένον. ὅταν δὲ καὶ τὸ ἄριστον ᾖ, τὸ γεννῆσαν ἐξ ἀνάγκης σύνεστιν αὐτῷ, ὥστε ἑτερότητι μόνον κεχωρίσθαι. εἰκόνα δὲ ἐκείνου εἶναι λέγομεν τὸν Νοῦν. δεῖ γὰρ σαφέστερον λέγειν. καὶ πάλιν τούτοις ἐπιλέγει. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὰ Πλάτωνος τριττὰ· πάντα περὶ τὸν Βασιλέα φησὶ πρῶτον· περὶ τὰ πρῶτα· καὶ C δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα· καὶ περὶ τὰ τρίτα, τρίτον. λέγει δὲ καὶ τοῦ αἰτίου εἶναι Πατέρα· αἴτιον μὲν τὸν Νοῦν λέγων. Δημιουργὸς γὰρ ὁ Νοῦς αὐτῷ. τοῦτον δέ φησι τὴν ψυχὴν ποιεῖν ἐν τῷ κρατῆρι ἐκείνῳ. τοῦ δὲ αἰτίου, Νοῦ ὄντος, Πατέρα φησὶ, τἀγαθὸν καὶ τὸ ἐπέκεινα Νοῦ, καὶ ἐπέκεινα οὐσίας. πολλαχοῦ δὲ τὸ ὂν καὶ τὸν Νοῦν, τὴν Ἰδέαν λέγει· ὥστε Πλάτωνα εἰδέναι ἐκ μὲν τοῦ Ἀγαθοῦ τὸν Νοῦν D ἐκ δὲ τοῦ Νοῦ τὴν ψυχήν. καὶ εἶναι τοὺς λόγους τούσδε μὴ καινοὺς, μηδὲ νῦν, ἀλλὰ πάλαι μὲν εἰρῆσθαι μὴ ἀναπεπταμένως· τοὺς δὲ νῦν λόγους, ἐξηγητὰς ἐκείνων γεγονέναι, μαρτυρίοις πιστωσαμένους τὰς δόξας ταύτας παλαιὰς εἶναι, τοῖς αὐτοῦ Πλάτωνος γράμμασι· Ταῦτα μὲν ὁ Πλωτῖνος. ὁ δὲ Νουμήνιος τὰ Πλάτωνος πρεσβεύων, ἐν τοῖς περὶ τἀγαθοῦ, τάδε καὶ αὐτὸς περὶ τοῦ δευτέρου Αἰτίου λέγων διερμηνεύει. v. Noe.

XVIII.

DE EODEM, EX NUMENIO.

Quisquis ad Dei tum primi, tum secundi cognitionem aspirabit, inquit, eum singula prius suo quæque loco & ordine eleganter apteque dicere; tum ubi sua cuique sedes ratioque constiterit, apposite

ιη.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ, ΠΕΡΙ ΤΟΥ αὐτοῦ.

ΤΟΝ μέλλοντα δὲ συνήσειν Θεοῦ πέρι πρώτου καὶ δευτέρου, χρὴ πρότερον διελέσθαι ἕκαστα ἐν τάξει, καὶ ἐν εὐθημοσύνῃ τινί· κᾆπειτα ἐπ᾽ ἂν δοκῇ ἤδη εὖ ἔχειν, τότε

καὶ δεῖ ἐπιχειρεῖν εἰπεῖν κοσμίως, ἄλλως δὲ μή. ἢ τῷ πρωιαίτερον πρὶν τὰ πρῶτα γενέσθαι ἁπτομένῳ, σποδὸς ὁ θησαυρὸς γίνεσθαι λέγεται. μὴ δὴ πάθωμεν ἡμεῖς ταυτόν· Θεὸν δὲ προσκαλεσάμενοι, ἑαυτοῦ γνώμονα γενόμενον τῷ λόγῳ, δεῖξαι θησαυρὸν φροντίδων, ἀρχώμεθα οὕτως. εὐκτέον μὲν ἤδη, διελέσθαι δὲ δεῖ. Ὁ Θεὸς ὁ μὲν πρῶτος ἐν ἑαυτῷ ὤν, ἐστὶν ἁπλοῦς, διὰ τὸ ἑαυτῷ συγγινόμενος διόλου, μή ποτε εἶναι διαιρετός. ὁ Θεὸς μέντοι ὁ δεύτερος καὶ τρίτος, ἐστὶν εἷς· συμφερόμενος δὲ τῇ ὕλῃ δυάδι οὔσῃ, ἑνοῖ μὲν αὐτήν, σχίζεται δὲ ὑπ' αὐτῆς, ἐπιθυμητικὸν εἶδος ἐχούσης καὶ ῥεούσης. τῷ οὖν μὴ εἶναι πρὸς τῷ νοητῷ, ἦν γὰρ ἂν πρὸς ἑαυτῷ, διὰ τὸ τὴν ὕλην βλέπειν, ταύτης ἐπιμελούμενος, ἀπερίοπτος ἑαυτοῦ γίνεται. καὶ ἅπτεται τοῦ αἰσθητοῦ καὶ περιέπει, ἀνάγει τε ἔτι εἰς τὸ ἴδιον ἦθος ἐπορεξάμενος τῆς ὕλης. Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· Καὶ γὰρ οὔτε δημιουργεῖν ἐστι χρεὼν τὸν πρῶτον, καὶ τοῦ δημιουργοῦντος δὲ Θεοῦ χρὴ εἶναι νομίζεσθαι Πατέρα τὸν πρῶτον Θεόν. εἰ μὲν οὖν περὶ τοῦ Δημιουργικοῦ ζητοῖμεν, φάσκοντες δεῖν τὸν πρότερον ὑπάρξαντα, οὕτως ἂν ποιεῖν ἔχειν διαφερόντως, οἰκεία ἡ πρόσοδος αὕτη γεγονυῖα ἂν εἴη τοῦ λόγου. εἰ δὲ περὶ τοῦ Δημιουργοῦ μή ἐστιν ὁ λόγος, ζητοῦμεν δὲ περὶ τοῦ πρώτου, ἀφοσιοῦμαί τε τὰ λεχθέντα, καὶ ἔστω μὲν ἐκεῖνα ἄρρητα, μέτειμι δὲ ἑλεῖν τὸν λόγον, ἑτέρωθεν θηράσας. πρὸ μέντοι τοῦ λόγου τῆς ἁλώσεως, διομολογησώμεθα ἡμῖν αὐτοῖς ὁμολογίαν οὐκ ἀμφισβητήσιμον ἀκοῦσαι, τὸν μὲν πρῶτον Θεὸν ἀργὸν εἶναι ἔργων ξυμπάντων καὶ Βασιλέα, τὸν δημιουργικὸν δὲ Θεὸν ἡγεμονεῖν, δι' οὐρανοῦ ἰόντα. διὰ δὲ τούτου καὶ ὁ στόλος ἡμῖν ἐστι, κάτω τοῦ Νοῦ πεμπομένου ἐν διεξόδῳ, πᾶσι τοῖς κοινωνῆσαι συντεταγμένοις. βλέποντος μὲν οὖν καὶ ἐπεστραμμένου πρὸς ἡμῶν ἕκαστον τοῦ Θεοῦ, συμβαίνει ζῆν τε καὶ βιώσκεσθαι τότε τὰ σώματα, κηδεύοντα τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀκροβολισμοῖς· μεταστρέφοντος δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν τοῦ Θεοῦ, ταῦτα μὲν ἀποσβέννυσθαι, τὸν δὲ Νοῦν ζῆν, βίου ἐπαυρόμενον εὐδαίμονος. Ταῦτα ὁ Νουμήνιος. Σὺ δέ γε παραθὲς αὐτοῖς τὰ ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ προφητείας πάλαι παρ' Ἑβραίοις τὸν ἀδόμενα τρόπον, Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου Κύριε· πάντα ἐν

Ad de illis & accommodate disputare oportebit; secus vero minime. Alioqvi, si qvis antequã primum illud factum & constitutum erit, citius aliquid, qvam par esset, avidiusqve susceperit, suus ei thesaurus cinis futurus est. Ne idem igitur nobis eveniat, studiose caveamus: Deumqve proinde obtestati, ut nostræ huic disputationi suimet ipsius canon ac regula esse velit, nobisqve cogitationum thesaurum aperire, ita demum ordiamur. Prius enim fundendæ preces, tum ad explicatam rei tractationem accedendum. Primus ille Deus, ut in se ipso est, ita simplex omnino est, qvod qvi secum ipse totus perpetuoqve versatur, divulsus esse nunquam distractusqve possit. Ac secundus qvidem tertiusque Deus unus est, idem tamen, qvod simul cum materia, qvi binarius quidam est, circumferatur, ut eam conjungat, ab ea tamen, qvæ vim aliqvam concupiscendi habet, assidueqve fluit, dividitur. Qvod igitur ad id, quod spiritale est, minus adhærescat, (alioqvi enim ad se ipsum adhæresceret:) dum in contemplanda materia diligentius occupatur, se ipsum contemplari non potest. Verum qvæ sensibus usurpantur non attingit tractatque modo, sed etiam in proprias ejus quam expetit versatqve, materiæ conditiones devolvitur. idemqve nonnullis interjectis. Nec enim, inquit primum illum Deum quicquam moliri fas est, sed potius Artificis Dei Patrem ipsum habere nos oportet. Et quidem si de Artifice quæstio est, cum illum ante jam extitisse necessario, atqve ita demũ excellenti quodam singulariq; modo agere posse dicimus, cõmodus hic & opportunus orationis ingressus jure videatur. At si omisso Artifice, de primo Deo loqvi placet, genus id orationis usurpare religio sit. Qvare, qvæ dicta sunt, dicta esse nolim: ducendam aliunde mihi disputationem hanc statuam. Ac primum quidem anteqvam eum in sermonem ingredimur, id apud nos in confesso maneat, qvo de prorsus qui audiat, nemo dubitare merito possit, Deum primum & ab opere omni vacare, & Regem esse universi: Artificem vero Deum, cœlum permeando, cuncta moderari. Et sane commeatus noster atqve apparatus omnis, ipsius beneficium est, dum certa progressione, huc Mens ad eos omnes transmittitur, qvos in ejus communionem vocari pro suo cujusque gradu & conditione fas sit. Itaqve dum in qvemqve nostrum conversus intuetur Deus, tum enimvero sua corporibus vita, suus vigor inest, qvod immissis divinitus radiis foveantur. Sin autem ad sui ipsius contemplationem oculos revocarit, tum res inferiores extingvi subito, Mens autem ipsa non vivere modo, sed etiam beate admodum vivere. Hæc Numenius. Qvæ cum iis confer amabo, qvæ jam olim apud Hebræos his verbis David Propheta cecinerat, *Quam magnificata sunt opera tua! omnia in*

Psalm. 104.

Sapientia fecisti: Impleta est terra creatione tua. Omnia a te expectant, ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Avertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur. Emittes Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Qvid enim hæc ab illa Philosophi mente discrepant? dum ait, Dum in quemqve nostrum conversus intuetur Deus, tum enim vero sua corporibus vita, suus vigor inest, qvod immissis divinitus radiis foveantur. Sin autem ad sui ipsius contemplationem oculos revocarit, tum res inferiores subito extingvantur necesse est. Rursus cum ita Christus in salutari Evangelio de seipso loqvatur, *Ego* Joan. 15. 5. *sum Vitis, Pater meus Agricola, vos palmites;* Vide porro cujusmodi sit Numenii de secundo Principio Theologia. Qvemadmodum, inqvit, Agricolam inter & eum, qvi plantat, relatio quædam est, ita plane Deus primus ad Artificem Deum refertur. Nam primus quidem, ut omnis animæ semen est, in iis omnibus seminat, qvæ ad aliquod sui consortium & communionem vocavit: At vero Legislator, qvæ jam ab illo proseminata sunt, eadem inserit ipse ac dividit, atqve in nostrum quemqve transplantat. Itemqve postea, dum hac in explicanda quæstione versatur, *Qvemadmodum a primo Principio secundum oriatur;* ita scribit, Qvæcunqve postqvam donata fuerint, sic ad eum, qvi accipit, traducuntur, ut ab eo, qvi dederit, sejungantur, exempli gratia curatio, divitiæ, argentum cælatum, aut signatum: ea mortalia sunt humanaqve omnia. At vero divina ejusmodi sunt, quæ cum aliis ita communicantur, ut neqve postquam illuc inde commearunt, inde tamen abscesserint; & illuc profecta, sic eum juvent, qui acceperit, ut ei, qvi dederit, nihil incommodent, imo prosint etiam aliqvid, dum eorum, qvæ jam ante norat, ipse recordatur. Cujusmodi sane honesta ac liberalis doctrina est, res plane singularis & excellens, quæ cum utilitatis accipienti plurimum afferat, ab eo tamen, qvi dederit, non aufertur. Nam qvemadmodum lucernam eam vides, quæ accensa ab altera fuerit, lumen illud retinere, qvod priori non abstulerit, sed tantum qua instructa ipsa est materia, alterius igne accensa, acceperit. Ita profecto doctrina, ut donetur ab altero, ab altero accipiatur, eadem tamen & in eo, qui dederit, postea remanet, & in eo tamen, qvi acceperit, ipsa versatur.

σοφίᾳ ἐποίησας. ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς κτίσεώς σου. πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι, δοῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εἰς εὔκαιρον. δόντος σου αὐτοῖς, συλλέξουσιν· ἀνοίξαντος δέ σου τὴν χεῖρα, τὰ πάντα πληρωθήσεται χρηστότητος. ἀποστρέψαντος δέ σου τὸ πρόσωπον, ταραχθήσονται. ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται, B καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. τί γὰρ ταῦτα διαφέρει τῆς φασκούσης τοῦ φιλοσόφου διανοίας, ὡς ἄρα βλέποντος μὲν καὶ ἐπεστραμμένου πρὸς ἡμῶν ἕκαστον τοῦ Θεοῦ, συμβαίνει ζῆν τε καὶ βιώσκεσθαι τότε τὰ σώματα κηδεύοντα τοῦ Θεοῦ τοῖς ἀκροβολισμοῖς· μεταστρέφοντος δὲ εἰς τὴν ἑαυτοῦ περιωπὴν τοῦ Θεοῦ, ταῦτα ἀποσβέννυσθαι; πάλιν δ' αὖ τοῦ Σωτηρίου λόγου παρ' ἡμῖν φάντος, Ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος, ὁ Πατήρ μου ὁ C γεωργός, ὑμεῖς τὰ κλήματα· ὁ Νουμήνιος ἐπάκουσον οἷα περὶ τοῦ δευτέρου Αἰτίου θεολογεῖ. Ὥσπερ δὲ πάλιν λόγος ἐστὶ γεωργῷ πρὸς τὰ φυτεύοντα ἀναφερόμενος, τὸν αὐτὸν λόγον μάλιστά ἐστιν ὁ πρῶτος Θεὸς πρὸς τὸν Δημιουργόν. ὁ μέν γε ὢν σπέρμα πάσης ψυχῆς, σπείρει εἰς τὰ μεταλαγχάνοντα αὐτοῦ χρήματα σύμπαντα· ὁ Νομοθέτης δὲ φυτεύει καὶ διανέμει, καὶ μεταφυτεύει εἰς ἡμᾶς ἑκάστους, τὰ ἐκεῖθεν προκαταβεβλημένα. καὶ ἑξῆς δὲ πάλιν περὶ τοῦ, πῶς ἀπὸ D τοῦ πρώτου Αἰτίου τὸ δεύτερον ὑπέστη, τοιάδε φησίν· Ὁπόσα δὲ δοθέντα, μέτεισι πρὸς τὸν λαμβάνοντα, ἀπελθόντα ἐκ τοῦ δεδωκότος, ἔστι θεραπεία, χρήματα, νόμισμα κοῖλον, ἐπίσημον· ταυτὶ μὲν οὖν ἐστι θνητὰ καὶ ἀνθρώπινα. τὰ δὲ θεῖά ἐστιν, οἷα μεταδοθέντα, ἐνθένδ' ἐκεῖθι γεγενημένα, ἐνθένδε τε οὐκ ἀπελήλυθε, κἀκεῖθι γενόμενα, τὸν μὲν ὤνησε, τὸν δ' οὐκ ἔβλαψε, καὶ προσώνησε τῇ περὶ ὧν ἠπίστατο ἀναμνήσει. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ καλὸν χρῆμα, ἐπιστήμη ἡ καλή, ἧς ὤνατο μὲν ὁ λαβών, οὐκ ἀπολείπεται δ' αὐτῆς ὁ δεδωκώς. οἷον ἂν ἴδοις ἐξαφθέντα ἀφ' ἑτέρου λύχνου λύχνον, φῶς ἔχοντα, ὃ μὴ τὸ πρότερον ἀφείλετο, ἀλλὰ τῆς ἐν αὐτῷ ὕλης πρὸς τὸ ἐκείνου πῦρ ἐξαφθείσης. τοιοῦτον τὸ χρῆμά ἐστι τὸ τῆς ἐπιστήμης, ἣ δοθεῖσα, καὶ ληφθεῖσα, παραμένει μὲν τῷ δεδωκότι, σύνεστι δὲ τῷ λαβόντι ἡ αὐτή.

V. Not.

Pag. 537

Io. ib.

» Τούτου δὲ τὸ αἴτιον, ὦ ξένε, οὐδέν ἐστιν ἀνθρώπινον· ἀλλ' ὅτι ἕξις τε καὶ οὐσία ἡ ἔχουσα τὴν ἐπιστήμην, ἡ αὐτή ἐστι παρά τε τῷ δεδωκότι Θεῷ καὶ παρὰ τῷ εἰληφότι ἐμοὶ καὶ σοί. Διὸ καὶ ὁ Πλάτων τὴν σοφίαν ὑπὸ Προμηθέως ἐλθεῖν εἰς ἀνθρώπους, μετὰ φανοτάτου τινὸς πυρὸς ἔφη. Καὶ πάλιν ὑποβὰς ἑξῆς φησιν· εἰσὶ δ' οὗτοι βίοι, ὁ μὲν πρώτου, ὁ δὲ δευτέρου Θεοῦ. δηλονότι ὁ μὲν πρῶτος Θεὸς ἔσται ἑστώς, ὁ δὲ δεύτερος ἔμπαλιν ἐστὶ κινούμενος. ὁ μὲν οὖν πρῶτος περὶ τὰ νοητά, ὁ δὲ δεύτερος περὶ τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητά. μὴ θαυμάσῃς δ' εἰ τοῦτ' ἔφην, πολὺ γὰρ ἔτι θαυμαστότερον ἀκούσῃ. ἀντὶ γὰρ τῆς προσούσης τῷ δευτέρῳ κινήσεως, τὴν προσοῦσαν τῷ πρώτῳ στάσιν, φημὶ εἶναι κίνησιν σύμφυτον, ἀφ' ἧς ἥ τε τάξις τοῦ κόσμου, καὶ ἡ μονὴ ἡ ἀΐδιος, καὶ ἡ σωτηρία ἀναχεῖται εἰς τὰ ὅλα. Ἐπὶ τούτοις καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ προστίθησι ταῦτα· Ἐπειδὴ ᾔδει ὁ Πλάτων παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τὸν μὲν Δημιουργὸν γινωσκόμενον μόνον, τὸν μέντοι πρῶτον Νοῦν, ὅστις καλεῖται αὐτὸ ὄν, παντάπασιν ἀγνοούμενον παρ' αὐτοῖς, διὰ τοῦτο οὕτως εἶπεν, ὥσπερ ἄν τις οὕτω λέγοι· ὦ ἄνθρωποι, ὃν τοπάζετε ὑμεῖς Νοῦν, οὐκ ἔστι πρῶτος, ἀλλὰ ἕτερος πρὸ τούτου Νοῦς, πρεσβύτερος καὶ θειότερος. καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· Κυβερνήτης μέν που ἐν μέσῳ πελάγει φερόμενος, ὑπὲρ πηδαλίου ὑψίζυγος, τοῖς οἴαξι διιθύνει τὴν ναῦν ἐφεζόμενος· ὄμματα δ' αὐτοῦ καὶ νοῦς, εὐθὺ τοῦ αἰθέρος ξυντέταται πρὸς τὰ μετάρσια, καὶ ἡ ὁδὸς αὐτῷ ἄνω δι' οὐρανοῦ ἄπεισι, πλέοντι κάτω κατὰ τὴν θάλατταν· οὕτω καὶ ὁ Δημιουργός, τὴν ὕλην, τοῦ μήτε διακρούσαι, μήτε ἀποπλαγχθῆναι αὐτήν, ἁρμονίᾳ ξυνδησάμενος, αὐτὸς μὲν ὑπὲρ ταύτης ἵδρυται, οἷον ὑπὲρ νεώς, ἐπὶ θαλάττης, τῆς ὕλης· τὴν ἁρμονίαν δὲ ἰθύνει ταῖς ἰδέαις οἰακίζων, βλέπει τε ἀντὶ τοῦ οὐρανοῦ, εἰς τὸν ἄνω Θεὸν προσαγόμενον αὐτοῦ τὰ ὄμματα, λαμβάνει τε τὸ μὲν κριτικὸν ἀπὸ τῆς θεωρίας, τὸ δὲ ὁρμητικὸν ἀπὸ τῆς ἐφέσεως. καὶ ὁ Σωτήριος παρ' ἡμῖν λόγος, Οὐδέν, φησι, δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν Πατέρα ποιοῦντα. ἀλλὰ γὰρ τοσαῦτα καὶ περὶ τοῦδε ὁ Νουμήνιος.

ir. ieni

A Cujus sane rei caussa, mi hospes, humani nihil est; sed qvod habitus illa naturaqve ratio, cujus ambitu scientia continetur, eadem omnino cum in Deo sit, a qvo profecta, tum in me simul ac te, qvi accepimus. Itaqve Plato Sapientiam ad homines, una cum igne clarissimo, a Prometheo delatam esse dicebat. Idem aliqvantum progressus ista subjungit. Ea sunt, inqvit, vitæ genera; primi Dei alterum, alterum secundi. Primus qvippe Deus unus semper idemqve persistit: secundus subinde moveri solet. Ille spiritalibus duntaxat in rebus, hic in iis, tam qvæ B sensus, qvam qvæ animus percipit, occupatur. Neqve vero tibi mirum id videatur; plus etiam admirabilitatis habet, qvod audies. Nam loco motus ejus, in qvo secundus versatur, illum ego, qvi primi proprius est, statum ac firmitatem qvietis, nativum qvendam motum esse defendo, ex qvo hanc in rerum universitatem, mundi ordo ac sempiterna constantia, salusqve derivetur. Atqve iterum libro sexto, Cum Plato, inqvit, probe intelligeret, solum artificem C Deum notum hominibus ac perspectum esse; at primæ illius Mentis nomen obscurum penitus ipsis atqve ignotum manere: hoc proinde genus orationis adhibuit, perinde ut si quis hunc in modum loqveretur. Qvam vos Mentem homines esse conjicitis, ea qvidem prima non est: antiqvior altera qvædam est atque divinior. Itemqve nonnullis interpositis, Utiqve navis gubernator, medio jactatus mari, clavo qvidem sublimis insidens, navim gubernaculis regit: at oculos simul atqve mentem, recta summum in cœlum intentam defixamqve tenet; suaqve D homini, dum inferius mare trajicit, via superius per cœlum conficitur. Ita noster hic Artifex, ne aut materiam ipse disjiciat, aut dissipetur ipsa per se se, eam ubi temperatione colligavit, eidem, perinde ut in mari summæ navi, sic insidet, ut illam ipsius temperationem ideis, qvibusdam quasi gubernaculis, moderetur: cœliqve loco superiorem in Deum, suos ipsius oculos in se se convertentem intuitus, ex contemplatione judicandi vim, ut ex suopte desiderio propensionem & impetum accipiat. Qvibus sane Philosophi verbis affine illud est Servatoris nostri, *Nihil*, inqvit, *potest Filius facere a semetipso, nisi viderit Patrem facientem.* Verũ ex Numenio qvidem hac de re modo satis. Joan. 5.19.

Qua quidem oratione, ut Platonis vere, non suam ab eo propriamqve doctrinam explicari quivis intelligat, necesse nihil est hæc ad ejus verba quicqvam adjungere. A Platone vero non hoc primum doctrinæ genus traditum, sed ab iis, qvi apud Hebræos sapientia eminebant, occupatum fuisse, manifestis jam argumentis evicimus. Quin etiam Amelius, recentiores inter Philosophos clarissimus, idemqve Platonicæ Philosophiæ studiosissimus, si qvisquam alius, æmulator, ingenue certe qvidem, nisi qvod Hebræum ipse Theologum barbarum appellat, ut Joannis Evangelistæ nomen ponere noluerit, ejus tamen orationem suis ipse verbis testimonioque confirmat, dum hunc in modum scribit.

A Ὅτι δὲ οὐκ οἰκεῖα, τὰ δὲ Πλάτωνι δοκοῦντα διεστέφει, οὐδὲν ἐπελέγχειν δεῖ ταῖς αὐτοῦ φωναῖς. ὁ δέ γε Πλάτων ὅτι μὴ πρῶτος ταῖσδε κέχρηται ταῖς ἐπιβολαῖς, φαίνονται δ' αὐτὸν προειληφότες Ἑβραίων οἱ σοφοί, δέδεικται διὰ τῶν ἐκτεθειμένων· εἰκότως δῆτα καὶ τῶν νέων φιλοσόφων διαφανὴς γεγονὼς Ἀμέλιος, τῆς Πλάτωνος καὶ αὐτὸς, εἰ καί τις ἄλλος, ζηλωτὴς φιλοσοφίας, πλὴν ἀλλὰ βάρβαρον ὀνομάσας τὸν Ἑβραίων Θεολόγον, B εἰ καὶ μὴ ἐπ' ὀνόματος ἠξίωσε τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου μνήμην ποιήσασθαι, ἐπιμαρτυρεῖ δ' οὖν ὅμως ταῖς αὐτοῦ φωναῖς, αὐτὰ δὴ ταῦτα πρὸς ῥῆμα γράφων.

XIX.

DE JOANNIS APUD nos Evangelistæ Theologia, Ex Amelio.

» ATQVE hoc plane Verbum erat, inquit, per qvod, sempiternum cum esset, existebant omnia, quæ fiebant, quemadmodum Heraclitus loqueretur: qvod ipsum videlicet Barbarus etiam ille, apud Deum in Principii gradu ac dignitate constitutum, imo & Deum simul esse pronunciat: per qvod facta simpliciter omnia sint, in qvo quicqvid factum est, & vivens, & vita, & aliquid pro sua quodqve natura fuerit: idem porro in corpora delabi tradit, & carne indutum, humanam speciem præ se ferre, sic tamen ut suæ interea naturæ majestatem ostendat: adeoqve solutum ubi jam fuerit, Dei locum denuo capessere, ac Deum prorsus eundem esse, qui erat, priusquam in corpus atque in carnem hominemque descenderet. Hæc ille, qvæ profecto non jam subobscure adumbrata, sed palam, nudaque, qvod ajunt, fronte, ex illa barbari hominis Theologia translata esse nemo non videt. Barbarus autem ille, qvem vocat, ecquis porro fuit, nisi Joannes Servatoris nostri Evangelista, qvi Hebræus ex Hebræis erat? Cujus hæc est ipso statim Evangelii sui exordio Theologia, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Qvod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre.* Joan. 1.

ιθ.

ΑΜΕΛΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΙΩΑΝνου τοῦ παρ' ἡμῖν Εὐαγγελιστοῦ Θεολογίας.

» ΚΑΙ οὗτος ἄρα ἦν ὁ Λόγος, καθ' ὃν αἰεὶ ὄντα τὰ γινόμενα ἐγίνετο, ὡς ἂν καὶ C ὁ Ἡράκλειτος ἀξιώσειε, καὶ νὴ Δί' ὃν ὁ Βάρβαρος ἀξιοῖ ἐν τῇ τῆς ἀρχῆς τάξει τε καὶ ἀξίᾳ καθεστηκότα πρὸς Θεὸν εἶναι, καὶ Θεὸν εἶναι· δι' οὗ πάνθ' ἁπλῶς γεγενῆσθαι· ἐν ᾧ τὸ γενόμενον ζῶν, καὶ ζωὴν, καὶ ὂν πεφυκέναι· καὶ εἰς τὰ σώματα πίπτειν, καὶ σάρκα ἐνδυσάμενον, φαντάζεσθαι ἄνθρωπον, μετὰ καὶ τῆς τηνικαῦτα δεικνύειν τῆς φύσεως τὸ μεγαλεῖον· ἀμέλει καὶ ἀναλυθέντα πάλιν ἀποθεοῦσθαι, » Phil. 2. καὶ Θεὸν εἶναι, οἷος ἦν πρὸ τοῦ εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὴν σάρκα, καὶ τὸν ἄνθρωπον καταχθῆναι. » D Ταῦτ' οὐκ ἔτ' ἐπεσκιασμένως, ἀλλ' ἀντικρυς ἤδη γυμνῇ τῇ κεφαλῇ μεταπεφρασμένα ἐκ τῆς Βαρβάρου Θεολογίας δῆλα ἂν εἴη. ὁ δέ γε Βάρβαρος τίς ἦν αὐτῷ, εἰ μὴ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, Ἑβραῖος ὢν, ἐξ Ἑβραίων; ὅς που ἀρχόμενος τῆς οἰκείας γραφῆς, ὧδέ πη θεολογεῖ, » Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ὃ γέγονεν ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς τῶν ἀνθρώπων. καὶ ὁ Λόγος, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός. »

τοῦ δ'

τοῦ δ' αὐτοῦ περὶ καὶ ἄλλος Ἑβραῖος Θεο-A λόγος ἐπάκουσον οἷα διέξεισιν· Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πάντα δι' αὐτοῦ συνέστηκε, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη, τά τε ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα. Ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τῆς τοῦ δευτέρου αἰτίου συστάσεώς τε καὶ οὐσιώσεως, ὧδε τοῖς Ἑλλήνων Σοφοῖς πρὸς τὰ Ἑβραίων συμπεφώνηται· μετίωμεν δὴ καὶ ἐφ' ἕτερον. B

Sed audi qvid alius quoqve Theologus de eodem, Hebræus & ipse, pronunciet: *Qui est*, inqvit, *imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt universa, in cœlis & in terra: & omnia per ipsum constituta sunt, & omnia in ipso creata sunt, cum visibilia, tum invisibilia.* Colos. 1. 15. Ac de secundi qvidem principii generatione, & communicata cum illo essentia hactenus ea, in qvibus Græcorum Sapientes cum Hebræorum doctrina consentiunt. Jam ad alia transeamus.

κ. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΤΡΙΩΝ ΑΡΧΙΚΩΝ Ὑποστάσεων.

XX. DE TRIBUS SUBSTANTIIS Principii vim habentibus.

ΤΩΝ παρ' Ἑβραίοις λογίων μετὰ τὸν περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ λόγον, ἐν τρίτῃ τάξει τὸ ἅγιον Πνεῦμα καταλεγόντων· καὶ τὴν γε ἁγίαν καὶ μακαρίαν Τριάδα τοῦτον ὑποτιθεμένων τὸν τρόπον, ὡς ἂν τῆς τρίτης δυνάμεως πᾶσαν ὑπερεξηκυίας γενητὴν φύσιν· οὔσάν τε πρώτην μὲν τῶν διὰ τοῦ Υἱοῦ συσταθεισῶν νοερῶν οὐσιῶν, τρίτην δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου Αἰτίου· θέα ὅπως καὶ ὁ Πλάτων τοιαῦτά τινα ᾐνίξατο διὰ τῆς πρὸς Διονύσιον ἐπιστολῆς, λέγων, Φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμάτων, ἵν' ἄν τι δέλτος, ἢ πόντου, ἢ γῆς, ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. V. Not. ὧδε γὰρ ἔχει· περὶ τὸν πάντων Βασιλέα πάντ' ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνος αἴτιον ἁπάντων καλῶν· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα. ἡ οὖν ἀνθρωπίνη ψυχὴ περὶ αὐτὰ ὀρέγεται μαθεῖν ποῖα ἄττα ἐστὶ, βλέπουσα εἰς τὰ αὐτῆς συγγενῆ. Ταῦτα οἱ τὸν Πλάτωνα διασαφεῖν πειρώμενοι, ἐπὶ τὸν πρῶτον Θεὸν ἀνάγουσιν, ἐπί τε τὸ δεύτερον Αἴτιον, καὶ τρίτον τὴν τοῦ κόσμου ψυχὴν, Θεὸν τρίτον καὶ αὐτὴν ὁριζόμενοι εἶναι. οἱ δέ γε θεῖοι λόγοι, τὴν ἁγίαν καὶ μακαρίαν Τριάδα, Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἐν ἀρχῆς λόγῳ τάττουσι, κατὰ τὰ ἀποδεδομένα· ἕπεται τούτοις, τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἐξετάσαι οὐσίαν.

SECUNDUM Patrem ac Filium, tertium ordine Spiritum sanctum Hebræa oracula constituunt, sanctamqve ac beatam Trinitatem eo se modo habere pronuntiant, ut abs Virtute hac tertia, quicqvid genitæ naturæ est superari, eandemqve cum spiritalium, qvæ per Filium extitere, naturarum C principem, tum ab primo Principio tertiam esse velint. Jam vide sis, qvemadmodum illa ipsa Plato subobscure licet, in ea, qvam ad Dionysium scripsit, epistola, his verbis adumbrarit. Hæc ænigmatice, inqvit, aperienda tibi sunt, uti ne, si qvid forte mari terrave, epistolæ hujus paginis factum erit, intelligere possit, qvi legerit. Sic enim se res habet. Circa universarum Regem omnia sunt, ac propter ipsum omnia. Idem bonorum omnium principium est. At circa Secundum, ea qvæ secundo: D circa Tertium, ea qvæ tertio ordine continentur, cuncta versantur. Qvæ qvidem hominis animus, in res sibi cognatas intentus, cujusmodi sint, perspecta & explorata habere gestit. Hæc Platonis verba, qvi explicandam Philosophi mentem suscepere, ad primum Deum, secundumqve Principium referunt, nec non ad tertium, qvam Mundi Animam, Deumqve tertium ipsi qvoqve appellare solent. At sanctam illam beatamqve Patris, & Filii, & Spiritus sancti Trinitatem, Principii, ut jam ante diximus, vim & rationem habere divinæ literæ definiunt. Sequitur, ut Boni naturam exqviramus.

XXI. DE NATURA Boni.

BONI naturam, ipsumque adeo Bonum, aliud esse nihil, qvam Dei naturam atq; bonitatem Scriptura Hebræorum Divina pluribus testatur modis; ut cum ait, *Bonus Dominus omnibus sustinentibus eum: animæ quæ requiret ipsum.* Psal. 145. 1 Itemqve, *Confitemini Domino, quoniā bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.* Ita Servator ipse noster, ad illum ab quo rogabatur, *Quid me interrogas de bono?* inquit: *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Matt. 19. 17. „ Nunc Platonis in Timæo sententiam accipe, „ Dicamus ergo, quam ob causam, inquit, „ Auctor ille Molitorque Deus, rebus ortum „ dare, atque hoc universum condere statuerit. Bonus erat; bonus autem nulla unquam „ ullo in genere laborat invidia. Cum igitur „ eâ vacaret, omnia sibi qvam-simillima esse „ voluit. Idem in suis de Repub. libris, Nunqvid vero ait, cum Sol ipse visus non sit, ab „ eo tamen, cujus ille causa est, cernitur? Plane, inquit ille. Hunc igitur habeto, inqvam, „ Boni filium abs me vocari, qvem Bonum „ sui similem genuerit: ut quod ipsum in loco spiritali est, cum Mente, rebusqve „ mente perceptis comparatum; id Sol in loco aspectabili sit, si cum visu ac rebus sub visum cadentibus conferetur. Et paulo post, „ Qvod igitur & iis rebus, quæ cognoscuntur „ veritatem tribuit, & cognoscendi vim facultatemq; suppeditat, id tu boni ideam esse statuito. Itemque, Solem, opinor, iis qvæ videntur, non id modo tribuere dices, ut videri „ queant, verum etiam ortum ipsis, incrementa, nutritionemque largiri, cum tamen ortus ipse non sit: qvi enim esse possit? Ergo „ similiter res eas, qvæ cognoscuntur, a Bono „ dices, non ut cognoscantur modo, sed etiam „ ut sint, adeoque propriam essentiæ suæ rationem ab eodem accipere, tametsi Bonum „ essentia non sit, sed longe supra essentiam omnem majestate simul ac potestate emineat. Hæc Plato, quibus clarissime docet, spiritales intelligentesque naturas a Bono, (sic autem Deum appellat) non ut cognosci modo possint, verum etiam ut sint, ac propriam essentiæ suæ rationem accipere: Bonum tamen ipsum essentiam non esse, sed essentiam omnem majestate simul ac potestate longe multumqve superare. Itaqve naturas illas nec ejusdem cum illo essentiæ statuit, nec ortu carere arbitratur, qvippe qvæ ut essent, ac propriam essentiæ suæ rationem, ab eo qvod essentia non est,

κα. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ οὐσίας.

ΤΗΣ παρ' Ἑβραίοις θείας γραφῆς διαφόρως τὴν τοῦ Ἀγαθοῦ οὐσίαν, καὶ αὐτὸ τὸ Ἀγαθὸν οὐδὲν ἄλλο εἶναι ἢ τοῦ Θεοῦ διδασκούσης, δι' ὧν τέ φησιν, Ἀγαθὸς κύριος πᾶσι τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν· ψυχῇ, ἢ ἐκζητήσει αὐτόν. καί, Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι Ἀγαθός, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. δι' ὧν τε ὁ σωτήριος λόγος πρὸς τὸν περὶ τοῦδε ἐρόμενον ἀπεφήνατο εἰπών, Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ Ἀγαθοῦ; οὐδεὶς ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός. ἐπάκουσον τοῦ Πλάτωνος, ἅ φησιν ἐν Τιμαίῳ. Λέγωμεν δὴ δι' ἥντινα αἰτίαν, γένεσιν, καὶ τὸ πᾶν τόδε ὁ ξυνιστὰς ξυνέστησεν. Ἀγαθὸς ἦν· Ἀγαθῷ δ' οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτ' ἐγγίγνεται φθόνος. τούτου δ' ἐκτὸς ὤν, πάντα ὅτι μάλιστα ἐβουλήθη γενέσθαι παραπλήσια ἑαυτῷ. καὶ ἐν τῇ Πολιτείᾳ δὲ ταῦτά φησιν· Ἆρ' οὖν οὐ καὶ ὁ Ἥλιος ὄψις μὲν οὐκ ἔστιν, αἴτιος δ' ὢν αὐτῆς, ὁρᾶται ὑπ' αὐτῆς ταύτης; Οὕτως, ἦ δ' ὅς. Τοῦτον τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, φάναι με λέγειν τὸν τοῦ Ἀγαθοῦ ἔκγονον, ὃν τὸ Ἀγαθὸν ἐγέννησεν ἀνάλογον ἑαυτῷ, ὅ, τι περ αὐτὸ ἐν τῷ νοητῷ τόπῳ πρός τε Νοῦν καὶ τὰ νοούμενα, τοῦτο τοῦτον ἐν τῷ ὁρατῷ πρός τε ὄψιν καὶ τὰ ὁρώμενα. pag. 507 καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· Τοῦτο τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις, καὶ τὸ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδοῦν, τὴν τοῦ Ἀγαθοῦ Ἰδέαν φάθι εἶναι. Καὶ πάλιν φησί, Τὸν Ἥλιον τοῖς ὁρωμένοις οὐ μόνον, οἶμαι, τὴν τοῦ ὁρᾶσθαι δύναμιν παρέχειν φήσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν γένεσιν καὶ αὔξην καὶ τροφήν, οὐ γένεσιν αὐτὸν ὄντα, πῶς γάρ; Καὶ τοῖς γινωσκομένοις τοίνυν, μὴ μόνον τὸ γινώσκεσθαι φάναι ὑπὸ τοῦ Ἀγαθοῦ παρεῖναι, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν, ὑπ' ἐκείνου αὐτοῖς προσεῖναι, οὐκ οὐσίας ὄντος τοῦ Ἀγαθοῦ, ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχοντος. V. Not. Σαφέστατα διὰ τούτων οὐ μόνον τὸ γινώσκεσθαι ταῖς νοηταῖς οὐσίαις, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναί τε καὶ τὴν οὐσίαν ἔχειν παρὰ τοῦ Ἀγαθοῦ, δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ, φησὶν ὁ Πλάτων· τό, τε Ἀγαθὸν μὴ εἶναι οὐσίαν, ἀλλ' ἐπέκεινα τῆς οὐσίας, πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχον· ὥστε μὴ ὁμοούσια αὐτὰ τίθεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἀγέννητα νομίζειν, ἐπειδὴ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν εἴληφε παρὰ τοῦ μὴ ὄντος οὐσίας,

i.e. τὰς &c.

ἀλλ' ἐπέκεινα οὐσίας πρεσβείᾳ καὶ δυνάμει ὑπερέχον· ὃν δὴ καὶ μόνον εἰκότως Θεὸν τὰ Ἑβραίων ἀναγορεύει λόγια, ὡς ἂν τοῖς πᾶσιν * αἴτιον ὄντα· τὰ δὴ οὖν μήτε τὸ εἶναι, μήτε τὴν οὐσίαν παρ' ἑαυτῶν ἔχοντα, ἀλλὰ μηδὲ τῆς τἀγαθοῦ φύσεως ὄντα, οὐ δὴ εὔλογον Θεοὺς εἶναι ἡγεῖσθαι, οἷς μὴ φύσει τὸ Ἀγαθὸν πρόσεστιν. ἑνὶ γὰρ τούτῳ μόνῳ, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ ἀναθετέον, τῷ μόνῳ Ἀγαθῷ, ὃ δὴ καὶ ἐπέκεινα πάσης οὐσίας, πρεσβείᾳ τε καὶ δυνάμει ὑπερέχον θαυμασίως ὁ Πλάτων ἀνεφώνησε. πάλιν δὲ ὁ Νουμήνιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀγαθοῦ, τὴν τοῦ Πλάτωνος διάνοιαν ἑρμηνεύων, τοῦτον διέξεισι τὸν τρόπον.

* ἴσ. ἀλλ. τὸ εἶναι.

sed majestate ac potestate essentiam omnem longissime prætergreditur, acceperint: quem propterea jure quidem ac merito solum Hebræa oracula Deum prædicant, cum rebus cæteris omnibus essentiæ fons principiumqve sit. Illas autem omnes, qvibus neq; ut sint, neque sua cujusqve essentiæ ratio a seipsis inest, imo ne Boni qvidem naturæ communio, absurde prorsus ac stulte Deos esse putaveris, cum ipso quoqve Bono sua per se se natura spolietur. Hoc enim vero uni duntaxat tribuendum est, præterea nemini, soli, inqvam, illi Bono, qvod majestate simul ac potestate Plato, longe supra essentiam omnem eminere tam egregie præclareqve pronuntiat. Cujus iterum sententiam Numenius in suis de Bono libris exponens, hunc in modum philosophatur.

κβ.

ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ ΠΕΡΙ τἀγαθοῦ.

» ΤΑ μὲν οὖν σώματα λαβεῖν ἡμῖν ἔξεστι,
» σημαινομένοις ἔκ τε ὁμοίων, ἀπό τε τῶν
» ἐν τοῖς παρακειμένοις γνωρισμάτων ἐνόντων.
» τἀγαθὸν δὲ, οὐδενὸς ἐκ παρακειμένου, οὐδ'
» οὖν ἀπὸ ὁμοίου αἰσθητοῦ ἐστι λαβεῖν μηχανή
» τις οὐδεμία. ἀλλὰ δεήσει, οἷον εἴ τις ἐπὶ σκο-
» πῇ καθήμενος, ναῦν ἁλιάδα βραχεῖάν τι-
» να, τούτων τῶν ἐπακτρίδων, τῶν μόνων, μίαν,
» μόνην, ἔρημον, μετακυμίαις ἐχομένην ὀξὺ δε-
» δορκὼς, μιᾷ βολῇ κατεῖδε τὴν ναῦν· οὕτω δή
» τινα ἀπελθόντα πόρρω ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν, ὁμι-
» λῆσαι τῷ Ἀγαθῷ μόνῳ μόνον, ἔνθα μήτε
» τις ἄνθρωπος, μήτε τι ζῶον ἕτερον, μηδὲ
» σῶμα μέγα, μηδὲ σμικρὸν, ἀλλά τις ἄφα-
» τος καὶ ἀδιήγητος ἀτεχνῶς ἐρημία θεσπέ-
» σιος, ἔνθα τοῦ Ἀγαθοῦ ἤθη, διατριβαί τε καὶ ἀ-
» γλαΐαι, αὐτὸ δὲ ἐν εἰρήνῃ, ἐν εὐμενείᾳ, τὸ
» ἥμερον, τὸ ἡγεμονικὸν, ἵλεων, ἐποχούμενον ἐπὶ
» τῇ οὐσίᾳ. εἰ δέ τις πρὸς τοῖς αἰσθητοῖς λιπαρῶν,
» τὸ Ἀγαθὸν ἐφιπτάμενον φαντάζεται, κἄπει-
» τα τρυφῶν οἴοιτο τῷ ἀγαθῷ ἐντετυχηκέναι,
» τοῦ παντὸς ἁμαρτάνει. τῷ γὰρ ὄντι, οὐ ῥᾳδίας,
» θείας δὲ πρὸς αὐτὸ δεῖ μεθόδου· καί ἐστι κρά-
» τιστον, τῶν αἰσθητῶν ἀμελήσαντι, νεανιευσαμένῳ
» πρὸς τὰ μαθήματα, τοὺς ἀριθμοὺς θεασαμέ-
» νῳ, οὕτως ἐκμελετῆσαι μάθημα, Τί ἐστι τὸ ἕν.

XXII.

NUMENII DE BONO verba.

CORPORUM, inqvit, naturam intellige- »
re possumus, dum partim in aliorum »
similium conditiones, partim in proprias & »
insitas obvio cuiqve notas intuemur. At »
Boni rationem capere, nullo prorsus modo, »
neqve ullius ex rei præsentis aspectu, neqve »
ex cujusqvam omnino, qvæ sensibus perci- »
piatur, similitudine possumus. Sed necesse »
fuerit, perinde ut si qvis in edita specula con- »
sidens, cymbam medio in mari perexiguam »
unam ex piscatoriis illis aliqvam, qvæ solæ »
apparere solent, omni comitatu nudam, al- »
ternisq; fluctibus inclusam, qva valet acie »
prospiciens, conjectu oculorum uno totam »
pervideat: ita qvemq; procul ab omni rerum, »
qvæ sensu capiuntur, usu commercioq; se »
junctum, cum solo Bono solum agere, ubi »
non homo, non anima, non ullum omnino »
corpus occurrat, sed vasta qvædam omniq; »
oratione major, ac plane divina solitudo: »
in qva Boni mores, consvetudo, deliciæqve »
versantur: ipsumq; adeo Bonum, summa pa- »
ce, ac placidissima quadam animi tranqvilli- »
tate fruens, princeps idem omnibusqve pro- »
pitium, naturæ insidet universæ. Nam qvi »
dum in rebus iis, qvæ sensum feriunt, assidu- »
us ac totus est, Boni nescio qvam velut eo de- »
volantis cogitationem informat, ac deinde »
illius se familiaritate usum homo delicatus »
ac voluptuarius existimat, næ is vehementer »
errat. Nec enim ipsum facili ac ludicra, sed »
plane divina quadam arte industriaq; qværendum est. Quo in genere optimum sane »
fuerit, omnibus iis, qvæ in sensum cadunt, præteritis, in Mathematicas disciplinas animose »
inprimis atqve ardenter incumbere, atq; ubi numerorum discrimina rationesq; pervideris »
tum in hac demum qvæstione, Qvid unum & cujusmodi sit, assidua meditatione versari. »

A Hæc in primo Numenius: At quæ sequuntur, in quinto. Jam, inquit, si tam Essentia, quam Idea, spiritale quiddam est, & si utraque antiquiorem, imo & caussam utriusque Mentem esse confitemur, eam profecto solam Bonum esse necesse est. Nam si Artifex Deus, generationis principium est, Bonum ipsum profecto Essentiæ principium erit. Enim vero ut Artifex ille Deus cum Bono, cujus æmulator est, ita cum Essentia generatio similitudinis atque affinitatis aliquid habet, quod ejus imago quædam & imitatio sit. Quod si Artifex generationis auctor B bonus est, Essentiæ quidem Artifex, ipsummet per se se Bonum erit, atque in essentiæ rationem & naturam immersum. Nam Secundus sane, duplex ipse cum sit, idemque Artifex, primum quidem & ideam ipse suam & mundum hunc procreat, deinde vero totus in contemplatione versatur. Quare, ut rerum quatuor nomina colligamus, quatuor hæc esse possint, Deus primus, quod ipsum per se se Bonum est: Ejusdem imitator Artifex bonus: Essentia duplex, primi altera, altera secundi: cujus imitatio est pulcher ille Mundus, pulchri communione C exornatus. Idem rursus in sexto. Cæterum, inquit, quicquid ejus in communionem vocatur, unius tantum in Sapientiæ vocatur: quippe quod ita demum ex ipsius Boni conjunctione fructum aliquem capere possit, secus autem nullum. Cujus quidem Sapientiæ fons non nisi penes Primum illum esse debuit. Siquidem a quo cætera omnia cum perfectionem ipsa suam, tum aliquam boni rationem accipiunt, ei-ne tantum uni hæc perfecti Boni dignitas insit, præterea dubitare, stolidi profecto ac vecordis animi D fuerit. Si enim secundus non per se se bonus est, sed tantum primi beneficio; qui tandem fieri posset, ut cujus unius communione bonus alter iste sit, is ipsum per se se Bonum non esset; maxime vero, cum Secundus eo duntaxat qua Bonus est perfruatur? Ita sane Plato, si rem acute dispicias, Bonum unum esse argumento confecit. Itemque paulo post. Hoc philosophiæ genus, alibi quidem aliter informatum Plato ac distinctum reliquit. Nam qui privatim in Timæo, vulgarem quandam Artifici Deo rationem descripsit, dum ait, Bonus erat: Idem in Republica, Bonum Boni Ideam esse pronuntiat, quippe Bonum Artificis esse definiens, quem nonnisi Primi illius soliusque Boni communione bonum esse cognovimus. Quemadmodum enim homines hominis, bovisque boves, equi similiter Idea conformatos equos dicimus: ita sane, cum Artifex primi Boni communione bonus sit, Mens ipsa prima, quæ ipsummet per se se Bonum sit, [illegible]a jure dicatur.

Ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ, ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ ταῦτά φησιν. Εἰ δ' ἔστι μὲν νοητὸν ἡ οὐσία καὶ ἡ Ἰδέα, ταύτης δ' ὡμολογήθη πρεσβύτερον καὶ Αἴτιον εἶναι ὁ Νοῦς, αὐτὸς οὗτος μόνος εὕρηται ὢν τὸ Ἀγαθόν. καὶ γὰρ εἰ ὁ μὲν ὁ Δημιουργὸς Θεός ἐστι γενέσεως ἀρχή, τὸ Ἀγαθὸν οὐσίας ἐστὶν ἀρχή. ἀνάλογον δὲ τούτῳ μὲν ὁ Δημιουργὸς Θεός, ὢν αὐτοῦ μιμητής, τῇ δὲ οὐσίᾳ ἡ γένεσις, εἰκὼν αὐτῆς οὖσα καὶ μίμημα. εἰ γὰρ ὁ Δημιουργὸς ὁ τῆς γενέσεώς ἐστιν ἀγαθός, ἦ που ἔσται καὶ ὁ τῆς B οὐσίας Δημιουργὸς αὐτοάγαθον, σύμφυτον τῇ οὐσίᾳ. Ὁ γὰρ δεύτερος, διττὸς ὢν αὐτός, ποιεῖ τήν τε Ἰδέαν ἑαυτοῦ καὶ τὸν Κόσμον, Δημιουργὸς ὤν, ἔπειτα θεωρητικὸς ὅλως. συλλελογισμένων δ' ἡμῶν ὀνόματα τεττάρων πραγμάτων, τέτταρα ἔστω ταῦτα. Ὁ μὲν πρῶτος Θεός, αὐτοάγαθον· ὁ δὲ τούτου μιμητής, Δημιουργὸς ἀγαθός· ἡ δ' οὐσία, μία μὲν ἡ τοῦ πρώτου, ἑτέρα δὲ ἡ τοῦ δευτέρου· ἧς μίμημα, ὁ καλὸς Κόσμος, κεκαλλωπισμένος μετουσίᾳ τοῦ καλοῦ. Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ δὲ ἐπιλέγει· C Μετέχει δὲ αὐτοῦ τὰ μετέχοντα, καὶ ἐν ἄλλῳ μὲν οὐδενί, ἐν δὲ μόνῳ τῷ φρονεῖν· ταύτῃ ἄρα καὶ τῆς Ἀγαθοῦ συμβάσεως ὀνίναιτ' ἄν, ἄλλως δ' οὔ. καὶ μὲν δὴ τὸ φρονεῖν τοῦτο δὴ συντετύχηκε μόνῳ τῷ πρώτῳ. ὑφ' οὗ οὖν τὰ ἄλλα ἀποχραίνεται καὶ ἀγαθοῦται, ἐὰν τοῦτο ἐκείνῳ μόνον μόνῳ προσῇ, ἀβελτερίας ἂν εἴη ψυχῆς ἔτι ἀμφιλογεῖν. εἰ γὰρ ἀγαθός ἐστιν ὁ δεύτερος οὐ παρ' ἑαυτοῦ, παρὰ δὲ τοῦ πρώτου, πῶς οἷόν τε ὑφ' οὗ μετουσίας ἐστὶν οὗτος ἀγαθός, D μὴ Ἀγαθὸν εἶναι, ἄλλως τε, κἂν τύχῃ αὐτοῦ ὡς Ἀγαθοῦ μεταλαχὼν ὁ δεύτερος; οὕτω τοι ὁ Πλάτων ἐκ συλλογισμοῦ τῷ ὀξὺ βλέποντι ἀπέδωκε τὸ Ἀγαθὸν ὅτι ἐστὶν ἕν. καὶ πάλιν ἑξῆς φησι· Ταῦτα δὲ οὕτως ἔχοντα, *ἔθη μὲν ὁ Πλάτων ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ χωρίσας· ἰδίᾳ μὲν °γὰρ τὸν κυκλικὸν ἐπὶ τοῦ Δημιουργοῦ ἐχαράψατο ἐν Τιμαίῳ εἰπών, Ἀγαθὸς ἦν· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ, τὸ Ἀγαθὸν εἶπεν, Ἀγαθοῦ Ἰδέαν, ὡς δὴ τοῦ Δημιουργοῦ Ἰδέαν οὖσαν τὸ Ἀγαθόν, ὅστις πέφανται ἡμῖν ἀγαθὸς μετουσίᾳ τοῦ πρώτου τε καὶ μόνου. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωποι μὲν λέγονται τυπωθέντες ὑπὸ τῆς ἀνθρώπου Ἰδέας, βόες δ' ὑπὸ τῆς βοός, ἵπποι δ' ὑπὸ τῆς ἵππου Ἰδέας, οὕτω καὶ εἰκότως ὁ Δημιουργὸς εἴπερ ἐστὶ μετουσίᾳ τοῦ πρώτου Ἀγαθοῦ ἀγαθός, Ἰδέα ἂν εἴη ὁ πρῶτος Νοῦς, ὢν αὐτοάγαθον.

[illegible]
* [illegible]
° [illegible]

κγ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΠΛΑτωνι Ἰδεῶν.

A

Οὕτω δὲ γεγενημένος (δηλονότι ὁ κόσμος,) πρὸς τὸ λόγῳ καὶ φρονήσει περιληπτὸν, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχον δεδημιούργηται. τούτων δὲ ὑπαρχόντων, αὖ πᾶσα ἀνάγκη τόνδε τὸν Κόσμον εἰκόνα τινὸς εἶναι. τὰ γὰρ δὴ νοητὰ ζῷα πάντα ἐκεῖνο περιλαβὸν ἔχει ἐν ἑαυτῷ, καθάπερ ὅδ' ὁ Κόσμος ἡμᾶς. ταῦτα μὲν ὁ Πλάτων ἐν Τιμαίῳ. τὴν δὲ τῶν εἰρημένων διάνοιαν, ἐκ τῶν Διδύμῳ περὶ τῶν ἀρεσκόντων Πλάτωνι συντεταγμένων, ἐκθήσομαι. γράφει δὲ οὕτως· Τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν, κατὰ γένος ὡρισμένα τινὰ παραδείγματα φάμενος εἶναι τὰς Ἰδέας, ὧν τὰς ἐπιστήμας γίνεσθαι καὶ τοὺς ὅρους. παρὰ πάντας γὰρ ἀνθρώπους, ἄνθρωπόν τινα νοεῖσθαι· καὶ παρὰ πάντας ἵππους, ἵππον· καὶ κοινῶς παρὰ τὰ ζῷα, ζῷον ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον. ὃν τρόπον δὲ, σφραγῖδος μιᾶς ἐκμαγεῖα γίνεσθαι πολλὰ, καὶ συχνὰς εἰκόνας ἑνὸς ἀνδρὸς, οὕτως ἐκ μιᾶς ἑκάστης Ἰδέας αἰσθητῶν σωμάτων, φύσεις παμπληθεῖς, τῆς μὲν ἀνθρώπου, ἀνθρώπους ἅπαντας, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ φύσιν. εἶναι δὲ τὴν Ἰδέαν, ἀΐδιον οὐσίαν αἰτίαν καὶ ἀρχὴν τοῦ ἕκαστον εἶναι τοιοῦτον, οἵα ἐστὶν αὐτή. καθάπερ οὖν ταῖς κατὰ μέρος, ὥσπερ ἀρχέτυπον τῶν αἰσθητῶν προηγεῖσθαι σωμάτων· οὕτως τὴν πάσας ἐν ἑαυτῇ περιέχουσαν, καλλίστην καὶ τελειοτάτην οὖσαν, ὑπάρχειν τοῦδε παράδειγμα τοῦ κόσμου. πρὸς γὰρ ταύτην ἀφομοιωθέντα ὑπὸ τοῦ δημιουργήσαντος αὐτὸν ἀπειργάσθαι Θεοῦ, κατὰ πρόνοιαν, ἐκ τῆς πάσης οὐσίας. Ταῦτα καὶ ἀπὸ τοῦ δεδηλωμένου ἀνδρός. Φθάνει γε μὴν καὶ ταῦτα Μωσῆς ὁ πάνσοφος, πρὸ τοῦ φαινομένου Ἡλίου καὶ ἄστρων, καὶ πρὸ τοῦ ὁρωμένου οὐρανοῦ, ὃ δὴ στερέωμα καλεῖ, πρό τε τῆς καθ' ἡμᾶς ξηρᾶς γῆς, καὶ πρὸ (pag. 322.) τῆς παρ' ἡμῖν ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, φῶς ἕτερον παρὰ τὸ τοῦ Ἡλίου, ἡμέραν τε καὶ νύκτα, καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς τοῦ παγηγεμόνος καὶ αἰτίου τῶν ὅλων Θεοῦ πεποιῆσθαι διδάσκων.

XXIII.

DE PLATONICIS Ideis.

CUM igitur (inqvit Plato) procreatus ita fuerit, (Mundus videlicet) ſeqvitur ipſum ad exemplaris alicujus, qvod ratione tantum ac mente capiatur, qvodque eodem ſe modo ſemper habeat, imitationem elaboratum fuiſſe. Id qvod ſi ſemel conceditur, Mundum etiam hunc alicujus imaginem eſſe concedatur, neceſſe eſt. Nam exemplar qvidem illud vim ſpiritalium animantium univerſam, uti nos iſte Mundus, B in ſe ſe complectitur. Hæc Plato in Timæo. Cujus ego loci ſententiam, ex iis, qvæ Didymus de Platonis opinionibus conſcripſit, in medium proferam. Sic autem ipſe loqvitur: Eorum, inqvit, qvæ pro naturæ ſuæ ratione, ſenſibus uſurpantur, certa qvædam in quoqve genere ac definito exemplaria, qvas Ideas vocabat, Plato conſtituit, quibus proprie cum ſcientiæ, tum definitionis ratio conveniat. Etenim præter omnes homines, hominem; præter eqvos, eqvum; atqve in univerſum præter animantes omnes, animantem qvendam ortu ſimul interituqve C carentem animo cogitari. Et qvemadmodum unius ejusdemqve ſigilli expreſſæ complures formæ, viriqve unius imagines permultæ eſſe poſſunt: ita prorſus ex unaquaqve ſenſu perceptorum corporum idea, vim naturarum ingentem exiſtere: verbi cauſa ex hominum idea, homines univerſos; qvod ipſum de cæteris omnibus ſit pro ſua cujusqve natura ſtatuendum. Ideam porro ſempiternam qvandam eſſentiam eſſe vult, qvæ rebus ſingulis cauſa principiumqve ſit, ut qvalis ipſa eſt, tales eſſe poſſint. Ut igitur peculiares Ideæ, ſenſu percepta corpora, ſic tanqvam archetypum aliqvod antegredi- D untur: ita pulcherrimam illam atqve perfectiſſimam, qvæ cæteras omnes ſinu ſuo complectitur, Mundi hujus exemplar eſſe defendit: qvod ejus ad imitationem, auctoris ſui molitoriſqve Dei providentia conditus, atqve omni ex naturarum genere conflatus extiterit. Hactenus ex Didymo. At enimvero totum etiam hoc Philoſophiæ genus Moſes ille ſapientiſſimus occupavit, dum ante Solem iſtum qvem cernimus, ante aſtra cætera, & cœlum aſpectabile, qvod firmamentum vocat, ante noſtram hanc ſicciorem terram, ante diem noſtrum, noſtramqve noctem, aliam qvandam lucem, ab Solis diſtinctam lumine, atqve abs die, nocte, cæteriſq; omnibus diverſam, a ſummo totius univerſi moderatore ac molitore Deo factã eſſe docet.

Qvinetiam seqvuti Mosem Hebræi, Solem qvendam esse statuunt, qvi corpore careat, nec ab omnibus spectari possit, imo nec sub mortales oculos omnino cadat: ut cum Propheta Dei personam sustinens, *Timentibus me*, inqvit, *orietur Sol justitiæ*. Et vero ipsam qvoque justitiam, non certam hanc atque singularem, cui locus inter homines est, sed ejus Ideam agnoscebat alius ille Hebræorum Propheta, qvi de Deo loqvens, *Quis*, inquit, *suscitavit ab Oriente justitiam? vocavit eam ante faciem suam, & procedet quasi in conspectu gentium.* Et divinum quoque Verbum, ortu omni carere, ac nobiscum essentiæ ratione convenire, nostrum hoc commune verbum Hebræorum ex literis jam ante patefecit. Qvo de verbo hæc insuper apud illos habentur, *Qui natus est nobis Sapientia a Deo. Justitia, & sanctificatio, & redemptio.* Quippe, Vita etiam, & Sapientia, & Veritas appellatur. Præterea, quæcunqve proprio substantiæ more sunt, atqve subsistunt, ea quidem omnia Hebræorum monumenta docent, (nam in Hebræis ipsi qvoqve Servatoris nostri Apostoli atqve Discipuli numerantur,) simulque vim qvandam naturarum aliarū corporis expertium infinitam, cœlumque ipsum, & quicquid in materiam immersæ fluxæque substantiæ est longissime prætergressam. Qvarum qvidem imagines in iis, qvæ sensu percipiuntur expressas esse volunt, qvibus propterea nomen imaginis tribuere vulgo solent. Hominem certe quidem spiritalis exemplaris imaginem conceptis verbis appellant, & vitam hominum universam *in imagine pertransire* pronuntiant. Quippe ita Moses, *Et fecit*, inquit, *Deus hominem, ad Imaginem Dei fecit illum.* Hebræus item alius patrio & ipse ritu philosophans, *Veruntamen*, inquit, *in imagine pertransit homo.* Sed audi tu vero, quemadmodum sacrarum Legum Interpretes Mosaicæ doctrinæ sententiam aperiant. Philo sane, Hebræus homo gentis suæ literis explicans, totidem verbis ita disserit.

XXIII.
DE MOSAICIS IDEIS, EX Philone.

» Si quis, inquit ille, planioribus verbis
» uti volet, is aliud nihil Mundum il-
» lum mente perceptum, quam Dei Mun-
» dum hunc re ipsa molientis Verbum esse

Ἀλλὰ καὶ οἱ μετὰ Μωσέα παῖδες Ἑβραίων Ἥλιόν τινα εἶναι ἀσώματον οὐ πᾶσιν ὁρατὸν, οὐδὲ θνητοῖς ὀφθαλμοῖς ὑπαγόμενον ὁρί-»
ζονται, ὡς ὁ Προφήτης ἐκ προσώπου Θεοῦ »
λέγων, Τοῖς δὲ φοβουμένοις με ἀνατελεῖ »
Ἥλιος δικαιοσύνης. Καὶ αὐτὴν δὲ δικαιο- »
σύνην, οὐχὶ τὴν ποιὰν ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τὴν ταύτης ἰδέαν οἶδεν ἄλλος Ἑβραίων Προφήτης, ὁ φήσας περὶ τοῦ Θεοῦ, Τίς ἐξήγειρεν ἀπὸ ἀνατολῶν δικαιοσύνην; ἐκάλεσεν »
αὐτὴν κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ προελεύσεται »
δ' ὡσεὶ ἐνώπιον ἐθνῶν. καὶ Λόγον δὲ θεῖ- »
ον, ἀσώματον, καὶ οὐσιώδη ἀρτίως ἡμῖν, ὁ κοινὸς ἡμῶν Λόγος, ἐν τοῖς πρόσθεν, ἀπὸ τῆς Ἑβραίων παρέστησε γραφῆς. οὗ περὶ Λόγου καὶ τάδε παρ' αὐτοῖς εἴρηται· Ὃς ἐγενήθη »
ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε, καὶ »
ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις. λέγεται καὶ »
Ζωὴ, λέγεται καὶ Σοφία, λέγεται καὶ Ἀλήθεια. καὶ πάντα τὰ κατ' οὐσίαν ὄντα τε καὶ ὑφεστῶτα οἱ Ἑβραίων λόγοι διδάσκουσιν· (εἰ δὴ Ἑβραῖοι καὶ οἱ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἀπόστολοί τε καὶ Μαθηταί,) καὶ μὴν καὶ μυρίας ἄλλας ἀσωμάτους δυνάμεις, οὐρανοῦ τε ἐπέκεινα, καὶ πάσης τῆς ὑλικῆς καὶ ῥοώδους οὐσίας· ὧν τὰς εἰκόνας ἐν τοῖς αἰσθητοῖς φασι "κατατυπῶσαι· ἐφ' ὧν ἤδη καὶ τοὔνομα τῆς εἰκόνος παρειλήφασι· τὸν γοῦν ἄνθρωπον εἰκόνα διαῤῥήδην νοητοῦ παραδείγματος εἶναι, καὶ πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐν εἰκόνι διαπορεύεσθαι εἰρήκασι. λέγει δ' οὖν ὁ Μωσῆς, Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄν- »
θρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. καὶ »
πάλιν ἄλλος Ἑβραῖος τὰ πάτρια φιλο- »
σοφῶν, Μέντοιγε, φησὶν, ἐν εἰκόνι διαπορεύε- »
ται ἄνθρωπος. ἤδη δὲ καὶ οἱ τῶν ἱερῶν Νόμων Ἐξηγηταὶ, ἐπάκουσον ὅπως τὴν ἐν τοῖς Μωσέως γράμμασι διάνοιαν σαφηνίζουσι. λέγει δ' οὖν ὁ Ἑβραῖος Φίλων, τὰ πάτρια ἑρμηνεύων αὐτοῖς ῥήμασιν.

κδ.
ΦΙΛΩΝΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ Μωσεῖ Ἰδεῶν.

Εἰ δέ τις ἐθελήσειε "γυμνοτέροις χρήσασθαι »
τοῖς ὀνόμασιν, οὐδὲν ἂν ἕτερον εἴποι τὸν »
νοητὸν Κόσμον, ἢ Θεοῦ Λόγον ἤδη κοσμο- »

Malac. 4. 2.
Isa. 41. 2.
1 Cor. 1. 30.
Gen. 1. 27.
Psal. 38. 7.
Lib. XII. Trad.
" Ir. κατατυποῦν.
" Phil. γυμνοτέροις.

ποιοῦντος. οὐδὲ γὰρ ἡ νοητὴ πόλις ἕτερόν τι ἐστιν, ἢ ὁ τοῦ Ἀρχιτέκτονος λογισμός, ἤδη τὴν νοητὴν πόλιν κτίζειν διανοουμένου. τὸ δὲ δόγμα τοῦτο Μωσέως ἐστίν, οὐκ ἐμόν. τὴν γοῦν ἀνθρώπου γένεσιν ἀναγράφων, ἐν τοῖς ἔπειτα διαῤῥήδην ὁμολογεῖ, ὡς ἄρα κατ' εἰκόνα Θεοῦ διετυπώθη. εἰ δὲ τὸ μέρος εἰκὼν εἰκόνος, δηλονότι καὶ τὸ ὅλον εἶδος, σύμπας οὗτος ὁ αἰσθητὸς κόσμος, εἰ μείζων τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ μίμημα θείας εἰκόνος, δηλονότι καὶ ἡ Ἀρχέτυπος σφραγὶς ὅν φαμεν (Not.) νοητὸν εἶναι κόσμον, αὐτὸς ἂν εἴη, τὸ παράδειγμα, Ἀρχέτυπος ἰδέα τῶν ἰδεῶν, ὁ Θεοῦ Λόγος. Φησὶ δ' ὡς, ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνων, οὐχ ὡς οἴονταί τινες τὴν κατὰ χρόνον· χρόνος γὰρ οὐκ ἦν πρὸ κόσμου, ἀλλ' ἢ σὺν αὐτῷ γέγονεν, ἢ μετ' αὐτόν· ἐπεὶ γὰρ διάστημα τῆς τοῦ κόσμου κινήσεώς ἐστιν ὁ χρόνος, πρότερον δὲ τοῦ κινουμένου κίνησις οὐκ ἂν γένοιτο, ἀλλ' ἢ ἀναγκαῖον αὐτὴν ὕστερον, ἢ ἅμα συνίστασθαι· ἀναγκαῖον ἄρα καὶ τὸν χρόνον, ἢ ἰσήλικα κόσμου γεγονέναι, ἢ νεώτερον ἐκείνου, πρεσβύτερον δὲ ἀποφαίνεσθαι τολμᾶν, ἀφιλόσοφον. εἰ δ' ἀρχὴ μὴ παραλαμβάνεται τανυνὶ ἡ κατὰ χρόνον, εἰκὸς ἂν εἴη μηνύεσθαι τὴν κατ' ἀριθμόν, ὡς τὸ ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, ἴσον εἶναι τῷ, πρῶτον ἐποίησε τὸν οὐρανόν. εἶθ' ἑξῆς λέγει· Πρῶτον οὖν ὁ ποιῶν, ἐποίει οὐρανὸν ἀσώματον, καὶ (pag. 522.) γῆν ἀόρατον, καὶ ἀέρος ἰδέαν καὶ κενοῦ· ὧν τὸ μέν, ἐπεφήμισε σκότος, ἐπειδὴ μέλας ὁ ἀὴρ τῇ φύσει, τὴν δέ, ἄβυσσον· πολύβυθον γὰρ τόγε κενὸν καὶ ἀχανές. εἶθ' ὕδατος ἀσώματον οὐσίαν καὶ πνεύματος· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ἑβδόμου φωτός, ὃ πάλιν ἀσώματον ἦν, καὶ νοητὸν Ἡλίου παράδειγμα, καὶ (h. πάντων.) πάντα, ὅσα φωσφόρα ἄστρα κατὰ τὸν οὐρανὸν ἔμελλε συνίστασθαι. προνομίας δὲ τό (Ph. ἠξίου.) τε πνεῦμα καὶ τὸ φῶς ἠξιοῦτο. τὸ μὲν γὰρ ὠνόμασε Θεοῦ, διότι ζωτικώτατον τὸ πνεῦμα, ζωῆς δὲ Θεὸς αἴτιος· τὸ δέ, φῶς, ὅτι ὑπερβάλλον καλόν· τοσούτῳ γὰρ τὸ νοητὸν τοῦ ὁρατοῦ λαμπρότερόν τε καὶ αὐγοειδέστερον, ὅσῳ περ Ἥλιος, οἶμαι, σκότους, καὶ ἡμέρα νυκτός, καὶ (Ph. τῶν κριτηρίων.) τὰ κριτήρια νοῦς ὁ τῆς ὅ-

Adicat. Nec enim aliud est urbs mente percepta, qvam ipsamet Architecti ratio, urbem illam qvam animo informavit suo, re ipsa condere statuentis. Qvæ quidem doctrina Mosis est, non mea. Enimvero, ubi hominis procreationem ipse describit, progressus aliqvantum, *ad imaginem Dei formatum illum fuisse, diserte confitetur.* (Gen. 1. 2) Quod si pars mundi aliqva, imaginis imago est, idem profecto de universa hac specie, toto, inqvam, mundo hoc aspectabili statuendum erit, qvi quidem Imaginis divinæ imitatio est, humana longe major atqve perfectior. B Ex qvo etiam quivis intelligat, Archetypum illud primariumqve sigillum, qvem nos Mundum mente perceptum vocamus, exemplar archetypum Ideamqve Idearum, hoc est, ipsummet Dei Verbum esse. Explicat enim ipse, quemadmodum *In principio fecerit Deus cœlum & terram;* ubi Principii nomine, non illud sane, ut nonnulli putant, quod ex tempore ducitur intelligit; nec enim ante Mundum tempus erat, sed aut cum eo simul, aut post eum esse cœpit. Cum enim tempus mundi motus interval- C lum qvoddam sit, nec motus eo qvod movetur prior esse qveat, sed necessario vel ipso posterior, vel cum eo simul existat, tempus etiam utiqve vel æquale mundi, vel etiam eo recentius esse necesse est; nam antiquius facere velle, cum omni Philosophia pugnare est. Qvod si hoc loco principium illud non intelligit, qvod ex tempore ducitur, par omnino fuerit quod in numero versatur accipere, ut illud, *in principio fecit*, idem significet, ac Primum fecit Cœlum. Inde aliqvot interjectis, primum ergo conditor ille Deus corporis expers Cœlum creavit, nec non *terram invisibilem*, aerisqve simul ideam & vacui. E qvibus alterum illud D tenebras appellavit, qvod natura sua nigrorem aer adjunctum habeat; alterum hoc abyssum, hoc est sine fundo, quod altissimum qviddam vacuum sit, atqve vastissimum. Tum aqvæ similiter ac spiritus expertem corporis substantiam: Lucis deniqve septimæ, qvæ corpore carens ipsa qvoque, mente perceptum Solis, ac cæterorum omnium clarissimorum Siderum, quæ producenda deinde forent, exemplar erat. Jam Spiritus atqve Lucis eximium aliquid ac præcipuum esse voluit: nam illum, Dei Spiritum nominavit, quod Spiritus vitam, cujus auctor Deus est, maxime foveat; hanc vero, Lucem, qvod excellenti pulchritudine conspicua sit. Tanto enim utiqve Lux illa qvæ mente percipitur, aspectabili hac illustrior ac splendidior est, qvanto vel tenebræ Solis, vel nox diei, vel sentiendi vis ac facultas, mentis

animi totius Principis, vel denique corpus oculorum splendore superatur. Porro lux illa, mente sola, non visu percepta, Verbi divini, ortus sui interpretis imaginem expressit, astrum cœlo superius, fonsque siderum aspectabilium, quam luminis universitatem rite ac significanter appelles, unde Sol, Luna, stellæque cæteræ tam fixæ, quam errantes, pro suis quæque viribus convenientem splendorem hauriunt, dum sensim hebescit purus ille simplexque fulgor, ubi cœperit hac spiritalis in aspectabile conversione mutari. Sincerum quippe nihil est quod in sensus cadit. Itemque post pauca, Ubi autem, inquit, lux extitisset, tenebræque summotæ loco cessissent, terminis etiam medio intervallo fixis atque constitutis, vespera nimirum atque diluculo, prout necessaria temporis mensura postulabat, id perfectum continuo est, quod ipse diem jure nuncupavit; & diem, non primum, sed unicum, idque propter spiritalis illius, qui adjunctam a natura unitatem habet, mundi solitudinem. Jamque suam incorporeus ille mundus perfectionem sortitus erat, divino in Verbo situs, cum ejus ad exemplar aspectabilis iste absolveretur. Cujus partem omnium uti optimam, ita & principem Cœlum, Artifex elaboravit, quod vere idem ac proprie firmamentum, utpote corpore præditum appellavit. Corpus quippe natura sua firmum est, idemque trifariam dividi potest. Nam firmi quidem & corporis, quænam alia notio est, quam ejus rei, quam omni ex parte dividere possis? Jure itaque spiritali & corporis experti, aspectabile hoc & corporeum opponens, firmum appellavit. Atque hactenus Philo, cui affinia plane ac gemina Clemens Stromate sexto hunc in modum persequitur.

ὅλης ψυχῆς ἡγεμών, ὀφθαλμῶν σώματος. τὸ δ' ἀόρατον καὶ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο, θείου Λόγου γέγονεν εἰκών, τοῦ διερμηνεύσαντος τὴν γένεσιν αὐτοῦ· καὶ ἔστιν ὑπερουράνιος ἀστήρ, πηγὴ τῶν αἰσθητῶν ἀστέρων, ἣν οὐκ ἂν ἀπὸ σκοποῦ καλέσειεν αὖ τις παναύγειαν, ἀφ' ἧς Ἥλιος καὶ Σελήνη καὶ οἱ ἄλλοι πλανῆται, καὶ ἀπλανεῖς ἀρύονται, καθ' ὅσον ἑκάστῳ δύναμις, τὰ πρέποντα φέγγη, τῆς ἀμιγοῦς καὶ καθαρᾶς αὐγῆς ἐκείνης ἀμαυρουμένης, ὅταν ἄρξηται τρέπεσθαι, κατὰ τὴν ἐκ τοῦ νοητοῦ πρὸς αἰσθητὸν μεταβολήν. εἰλικρινὲς γὰρ οὐδὲν τῶν ἐν αἰσθήσει. καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· ἐπεὶ δὲ φῶς μὲν ἐγένετο, σκότος δ' ὑπεξέστη καὶ ἀνεχώρησεν, ὅροι δ' ἐν τοῖς μεταξὺ διαστήμασιν ἐπάγησαν, ἑσπέρα τε καὶ πρωΐα, καὶ ἀναγκαίως τοῦ χρόνου μέτρον, ἀπετελεῖτο εὐθύς, ὃ καὶ ἡμέραν καλῶς ὁ ποιῶν ἐκάλεσεν, ἡμέραν, οὐχὶ πρώτην, ἀλλὰ μίαν, ἣ λέλεκται διὰ τὴν τοῦ νοητοῦ κόσμου μόνωσιν, μοναδικὴν ἔχοντος τὴν φύσιν. ὁ μὲν οὖν ἀσώματος κόσμος ἤδη πέρας εἶχεν, ἱδρυθεὶς ἐν τῷ θείῳ Λόγῳ· ὁ δ' αἰσθητὸς, πρὸς παράδειγμα τούτου ἐτελειογονεῖτο· καὶ πρῶτον αὐτοῦ τῶν μερῶν, ὃ καὶ πάντων ἄριστον, ἐποίει τὸν οὐρανὸν ὁ Δημιουργός, ὃν ἐτύμως στερέωμα προσηγόρευσεν, ἅτε σωματικὸν ὄντα. τὸ γὰρ σῶμα φύσει στερεόν, ὅτι περ καὶ τριχῇ διαστατόν. στερεοῦ δὲ καὶ σώματος ἔννοια τίς ἑτέρα, πλὴν τὸ πάντῃ διεστηκός; εἰκότως οὖν ἀντιθεὶς τῷ νοητῷ καὶ ἀσωμάτῳ τὸν αἰσθητὸν καὶ σωματοειδῆ, τοῦτον στερεὸν ἐκάλεσε. Ταῦτα ὁ Φίλων. Συνῳδὰ δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Κλήμης, ἐν τῷ ἕκτῳ Στρωματεῖ λέγων ὧδε.

XXV. DE IISDEM, EX Clemente.

PRÆTEREA Mundum, inquit, mente alterum, alterum sensu perceptum barbara agnovit Philosophia, & illum quidem archetypum, hunc vero præclari exemplaris imaginem. Illum item, quod sola mente capiatur, unitati; hunc, qui in sensum cadit, senario attribuit. Senarium enim Pythagorei, quod fœcundus is numerus sit, conjugium vocarunt. Et quidem in unitate, Cœlum illud quod videri non po-

κε. ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΕΡΙ τοῦ αὐτοῦ.

ΚΟΣΜΟΝ τε αὖθις, τὸν μὲν νοητὸν τὸν οἶδεν ἡ βάρβαρος φιλοσοφία, τὸν δὲ αἰσθητόν· τὸν μὲν ἀρχέτυπον, τὸν δὲ εἰκόνα τοῦ καλοῦ παραδείγματος. καὶ τὸν μὲν ἀνατίθησι μονάδι, ὡς ἂν νοητόν· τὸν δ' αἰσθητὸν ἑξάδι. γάμος γὰρ παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις, ὡς ἂν γόνιμος ἀριθμός, ἡ ἑξὰς καλεῖται. καὶ ἐν μὲν τῇ μονάδι, συνίστησιν οὐρανὸν ἀόρατον,

» καὶ γῆν ἁγίαν, καὶ φῶς νοητόν. Ἐν ἀρχῇ γάρ φησιν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος. εἶτ' ἐπιφέρει, Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, γενηθήτω φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. ἐν δὲ τῇ "κοσμογονίᾳ τῇ αἰσθητῇ, στερεὸν οὐρανὸν δημιουργεῖ· τὸ δὲ στερεὸν αἰσθητόν, γῆν τε ὁρατήν, καὶ φῶς βλεπόμενον. ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι ἐντεῦθεν ὁ Πλάτων ζώων ἰδέας ἐν τῷ νοητῷ ἀπολείπειν κόσμῳ, καὶ τὰ εἴδη τὰ αἰσθητά, κατὰ τὰ γένη δημιουργεῖν τὰ νοητά; εἰκότως ἄρα ἐκ γῆς μὲν τὸ σῶμα διαπλάττεσθαι λέγει Μωσῆς, ὃ γήϊνόν φησιν ὁ Πλάτων σκῆνος, ψυχὴν δὲ τὴν λογικὴν ἄνωθεν ἐμπνευσθῆναι ὑπὸ Θεοῦ εἰς πρόσωπον. ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν ἱδρῦσθαι λέγουσι, τὴν διὰ τῶν αἰσθητηρίων" ἐπεισόδιον, τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου εἴσοδον ἑρμηνεύοντες. διὸ καὶ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. εἰκὼν μὲν γὰρ Θεοῦ Λόγος ὁ Θεῖος καὶ Βασιλικός, ἄνθρωπος ἀπαθής· εἰκὼν δὲ εἰκόνος, ἀνθρώπινος νοῦς. ἀκούσωμεν δὲ καὶ τῶν ῥηθησομένων.

Cl. κοσμογονίας

»terramqve sanctam, & lucem mente perceptam constituit, *In principio enim*, inquit, *fecit Deus cœlum & terram; Terra autem erat invisibilis*. Tum addit, *Et dixit Deus, fiat lux, & facta est lux*. At in ea Mundi, qvæ sub sensum cadit, procreatione, solidum cœlum molitur; qvod autem solidum est, idem qvoque sensus movet: terram item ac lucem aspectabilem. Num tibi hoc Plato seqvutus videtur, dum animantium ideis, eo in mundo qvem sola mens capit, relictis, formas illas qvæ in sensum cadunt, pro spiritalium generum varietate molitur. Enimvero jure sane Moses corpus hoc, qvod terrestre tabernaculum a Platone dicitur, e terra fictum; at ratione præditum animum, desuper in faciem a Deo inspiratum fuisse commemorat. Tum enim principem illam Animi facultatem constitutam esse dicunt, nec aliud quicquam Animi primum in Parentem subeuntis ingressum, qvam ejusdem per sensus accessionem esse volunt. Atque hanc esse causam, qvamobrem ad imaginem, & similitudinem factus homo dicatur. Imago qvippe Dei est, Divinum illud Regiumqve Verbum, homo patiendi expers: aut Imaginis imago, humana mens est. Verum seqventia porro audiamus.

κϛ.
ΕΒΡΑΙΩΝ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΟΣ, περὶ τῶν ἐναντίων δυνάμεων.

» Ἔτι πρὸς τούτοις ὁ Πλάτων τοῖς Ἑβραίων ἐπακολουθήσας λογίοις, οὐ μόνον ἀσωμάτους καὶ ἀγαθὰς δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντίας φησὶν εἶναι, ὧδέ πη γράφων ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν νόμων· Ψυχὴν διοικοῦσαν ἢ ἐνοικοῦσαν" τοῖς πάντῃ κινουμένοις, πῶς οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνάγκη διοικεῖν φάναι; Τί μήν; Μίαν, ἢ πλείους; πλείους, ἐγὼ ὑπὲρ σφῶν ἀποκρινοῦμαι. δυοῖν μέν που ἔλαττον μηδὲν τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐξεργάζεσθαι· εἶθ' ὑποβὰς φησίν, Ἐπειδὴ γὰρ συνεχωρήσαμεν ἡμῖν αὐτοῖς, εἶναι μὲν τὸν οὐρανὸν πολλῶν μεστὸν ἀγαθῶν, εἶναι δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, "πλειόνων δὲ τῶν μή· μάχη δή φαμεν ἀθάνατός ἐσθ' ἡ τοιαύτη, καὶ φυλακῆς θαυμαστῆς δεομένη. ξύμμαχοι δὲ ἡμῖν θεοί τε καὶ δαίμονες, ἡμεῖς δ' αὖ κτήματα θεῶν καὶ δαιμόνων. πόθεν καὶ ταῦτα τῷ Πλάτωνι, ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι φράζειν·

V. Not.

XXVI.
DE ADVERSARIIS NATURIS, Hebræorum Platonisqve doctrina.

Cap. XIII. Tim.

»QVINETIAM Hebræorum doctrinam seqvutus Plato, non expertes modo corporis benignasqve naturas, sed alias etiam hostiles infestasque ponit, Legum decimo hunc in modum scribens. Numqvid Animum illum, qvi & omnia moderatur, & in omnibus qvæ passim moventur, habitat, cœlum etiam ipsum regere necessario fatendum erit? Erit sane? Unum autem, an plures esse statuemus. Plures eqvidē vestro ipse loco respondeam. Nos vero ne duobus saltem pauciores esse dicamus, beneficum ac benignum alterum, alterum contraria vi & facultate præditum. Inde longius aliqvanto progressus, Cum enim jam inter nos convenerit, cœlum permultis qvidem partim bonis plenum esse, partim contrariis, qvibuscum tamen genus aliud nullum misceatur: immortalis profecto pugna sit ista necesse est, & cautionem postulat omnino singularem. At vero uti nobis Dii simul ac Dæmones opitulantur, ita nos quædam vicissim Deorum sumus Dæmonumq; possessio. Unde ista porro in mentem Platoni venerint, eqvidem statuere non possum;»

vere tamen hoc pronuntiare possum, sexcentis antequam Plato nasceretur annis, Hebræos homines id etiam doctrinæ genus esse professos. Sane quidem sacris eorum literis ita scriptum habetur, Job. 1. *Cum die quadam venissent Angeli Dei, ut assisterent coram Deo, affuit etiam inter eos Diabolus, cum circuivisset terram, & perambulasset eam.* Quo loco, Diaboli nomine infesta illa natura, Dei vero Angelorum, beneficæ aliæ designantur. Quas quidem meliores naturas, Spiritus etiam divinos, Deique Administros appellant, dum ajunt, Psal. 104. *Qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos flammam ignis.* Quinetiam hostilium naturarum pugnam expressit, qui dixit, Eph. 6. 10. *Non est nobis colluctatio adversus sanguinem & carnem, sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus seculi, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.* Enimvero illud etiam Mosis oraculum plane interpretatus videtur Plato, quod sic habet, Deut. 32. 8. *Quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum Angelorum Dei,* cum universum hominum genus, Deorum ac Dæmonum possessionem esse pronuntiavit.

Αὐτὸ δ᾽ ἔχω φάναι ἀληθὲς, μυρίοις πρόσθεν ἢ Πλάτωνα χρόνοις γενέσθαι, καὶ τοὺς Ἑβραίους ἀνωμολογῆσθαι τὸ δόγμα. λέγει δ᾽ οὖν ἡ παρ᾽ αὐτοῖς γραφή· Καὶ ἰδοὺ ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἦλθον οἱ Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. καὶ ὁ Διάβολος ἦλθεν ἐν μέσῳ αὐτῶν, περιελθὼν τὴν γῆν καὶ ἐμπεριπατήσας αὐτήν. Διάβολον μὲν τὴν ἐναντίαν δύναμιν, Ἀγγέλους δὲ Θεοῦ τὰς ἀγαθὰς προσειποῦσα. ταύτας δὲ τὰς ἀγαθὰς δυνάμεις, καὶ πνεύματα θεῖα καὶ λειτουργοὺς Θεοῦ προσαγορεύει ἐν οἷς φησιν, Ὁ ποιῶν τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. ἀλλὰ καὶ τὴν διαμάχην τῶν ἐναντίων, ὧδε παρέστησεν ὁ φήσας, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. ἄντικρυς δ᾽ ἔοικεν ὁ Πλάτων τὸ Μωσέως λόγιον μεταφράζειν, τὸ φῆσαν, ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν Ἀγγέλων Θεοῦ, δι᾽ ὧν κτήματα Θεῶν καὶ δαιμόνων, τὸ πᾶν γένος ἀνθρώπων εἶναι ὡρίσατο.

XXVII.
DE ANIMÆ IMMORTALITATE, ex Hebræorum Platonisque doctrina.

Cap. XIV. JAM vero de immortalitate Animæ, gemina quoque Mosis fuit Platonisque sententia. Et ille quidem immortalem esse in homine animi substantiam, prior tum statuit, cum eam Dei imaginem, vel potius divinam ad imaginem factam esse docuit. *Dixit enim Deus,* inquit, *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum.* Deinde compositum, in corpus hoc aspectabile, & eum qui animo tenus intelligitur oratione distinguens, addit: *Et accepit Deus pulverem ex terra, & formavit Deus hominem, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem.*

κζ.
ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ, Ἑβραίων, καὶ Πλάτωνος.

ΚΑΙ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς ἀθανασίας, οὐδὲν Μωσέως ὁ Πλάτων διέστηκε τῇ δόξῃ. ὁ μέν γε πρῶτος ἀθάνατον οὐσίαν εἶναι τὴν ἐν ἀνθρώπῳ ψυχὴν ὡρίσατο, εἰκόνα φήσας ὑπάρχειν αὐτὴν Θεοῦ, μᾶλλον δὲ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γεγενῆσθαι. εἶπε γάρ, φησὶν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ᾽ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. καὶ ἑξῆς τὸν σύνθετον τῷ λόγῳ διαιρῶν, εἴς τε τὸ φαινόμενον σῶμα, καὶ εἰς τὸν κατὰ ψυχὴν νοούμενον, ἐπιλέγει, Καὶ ἔλαβεν ὁ Θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν.

ἀλλὰ καὶ ἄρχικόν φησιν αὐτὸν καὶ βασιλικὸν ἀρχεῖ τῶν ἐπὶ γῆς πάντων. λέγει δ' οὖν, » καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, » καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν » πάσης τῆς γῆς. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν » ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐ» τόν. πῶς δ' ἂν ἄλλως εἰκὼν ἐπινοοῖτο Θεοῦ καὶ ὁμοίωμα, ἢ κατὰ τὰς ἐν τῷ Θεῷ δυνάμεις, καὶ τὴν τῆς ἀρετῆς ὁμοιότητα; Μωσεῖ δὲ καὶ ἐν τούτοις ὥσπερ μεμαθητευμένος ὁ Πλάτων, τοιάδ' ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ φησίν. » Ἔχομεν οὖν εἰπεῖν ὅ, τι τῆς ψυχῆς ἐστι θειό» τερον, ἢ τοῦτο, περὶ ὃ τὸ εἰδέναι τε καὶ φρο» νεῖν ἐστι; Οὐκ ἔχομεν. Τῷ θείῳ ἄρα τοῦτο » ἔοικεν αὐτῆς καί τις εἰς τοῦτο βλέπων, καὶ » πᾶν τὸ θεῖον γνοὺς, Θεόν τε, καὶ φρόνησιν, » οὕτω καὶ ἑαυτὸν ἂν γνοίη μάλιστα. Φαίνεται » γὰρ οὖν, ὅτι ὥσπερ κάτοπτρά ἐστι σαφέ» στερα τοῦ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ ἐνόπτρου, καὶ κα» θαρώτερα, καὶ λαμπρότερα· οὕτω καὶ ὁ » Θεὸς τοῦ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ βελτίστου κα» θαρώτερόν τε καὶ λαμπρότερον τυγχάνει » ὄν. Ἔοικέ γε, ὦ Σώκρατες. Εἰς τὸν Θεὸν ἄ» ρα βλέποντες, ἐκείνῳ καλλίστῳ ἐνόπτρῳ » χρώμεθ' ἂν, καὶ τῶν ἀνθρωπίνων, εἰς τὴν » ψυχῆς ἀρετὴν· καὶ οὕτως ἂν μάλιστα ὁρῷ» μεν καὶ γιγνώσκοιμεν ἡμᾶς αὐτούς. Ναί. Ταῦ» τα μὲν ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ. ἐν δὲ τῷ περὶ ψυ» χῆς πλατύτερον ἑρμηνεύει τὰ κατὰ τοὺς » τόπους ὁ αὐτὸς λέγων οὕτως. Θῶμεν οὖν βού» λει, ἔφη, δύο εἴδη τῶν ὄντων· τὸ μὲν ὁρα» τὸν, τὸ δὲ, ἀιδές; Θῶμεν, ἔφη. Καὶ τὸ μὲν » ἀιδὲς, ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχον· τὸ δὲ ὁρατὸν, » μηδέποτε κατὰ ταὐτά; Καὶ τοῦτο, ἔφη » θῶμεν. Φέρε δή, ἦ δ' ὅς, ἄλλο δή τι ἡμῶν αὐ» τῶν, τὸ μὲν σῶμά ἐστι, τὸ δὲ ψυχή; Οὐδὲν » ἄλλο, ἔφη. Ποτέρῳ οὖν ὁμοιότερον τῷ εἴδει » φαῖμεν ἂν εἶναι καὶ συγγενέστερον τὸ σῶμα; » Παντί, ἔφη, τοῦτό γε δῆλον ὅτι τῷ ὁρατῷ. » Τί δὲ ἡ ψυχή; ὁρατὸν, ἢ ἀιδές; Οὐχ ὑπὸ » ἀνθρώπων γε, ὦ Σώκρατες, ἔφη. Ἀλλὰ μὴν » ἡμεῖς γε, τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ μὴ, τῇ τῶν ἀνθρώ» πων φύσει ἐλέγομεν, ἢ ἄλλῃ τινὶ οἴει; Τῇ τῶν » ἀνθρώπων. Τί οὖν περὶ ψυχῆς ἐλέγο» μεν ὁρατὸν, ἢ ἀόρατον εἶναι; Οὐχ ὁ» ρατόν. Ἀιδὲς ἄρα; Ναί. Ὁμοιότερον ἄρα » ψυχὴ σώματός ἐστι τῷ ἀιδεῖ· τὸ δὲ, τῷ ὁρατῷ. Πᾶσα ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες.

Eundem præterea omnium quæ in terra sunt principem ac Regem creatum fuisse tradit, dum ait, *Et præsint piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis universæ terræ. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum.* Quomodo autem aliter Dei imago ac similitudo intelligatur, quam ex divinarum facultatum imitatione, virtutisque similitudine? Quo etiam in genere Plato, perinde ut si Mosis discipulus fuisset, hæc in Alcibiade philosophatur. Potestne a nobis divinius aliquid in animo statui, quam » id, in quo intelligentia sapientiaque versatur? » Non potest. Illa igitur Animi facultas, di» vinæ similis utique fuerit: ac proinde qui » in eam intuebitur, ac simul quicquid divini » est, Deum, inquam, & Sapientiam intelli» get; is demum se ipsum una perfectissime» que cognoscet. Enimvero liquet, opinor, » illud; quemadmodum specula quædam » sunt, quæ oculi nostri pupillam perspicui» tate, nitore, ac splendore superent: ita » Deum illo ipso, quod nostro in Animo per» fectissimum est, puriorem & illustriorem » esse. Et merito id quidem, o Socrates. Cum » igitur in Deum ipsum intuebimur, tum pul» cherrimo sane rerum etiam humanarum » speculo, ad vim animi perspiciendam ute» mur, atque ita nos ipsos pervidere maxime » ac nosse poterimus. Ita prorsus. Hæc in » Alcibiade. At in dialogo de Anima locum » hunc uberius fusiusque tractans, sic loqui» tur: Placetne, inquit Socrates, duo rerum » genera statuamus, aspectabile unum, al» terum non aspectabile? Placet, inquit. Et » hoc quidem non aspectabile, eodem sem» per modo se habere; aspectabile autem il» lud, nunquam? Et hoc quoque placet, in» quit. Age jam, inquit ille, an aliquid in nobis » præter corpus animumque reperias? Ni» hil vero, inquit. Utri ergo generi corpus » nostrum simile magis cognatumque dixeri» mus? Nemini vero, inquit dubium, quin » aspectabili. Quid Animus autem? Num a» spectabile quid est, an potius non aspectabi» le? Non hominibus certe quidem, o Socra» tes. Atqui nos sane cum aspectabile aut non » aspectabile diceremus, humanæ naturæ re» spectu utrumq; dicebamus: Tu vero aliam» ne aliquam cogitabas? Equidem humanam » quoq; solam. Utrum igitur de Animo diceba» mus, videri eum posse, an contra? Non posse, » inquit. Esse igitur aliquid non aspectabile? » Esse. Animus ergo rei non aspectabili simi» lior est, quam corpus; hoc vero aspectabili » similius. Necesse id prorsus, o Socrates. »

Num id præterea dicebamus, Animum quoties ad aliquid investigandum corporis operam interponit, sive hoc visu fiat, sive auditu, sive alio quocunque sensu: (quod enim sensu percipitur, corporis opera utique percipitur:) toties ejusdem corporis vi, ad ea, quæ nunquam eodem se modo habent pertrahi, errare simul, perturbari, & quadam vertigine sic quasi ebriam circumferri, quod rerum istarum tractationem attigerit? Omnino. At ubi per sese aliquid ipse contemplatur, tum illuc sane proficiscitur, ubi sese ad naturæ purissimæ, quæ sempiterna, immortalis, & rationis semper ejusdem est, societatem adjungit: adeoque tanquam ipsi cognatus, cum ea versatur assidue, quamdiu quidem & apud se se est, & ipsi licet: itaque ab omni errore liberatur, & circa genus illud rerum eodem se modo semper habet, quod in earum se se commercium dederit. Qui quidem Animi sensus Prudentia nuncupatur. Recte prorsus ac vere loqueris, o Socrates. Tu ergo cum superioribus, tum iis præterea, quæ a nobis etiamnum disputantur, adductus, utri tandem ex illo duplici genere similiorem animum, magisque cognatum arbitraris? Nemo enim opinor, o Socrates, tardissimus licet atque pinguissimus, non hac tua argumentatione convictus agnoscat, in omnibus omnino, naturæ illi similiorem, esse animum quæ eodem se modo semper habeat, quam ei quæ secus. Corpus vero quid? Alteri videlicet. Jam mihi quoque istud attende: dum simul Animus corpusque versantur, huic servitutem & obsequium, imperium illi atque dominatum, ab ipsamet natura mandatum esse. Quibus e duobus, utrum porro divinæ, utrum mortali naturæ affine arbitraris? Num tibi ut imperare ac moderari, divinum, ita obsequi ac servire, mortale tibi quiddam videtur? Videtur sane. Utrius ergo similis Animus est? Enimvero, divinæ animum, corpus mortali simile esse liquet, o Socrates. Vide igitur, inquit, o Cebes, num id ex superioribus omnibus consequatur: Divinæ, immortali, spiritali, simplici, indissolubili, unoque semper & eodem se modo habenti naturæ, simillimum esse Animum: corpus contra, humanæ, mortali, mentis experti, multiplici, solutioni obnoxiæ, nec rationem semper eandem vultumque retinenti, simillimum. Caussæne dicimus aliquid, carissime Cebes, quominus vera ista videantur? Nihil plane. Hæc ergo cum ita sint, Nunquid proprium id corporis est, uti brevi solvatur, Animi contra, vel ut nunquam penitus dissolvi possit, vel aliud quiddam hujus conditionis affine?

Οὐκοῦν καὶ τόδε ἐλέγομεν, ὅτι ἡ ψυχὴ ὅταν μὲν τῷ σώματι προσχρῆται εἰς τὸ σκοπεῖν τι, ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν, ἢ διὰ τοῦ ἀκούειν, ἢ δι' ἄλλης τινὸς αἰσθήσεως· (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ διὰ τοῦ σώματος, τὸ δι' αἰσθήσεως σκοπεῖν τι.) τότε μὲν ἕλκεται ὑπὸ τοῦ σώματος εἰς τὰ μηδέποτε κατὰ ταυτὰ ἔχοντα καὶ αὐτὴ πλανᾶται, καὶ ταράττεται, καὶ ἰλιγγιᾷ, ὥσπερ μεθύουσα, ἅτε τοιούτων ἐφαπτομένη; Πάνυ γε. Ὅταν δέ γε αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν σκοπῇ, ἐκεῖσε οἴχεται, εἰς τὸ καθαρόν τε καὶ ἀεὶ ὂν καὶ ἀθάνατον, καὶ ὡσαύτως ἔχον, καὶ ὡς ξυγγενὴς οὖσα αὐτοῦ, ἀεὶ μετ' ἐκείνου τε γίνεται, ὅταν περ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν γένηται, καὶ ἐξῇ αὐτῇ καὶ πέπαυταί τε τοῦ πλάνου, καὶ περὶ ἐκεῖνα ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει, ἅτε τοιούτων ἐφαπτομένη. καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ πάθημα φρόνησις κέκληται. Παντάπασιν, ἔφη, καλῶς, καὶ ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες. Ποτέρῳ οὖν αὖ σοι δοκεῖ τῷ εἴδει, καὶ ἐκ τῶν πρόσθεν εἰρημένων, καὶ ἐκ τῶν νῦν λεγομένων, ἡ ψυχὴ ὁμοιότερον εἶναι καὶ συγγενέστερον; Πᾶς ἄν, ἔμοιγε δοκεῖ, ἦ δ' ὅς, συγχωρῆσαι, ὦ Σώκρατες, ἐκ ταύτης τῆς μεθόδου, καὶ ὁ δυσμαθέστατος, ὅτι ὅλῳ καὶ παντὶ ὁμοιότερόν ἐστιν ἡ ψυχὴ, τῷ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντι μᾶλλον, ἢ τῷ μή. Τί δὲ τὸ σῶμα; Τῷ ἑτέρῳ. Ὅρα δὴ καὶ τῇδε· ὅτι ἐπειδὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα, τῷ μὲν δουλεύειν καὶ ἄρχεσθαι ἡ φύσις προστάττει, τῇ δὲ ἄρχειν καὶ δεσπόζειν· καὶ κατὰ ταῦτα αὖ, πότερόν σοι ὅμοιον δοκεῖ τῷ θείῳ εἶναι, καὶ πότερον τῷ θνητῷ; ἢ οὐ δοκεῖ σοι τὸ μὲν θεῖον ἄρχειν τε καὶ ἡγεμονεύειν πεφυκέναι, τὸ δὲ θνητὸν ἄρχεσθαί τε καὶ δουλεύειν; Ἔμοιγε. Ποτέρῳ οὖν ἡ ψυχὴ ἔοικε; Δῆλα δὴ, ὦ Σώκρατες, ὅτι ἡ μὲν ψυχὴ τῷ θείῳ, τὸ δὲ σῶμα τῷ θνητῷ. Σκόπει δὴ, ἔφη, ὦ Κέβης, εἰ ἐκ πάντων τῶν εἰρημένων τάδε ἡμῖν ξυμβαίνει· τῷ μὲν θείῳ, καὶ ἀθανάτῳ, καὶ νοητῷ, καὶ μονοειδεῖ, καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν. τῷ δὲ ἀνθρωπίνῳ, καὶ θνητῷ, καὶ ἀνοήτῳ, καὶ πολυειδεῖ, καὶ διαλυτῷ, καὶ μηδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ, ὁμοιότατον αὖ εἶναι τὸ σῶμα. Ἔχομέν τι παρὰ ταῦτα ἄλλο λέγειν, ὦ φίλε Κέβης, ὡς οὐχ οὕτως ἔχει; Οὐκ ἔχομεν. Τί οὖν; τούτων οὕτως ἐχόντων, ἆρ' οὐ σώματι μὲν ταχὺ διαλύεσθαι προσήκει, ψυχῇ δὲ αὖ τοπαράπαν ἀδιαλύτῳ εἶναι, ἢ ἐγγύς τι τούτου; πῶς γὰρ

» Πῶς γὰρ οὔ; Ἐννοεῖς οὖν, ἔφη, ὅτι ἐπει-
» δὰν ἀποθάνῃ ὁ ἄνθρωπος, τὸ μὲν ὁρατὸν
» αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ ἐν ὁρατῷ κείμενον, ὃ δὴ
» νεκρὸν καλοῦμεν, ᾧ προσήκει διαλύεσθαι,
» καὶ διαπίπτειν, καὶ διαπνεῖσθαι, οὐκ εὐ-
» θὺς τούτων οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἐπιεικῶς
» συχνὸν ἐπιμένει χρόνον· ἐὰν μέν τις καὶ χα-
» ριέντως ἔχων τὸ σῶμα τελευτήσῃ, καὶ ἐν τῇ
» αὐτῇ ὥρᾳ, καὶ πάνυ μάλα. συμπεσὸν γὰρ
» τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύ-
» πτῳ ταριχευθέντες, ὀλίγου ὅλον μένει ἀμή-
» χανον ὅσον χρόνον. ἔνια δὲ μέρη τοῦ σώμα-
» τος, καὶ ἐὰν σαπῇ, ὀστᾶ τε καὶ νεῦρα, καὶ
» τὰ τοιαῦτα πάντα, ὅμως, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
» ἀθάνατά ἐστιν, ἢ οὔ; Ναί. Ἡ δὲ ψυχὴ ἄρα,
» (τὸ ἀειδὲς, τὸ εἰς τοιοῦτον τόπον ἕτερον οἰχό-
» μενον, γενναῖον καὶ καθαρὸν, καὶ ἀειδῆ, εἰς
» ᾅδου, ὡς ἀληθῶς, παρὰ τὸν ἀγαθὸν καὶ φρό-
» νιμον Θεὸν, οἷ ἐὰν ὁ Θεὸς ἐθέλῃ, αὐτίκα
» καὶ τῇ ἐμῇ ψυχῇ ἰτέον) αὕτη δὲ δὴ ἡμῖν ἡ
» τοιαύτη, καὶ οὕτω πεφυκυῖα, ἀπαλλαττο-
» μένη τοῦ σώματος, εὐθὺς διαπεφύσηται,
» καὶ ἀπόλωλεν, ὥς φασιν οἱ πολλοὶ ἄνθρω-
» ποι; Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, ὦ φίλε Κέβης τε
» καὶ Σιμμία. Ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ὧδε ἔχει.
» Ἐὰν μὲν καθαρὰ ἀπαλλάττηται τοῦ σώμα-
» τος, μηδὲν συνεφέλκουσα, ἅτε οὐδὲν κοι-
» νωνοῦσα αὐτῷ ἐν τῷ βίῳ ἑκοῦσα εἶναι, ἀλ-
» λὰ φεύγουσα αὐτὸ, καὶ συνηθροισμένη αὐ-
» τὴ εἰς ἑαυτὴν, ἅτε μελετῶσα ἀεὶ τοῦτο
» (τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ὀρθῶς φιλοσο-
» φοῦσα, καὶ τῷ ὄντι τεθνάναι μελετῶσα ῥα-
» δίως· ἢ οὐ τοῦτ' ἂν εἴη μελέτη θανάτου; Παν-
» τάπασί γε) Οὐκοῦν οὕτω μὲν ἔχουσα,
» εἰς τὸ ὅμοιον αὐτῇ τὸ ἀειδὲς ἀπέρχεται, τὸ
» θεῖόν τε, καὶ ἀθάνατον, καὶ φρόνιμον· οἷ ἀ-
» φικομένῃ ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονι εἶναι,
» πλάνης, καὶ ἀνοίας, καὶ φόβων, καὶ ἀγρίων
» ἐρώτων, καὶ τῶν ἄλλων κακῶν τῶν ἀνθρω-
» πείων ἀπηλλαγμένῃ. ὥσπερ δὲ λέγεται κατὰ τῶν
» μεμυημένων, ὡς ἀληθῶς τὸν λοιπὸν χρόνον
» μετὰ Θεῶν διάγουσα· οὕτω φῶμεν, ὦ Κέ-
» βης, ἢ ἄλλως; Οὕτως νὴ Δία, ἔφη ὁ Κέβης.

A Quippe. Jam intelligis ipse mecum, inquit, »
ubi homo interierit, corpus hoc ejus aspe- »
ctabile, quod in re similiter aspectabili jacet, »
quæ a nobis cadaver appellatur, cujus id »
proprium est, ut solvatur, diffluat, evane- »
scat, ejusmodi tamen continuo subire nihil; »
sed potius satis multo tempore consistere: »
adeoq; si quis formoso & eleganti corpore »
decesserit, illam ipsam dignitatem ac speci- »
em admodum retinere. Et vero posteaqvã »
exsiccatum fuerit conditumq; corpus, ut »
qui apud Ægyptios condiri solent, mirum »
B quamdiu totum fere integrumq; maneat. »
Quin & partes corporis aliqvæ, tametsi jam »
extabuerit, ossa videlicet, nervi, ac cæteræ »
id genus omnes, immortales, pene dixerim, »
supersunt ipsæ tamen: nonne? Sic est. At »
vero, Animus ille noster, (qui videri non »
potest, qui in alteram quandam similemqve »
sedem commigrans, eamq; nobilem simul »
& castam, atq; ab omni conspectu sejunctam »
apud Inferos, ad bonum aliquem haud du- »
bie sapientemq; Deum proficiscitur; quo »
quidem, si Deo placuerit, animo isti meo ab- »
C eundum jamjam erit.) Ille, inquam, noster »
Animus, talis cum sit ab natura satus, simul- »
atqve liberatus corpore fuerit, evanescet il- »
lico, ac funditus, ut vulgus hominum loqvi- »
tur, interibit? Permultum id quidem abest, »
mi Cebes, tuq; o Simmia. Imo longe profe- »
cto verius quod seqvitur. Si purus ex cor- »
pore discesserit, nihilq; secum ex eo trahens, »
quod nullum unquam hac in vita cum eo »
prudens volensq; commercium habuerit, »
sed potius illud fugiens, in se ipsum collectus »
perstiterit, quod in eo meditationis genere »
totus semper esset: (quod dum agebat, hoc »
D sane agebat unum, uti recte philosophare- »
tur, ac re ipsa facile moriendi rationem secũ »
ipse versaret. quid enim? an hæc tibi mortis »
meditatio non videtur? Ita plane.) Animus »
inqvam hoc statu si discedet, ad illud conti- »
nuo sese recipiet, quod affine sibi est, specta- »
riq; non potest, divinum quiddam utique, »
immortale simul ac sapiens, quo cum per- »
venerit, tum demum felix esse incipit, ab er- »
rore, inscitia, terroribus, insanis amoribus, »
ac reliqva malorum humanorum contagio- »
ne liberatus. Atqve, ut de initiatis dici vul- »
go solet, in Deorum societate deinceps [illegible] »
tus vere ac perpetuus est. Utrum tibi hoc, »
mi Cebes, genus orationis probatur, an »
» aliud placet? Mihi vero admodum probatur, inqvit Cebes, ita me Jupiter amet. »
»

At vero, idem, opinor, si contaminatus ex corpore inqvinatusq; migrabit, quod assiduus cum eo fuerit, quod ipsum coluerit atqve amaverit, ejusq; simul cupiditatum voluptatumq; veneficiis usq; adeo fascinatus captusq; fuerit, nihil ut aliud rerum putaret, quam quod esset corporeum, quod tactu visuve perciperetur, quod poculentum aut esculentum esset, aut in rebus venereis locum haberet: quicquid autem sic oculis obscurum esset, ut ab iis non videretur quidem, sed mente tamen ac Philosophiæ vi caperetur, id totum odisse, formidare, ac fugere soleret: an tu eum, qui comparatus ita sit, purum ac sincerum, atqve ab omni per sese labe sejunctum ex corpore discessurum arbitraris? Nullo modo, inqvit ille. Hactenus Plato. Cujus sententiam uberius exponens tractansq; Porphyrius, in eorum primo, qvos ad Boethum scribit, ita de Animo loqvitur.

Ἂν δέ γε, οἶμαι, μεμιασμένη καὶ ἀκάθαρτος τοῦ σώματος ἀπαλλάττηται, ἅτε σώματι ἀεὶ ξυνοῦσα, καὶ τοῦτο θεραπεύουσα, καὶ ἐρῶσα, καὶ γοητευομένη ὑπ᾽ αὐτοῦ, ὑπό τε τῶν ἐπιθυμιῶν καὶ ἡδονῶν, ὥστε μηδὲν ἄλλο δοκεῖν εἶναι ἀληθὲς, ἀλλ᾽ ἢ τὸ σωματοειδὲς, οὗ ἄν τις ἅψαιτο, καὶ ἴδοι, καὶ πίοι, καὶ φάγοι, καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια χρήσαιτο· τὸ δὲ τοῖς ὄμμασι σκοτῶδες, καὶ ἀειδὲς, νοητὸν δὲ καὶ φιλοσοφίᾳ αἱρετὸν, τοῦτο δὲ εἰθισμένη μισεῖν τε, καὶ τρέμειν, καὶ φεύγειν· οὕτω δὴ ἔχουσαν οἴει ψυχὴν αὐτὴν καθ᾽ αὑτὴν εἰλικρινῆ ἀπαλλάξεσθαι; Οὐδ᾽ ὁπωστιοῦν, ἔφη. Ταῦτα ὁ Πλάτων. ἐξαπλοῖ δὲ τὴν διάνοιαν ὁ Πορφύριος, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Βοηθὸν, περὶ ψυχῆς τοῦτον γράφων τὸν τρόπον.

XXVIII. DE EADEM, EX PORphyrio.

AD immortalitatem Animi defendendam, inquit, promptum id firmumq; argumentum Platoni visum, quod ex rei similis ratione duceretur. Nam si naturæ divinæ, qvæ & immortalis est, nec videri, aut dissipari, solviq; potest, sed in ipsa integritate sitam habet & consistentem essentiam, affinis est Animus; qvid ni ejus qvoq; generis ille sit, qvod suum illud exemplar imitetur? Cum enim, ubi summa duo qvædam inter sese opponi constat, cujusmodi sunt Ratione præditum, & Rationis expers, de tertio aliqvo dubitatur, utrius in classe numeroqve ponendum sit: tum is qvoqve probari solet demonstrandi modus, qvo utri e duobus simile sit ostenditur. Sic enim, tametsi prima hominis ætas rationis & consilii laboret inopia, multiq; præterea ad ipsam usq; senectutem in plurimis imprudentia ac temeritate labantur: qvod tamen hominum genus cũ ea natura, cujus integra sinceraq; ratio est, multarum similitudinum societate conjunctum sit, idem jam inde ab initio rationis cõpos habitum est. Cum itaq;, divinus ille Deorum cœtus, nihil unqvam, ut constat, detrimenti capere possit: terrestre contra genus corruptioni obnoxium esse nemo non videat: in illa profecto dubitatione, qva nonnulli hærent, utrum ad genus animum adjungere debeant, jure Plato investigandam ex similitudine veritatem putavit.

κη. ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ αὐτοῦ.

ΑΥΤΙΚΑ λόγον ἰσχυρὸν εἶναι δοκοῦντα τῷ Πλάτωνι, εἰς παράστασιν τῆς ψυχῆς ἀθανασίας, τὸν ἐκ τοῦ ὁμοίου. εἰ γὰρ ὁμοία τῷ θείῳ, καὶ ἀθανάτῳ καὶ ἀειδεῖ, καὶ ἀσκεδάστῳ, καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ οὐσιωμένῳ, καὶ συνεστῶτι ἐν ἀφθαρσίᾳ, πῶς οὐ τοῦ γένους ἂν εἴη τούτου τὸ παράδειγμα; ὅταν γὰρ δύο τινῶν ἄκρων ἐναργῶς ἐναντίων, οἷον λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου, ἄλλο τι ἀμφισβητῆται, ποίας ἐστὶ μερίδος, εἷς ἦν καὶ οὗτος τρόπος ἀποδείξεως, διὰ τοῦ δεῖξαι τινὶ τῶν ἀντικειμένων ὅμοιον. οὕτω γὰρ, καίπερ ἐν ἀλογίᾳ κατὰ πρώτην ἡλικίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους κατεχομένου, πολλῶν τε ἄχρι γήρως ἐν τοῖς τῆς ἀλογίας ἁμαρτήμασι πλεοναζόντων, ὅμως διὰ τὸ τοῦ καθαρῶς λογικοῦ πολλὰς ὁμοιότητας φέρειν, λογικὸν εἶναι τὸ γένος τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἐπιστεύθη. ὄντος οὖν θείου συστήματος, καὶ ἀκηράτου, καὶ ἀλυμάντου προφανῶς, τοῦ τῶν Θεῶν· ὄντος δὲ πάλιν ἐναργῶς τοῦ χθονίου καὶ θνητοῦ, καὶ ἐν διαφθορᾷ κειμένου, ἀμφισβητουμένης δὲ παρά τισι τῆς ψυχῆς, τίνι τῶν προκειμένων μέρει προσκεχώρηκεν· ἐκ τῆς ὁμοιότητος ᾠήθη ὁ Πλάτων δεῖν ἀνιχνεύειν τὴν ἀλήθειαν.

Καὶ ἐπειδὴ τῷ μὲν θνητῷ τε, καὶ λυτῷ, καὶ ἀνοήτῳ, καὶ ζωῆς ἀμετόχῳ καὶ διὰ τοῦτο ἁπτῷ τε, καὶ αἰσθητῷ, καὶ γινομένῳ, καὶ ἀπολλυμένῳ οὐδαμῶς ἔοικε· τῷ δὲ θείῳ, καὶ ἀθανάτῳ, καὶ ἀιδεῖ, καὶ νοερῷ, ζῶντί τε, καὶ ἀληθείας συγγενεῖ, καὶ ὅσα ἐκεῖνος περὶ αὐτῆς ἀναλογίζεται· ἐδόκει μὴ τὰς μὲν ἄλλας ὁμοιότητας τοῦ Θεοῦ ἐνεῖναι συγχωρεῖν, τὸ δὲ τῆς οὐσίας ἐμφερὲς ἀπ᾽ αὐτῆς ἐθέλειν ἀφαιρεῖν, δι᾽ ὃ καὶ δεῖ που αὐτὴν τυχεῖν συμβέβηκεν. Ὥσπερ γὰρ τὰ ἐνεργείαις τοῦ Θεοῦ ἀνόμοια, εὐθὺς καὶ τῇ συστάσει τῆς οὐσίας ἐξήλλακτο· οὕτως ἀκόλουθον εἶναι τὰ τῶν αὐτῶν πως ἐνεργειῶν μέτοχα, φθάνειν τὴν ὁμοιότητα τῆς οὐσίας κεκτημένα. Διὰ γὰρ τὴν ποιὰν οὐσίαν, ποιὰς εἶναι καὶ τὰς ἐνεργείας, ὡς ἂν ἀπ᾽ αὐτῆς ῥεούσας, καὶ αὐτῆς οὔσας βλαστήματα. Τούτου τοίνυν τοῦ λόγου τὴν δύναμιν παραιρῶν ὁ Βοηθὸς, ἐπίκουρον εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου ἓν πεποίηκε, γράφων οὕτως· Εἰ μὲν ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχὴ, καὶ πάντῃ ὀλέθρου κρείττων τις φύσις, πολλοὺς ἀναμείναντα χρὴ καὶ περιηγησάμενον λόγους ἀποφήνασθαι. Τὸ μέντοι τῶν περὶ ἡμᾶς ὁμοιότερον μηδὲν γίγνεσθαι Θεῷ ψυχῆς, οὐ πολλῆς ἄν τις δεηθεὶς πραγματείας πιστεύσειεν· οὐ μόνον διὰ τὸ συνεχὲς καὶ ἄπαυστον τῆς κινήσεως, ἣν ἐν ἡμῖν ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ τοῦ καθ᾽ ἑαυτὴν νοῦ. Εἰς ὅπερ ἀπιδὼν καὶ ὁ Κροτωνιάτης φυσικὸς, εἶπεν ἀθάνατον αὐτὴν οὖσαν, καὶ πᾶσαν ἠρεμίαν φύσει φεύγειν, ὥσπερ τὰ θεῖα τῶν σωμάτων. Ἀλλὰ καὶ καθάπερ τὴν ἰδέαν τῆς ψυχῆς, καὶ μάλιστα τὸν ἄρχοντα ἐν ἡμῖν νοῦν, ὁπηλίκα βουλεύματα καὶ ὁρμὰς πολλάκις ὁποίας ὑποκινεῖ, τῷ κατανοήσαντι, πολλή τις ἂν πρὸς τὸν Θεὸν ὁμοιότης ὑποφανείη. Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει, Εἰ γὰρ ὡς ὁμοιότατον τῷ θείῳ που πάντων χρημάτων ἡ ψυχὴ δείκνυται, τίς ἔτι χρεία τῶν ἄλλων λόγων εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀθανασίας αὐτῆς, προοιμιαζόμενον· καὶ μὴ καὶ τοῦτον ὡς ἕνα μετὰ τῶν πολλῶν καταριθμοῦντα, ἱκανὸν ὄντα ἐντρέψαι τοὺς ἀγνώμονας, ὡς οὐκ ἂν τῶν ἐμφερῶν τῷ θείῳ μετέσχεν ἐνεργειῶν, μή τοι θεία γε οὖσα καὶ αὐτή;

Et qvoniam ipſe cum ea natura, qvæ diſſolvi poteſt, qvæ mente ſimul ac vita caret, qvæqve tactu propterea cæterisq; ſenſibus uſurpari ſolita, naſcitur pariter & extingvitur, affinitatis nihil habet: cum ea vero plurimum, quæ divina & immortalis eſt, qvæ non viſu, ſed mente percipitur, qvæ vitæ particeps eſt cognataq; veritati, ac cæteris inſtructa dotibus, qvas in Animo Philoſophus agnoſcit: adduci potuit nunqvam, ut alias Dei ſimilitudines in eo reperiri concederet, eſſentiæ conjunctionem & affinitatem negaret, cujus unius cauſa in cæterorum ornamentorum communionem vocatus eſſet. Ut enim qvæ Deo agendi vi rituq; diſſimilia ſunt, eadem continuo ab propria illius eſſentiæ ratione diſcedunt: ita plane conſeqvens eſſe, ut qvæ res eandem propemodum, qvam ipſe, agendi vim ac rationem habent, jam ex prius eſſentiæ cum eo ſimilitudinem acceperint. Talis enim eſſentiæ gratia, tales etiam eſſe agendi vires, qvippe qvæ ab ea manent, & qvædam ejus qvaſi germina ſint. Cujus argumenti vim cum optime Boethus caperet, audi ſis qvemadmodum ipſo ſtatim ſuæ diſputationis exordio perſeqvatur. Utrum, inqvit, immortalis ſit animus, omniq; interitu ſuperior, qui rem per ſeſe demonſtrare vellet, multis eum ſane ac longiſſimis diſputationum flexionibus uti oporteret. At vero, ut ex rebus noſtris, Deo ſimilius nihil eſſe quam Animum, quivis ſibi perſvadeat, non ſpiſſam admodũ & actuoſam contentionem deſideret: non modo quod ipſe continuum in nobis perennemq; motum efficiat, ſed etiam ob ejus qva præditus eſt mentis excellentiam. Qvod qvidem Phyſicus etiam ille Crotoniates dum videret, Animum illico noſtrum, immortalis quod eſſet, quietem omnem, divinorum more corporum, ſuapte natura defigere pronuntiavit. Et vero, qui ſemel Animi hujus ideam noverit, ac præſertim quanta mẽs illa noſtri moderatrix agitet verſetq; conſilia, aut cujusmodi ſæpiſſime in nobis impetus efficiat; idem profecto ſimilitudinem ejus cum Deo maximam deprehendet. Tum aliquot interjectis, Nam ſi Animum, inqvit, naturæ divinæ omnium longe ſimillimum eſſe conſtiterit, qvorſum alias deinceps, qvaſi præfandi cauſa, ejus immortalitati probandæ rationes exquiras, ac non iſtam potius unam inter plerasqve cenſeas, ejusmodi cum ſit, cui non cedere modeſtiores & æqviores ſalvo ſuo pudore non poſſint, quod nimirum Deo ſimiles agendi vires accepiſſet nunquam, niſi eſſet ipſe divinus?

A Nam si mortali corpori, fluxo & sine mente; imo etiam vero ex sese cadaveri, quod extingvitur assidue, atq; in interitus mutationem dilabitur, infossus ille dum est, non illud modo fingit atqve conservat, sed naturæ quoq; suæ divinitatem ostendit, tametsi exitialis hujus, quod obvium semper habeat, figmenti moles lucem ejus vimq; debilitet: quomodo tandem, ubi semel rationem illam suam, velut aurum, ab circumfusi luti contagione secretam ac sejunctam habuerit, suam per sese formam speciemq; patefaciet, quæ non affinis tantum Deo sit, verum B etiam propter hanc cum eo communionem, & agendi rationem ei persimilem adhuc retineat, & vero, qua sui parte mortalis est, ut sane est, dum mortali corpore inclusus constrictusq; manet, eo tantum non dissolvatur, quod ejus naturæ sit, qvæ nullam corruptionem interitumq; patiatur? Deinde progressus ulterius, Idem, inquit, præterea, uti ex sua cum eo qui parte omni caret, similitudine, divinus merito videri potest: ita, quatenus mortalem ad naturam accedit, mortalis existimari. Descendit idem ac vicissim ascendit, mortalibus simul & immor- C talibus similis. Etenim homo est, qui farcire ventrem, qui jumenti more abdomen saturare contendat: homo item est, qui medio in mari, arte atq; industria naufragii periculis navim eripere, qui alios liberare morbis, qui & verum perspicere, & ejusdem cognoscendi rationem aliis viamqve munire, qui & igniarium reperire, & horologium signare, ipsaq; adeo summi Artificis opera æmulari possit. Quippe homo enim septem illorum siderum concursus & conversiones arte repræsentavit, machinis quibusdam res D cœlestes imitatus. Ecquid vero non excogitavit, quo mentem illam suam & divinam, & Deo persimilem ostenderet? Quibus ille rebus cum cœlestem plane, divinumq;, nec ullatenus mortalem impetum atq; industriam exereret: vulgo tamen, quod uti nimiũ suam illam in res inferiores inclinationem amat, ita minus eum intueri possit, rebus illis quæ omnium in aspectum cadunt, facile persvasit, ut illum in eadem ipse secum mortalium classe reponeret: præsertim cum inde quoque, hoc tanquam aliquod improbitatis suæ solatium habeat, ut dum in illa quam sibi ex rerum exteriorum specie fingit, suæ cum aliis miseriæ communione acqviescit, cunctos homines tam intrinsecus quam extrinsecus alios aliis similes arbitretur. Hæc Porphyrius.

A Εἰ γὰρ καὶ ὅπερ ἐν τῷ θνητῷ καὶ λυτῷ, καὶ ἀνοήτῳ, καὶ καθ' ἑαυτὸ νεκρῷ, καὶ ἀεὶ ἀπολλυμένῳ, καὶ διαῤῥέοντι εἰς τὴν τῆς ἀπωλείας μεταβολὴν, κατορωρυγμένη αὐτό τε ποιεῖ καὶ συνέχει, καὶ τὴν ἑαυτῆς θείαν ἀναδείκνυσιν οὐσίαν, καίπερ ἐπιπροσθουμένη καὶ ἐμποδιζομένη ὑπὸ τοῦ προκειμένου αὐτῇ πανωλέθρου πλάσματος· πῶς εἰ τῷ λόγῳ χωρισθείη, ὥσπερ χρυσίον τοῦ περιπεπλασμένου πηλοῦ, οὐκ ἂν ὅθεν αὖ τὸ ἑαυτῆς εἶ- B δος ἐκφήνειεν, ὡς ἐμφερὲς ὂν μόνον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ μετέχειν αὐτοῦ εἶναι, καὶ τὰς ἐν ταῖς ἐνεργείαις ὁμοιότητας διασώζον, καὶ ἐν τῷ θνητῷ αὐτῆς, (ὥσπερ ἐστὶν ὅταν ἐν τῷ θνητῷ καθειρχθῇ,) διὰ τὸ μὴ διαλυόμενον, ὅτι φύσεως ἦν τῆς ἀμοίρου φθορᾶς; Καὶ ὑποκαταβάς φησιν, Εἰκότως δὲ καὶ θεία φαίνεται, ἀπὸ τῆς πρὸς τὸν ἀμέριστον ὁμοιώσεως· καὶ θνητὴ, ἀφ' ὧν προσπελάζει τῇ θνητῇ φύσει, καὶ κάτεισι, C καὶ ἄνεισι, καὶ θνητοειδὴς ἐστι, καὶ τοῖς ἀθανάτοις ἐμφερής. Ἄνθρωπος γὰρ καὶ ὁ γαστρίζων ἑαυτὸν, καὶ κεκορέσθαι σπουδάζων, ὡς τὰ κτήνη· ἄνθρωπος δὲ καὶ ὁ σώζων ἐν πελάγει δι' ἐπιστήμης ἐν κινδύνοις οἷός τε ὢν τὴν ναῦν, καὶ ὁ σώζων ἐν νόσοις, καὶ ὅ γε τὴν μὲν ἀλήθειαν εὑρίσκων, μεθοδεύσας δὲ καὶ πρὸς γνώσεως κατάληψιν, πυρείων τε εὑρέσεις καὶ ὡροσκοπείων τηρήσεις, καὶ μιμήσεις τῶν τοῦ Δημιουργοῦ ποιημάτων μηχανησάμενος. Ἄνθρωπος γὰρ ἐπενόησεν ἐπὶ γῆς D συνόδους τῶν ἑπτὰ μετὰ τῶν κινήσεων δημιουργῆσαι, διὰ μηχανημάτων τὰ ἐν οὐρανῷ μιμούμενος. Καὶ τί γὰρ οὐκ ἐπενόησεν, ἀποδεικνὺς τὸν θεῖον, καὶ Θεῷ παρισούμενον ἐν ἑαυτῷ νοῦν; Ἀφ' ὧν ὀλυμπίου τε καὶ θείου, καὶ οὐδαμῶς θνητοῦ πλημμήματα διαφαίνων, τοὺς πολλοὺς διὰ φιλαυτίαν τῆς αὐτῶν εἰς τὰ κάτω ῥοπῆς, ἰδεῖν αὐτὸν οὐχ οἵους τε ὄντας, ἐκ τῶν ἔξωθεν φαινομένων, ὁμοίως αὐτοῖς θνητοειδῆ δοξάζειν αὐτὸν ἀναπέπεικεν· ἑνὸς ὄντος καὶ τούτου τρόπου τῆς ἐκ κακίας παραμυθίας, τὸ τῇ ἀνταναισώσει τῆς ἑαυτῶν ἀθλιότητος διὰ τὰ ἔξωθεν φαινόμενα προσαναπαυομένους, πείθειν ἑαυτοὺς, ὅτι ὡς τὰ ἔξω, καὶ τὰ ἔσω ὅμοιοι πάντες ἄνθρωποι.

Τούτων ἁπάντων διδάσκαλος πέφηνε γεγονὼς ὁ Μωσῆς, ὃς διεξιὼν τὴν πρώτην ἀνθρωπογονίαν κατὰ τὰς προτεθείσας λέξεις, διὰ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ἐξομοιώσεως, τοὺς περὶ ψυχῆς ἀθανασίας λόγους ἐπιστώσατο. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ περὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ ἀφανοῦς οὐσίας, σύμφωνα καὶ ὁμόδοξα Μωσεῖ καὶ Πλάτωνι συνέστη, ὥρα καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας ἐπιθεωρῆσαι, δεῖξαί τε τὸν ἄνδρα Ἑβραίοις κατὰ πάντα φίλον· ἐκτὸς εἰ μή που παρατραπεὶς, ἀνθρωπινώτερον ἢ κατὰ τὸν ἀληθῆ φάναι τι προήχθη λόγον. αὐτίκα τῶν εἰρημένων ἔστι μὲν ἐπιτυχῶς λέλεκται τῷ ἀνδρὶ, συντρέχοι ἂν τοῖς Μωσεῖ δεδογμένοις· ἔστι δ' ἃ μὴ ἀρέσκοντα Μωσεῖ καὶ τοῖς Προφήταις ὑπέλαβεν, οὐκ ἂν ἔχοι συνεστῶτα τὸν λόγον. τοῦτο δ' ἡμῖν ἐν καιρῷ τῷ δέοντι παραστήσεται. τέως δ' ἐπεὶ πεφώραται ἐν τῇ περὶ τῶν νοητῶν ἐποπτείᾳ συνῳδὰ καὶ σύμφωνα τὰ τεθειμένα, ὥρα ἐπελθοῦσιν αὖθις ἐπὶ τὴν τῶν αἰσθητῶν φυσιολογίαν, ἐν βραχέσι τὴν πρὸς τὰ Ἑβραίων ἐπιδραμεῖν τοῦ ἀνδρὸς συμφωνίαν.

A Quorum omnium doctorem ac magistrum Mosem fuisse constat, qui verbis ante laudatis cum primam illam hominum molitionem exposuit, ea cum Deo similitudine immortalitatis Animi fidem fecit. Sed qvoniam ejusmodi est in constituendis incorporeæ, sensumqve fugientis naturæ rationib⁹, Mosem inter Platonemqve consensio: reliquas deinceps Platonicæ philosophiæ partes videamus, eundemqve Hebræorum in omnibus amantem ac studiosum fuisse ostendamus, nisi sicubi dum plus humano sensui, B quam ferebat sacrarum literarum veritas indulgeret, longius exerravit. Id sane liqvet, ubicunqve verum feliciter attigit, Mosis eum vestigiis institisse: Eundem, quoties a Mosis ac Prophetarum mente discessit, toties differendo ac ratiocinando titubasse. Atqve id suo a nobis loco demonstrabitur. Interea, quando cum illis in spiritalium naturarum tractatione cohærenter loqventem audivimus; seqvitur, ut ad earum quæ sensibus usurpantur physiologiam transeuntes, quam ipsi quoqve cum Hebræis hoc in genere conveniat, paucis indi- C cemus.

κθ.
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΕΝΗΤΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ κόσμον.

» ΜΩΣΕΩΣ γενητὸν ἀποφηναμένου τό-
» δε τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γενόμενον·
» λέγει δ' οὖν ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ γραφῆς,
» Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ
» τὴν γῆν. καὶ πάλιν μετὰ τὰ κατὰ μέρος ἐ-
» πάγει, Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ
» γῆς, ὅτε ἐγένετο ἡ ἡμέρα, ᾗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς
» τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἄκουε τοῦ Πλάτωνος
» ὡς οὐκ ἐκπίπτει τῆς διανοίας, ὧδέ πη καὶ
» αὐτὸς γράφων· Πᾶν τὸ γιγνόμενον, ὑπ' αἰ-
» τίου τινὸς ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι· πάντη γὰρ ἀ-
» δύνατον χωρὶς αἰτίου γένεσιν ἔχειν. Καὶ ἐ-
» πιλέγει, Ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς καὶ κόσμος, ἢ καὶ
» ἄλλο ὅ, τί ποτε ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν
» δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὀνομάσθω· σκεπτέον δ' οὖν
» περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ τοῦ
» παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν· πότερον ἦν ἀεὶ,
» γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν
» ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. ὁρατὸς γὰρ

XXIX.
QVOD MUNDUS ORTUM habuerit.

UNIVERSUM hoc a Deo conditum, aliqvem ortum habuisse Moses docuit, Cap. XV. Tim.
dum ait ipso statim operis sui vestibulo, *In* D *principio fecit Deus cælum & terram:* itemqve partes ordine singulas exequutus addit, *Hic Liber generationis cæli & terræ, quando extitit ille dies, quo fecit Deus cælum & terram.* Audi jam, qvam non ab ea sententia Plato deflectat, hunc in modum scri- »
bens ipse quoque. Qvicqvid fit, id omne »
vi alicujus principii fieri: prorsus enim »
evenire non posse, ut quod ortum ha- »
bet, ortus sui auctorem non habeat. »
Qvibus ita subdit, Omne igitur cæ- »
lum, sive mundus, sive qvovis alio »
vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupa- »
tus sit. De qvo id primum consideremus, »
qvod principio est in omni qvæstione con- »
siderandum: semperne fuerit, nullo ge- »
neratus ortu; an ortus sit ab aliqvo tempo- »
ris principatu: qvandoqvidem cernitur, »

& tangitur, & est undiqve corporatus. Omnia autem talia sensum movent, sensusq; moventia qvæ sunt, eadem in opinione considunt: qvæ ortum habere gigniqve diximus; nihil autem gigni posse sine causis. Atqve illum qvidem qvasi Parentem hujus universitatis invenire difficile est, & cum jam inveneris, indicare in vulgus nefas. Et deinceps. Qvam ob causam non est cunctandum profiteri, si modo investigari aliqvid conjectura potest, hunc mundum animal esse, idqve intelligens, & divina providentia constitutum.

ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων. πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δ' αἰσθητά, δόξῃ περιληπτὰ καὶ γενητὰ ἐφάνη. τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ Δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Καὶ αὖθις ἑξῆς φησιν, Οὕτως οὖν δὴ κατὰ λόγον τὸν εἰκότα δεῖ λέγειν τόνδε τὸν κόσμον, ζῶον ἔμψυχον, ἔννουν γενέσθαι τῇ ἀληθείᾳ, διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν.

XXX.
DE COELI LUMINIBUS.

Cap. XVI. Tran.

MOSES præterea suum Cœli Luminibus ortum assignavit his verbis, *Et dixit Deus, fiant luminaria in Firmamento cœli, ut luceant super terram, & sint in signa & tempora, & dies, & annos. Fecitqve Deus duo luminaria magna, & stellas. Et posuit eas in Firmamento Cœli.* Qvam in sententiam Plato, Ratione igitur, inquit, & mente divina, ad originem temporis curriculum inventum est Solis & Lunæ, & aliorum quinqve astrorum errantium cognomento, ad temporis numeros distingvendos & conservandos. Corpora autem eorum singulorum cum effecisset Deus, ea ad conversiones collocavit. Hic tu mihi vide sis, num quod Plato dixit; λόγου καὶ διανοίας Θεοῦ, (verbo ac mente divina) ei persimile sit, qvod ait Moses, λόγῳ *Verbo Domini Coeli firmati sunt, &* πνεύματι *Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Qvinetiam cum Moyses dixerit, καὶ ἔθετο, *Et posuit ea in firmamento Coeli:* Plato simili qvoqve voce usus, hoc est, ἔθηκεν, Corpora, inqvit, singulorum cum effecisset Deus, ea ad conversiones collocavit.

λ.
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΟΥΡΑΝΟΝ φωστήρων.

ΠΑΛΙΝ Μωσέως καὶ τούτους εἶναι γενητοὺς διδάξαντος, δι' ὧν ἔφησε, Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιρούς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ. ὁμοίως καὶ ὁ Πλάτων, Ἐξ οὖν λόγου Θεοῦ καὶ διανοίας, φησί, τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, Ἥλιος, καὶ Σελήνη, καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα ἐπίκλην ἔχοντα πλανῆτες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν χρόνου γέγονε. σώματα δὲ αὐτῶν ποιήσας ὁ Θεός, ἔθηκεν εἰς τὰς περιφοράς. Ἐπιτήρει δέ, εἰ μὴ τό, Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας Θεοῦ εἰρημένον τῷ Πλάτωνι, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ παρ' Ἑβραίοις φάσκοντι, Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ Μωσέως εἰπόντος, Καὶ ἔθετο αὐτοὺς ἐν τῷ στερεώματι· ὁμοίᾳ κέχρηται καὶ ὁ Πλάτων φωνῇ τῇ, Ἔθηκεν, εἰπών, σώματα δὲ αὐτῶν ποιήσας ὁ Θεὸς ἔθηκεν εἰς τὰς περιφοράς.

XXXI.
OMNIA DEI OPERA bona esse.

CUM etiam, ut qvodqve perfectum erat divinum opus, hanc sacræ literæ

λα.
ΟΤΙ ΠΑΝΤΑ ΚΑΛΑ ΤΑ ΕΡΓΑ τοῦ Θεοῦ.

ΤΗΣ Ἑβραίων γραφῆς ἐφ' ἑκάστῳ δημιουργημάτων ἐπιφωνούσης, Καὶ εἶδεν ὁ

Θεὸς ὅτι καλόν· καὶ ἐπὶ τῇ πάντων συγκεφαλαιώσει φασκούσης, Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Ἄκουε τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, Εἰ μὲν δὴ καλός ἐστιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ, τε Δημιουργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπε. καὶ πάλιν, Ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δ' ἄριστος τῶν αἰτίων.

A clausulam identidem adjecerint, *Et vidit Deus quod bonum esset:* itemqve ut simul omnia comprehenderent, *Et vidit Deus omnia, & ecce valde bona erant:* Platonem audi sic loqventem, Atqve si bonus est hic Mundus, si bonus ejusdem Artifex, profecto speciem æternitatis imitari maluit. Atq; iterum, Nam uti Mundus omnium qvæ condita sunt optimus est, ita Deus Artificum omnium optimus.

λβ.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΛΛΟΙΩΣΕΩΣ ΚΑΙ ΜΕταβολῆς τοῦ κόσμου. B

XXXII.
DE ALTERATIONE AC MUTAtione Mundi.

Atam inter sese mutuo, qvam cum bestiis ipsis versando, & ab unaqvaqve natura sciscitando, num quid diversum ab aliis vi qvadam singulari propriaqve sentiret, ut hoc pacto suam qvandam a qvibusqve prudentiæ stipem acciperent: liqvet omnino, ætatis illius homines infinitis ad beate vivendum præsidiis nostros superasse. Sin autem abdomini, helluando, ac perpotando servientes, fabulas tantum ejusmodi, qvas de ipsis vulgo circumferunt, in mutua illa cum inter sese, tum etiam cum bestiis consvetudine tractabant; de hoc quoqve, meo qvidem judicio, facile admodum liqvidoq; statuatur. Verum ista qvidem missa faciamus, dum nobis idonei cujusdam indicis copia facta sit, ex quo resciamus, num illius ævi homines, aliqva doctrinæ ac bene scienterqve dicendi cupiditate ducerentur.

ιε.

ΟΠΩΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΥ μέμνηνται.

ΜΩΣΗΣ νομοθεσίαν ἀνθρώποις καταβεβλημένος, ἐνόμισεν αὐτῷ δεῖν ἀρχαιολογίας ἐν τοῖς προοιμίοις. μνημονεύει δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν βίου τῶν ἀνθρώπων· ἔπειτα παλαιῶν ἀνδρῶν τῶν παρ' Ἑβραίοις θεοφιλῶν, καὶ τῶν δ' ἄλλως ἐν πλημμελείαις ἐξητασμένων τὴν πολιτείαν ὑφηγεῖται, κατάλληλον οἷς ἐνομοθέτει τὴν περὶ τούτων ἡγησάμενος ἱστορίαν ἔσεσθαι. Καὶ ὁ Πλάτων δὲ ὡσαύτως, παρελθὼν ἐπὶ τὴν τῶν νόμων γραφὴν, τὸν αὐτὸν D τοῦ Μωσῆ ζηλοῖ τρόπον. Ἐν προοιμίοις γοῦν τῶν Νόμων, ἐπάκουσον ἅ φησιν· Ἆρ' οὖν οἱ παλαιοὶ λόγοι ὑμῖν ἀλήθειάν τινα ἔχειν δοκοῦσι; Ποῖοι δή; Τὸ πολλὰς ἀνθρώπων φθορὰς γεγονέναι κατακλυσμοῖς τε, καὶ νόσοις καὶ ἄλλοις πολλοῖς, ἐν οἷς βραχύ τι τῶν ἀνθρώπων λείπεσθαι γένος. Πάνυ μὲν οὖν πιθανὸν τὸ τοιοῦτον πᾶν παντί. Φέρε δὴ, νοήσωμεν μίαν τῶν πολλῶν ταύτην, τὴν τῷ κατακλυσμῷ γενομένην. Τὸ ποῖον δὴ περὶ αὐτῆς διανοηθέντες; Ὡς οἱ τότε περιφυγόντες τὴν φθορὰν, σχεδὸν ὄρειοί τινες ἂν εἶεν νομεῖς, ἐν κορυφαῖς που, σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων διασεσωσμένα γένους. Δῆλον. Καὶ δὴ τοὺς τοιούτους γε ἀνάγκη που τῶν ἄλλων ἀπείρους εἶναι τεχνῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄστεσι πρὸς ἀλλήλους μηχανῶν, εἴς τε

Pl. μύθο. — pag. 345. — Pl. add. τινα.

XV.

QVEMADMODUM AMBO DILUVII MEMINERINT.

C MOSES cum in legum hominibus ferendarum cogitatione versaretur, rerum sibi antiqvarum commemorationem, ipso statim exordio necessariam putavit. Primum itaqve Diluvii, atqve hominum qvi ab eo extiterunt, vitæ meminit; tum antiqviorum etiam Hebræorum, seu qvos præcipuo Deus amore dilexerat, seu quos improbitas notos insignesq; fecerat, mores exposuit, ratus conjunctum in primis cum iis, qvas præ manibus habebat legibus, hoc historiæ genus futurum. Plato similiter, cum animum ad scribendas leges appellit, eandem ac Moses viam ipse ac rationem æmulatur. Audi ergo qvemadmodum ipso Legum suarum principio loqvatur. An igitur, inqvit, priscas illas narrationes veras arbitraris? Qvas tandem? Crebros olim hominum interitus, diluviis, morbis, ac cæteris id genus extitisse, ex qvibus pauci admodum homines evaserint. Totum id qvidem nemini perqvam verisimile non videatur. Age vero, unum illum ex pluribus, qvem diluvium importavit, consideremus. Qvid porro a nobis in eo cogitari vis? Qvi tum vastitatem illam effugere potuerint, montanos duntaxat pastores aliqvot fuisse, qvi summis in cacuminibus, tanqvam exigua qvædam generis humani semina, relicti servatiqve constiterint. Perspicuum id qvidem. Istos porro, tales cum essent, cum ab cæteris artibus imparatos fuisse necesse est, tum ab iis etiam fraudibus & calumniis alienos, quibus sese

Cap. X. Trad.

» passim in urbibus, avaritiæ, contentionis, ac A
» reliqvorum id genus maleficiorum æstu ab-
» repti, alios alii evertere moliuntur. Et hoc
» plane consentaneum. Ponamus igitur cam-
» pestres simul ac maritimas urbes eo tempo-
» re funditus periisse. Ponamus. Proinde,
» quicquid etiam instrumentorum fuerat,
» quicquid artis ullius proprium, seu civilis,
» seu alterius cujuscunqve peritiæ, id totum
» eadem ruina simul ac semel haustum ac se-
» pultum fuisse dicendum est. Deinde aliqvot
» interjectis, Maneat igitur, inquit, ita sese per
» ejusmodi cladem res hominum habuisse; B
» vastam quippe horribilemq; solitudinem,
vimq; fœcundissimarum terrarum immensam extitisse. Hæc ille similiaq; præfatus, hominum eorum deinceps, qui post diluvium vixere, mores persequitur. Inde, Mosis exemplo, qui rerum a Diluvio gestarum historiæ, sanctiorum olim Hebræorum instituta subjungit; post eorum qui proxime diluvium sequuti sunt vitam, res Græcorum, ut Hebræorum Moses, ad antiqvissimam retro memoriam revocare conatur. Quin etiam Trojanorum, primæqve Lacedæmoniorum Reipublicæ, ac Persarum C mentionem facit, eorumqve simul, qui apud eos seu bene, seu male vixissent. Atqve hac perfunctus historia, tum demum suas ipse leges scribere auspicatur, in eo quoque Mosem æmulatus.

πλεονεξίας, καὶ φιλονεικίας, καὶ ὁπόσα ἄλλα »
κακουργήματα πρὸς ἀλλήλους ἐπινοοῦσιν. »
Εἰκὸς γοῦν. Θῶμεν δὴ τὰς ἐν τοῖς πεδίοις πό- »
λεις, καὶ πρὸς θαλάττῃ κατοικούσας, ἄρδην »
ἐν τῷ τότε χρόνῳ διαφθείρεσθαι. Θῶμεν. Οὐκ- »
οῦν ὄργανά τε πάντα ἀπόλλυσθαι, καὶ εἴ τι »
τέχνης ἦν ἐχόμενον σπουδαίως ἀνευρημένον, »
ἢ πολιτικῆς, ἢ καὶ σοφίας τινὸς ἑτέρας, πάν- »
τα ἔρρειν. Ταῦτα ἐν τῷ τότε χρόνῳ φήσομεν. »
Καὶ μεθ' ἕτερα φησιν, Οὐκοῦν οὕτω δὴ λέγω- »
μεν ἔχειν τότε, ὅτε ἐγίνετο ἡ φθορὰ, τὰ περὶ »
τοὺς ἀνθρώπους πράγματα, μυρίαν μέν τι- »
να φοβερὰν ἐρημίαν, γῆς δὲ ἀφθόνου πλῆθος »
παμπολυ. Ταῦτα καὶ τοιαῦτα ἕτερα εἰπὼν, »
ἐπεξέρχεται βίους τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀνθρώπων. εἶθ' ὥσπερ Μωσῆς, τὴν τῶν πάλαι θεοφιλῶν Ἑβραίων πολιτείαν ἐπισυνάπτει τῇ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ὑφηγήσει· καὶ ὁ Πλάτων ὁμοίως, μετὰ τοὺς βίους τῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, τὰ Ἑλληνικὰ πειρᾶται ἀρχαιολογεῖν, ὡς ἐκεῖνος τὰ Ἑβραίων. τῆς τε ἐπὶ Τροίας μνημονεύει, καὶ τῆς πρώτης ἐν Λακεδαίμονι πολιτείας, Περσῶν τε, καὶ τῶν παρὰ τούτοις, εἴτ' ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ βεβιωκότων. εἶτα μετὰ τὴν τούτων ἱστορίαν, ἀπάρχεται τῆς τῶν Νόμων ἐκθέσεως, κἀν τούτῳ Μωσεῖ κατακολουθήσας.

vel. [illegible]

XVI. 15.

QVAM PRÆCLARE DOCTRINÆ nostræ rationes a rebus divinis auspicati, in humanas desinamus. D Ex primo Legum Platonis.

ΟΤΙ ΤΑ ΤΗΣ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ ΟΡΘῶς ἡμῖν ἀπὸ τῶν θείων ἀρχόμενα, καταλήγει εἰς τὰ ἀνθρώπινα. Ἀπὸ τοῦ πρώτου τῶν Νόμων Πλάτωνος.

Cap. XI. Trap.

RATIONEM Legum ac Reip. suæ universam ex summi Numinis religione suspensam Moses esse cum vellet, illam ab eodem rerum omnium Molitore auspicatus est: deinde quicquid humanorum bonorum est, id omne a divinis proficisci docuit, ipsaque divina ad Mentem illam cunctorum moderatricem, hoc est, ad eundem illum universi Deum revocavit. Hujus vestigiis insistens Philosophus, vide qvemadmodum reprehensis Cretensium & Lacedæmoniorum Legislatoribus,

ΜΩΣΕΩΣ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ Νομοθεσίαν, τήν τε κατ' αὐτὸν Πολιτείαν, Εὐσεβείας τῆς τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ἀναρτήσαντος, ἀπό τε τοῦ πάντων Δημιουργοῦ τὴν καταρχὴν τῆς Νομοθεσίας πεποιημένου· ἔπειτα τῶν θείων ἀγαθῶν ἐξέρχεσθαι τὰ ἀνθρώπινα διδάξαντος, τά τε θεῖα ἐπὶ τὸν πάντων ἡγεμόνα Νοῦν, αὐτὸν δὴ τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναθέντος. θέα ὅπως καὶ ὁ Φιλόσοφος τοῖς αὐτοῖς βαίνων ἴχνεσιν, ἐπιμέμφεται μὲν τοῖς Κρητῶν, καὶ Λακεδαιμονίων Νομοθέταις,

τὸν

τὸν δ' ἀρέσκοντα τῷ Μωσεῖ νόμον ἐκδιδάσκει, λέγων οὕτως. Πῇ δὴ ὥσπερ ἔτ' ἂν ἐβουλόμην διελόμενον λέγειν, αὐτός τ' ἀκούειν, βούλει σοι φράζω; Πάνυ μὲν οὖν. Ὦ ξένε ἐχρῆν εἰπεῖν. Οἱ Κρητῶν νόμοι οὐκ εἰσὶ μάτην διαφερόντως ἐν πᾶσιν εὐδόκιμοι τοῖς Ἕλλησιν. ἔχουσι γὰρ ὀρθῶς, τοὺς αὐτοῖς χρωμένους, εὐδαίμονας ἀποτελοῦντες. Ἅπαντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ πορίζουσι. διπλᾶ δ' ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα, τὰ δὲ θεῖα· ἤρτηται δὲ ἐκ τῶν θείων θάτερα. καὶ ἐὰν μὲν δέχηται τὰ μεί- B

Pag. 345. ζονα πόλις, κτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα· εἰ δὲ μή, στέρεται ἀμφοῖν. Ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται ὑγίεια, κάλλος δὲ, δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον, ἰσχὺς, εἴς τε δρόμον, καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι· τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος οὐ τυφλὸς, ἀλλ' ὀξὺ βλέπων, ἄν περ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ μετὰ νοῦ, σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τού- C των μετὰ ἀνδρείας κραθέντων, τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη· τέταρτον δὲ ἀνδρεία. Ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει. Καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτω· Μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἄλλας προστάξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλεπούσας αὐτοῖς εἶναι διακελευστέον. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα, εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα, εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν σύμ-

V. Not. παντα βλέπειν, περί τε γάμους ἀλλήλοις ἐπικοινωνουμένους. μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ταῖς τῶν παίδων D γεννήσεσι, καὶ τροφαῖς, ὅσοι τε ἄρρενες, καὶ ὅσαι θήλειαι, νέων τε ὄντων, καὶ ἐπὶ τὸ πρεσβύτερον ἰόντων, μέχρι γήρως τιμῶντα ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, καὶ ἀτιμάζοντα ἐν ἁπάσαις ταῖς τούτων ὁμιλίαις· τάς τε λύπας αὐτῶν καὶ τὰς ἡδονὰς, καὶ τὰς ἐπιθυμίας, ξυμπάντων τε ἐρώτων τὰς σπουδὰς ἐπεσκεμμένον καὶ διαπεφυλαχότα, ψέγειν τε ὀρθῶς, καὶ ἐπαινεῖν δι' αὐτῶν τῶν νόμων. Καὶ μετὰ βραχέα φησί. Κατιδὼν δὲ ὁ θεὶς τοὺς νόμους, πᾶσι τούτοις φύλακας ἐπιστήσει, τοὺς μὲν διὰ φρονήσεως, τοὺς δὲ δι' ἀληθοῦς δόξης ἰόντας· ὅπως πάντα ταῦτα ξυνδήσας ὁ Νοῦς, ἑπόμενα σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ ἀποφήνῃ, ἀλλὰ μὴ πλούτῳ, μηδὲ φιλοτιμίᾳ.

A sancitam illam ab Moyse Legem edocent. Vin' tu, inquit, dicam ingenue, qua te via & ordine totum hoc disputationis genus instituentem libenter audiissem? Maxime id quidem velim. Ejusmodi ergo, mi hospes, tua esse oratio debuit. Non immerito Cretentium Leges a Græcis omnibus summa cum laude celebrantur. Nam hoc ipso recte omnino conditæ sunt, quod iis qui vivunt beatos efficiant, dum bonis eos omnibus cumulant. Qvippe, cum duo bonorum genera sint, humanorum unum, alterum divinorum: tum vere ex divinis humana pendent. Quare qvæ Respublica majora susceperit, eadem minora qvoqve possidebit: sin autem, utrisqve careat necesse est. Et minora quidem vocantur illa, quorum princeps est sanitas, secundum pulcritudo, tertium vires corporis ad cursum aliosqve motus obeundos: qvartum divitiæ, quæ tum demum cæcæ non erunt, sed acutissimo visu præditæ, si modo Prudentiæ manum seqventur. Qvæ quidem Prudentia, Divinorum etiam bonorum dux quædam est; qvam veluti Mentem proxime sequitur constans animi Temperantia: ex iis duabus cum fortitudine conjunctis existit Justitia; qvas deniqve omnes Fortitudo excipit. Hæc omnia humanis illis naturæ dignitate præstant. Qvocirca is etiam ordo Legislatori servandus erit. Deinde vero cives aliis institutis, quæ tamen priora semper illa spectent, informabit; ita quidem ut res humanæ ad divinas, ad Mentem principem divinæ omnes referantur. Deinde, mutuis nuptiis inter sese contractis, procreationem educationemqve liberorum studiose curabit, & seu mares illi fuerint, seu fœminæ, qvicquid ab iis vel adolescentibus, vel jam ætate maturioribus, ad ipsam usqve senectutem, in mutua consvetudine recte secusve fiat, alterum honore afficiet, alterum ignominia: simul etiam quid iis aut dolori sit, aut voluptati, quibus vel cupiditatibus, vel amoribus indulgeant solerter explorans atqve observans, suis, ut par est, legibus prava omnia reprehendet, laudabitq; contraria. Hæc Plato, qui paucis interjectis, rursus ita proseqvitur. His Legislator studiose provisis, eos omnium Custodes ac Præfectos deliget, qvos partim prudentiæ, partim veræ laudis viam instituisse cognoverit: ut ea Mens universa jam apta ex sese atq; connexa ejusmodi efficiat, qvæ Temperantiæ potius atqve Justitiæ, quam divitiarum, aut ambitionis ductum seqvantur.

» En, hospites svavissimi, qvemadmodum vos & jam ante voluissem, & nunc etiam omnino velim exponere, ut in iis, qvas vocant, Jovis & Pythii Apollinis legibus, qvas Minos & Lycurgus condiderunt, hæc omnia locum habeant: simul, ut is modo qvi vel arte, vel usu qvodam legum peritiam adeptus fuerit, hunc in ipsis qvem postulamus ordinem facile deprehendat, qvem nos tamen agnoscere nulla ratione possimus. Hactenus ille. Nec absimile qvidem est qvod apud nos scriptū habetur, *Quærite primum Regnum Dei, & Justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Qvin & ipse qvoq; Moses tanto ante ab ea doctrina qvæ Deum ipsum prædicaret exorsus, ubi suæ deinceps Reipublicæ formam, & qvicqvid vel ad contractus mutuos, vel ad comunis vitæ rationes & instituta pertinebat, ad illud principium apte consentaneeq; digessit, tum omnium Custodes Præfectosq; creat, viros & ipsi Deo consecratos, & qvemadmodū Scriptura testatur, ut æqvitate præstantes, sic ab omni arrogātia prorsus alienos, qvosq; partim prudentiæ, partim veræ laudis viam institisse cognoverat.

Matt. 6. 33.

» Οὕτως, ὦ ξένοι, ἔγωγε ἤθελον ἂν ὑμᾶς, καὶ ἐπινῦν βούλομαι διεξελθεῖν, πῶς ἐν τοῖς τοῦ Διὸς λεγομένοις νόμοις, τοῖς τε τοῦ Πυθίου Ἀπόλλωνος, οὓς Μίνως τε καὶ Λυκοῦργος ἐθέτην, ἔνεστί τε πάντα ταῦτα, καὶ ὅπῃ τάξιν εἰληφότα διάδηλά ἐστι τῷ περὶ νόμων ἐμπείρῳ, τέχνῃ τε καὶ τισιν ἔθεσι· τοῖς δὲ ἄλλοις ἡμῖν οὐδαμῶς ἐστι καταφανῆ. Καὶ παρ' ἡμῖν δὲ εἴρηται, Ζητεῖτε πρῶτον τὴν βασιλείαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ πάντα ταῦτα προστεθήσεται ὑμῖν. Ἀλλὰ καὶ Μωσῆς πολὺ πρότερον, ἀπὸ τῆς περὶ Θεοῦ διδασκαλίας τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, ἑξῆς τε ἐφαρμόσας τὴν κατ' αὐτὸν πολιτείαν, καὶ τὰ περὶ συμβολαίων καὶ τὰ περὶ τοῦ κοινοῦ βίου νόμιμα· τοῖς πᾶσιν ἄρχοντας καὶ φύλακας καθίστησι τοὺς τῷ Θεῷ ἱερωμένους, ὡς καὶ τὰ λόγια διδάσκει, ἄνδρας δικαίους, μισοῦντας ὑπερηφανείας, τοὺς μὲν διὰ φρονήσεως, τοὺς δὲ δι' ἀληθοῦς δόξης ἰόντας.

XVII.

QVAM PRÆCLARUM SIT PUeros a prima statim ætate, piis religiosisq; moribus assvefacere.

ιζ.

ΟΤΙ ΚΑΛΟΝ ΕΞΕΤΙ ΝΕΑΣ ΗΛΙΚΙΑΣ τοὺς παῖδας τοῖς τῆς θεοσεβείας ἔθεσιν ἐγγυμνάζειν.

Cap. XII. Trap.

EQVIDEM, inqvit Plato, sic statuo, qvacunqve re præstare qvis olim & » excellere voluerit, in hanc ipsi jam inde a pueris incumbendum esse, atqve in iis quæ cum illa conjuncta sunt, tum lusitando, tum serio studioseqve versandum. Qvippe qui vel bonus Agricola, vel peritus Architectus esse volet; hunc in puerilibus qvibusdam ædiculis, illum in colendo agro ludere oportebit, qvos proinde qvi educandos susceperit, eum sua cuiq; licet exigua qvædam instrumenta, qvæ vera illa imitentur, comparare necesse erit. Præterea, qvicquid eum in finē ante scire opus est, prius omnino perdiscendum: ut fabro mensuræ amussisq; rationes tenendæ; militi nunc ludo eqvitandum, nūc id genus aliud qvid actitandum: prorsus, ut ipso quoq; lusus genere, voluptates eo cupiditatesq; puerorum flectere conemur, quo tandem eos tanqvam ad finem aspirare cupiamus. Caput enim disciplinæ omnis rectā educationem esse defendimus, qvæ vel ludentis animum in ejus rei amorem facillime perducet, in qva virum olim summa cum facultate ac laude versari oportebit.

ΛΕΓΩ δὴ καί φημι τὸν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἄνδρα μέλλοντα ἔσεσθαι, τοῦτ' αὐτὸ ἐκ παίδων εὐθὺς μελετᾶν, παίζοντά τε καὶ σπουδάζοντα ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκάστου προσήκουσιν. οἷον τὸν μέλλοντα ἀγαθὸν ἔσεσθαι γεωργόν, ἤ τινα οἰκοδόμον· τὸν μέν, οἰκοδομοῦντά τι τῶν παιδικῶν οἰκοδομημάτων παίζειν χρή· τὸν δ' αὖ, γεωργοῦντα· καὶ ὄργανα ἑκατέρῳ σμικρὰ τῶν ἀληθινῶν μιμήματα παρασκευάζειν τὸν τρέφοντα αὐτῶν ἑκάτερον. καὶ δὴ καὶ τῶν μαθημάτων ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι, προμανθάνειν· οἷον τέκτονα, μετρεῖν, ἢ σταθμᾶσθαι, καὶ πολεμικὸν ἱππεύειν παίζοντα, ἤ τι τῶν τοιούτων ἄλλο ποιοῦντα· καὶ πειρᾶσθαι διὰ τῶν παιδιῶν ἐκεῖσε τρέπειν τὰς ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας τῶν παίδων, οἷ ἀφικομένους αὐτοὺς δεῖ τέλος ἔχειν. Κεφάλαιον δὴ παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφήν, ἣ τοῦ παίζοντος τὴν ψυχὴν εἰς ἔρωτα ὅτι μάλιστα ἄξει τούτου, ὃ δεήσει γενόμενον ἄνδρα αὐτὸν τέλειον εἶναι τῆς τοῦ πράγματος ἀρετῆς.

Καὶ τοῦτο προλαβὼν Μωσῆς, ἐνομοθέτησεν εἰρηκώς, Καὶ ἔσται τὰ ῥήματα ταῦτα ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ σου, καὶ προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς σου. Ὃ δὴ καὶ πρότερον συνήθες παισὶν Ἑβραίων, ἐξ ἁπαλῆς ἡλικίας τοὺς νέους ἅπαντας τοῖς τῆς θεοσεβείας παιδεύμασιν ἀνατρέφουσι. τοῦτο δὲ καὶ εἰς δεῦρο, κατά τι πάτριον ἔθος, παρὰ τῷ Ἰουδαίων ἔθνει σπουδάζεται.

Alta Plato. Quod ipsum jam ante Moses occupaverat, cum ita conceptis verbis statueret. *Eruntq; verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & in anima tua, & narrabis ea filiis tuis.* Quem sane morem juniores omnes pietatis ac religionis præceptis informandi, & jam olim Hebræi tenuerunt, & huc usqve tanquam patrium aliqvod institutum Judæa natio summa diligentia studioqve conservat. Deut. 6, 6.

ιη.

ΟΤΙ ΠΑΙΔΕΙΑΝ ΧΡΗ ΜΟΝΗΝ ΗΓΕΙΣΘΑΙ τὴν εἰς ἀρετὴν παράγουσαν, οὐχὶ δὲ τὴν εἰς χρηματισμόν, ἢ ἵνα βιοποριστικὴν ἐπιτήδευσιν.

XVIII.

EAM SOLUM DOCTRINÆ LOCO statuendam, qvæ viam ad virtutem muniat; non autem eam, qvæ vel augendæ pecuniæ, vel parando victui qvoqvo modo serviat.

ΜΗ τοίνυν μηδὲ ὃ λέγομεν εἶναι παιδείαν, ἀόριστον γίνηται. νῦν γὰρ ὀνειδίζοντες ἐπαινοῦντές τε ἑκάστων τὰς τροφάς, λέγομεν, ὡς τὸν μὲν πεπαιδευμένον ἡμῶν ὄντα τινά, τὸν δὲ ἀπαίδευτον, ἐνίοτε εἴς τε τὰς καπηλείας καὶ ναυκληρείας, καὶ ἄλλων τινῶν τοιούτων μάλιστα πεπαιδευμένων σφόδρα ἀνθρώπων. οὐ γὰρ ταῦτα ἡγουμένων, ὡς ἔοικεν, εἶναι παιδείαν ὁ νῦν λόγος ἂν εἴη· τὴν δὲ πρὸς ἀρετὴν ἐκ παίδων παιδείαν, ποιοῦσαν ἐπιθυμητήν τε καὶ ἐραστὴν τοῦ πολίτην γενέσθαι τέλεον, ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἐπιστάμενον μετὰ δίκης. Ταύτην τὴν τροφὴν ἀφορισάμενος ὁ λόγος οὗτος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, νῦν βούλοιτ' ἂν μόνην παιδείαν προσαγορεύειν· τὴν δὲ εἰς χρήματα τείνουσαν, ἤ τινα πρὸς ἰσχύν, ἢ καὶ πρὸς ἄλλην τινὰ σοφίαν ἄνευ νοῦ καὶ δίκης, βάναυσόν τε εἶναι, καὶ ἀνελεύθερον, καὶ οὐκ ἀξίαν τὸ παράπαν παιδείαν καλεῖσθαι. ἡμεῖς δὲ μηδὲν ὀνόματι διαφερώμεθα αὐτοῖς, ἀλλ' ὁ νῦν δὴ λόγος ἡμῖν ὁμολογηθεὶς μενέτω· ὡς οἵ γε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι σχεδὸν ἀγαθοὶ γίνονται. καὶ δεῖ δὴ τὴν παιδείαν μηδαμοῦ ἀτιμάζειν, ὡς πρῶτον τῶν καλλίστων τοῖς ἀρίστοις ἀνδράσι παραγιγνόμενον· καὶ εἴ ποτε ἐξέρχεται, δυνατὸν δέ ἐστι κατὰ δύναμιν ἐπανορθοῦσθαι, τοῦτο ἀεὶ δραστέον διὰ βίου παντὶ κατὰ δύναμιν. Καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ δὲ τῶν νόμων ἐπιλέγει, Παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγινομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν.

CAVENDUM id porro nobis, (inqvit ibidem Plato) ne disciplinæ nomen infinitum qvid manere patiamur. Nunc enim, dum cujusq; aut vituperamus educationem, aut laudamus, ita loqvi solemus, ut alium disciplina excultum, ejusdem expertem alium esse dicamus, tametsi ex eorum interdum numero sit, qvi vel cauponariæ, vel navicularlæ, vel similis alterius artis peritissimi habeantur. Enimvero ita, meo judicio, loqvi solemus, qvod non artibus illis disciplinæ nomen tribuendum putemus, sed ei duntaxat, qvæ cum hominem a pueris ad virtutem erudiat, tum efficiat ipsa quoq;, ut idem & perfectus olim civis evadere cupiat, & cum æqvitate vel imperare vel parere noverit. Hoc educationis genus, ut mihi quidem persvadeo, communis iste loqvendi modus proprie designat, eiq; tantum uni disciplinæ appellationem attribuit: qvæ autem vel parandæ pecuniæ, vel augendis viribus, vel cuilibet alii peritiæ a mentis & æqvitatis consortio disjunctæ serviat, plebejam & illiberalem, adeoq; disciplinæ nomine prorsus indignam esse statuit. Verum nos sane nullam iis controversiam nominis hujus causa moveamus: maneat id modo nostra omnium confessione certum, Qui recte educati a prima ætate fuerint, eos ut plurimum viros bonos evadere. Qvare nullatenus unqvam negligenda disciplina fuerit, cum ex omni rerum præstantissimarum numero, prima illa viris optimis præsto sit, operamqve navet. Quæ si qvando exerraret, sed corrigi tamen emendariqve posset: id vero nemini, quamdiu viveret, non pro viribus agendum esset. Idem legum secundo, paucis id ipsum repetens, Disciplinam, inqvit, virtutem illam appello, qvam pueri omnium primā nanciscuntur.

» Voluptas autem, amicitia, dolor & odium, si & eorum mentibus, qvo tempore necdum uti ratione possunt, uti par est inferentur; & cum ea primum uti cœperint, cum eadem uno veluti consensu, rite convenientibus eos moribus informatos & imbutos fuisse testabuntur, virtus quidem erit integra illa perfectaqve consensio, qvod autem ex ea in rectam voluptatis dolorisqve moderationem derivatum erit, ut simul qvæ odio digna sunt, ab initio ad finem usqve constanter oderint, amentqve contraria; id tu si ab cæterorum complexu ratiocinando sejunges, proprie, mea quidem sententia, disciplinam appellabis. Hæc Plato. Qvem tamen David in Psalmis antevertit, ubi rerum odio vel amore dignarum odium amoremqve docet his verbis, *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos. Qvis est homo, qvi vult vitam: diligit dies videre bonos? Prohibe lingvam tuam a malo, & labia tua, ne loqvantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum, inqvire pacem, & persequere eam.* Similiterq; Salomon, *Audite*, inqvit, *Filii, disciplinam Patris. Donum enim bonum tribuam vobis: Legem meam ne derelinqvatis.* Atqve iterum, *Posside Sapientiam, possida prudentiam; ne obliviscaris.* Itemqve, *Dic Sapientiam, sororem tuam esse: & prudentiam familiarem tibi redde.* Et, *Vias impiorum ne insistas, nec tibi placeant malorum viæ.* Hæc aliaqve id genus Hebræorum in literis invenias, qvæ ad religionis ac virtutis omnis officia erudiunt, nec adolescentibus modo, sed etiam ætate maturis apprime conveniunt.

Psal. 33, 12. Prov. 4. Ib. 4. Ib. 7. 4.

A Ἡδονὴ δὲ, καὶ φιλία, καὶ λύπη, καὶ μῖσος ἐὰν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται, μήπω δυναμένων λόγον λαμβάνειν· λαβόντων δὲ τὸν λόγον, συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν, αὕτη ἔσθ' ἡ συμφωνία, σύμπασα μὲν ἀρετή, τὸ δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας τεθραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς, ὥστε μισεῖν μὲν ἃ χρὴ μισεῖν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, στέργειν δὲ ἃ χρὴ στέργειν, τοῦτ' αὐτὸ ἀποτεμὼν τῷ λόγῳ, B καὶ παιδείαν προσαγορεύων, κατά γε τὴν ἐμὴν ὀρθῶς ἂν προσαγορεύοις. Ταῦτα ὁ Πλάτων. Προλαβὼν δὲ αὐτὸν ὁ Δαβὶδ ἐν Ψαλμῳδίαις, μισεῖν ἃ δεῖ μισεῖν, καὶ στέργειν διδάσκων ἃ δεῖ στέργειν, ποτὲ φησι, Δεῦτε τέκνα ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη σου τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγα- C θόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Καὶ ὁ Σολομὼν ὁμοίως, Ἀκούσατε, φησὶ, παῖδες παιδείαν Πατρός. Δῶρον γὰρ ἀγαθὸν δωροῦμαι ὑμῖν· τῶν ἐμῶν νόμων μὴ ἐπιλανθάνησθε. Καὶ πάλιν, Κτῆσαι Σοφίαν, κτῆσαι σύνεσιν, μὴ ἐπιλάθῃ. Καὶ, Εἶπον τὴν Σοφίαν σὴν ἀδελφὴν εἶναι, τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ. Καὶ, Ὁδοὺς ἀσεβῶν μὴ ἐπέλθῃς, μηδὲ ζηλώσῃς ὁδοὺς παρανόμων. Μυρία δ' ἂν εὕροις ἄλλα τοιαῦ- D τα ἐν τοῖς Ἑβραίων γράμμασι, παιδευτικὰ πρὸς εὐσεβείας καὶ ἀνάληψιν ἀρετῆς, νέοις ὁμοῦ καὶ τελείοις τὴν ἡλικίαν προσήκοντα.

Pl. λόγον. Pl. αὐτῆς ἐστιν. Pl. τεθραμμένον. Pl. add. ἔγωγε. Prov. 4. 5.

XIX.

IN EA CUM HEBRÆIS SENTENTIA PLATONEM FUISSE, UT RES INFERIORES DIVINIORUM IMAGINES ESSE EXISTIMARET.

ιθ.

ΟΤΙ ΠΑΡΑΠΛΗΣΙΩΣ ΕΒΡΑΙΟΙΣ, ΚΑΙ ὁ Πλάτων εἰκόνα θειοτέρων τὰ τῇδε εἶναι ἐδόξαζεν.

Cap. XIII. Trap. Exo. 25. 40. HIS olim verbis Mosem Oraculum monuerat, *Vide ut facias omnia secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Qvod ipsum illustrans Apostolus, *Qui exemplari & umbræ*, inquit, *deserviunt Cœlestium:* qvibus sane verbis, res illas diviniores, qvæ spiritalium gradu & ordine continentur, iis quæ apud

Hebr. 8. 5.

ΤΟΥ Θείου χρησμοῦ φήσαντος Μωσῇ, Ὅρα ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει· τοῦ τε ἱεροῦ λόγου σαφέστερον εἰπόντος, Οἵτινες ὑποδείγματι καὶ σκιᾷ ἐλάτρευον τῶν ἐπουρανίων, εἰκόνα τε ἄντικρυς τῶν ἐν νοητοῖς θειοτέρων τὰ πα-

περὶ Μωσῆ σύμβολα περιέχειν διδάσκοντος. A Ἐπάκουσον ὅπως καὶ ὁ Πλάτων τὰ ὅμοια διερμηνεύει ἐν ἕκτῳ τῆς Πολιτείας ὧδε γράφων. Θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ ὅ γε φιλόσοφος ὁμιλῶν, κόσμιός τε καὶ θεῖος εἰς τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ γίνεται. Διαβολὴ δὲ ἐν πᾶσι πολλή. Παντάπασι μὲν οὖν. Ἂν οὖν τις, εἶπον, αὐτῷ ἀνάγκη γένηται ἃ ἐκεῖ ὁρᾷ, μελετῆσαι εἰς ἀνθρώπων ἤθη, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ τιθέναι, καὶ μὴ μόνον ἑαυτὸν πλάττειν, ἆρα κακὸν δὴ δημιουργὸν αὐτὸν οἴει γενήσε- B σθαι σωφροσύνης τε καὶ δικαιοσύνης, καὶ ξυμπάσης τῆς δημοτικῆς ἀρετῆς; Ἥκιστά γε, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ' ἐὰν δὴ αἴσθωνται οἱ πολλοί, ὅτι ἀληθῆ περὶ αὐτοῦ λέγομεν, χαλεπανοῦσι δὴ τοῖς φιλοσόφοις, καὶ ἀπιστήσουσιν ἡμῖν λέγουσιν, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἄλλως εὐδαιμονήσειε πόλις, εἰ μὴ αὐτὴν διαγράψειαν οἱ τῷ θείῳ παραδείγματι χρώμενοι ζωγράφοι; Οὐ χαλεπανοῦσιν, ἦ δ' ὅς, ἐάνπερ αἴσθωνται. Ἀλλὰ δὴ τίνα λέγεις τρό- C πον τῆς διαγραφῆς; Λαβόντες, ἦν δ' ἐγώ, ὥσπερ πίνακα, πόλιν τε καὶ ἤθη ἀνθρώπων, πρῶτον μὲν καθαρὰν ποιήσειαν ἄν, ὃ οὐ πάνυ ῥᾴδιον. Ἀλλ' οὖν οἶσθ', ὅτι τούτῳ ἂν εὐθὺς τῶν ἄλλων διενέγκαιμεν, τῷ μήτε ἰδιώτου, μήτε πόλεως ἐθελῆσαι ἂν ἅψασθαι, μηδὲ γράφειν νόμους, πρὶν παραλαβεῖν καθαρὰν, ἢ αὐτοὶ ποιῆσαι. Καὶ ὀρθῶς γε, ἔφη. Οὐκοῦν μετὰ ταῦτα οἴει ὑπογράψασθαι ἂν τὸ σχῆμα τῆς πολι- D τείας; Τί μήν; Ἔπειτα, οἶμαι, ἀπεργαζόμενοι, πυκνὰ ἂν ἑκατέρωσε ἀποβλέποιεν, πρός τε τὸ φύσει δίκαιον καὶ καλὸν καὶ σῶφρον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· καὶ πρὸς ἐκεῖνο αὖ, ὃ ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐμποιοῖεν, ξυμμιγνύντές τε καὶ κεραννύντες ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων τὸ ἀνδρείκελον, ἀπ' ἐκείνου τεκμαιρόμενοι, ὃ δὴ καὶ Ὅμηρος ἐκάλεσεν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἐγγιγνόμενον θεοειδές τε καὶ θεοείκελον. Ὀρθῶς, ἔφη. Καὶ τὸ μὲν ἂν οἶμαι ἐξαλείφοιεν, τὸ δὲ πάλιν ἐγγράφοιεν, ἕως ἂν ὅτι μάλιστα τὰ ἀνθρώπεια ἤθη εἰς ὅσον ἐνδέχεται, θεοφιλῆ ποιήσειαν.

Mosem legimus, tanqvam symbolis quibusdam ac notis involvi, manifeste docet. Audi vero quam iis affinia Plato geminaq; philosophetur, dum in sexto de Republica, hunc in modum scribit. Philosophus igitur, inqvit ille, ut summa Dei ac Pulcritudinis ipsius familiaritate utitur, ita Divinitatis ac Pulcritudinis, qvantum homini fas est, particeps efficitur. Sed calumnia videlicet ubique regnat. Ita profecto est. Hunc tu igitur, inqvam, si quæ illic contemplatur, ad instituendos hominum mores necessitate quadam revocare, privatimqve simul ac publice proponere, nec sese tantum fingere conformareqve debuerit; an stultum aliqvem temperantiæ, æquitatis, omnisqve adeo virtutis civilis Artificem futurum arbitraris? Minime vero, inqvit. Et multitudo, inqvam, si semel verum a nobis hoc in genere dici cognoverit, ultrane Philosophis succensebit, ac fidem nobis detrahet, dum Rempublicam aliter felicem futuram negamus, nisi eam Pictores illi divinum exemplar intuentes informaverint. Nunqvam hercle, id si modo cognoverit. Sed, qvodnam istuc, obsecro, informandi genus intelligis? Nempe, Civitatem, inqvam, moresqve hominum, qvasi tabulam aliqvam in manus sumentes, ab omni primum labe purgabunt. Qvod quidem non admodum facile est. Sed hoc nimirum probe nosti, vel hoc maxime reliquis omnibus Philosophos anteire, quod neqve privatum qvenqvam, aut Rempublicam ullam attingere, nec leges omnino ferre velint, nisi utrumqve prius vel purgatum acceperint, vel ipsimet purgaverint. Et merito sane, inqvit. Postea vero, non tu eos optimam Reipublicæ formam descripturos existimas? Eqvidem. Tum vero, dum in opus incumbent, sæpe, opinor, ad utrumq; respicient, hoc est modo ad illud, quod suapte natura justum, pulcrum, moderatum est, cæteraqve id genus omnia; modo ad hoc alterum, qvod inter homines elaborent, humanum simulacrum ita suis ex studiorum officiorumqve rationibus conflando atqve temperando, ut illud semper imitentur, quod Homerus ipse qvoqve insitam impressamqve hominibus divinam speciem & imaginem appellavit. Præclare, inquit. Et subinde qvidem, opinor, deleturi modo, modo informaturi sunt, donec humanos ipsi mores, quam maxime fieri potest, Deo caros acceptosq; reddiderint.

XX.

JUNIORES HONESTIS QVIBUSdam hymnis odisq; memoriæ commendandis, ad suscipiendos virtutis satus præparandos esse. Ex secundo Legum.

Cap. XIII. Trap.

JAM mihi tertium aut qvartum, inquit idem, eo nobis revoluta videtur oratio, ut disciplinam aliud dicamus esse nihil, qvam puerorum educationem ejusmodi, qva ad eam vitæ rationem adducantur, cujus integritas & legis ore commendetur, & hominum tam æqvitate præstantium, qvam ætate maturorum auctoritate atqve experientia comprobetur. Ut ergo pueri animus non aliis de causis, qvam quæ legi simul, & iis quæ a lege sancita fuerint, conveniant, aut dolere aut lætari assvescat, adeoqve senioris ductum sequatur in omni tristitiæ gaudiiq; sensu: propterea, quas passim odas vocamus: (tametsi enim animos vere cantionum instar nunc quidem afficiant, utpote ad eum quo de loqvimur concentum efficiendum elaboratæ; qvod tamen juniorum animi serium nihil & actuosum ferre possint, lusus sane odæqve nominentur ac fiant:) ut qui corpore laborantes maleque habentes curandos suscepere, iis salubre alimentum esculentis ac poculentis svavioribus, noxium autem injucundioribus immiscere solent, ut alterum amare, odisse alterum facile assvescant: ita plane bonus Legislator eo Poetam vel adducet, vel, si minus adducere poterit, adiget, ut honestis ac laudabilibus verbis, mores hominum temperantia, fortitudine, omniqve virtutis genere insignium, sive in numeris staticulos, sive in concentu modulatos versus efficiet, rite ac decenter imitetur. Hæc ille. Ergo jure sane ac merito, pueri quoque nostri divinorum Prophetarum odas, hymnosqve de Deo scriptos terere sæpius ac repetere consvescunt.

κ.

ΟΤΙ ΧΡΗ ΤΟΥΣ ΝΕΟΥΣ ΔΙ ΕΚΜΑθήσεως ὕμνων ὀρθῶν καὶ ᾠδῶν, εἰς ἀρετῆς ἀνάληψιν προπαρασκευάζειν. Ἀπὸ τοῦ δευτέρου τῶν Νόμων.

ΔΟΚΕΙ μοι τρίτον ἢ τέταρτον ὁ λόγος εἰς ταὐτὸν περιφερόμενος ἥκειν, ὡς ἄρα παιδεία μέν ἐσθ' ἡ παίδων ὁλκή τε καὶ ἀγωγὴ πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου λόγον ὀρθὸν εἰρημένον, καὶ τοῖς ἐπιεικεστάτοις, καὶ πρεσβυτάτοις δι' ἐμπειρίαν ξυνδεδογμένον, ὡς ὄντως ὀρθός ἐστιν. Ἵν' οὖν ἡ ψυχὴ τοῦ παιδὸς μὴ ἐναντία χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι ἐθίζηται τῷ νόμῳ, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ νόμου τεθειμένοις, ἀλλὰ ξυνέπηται χαίρουσά τε καὶ λυπουμένη τοῖς αὐτοῖς, οἷσπερ ὁ γέρων· τούτων ἕνεκα ἃς p. 2. 149 ᾠδὰς καλοῦμεν, (ὄντως μὲν ἐπῳδαὶ ταῖς ψυχαῖς αὗται νῦν γεγονέναι, πρὸς τὴν τοιαύτην, ἣν λέγομεν συμφωνίαν ἐσπουδασμέναι· διὰ δὲ τὸ σπουδὴν μὴ δύνασθαι φέρειν τὰς τῶν νέων ψυχάς, παιδιαί τε καὶ ᾠδαὶ καλεῖσθαι καὶ πράττεσθαι.) καθάπερ τοῖς κάμνουσί τε καὶ ἀσθενῶς ἔχουσι τὰ σώματα, ἐν ἡδέσι τέ ποσι σιτίοις καὶ πόμασι τὴν χρηστὴν πειρῶνται τροφὴν προσφέρειν, οἷς μέλει τούτων· τὴν δὲ τῶν πονηρῶν, ἐν ἀηδέσιν· ἵνα τὴν μὲν ἀσπάζωνται, τὴν δὲ μισεῖν ὀρθῶς ἐθίζωνται. Ταὐτὸν δὲ καὶ τὸν Ποιητικὸν ὁ ὀρθὸς Νομοθέτης ἐν τοῖς καλοῖς ῥήμασι καὶ ἐπαινετοῖς πείσει τε, καὶ ἀναγκάσει μὴ πείθων, τὰ τῶν σωφρόνων τε καὶ ἀνδρείων, καὶ πάντως ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἔν τε ῥυθμοῖς σχήματα, καὶ ἐν ἁρμονίαις μέλη, ποιοῦντα ὀρθῶς ποιεῖν. Εἰκότως ἄρα καὶ παρ' ἡμῖν τὰς ὑπὸ τῶν θείων Προφητῶν πεποιημένας ᾠδάς, καὶ τοὺς εἰς Θεὸν ὕμνους μελετᾷν οἱ παῖδες ἐθίζονται.

XXI.

CUJUSMODI ODARUM ILLArum sententiam esse oporteat.

Cap. XV. Trap.

EAM Poetæ necessitatem imponitis, inqvit Plato, uti virum bonũ, vel hoc ipso qvo temperantiam & æqvitatem colat, felicẽ

κα.

ΟΠΟΙΑΣ ΧΡΗ ΔΙΑΝΟΙΑΣ ΠΕΡΙΕΧΕΙΝ τὰς ᾠδάς.

ΤΟΥΣ Ποιητὰς ἀναγκάζετε λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος, ἐάν τε

» μέγας καὶ ἰσχυρὸς, ἐάν τε σμικρὸς καὶ ἀσθε- A
» νὴς ᾖ, καὶ ἐὰν πλουτῇ, καὶ μή· ἐὰν δ' ἄρα
» πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον, ᾖ
» δ' ἄδικος, ἄθλιός τέ ἐστι, καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. καὶ,
» Οὔτ' ἂν μνησαίμην, (φησὶν ὑμῖν ὁ Ποιη-
» τὴς, εἴπερ ὀρθῶς λέγῃ.) οὔτ' ἐν λόγῳ ἄν-
» δρα τιθείμην, ὃς μὴ πάντα τὰ λεγόμενα
» καλὰ μετὰ δικαιοσύνης πράττοι, καὶ κτῷτο·
» καὶ δὴ καὶ δηΐων τοιοῦτος ὢν ὀρέγοιτο ἐγγύθεν
» ἱστάμενος· ἄδικος δὲ ὢν, μήτε τολμῴη ὁρῶν
» φόνον αἱματόεντα, μήτε νικῴη θέων Θρηΐ- B
» κιον Βορέην· μήτε δ' ἄλλο αὐτῷ μηδὲν τῶν λε-
» γομένων ἀγαθῶν γίγνοιτό ποτε. τὰ γὰρ ὑπὸ
» τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ, οὐκ ὀρθῶς
» λέγεται. λέγεται μὲν γὰρ, ὡς ἄριστον μὲν ὑ-
» γιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δ' πλοῦ-
» τος· μυρία δ' ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται· καὶ γὰρ
» ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν
» αἰσθήσεων, εὐαισθήτως ἔχειν· ἔτι δὲ καὶ τὸ
» ποιεῖν τυραννοῦντα, ὅ,τι ἂν ἐπιθυμῇ· καὶ
» τὸ δὴ τέλος ἁπάσης μακαριότητος εἶναι, C
» τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον, ἀθάνατον εἶναι
» γενόμενον ὅτι τάχιστα. ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγώ που τά-
» δε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐστι ξύμπαντα δικαίοις
» μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριστα κτήματα· ἀδί-
» κοις δὲ, κάκιστα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ
» τῆς ὑγείας. καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν, καὶ τὸ ἀκούειν,
» καὶ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ παράπαν ζῆν, μέγι-
» στον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνα-
» τον ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα
» ἀγαθὰ, πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁ- D
» πάσης· ἔλαττον δὲ, ἐὰν ὡς ὀλίγιστον ὁ τοιοῦ-
» τος χρόνον ἐπιζώῃ. Ταῦτα δὴ λέγειν οἶμαι
» τοὺς παρ' ὑμῖν Ποιητὰς, ἅπερ ἐγὼ, πείσετε
» καὶ ἀναγκάσετε, ἔτι τούτοις ἑπομένους ῥυθμούς
» τε καὶ ἁρμονίας ἀποδόντας, παιδεύειν οὕτω
» τοὺς νέους ὑμῶν. ἢ γὰρ ὁρᾶτε; Ἐγὼ μὲν γὰρ
» λέγω σαφῶς, τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα, ἀ-
» γαθὰ τοῖς ἀδίκοις εἶναι· τοῖς δ' δικαίοις, κακά·
» τὰ δὲ ἀγαθὰ, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀ-
» γαθὰ, τοῖς δὲ κακοῖς κακά. Ὅπερ οὖν ἠρό-
» μην, ἆρα ξυμφωνοῦμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς,
» ἢ πῶς; Οὐ πόῤῥω ταῦτα τυγχάνει τῶν τοῦ
Δαβὶδ Ψαλμῶν, οὓς περιλαβὼν θείῳ πνεύ-
ματι συνέταξε δι' ᾠδῶν καὶ ὕμνων, τίς μὲν
ὁ ἀληθῶς μακάριος, τίς δ' ὁ τούτῳ ἐναν-
τίος, παιδεύσας. ἐντεῦθεν γοῦν αὐτῷ καὶ κα-
» τάρχεται ἡ βίβλος φήσαντι, Μακάριος ἀνὴρ

A beatumqve pronuntient, seu procero ac robusto corpore fuerit, seu contra exiguo & infirmo; itemqve seu divitiis abundabit, seu non: Sin autem Cinyram ipsum opibus Midamqve superabit, idem tamen injustus erit, miserum illum esse, atqve acerbam vitam ducere. Enimvero (sic enim apud vos Poeta loqvitur, si recte modo loqvitur,) ejus ego viri ne meminerim quidem, aut omnino rationem ullam duxerim, qui omnia honestatis & æquitatis officia non obeat atqve complectatur. Quod si talis erit, *cumgestat hosti Collato pugnare pede.* B An injustus si fuerit, *nec audeat cædes spectare cruentas, nec possit, Threicium Boream celeri prævertere cursu:* nec aliud quicquam eorum quæ bona dicuntur obtineat. Nam quæ vulgus hominum appellare bona solet, hoc iis falso nomen tribuitur. Sanitas quippe omnium fere optima prædicatur: secundo loco pulchritudinem, tertio robur, quarto divitias numerant. Quanqvam infinita alia sunt, quæ bona vulgus appellat. Nam acuto visu audituqve præditum esse, omnibusqve sensuum facultatibus integris ac perfectis C uti: summo in dominatu, quicqvid animo collibuerit facere, bonum existimatur: postremo felicitatis omnis cumulus habetur, ut primum hæc omnia consequutus eris, continuo immortalem evadere. At ejusmodi cum vester, opinor, tum meus quoqve sensus est, viris qvidem justis ac piis optimam esse rerum istarum omnium possessionem, at improbis longe pessimam, initio ab ipsamet sanitate ducto. Nam videre, audire, sentire, omninoqve vivere, ut maximum ei malum fuerit, qui hæc omnia, quæ D vulgo bona dicuntur, sempiterno tempore immortalis possideat, a justitia & virtute sejuncta; sic ei longe minus, qui talis cum esset, non nisi brevissimo tempore vixerit. Hæc utriqve vestri ut Poetæ canant, vel impetrabitis, vel extorqvebitis, nec non ut aptum iis & cohærens numerorum concentusq; genus adhibeant, quod erudiendis adolescentibus vestris opportunum sit futurum. Utrum enim hoc advertitis? Eqvidem id clare pronuncio, quæ mala dicuntur, injustis bona, mala justis esse; quæ bona, bonis vere bona, malis autem mala. Utrum igitur, in eo quod rogabam, inter nos conventmus, an secus? Platonica ista non admodũ a Psalmis Davidis absunt, quos quidem ipse divino afflatus Numine tanto ante ex cantibus hymnisqve contexuit, quisnam vere aut beatus, aut miser esset, exponens. Et quidem suum ipse librum inde auspicatur, dum ait, *Beatus vir, qui non*

abiit in consilio impiorum; & similia, quibus nonnihil immutatis, Plato hanc Poetis necessitatem imponit, uti virum bonum, vel hoc ipso, quo temperantiam & æquitatẽ colat, felicem, beatumqve pronuntient; improbum autem, ut divitiis circumfluat, miserum prædicent. Qvod ipsum David in suis quoque Psalmis expressit, his verbis, *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Atqve iterum, *Ne timeas, cum dives factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus.* Quin etiam quicquid eo loco dictum a Philosopho est, id tu omne sigillatim, in sacro Psalmorum volumine, ad verbum expressum, majore otio reperies.

Psal. 61. Psal. 48.

A ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ τὰ ὅμοια. Ἃ δὴ μεταβαλὼν ὁ Πλάτων, φησὶ δεῖν τοὺς Ποιητὰς λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνὴρ, σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐστὶ καὶ μακάριος· ἐάν τε ἄρα πλουτῇ, ἢ δὲ ἄδικος, ἄθλιος ἐστιν. ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ὁ Δαβὶδ ὧδέ πως ἐξέδωκε διὰ τῶν Ψαλμῶν εἰπὼν, Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. Καὶ πάλιν, Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτήσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴ- B κου αὐτοῦ. ἐπὶ σχολῆς δ' ἂν εὕροις ἕκαστα τῶν εἰρημένων τῷ φιλοσόφῳ, πρὸς λέξιν κείμενα δι' ὅλης τῆς ἱερᾶς τῶν Ψαλμῶν γραφῆς. pag. 311.

XXII.

NON CUJUSVIS ESSE LAUDABILES ODAS & CARMINA SCRIBERE, SED VEL UNIUS DEI, VEL DIVINI CUJUSDAM HOMINIS.

κβ.

ΟΤΙ ΟΥ ΠΑΝΤΩΝ ΕΣΤΙ ΤΑΣ ΟΡΘὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλ' ἢ μόνου Θεοῦ, ἢ θείου τινὸς ἀνδρός.

Cap. XVI. Trad.

IMO, quod summi prorsus (inqvit Plato) cum in legibus ferendis, tum in constituenda Republica momenti sit. Nam ut alia quædam apud eos leviuscula reperias; hoc sane quod in Musica statuunt, & verum, & observatione dignum est: fieri nimirum potuisse, ut hoc etiam in genere Legislator, si constanter auderet modo, concentus eos lege sanciret, qui per sese honestatem naturæ ac probitatem adjungerent. Cæterum id vel Dei, vel divini cujusdam hominis proprium fuerit. Jure ergo cautum apud Hebræos fuit, ut ne alii divinis in doctrinis hymni cantusqve locum haberent, quam qvos Divinus ipse Spiritus divinorum ac propheticorum hominum ore fudisset, eoqve præterea modulorum genere, quod & cum ipsis cohæreret, & solenni apud eos receptoqve more caneretur.

C ΝΟΜΟΘΕΤΙΚΟΝ μὲν οὖν καὶ πολιτικὸν ὑπερβαλλόντως. ἀλλ' ἕτερα φαῦλα ἂν εὕροις αὐτόθι· τοῦτο δ' οὖν τὸ περὶ Μουσικὴν ἀληθές τε, καὶ ἄξιον ἐννοίας· ὅτι δυνατὸν ἄρα ἦν περὶ τῶν τοιούτων νομοθετεῖσθαι βεβαίως θαρροῦντα, μέλη τὰ τὴν ὀρθότητα φύσει παρεχόμενα. τοῦτο δὲ Θεοῦ ἢ θείου τινὸς ἀνδρὸς ἂν εἴη. Εἰκότως ἄρα καὶ παρ' Ἑβραίοις νενομοθέτητο, μηδὲ ἄλλους ὕμνους καὶ ᾠδὰς ἐν ταῖς θείαις διδασκαλίαις ἀποδέ- D χεσθαι, ἢ τὰς ὑπὸ τοῦ θείου Πνεύματος διὰ τῶν θείων καὶ προφητικῶν ἀνδρῶν πεποιημένας, τά τε τούτοις κατάλληλα μέλη, τῷ συνήθει παρ' αὐτοῖς ᾀδόμενα τρόπῳ.

XXIII.

DE IIS QVI DIVINOS ILLOS CANTUS PROBARE POSSINT.

κγ.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΟΚΙΜΑΖΕΙΝ ΟΙΩΝ ΤΕ τὰς κατὰ Θεὸν πεποιημένας ᾠδάς.

EGO vero, inquit Plato, id multitudini concedam ipse quoque, Musicam voluptate metiri oportere: Sic tamen, ut non in plebejorum hominum voluptate acqviescamus, sed optimam fere Musam illam esse statuamus, quæ optimos atqve

ΣΥΝΧΩΡΩ γε τό γε τοσοῦτον καὶ ἐγὼ τοῖς πολλοῖς, δεῖν τὴν Μουσικὴν ἡδονῇ κρίνεσθαι· μὴ μέντοι τῶν γε ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ σχεδὸν ἐκείνην εἶναι Μοῦσαν καλλίστην, ἥτις τοὺς βελτίστους καὶ ἱκανῶς

πεπαιδευμένους τέρπει, μάλιστα δὲ ἥτις ἕνα τὸν ἀρετῇ τε καὶ παιδείᾳ διαφέροντα. διὰ ταῦτα δὲ ἀρετῆς φαμὲν δεῖσθαι τοὺς τούτων κριτάς, ὅτι τῆς τε ἄλλης μετόχους αὐτοὺς εἶναι δεῖ φρονήσεως, καὶ δὴ καὶ τῆς ἀνδρείας. οὔτε γὰρ παρὰ θεάτρου δεῖ, τόν γε ἀληθῆ κριτὴν, κρίνειν μανθάνοντα, καὶ ἐκπληττόμενον ὑπὸ τοῦ θορύβου τῶν πολλῶν, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας· οὔτ' αὖ γιγνώσκοντα, δι' ἀνανδρείαν καὶ δειλίαν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος, οὗπερ τοὺς Θεοὺς ἐπεκαλέσατο, μέλλων κρίνειν, ἐκ τούτου ψευδόμενον ἀποφαίνεσθαι ῥαθύμως τὴν κρίσιν. Οὐ γὰρ μαθητὴς, ἀλλὰ διδάσκαλος, ὥς γε τὸ δίκαιον, θεατῶν μᾶλλον ὁ κριτὴς καθίζει, καὶ ἐναντιωσόμενος τοῖς τὴν ἡδονὴν μὴ προσηκόντως μηδὲ ὀρθῶς ἀποδιδοῦσι θεαταῖς. Καὶ παρ' Ἑβραίοις τὸ παλαιὸν οὐ τοῦ πλήθους ἦν τὸ κρίνειν τοὺς ἐκ Θείου Πνεύματος προφερομένους, καὶ τὰς ἐνθέους ᾠδάς, ἀλλ' ἦσαν βραχεῖς καὶ σπάνιοι μέτοχοι καὶ αὐτοὶ Θείου Πνεύματος διακριτικοῦ τῶν λεγομένων, οἷς καὶ μόνοις ἐξῆν ἐγκρίνειν, καὶ δὴ ἀφιεροῦν τὰς Προφητῶν βίβλους, τὰς δὲ τῶν μὴ τοιούτων ἀποδοκιμάζειν.

Optime institutos, maxime vero quæ unum aliquem virtute doctrinaque præstantem delectabit. Quare virtutem in primis carminum illorum judicibus necessariam esse defendimus, cum ii non prudentia modo, verum etiam constantia præditi esse debeant. Nec enim profecto deceat, ut æquus verusque Judex, aut ab ipsomet Theatro edoctus, & partim multitudinis strepitu, partim stultitia propria stupefactus judicium ferat; aut dum etiam ipse veritatem agnoscit, ignavia tamen debilitatus ac metu, illo ipso ore, quo paulo ante cum ad judicandum accederet, testes appellavit Deos, falsam vanamque sententiam indigne pronuntiet. Nec enim ipse tanquam discipulus, sed tanquam spectatorum, uti par est, Magister futurus, illisq; adeo, si voluptatem perperam & alieno loco præ se ferent, constanter repugnaturus sedet. Eodem plane modo non infimæ quondam apud Hebræos multitudinis erat, aut de iis qui tanquam divino Spiritu afflati producerentur, aut de divinis ipsis carminibus statuere: sed pauci erant, divino Spiritu, cujus propria illa describendi vis est, afflati ipsi quoq;, quibus etiam unis ea de re statuere, ipsosque adeo Prophetarum libros consecrare, cæteros vero tanquam adulterinos ac spurios abjudicare liceret.

κδ.

ΟΤΙ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΣΥΜΠΟΣΙΟΙΣ παραληπτέον τὰς ᾠδὰς, ὥσπερ τινὰς νόμους συμποτικούς.

XXIV.

CANTUS ETIAM IN CONVIVIIS, tanquam convivales quasdam leges, recipiendos esse.

Καὶ ὅπερ ὁ λόγος ἐν ἀρχαῖς ἐβουλήθη, τὴν τῷ τοῦ Διονύσου χορῷ βοήθειαν ἐπιδεῖξαι καλῶς λεγομένην, εἰς δύναμιν εἴρηκε. σκοπώμεθα δὴ εἰ τοῦθ' οὕτω γέγονε. θορυβώδης μέν που ὁ ξύλλογος ὁ τοιοῦτος ἐξ ἀνάγκης, προϊούσης τῆς πόσεως ἔτι μᾶλλον ἀεὶ, ξυμβαίνει γιγνόμενος, ὅπερ ὑπεθέμεθα κατ' ἀρχὰς ἀναγκαῖον εἶναι γίνεσθαι περὶ τῶν νῦν λεγομένων. Ἀνάγκη. Πᾶς δέ γε αὐτὸς αὑτοῦ κουφότερος αἴρεται, καὶ γέγηθέ τε, καὶ παρρησίας ἐμπίμπλαται, καὶ ἀνηκουσίας, ἐν τῷ τοιούτῳ, τῶν πέλας, ἄρχων δ' ἱκανὸς ἀξιοῖ αὑτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων γεγονέναι. Τί μήν; Οὐκοῦν ἔφαμεν ὅταν γίνηται ταῦτα, καθάπερ τινὰ σίδηρον, τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων διαπύρους γιγνομένας,

Cæterum, inquit Plato, quod a nobis suscepta primum disputatio sequebatur, ut opis aliquid ad Bacchi chorum probe instituendum afferret, id hactenus pro facultate nostra disseruimus. Nunc ergo videamus, utrum a nobis perfectum id fuerit. Sane conventum ejusmodi necesse quodammodo est, dum compotatio magis semper magisq; fervet, turbulentiorem evadere; quod etiam ab initio his in rebus, de quibus nunc agitur, necessitate quadam evenire posuimus. Necesse id quidem. Tum vero quisq; solito levior indulget sibi, ac lætitia, solutus ut liberius effusiusq; loquitur, ita neminem interim ex vicinis audit, sed potius idoneus sibi quidam, & sui, & cæterorum omnium moderator videtur. Quippe. Nos vero diximus, ubi hæc evenissent, bibentium animos, posteaquam ignem ferri more con-

ceperint, molliores ac juniores fieri; ut perinde omnino ac dum teneriores adhuc essent, ei qvi alios erudire ac fingere possit ac noverit, faciliores sese tum ac tractabiliores præbeant. Fictorem porro statuimus illum ipsum, qui tum bonus etiam nobis Legislator erat. Hic convivales qvoq; leges describet, qvibus petulantior ista confidentis & audaculi hominis, qui nullum jam ordinem, nullas silendi ac loqvendi, nullas bibendi canendiq; vices ferre possit, impudentia ad contrariæ honestatis & modestiæ officia revocetur: atq; ita subeunti paulatim gliscentiqve proterviæ, adversarius opponatur honestissimus ille metus, idemq; cum æqvitate conjunctus, qvem pudorem ac verecundiam, divinum utiq; metum, appellavimus. Sic est. Harum præterea Legum custodes, qui suam illis operam navarent, qvietos homines ac sobrios esse voluimus. Hæc ille. Jure igitur hic apud nos etiam in conviviis, odas & hymnos in Dei laudem canendi receptus mos est: quo in genere, honestati ac modestiæ nostri quoq; Moderatores invigilant atq; prospiciunt.

A μαλακωτέρας γίνεσθαι καὶ νεωτέρας, ὥστ' εὐαγώγους ξυμβαίνειν τῷ δυναμένῳ τε καὶ ἐπισταμένῳ παιδεύειν τε καὶ πλάττειν, καθάπερ ὅτ' ἦσαν νέαι· τοῦτον δὲ εἶναι τὸν πλάστην τὸν αὐτὸν, ὅνπερ τότε τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην· οὗ νόμους εἶναι δεῖ συμποτικοὺς, δυναμένους τὸν εὔελπιν καὶ θαρραλέον ἐκεῖνον γινόμενον καὶ ἀναισχυντότερον τοῦ δέοντος, καὶ οὐκ ἐθέλοντα τάξιν, καὶ τὸ κατὰ μέρος σιγῆς καὶ λόγου, καὶ πόσεως καὶ μούσης ὑπομένειν, ἐθέλειν ποιεῖν B πάντα τούτοις τἀναντία. καὶ εἰσιόντι τῷ μὴ καλῷ θάρρει, τὸν κάλλιστον διαμαχόμενον φόβον εἰσπέμπειν οἷοί τε εἶναι μετὰ δίκης, ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην θεῖον φόβον ὠνομάκαμεν. Ἔστι ταῦτα. Τούτων δέ γε τῶν νόμων εἶναι νομοφύλακας καὶ συνδημιουργοὺς αὐτοῖς, τοὺς ἀθορύβους καὶ νήφοντας. Εἰκότως τοιγαροῦν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐν τοῖς συμποσίοις, ᾠδὰς καὶ ὕμνους εἰς Θεὸν πεποιημένους ᾄδειν παραδέδοται, τοῦ προσήκοντος κόσμου τῶν παρ' ἡμῖν C φυλάκων ἐπιμελομένων.

XXV.

VINI BIBENDI COPIAM NON omnibus promiscue faciendam esse.

κε.

ΟΤΙ ΟΥ ΠΑΣΙΝ ΕΠΙΤΡΕΠΤΕΟΝ τὴν τοῦ οἴνου πόσιν.

Si qvæ civitas, inquit Plato, ut in re seria fieri solet, hunc morem, prout legum ordinisqve ratio postulabit, usurpare volet, perinde ac si parandæ temperantiæ gratia, exercitatione qvadam uteretur: itemqve si ab aliis similiter voluptatibus, eodem consilio, non abstinebit, ut earum hac tandem arte victrix esse qveat: hoc sane modo rebus iis omnibus per me utatur licet. Sin autem id totum ludus quidam erit, si & volenti cuilibet, & ubi, ac quibuscum ipse voluerit, ita bibere permittetur, ut pro arbitrio aliud simul quodlibet exercitationis genus adjungat; nunquam equidem auctor fuerim, ut ejusmodi vel Reip. vel homini largioribus poculis indulgere liceat. Tum enimvero Carthaginiensium legem multo magis, qvam aut Cretensium, aut Lacedæmoniorum consvetudinem probarim, uti nemo unquam in exercitu genus hoc poculenti gustet, sed toto militiæ tempore aqvam bibere consvescat: domi vero, ne servus qvisqvā aut ancilla vinum attingat unqvam: ne Magistratus toto illo anno, quo Rempublicam gerent, ne Moderatores aut Ju-

Εἰ μέν τις πόλις, ὡς οὔσης σπουδῆς, τῷ ἐπιτηδεύματι τῷ νῦν εἰρημένῳ χρήσεται μετὰ νόμων καὶ τάξεως, ὡς τοῦ σωφρονεῖν ἕνεκα μελέτῃ χρωμένη, καὶ τῶν ἄλλων ἡδονῶν D μὴ ἀφέξεται ὡσαύτως, καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τοῦ κρατεῖν αὐτῶν ἕνεκα μηχανωμένη, τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ἅπασι τούτοις χρηστέον. εἰ δ' ὡς παιδιᾷ τε, καὶ ἐξέσται τῷ βουλομένῳ, καὶ ὅταν βούληται, καὶ μεθ' ὧν ἂν βούληται, πίνειν μετ' ἐπιτηδευμάτων ὡντινωνοῦν ἄλλων· οὐκ ἂν τιθείμην ταύτην τὴν ψῆφον, ὡς δεῖ ποτε μέθῃ χρῆσθαι ταύτην τὴν πόλιν, ἢ τοῦτον τὸν ἄνδρα. ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τῆς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων χρείας, προσθείμην ἂν τῷ Καρχηδονίων νόμῳ, μηδέποτε μηδένα ἐπὶ στρατοπέδου γεύεσθαι τούτου τοῦ πόματος, ἀλλ' ὑδροποσίαις συγγίνεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον ἅπαντα· καὶ κατὰ πόλιν, μήτε δοῦλον, μήτε δούλην γεύεσθαι μηδέποτε, μηδὲ Ἄρχοντας τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ὃν ἂν ἄρχωσι, μηδ' αὖ Κυβερνήτας, μηδὲ δι-

καστὰς ἐνεργοὺς ὄντας, οἴνου γεύεσθαι τὸ παράπαν· μηδὲ ὅστις βουλευσόμενος εἰς βουλὴν ἀξίαν τινὰ λόγου συνέρχεται· μηδέ γε μεθ' ἡμέραν μηδένα τὸ παράπαν, εἰ μὴ σωμασκίας, ἢ νόσων ἕνεκα· μηδ' αὖ νύκτωρ ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποιεῖσθαι ἀνὴρ ἢ καὶ γυνή. καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα ἄν τις λέγοι, ὡς τοῖς νοῦν τε καὶ νόμον ἔχουσιν ὀρθὸν οὐ ποτέος οἶνος. ὥστε κατὰ τὸν λόγον τοῦτον οὐδ' ἀμπελώνων ἂν πολλῶν δέοι, οὐδή τινι πόλει· τακτὰ δὲ τἆλλα ἂν εἴη γεωργήματα, καὶ πᾶσα ἡ δίαιτα. Καὶ Μωσῆς δὲ παραλαβὼν μὴ δεῖν τοὺς ἱερέας οἴνου ἀπογεύεσθαι κατὰ τὸν τῆς ἱερουργίας καιρὸν, νομοθετεῖ φάσκων, Καὶ ἐλάλησε Κύριος τῷ Ἀαρὼν, λέγων, οἶνον καὶ σίκερα οὐ πίεσθε σὺ καὶ οἱ υἱοί σου μετὰ σοῦ, ἡνίκα ἂν εἰσπορεύησθε εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου, ἢ προσπορευομένων ὑμῶν πρὸς τὸ θυσιαστήριον, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνητε· νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν. ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῖς εὐχὴν εὐχομένοις νομοθετεῖ λέγων, Ἀνὴρ ἢ γυνὴ, ὃς ἂν μεγάλως εὔξηται εὐχὴν, ἀφαγνίσασθαι ἁγνείαν Κυρίῳ, ἀπὸ οἴνου καὶ σίκερα ἁγνισθήσεται· καὶ ὄξος ἐξ οἴνου, καὶ ὄξος ἐκ σίκερα οὐ πίεται. Ἀλλὰ καὶ Σολομῶν τοὺς Ἄρχοντας καὶ τοὺς Δικαστὰς εἴργει τῆς χρήσεως, λέγων, Μετὰ βουλῆς πάντα ποίει, μετὰ βουλῆς οἰνοπότει. οἱ Δυνάσται θυμώδεις εἰσὶν, οἶνον μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας καὶ τῶν πόνων. καὶ ὁ Ἀπόστολος δὲ νόσων ἕνεκα ἐπιτρέπει Τιμοθέῳ, λέγων, Ὀλίγῳ οἴνῳ χρῶ, διὰ τὸν στόμαχόν σου, καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας.

Adice, qvamdiu judicia exercebunt, neu qvisqvam de re alicujus momenti sententiam in concilio dicturus; imo etiam nemini prorsus interdiu, vino uti concesserim, nisi vel exercitatio corporis, vel morbi ratio postulabit; neqve noctu, seu vir, seu mulier fuerit, si operam liberis dare cogitabit. Hæc & alia pleraqve afferri possint, qvamobrem vino abstinere debeant, qui & maturi judicii & rectæ legis ductum seqvantur. Ex qvo sane id efficitur, nulla ut civitas multis admodum vineis indigeat: sed potius, ut cum B reliqvus omnis agrorum cultus, tum etiam ratio victus universa modicis omnino finibus includatur. Ita Plato. Qvem ante jam Moses occupaverat, cum Sacerdotibus, qvo tempore sacris operandum erat, vino interdiceret, his verbis, *Dixit qvoq; Dominus ad Aaron. Vinum & omne qvod inebriare potest, non bibetis, tu & filii tui tecum, qvando intratis in tabernaculum testimonii, aut cum acceditis ad altare, ne moriamini: Legitimum sempiternum in generationes vestras.* Idem viris pariter ac mulieribus vota nuncupantibus, hanc legem dicit, *Vir, sive mulier, cum magni* C *illud votum fecerint sese Domino consecrandi, a vino & omni qvod inebriare potest abstinebunt; & acetum ex vino, & ex qvalibet alia potione, qva inebriari qvis potest, non bibetur.* Salomon qvoq; Principes simul & Judices vino abstinere jubet, dum ait, *Omnia cum prudentia fac, & cum prudentia vinum bibe. Proceres iracundi sunt, vinum ii ne bibant, ne bibentes obliviscantur Sapientiæ & laborum.* Qvinetiam Apostolus Timotheo, morborum causa, vino uti permittens, *Modico,* inqvit, *vino utere, propter stomachum tuum, &* D *frequentes tuas infirmitates.*

Levitic. 10.

Num. 6.

Prov. 31.

1. Tim. 5.

κϛ.

ΟΤΙ ΟΥΚ ΗΓΝΟΕΙ Ο ΠΛΑΤΩΝ, ΤΑ ὑπ' αὐτοῦ νομοθετούμενα παρά τισι Βαρβάροις πολιτεύεσθαι.

ΕΙ τοίνυν ἄκροις εἰς φιλοσοφίαν πόλεώς τις ἀνάγκη ἐπιμεληθῆναι, ἢ γέγονεν ἐν τῷ ἀπείρῳ τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἢ καὶ νῦν ἐστιν ἔν τινι βαρβαρικῷ τόπῳ, πόρρω που ἐκτὸς ὄντι τῆς ἡμετέρας ὄψεως, ἢ καὶ ἔπειτα γενήσεται, περὶ τούτου ἕτοιμοι τῷ λόγῳ διαμάχεσθαι, ὡς γέγονεν ἡ εἰρημένη

XXVI.

NE PLATONEM QVIDEM ipsum ignorasse, qvæ abs sese leges conderentur, iis barbaros qvosdam suis in Rebuspublicis vivere.

UTRUM, inqvit, viris in Philosophia versatissimis instituendæ Reipublicæ necessitas, aut ultimis illis antiqvissimisqve temporibus fuerit, aut hodieqve sit apud barbarum aliqvem populum, & longissime nostris ab oculis conspectuqve semotum, aut etiam futura sit aliqvando: hic vero contentiosi admodum esse nolimus, ut genus

hoc Reipub. & extitisse jam olim, & etiam-A num existere, tum certe futurum esse pugnemus cum Reipublicæ principatum ipsa sibi Musa vendicarit. Nam quæ fieri per se se possunt, eadem esse posse nunquam negabimus.

πολιτεία, καὶ ἔστι, καὶ γενήσεταί γε, ὅταν αὐτὴ ἡ Μοῦσα πόλεως ἐγκρατὴς γένηται. ἃ γὰρ ἀδύνατον γενέσθαι, οὐδ' ἡμεῖς ἀδύνατα λέγομεν. V. Nic.

XXVII.

BELLUM NOBISCUM ESSE NObis, & cum nostris cupiditatib. ac perturbationib. gerendum.

Cap. XVIII. Trap. IDEM autem, inquit, num etiam de se ipso,B tanquam de hoste cogitare debet, an sec⁹? O hospes Atheniensis: (nec enim Atticum te dixerim, quod mihi cognomento ex Dei nomine petito dignior videaris:) utique disputationem hanc dum sapienter ad principium ipsum revocas, illustriorem efficis. Ita facilius etiam intelliges, quam recte dictum a nobis paulo ante fuerit, cum publice universis universos, tum sibi privatim ac proprie singulos hostes atque infestos esse. Quæ tua hæc oratio est, vir maxime? Hoc in bello, mi hospes, uti se ipsum vincere, victoriarum omnium princeps atq; optima est: C sic a se ipso vinci, omnium longe turpissimũ, ac pessimum fuerit. Quippe genus hoc orationis, suum cuiq; nostrum, ac secum ipso bellum quoddam intestinum esse significat. Tum aliis pierisq; interjectis, ita prosequitur. Num igitur nostrum quemlibet unum aliquem esse statuimus? Utiq;. Sed ita unũ, ut duos apud se consiliarios habeat dissentientes ac stolidos, quibus Voluptatis & Doloris nomen tribuimus. Sic est. Utriq; rerum etiam futurarum opiniones adjunctæ duæ, quæ commune quidem spei nomen sortitæD sunt; sed tamen, spes illa quæ dolorem antegreditur, metus: quæ contrariam voluptatem antecedit, fiducia proprie nominatur. His omnib⁹ Rationis præest consilium, quo quid ex iis vel melius sit, vel deterius exploratur; quodq; ubi comune totius Reip. decretum fuerit, tum vero Lex appellari solet. Et paulo post. Hoc, inquit, intelligimus, perturbationes illas, nervorum in nobis ac funium quorundam instar esse, a quibus, ut alis alii contrarii sunt, ita contraria in studia trahimur, ubi virtus & vitium, suis ambo finibus ac regionib⁹ circumscripta versantur. Ratio quippe docet, motui duntaxat alteri sic obsequendum cuiq; perpetuo, ut nunquam ab eo discedens, oppositis funibus cõstanter renitatur. Atq; hunc sapientis consilii aureum esse sacrumq; ductum, quam publicam & communem Civitatis Legem

κζ.

ΟΤΙ ΠΟΛΕΜΟΣ ΗΜΙΝ ΕΣΤΙ ΠΡΟΣ ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ τὰ ἐν ἡμῖν πάθη.

ΑΥΤΩι δὲ πρὸς ἑαυτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον, ἢ πῶς ἔτι λέγομεν; Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, (οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ' ἂν προσαγορεύειν· δοκεῖς γάρ μοι τῆς Θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι) τὸν γὰρ λόγον ἐπ' ἀρχὴν ὀρθῶς ἀναγαγὼν, σαφέστερον ἐποίησας· ὥστε ῥᾷον ἂν ἀνευρήσεις, ὅτι νῦν δὴ ὀρθῶς ὑφ' ἡμῶν ἐρρέθη, τὸ πολεμίους εἶναι πάντας πᾶσι δημοσίᾳ τε, καὶ ἰδίᾳ ἑκάστους αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς. Pl. Πῶς εἴρηκας, ὦ θαυμάσιε; Κἀνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν ἑαυτὸν, πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη· τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ, πάντων αἴσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον. Ταῦτα γὰρ, ὡς πολέμου ἐν ἑκάστοις ἡμῶν ὄντος πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, σημαίνει. Καὶ μεθ' ἕτερα τούτοις προσέτι φησὶ λέγων· Οὐκοῦν ἕνα μὲν ἡμῶν ἕκαστον αὐτὸν τιθῶμεν; Ναί. Δύο δὲ κεκτημένον ἐν αὑτῷ ξυμβούλω, ἐναντίω τε καὶ ἄφρονε, ὣ προσαγορεύομεν ἡδονὴν καὶ λύπην; Ἔστι ταῦτα. Πρὸς δὲ τούτοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα, ἐλπίς· ἴδιον δὲ, φόβος μὲν, ἡ πρὸ λύπης ἐλπίς· θάρρος δὲ, ἡ πρὸ τοῦ ἐναντίου. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις λογισμὸς ὅ, τί ποτ' αὐτῶν ἄμεινον ἢ χεῖρον, ὃς γενόμενος δόγμα πόλεως κοινὸν, νόμος ἐπωνόμασται. καὶ ἑξῆς φησιν. Τόδε δ' ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν, οἷον νεῦρα ἢ μήρινθοί τινες ἐνοῦσαι, σπῶσί τε ἡμᾶς, καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν ἐναντίαι οὖσαι, ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. μιᾷ γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν τῶν ἕλξεων ξυνεπόμενον ἀεὶ, καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης, ἀνθέλκειν τοῖς ἄλλοις νεύροις ἕκαστον· ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ λογισμοῦ ἀγωγὴν χρυσῆν καὶ ἱερὰν, τῆς πόλεως κοινὸν Νόμον ἐπικα-

» ἐπικαλουμένην· ἄλλας δὲ σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς, τὴν δὲ μαλακὴν ἅτε χρυσῆν οὖσαν· τὰς δὲ ἄλλας, παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας. δεῖν δὲ τῇ καλλίστῃ ἀγωγῇ τῇ τοῦ νόμου ἀεὶ συλλαμβάνειν. ἅτε γὰρ τοῦ λογισμοῦ καλοῦ μὲν ὄντος, πράου τε καὶ οὐ βιαίου, δεῖσθαι ὑπηρετῶν αὐτοῦ τὴν ἀγωγὴν, ὅπως ἂν ἐν ἡμῖν τὸ χρυσοῦν γένος νικᾷ τὰ ἄλλα γένη. καὶ οὕτω δὴ περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν, μῦθος ἀρετῆς σεσωσμένος ἂν εἴη, καὶ τὸ κρείττω ἑαυτοῦ καὶ ἥττω εἶναι τρόπον τινὰ φανερὸν ἂν B γένοιτο μᾶλλον, ὃ νοεῖ· καὶ ὅτι πόλιν καὶ ἰδιώτην, τὸν μὲν λόγον ἀληθῆ λαβόντα ἐν ἑαυτῷ περὶ τῶν ἕλξεων, τούτῳ ἑπόμενον δεῖ ζῆν,

Pg. [illegible] πόλιν δὲ ἢ παρὰ Θεῶν τινος, ἢ παρ' αὐτοῦ τούτου γνόντος ταῦτα, λόγον παραλαβοῦσαν, νόμον θεμένην, αὐτῇ τε ὁμιλεῖν καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν· οὕτω κακία δὴ καὶ ἀρετὴ σαφέστερον ἡμῖν διηρθρωμένον ἂν εἴη. Καὶ παρ' ἡμῖν ὁ θεῖος τὰ ὅμοια διδάσκει λόγος, φάσκων, Συνήδομαι τῷ Νόμῳ τοῦ Θεοῦ κατὰ C τὸν ἔσω ἄνθρωπον, βλέπω δὲ ἕτερον νόμον ἐν τοῖς μέλεσί μου ἀντιστρατευόμενον τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. Καὶ πάλιν, μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων. ὅσα τε ἄλλα τούτοις παραπλήσια.

A appellamus: reliqvos enim motus, duriores ac ferreos, ductum hunc unum, qvod aureus sit, facilem etiam ac svavem esse; cumqve cæteri omnes tam varii sint tamqve multiplices, hunc vultum semper unum eandemqve formam retinere. Et vero ductum hunc legis tanqvam optimum, semper nobis ac studiose promovendum esse. Nam cum illud rationis consilium ita bonum atqve honestum sit, ut tamen svavitate ducat, non vi cogat; hunc ipsius ductum administrorum qvorundam opera indigere, ut in nobis aureum hocce genus, cæteram B illam nationem turbamque domare possit. Atqve ita demum, virtutis illa qvæ de nobis tanqvam miraculi similibus, celebratur fabula, explicari facile defendiqve poterit; tum clarius simul illustriusqve constabit, non modo quid illud significet, hominem se ipso unum, modo superiorem, modo inferiorem esse: verum etiam ejusmodi cum privato cuiqve, tum ipsi quoqve Reip. cautionem esse necessariam, ut privatus vera & propria motuum illorum in se se ratione C perspecta, vitam illa diligenter instituat; civitas, posteaqvam vel ab aliqvo Numine, vel certe ab eo jam explorata illa sint, eandem cognitionem hauserit, illam ipsam Legis loco haberi jubeat, qvam deinceps, & secum ipsa & cum aliis civitatibus agendo seqvatur. Atqve ita planius atque distinctius vitii virtutisqve rationes cognoscemus. Hactenus Plato. Cui sane quam affinia literæ nos divinæ docent. Ita enim Apostolus. *Condelector*, inqvit, *Legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Rom. 7. 22. Ibid. v. 23. D Itemqve, *Inter se se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus.* Et cætera id genus.

κη.

ΟΤΙ ΟΥ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΑΛΛ' ἡ ψυχὴ αἰτία τυγχάνει τῶν κακῶς ὑφ' ἡμῶν πραττομένων.

XXVIII.

NON IN CORPUS, SED in Animum, culpam eorum qvæ a nobis peccantur, esse conferendam.

» ΜΕΜΝΗΜΕΘΑ γε μὴν ὁμολογήσαντες ἐν τοῖς πρόσθεν, ὡς εἰ ψυχὴ φανείη πρεσβυτέρα τοῦ σώματος οὖσα, καὶ τὰ ψυχῆς τῶν τοῦ σώματος ἔσοιτο πρεσβύτερα. πάνυ μὲν οὖν. τρόποι δὲ καὶ ἤθη, καὶ βουλήσεις, καὶ λογισμοὶ καὶ δόξαι ἀληθεῖς, ἐπιμέλειαί τε καὶ μνῆμαι, πρότερα μήκους σωμάτων, καὶ πλάτους, καὶ βάθους, καὶ ῥώμης εἴη γεγονότα ἄν, εἴπερ καὶ ψυχὴ σώματος. ἀνάγκη.

JAM vero meminimus, inqvit Plato, hoc a nobis superius esse concessum, si corpore antiqviorem animum esse constaret, qvicqvid etiam animi proprium esset, id omne rebus ad corporis naturam pertinentibus antiqvius futurum. Sane, meminimus. Mores igitur, affectiones, voluntates, judicia, veræ opiniones, curæ, recordationes, proceritate, latitudine, mole, viribusqve corporis priores sint, necesse est, si animum corpore priorem esse concedimus. Necesse id qvidem.

Cap. XIX. Trap. Ergo, qvod indidem seqvitur, non id etiam fateri nos oportet, bonorum simul & malorum, honestorum item ac turpium, justorum & injustorum, adeoqve contrariorum omnium caussam Animum esse; siqvidem ipsi omnium omnino caussam assignandam esse volumus? Atqve hæc ex Legum decimo. Qvibus Moses consentanee loqvitur, dum illud suis in legibus freqventer inculcat, *Si anima peccaverit, & fecerit iniqvitatem*, & cætera qvæ ab illo passim eandem in sententiam afferuntur.

A Ἆρ' οὖν τὸ μετὰ τοῦτο ὁμολογεῖν ἀναγκαῖον, τήν τε ἀγαθῶν αἰτίαν εἶναι ψυχὴν καὶ τὴν κακῶν, καὶ καλῶν, καὶ αἰσχρῶν, δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ πάντων τῶν ἐναντίων, εἴπερ τὴν πάντων γε αὐτὴν θήσομεν αἰτίαν; Καὶ ταῦτα δὲ ἀπὸ τοῦ δεκάτου τῶν Νόμων παρῃτείσθω. συνᾴδει δὲ αὐτοῖς ὁ Μωσῆς πολλάκις ἐν τοῖς νόμοις εἰπών, Καὶ ἐὰν ψυχὴ ἁμάρτῃ καὶ ποιήσῃ πλημμέλημα· καὶ ὅσα τούτοις ἐμφερῶς εἴρηται παρ' αὐτῷ.

XXIX.

DE EO QVI SINCERE INTEGREQVE PHILOSOPHETUR EX THEÆTETO.

B κθ.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΑΘΑΡΩΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥΝΤΟΣ. Ἀπὸ τοῦ Θεαιτήτου.

Cap. XX. Trap. Thren. 3.27. HEBRÆÆ literæ de eo qvi serio vereq; philosophetur, ita prænuntiant, *Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & tacebit, qvia levavit super se.* Itemq; de Prophetis Deo carissimis, eos ut summum ad Philosophiæ culmen aspirarent, in solitudinibus, montibus, ac speluncis versatos esse docet, ubi mentem haberent in unius Dei cogitatione defixam. Auditu vero, qvemadmodum genus illud vitæ Plato divinis qvoqve laudibus extulerit, ubi de eo qvi summam illam philosophandi laudem seqvatur, hæc habet. Dicamus igitur, inquit, uti par est, qvando ita tibi videtur, de summis illis philosophandi Principibus, (qvid enim eos moremur, qvi Philosophiæ studio perperam abutuntur?) Illi videlicet jam usqve ab adolescentia, viam qvæ in forum ducat ignorant: ubi vel exerceantur judicia, vel Senatus, vel publicum aliud Civitatis Concilium habeatur, nesciunt: leges ac Plebiscita, neqve dum promulgantur audiunt, neqve perscripta cum fuerint omnino vident. Sodalitiorum ad magistratus creandos, factiones, conventus, cœnæ, comessationes cum tibicinis horum ipsis qvicqvam factitare, ne per somnium qvidem, in mentem venit. Rectene an secus factum in civitate quid fuerit; num cuipiam à majoribus, seu paterno seu materno ex genere, mali qvid obvenerit, magis ipsos latet, qvam numerus, qvod ajunt, arenarum. Atqve hæc ille omnia sic ignorat, ut eadem abs se se ignorari nesciat. Qvippe nec enim laudis aucupandæ causa ab earum sese rerum communione segregat: sed re vera solum ejus corpus in civitate versatur & habitat; mens vero dum universa ista humiliora existimat, nihilqve facit, passim interea volitat, (ut cecinit Pindarus)

ΤΗΣ παρ' Ἑβραίοις γραφῆς περὶ τοῦ σπουδῇ φιλοσοφοῦντος φασκούσης, ἀγαθὸν ἀνδρί, ὅταν ἄρῃ ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ· καθήσεται κατὰ μόνας, καὶ σιωπήσεται, ὅτι ἦρεν ἐφ' ἑαυτῷ· καὶ περὶ τῶν θεοφιλῶν Προφητῶν, ὡς ἄρα δι' ἀκρότητα φιλοσοφίας ἐν C ἐρημίαις, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις διῆγον, πρὸς μόνῳ τῷ Θεῷ τὴν διάνοιαν ἔχοντες· ἐπάκουσον τοῦ Πλάτωνος, ὅπως καὶ αὐτὸς τὸν τοιόνδε τοῦ βίου τρόπον ἐκθειάζει, ὧδέ πη περὶ τοῦ ἄκρως φιλοσοφοῦντος διεξιών· Λέγωμεν δή, ὡς ἔοικεν, ἐπεί σοί γε δοκεῖ, περὶ τῶν κορυφαίων (τί γὰρ ἄν τις τούς γε φαύλως διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι;) οὗτοι δέ που ἐκ νέων πρῶτον μὲν εἰς ἀγορὰν οὐκ ἴσασι τὴν ὁδόν, οὐδὲ ὅπου δικαστήριον, ἢ βουλευτήριον, ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον· D νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λεγόμενα, ἢ γεγραμμένα οὔθ' ὁρῶσιν, οὔτ' ἀκούουσι. σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν ἐπ' ἀρχάς, καὶ σύνοδοι, καὶ δεῖπνα, καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσταται αὐτοῖς. Εὖ δὲ ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει, ἤ τίς τῳ κακόν ἐστιν ἐκ προγόνων γεγονός, ἢ πρὸς ἀνδρῶν, ἢ γυναικῶν, μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν, ἢ οἱ τῆς θαλάσσης λεγόμενοι χόες. καὶ ταῦτα πάντα οὐδ' ὅτι οὐκ οἶδεν, οἶδεν. οὐδὲ γὰρ αὐτῶν ἀπέχεται τοῦ εὐδοκιμεῖν χάριν· ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ, καὶ ἐπιδημεῖ· ἡ δὲ διάνοια ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρά, καὶ οὐδὲν ἀτιμάσασα, πανταχῇ πέτεται, κατὰ Πίνδαρον,

» τά τε γᾶς ὑπένερθε, καὶ τὰ ἐπίπεδα γεω-
» μετροῦσα, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομοῦσα, καὶ
» πᾶσαν πάντη φύσιν ἐρευνωμένη τῶν ὄντων ἑ-
» κάστου ὅλου, εἰς τι τῶν ἐγγὺς οὐδὲν ἑαυτὴν
» συγκαθιεῖσα. Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες;
» Ὥσπερ καὶ Θαλῆν ἀστρονομοῦντα, ὦ Θεόδω-
» ρε, καὶ ἄνω βλέποντα, πεσόντα εἰς φρέαρ
» Θρᾷττά τις ἐμμελὴς, καὶ χαρίεσσα θερα-
» παινὶς ἀποσκῶψαι λέγεται, ὡς τὰ μὲν ἐν
» οὐρανῷ προθυμοῖτο εἰδέναι, τὰ δὲ ἔμπρο-
» σθεν αὐτοῦ καὶ παρὰ πόδας λανθάνοι αὐτόν.
» Ταὐτὸν δ' ἀρκεῖ σκῶμμα ἐπὶ πάντας ὅσοι ἐν
» φιλοσοφίᾳ διάγουσι. τῷ γὰρ ὄντι τὸν τοιοῦ-
» τον ὁ μὲν πλησίον, καὶ ὁ γείτων λέληθεν, οὐ
» μόνον, ὅ, τι πράττει, ἀλλ' ὀλίγου καὶ εἰ ἄν-
» θρωπός ἐστιν, ἤ τι ἀλλο θρέμμα. τί δέ ποτ'
» ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ τί τῇ τοιαύτῃ φύσει προσ-
» ήκει διάφορον τῶν ἄλλων ποιεῖν ἢ πάσχειν,
» ζητεῖ τε, καὶ πράγματα ἔχει διερευνώμενος.
» μανθάνεις γάρ που, ὦ Θεόδωρε, ἢ οὔ; Ἔγωγε,
» καὶ ἀληθῆ λέγεις. Τοιγάρτοι, ὦ φίλε, ἰδίᾳ
» τε συγγινόμενος ὁ τοιοῦτος ἑκάστῳ, καὶ δη-
» μοσίᾳ, ὅπερ ἀρχόμενος ἔλεγον, ὅταν ἐν δικα-
» στηρίῳ ἤ που ἄλλοθι ἀναγκασθῇ περὶ τῶν παρὰ
» πόδας καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς διαλέγεσθαι,
» γέλωτα παρέχει οὐ μόνον Θρᾴτταις, ἀλλὰ καὶ
» τῷ ἄλλῳ ὄχλῳ, εἰς φρέατά τε καὶ πᾶσαν
» ἀπορίαν ἐμπίπτων ὑπὸ ἀπειρίας· καὶ ἡ ἀ-
» σχημοσύνη δεινὴ δόξαν ἀβελτηρίας πα-
» ρεχομένη. ἔν γε γὰρ ταῖς λοιδορίαις ἴδιον
» ἔχει οὐδὲν οὐδένα λοιδορεῖν, ἅτε οὐκ εἰδὼς κα-
» κὸν οὐδὲν οὐδενὸς, ἐκ τοῦ μὴ μεμελετηκέναι·
» ἀπορῶν οὖν γελοῖος φαίνεται· ἔν τε τοῖς
» ἐπαίνοις, καὶ ταῖς τῶν ἄλλων μεγαλαυχίαις,
» οὐ προσποιήτως, ἀλλὰ τῷ ὄντι γελῶν ἔνδηλος
» γιγνόμενος, ληρώδης δοκεῖ εἶναι. τύραννόν τε
» γὰρ ἢ βασιλέα ἐγκωμιαζόμενον, ἕνα τῶν νο-
» μέων, οἷον συβώτην, ἢ ποιμένα, ἤ τινα
» βουκόλον ἡγεῖται ἀκούειν εὐδαιμονιζόμενον
» πολὺ βδάλλοντα· δυσκολώτερον δὲ ἐκείνων
» ζῶον καὶ ἐπιβουλότερον, ποιμαίνειν τε καὶ
» βδάλλειν νομίζει αὐτούς. ἄγροικον δὲ καὶ
» ἀπαίδευτον, ὑπὸ ἀσχολίας, οὐδὲν ἧττον
» τῶν νομέων τὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίνεσθαι,
σηκὸν ἐν ὄρει τὸ τεῖχος περιβεβλημένον.

A qvæ sub terris, qvæqve supra terras dimeti- »
ens, rerumqve cœlestium rationes Astrono- »
miæ vi enucleans, totamqve omnino rerum »
singularum, quas hujus universi ambitus »
complectitur naturam sic explorans, ut ta- »
men nullam ad earum qvas propiores habet »
se se abjiciat. Qvo tu sensu hoc ais, o Socra- »
tes? Prorsus, mi Theodore, qvo modo Tha- »
letem aliqvando, qvi dum oculis in cœlum »
defixis astra contemplaretur, proximum in »
puteum deciderat, ancilla qvædam Thressa, »
elegans & urbana hoc joco perstrinxit, Qui »
B res cœlestes nosse contenderet, eum qvæ »
proxima pedibus essent, non videre. Qvod »
sanè dictum in eos omnes convenire possit, »
qvi Philosophiæ studio se se dedunt. Siqvi- »
dem re ipsa, natio hæc hominum, non mo- »
do qvid proximus ac vicinus agat, verum »
etiam homo-ne ille sit, an aliud quoddam »
animantis genus, propemodum ignorat: »
eadem tamen qvid homo ipse sit, qvidve »
naturam ejusmodi, præter aliarum condi- »
tionem vel agere, vel pati deceat, cum rima- »
tur studiose, tum in ea cura laboris pluri- »
mum ac difficultatis exhaurit. Jamne in- »
C telligis, mi Theodore? an non? Intelligo »
eqvidem. Et vera sane loqveris. Nimirum »
ergo, qui ejusmodi fuerit, Theodore, is seu »
privatim cum qvocunqve versabitur, seu »
publice, qvemadmodum initio dixi, vel in ju- »
dicio, vel ubi ubi, de rebus qvas ante pedes, »
atqve in oculis habeat, dicere cogetur, non »
Thressis modo mulierculis, sed etiam reli- »
quæ multitudini risum movebit, cum ob re- »
rum imperitiam, in puteos atqve in omnis »
dubitationis æstum inciderit. Et qvidem »
grave admodum stuporis genus ineptia- »
rum est, qvod afferat opinionem stultitiæ. »
Nam ut aliorum conviciis appetitus, qvod »
D proprium ipse nihil habeat, qvo vicissim ali- »
os remordeat, (qvippe qvi nullum cujusquã »
vitium noverit, procul ab simili cogitatione »
semotus;) ob hæsitantiam ridiculus esse solet: »
sic in aliorum etiam laudibus, & insolenti re- »
rum suarum jactantia, dum idem non simu- »
late, sed vere palamqve ridet, bardus ac deli- »
rus videtur. Nam Tyrannum aut Regem »
laudari si audiet, pecuarium sibi ali- »
qvem, subulcum puta, vel pastorem, vel »
bubulcum, qvód affatim mulgeat, bea- »
tum celebrari persuadebit: nisi qvod abs »
Tyrannis ac Regibus difficilius ac magis »
insidiosum animantis genus, qvam ab aliis »
pasci ac mulgeri existimat. Enimvero Phi- »
losophum istum, qvod rerum usu nullo sit, »
nihilo minus qvam pastores ipsos rusticum »
ac rudem esse necesse est, qvi mœnibus in urbe, non secus ac caulis in monte cingatur. »

Idem si forte decem jugerum millia, vel etiam plura commemorari audierit, perinde ac si eorum possessor vim agrorum immensam possideret; exiguum sibi quiddam audire videbitur, qvod orbem terrarum universum animo complecti soleat. Jam qvi ad efferendam generis alicujus antiqvitatem, avos ab illo septem, eosqve locupletes nominari posse dictitant, genus hoc laudis, hominum esse obtusi admodum angustique visus arbitratur, qui stultitiæ suæ vitio rerum universitatem perpetuo circumspicere non possint, nec omnino cogitare, innumerabilem cuique avorum esse majorumque multitudinem, in qua sæpe divitum & inopum, Regum & servorum, barbarorum & Græcorum series infinita ducatur. Qui si quinque ac viginti majorum stemmate glorientur, aut suum quoque genus ad Herculem Amphitryonis filium referant, vile nimis ac puridum jactantiæ genus arbitratur. Nam qvod alius retro quintus ac vigesimus ab Amphitryone, alius ab eodem quinquagesimus, eo natus uterqve loco sit, quem sua cuique fortuna statuerit, risum tenere non potest, cum isti nec secum id cogitare, nec stolidæ mentis ineptias excutere posse animadvertit. Idem vero in his omnibus ab hominum vulgo deridetur, partim quod cæteros arroganter despicere videatur, partim quod in obviis quibusque cæcutiat ac titubet. Prorsus uti res est loqveris, mi Socrates. At vero, Theodore, si qvem vicissim ex istis sursum Philosophus traxerit, eumque angustiori hac qvæstione relicta, Qua in re vel ego te, vel tu me ipse læseris, ad plenam illam & integram de Justitia & Injustitia disputationem accedere, qvid per se seutraque sit, qvi vel ambæ a cæteris omnibus, vel altera differat ab altera, enucleare jusserit: aut si eundem ab illo vulgari, Utrum fortunatus Rex ille sit, qvi magnam auri vim possideat, ad universum Regni, adeoqve totius humanæ felicitatis aut miseriæ contemplationem traduxerit, ut statuat, tum qvænam propria sit utriusqve ratio, tum qvemadmodum utramqve vel suscipere vel declinare hominis naturæ conveniat. De his omnibus cum nostro huic tam angustæ mentis, qvam acri ac vehementi rabulæ pronuntiandum erit, tum enimvero quandam veluti talionis legem subibit. Nam e superiore loco pendulus, & inferiora despiciens, insolentia rei vertiginem subito patietur, & partim æstuando, partim hæsitando, partim barbarum nescio quid commurmurando, risum vicissim non jam Thressis qvibusdam, aut bardo cuipiam ac stupido, qui ejusmodi nihil sentire possit: at is demũ qui aliter ac mancipia educati fuerint, omnibus excitabit. Talis est, mi Theodore, hominis utriusqve conditio.

A Γῆς δὲ ὅταν μυρία πλέθρα, ἢ ἔτι πλείω ἀκούσῃ, ὥς τις ἄρα κεκτημένος θαυμαστὰ πλήθη κέκτηται, πάνυ σμικρὰ δοκεῖ ἀκούειν, εἰς ἅπασαν εἰωθὼς τὴν γῆν βλέπειν. Τὰ δὲ δὴ γένη ὑμνούντων, ὡς γενναῖός τις ἑπτὰ πάππους πλουσίους ἔχων ἀποφῆναι, παντάπασιν ἀμβλὺ καὶ ἐπὶ σμικρὸν ὁρώντων ἡγεῖται τὸν ἔπαινον, ὑπὸ ἀπαιδευσίας οὐ δυναμένων εἰς τὸ πᾶν ἀεὶ βλέπειν, οὐδὲ λογίζεσθαι ὅτι πάππων καὶ προγόνων ἑκάστῳ μυριάδες γε- B γόνασιν ἀναρίθμητοι, ἐν αἷς πλούσιοι καὶ πτωχοί, βασιλεῖς, καὶ δοῦλοι, βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες πολλάκις μυρίοι γεγόνασιν ὁτῳοῦν· ἀλλ' ἐπὶ πέντε καὶ εἴκοσι καταλόγῳ προγόνων σεμνυνομένων ἢ καὶ ἀναφερόντων εἰς Ἡρακλέα τὸν Ἀμφιτρύωνος, ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται σμικρολογίας. ὅτι καὶ ὁ ἀπ' Ἀμφιτρύωνος εἰς τὸ ἄνω πεντεκαιεικοστὸς, τοιοῦτος ἦν, οἷα συνέβαινεν αὐτῷ τύχη, καὶ ὁ πεντηκοστὸς ἀπ' αὐτοῦ, γελᾷ, οὐ δυναμένων λογί- C ζεσθαί τε, καὶ χαυνότητα ἀνοήτου ψυχῆς ἀπαλλάττειν. ἐν ἅπασι δὲ τούτοις ὁ τοιοῦτος ὑπὸ τῶν πολλῶν καταγελᾶται, τὰ μὲν ὑπερηφάνως ἔχων ὡς δοκεῖ, τὰ δ' ἐν ποσὶν ἀγνοῶν τε καὶ ἐν ἑκάστοις ἀπορῶν. Παντάπασι τὰ γιγνόμενα λέγεις ὦ Σώκρατες. Ὅταν δέ γέ τινα αὐτὸς, ὦ φίλε, ἑλκύσῃ ἄνω, καὶ ἐθελήσῃ τις αὐτῶν ἐκβῆναι ἐκ τοῦ, τί ἐγώ σε ἀδικῶ, ἢ σὺ ἐμὲ, εἰς σκέψιν αὖ δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας, τί τε ἑκάτερον αὐτοῖν, καὶ τί τῶν πάντων ἢ ἀλλήλων διαφέρετον· ἢ ἐκ τοῦ εἰ βασιλεὺς εὐδαίμων κεκτημένος τε αὖ πολὺ D χρυσίον, εἰς βασιλείας πέρι καὶ ἀνθρωπίνης ὅλως εὐδαιμονίας καὶ ἀθλιότητος ἐπίσκεψιν, ποίω τέ τινε ἐστὸν, καὶ τίνα τρόπον ἀνθρώπου φύσει προσήκει τὸ μὲν κτήσασθαι αὐτοῖν, τὸ δὲ ἀποφυγεῖν· περὶ πάντων τούτων ὅταν αὖ δέοι λόγον διδόναι τὸν σμικρὸν ἐκεῖνον τὴν ψυχὴν, καὶ δριμὺν, καὶ δικανικὸν, πάλιν αὖ ἀντίστροφα ἀποδίδωσιν, ἰλιγγιῶν τε γὰρ καὶ ἀπὸ ὑψηλοῦ κρεμασθεὶς, καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν ὑπὸ ἀληθείας ἀδημονῶν τε, καὶ ἀπορῶν, καὶ βαρβαρίζων, γέλωτα Θρᾴτταις μὲν οὐ παρέχει, οὐδ' ἄλλῳ ἀπαιδεύτῳ οὐδενὶ, οὐ γὰρ αἰσθάνονται· τοῖς δ' ἐναντίως, ἢ ὡς ἀνδραπόδοις τραφεῖσι πᾶσιν. οὗτος δὴ ἑκατέρου τρόπος, ὦ Θεόδωρε.

ὁ μὲν, τῷ ὄντι ἐν ἐλευθερίᾳ τε καὶ σχολῇ τεθραμμένου, ὃν δὴ φιλόσοφον καλεῖς, ᾧ ἀνεμέσητον εὐήθει δοκεῖν καὶ οὐδενὶ εἶναι, ὅταν εἰς δουλικὰ ἐμπέσῃ διακονήματα, οἷον στρωματόδεσμον μὴ ἐπιστάμενος συσκευάσασθαι, μηδὲ ὄψον ἡδῦναι, ἢ θῶπας λόγους· ὁ δ' αὖ, τὰ μὲν τοιαῦτα πάντα δυναμένου τορῶς τε καὶ ὀξέως διακονεῖν, ἀναβάλλεσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένου ἐπιδέξια ἐλευθέρως, οὐδ' ἁρμονίαν λόγων λαβόντος ὀρθῶς ὑμνῆσαι θεῶν τε καὶ ἀνδρῶν εὐδαιμόνων βίον ἀληθῆ. Εἰ πάντας, ὦ Σώκρατες, πείθοις ἃ λέγεις ὥσπερ ἐμὲ, πλείων ἂν εἰρήνη καὶ κακὰ ἐλάττω κατ' ἀνθρώπους εἴη. Ἀλλ' οὔτ' ἀπολέσθαι τὰ κακὰ δυνατὸν, ὦ Θεόδωρε· ὑπεναντίον γάρ τι τῷ ἀγαθῷ ἀεὶ εἶναι ἀνάγκη· οὔτ' ἐν θεοῖς αὐτὰ ἱδρῦσθαι· τὴν δὲ θνητὴν φύσιν, καὶ τόνδε τὸν τόπον περιπολεῖ ἐξ ἀνάγκης. Διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιστα. Φυγὴ δὲ ὁμοίωσις Θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. ἀλλὰ γὰρ, ὦ ἄριστε, οὐ πάνυ τι ῥᾴδιον πεῖσαι, ὡς ἄρα οὐχ ὧν ἕνεκα οἱ πολλοί φασι δεῖν πονηρίαν μὲν φεύγειν, ἀρετὴν δὲ διώκειν, τούτων χάριν τὸ μὲν ἐπιτηδευτέον, τὸ δ' οὔ, ἵνα δὲ μὴ κακὸς, καὶ ἵνα ἀγαθὸς δοκῇ εἶναι. ταῦτα μὲν γάρ ἐστιν ὁ λεγόμενος γραῶν ὕθλος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὧδε λέγομεν. Θεὸς οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἄδικος, ἀλλ' ὡς οἷόν τε δικαιότατος· καὶ οὐκ ἔστιν αὐτῷ ὁμοιότερον οὐδὲν, ἢ ὃς ἂν ἡμῶν αὖ γένηται ὅτι δικαιότατος. περὶ τοῦτο, καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρὸς, καὶ ἡ οὐδένειά τε, καὶ ἡ ἀνδρεία. Ἡ μὲν γὰρ τούτου γνῶσις, σοφία καὶ ἀρετὴ ἀληθινή. ἡ δὲ ἄγνοια, ἀμαθία, καὶ κακία ἐναργής. αἱ δ' ἄλλαι δεινότητές τε δοκοῦσαι καὶ σοφίαι, ἐν μὲν πολιτικαῖς δυναστείαις γιγνόμεναι, φορτικαί· ἐν δὲ τέχναις, βάναυσοι. τῷ οὖν ἀδικοῦντι καὶ ἀνόσια λέγοντι ἢ πράττοντι, μακρῷ ἄριστ' ἔχει τὸ μὴ συγχωρεῖν δεινῷ ὑπὸ πανουργίας εἶναι. ἀγάλλονται γὰρ τῷ ὀνείδει, καὶ οἴονται ἀκούειν ὅτι οὐ λῆροί εἰσι, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες οἵους δεῖ ἐν πόλει τοὺς σωθησομένους. λεκτέον οὖν τἀλη-

A Altera qvidem ejus, qvi re ipsa in libertate & otio educatus fuerit, qvem tu Philosophum vocas. Huic enim impune ac sine probro liceat, cum in servile ministerii genus inciderit, simplicem & ineptum videri, adeoqve nullum esse, qvi exempli causa nec stragula componere, nec cibos obsoniis, nec blanditiis orationem condire noverit. Altera vero ejus est, qui cum strenuam istis omnibus operam eleganter & expedite navare possit, ingenui tamen ac liberalis chori vel prolusionem solerter instituere non potest, B nedum ut orationis concentu integre accurateqve percepto, veram aut Deorum aut beatorum hominum vitam celebrare qveat. Si fidem, o Socrates, ab aliis omnibus perinde ut abs me hoc in genere impetrares, major sane quies, malorumque minus in humana vita versaretur. Atqui fieri, mi Theodore, non potest, uti mala vel omnino tollantur, (cum aliquid semper bono contrarium superesse necesse sit,) vel apud Deos locum habeant. At circa mortalem naturam, & inferiorem hanc regionem assidue necessarioqve vagantur. Qvamobrem eni- C tendum præcipue nobis, ut hinc ea celeritate quanta fieri poterit maxima fugiamus. Qvæ qvidem fuga nihil est aliud, qvam similitudo cum Deo, qvatenus ad eam aspirare licet. Hoc porro similitudinis genus in æqvitate, sanctimonia, prudentiaque consistit. Sed enim, vir optime, usqve adeo facile persuaderi non potest, non eo consilio quod hominum vulgo, cum in vitio fugiendo, tum in perseqvenda virtute propositum esse solet, incumbendum in alterum esse, ab altero discedendum, hoc est, ne malus, sed potius ut D bonus esse videaris. Hæ qvippe sunt, ut mihi qvidem videntur, aniles qvas vocant fabulæ. Cæterum, quod omnino verum est, ita statuimus. Deus nullo plane modo injustus est, sed vim omnem justitiæ perfectionemq; complexus; nec similius ei quicquam esse possit, quam qui justissimus etiam inter homines fuerit. Hac una re vis omnis industriaque hominis, inertia simul & imbecillitas æstimari debet. Nam ut ejus cognitio vera est cum virtute sapientia; sic ejusdem ignoratio, certissima cum inscitia, tum improbitas est. Cætera quæ vulgo videntur facultatis ac solertiæ genera, & in civili administratione gravia sunt ac molesta, & in artium classe illiberalia. Quisquis igitur aliis injuriosus est, resq; indignas aut loquitur, aut molitur, ei sane quam-optimum fuerit, si nunquam id ipsi concedamus, ut astutia valere dicatur. Gaudent enim hoc probri genere, sibiqve persuadent, aliud significari nihil, qvam sese non stipites qvosdam esse, aut inutilia terræ pondera, sed homines ejusmodi, qvales eos esse, qui in Repub. maxime retineantur, oporteat. Verum ergo palam & aperte dicendum est,

eos nimirum, quales minime arbitrantur, hoc est magis, quo minus arbitrantur. Veram enim ac propriam improbitatis pœnam ignorant, quam minime omnium ignorare debuerant. Nec enim illa, in plagis, ut existimant, aut morte consistit, (cum ista sæpenumero subeant illi qvoqve, qui nihil peccarunt; sed illa denium est, quam effugere improbus nemo possit. Quam tu pœnam intelligis? Cum in Rerum natura, mi Theodore, exemplaria duo sint, divinum alterum, idemque beatissimum, alterum impium, idemque miserrimum: illi dum ita rem habere non vident, quo stupore sunt atque dementia, alteri se flagitiis ac sceleribus persimiles, alteri dissimillimos fieri non sentiunt. Cujus sane delicti hoc ipso pœnas luunt, qvo vitam agunt, ei cujus similes efficiuntur, maxime consentaneam. Qvibus si futurum præterea comminemur, nisi ab ista neqvitiæ vi discesserint, uti non jam eos post obitum locus ille ab omni sceleratorum contagione semotus excipiat, sed potius ut istic sibi moribusqve suis persimilem vitæ rationem perpetuo habeant, hoc est ut cum improbis improbi versari cogantur; id enimvero non secus ac delirantium qvorundam somnium, homines plani ac versipelles exaudient. Ita prorsus o Socrates. Eqvidem id probe novi, Theodore. Sed tamen hoc iis saltem usu venit, ut si qvando privatim, rerum earũ qvas despicere ac deridere solent, ultro citroqve rationes expendere oportuerit, atque hac in disputatione gradum paulo diutius & constantius figere, non turpiter fugere voluerint: tum vero ne sibi qvidem ipsis in oratione sua placeant, suaqve sibi Rhetorica nescio quo pacto contabescat; prorsus, nihil ut a pueris differre videantur.

XXX.

DE TOTO ILLO SOPHIsticæ genere, qvod inter homines reperiri solet.

IN nostris quoque libris de toto illo Sophisticæ genere, quod hominum animos occupavit, multa dicuntur: *Sapientia enim hujus mundi, stultitia est apud Deum.* Scriptum est enim, *Perdam Sapientiam Sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Ubi Sapiens? ubi Scriba? ubi Conquisitor hujus seculi?* Similiter ab iis qui divinam Philosophiam profiteri velint, humile abjectumque nihil cogitandum esse his verbis edocemur, *Considerantibus nobis non quæ videntur, sed quæ non videntur: Quæ enim videntur, momentanea sunt; quæ vero non videntur, æterna.*

1.Cor.1.v.

Is.29.14.

A θέες, ὅτι τοσούτῳ μᾶλλόν εἰσιν οἷοι οὐκ οἴονται, ὅτι οὐχὶ οἴονται. Ἀγνοοῦσι γὰρ ζημίαν ἀδικίας, ἣν δεῖ ἥκιστα ἀγνοεῖν. οὐ γάρ ἐστιν, ἣν δοκοῦσι, πληγαί τε καὶ θάνατοι, ὧν ἐνίοτε πάσχουσιν οὐδὲν ἀδικοῦντες, ἀλλὰ ἣν ἀδύνατον ἐκφυγεῖν. Τίνα δὴ λέγεις; Παραδειγμάτων, ὦ φίλε, ἐν τῷ ὄντι ἑστώτων, τοῦ μὲν θείου, εὐδαιμονεστάτου· τοῦ δὲ ἀθέου, ἀθλιωτάτου, οὐχ ὁρῶντες ὅτι οὕτως ἔχει, ὑπὸ ἠλιθιότητός τε καὶ τῆς ἐσχάτης ἀνοίας, λαν-B θάνουσι τῷ μὲν ὁμοιούμενοι διὰ τὰς ἀδίκους πράξεις, τῷ δὲ ἀνομοιούμενοι· οὗ δὴ τίνουσι δίκην, ζῶντες τὸν εἰκότα βίον ᾧ ὁμοιοῦνται. ἂν δὲ εἴπωμεν ὅτι ἂν μὴ ἀπαλλαγῶσι τῆς δεινότητος, καὶ τελευτήσαντας αὐτοὺς ἐκεῖνος μὲν ὁ τῶν κακῶν καθαρὸς τόπος οὐ δέξεται, ἐνθάδε δὲ τὴν αὑτοῖς ὁμοιότητα διαγωγῆς ἀεὶ ἕξουσι, κακοὶ κακοῖς συνόντες, ταῦτα δὴ καὶ παντάπασιν ὡς δεινοὶ καὶ πανοῦργοι ἀνοήτων τινῶν ἀκούσονται. Καὶ μάλα δή, ὦ C Σώκρατες. Οἶδά τοι, ὦ ἑταῖρε. ἕν μέντοι τι αὐτοῖς συμβέβηκεν, ὅταν ἰδίᾳ λόγον δέῃ δοῦναι, καὶ δέξασθαι, περὶ ὧν ψέγουσι, καὶ θελήσωσιν ἀνδρικῶς πολὺν χρόνον ὑπομεῖναι, καὶ μὴ ἀνάνδρως φυγεῖν, τότε ἀτόπως, ὦ δαιμόνιε, τελευτῶντες οὐκ ἀρέσκουσιν αὐτοὶ αὑτοῖς, περὶ ὧν λέγουσι, καὶ ἡ ῥητορικὴ ἐκείνων πως ἀπομαραίνεται, ὥστε παίδων μηδὲν δοκεῖν διαφέρειν.

D λ.

ΠΕΡΙ ΠΑΣΗΣ ΤΗΣ ΕΝ ΑΝθρώποις σοφιστείας.

ΚΑΙ παρ' ἡμῖν περὶ πάσης τῆς ἐν ἀνθρώποις σοφιστείας εἴρηται, ἡ γὰρ σοφία τοῦ κόσμου τούτου, μωρία παρὰ τῷ Θεῷ ἐστι. γέγραπται γάρ, Ἀπολῶ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθετήσω. ποῦ σοφός; ποῦ Γραμματεύς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ δεῖν μηδὲν σμικρολόγον φρονεῖν τοὺς κατὰ Θεὸν φιλοσοφοῦντας, διδασκόμεθα ἐν οἷς εἴρηται, Σκοπούντων ἡμῶν οὐ τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα, πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. v.

» Καὶ περὶ τὴν κακίαν περὶ γῆν, καὶ τὸν θνητὸν βίον εἰλεῖσθαι φησί που ὁ θεῖος λόγος, Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. Καὶ, Ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Λέγει δὲ καὶ ὁ Προφήτης· Ἀρὰ καὶ κλοπὴ καὶ μοιχεία, καὶ φόνος κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι. Περὶ δὲ τοῦ φεύγειν ἔνθενδε παρὰ τὸν Θεὸν, φησὶν ὁ Μωσῆς, Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου πορεύσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν κολληθήσῃ. ὁ δ' αὐτὸς μιμεῖσθαι τὸν Θεὸν διδάσκει λέγων, Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν ἅγιός ἐστι. Δίκαιον δὲ καὶ ὁ Δαβὶδ τὸν Θεὸν εἰδὼς, ἡμᾶς τε αὐτοὺς μιμητὰς γενέσθαι παρορμῶν φησι, Δίκαιος Κύριος, καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησεν. ὁ δ' αὐτὸς πλούτου καταφρονεῖν ἐπαίδευσε, λέγων· Πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν· καὶ, Μὴ φοβοῦ ὅταν πλουτίσῃ ἄνθρωπος, ἢ ὅταν πληθυνθῇ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ· ὅτι οὐκ ἐν τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν λήψεται τὰ πάντα, οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ. ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἐν ἀνθρώποις ἀρχὰς θαυμάζειν ἐδίδασκεν ἐν τούτοις, Μὴ πεποίθατε ἐπ' ἄρχοντας, ἐφ' υἱοὺς ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἀπελεύσεται εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτοῦ.

A Præterea improbitatem circa terram vitamqve mortalem volutari, aliqvot Scripturæ divinæ locis admonemur: ut cum ait, *Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt*, itemqve, *Sufficiat diei malitia sua.* Qvinetiam Propheta, *Execratio*, inqvit, *& furtum, & adulterium, & cædes effusa sunt super terram, & sangvines sangvinibus miscent.* Hinc etiam ad Deum nobis confugiendum esse Moses edicens, *Post Dominum Deum tuum ambulabis, & ipsi adhærebis.* Imo Deum ipsum nobis imitandũ esse docet his verbis, *Sancti eritis, quoniam Dominus Deus vester sanctus est.* B Itemque David, cum justum esse Deum intelligeret, nosque ad ejus imitationem cohortaretur, *Justus Dominus*, inquiebat, *& justitias dilexit.* Idem contemptum divitiarum hoc modo præcipiebat. *Divitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Et rursus, *Ne timeas cum dives factus fuerit homo, aut cum multiplicata fuerit gloria domus ejus: Quoniam, cum mortuus fuerit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria ejus.* Honores etiam & magistratus humanos nihili admodum æstimandos esse docuit, dum ait, *Nolite confidere in Principibus, in filiis hominum, in* C *quibus non est salus. Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam: In illa die peribunt omnes cogitationes ejus.*

Ephes. 5. 16. Matt. 6. 34. Osee 4. 2. Deut. 10. 20. Levit. 11. 45. Ps. 10. 7. Ps. 61. 11. Psal. 48. 17. Psal. 145. 3.

λα.

ΟΤΙ ΔΕΗΣΕΙ ΠΟΤΕ ΤΩι ψεύδει ἀντὶ φαρμάκου χρῆσθαι, ἐπὶ ὠφελείᾳ τῶν δεομένων τοῦ τοιούτου τρόπου.

XXXI.

FALSO NONNUNQVAM, VELuti pharmaco, ad eorum utilitatem, qvi hoc loqvendi genere opus habeant, utendum esse.

D

» ΝΟΜΟΘΕΤΗΣ δὲ οὗ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος, εἰ καὶ μὴ τοῦτο ἦν οὕτως ἔχον, ὡς καὶ νῦν αὐτὸ ᾑρηχ' ὁ λόγος ἔχειν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο ἐτόλμησεν ἂν ἐπ' ἀγαθῷ ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς νέους. ἔστιν ὅ, τι τούτου ψεῦδος λυσιτελέστερον ἄν ἐψεύσατό ποτε, καὶ δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν μὴ βίᾳ, ἀλλ' ἑκόντας πάντας πάντα τὰ δίκαια; καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, ὦ ξένε, καὶ μόνιμον· ἔοικε μὴν οὐ ῥᾴδιον εἶναι πείθειν. μυρία δ' ἂν εὑρήσεις τοιαῦτα καὶ ἐν Ἑβραίων γραφαῖς, ὡς αὖ

V. Not.

LEGISLATOR, inquit Plato, qui nonnihil prodesse voluerit, etiamsi non eo se modo res haberet, quo se se habere jam evicimus, si quid unquam apud juniores utilitatis causa falsi dicere potuit, est ne quod utilius unquam potuerit, aut quo facilius efficiat, ut omnes ad omnia æqvitatis officia, non vi, sed ultro ac sponte adducantur? Veritas quidem, mi hospes, egregium quid ac stabile est, at eam persuadere, non ita promptum. His tu affinia Hebræorum in literis sexcenta reperies,

Cap. XXI.

qvibus Deum modo æmulari, modo vel sopitum, vel iratum, aut aliis qvibusdam humanis perturbationibus obnoxium faciunt, dum eorum consulunt rationibus, qui hoc loqvendi genere opus habent.

A περὶ Θεοῦ ζηλοῦντος, ἢ ὑπνοῦντος, ἢ ὀργιζομένου, ἢ τισιν ἄλλοις ἀνθρωποπαθέσιν ἐνεχομένου ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν δεομένων τῆς τοιᾶσδε τρόπου παρειλημμένα.

XXXII.

NON SOLUM VIROS, SED etiam mulieres, adeoqve genus hominum universum, hujus in disciplinæ communionem vocandum esse.

B

λβ.

ΟΤΙ ΜΗ ΜΟΝΟΝ ΑΝΔΡΑΣ, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων προσίεσθαι χρὴ εἰς τὴν προκειρημένην παιδείαν.

Cap. XXII. Tim. AN inter nos, inquit Plato, de superioribus illis convenit? Qvænam illa? Oportere videlicet, uti omnes tam viri qvàm pueri, tam liberi qvàm servi, tam fœminæ qvàm mares, totaqve adeo Respublica toti Reipublicæ, qvæ præcepimus carminum genera nunqvam accinere desinat, semper tamen immutata nonnihil, atqve omni subinde varietate temperata, ut hymnorum istorum voluptas nullam unqvam suis modulatoribus afferat satietatem, Qvi tandem negari posset, qvin ita fieri oporteat? His gemina sunt, qvæ idem Plato Reipublicæ C qvinto docet his verbis. Num tu aliqvid ipse nosti, qvod ab hominibus tractari soleat, in quo non virorum genus muliebri omnibus hisce naturæ dotibus antecellat? An pluribus nobis in texendi, placentas, & obsonia conficiendi artificio, ac cæteris id genus recensendis immorandum, in quibus sane fœminarum genus esse aliquid videtur, & tamen vinci perridiculũ est? Vera loqveris, inqvit. Nam & in omnibus, ut ita dicam, genus a genere plurimum superatur, & tamen viris plerisque multæ sæpe mulieres pluribus in rebus antecellunt. Cæterum univer- D se ita res habet uti dicis. Munus igitur, o amice, inter eos qui Rempublicam gerunt, nullum est, quod aut mulieris, quatenus mulier, aut viri, quatenus vir est, proprium sit: sed in utroqve sexu simili quodammodo proseminatæ sunt naturæ dotes, ita ut viri simul ac mulieres in eorundem studiorum communionem vocentur, licet in omnibus mulier viro longe sit infirmior. Ita prorsus. Quid igitur? Omnia-ne viris imperabimus, mulieri nihil? Cur enim? Ex fœminis utique, alias (ut postea dicemus) ad medicinam aptas reperies, alias minime: itemque alias ad Musicam a natura comparatas, alias ab eadem per se se abhorrentes. Enimvero. Alias præterea cum exercitationibus publicis, tum etiam bello gerendo idoneas, ineptas ad utrumque alias. Idem

ΑΡ' οὖν ἡμῖν τὰ πρόσθεν ὁμολογεῖται, περὶ τοῦ δεῖν πάντα ἄνδρα, καὶ παῖδα, ἐλεύθερον, καὶ δοῦλον, θῆλύ τε καὶ ἄῤῥενα, καὶ ὅλῃ τῇ πόλει ὅλην τὴν πόλιν αὐτὴν ἑαυτῇ ἐπᾴδουσαν μὴ παύεσθαί ποτε ταῦτα ἃ διεληλύθαμεν, ἀμωσγέπως ἀεὶ μεταβαλλόμενα, καὶ παντὸς παρεχόμενα ποικιλίαν, ὥστ' ἀπληστίαν εἶναί τινα τῶν ὕμνων τοῖς ᾄδουσι καὶ ἡδονήν. πῶς δ' οὐκ ἂν ὁμολογοῖτ' ἂν δεῖν ταῦτα οὕτω πράττεσθαι; Pl. 37. C Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῆς Πολιτείας ὅμοια τούτοις γράφει, τάδε λέγων, Οἶσθά τι οὖν ὑπ' ἀνθρώπων μελετώμενον, ἐν ᾧ οὐ πάντα ταῦτα τὸ τῶν ἀνδρῶν γένος διαφερόντως ἔχει, ἢ τὸ τῶν γυναικῶν; ἢ μακρολογῶμεν, τήν τε ὑφαντικὴν λέγοντες, καὶ τὴν τῶν ποπάνων τε καὶ ἑψημάτων θεραπείαν, ἐν οἷς δή τι δοκεῖ τὸ γυναικεῖον γένος εἶναι· οὗ καὶ καταγελαστότατόν ἐστι πάμπολυ ἡττώμενον. ἀληθῆ ἔφη, λέγεις, ὅτι καὶ πολὺ κρατεῖται ἐν ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τὸ γένος τοῦ γένους· γυναῖκες D μέντοι πολλαὶ πολλῶν ἀνδρῶν βελτίους εἰς πολλά· τὸ δὲ ὅλον ἔχει, ὡς σὺ λέγεις. οὐδὲν ἄρα ἐστὶν, ὦ φίλε, ἐπιτήδευμα τῶν πόλιν διοικούντων, γυναικὸς, διότι γυνή, οὐδ' αὖ ἀνδρὸς, διότι ἀνήρ· ἀλλ' ὁμοίως διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζώοιν· καὶ πάντων μὲν μετέχει γυνὴ ἐπιτηδευμάτων κατὰ φύσιν, πάντων δὲ ἀνήρ. ἐπὶ πᾶσι δὲ ἀσθενέστερον γυνὴ ἀνδρός. πάνυ γε. ἦ οὖν ἀνδράσι πάντα προστάξομεν, γυναικὶ δὲ οὐδέν; Καὶ πῶς; ἀλλ' ἔστι γὰρ, οἶμαι, ὡς φήσομεν, καὶ γυνὴ ἰατρικὴ, ἡ δ' οὔ. καὶ μουσικὴ, ἡ δ' ἄμουσος φύσει. Τί μήν. Καὶ γυμναστικὴ δ' ἄρα οὐδὲ πολεμικὴ, ἡ δὲ ἀπόλεμος, καὶ οὐ φιλογυμναστική; οἶμαι

ἔγωγε. Τί δὲ, φιλόσοφός τε καὶ μισόσοφος. καὶ θυμοειδής, ἡ δὲ ἄθυμός ἐστι; καὶ ταῦτα. ἔστιν ἄρα καὶ φυλακικὴ γυνή, ἡ δ' οὔ, ἢ οὐ τοιαύτην καὶ τῶν ἀνδρῶν τῶν φυλακικῶν φύσιν ἐξελεξάμεθα; τοιαύτην μὲν οὖν. Καὶ γυναικὸς ἄρα καὶ ἀνδρὸς ἡ αὐτὴ φύσις, εἰς φυλακὴν πόλεως, πλὴν ὅσα ἀσθενεστέρα, ἡ δὲ ἰσχυροτέρα ἐστί. Φαίνεται. Καὶ γυναῖκες ἄρα αἱ τοιαῦται τοῖς τοιούτοις ἀνδράσιν ἐκλεκτέαι συνοικεῖν τε καὶ ξυμφυλάττειν, ἐπείπερ εἰσὶν ἱκαναὶ καὶ ξυγγενεῖς αὐτοῖς τὴν φύσιν. Εἰκότως ἄρα καὶ ὁ παρ' ἡμῖν λόγος ὑποδέχεται πᾶν γένος οὐ μόνον ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν, οὐδ' ἐλευθέρων καὶ δούλων μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρων καὶ Ἑλλήνων, εἰς τὴν κατὰ Θεὸν παιδείαν τε καὶ φιλοσοφίαν.

Amihi videtur. Quid porro sapientiæ, non eam similiter aliæ studio, aliæ odio prosequuntur? non aliæ rursus ferociores habent spiritus, aliæ humiliores? Et hoc tibi assentior. Nonnullæ sunt etiam ad custodiendum aptæ, aliæ non item. Nunqvid enim ejusmodi aliqvam virorum idoneam custodiæ naturam secrevimus? Sane secrevimus. Eadem ergo tam viri qvam mulieris ad Reipublicæ custodiam natura est; nisi qvod infirmior hujus est, illius robustior. Eadem. Erunt igitur cum ejusmodi viris, aliquot etiam id genus mulieres seligendæ, ut cum iis civitatem incolant pariter, pariterque custodiant, cum & hoc ad muneris genus idoneæ sint, & cum viris naturæ cognationem habeant. Ita Plato. Jure igitur ac merito leges quoqve nostræ, genus omne tam mulierum quam virorum, tam servorum quam liberorum, tam barbarorum quam Græcorum, in divinæ doctrinæ ac Philosophiæ communionem admittit.

λγ.

ΟΤΙ ΜΗ ΧΡΗ ΕΚ ΤΩΝ οὐ κατὰ λόγον παρ' ἡμῖν βιούντων, τὸ πᾶν ἔθνος διαβάλλειν.

ΣΚΕΨΩΜΕΘΑ δέ πῃ τῇδε. Φέρε, εἴ τις αἰγῶν τροφὴν καὶ τὸ ζῶον, καὶ αὖ τὸ κτῆμα, ὡς ἔστι καλὸν ἐπαινοῖ, ἄλλος δέ τις ἑωρακὼς αἶγας χωρὶς νεμομένας αἰπόλου, ἐν ἐργασίμοις χωρίοις δρώσας κακά, διαψέγοι καὶ πᾶν θρέμμα ἄναρχον, ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ἰδών, οὕτω μέμφοιτο, τὸν τοῦ τοιούτου λόγον ἡγούμεθα ὑγιὲς ἄν ποτε ψέξαι καὶ ὁτιοῦν; καὶ πῶς; καὶ μετ' ὀλίγα, τί δ' ἐπαινέτην ἢ ψέκτην κοινωνίας ἧστινοσοῦν, ἧς πέφυκέ τε εἶναι ἄρχων, μετ' ἐκείνου τε ὠφέλιμός ἐστιν· ὁ δὲ μήτε ἑωρακὼς εἴη ποτὲ ὀρθῶς αὐτὴν ἑαυτῇ κοινωνοῦσαν μετ' ἄρχοντος, ἀεὶ δὲ ἄναρχον, ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ξυνοῦσαν; οἰόμεθα δή ποτε τοὺς τοιούτους θεωροὺς τῶν τοιούτων κοινωνιῶν, χρηστῶς τι ψέγειν ἢ ἐπαινέσεσθαι; πῶς δ' οὔ; Οὐδὴ χρὴ οὐ παρ' ἡμῖν εἴ τινες φαίνοιντο δίχα στρατηγοῦ καὶ ἄρχοντες, ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων δρῶντες κακά, ψέγειν τὸ πᾶν ἡμῶν διδασκαλεῖον· μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῶν ὀρθῶς μετιόντων, τὸ θεοπρεπὲς πολίτευμα θαυμάζειν.

XXXIII.

EORUM CAUSA, QVI minus apud nos, ex rationis præscripto vivunt, genus universum traducendum non esse.

ATQVE hoc in genere, ita philosophemur, inquit Plato. Age, Si qvis capras alere, adeoque pecoris hoc & possessionis genus, tanqvam fructuosum laudaret: alius contra, qvod forte capras alicubi dum sine Caprario pascerent, cultis quibusdam agris damnum inferre vidisset, improbaret: semelque gregem universum aut sine pastore, aut cum malis pastoribus intuitus, continuo rem totam vellicaret; eum ne propterea sano maturoque judicio qvodlibet aliud pecoris genus repudiaturum arbitramur? Cur autem? Et paucis interjectis. Qvid porro societatis cujuscunque seu laudatorem, seu vituperatorem, qvæ cum per se Moderatori parere debeat, tum etiam cum eo conjuncta plurimum affert utilitatis? Si nunquam illam viderit, secum ipsam & cum suo Moderatore versari, sed potius aut semper omni Magistratu carere, aut cum improbis tantum Magistratibus consuescere? an istos, amabo, societatum ejusmodi spectatores, recte quicqvam aut vituperare posse, aut laudare putabimus? Nam qui? Hæc ille. Verum ergo similiter non fuerit, si qvos fortasse apud nos, aut sine Moderatore ac Principe, aut cum pravis Magistratibus, se perperam gerere constiterit, illico totum hoc scholarum nostrarum genus reprehendere: sed potius ex eorum qvi recte in iis probeqve versentur, moribus, religiosum ac pium Reipublicæ institutum admirari.

XXXIV.

QVEMADMODUM PLATO qvædam ex Proverbiis oracula, Græca dictione purius & elegantius expresserit.

Cap. XXIII.

IN Salomonis Proverbiis ita breviter legitur, *Memoria justorum cum laudibus, nomen vero impiorum extinguitur.* Itemqve, *Ne beatum dixeris virum, ante mortem ejus.* Audi vero qvemadmodum loci utriusqve sententiam Plato Legum septimo reddiderit: E civibus, inqvit ille, qvi finem vivendi fecerint, eos, si modo corpore vel animo præclare ac strenue se gesserint, legibusqve paruerint, laudibus celebrari verum fuerit. Quidni ante? At dum adhuc vivunt, hoc eos laudationum & cantuum genere prosegqvi, minùs securum, omninoqve priusqvam decurso qvis toto vitæ spatio, laudabili eam exitu terminarit. Atqve hæc omnia nobis ex æqvo tam mulieribus qvam fœminis, qvi modo eximia probitate fuerimus, communia sunto.

λδ.

ΟΠΩΣ ΜΕΤΕΒΑΛΕΝ Ο ΠΛΑτων ἐπὶ τὸ Ἑλληνικώτερον, τὰ ἐν Παροιμίαις λόγια.

ΕΝ ταῖς Παροιμίαις Σολομῶνος συντόμως φερομένου τοῦ, Μνήμη δικαίων μετ᾽ ἐγκωμίων, ὄνομα δὲ ἀσεβῶν σβέννυται. καὶ πάλιν εἰρημένου τοῦ, Μὴ μακαρίσῃς ἄνδρα πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ. Ἐπάκουσον ὅπως τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύει λέγων ὁ Πλάτων ἐν τῷ ἑβδόμῳ τῶν Νόμων· Τῶν πολιτῶν ὁπόσοι τέλος ἔχοιεν τοῦ βίου, κατὰ σώματα, ἢ κατὰ ψυχὰς ἐξειργασμένοι ἔργα καλὰ καὶ ἐπίπονα, καὶ τοῖς νόμοις εὐπειθεῖς γεγονότες, ἐγκωμίων αὐτοὺς τυγχάνειν πρέπον ἂν εἴη. πῶς δ᾽ οὔ; τούς γε μὴν ἔτι ζῶντας ἐγκωμίοις τε καὶ ὕμνοις τιμᾶν οὐκ ἀσφαλὲς, πρὶν ἂν ἅπαντά τις τὸν βίον διαδραμὼν, τέλος ἐπιστήσηται καλόν. ταῦτα δὲ πάντα ἡμῖν ἔστω κοινὰ, ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν, ἀγαθοῖς καὶ ἀγαθαῖς διαφανῶς γενομέναις.

XXXV.

DE OPIBUS & inopia.

SALOMONIS in Proverbiis hæc precatio est, *Divitias & paupertatem ne dederis mihi.* Plato autem Reipublicæ tertio, Ergo alia qvædam, inqvit, ni fallor, reperimus, qvæ ne in civitatem furtim unqvam & occulte subeant, ab ejus Moderatoribus omni provisione cavendum erit. Qvænam illa? Opes, inqvam, & inopia: qvod illæ qvidem luxum, ignaviam, rerumqve novarum molitionem invehant, hæc vero præter factiones illiberalitatem simul atqve malitiam. Malitiæ autem nomine indignum omne facinus continetur.

λε.

ΠΕΡΙ ΠΛΟΥΤΟΥ ΚΑΙ πενίας.

ΠΛΟΥΤΟΝ δὲ καὶ πενίαν μή μοι δῷς, τοῦ Σολομῶντος φήσαντος ἐν Παροιμίαις· ὁ Πλάτων ἐν γ᾽. Πολιτείας φησὶν, Ἕτερα δὲ, ὡς ἔοικε, τοῖς φύλαξιν εὑρήκαμεν, ἃ παντὶ τρόπῳ φυλακτέον, ὅπως μήποτε αὐτοὺς λήσῃ εἰς τὴν πόλιν παραδύντα. τὰ ποῖα ταῦτα; πλοῦτός τε, ἦν δ᾽ ἐγὼ, καὶ πενία· ὡς τοῦ μὲν τρυφὴν, καὶ ἀργίαν, καὶ νεωτερισμὸν ἐμποιοῦντος. τῆς δ᾽ ἀνελευθερίαν, καὶ κακοεργίαν πρὸς τῷ νεωτερισμῷ. κακοεργία δέ ἐστι πᾶσα πρᾶξις ἄτιμος.

XXXVI.

DE PARENTUM HONORE & observantia.

MOSIS hoc in suis Legibus præceptum est: *Qvilibet Patrem suum & Matrem timeat.* Itemqve, *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut bene tibi sit.* Hoc metus honorisqve genus Plato similiter in Legibus ita sanxit. Qvicunqve mentis compos fuerit, inqvit, is Parentum suorum preces ac vota me-

λϛ.

ΠΕΡΙ ΓΟΝΕΩΝ τιμῆς.

ΠΑΛΙΝ Μωσέως ἐν τοῖς Νόμοις φάντος, Ἕκαστος πατέρα αὐτοῦ καὶ μητέρα φοβείσθω. καὶ, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι ᾖ· καὶ ὁ Πλάτων ὁμοίως Μωσῇ τιμᾶν καὶ φοβεῖσθαι ὧδέ πως φησὶν ἐν τοῖς Νόμοις, πᾶς δὲ νοῦν ἔχων φο-

ζέσθαι καὶ τιμᾷ γενέων ἀρχὰς, εἰδὼς πολλοῖς καὶ πολλάκις ἐπιτελεῖς γινομένας. καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ φησὶ, πᾶς ἡμῖν αἰδείσθω τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον ἔργῳ τε καὶ λόγῳ. τὸν δὲ προέχοντα εἴκοσιν ἡλικίας ἔτεσιν ἄρρενα ἢ θῆλυν, νομίζων ὡς πατέρα ἢ μητέρα διευλαβείσθω.

Atuet, plurimiqve faciet, qvod in multis & sæpius commissa illa & convicta esse noverit. Rursusqve alio libro. Nemo non apud nos eum a qvo ætate superabitur, tam opere qvam verbis observato. Qvi autem se annis viginti antecedet, seu vir ille, seu fœmina fuerit, hunc in Patris aut Matris loco habens, venerator.

λϛ.

ΠΕΡΙ ΚΤΗΣΕΩΣ οἰκετῶν.

ΜΩΣΕΩΣ ἐν τοῖς Νόμοις ἀπαγορεύσαντος, Ἑβραίοις Ἑβραίους δουλεύειν, καὶ φήσαντος, Ἐὰν κτήσῃ παῖδα Ἑβραῖον, ἓξ ἔτη δουλεύσει σοί· τῷ δὲ ἑβδόμῳ ἔτει ἐξαποστελεῖς αὐτὸν ἐλεύθερον. καὶ ὁ Πλάτων ὁμοίως ἐν πολιτείᾳ φησὶ, μηδὲ Ἕλληνα ἄρα δοῦλον κεκτῆσθαι, μήτε αὐτοὺς τοῖς τε ἄλλοις Ἕλλησιν οὕτω ξυμβουλεύειν. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. μᾶλλον μὲν οὖν οὕτω πρὸς Βαρβάρους τρέποιντο, ἑαυτῶν δὲ ἀπέχοιντο.

XXXVII.

DE POSSESSIONE servorum.

B VETUIT Moses in Legibus, ne Hebræis Hebræi serviant, addiditqve, *Si emeris servum Hebræum, sex annos serviet tibi: septimo autem anno dimittes eum liberum.* Qvibus gemina Plato in Republica præcipiens, Græcum, inqvit, servum Græcus nemo possideat, idqve cum cives nostri diligenter observent, tum aliis qvoqve Græcis idem ut faciant auctores sint. Prorsus, inqvit. Sic enimvero futurum est, ut multo libentius, dum sibi mutuo parcent, in Barbaros arma convertant. Cap. XXIV. Trap.

C

λη.

ΩΣ ΜΕΤΕΒΑΛΕ ΤΟ, ΜΗ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου.

ΜΗ κινείτω γῆς ὅρια μηδεὶς, μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος, μήτε ὁμοτέρμονος ἐν ἐσχατιαῖς κεκτημένου ἄλλῳ ξένῳ γειτονῶν, νομίσας τὸ τὰ ἀκίνητα κινεῖν ἀληθῶς τοῦτ᾽ εἶναι. καὶ ἑξῆς φησὶν, ὃς δ᾽ ἂν ἐπεργάζηται τὰ τοῦ γείτονος, ὑπερβαίνων τοὺς ὅρους, τὸ μὲν βλάβος ἀποτινέτω· τῆς δὲ ἀναιδείας ἅμα καὶ ἀνελευθερίας ἕνεκα ἰατρευόμενος, διπλάσιον τοῦ βλάβους ἄλλο ἐκτισάτω τῷ βλαφθέντι.

XXXVIII.

QVOMODO ILLUD MOsis expresserit, Terminos æternos ne transferas qvos posuerunt Patres tui.

NEMO, inqvit, agri fines moveto, neqve civis ullius sui qvem vicinum habuerit, neqve alterius cujuscunqve finitimi etiam extranei, qvi fundum sub extremos agri sui limites possideat; ratus vere id esse, D immota, qvod ajunt, loco movere. Tum addit, Si qvis fixos limites transiliens vicini agrum cum suo coluerit, non modo justum ei damnum sarcito, verum etiam ut hominis impudentiæ & illiberalitati medicina fiat, illati detrimenti duplum alterum ei qvem læserit, repræsentato.

λθ.

ΟΜΟΙΟΝ ΤΟ, ΑΠΟΔΙΔΟΥΣ ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεὰν τοῖς μισοῦσί με.

ΕΝΙ δὲ λόγῳ, πατρὸς ὀνείδη καὶ τιμωρίας παίδων μηδενὶ συνέπεσθαι, πλὴν ἐὰν

XXXIX.

LOCUS PLATONIS HUIC similis, reddens peccata patrum in filios, in tertiam & qvartam generationem, iis qvi oderunt me.

REM ut verbo complectar, inqvit, nec parentis probra, nec pœnæ liberorum qvemqvam alium conseqvantor, nisi Cap. XI Trap.

si qvando pater, & avus, & avi pater continenti serie pœnas luere debeant.

Ἄτις τινὶ πατὴρ, καὶ πάππος, καὶ πάππου πατὴρ ἐφεξῆς ὄφλωσι δίκην.

XL. DE FURIBUS.

MOSIS lex est: *Si quis furatus fuerit vitulum aut ovem, si jugulaverit, aut vendiderit, quinque vitulos reddet pro vitulo, & quatuor oves pro ove. Quod si deprehensum fuerit & repertum in manu ejus furtum, a vitulo & asino usque ad ovem, viventia dupla restituet.* Audi jam, qvemadmodum Plato similia statuat, Si fur, inqvit, rem quamlibet seu magnam seu parvam furabitur, lex in omnes una, una judicio pœna statuatur: Primum, qvod furto sublatum erit, uti duplum ejus repræsentet, qvisquis furti damnatus erit, si modo supra sortem solvere per reliquarum facultatum copiam poterit: sin autem; in vinculis sit, donec aut solverit, aut ab eo a qvo furti damnatus est, veniam impetrarit.

μ. ΠΕΡΙ ΚΛΕΠΤΩΝ.

ΜΩΣΕΩΣ νόμου φάντος, Ἐὰν κλέψῃ τις μόσχον, ἢ πρόβατον, καὶ σφάξῃ αὐτὸ, ἢ ἀποδῶται, πέντε μόσχους ἀποτίσει ἀντὶ τοῦ μόσχου, καὶ τέσσαρα πρόβατα ἀντὶ προβάτου. ἐὰν δὲ καταληφθῇ καὶ εὑρεθῇ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ κλέμμα, ἀπὸ μόσχου καὶ ὄνου ἕως προβάτου ζῶντα διπλᾶ ἀποτίσει. Ἐπάκουσον ὡς καὶ ὁ Πλάτων τούτοις ἕπεται λέγων, Κλέπτης δὲ ἐάν τε μέγα, ἐάν τε μικρὸν κλέπτῃ τις, εἷς αὐ νόμος ἐπικείσθω, καὶ μία δίκης τιμωρία σύμπασι. τὸ μὲν γὰρ δὴ κλαπὲν, χρεὼν διπλάσιον πρῶτον ἐκτίνειν, ἐὰν ὄφλῃ τις τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχῃ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἀποτίνειν ὑπὲρ τοῦ κλήρου. ἐὰν δὲ μὴ, δεδέσθαι ἕως ἂν ἐκτίσῃ, τὸν καταδικαζόμενον.

XLI. DE FURE INTERFECTO.

PRÆTEREA, cum ita statuisset Moses, *Si fur parietem effodiens deprehensus, & plagis acceptis mortuus fuerit, cædes alteri non imputabitur.* Plato deinde affinia sanciens, Qvi nocturnum furem inqvit in ædes furandi animo subeuntem interfecerit, innocens esto. Similiter qvi grassatorem, dum vim vi repellit, occiderit, innocens esto.

μα. ΠΕΡΙ ΚΛΕΠΤΟΥ ΑΝΑΙΡΟΥΜΕΝΟΥ.

ΠΑΛΙΝ Μωσέως φάντος, Ἐὰν δὲ ἐν τῷ διορύγματι εὑρεθῇ ὁ κλέπτης, καὶ πληγεὶς ἀποθάνῃ, οὐκ ἔστιν αὐτῷ φόνος. Συνᾴδει κἀν τούτῳ λέγων ὁ Πλάτων, Νύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν ἰόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τις, ἔστω καθαρός· καὶ ἐὰν λωποδύτην ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, καθαρὸς ἔστω.

XLII. DE JUMENTO.

SI jumentum, inqvit Plato, aut aliud animantis genus qvempiam interfecerit, nisi tamen ab aliqvo ex iis, qvæ ad publicos solennesq; ludos adhibentur, in ipso certaminis æstu id fieret, cædis reum ab interfecti propinqvis peragatur. Qva de causa cognoscant agrorum Curatores ii, qvibus a propinqvo mandatum negotium erit. Ii vero damnatum jumentum, ubi morte mulctaverint, ex illius regionis finibus ejiciant. Hæc Plato. Ante qvem Moses ita jam hoc in genere statuerat, *Si taurus virum aut*

μβ. ΠΕΡΙ ΥΠΟΖΥΓΙΟΥ.

ἘΑΝ δὲ ἄρα ὑποζύγιον, ἢ ζῶον ἄλλο τι φονεύσῃ τινὰ, πλὴν τῶν ὅσα ἐν ἀγῶνι τῶν δημοσίᾳ τιθεμένων ἀθλεύοντά τι τοιοῦτον δράσῃ, ἐπεξίτωσαν μὲν οἱ προσήκοντες τοῦ φόνου τῷ κτείναντι· διαδικαζόντων δὲ τῶν ἀγρονόμων, οἷσιν ἂν καὶ ὁπόσοις προστάξῃ ὁ προσήκων. τὸ δὲ ὄφλον ἔξω τῶν ὅρων τῆς χώρας ἀποκτείναντας διορίσαι. Ταῦτα ὁ Πλάτων. ὁ δὲ Μωσῆς προλαβών φησιν, Ἐὰν δὲ κερατίσῃ ταῦρος ἄνδρα ἢ γυναῖκα,

γυναῖκα, καὶ ἀποθάνῃ, λίθοις λιθοβοληθήσεται ὁ ταῦρος, καὶ οὐ βρωθήσεται τὰ κρέα αὐτοῦ· ὁ δὲ κύριος τοῦ ταύρου ἀθῷος ἔσται.

μγ.

velle, considerare, curare, opinari, seu vere, seu falso, lætari, dolere, audere, metuere, odisse, diligere, ac cæteris omnibus, qvi vel istorũ affines ac gemini sunt, vel primarii fontesq; reliquorum, assumptis una posterioribus corporum motibus, in omnibus deinde accretionem, aut diminutionem, raritatem, aut densitatem, quæque hos comitantur, calores, frigora, gravitates, levitates, durum & molle, album & nigrum, acerbum, dulce, amarum efficiunt, cæteraque prorsus omnia, qvibus Animus dum utitur, si Intellectum, Deus ipse, Deum assumat, cuncta recte ac feliciter moderatur. sin autem cum amentia conjungatur, contraria efficit omnia. Damusne ista hunc in modum se habere, an adhuc num qvid aliud statuamus, incerti sumus? Minime vero. Utrum igitur Animi genus, Cœli ac Terrarum, imo totius orbis principatum tenere volumus? illudne qvod prudentia & virtute præditum est, an qvod utraqve caret? Num ad hæc ita responderi placet? Quomodo? Ita videlicet. Si universa Cœli via atqve conversio, eorumqve simul omnium qvæ Cœlo continetur, Intellectus motui, conversioni, & cogitationibus natura similis est, & affinem ei cursum instituit; sequitur omnino, ut optimum illum Animum totius universi curam gerere, atque illud per hanc ipsam viam agere fateamur. Recte id qvidem. Sin autem furiose ac perturbate volvitur, ut hoc idem malo Animo tribuamus. Et istud quoque recte. Nunc vero cujus tandem naturæ Intellectus motum esse arbitramur? Huic sane qvæstioni, o amici, sapienter respondere difficile est. Qvare verum fuerit in præsentia, hanc me vobis respondendi curam suscipere. Probe loqueris. Caveamus igitur, ne adverso quasi vultu in Solem intuentes, ipsæqve meridie noctem inducentes, perinde respondeamus, ut si mortalibus oculis Intellectus ipse pervideri aliqvando posset, penitusque cognosci. Securius itaque fuerit, illum ipsum defixo in ejus imaginem obtutu contemplari. Qvomodo hoc intelligis? Cujus ex decem illis motibus similior intellectus fuerit, ejus ut imaginem deligamus; qvam ubi vobis in memoriam revocaro, tum responsionem omnium causa subjiciam. Optime loqveris. Principio, illud saltem meminimus constitutum a nobis fuisse, ex omni rerum multitudine moveri alias, alias qviescere. Meminimus.

A σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν, ὀρθῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαῤῥοῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν, καὶ πάσαις ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις, τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων, ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν καὶ φθίσιν, καὶ διάκρισιν, καὶ σύγκρισιν, καὶ τούτοις ἑπομένας θερμότητας, ψύξεις, βαρύτητας, κουφότητας, σκληρὸν καὶ μαλακὸν, λευκὸν καὶ μέλαν, αὐστηρὸν B καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ πᾶσιν οἷς ψυχὴ χρωμένη, Νοῦν μὲν προσλαμβάνουσα, ἀεὶ Θεὸν, Θεὸς οὖσα, ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα· ἀνοίᾳ δὲ ξυγγενομένη, πάντα αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεργάζεται. Τιθῶμεν ταῦτα οὕτως ἔχειν; ἢ ἔτι διστάζομεν, εἰ ἑτέρως πως ἔχει; Οὐδαμῶς. Πότερον οὖν δὴ ψυχῆς τὸ γένος ἐγκρατὲς Οὐρανοῦ, καὶ Γῆς, καὶ πάσης τῆς περιόδου γεγονέναι φῶμεν; τὸ φρόνιμον, καὶ ἀρετῆς πλῆρες, ἢ τὸ C μηδ᾽ ἕτερα κεκτημένον; βούλεσθε οὖν πρὸς ταῦτα ὧδε ἀποκρινώμεθα; Πῶς; Εἰ μὲν, ὦ θαυμάσιε, (φῶμεν,) ἡ ξύμπασα Οὐρανοῦ ὁδὸς ἅμα καὶ φορὰ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ὄντων ἁπάντων, Νοῦ κινήσει καὶ περιφορᾷ, καὶ λογισμοῖς ὁμοίαν φύσιν ἔχει, καὶ ξυγγενῶς ἔρχεται, δῆλον ὡς τὴν ἀρίστην ψυχὴν φατέον ἐπιμελεῖσθαι τοῦ κόσμου παντὸς, καὶ ἄγειν αὐτὸν τὴν τοιαύτην ὁδὸν ἐκείνην. Ὀρθῶς. Εἰ δὲ μανικῶς τε, καὶ ἀτάκτως ἔρχεται, τὴν κακήν. Καὶ ταῦτα ὀρθῶς. Τίνα οὖν δὴ Νοῦ D κίνησις φύσιν ἔχει; τοῦτο ἤδη χαλεπὸν, ὦ φίλοι, ἐρώτημα ἀποκρινόμενον εἰπεῖν ἐμφρόνως. διὸ δὴ καὶ ἐμὲ τῆς ἀποκρίσεως ὑμῖν δίκαιον τανῦν προσλαμβάνειν. Εὖ λέγεις. Μὴ τοίνυν ἐξεναντίας, οἷον εἰς Ἥλιον ἀποβλέποντες, νύκτα ἐν μεσημβρίᾳ ἐπαγόμενοι, ποιησώμεθα τὴν ἀπόκρισιν, ὡς Νοῦν ποτε θνητοῖς ὄμμασιν ὀψόμενοί τε, καὶ γνωσόμενοι ἱκανῶς. πρὸς δὲ εἰκόνα τοῦ ἐρωτωμένου βλέποντας, ἀσφαλέστερον ὁρᾶν. Πῶς λέγεις; Ἧ προσέοικε κινήσει Νοῦς τῶν δέκα ἐκείνων κινήσεων, τὴν εἰκόνα λάβωμεν, ἣν συναναμνησθεὶς ὑμῖν ἐγὼ κοινῇ τὴν ἀπόκρισιν ποιήσομαι. Κάλλιστα ἂν λέγοις. Μεμνήμεθα τοίνυν τό γε τοσοῦτον τῶν τότε ἔτι, ὅτι τῶν ἁπάντων τὰ μὲν κινεῖσθαι, τὰ δὲ μένειν ἔθεμεν. Ναί.

Fic. & [illegible]

Τῶν δ' αὖ κινουμένων, τὰ μὲν ἐν ἑνὶ τόπῳ κινεῖσθαι, τὰ δ' ἐν πλείοσι φερόμενα. Ἔστι ταῦτα. Ταύταιν δὴ ταῖν κινήσεοιν, τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην ἀεὶ, περί γέ τι μέσον ἀνάγκη κινεῖσθαι, τῶν ἐντόρνων οὖσαν μίμημά τι κύκλων, εἶναί τε αὐτὴν τῇ τοῦ νοῦ περιόδῳ πάντως, ὡς δυνατὸν, οἰκειοτάτην τε καὶ ὁμοίαν. Πῶς λέγεις; Τὸ κατὰ ταὐτὰ δή που, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ, καὶ πρὸς τὰ αὐτὰ, καὶ ἕνα λόγον, καὶ τάξιν μίαν, ἄμφω κινεῖσθαι λέγοντες, Νοῦν, τήν τε ἐν ἑνὶ φερομένην κίνησιν, σφαίρας ἐντόρνου ἀπεικασμένα φοραῖς, οὐκ ἄν ποτε φανεῖμεν φαῦλοι δημιουργοὶ λόγῳ καλῶν εἰκόνων. Ὀρθότατα λέγεις. Οὐκοῦν αὖ ἥ γε, ἡ μηδέποτε ὡσαύτως, μηδὲ κατὰ τὰ αὐτὰ, μηδ' ἐν ταὐτῷ, μηδὲ περὶ ταὐτὰ, μηδὲ πρὸς τὰ αὐτὰ, μηδ' ἐν ἑνὶ φερομένη, μηδ' ἐν κόσμῳ, μηδ' ἐν τάξει, μηδ' ἔν τινι λόγῳ κίνησις, ἀνοίας ἂν αὖ πάσης εἴη ξυγγενής. Εἴη γὰρ ἂν ἀληθέστατα. Τανῦν δὴ χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι διαρρήδην εἰπεῖν, ὡς ἐπειδὴ ψυχὴ μέν ἐστιν ἡ περιάγουσα ἡμῖν πάντα, τὴν δὲ Οὐρανοῦ περιφορὰν ἐξ ἀνάγκης περιάγειν φατέον ἐπιμελουμένην καὶ κοσμοῦσαν, ἤτοι τὴν ἀρίστην ψυχὴν, ἢ τὴν ἐναντίαν. Ὦ ξένε, ἀλλ' ἔκ γε τῶν νῦν εἰρημένων, οὐδ' ὅσιον ἄλλως ἔχειν, ἢ πᾶσαν ἀρετὴν ἔχουσαν ψυχὴν μίαν, ἢ πλείους περιάγειν αὐτά. Κάλλιστα, ὦ Κλεινία, ὑπήκουσας τοῖς λόγοις. Τόδε δὲ προσεπάκουσον ἔτι. Τὸ ποῖον; Ἥλιον, καὶ Σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, εἴπερ ψυχὴ περιάγει πάντα, ἆρ' οὐ καὶ ἓν ἕκαστον; Τί μήν; Περὶ ἑνὸς δὴ ποιησώμεθα λόγους, οἳ καὶ ἐπὶ πάντα ἁρμόττοντες ἡμῖν τὰ ἄστρα φανοῦνται. Τίνος; Ἡλίου πᾶς ἄνθρωπος σῶμα μὲν ὁρᾷ, ψυχὴν δὲ οὐδείς· οὐδὲ γὰρ ἄλλου σώματος οὐδενὸς, οὔτε ζῶντος, οὔτε ἀποθανόντος, τῶν ζώων οὐδενός. Ἀλλὰ ἐλπὶς πολλὴ, τὸ παράπαν τὸ γένος ἡμῖν τοῦτο ἀναίσθητον πάσαις ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσι περιπεφυκέναι, νοητὸν δὲ μόνον. Νῷ δὴ καὶ νοήματι λάβωμεν αὐτοῦ πέρι τὸ τοιόνδε. Ποῖον; Ἥλιον εἰ περιάγει ψυχὴ, τριῶν αὐτὴν ἓν λέγοντες δρᾷν, σχεδὸν οὐκ ἀποτευξόμεθα. Τίνων; Ὡς ἢ ἐνοῦσα ἐν-

pag. 261.

Deinde ex iis quæ moventur, alia uno in loco, in pluribus alia moveri. Sic est. His igitur ex motibus, eum qui uno semper in loco versetur, circa medium aliquod, uti circulos torno factos, videmus agitari, atque ad intellectus conversionem imitatione ac similitudine, quam proxime fieri potest, accedere necesse est. Clarius istud, quæso. Nempe, si utrumque, Intellectum, inqvam, & motum illum, qui uno semper in loco versatur, quo modo sphæram aliquam volvi solitam videmus, una semper eademqve ratione, in eodem, circa eadem, atque ad eadem, unoqve ordine converti dixerimus; nemini, opinor, præclaras imagines ratiocinando perperam fingere merito videamur. Optime id quidem. Ergo alter ille motus, qui nunqvam similiter, nec secundum eadem, nec in eodem, nec circa eadem, nec ad eadem, nec uno in loco, nec apto quodam & eleganti ordine, nec certa ratione versatur, summa cum amentia conjunctus haberi debet. Et hoc quoque verissimum. Jam ergo palam profiteri liceat, quandoquidem Animus is est, qui versat omnia, ipsam quoque Cœli conversionem Animi alicujus, seu boni, seu contrarii arbitrio ac moderatione gubernari. Enimvero, mi hospes, ex iis quæ jam jam dicta sunt, aliud quicquam statuere nefas sit, quam sive unum aliquem Animum, sive plures omni virtutis genere præstantes, corporum illorum conversioni præesse. Egregie, mi Clinia, disputationis hujus vim cepisti. Sed tamen audi sis illud quoque. Quidnam? Solem, Lunam, Astraque cætera; si Animus universa circumagit, numquid etiam singula? Quidni enim? De uno igitur ea dicamus, quæ in reliquam Siderum multitudinem convenire possint. Quo de autem? Solis corpus nemo non videt, Animum videt nemo. Quid mirum? Ne ullius quidem alterius Animantium corporis, seu viventis adhuc, seu jam mortui. Sed nimirum probabile admodum est, genus illud totum ejusmodi esse, quod omnes corporis sensus ita fugiat, ut tamen intelligentiæ vi capiatur. Mente igitur atque intelligentia, quod a nobis de illo additur, informemus. Quid illud? Solem si Animus circumagit, e tribus unum ab eo fieri si dixerimus, haud, opinor, aberrabimus. Quæ tu mihi tria? Nimirum, aut inclu-

» ſum rotundo illo, quod cernimus, corpore
» Animum, illud omnem in partem circum-
» ferre, uti quoquo verſum a noſtro ipſi Ani-
» mo circumferimur: aut eundem induto ſibi
» aliunde, vel igneo, vel aerio corpore, quod
» nonnulli malunt, corporis vi corpus impel-
» lere: aut poſtremo, ipſum illum, ut corpore
» omni per ſe ſe careat, aliis tamen eximiisqve
» viribus inſtructum, admirabili quodam mo-
» do Solem deducere. Sane: ab Animo, dum
» ex iis unum aliquid efficit, verſari omnia
» regique neceſſe eſt. Atqve hæc Philoſophus
» Legum decimo. Audi jam qvemadmodum
» in Philebo, ſententiam ille ſuam adſtruat.
» Sapientes, inquit, omnes, qui modo jure hoc
» nomine gloriantur, IntellectumCœli Terra-
» rumqve Regem eſſe conſentiunt. Ac forte
» quidem hoc recte. Nos vero ſi placet, fuſius
» rem totam uberiusqve tractemus. Tu vero,
» uti videbitur, o Socrates, nec ullam hoc in
» genere longitudinem vereare, cum nemini
» moleſtus ſis futurus. Præclare. Incipiamus
» igitur hunc in modum quærere. Quem ſo-
» des? Utrum, mi Protarche, res omnes, atqve
» hoc, uti vocamus, univerſum caſus & for-
» tunæ vi temere agi ſtatuimus; an contra,
» quemadmodum majores noſtri voluere,
» Mentis ac Sapientiæ cujusdam admirabilis
» conſilio gubernari? Abſit, o ſapientiſſime
» Socrates, uti prius illud a nobis dicatur,
» quod vel ore tenus proferri nefas eſſe dixe-
» rim. At vero Menti rerum univerſarum
» moderationem aſſignare, id equidem &
» Mundi hujus aſpectu, & Solis, Lunæ, alio-
» rumqve Siderum, adeoqve omni hac con-
» verſione dignum exiſtimo, nec aliter un-
» qvam hac de re aut loquar aut ſentiam. Vis
» enimvero, uti hac in rerum moderatione
» ſtatuenda, quod veteres uno conſenſu pro-
» feſſi ſunt, id noſtris ipſi verbis comprobe-
» mus, nec aliorum ſententiam citra pericu-
» lum afferre contenti, eandem quam ipſi
» aleam maledictionemque ſubeamus, cum
» argutus ac vehemens quispiam, non eo
» quo dicimus ordine, ſed perturbate ac te-
» mere ferri cuncta pugnabit. Quidni e-
» nim id velim? Age ergo, ac mihi conſe-
» qventiam hujus diſputationis attende. Per-
» ge tu modo. Quatuor illa, ex quibus a-
» nimantium omnium corporum natura
» conſiſtit, Ignem, Aquam, Spiritum, ac Ter-
» ram, num in ipſa eorum contretione
» utcunque agnoſcimus, quomodo videli-
» cet homines loqvuntur tempeſtate jacta-
» ti? Sane. Hoc enim in orationis genere, æ-
» ſtu quodam incertitudinis vere jactamur.

A τὸς τῷ περιφερεῖ τούτῳ φαινομένῳ σώματι, »
πάντη διακομίζει τὸ τοιοῦτον, καθάπερ ἡ- »
μᾶς ἡ παρ' ἡμῖν ψυχὴ πάντη περιφέρει· ἢ »
ποθὲν ἔξωθεν σῶμα αὐτῇ ποριζομένη πυ- »
ρὸς, ἤ τινος ἀέρος, ὡς λόγος ἐστί τινων, ὠθεῖ »
βίᾳ σώματι σῶμα· ἢ τρίτον, αὐτὴ ψιλὴ »
σώματος οὖσα, ἔχουσα δὲ δυνάμεις ἄλλας »
τινὰς ὑπερβαλλούσας, θαύματι ποδηγεῖ. »
Ναί. Τοῦτο μὲν ἀνάγκη, τούτων ἕν γέ τι δρῶ- »
σαν ψυχὴν πάντα διάγειν. Ταῦτα μὲν οὖν »
B ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων εἴρηται τῷ Φιλο- »
σόφῳ. Καὶ ἐν τῷ Φιλήβῳ δὲ ἐπάκουσον, ὅπως »
κατασκευάζει διάνοιαν. Πάντες γὰρ συμφω- »
νοῦσιν οἱ σοφοὶ, ὄντως ἑαυτοὺς σεμνύνοντες, »
ὡς Νοῦς ἐστι Βασιλεὺς ἡμῖν Οὐρανοῦ τε καὶ »
Γῆς. καὶ ἴσως εὖ λέγουσι· διὰ μακροτέρων »
δ', εἰ βούλει, τὴν σκέψιν αὐτοῦ τοῦ γένους ποιη- »
σώμεθα. Λέγε ὅπως βούλει, μηδὲν μῆκος »
ὑπολογιζόμενος ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, ὡς οὐκ »
ἀπεχθησόμενος. Καλῶς εἶπας. Ἀρξώμεθα »
δέ πως ὧδε ἐπανερωτῶντες. Πῶς; Πότερον, »
C ὦ Πρώταρχε, τὰ ξύμπαντα, καὶ τόδε τὸ κα- »
λούμενον ὅλον ἐπιτροπεύειν φῶμεν τὴν τοῦ »
ἀλόγου καὶ εἰκῇ δύναμιν, καὶ τὸ ὅπη ἔτυχεν; »
ἢ τἀναντία, καθάπερ οἱ πρόσθεν ἡμῶν ἔλε- »
γον, νοῦν καὶ φρόνησίν τινα θαυμαστὴν συν- »
τάττουσαν διακυβερνᾶν; Οὐδὲν τῶν αὐτῶν, ὦ »
θαυμάσιε Σώκρατες· ὃ μὲν γὰρ δὴ σὺ λέγεις, »
νῦν οὐδ' ὅσιον εἶναί μοι φαίνεται. τὸ δὲ νοῦν »
πάντα διακοσμεῖν αὐτὰ φάναι, καὶ τῆς ὄψεως »
τοῦ κόσμου, καὶ Ἡλίου, καὶ Σελήνης, καὶ Ἀστρων, »
καὶ πάσης τῆς περιφορᾶς ἄξιον, καὶ οὐκ ἄλ- »
λως ἔγωγ' ἄν ποτε περὶ αὐτῶν εἴποιμι, οὐδ' »
D ἂν δοξάσαιμι. Βούλει δῆτα καὶ ἡμεῖς τοῖς ἔμ- »
προσθεν ὁμολογουμένοις ξυμφήσωμεν, ὡς »
ταῦθ' οὕτως ἔχει; καὶ μὴ μόνον οἰώμεθα δεῖν »
τὰ ἀλλότρια ἄνευ κινδύνων λέγειν, ἀλλὰ καὶ »
συγκινδυνεύωμεν, καὶ μετέχωμεν τοῦ ψόγου, »
ὅταν ἀνὴρ δεινὸς φῇ ταῦτα μὴ οὕτως, ἀλλ' »
ἀτάκτως ἔχειν; Πῶς γὰρ οὐκ ἂν βουλοίμην; »
Ἴθι δή, τὸν ἐπιόντα περὶ τούτων νῦν ἡμῖν »
λόγον ἄθρει. Λέγε μόνον. Τὰ περὶ τὴν τῶν »
σωμάτων φύσιν ἁπάντων τῶν ζώων, Πῦρ, καὶ »
Ὕδωρ, καὶ Πνεῦμα καθορῶμέν που καὶ Γῆν, »
καθάπερ οἱ χειμαζόμενοί φασιν, ἐνόντα ἐν »
τῇ συστάσει; Καὶ μάλα. Χειμαζόμεθα γὰρ »
ὄντως ὑπ' ἀπορίας ἐν τοῖς νῦν λόγοις. »

A » Φέρε δὴ περὶ ἑκάστου τῶν παρ' ἡμῖν λαβὲ τὸ
» τοιόνδε. Ποῖον; Ὅτι σμικρόν τι τούτων ἑκά-
» στου παρ' ἡμῖν ἔνεστι, καὶ φαῦλον, καὶ οὐδαμῇ οὐ-
» δαμῶς εἰλικρινὲς ὂν, καὶ τὴν δύναμιν οὐκ ἀξί-
» αν τῆς φύσεως ἔχον. Ἐν ἑνὶ δὲ λαβὼν, περὶ
» πάντων νόει ταὐτόν· οἷον πῦρ ἔστι μέν που παρ'
» ἡμῖν, ἔστι δ' ἐν τῷ παντί. Τί μήν; Οὐκοῦν
» σμικρὸν μέν τι τὸ παρ' ἡμῖν, καὶ ἀσθενὲς, καὶ
» φαῦλον· τὸ δ' ἐν τῷ παντὶ, πλήθει τε θαυ-
pag. 169. » μαστὸν καὶ κάλλει, καὶ πάσῃ δυνάμει τῇ περὶ
» τὸ πῦρ οὔσῃ; Καὶ μάλα ἀληθὲς ὃ λέγεις. Τί
B » δέ; τρέφεται, καὶ γίνεται ἐκ τούτου, καὶ ἄρ-
» χεται τὸ τοῦ παντὸς πῦρ, ὑπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν
» πυρὸς, ἢ τοὐναντίον, ὑπ' ἐκείνου τό τε ἐμὸν,
» καὶ τὸ σὸν, καὶ τὸ τῶν ἄλλων ζώων, ἅπαντ'
» ἴσχει ταῦτα; Τοῦτο μὲν οὐδὲ ἀποκρίσεως ἄξιον
» ἐρωτᾷς. Ὀρθῶς. Ταὐτὰ γὰρ ἐρεῖς, οἶμαι, περί τε
» τῆς ἐν τοῖς ζώοις γῆς τῆς ἐνθάδε, καὶ τῆς ἐν τῷ
» παντὶ καὶ τῶν ἄλλων δὴ ὅσων ἠρώτησα ὀλί-
» γον ἔμπροσθεν, οὕτως ἀποκρινῇ. Τίς γὰρ ἀπο-
» κρινόμενος ἄλλως, ὑγιαίνων ἄν ποτε φανείη;
lo. rē. » Σχεδὸν οὐδ' ὁστισοῦν· ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο ἑξῆς
C » ἕπου. Πάντα γὰρ ταῦτα ἡμεῖς τὰ νῦν δὴ λε-
» χθέντα, ἆρ' οὐκ εἰς ἓν συγκείμενα ἰδόντες,
» ἐπωνομάσαμεν σῶμα; Τί μήν; Ταὐτὸν δὴ
» λάβε καὶ περὶ τοῦδε, ὃν κόσμον λέγομεν· διὰ
» τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον ἂν εἴη που σῶμα, σύνθε-
» τον ὂν ἐκ τῶν αὐτῶν. Ὀρθότατα λέγεις. Πότε-
» ρον οὖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος ὅλως, τὸ παρ'
» ἡμῖν σῶμα, ἢ ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν, τοῦτο τρέφε-
» ταί τε, καὶ ὅσα νῦν δὴ περὶ αὐτῶν εἴπομεν,
» εἴληφέ τε καὶ ἔχει; Καὶ τοῦθ' ἕτερον, ὦ Σώ-
D » κρατες, οὐκ ἄξιον ἐρωτήσεως. Τί δὲ τόδε;
» ἆρα ἄξιον ἐρωτήσεως; ἢ πῶς ἐρεῖς; Λέγε
» τὸ ποῖον; Τὸ παρ' ἡμῖν σῶμα, ἆρ' οὐ ψυχὴν
» φήσομεν ἔχειν; Δῆλον ὅτι φήσομεν. Πόθεν,
» ὦ φίλε Πρώταρχε, λαβὸν, εἴπερ μὴ τό γε τοῦ
» παντὸς σῶμα ἔμψυχον ὂν ἐτύγχανε, ταὐτά
» γε ἔχον τούτῳ, καὶ ἔτι πάντῃ καλλίονα; Δῆ-
» λον ὡς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ὦ Σώκρατες.
» Οὐ γάρ που δοκοῦμέν γε, ὦ Πρώταρχε, τὰ
» τέτταρα ἐκεῖνα, Πέρας, καὶ Ἄπειρον, καὶ
» Κοινὸν, καὶ τὸ τῆς αἰτίας γένος ἐν ἅπα-
» σι τέταρτον ἐνὸν, τοῦτ' ἐν μὲν τοῖς παρ' ἡμῖν,
» ψυχήν τε παρέχον, καὶ σωμασκίαν ἐμ-
» ποιοῦν, καὶ πταίσαντος σώματος ἰατρικὴν,
» καὶ ἐν ἄλλοις ἄλλα συντιθὲν καὶ ἀκούμενον, πᾶσαν καὶ παντοίαν σοφίαν ἐπικαλεῖσθαι·

A Age vero, ac de qvolibet eorum qvæ nobis »
insunt, ejusmodi aliqvid accipe. Qvid ob- »
secro? Exiguam aliqvam & despicabilem e »
singulis particulam inesse nobis, qvæ nec »
ullo modo pura sinceraqve sit, nec vim & »
facultatem habeat natura dignam. Qvod u- »
bi de uno aliqvo statueris, tum de universis »
idem intellige. Ignis, exempli caussa, ut- »
cunq; in nobis est; est etiam in Universo. U- »
tiqve. Cum igitur, qvi in nobis est, is & exi- »
guus admodum, & imbecillus, ac langvi- »
dus sit: tum vero qvi in Universo est, is co- »
B pia simul ac pulchritudine, cunctaqve adeo »
vi, qvæ ignis propria est, plane admirabilis. »
Verissime loqveris. Qvid vero? Utrum dein- »
ceps ignem illum Universi, ab eo qvi in nobis »
est, ali, duci, regiq; arbitraris; an potius ab »
illo tam meum, qvam tuum, ac cæterorum »
animantium ignem hæc omnia suscipere? »
Hoc vero ne responsione qvidem dignum »
existimo. Et merito sane. Nec aliter, opinor, »
cum de hac terra, qvæ animantibus inest, »
tum de illa qvæ in Universo, loqvare: ac de »
aliis omnibus, de qvibus paulo ante qvære- »
bam, idem omnino respondeas. Qvis enim, »
si modo sanus erit, aliud unqvam responde »
C cat? Opinor nemo. Sed pergamus ad cætera. »
Numqvid illa qvatuor, ubi conflata in unum »
coaluerint, corpus appellamus? Ita. Idem »
igitur, de eo qvem Mundum vocamus, in- »
tellige. Is enim eodem plane modo corpus »
haberi debet, cum ex iisdem conflatus sit. »
Rectissime loqveris. Utrum igitur ab uni- »
verso illo corpore nostrum hoc, an potius a »
nostro illud & alitur, & cætera quæ jam jam »
addidimus, accipit? Neque hoc alterum, o »
Socrates, responsione dignum est. Qvid ve- »
ro tertium hoc? responsione dignum erit, an »
D secus? Profer illud sis. Nostrum hoc cor- »
pus animo-ne præditum esse fatebimur? Fa- »
tebimur utiqve. Unde autem illum hauserit, »
mi Protarche, nisi universi corpus anima- »
tum fuerit, & iisdem omnino, quibus hoc »
nostrum, longeqve adeo præstantioribus »
instructum facultatibus? Liquet, o Socra- »
tes, unde potuerit, esse nihil. Enimvero, non »
arbitramur, o Protarche, quatuor illa, Ter- »
minum, Infinitum, Mixtum ex utroqve, »
tum vero qvartum illud, quod omnibus »
inest, causæ genus, qvod nostris & ani- »
mum infundat, & corporis vel exercendi, »
vel, si quoquomodo laboraverit, curandi »
facultatem tribuat, & in aliis componat »
alia, alia reparet; summæ cujusdam & »
absolutæ Sapientiæ nomine dignum esse: »

eadem cum & in toto Cœlo, & in majoribus illis partibus locum habeant, nec specie modo, sed etiam integritate præstent, illa tamen rerum pulcherrimarum, ac nobilissimarum natura carere. Quippe, alienum id ab omni ratione fuerit. Illud ergo si rejicimus, superest, ut rationis hujus vim sequuti, melius ita statuamus: esse nimirum, quod jam sæpenumero diximus, hoc in universo, cum immensum quiddam atque infinitum, tum etiam terminum ei convenientem, causam insuper aliquam non communem atque vulgarem, quæ annos, tempestates, mensesque digerat, atque moderetur, Sapientiam atque Intellectum jure optimo nuncupandam. Optimo sane. Sapientia porro atque Intellectus ab Animo sejungi non possunt. Nullo modo. Concludas igitur oportet, causæ hujus vi, & Jovis naturam, regium quendam Animum ac regium Intellectum possidere, & in aliis præclara quædam alia reperiri, hoc illove nomine, prout sua cujusque ratio postulet, appellanda. Hactenus Plato.

τῶν δὲ αὐτῶν τούτων ὄντων ἐν ὅλῳ τε οὐρανῷ, καὶ κατὰ μεγάλα μέρη, καὶ προσέτι καλῶν καὶ εἰλικρινῶν, ἐν τούτοις δὲ οὐκ ἄρα μεμηχανῆσθαι τὴν τῶν καλλίστων καὶ τιμιωτάτων φύσιν. Ἀλλ᾽ οὐδαμῶς τοῦτό γ᾽ ἂν λόγον ἔχοι. Οὐκοῦν εἰ μὴ τοῦτο, μετ᾽ ἐκείνου τοῦ λόγου ἂν ἑπόμενοι βέλτιον λέγοιμεν, ὡς ἔστιν, ἃ πολλάκις εἰρήκαμεν, ἄπειρόν τε ἐν τῷ παντὶ πολύ, καὶ πέρας ἱκανόν, καί τις ἐπ᾽ αὐτοῖς αἰτία οὐ φαύλη, κοσμοῦσά τε καὶ συντάττουσα ἐνιαυτούς τε, καὶ ὥρας, καὶ μῆνας, σοφία καὶ νοῦς λεγομένη δικαιότατα ἄν. Δικαιότατα δῆτα. Σοφία μὴν καὶ νοῦς, ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε γενοίσθην. Οὐ γὰρ οὖν. Οὐκοῦν ἐν μὲν τῇ τοῦ Διὸς ἐρεῖς φύσει, βασιλικὴν μὲν ψυχήν, βασιλικὸν δὲ νοῦν ἐγγίνεσθαι, διὰ τὴν τῆς αἰτίας δύναμιν· ἐν δ᾽ ἄλλοις, ἄλλα καλά, καθ᾽ ὅ τι φίλον ἑκάστοις, λέγεσθαι.

LII.

QUEMADMODUM IDEM ipse Deum universi curam gerere philosophetur, Legum X.

νβ.

ΟΠΩΣ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟνοεῖν τοῦ παντὸς τὸν Θεὸν διέξεισιν, ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων.

JAM vero, inquit Plato, alloquendus ille nobis, qui Deos esse cum existimet, iis tamen rerum humanarum curam eripiat. Quod tu, vir optime, (sic enim ipsum compellemus) Deos esse credis, divina quædam affinitas, ad cognatum tibi Numen & agnoscendum, & colendum, te ut videtur, adducit. At vero improborum & injustorum hominum privata, publicaque fortuna, quæ cum re ipsa felicitatis habeat nihil, vulgi tamen opinione felicissima prædicatur, adeoque talis & carminibus, & omni sermonum genere perperam celebratur, vehementius te quam cautius ad impietatem abripit. Aut etiam forte, dum nefarios homines ad extremam usque senectutem pervenire vides, liberosque simul ac nepotes summis in honoribus constitutos relinquere, gravius perturbaris. Atque ita, dum vel auditione accipis, vel oculis ipse tuis nonnullos fortasse vides, qui gravissimis obstricti sceleribus, ob illa ipsa ex humili tenuique fortuna ad tyrannidem opesque maximas evehantur: tum enimvero Deos quidem, quasi rerum istarum auctores, propter affinitatem cum illis tuam criminari non vis; sed partim cæco abreptus æstu, partim de Diis dubitare nescius,

ΤΟΝ δ᾽ ἡγούμενον μὲν θεοὺς εἶναι, μὴ φροντίζειν δ᾽ αὐτοὺς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, παραμυθητέον. Ὦ ἄριστε δή, φῶμεν, ὅτι μὲν ἡγῇ θεούς, συγγένειά τις, ἴσως γε θεία, πρὸς τὸ ξύμφυτον ἄγει τιμᾶν καὶ νομίζειν εἶναι· κακῶν δ᾽ ἀνθρώπων καὶ ἀδίκων τύχαι ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἀληθείᾳ μὲν οὐκ εὐδαίμονες, δόξαις δ᾽ εὐδαιμονιζόμεναι σφόδρα, ἀλλ᾽ οὐκ ἐμμελῶς, ἄγουσί σε πρὸς ἀσέβειαν, ἔν τε Μούσαις οὐκ ὀρθῶς ὑμνούμεναι ἅμα, καὶ ἐν παντοίοις λόγοις. Ἢ καὶ πρὸς τέλος ἴσως ἀνοσίους ἀνθρώπους ὁρῶν ἐλθόντας γηραιούς, παῖδας παίδων καταλιπόντας ἐν τιμαῖς ταῖς μεγίσταις, ταράττῃ τὰ νῦν, ὅταν ἐν ἅπασι τούτοις ἰδών, ἢ δι᾽ ἀκοῆς αἰσθόμενος, ἢ καὶ παντάπασιν αὐτὸς αὐτῶν τινι αὐτόπτης προστυχών, πολλῶν ἀσεβημάτων καὶ δεινῶν γινομένων τισί, δι᾽ αὐτὰ ταῦτα ὁρᾷς, ἐκ σμικρῶν εἰς τυραννίδας τε καὶ τὰ μέγιστα ἀφικομένους· τότε διὰ πάντα τὰ τοιαῦτα δῆλος εἶ, μέμφεσθαι μὲν θεοὺς ὡς αἰτίους ὄντας τῶν τοιούτων, διὰ ξυγγένειαν οὐκ ἂν ἐθέλων, ἀγόμενος δ᾽ ὑπό τε ἀλογίας ἅμα, καὶ οὐ δυνάμενος δυσχεραίνειν θεούς, pag. 170 V. Not.

εἰς τὸ νῦν τὸ πάθος ἐλήλυθας, ὥστ' εἶναι μὲν δοκεῖν αὐτούς, τῶν δ' ἀνθρωπίνων καταφρονεῖν καὶ ἀμελεῖν πραγμάτων. Ἵνα οὖν μὴ ἐπὶ μεῖζον ἔλθῃ σοι πάθος πρὸς ἀσέβειαν τὸ νῦν παρὸν δόγμα, ἀλλ' ἐάν πως οἷον ἀποδιοπομπήσασθαι λόγοις αὐτὸ προσιὸν γιγνώμεθα δυνατοί, πειρώμεθα, συνάψαντες τὸν ἑξῆς λόγον, ᾧ πρὸς τὸν τὸ παράπαν οὐχ ἡγούμενον Θεοὺς ἐξ ἀρχῆς διεπερανάμεθα, τούτῳ τὸν νῦν προσχρήσασθαι. Σὺ δ', ὦ Κλεινία τε, καὶ Μέγιλλε, ὑπὲρ τοῦ νέου, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἀπο- B κρινόμενοι διαδέχεσθε. Ἐὰν δέ τι δύσκολον ἐγγίγνηται τοῖς λόγοις, ἐγὼ σφῷν, ὥσπερ νῦν δή, δεξάμενος, διαβιβῶ τὸν ποταμόν. Ὀρθῶς λέγεις, καὶ σὺ οὕτω ταῦτα, δρᾶ· ποιήσομέν τε ἡμεῖς εἰς τὸ δυνατόν, ἃ λέγεις. Ἀλλ' οὐδὲν τάχ' ἂν ἴσως εἴη χαλεπὸν ἐνδείξασθαι τοῦτό γε, ὡς ἐπιμελεῖς σμικρῶν εἰσι θεοὶ οὐχ ἧττον, ἢ τῶν μεγέθει διαφερόντων. Ἤκουε γάρ που, καὶ παρῆν τοῖς νῦν δὴ λεγομένοις, ὡς ἀγαθοί γε ὄντες πᾶσαν ἀρετήν, τὴν τῶν πάντων ἐπιμέλειαν C οἰκειοτάτην αὐτῶν οὖσαν κέκτηνται. Καὶ σφόδρα γε ἐπήκουον. Τὸ μετὰ τοῦτο τοίνυν κοινῇ συνεξεταζώμεθα, τίνα λέγοντες ἀρετὴν αὐτῶν, ὁμολογοῦμεν αὐτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι. Φέρε, τὸ σωφρονεῖν, νοῦν τε κεκτῆσθαι, φαμὲν ἀρετῆς, τὰ δὲ ἐναντία, κακίας; Φαμέν. Τί δέ; ἀρετῆς μὲν ἀνδρείαν εἶναι, δειλίαν δὲ κακίας; Πάνυ μὲν οὖν. Καὶ τὰ μὲν αἰσχρὰ τούτων, τὰ δὲ καλὰ φήσομεν; Ἀνάγκη. Καὶ τῶν μέν, προσήκειν ἡμῖν, εἴπερ ὁπόσα φλαῦρα· θεοῖς δέ, οὔτε μέγα, οὔτε σμικρὸν τῶν τοιούτων με- D τὸν ἐροῦμεν; Καὶ ταῦθ' οὕτως ὁμολογοῖ πᾶς ἄν. Τί δέ; ἀμέλειάν τε, καὶ ἀργίαν, καὶ τρυφήν, εἰς ἀρετὴν ψυχῆς θήσομεν; ἢ πῶς λέγεις; Καὶ πῶς; Ἀλλ' εἰς τοὐναντίον; Ναί. Τἀναντία ἄρα τούτοις εἰς τοὐναντίον; Τοὐναντίον. Τί οὖν; τρυφῶν, καὶ ἀμελής, ἀργός τε, ὃν ὁ Ποιητὴς κηφῆσι κοθούροισι μάλιστα εἴκελον ἔφασκεν εἶναι, γίγνοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος πᾶσιν ἡμῖν; Ὀρθότατά γε εἰπών. Οὐκοῦν τόν γε Θεὸν οὐ ῥητέον ἔχειν ἦθος τοιοῦτον, ὅ γέ τι αὐτὸς μισεῖ· τῷ δέ τι τοιοῦτον φθέγγεσθαι πειρωμένῳ οὐκ ἐπιτρεπτέον. Οὐ μὲν δή· πῶς γὰρ ἄν; Ὧι δὴ προσήκει μὲν πράττειν καὶ ἐπιμελεῖσθαι διαφερόντως τινός, ὁ δέ, τούτου τοῦ γένους, τῶν μὲν μεγάλων ἐπιμελεῖται, τῶν σμικρῶν δὲ ἀμελεῖ, κατὰ τίνα οὖν ἐπαινοῦντες τὸν τοιοῦτον λόγον, οὐκ ἂν πανταπάσι πλημμελοῖμεν; σκοπῶμεν δὲ ὧδε. Ἆρ' οὐ

Ac eam in mentis ægritudinem devenisti, ut eos quidem esse fateare, cæterum ab iisdem res humanas funditus negligi arbitrere. Quamobrem, ne talis opinio te in graviorem impietatis pestem conjiciat, si quo modo eam, ne longius serpat, amoliri verbis, & quasi averruncare poterimus, sequentem disputationem, cum priore illa, quam adversus eum, qui Deos prorsus esse nullos putabat, ipso statim initio pertexuimus, accurate ac studiose conjungamus. Et vos qvidem o Clinia, tuque Megille, Adolescentis vicem hic qvoqve subeuntes, ipsius loco, qvemadmodum jam ante fecistis, respondete te. Ego, si quid interdum spissius inciderit, vos trans fluvium, uti adhuc feci, trajiciam Recte. Fac modo quod polliceris, nos vicissim quod jubes, quantum in nobis erit, faciemus. Principio, difficile opinor id saltem ostendere non fuerit, Diis res parvas non minus curæ esse, quam maximas. Audiebam enim atque intereram, cum paulo ante diceretur, eos cum virtute omni præditos esse, tum rerum universarum curam maxime propriam ac peculiarem habere. Ego vero id etiam admodum exaudivi. Quod ergo seqvitur, conjuncta nunc opera videamus, ecquam iis virtutem maxime tribuamus, cum eos bonos esse confitemur. Age, nonne temperantia, & intelligendi facultate præstare, virtuti assignamus, vitioqve contraria? Sane, assignamus. Qvid vero? non etiam virtuti fortitudinem, timiditatem vitio? Prorsus. Ex iisdem numquid alia turpia, honesta alia esse dicimus. Et necessario. Præterea, si quæ in iis vitiosa sunt, ea locum in nobis habere posse, nullum in Diis. Ne istud quidem a qvoqvam negetur. Jam, negligentiam, otium, atqve delicias, utrum Animi virtuti tribuimus, an non? Qui enim tribuamus? Num igitur contrario? Certe. Quæ sunt igitur iis contraria, contrario assignabimus. Ita, contrario. Quid igitur? Quisquis deliciose, negligenter, & otiose vivit, nonne is ejusmodi merito a nobis omnibus habeatur, quem fucis inertibus simillimum Poeta vocat? Optime ille quidem. Ergo nec ii mores Deo tribuendi, quos ipsemet oderit, nec ferendus quisquam, qui ita loqvi audeat. Neutrum sane: qui enim deceat? Jam cujus sit aliquid efficere simul, & majorem in modum curare, is si ex eo genere majora curabit, negliget minora, qua tandem eum laude prosequemur, quin toto cœlo aberremus? Enimvero sic philosophemur. Non-

„ ne qui aliquid ejusmodi faciat, is sive Deus
» fuerit, sive homo, duobus modis hoc fe-
» cerit? Quibus tandem? Aut, quod illam re-
» rum minorum despicientiam, totius uni-
» versi nihil interesse putet, aut si cum inter-
» sit, negligat tamen, quod pigritia deliciisq;
» vincatur: nisi alia tibi quædam occurrit ne-
» gligentiæ ratio. Nec enim si omnium o-
» mnino haberi cura non possit, ei negligen-
» tiæ tribuatur, qui rerum vel minorum vel
» majorum curam non suscipiat, quibus cu-
» randis, sive Deus, sive humilior quispiam,
» propter infirmitatem suam par esse non pos-
» sit. Quis enim id jure fecerit? Nunc igitur
» nobis tribus duo isti respondeant, qui cum
» ambo Deos esse fateantur, eosdem tamen
» alter exorari facile, alter res minores negli-
C. XXVIII. » gere contendit. Principio, Deos ambo nosse,
Iam. » videre, audire omnia conceditis, ac nihil eo-
» rum penitus latere posse, quæ vel sensus, vel
» scientia percipiat. Utrum in eo convenimus,
» an non? Convenimus. Quid illud? num
» illos etiam omnia posse, quæ in mortali aut
» immortali potestate versentur? Nam quis
» hoc etiam neget? Atqui bonos illos esse,
» adeoque optimos, jam nos quinque con-
» cessimus. Et quidem libentissime. Fieri er-
» go non potest, ut quod ejusmodi esse defen-
» dimus, ab iis quicquam omnino vel desidia
» vel mollitie fieri velimus. Nam & apud nos
» timiditatis fœtus otium est, desidia vero at-
» que mollities otii. Verissime hoc tu qui-
» dem. Deorum ergo nullus quicquam præ
» otio desidiaque negligit, cum timiditas in
» eum nulla cadat. Et istud quam optime. Igi-
» tur, si rerum hoc in universo minorum ac
» tenuiorum curam abjiciunt, reliquum est, id
» ut faciant, aut quod nihil prorsus eorum sibi
» curandum esse statuant; aut quid aliud su-
» perest, nisi ut contra sentiant? Nihil. Utrum
» igitur, Vir optime, Deos existimas ignoran-
» tia laborare, quamque ab iis curam susci-
» pi oporteret, ob eandem ignorantiam
» abjicere; an, cum ea sibi curanda esse
» noverint, tamen (quod pessimis hominibus,
» usu venire dicunt, qui alia quam quæ faci-
» ant, facta meliora esse satis intelligant,) seu
» voluptate, seu dolore victos non facere?
» Quis tandem hoc illudve dicat? Et quidem
» res humanæ cum animata natura præditæ
» sunt, tum vero animantibus omnibus re-
» ligione ac divino cultu homo antecellit.
» Consentaneum id hercle est. Quicquid
» porro animantium, seu mortalium, seu
» spiritalium est, quorum in numero to-
» tum quoque Cœlum reponitur, id omne
» Deorum possessionem esse concedimus.

A κατὰ δύο εἴδη τὸ τοιοῦτον πράττει ὁ πράττων, »
εἴτε Θεὸς, εἴτε ἄνθρωπος; Ποίω δὴ λέγο- »
μεν; Ἢ διαφέρειν οὐδὲν οἰόμενος εἶναι τῷ ὅ- »
λῳ, ἀμελουμένων τῶν σμικρῶν, ἢ ῥαθυμίᾳ καὶ »
τρυφῇ, εἰ διαφέρει, ὁ δ' ἀμελεῖ· ἢ, ἔστιν ἄλλως »
πως γιγνομένη ἀμέλεια; Οὐ γάρ που, ὅταν »
γε ἀδύνατον ᾖ τῶν πάντων ἐπιμελεῖσθαι, τότε »
ἀμέλεια ἔσται τῶν σμικρῶν, ἢ μεγάλων, μὴ »
ἐπιμελουμένῳ, ὧν ἂν δυνάμει Θεὸς, ἢ φαῦ- »
λός τις ὢν ἐλλιπὴς, καὶ μὴ δυνατὸς ἐπιμελεῖ- »
B σθαι γίγνηται. Πῶς γὰρ ἄν; Νῦν δὴ δύο ὄντες »
τρισὶν ἡμῖν οὖσιν ἀποκρινάσθωσαν, οἱ Θεοὺς »
μὲν ἀμφότεροι ὁμολογοῦντες εἶναι, παραιτη- »
τοὺς δ' ἕτερος, ὁ δ' ἀμελεῖς τῶν σμικρῶν. Πρῶ- »
τον μὲν Θεοὺς ἀμφότεροί φατε γιγνώσκειν, »
καὶ ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν πάντα, λαθεῖν δ' αὐτοὺς »
οὐδὲν δυνατὸν εἶναι τῶν ὁπόσων εἰσὶν αἱ αἰσθή- »
σεις τε καὶ ἐπιστῆμαι. Ταύτῃ δέ γε λέγεται »
ἔχειν ταῦτα, ἢ πῶς; Οὕτως. Τί δέ; δύνασθαι »
πάντα ὁπόσων αὖ δύναμίς ἐστι θνητοῖς τε καὶ »
ἀθανάτοις; Πῶς γὰρ οὐ συγχωρήσονται καὶ »
ταῦτα οὕτως ἔχειν; Καὶ μὴν ἀγαθούς τε καὶ »
C ἀρίστους ὡμολογήκαμεν αὐτοὺς εἶναι, πέντε ὄν- »
τες. Σφόδρα γε. Ἆρ' οὖν οὐ ῥαθυμίᾳ μὲν καὶ »
τρυφῇ ἀδύνατον αὐτοὺς ὁμολογεῖν πράττειν »
ὁτιοῦν τοπαράπαν, ὄντας γε οἵους λέγομεν; »
δειλίας γὰρ ἔκγονος ἔν γε ἡμῖν ἀργία, ῥαθυ- »
μία δ' ἀργίας καὶ τρυφῆς. Ἀληθέστατα λέ- »
γεις. Ἀργίᾳ μὲν δὴ καὶ ῥαθυμίᾳ, οὐδεὶς ἀμελεῖ »
θεῶν, οὐ γὰρ μέτεστιν αὐτῷ που δειλίας. Ὀρ- »
θότατα λέγεις. Οὐκοῦν τὸ λοιπὸν, εἴπερ ἀμε- »
λοῦσι τῶν σμικρῶν καὶ ὀλίγων τῶν περὶ τὸ πᾶν, ἢ »
γιγνώσκοντες ὡς τοπαράπαν οὐδενὸς τῶν τοιού- »
D των ἐπιμελεῖσθαι δεῖ, δρῷεν ἂν τοῦτ', ἢ τί τὸ »
λοιπὸν, πλὴν τοῦ γιγνώσκειν τοὐναντίον; Οὐ- »
δέν. Πότερον οὖν, ὦ ἄριστε καὶ βέλτιστε, θῶμέν »
σε λέγοντα, ὡς ἀγνοοῦντάς τε καὶ, δέον ἐπιμε- »
λεῖσθαι, δι' ἄγνοιαν ἀμελοῦντας, ἢ γιγνώσκοντας ὅ- »
τι δεῖ, (καθάπερ οἱ φαυλότατοι τῶν ἀνθρώπων »
λέγονται) ποιεῖν, εἰδότες ἄλλα εἶναι βέλτιον »
πράττειν, ὧν δὴ πράττουσι,) διά τινας ἥττας »
ἡδονῶν, ἢ λυπῶν, οὐ ποιεῖν; Πῶς γὰρ ἄν; Οὐκ- »
οῦν δὴ τά γε ἀνθρώπινα πράγματα, τῆς »
τε ἐμψύχου μετέχει φύσεως ἅμα, καὶ θεο- »
σεβέστατον αὐτό ἐστι πάντων ζώων ἄνθρω- »
πος. Ἔοικε γοῦν. Θεῶν γε μὴν κτή- »
ματά φαμεν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ »
ζῶα ἢ νοερὰ, ὧνπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον. »

Πῶς γὰρ οὔ; Ηδη τοίνυν ἢ σμικρὰ ἢ μεγάλα τις φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς. οὐδ᾽ ἑτέρως γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη προσῆκον, ἐπιμελεστάτοις γε οὖσι καὶ ἀρίστοις. Σκοπῶμεν δὲ δὴ καὶ τόδε ἔτι πρὸς τούτοις. Τὸ ποῖον; Περί τε αἰσθήσεως καὶ δυνάμεως· ἆρ᾽ οὐκ ἐναντίως ἀλλήλοιν πρὸς ῥᾳστώνην καὶ χαλεπότητά ἐστον πεφυκότε; Πῶς λέγεις; Ὁρᾶν μέν που, καὶ ἀκούειν τὰ σμικρὰ, χαλεπώτερον ἢ τὰ μεγάλα· φέρειν δὲ αὖ, καὶ κρατεῖν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῶν σμικρῶν καὶ ὀλίγων, B παντὶ ῥᾷον, ἢ τῶν ἐναντίων. Καὶ πολύ γε. Ἰατρῷ δὴ προστεταγμένον ὅλον τι θεραπεύειν βουλομένῳ καὶ δυναμένῳ, τῶν μὲν μεγάλων, ἐπιμελὲς ἔσται, τῶν μορίων δὲ καὶ σμικρῶν ἀμελὲς, ἔσθ᾽ ἕξει ποτὲ καλῶς αὐτῷ τὸ πᾶν; Οὐδαμῶς. Οὐ μὴν οὐδέ γε Κυβερνήταις, οὐδὲ Στρατηγοῖς, οὐδ᾽ Οἰκονόμοις, οὐδ᾽ αὖ τισι Πολιτικοῖς, οὐδὲ ἄλλῳ τῶν τοιούτων οὐδενὶ, χωρὶς τῶν ὀλίγων ἢ σμικρῶν, πολλὰ ἢ μεγάλα. οὐδὲ γὰρ ἄνευ τῶν σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ Λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι. Πῶς γὰρ ἄν; Μὴ C τοίνυν τὸν Θεὸν ἀξιώσωμέν ποτε θνητῶν δημιουργῶν φαυλότερον, οἳ τὰ προσήκοντα αὐτοῖς ἔργα, ὅσῳπερ ἂν ἀμείνους ὦσι, τόσῳ ἀκριβέστερα καὶ τελεώτερα μιᾷ τέχνῃ σμικρὰ καὶ μεγάλα ἀπεργάζονται· τὸν δὲ Θεὸν ὄντα τε σοφώτατον, βουλόμενόν τε ἐπιμελεῖσθαι καὶ δυνάμενον, ὧν μὲν ῥᾷον ἐπιμεληθῆναι, σμικρῶν ὄντων, μηδαμῇ ἐπιμελεῖσθαι, καθάπερ ἀργὸν ἢ δειλόν τινα, διὰ πόνους ῥᾳθυμοῦντα· τῶν δὲ μεγάλων. Μηδαμῶς δόξαν τοιαύτην περὶ Θεῶν, ὦ ξένε, ἀποδεχώμεθα· D οὐδαμῇ γὰρ οὔτε ὅσιον, οὔτ᾽ ἀληθὲς τὸ διανόημα διανοοίμεθ᾽ ἄν. Δοκοῦμεν δέ μοι νῦν ἤδη καὶ μεγάλα μετρίως διειλέχθαι τῷ φιλαιτίῳ, τῆς ἀμελείας πέρι Θεῶν; Ναί. Τῷ γε βιάζεσθαι τοῖς λόγοις, ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς. Ἐπῳδῶν γε μὴν προσδεῖσθαί μοι δοκεῖ μύθων ἔτι τινῶν. Ποίων, ὦ ἀγαθέ; Πείσωμεν τὸν νεανίαν τοῖς λόγοις, ὡς τῷ τοῦ παντὸς ἐπιμελουμένῳ, πρὸς τὴν σωτηρίαν καὶ ἀρετὴν τοῦ ὅλου πάντ᾽ ἐστὶ συντεταγμένα, ὧν καὶ τὸ μέρος εἰς δύναμιν ἕκαστον τὸ προσῆκον πάσχει καὶ ποιεῖ. τούτοις δέ εἰσιν Ἄρχοντες προστεταγμένοι ἑκάστοις ἐπὶ τὸ σμικρότατον ἀεὶ πάθης καὶ πράξεως, εἰς μερισμὸν τὸν ἔσχατον τέλος ἀπειργασμένοι.

A Quid ni enim? Esto igitur, hæc a Diis vel exilia vel magna habeantur: utrumvis enim quis dixerit, nunqvam ab iis tamen, qvorum in possessione sumus, cum iidem & providentissimi & optimi sint, jure negligamur. Verum alterum hoc præterea consideremus. Qvidnam? Nonne sensus & potentia contrariam a natura habent facilitatis ac difficultatis rationem? Clarius obsecro. Parva nimirum difficilius & videre est, & audire, qvam magna: ferre vero, aut tenere, aut curare parva qvivis & exilia facilius, qvam magna possit. Longe profecto. An si Medi- B cus aliqvis, cum integrum corpus fidei commissum suæ curare non vellet modo, sed etiam posset, majoribus tantum partibus mederetur, minores cæteras negligeret, corpus integrum hac ejus curatione aliquando convalesceret? Nullo sane modo. Ne Gubernatoribus qvidem, Imperatoribus, Oeconomis, aut iis qui in Reip. administratione versentur, aut ulli omnino generis ejusdem, si pauca qvædam minorave contempserit, plurium aut majorum feliciter cura succedat. Majores quippe lapides sine minoribus firmiter cohærere posse Ar- C chitecti negant. Et vero qui possent? Caveamus ergo, ne Deum mortalibus unqvam Artificibus deteriorem putemus: ut cum illi propria sibi opera, tam minora quam majora, quo præstantiores ii sunt, hoc una eademque arte diligentius ac perfectius elaborent; Deus tamen, qui & sapientissimus ipse sit, & operum suorum curam suscipere velit idem ac possit, minora quibus facilius provideret, quod minora sint, tanquam piger ac mollis quispiam & laborum magnitudine fractus, omnino despiciat, una in majorum gubernatione defixus. Hanc de Diis D opinionem, mi hospes, nulla ex parte unqvam probemus. Est enim hæc non impia minus, quam falsa cogitatio. Num vero tibi jam videmur de Deorum negligentia, pro rei magnitudine mediocriter cum homine contentioso disputasse? Certe. Saltem ut is perperam se loqvutum esse fateri cogatur. At nunc eidem quibusdam præterea verisimilibus argumentis, quasi cantionum illecebris opus videtur. Quibus tandem, bone vir? Quibus adductus adolescens hoc sibi persuadeat, qui universi curã susceperit, eum ad illius salutem vimq; conservandam, ordinata & constituta habere omnia, sic ut partes etiam singulæ, quicquid ad eas pertinet, pro suis viribus patiantur, & agant. Eæ vel minutissimis in rebus, quæ sibi aut subeundæ sint, aut præstandæ, suos quæq; Principes ac Præfectos habent, qui finem ad ultimam usq; particulam integre accurateqve perducant.

E qvibus una etiam est tua, misselle, particula, quæ tametsi perpusilla sit, ad universum tamen per se se tendit semper ac respicit. Ignoras tu vero interea, ortus rerum omnes universi causa fieri, ut vitam ejus complexa natura in summa felicitate versetur: qui profecto illius gratia factus es, non illa tui. Siquidem Medicus omnis, omnisqve peritus Artifex, sic totius causa omnia perficit, sic unum illud qvod communiter optimum sit intuetur, ut totius causa partem, non totum partis causa moliatur. Tu vero indignaris, quod nescias, id quod in te optimum est, quemadmodum vi quadam communis ortus, universo tibique conveniat. Et qvoniam Animus cum corpore semper, alio tamen alioque complexus, nullum non mutationis genus subit, cum sua, tum alterius cujusdam animi causa, sortis nostræ Moderatori reliqvum hoc uuum est, uti mores, si meliores effecti erunt, meliorem, sin autem deteriores, deteriorem in locum pro sua cujusqve ratione traducat, ut sedem singula convenientem ac propriam sortiantur. Clarius ista sodes. Equidem ita loquor, quomodo res omnes Deo curæ esse facilius intelligi possit. Etenim, si quis semper ad totum respiciens, ita fingeret ac refingeret omnia, (ut si aqvam igne animaret,) tamen ut neqve multa ex uno, neque e multis unum aliquid efficeret, ea sane posteaqvam primam, aut secundam, aut tertiam generationem subiissent, ista rerum ordinisque mutatione, infinitum qvantum augerentur. Nunc vero, universi Moderatori facilitas quædam admirabilis suppetit. Necdum istud intelligo. Audi ergo. Novit Rex ille noster, actiones omnes animatas esse, easdem cum virtutis habere, tum etiam vitiositatis plurimum: Animum item & corpus, ut pestem ex se nullam habeant, carere tamen immortalitate, qua veri legitimique Dii perfruantur: (alioqui nulla unquam animantium generatio fieret, altero morte sublato:) ad extremum, quicquid juvare per se se potest, id omne Animi bonum, quicquid nocere solet, malum esse statuit. Quibus omnibus exploratis, molitus hoc demum est, quemadmodum ita partes singulæ constituerentur, uti cum maxime, tum etiam facillime atque optime, certam in universo virtutis victoriam facerent, vitiositate prostrata. Quam in rem universi bono excogitavit, quam quodqve sedem pro naturæ suæ conditione, qvemqve locum aliquando sortiri firmum ac stabilem oporteret. At vero, ut talis quisque talisve fieret, causas omnes nostræ in voluntatis potestate reliquit. Qvalis enim

A Ὧν ἓν καὶ τὸ σὸν, ὦ σχέτλιε, μόριον, εἰς τὸ πᾶν ξυντείνει βλέπον ἀεὶ, καίπερ πάνσμικρον ὄν. Σὲ δὲ λέληθε περὶ τοῦτο αὐτὸ, ὡς γένεσις ἕνεκα ἐκείνου γίνεται πᾶσα, ὅπως ᾖ τῷ τοῦ παντὸς βίῳ ὑπάρχουσα εὐδαίμων οὐσία, οὐχ ἕνεκα σοῦ γινομένη, σὺ δ᾽ ἕνεκα ἐκείνου. Πᾶς γὰρ ἰατρὸς καὶ πᾶς ἔντεχνος δημιουργὸς, παντὸς μὲν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται, πρὸς τὸ κοινῇ ξυντείνων βέλτιστον μέρος μὲν ἕνεκα ὅλου, καὶ οὐχὶ ὅλον μέρους ἕνεκα ἀπεργάζεται. Σὺ B δὲ ἀγανακτεῖς, ἀγνοῶν ὅπῃ τὸ περὶ σὲ ἄριστον, τῷ παντὶ ξυμβαίνει καὶ σοὶ, κατὰ δύναμιν τὴν τῆς κοινῆς γενέσεως. Ἐπεὶ δὲ ἀεὶ ψυχὴ συντεταγμένη σώματι, τοτὲ μὲν ἄλλῳ, τοτὲ δ᾽ ἄλλῳ, μεταβάλλει παντοίας μεταβολὰς, δι᾽ ἑαυτὴν ἢ δι᾽ ἑτέραν ψυχὴν, οὐδὲν ἄλλο ἔργον τῷ πεττευτῇ λείπεται, πλὴν μετατιθέναι, τὸ μὲν ἄμεινον γιγνόμενον ἦθος, εἰς βελτίω τόπον, χεῖρον δὲ, εἰς τὸν χείρονα, κατὰ τὸ πρέπον αὐτῶν ἑκάστον, ἵνα τῆς προσηκούσης μοίρας λαγχάνῃ. C Πῇ λέγεις; Ἧπερ ἂν ἔχοι λόγον ῥᾳστώνη ἐπιμελείας Θεοῦ τῶν πάντων, ταύτῃ μοι δοκῶ φράζειν. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸ ὅλον ἀεὶ βλέπων πλάττοι τις, μετασχηματίζων τὰ πάντα, (οἷον ἐκ πυρὸς ὕδωρ ἐμψύχων) καὶ μὴ ξύμπολλα ἐξ ἑνὸς, ἢ ἐκ πολλῶν ἓν, πρώτης ἢ δευτέρας, ἢ καὶ τρίτης γενέσεως μετειληφότα, πλήθεσιν ἄπειρ᾽ ἂν εἴη, τῆς μετατιθεμένης κοσμήσεως. Νῦν δ᾽ ἐστὶ θαυμαστὴ ῥᾳστώνη τῷ τοῦ παντὸς ἐπιμελουμένῳ. Πῶς αὖ λέγεις; Ὧδε. Ἐπειδὴ κατεῖδεν ἡμῶν ὁ Βασιλεὺς ἐμψύχους οὔσας τὰς πράξεις ἁπάσας, καὶ πολ- D λὴν μὲν ἀρετὴν ἐν αὐταῖς οὖσαν, πολλὴν δὲ κακίαν· ἀνώλεθρον δὲ γενόμενον, ἀλλ᾽ οὐκ αἰώνιον ψυχὴν καὶ σῶμα, καθάπερ οἱ κατὰ νόμον ὄντες Θεοί (γένεσις γὰρ οὐκ ἄν ποτε ἦν ζώων, ἀπολομένου τούτοιν θατέρου) καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν ἀεὶ πεφυκὸς ὄν, ἀγαθὸν ψυχῆς διενοήθη, τὸ δὲ κακὸν, βλάπτειν. ταῦτα πάντα ξυνιδὼν, ἐμηχανήσατο ποῦ κείμενον ἕκαστον τῶν μερῶν, νικῶσαν ἀρετὴν, ἡττωμένην δὲ κακίαν ἐν τῷ παντὶ παρέχοι μάλιστ᾽ ἂν, καὶ ῥᾷστα καὶ ἄριστα. Μεμηχάνηται δὴ πρὸς πᾶν τοῦτο, τὸ ποῖόν τι γιγνόμενον ἀεὶ, ποίαν ἕδραν δεῖ μεταλαμβάνον οἰκίζεσθαι, καὶ τίνας ποτὲ τόπους· τῆς δὲ γενέσεως τοῦ ποίου τινὸς, ἀφῆκε ταῖς βουλήσεσιν ἑκάστων ἡμῶν τὰς αἰτίας. ὅπῃ γὰρ

V. Nec.

ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ ὁποῖός τις ὢν τὴν ψυχὴν, ταύτῃ σχεδὸν ἑκάστοτε καὶ τοιοῦτος γίγνεται ἅπας ἡμῶν, ὡς τὸ πολύ. Τὸ γοῦν εἰκός. Μεταβάλλει μὲν τοίνυν πάνθ' ὅσα μέτοχά ἐστι ψυχῆς, ἐν αὐτοῖς κεκτημένα τὴν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν. μεταβάλλοντα δὲ φέρεται κατὰ τὴν τῆς εἱμαρμένης τάξιν καὶ νόμον· σμικρότερα μὲν τῶν ἠθῶν μεταβάλλοντα, ἐλάττω, κατὰ τὸ τῆς χώρας ἐπίπεδον μεταπορεύεται· πλείω δὲ καὶ ἀδικώτερα, μεταπεσόντα εἰς βάθος, τά τε κάτω λεγόμενα τῶν τόπων, ὅσα τε ᾅδην τε, καὶ τὰ τούτων ἐχόμενα τῶν ὀνομάτων ἐπονομάζοντες, σφόδρα φοβοῦνται καὶ ὀνειροπολοῦσι ζῶντες, διαλυθέντες τε τῶν σωμάτων. μείζω δὴ ψυχὴ κακίας ἢ ἀρετῆς ὁπόταν μεταβάλλῃ, διὰ τὴν αὐτῆς βούλησίν τε καὶ ὁμιλίαν γενομένην ἰσχυρὰν, ὁπόταν μὲν ἀρετῇ θείᾳ προσμίξασα γίνηται διαφερόντως τοιαύτη, διαφέροντα, καὶ μετέβαλε τόπον ἅγιον ὅλον, μετακομισθεῖσα εἰς ἀμείνω τινὰ τόπον ἕτερον· ὅταν δὲ τἀναντία, ἐπὶ τἀναντία μεθιδρύσασα τὸν αὐτῆς βίον. αὕτη τοι δίκη ἐστὶ Θεῶν, οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν (ὦ παῖ, καὶ νεανίσκε, ἀμελεῖσθαι δοκῶν ὑπὸ Θεῶν) κακίω μὲν γινόμενον, πρὸς τὰς κακίους ψυχὰς· ἀμείνω δὲ, πρὸς τὰς ἀμείνους πορευόμενον, ἔν τε ζωῇ, καὶ ἐν πᾶσι θανάτοις, πάσχειν τε ἃ προσῆκον δρᾶν ἐστι τοῖς προσφυέσι τοὺς προσφερεῖς, καὶ ποιεῖν. Ταύτης τῆς δίκης οὔτε σὺ μήποτε, οὔτ' ἄλλος ἀτυχὴς γενόμενος, ἐπεύξεται περιγενέσθαι Θεῶν, ἣν πασῶν δικῶν διαφερόντως ἔταξάν τε οἱ τάξαντες, χρεών τε ἐξευλαβεῖσθαι τὸ παράπαν. οὐ γὰρ ἀμεληθήσῃ ποτὲ ὑπ' αὐτῆς. οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος, οὐδ' ὑψηλὸς γενόμενος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ· τίσεις δὲ αὐτῶν τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν, εἴτ' ἐνθάδε μένων, εἴτε καὶ ἐν ᾅδου διαπορευθεὶς, εἴτε καὶ τούτων εἰς ἀγριώτερον ἔτι διακομισθεὶς τόπον. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν οὓς σὺ καθιδὼν ἐκ σμικρῶν μεγάλους γεγονότας, ἀνοσιουργήσαντας, ἤ τι τοιοῦτον πράξαντας, ᾠήθης ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγονέναι, καὶ ὡς ἐν κατόπτροις, αὐτῶν ταῖς πράξεσιν ἡγήσω καθεωρακέναι τὴν πάντων ἀμέλειαν Θεῶν, οὐκ εἰδὼς αὐτῶν τὴν συντέλειαν, ὅπη ποτὲ τῷ παντὶ ξυμβάλλεται. γινώσκειν δ' αὐτὴν, ὦ πάντων ἀνδρειότατε, πῶς οὐ δεῖν δοκεῖς, ἣν


V. Not. — V. Not. — Pag. 373.

A cupiditate qvisqve & animo fuerit, talis fere passim esse solet. Et consentaneum id quidem. Quæcunqve igitur animo prædita sunt, mutantur omnia, qvod in se ipsis causam mutationis habeant. Qva in mutatione, fati præscriptum ac legem seqvuntur. Quorum enim animorum tolerabiliores fuerint remissioresque mores, ii dum ea mutatio fit, utpote leviores, in summum regionis solum commeant; qvorum autem graviores & injustiores, ii vastam in altitudinem, & depressiora loca detruduntur, qvæ qvi adhuc vivunt, quique corporibus soluti jam sunt, Inferorum, ac similibus aliis nominibus admodum horrere, ac sæpius B somniare solent. Ita, cujus Animi cum sua-pte voluntate, tum acri & corroborata consuetudine major aut vitiositas, aut virtus extiterit: is sub illam mutationem, si divinam ad virtutem adhæserit, ejusque singulariter & eximie similis fuerit, sedem qvoqve suam alioqvi sanctissimam, cum alia qvadam adhuc meliore commutat. Qvi vero contrariam viam institerit, vitam qvoqve deinceps contrariis in locis, & contraria sorte degit. Ea judicii ratio, (mi Adolescens, qui te a Diis negligi arbitraris) a Diis qvi in Olympo versantur, constituta est: ut qui deterior fuerit, ad deteriorum; qvi C melior, ad meliorum Animorum societatem commigret; & cum in vita, tum quolibet mortis in genere, quibus a similibus similes affici deceat, patiatur atque agat omnia. Hoc judicium neque tu, neque alius quisquam defugisse se, atqve ita Deos ipsos superasse gloriabitur: qvippe qvod ejus auctores maxime præ cæteris omnibus sanctum esse voluerint, omninoqve propterea vereri oporteat; nec enim illud te unqvam præteribit. Nec tam pusillus tenuisqve fies, ut ab eo te in abditos terræ sinus latebrasque subducas: nec vero tam sublimis, ut in Cœlum evoles. At dignas omnino pœnas daturus ipse es, sive hic maD neas, sive trajiciaris ad inferos, sive ad locum aliqvem iis adhuc horridiorem deferaris. Qvod ipsum tibi de illis quoq; statuendum est, qvos tu cum ex parvis magnos evasisse, post grave aliqvod vel impietatis, vel alterius sceleris exemplum videres, beatos ex miseris factos putabas; & qvorum in maleficiis, tanquam in speculis, qvam abs Diis omnia negligantur, videre tibi videbare, ignorans videlicet, qui tandem aut qua parte istorum finis & exitus cum universi rationibus cohæreret. Illum porro, vir generosissime, qvi tandem sciens volensque negligere potes, qvi tamen ejusmodi est, ut qvi ab ejus cognitione

„ imparatus sit, nihil unqvam vel animo in-A
„ formare possit, nec ullam de humanæ vitæ
„ seu felicitate, seu miseria disputationem in-
„ stituere. Hoc si tibi Clinias iste de Diis,
„ ac Senatus hic noster omnis persuadere
„ potuerit, nescire te qvid loqvare, singulare
„ a Deo ipso beneficium acceperis. Sin lon-
„ giori adhuc oratione opus habebis, age por-
„ ro, nosqve de tertio illo differentes, si qvid
„ omnino mentis habes, attende. Hæc Plato.
Quorum sane mens, si minus verba ipsa, multo ante Hebræorum extabat in literis, sed brevissime ac paucissimis vocibus comprehensa sententia. Nam illud qvidem,
„ Nec tam pusillus fies, ut ab ejus te oculis in
„ abditos terræ sinus latebrasq; subducas; necB
„ vero tam sublimis, ut in Cœlum evoles; di-
cto huic Davidico proximum est: *Quo ibo a*
Psal. 138. 7. *spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in Cœlum, tu illic es: Si descendero in Infernum, ades. Si sumpsero pennas, & habitavero in extremis maris; etenim illuc manus tua*
Psal. 18. 2. *deducet me.* Deinde hoc ejusdem Prophetæ: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum*
Esa. 40. 26. *ejus annunciat Firmamentum:* Itemque illud Esaiæ, *Tollite in altum oculos vestros, & videte,*
Sap. 13. 5. *quis ostendit hæc omnia:* Et hoc, *Ex magnitudine & pulchritudine creaturarum, Creator cum*
Rom. 1. 20. *proportione spectatur:* Et hoc, *Invisibilia enim ejus a creatura mundi, per hæc quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoqve*C *ejus virtus ac divinitas.* Postremo istud, *Ze-*
Psal. 72. 3. *lavi super iniqvos, pacem peccatorum videns:* Hæc omnia interpretatus videtur Plato, dum ait, Hoc ipsum tibi de illis quoque statuen-
„ dum est, quos tu cum ex parvis magnos eva-
„ sisse, post grave aliquod impietatis, vel alte-
„ rius sceleris exemplum videres, beatos ex
„ miseris factos putabas. Ac cætera qvæ eandẽ
„ in sententiam dicta sunt, in Hebræorum monimentis fusiorem illam Platonis explicationem occuparunt. Qvæ tu singula, si accurate ac diligenter expendes, cum Hebræorum doctrina consentire reperies. Hebræorum autem librorum nomine, non sola D Mosis Oracula intelligo, sed aliorum etiam qvi post eum scripsere, hominum Deo carissimorum, seu Prophetæ, seu nostri quoque Servatoris Apostoli fuerint, qvibus ob summam dogmatum consensionem, una atqve eadem appellatio jure tribuatur.

A τις μὴ γινώσκων, οὐδ᾽ ἂν τύπον ἴδοι ποτὲ, οὐδὲ „
λόγον ξυμβάλλεσθαι περὶ βίου δυνατὸς ἂν „
γένοιτο, εἰς εὐδαιμονίαν τε, καὶ δυσδαίμονα „
τύχην. Ταῦτα εἰ μέν σε πείθει Κλεινίας ὅδε, „
καὶ ξύμπασα ἡμῖν ἥδε ἡ γερουσία περὶ Θεῶν, „
ὡς οὐκ οἶσθα ὅ, τι λέγεις, καλῶς ἄν σοι Θεὸς „
αὐτὸς ξυλλαμβάνοι. εἰ δ᾽ ἐπιδεὴς ἔτι λό- „
γου ἂν εἴης, λεγόντων ἡμῶν πρὸς τὸν τρίτον „
ἐπάκουε, εἰ νοῦν καὶ ὁπωσοῦν ἔχεις. Τούτων „
ὁ νοῦς, εἰ καὶ μὴ τὰ ῥήματα, ἐν τοῖς Ἑβραίων λογίοις προκαταβέβληται, συντομώτατα, καὶ δι᾽ ὀλίγων τῆς διανοίας περιεχομένης. Τό
B τε γὰρ, Οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς „
γῆς βάθος, οὐδ᾽ ὑψηλὸς γενόμενος εἰς τὸν „
οὐρανὸν ἀναπτήσῃ, ὅμοιον ἂν εἴη τῷ παρὰ τῷ „
Δαβὶδ, τοῦτον ἔχοντι τὸν τρόπον· Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· Ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει. Εἰ ἀναλάβοιμι πτέρυγας, καὶ κατασκηνώσαιμι εἰς τὰ ἔσχατα τῆς θαλάσσης· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χείρ σου ὁδηγήσει με. Ἀλλὰ καὶ τό· Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ ποίησιν χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. Καὶ πάλιν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, τό· Ἀναβλέψατε εἰς ὕψος
C τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε, τίς κατέδειξε ταῦτα πάντα. Καὶ τό· Ἐκ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ Γενεσιουργὸς θεωρεῖται. Καὶ τό· τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ, ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης. Ἀλλὰ καὶ τὸ, Ἐζήλωσα ἐπὶ ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν· μεταπεφράσθαι μοι δοκεῖ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος, διὰ τοῦ· Ὁ
αὐτὸς δὲ λόγος σοι καὶ περὶ ἐκείνων ἂν εἴη, τῶν „
οὓς σὺ κατιδὼν ἐκ μικρῶν μεγάλους γεγο- „
D νότας, ἀνοσιουργήσαντας, ἤ τι τοιοῦτον πράξαντας, ᾠήθης ἐξ ἀθλίων εὐδαίμονας γεγο- „
νέναι. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ, ὅσα τούτοις ὁμοίως εἴρηται, προὔλαβε τὴν εἰς πλάτος ἐκτεθεῖσαν τοῦ Πλάτωνος ἑρμηνείαν ἐν τοῖς Ἑβραίων λόγοις. Ἕκαστον δ᾽ ὅμως αὐτῶν κατὰ μέρος εὕροις ἂν ἀκριβῶς ἐξετάζων, τοῖς Ἑβραίων συμφερόμενον γράμμασι. Ἑβραίων δὲ εἶναι λόγους, οὐ μόνον τὰ παρὰ Μωσῇ λόγιά φημι, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων μετὰ Μωσέα θεοφιλῶν ἀνδρῶν, εἴτε Προφητῶν, εἴτε καὶ Ἀποστόλων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὧν ἡ τῶν δογμάτων συμφωνία, μιᾶς εἰκότως αὐτοὺς καὶ τῆς προσηγορίας ἀξιώσειεν.

FINIS LIBRI DUODECIMI.



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ
Liber Decimus Tertius.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΤΡΙΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

LIBRI DECIMI TERTII CAPITA

10. *Mortem veritatis causa non esse fugiendam. Ex Socratis Apologia.*

ι. Ὅτι μὴ δέοι φεύγειν τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας θάνατον. ἀπὸ τῆς Σωκράτους ἀπολογίας.

11. *Quemadmodum eorum mortem, qui vitam gloriose profuderunt, celebrari oporteat. Ex Platone.*

ια. Ὅπως δέοι τιμᾶν τὸν θάνατον τῶν εὐκλεῶς μεταλλαξάντων τὸν βίον· ἐκ τοῦ Πλάτωνος.

12. *Aristobulum Peripateticum etiam ante nos confessum esse, Hebræis è fontibus suam Græcos hausisse Philosophiam.*

ιβ. Ὅπως καὶ ὁ πρὸ ἡμῶν ἐξ Ἑβραίων Ἀριστόβουλος ὁ Περιπατητικὸς ἐκ τῆς παρ᾽ Ἑβραίοις φιλοσοφίας ὁμολογεῖ τοὺς Ἕλληνας ὡρμῆσθαι.

13. *Quæ a Græcis recte scripta fuerint, ea cum Hebræorum doctrina consentire, a Clemente præterea ostenditur, Strom. quinto.*

ιγ. Ὡς καὶ Κλήμης ὁμοίως τὰ καλῶς Ἕλλησιν εἰρημένα, σύμφωνα τυγχάνειν τοῖς Ἑβραίων παρείσησι δόγμασιν. ἀπὸ τοῦ ε Στρωματέως.

14. *Non recte de omnibus pronuntiasse Platonem; eoque nos haud absque ratione ab ejus Philosophia discessisse, atque Hebræorum oracula complexos esse.*

ιδ. Ὅτι μὴ πάντα ἐπιτυχῶς εἴρηται τῷ Πλάτωνι· διὸ οὐκ ἀλόγως τὴν κατ᾽ αὐτὸν παρῃτήμεθα φιλοσοφίαν, τὰ δὲ Ἑβραίων ἀποδεχόμεθα λόγια.

15. *Non in omnibus Platonis, sed Hebræorum probandam esse de spiritalibus Naturis disputationem.*

ιε. Ὅτι μὴ καθόλου ὀρθῶς ὁ Πλάτων, τὸν περὶ τῶν νοητῶν οὐσιῶν ἐφώδευσε λόγον, ἀλλ᾽ Ἑβραῖοι,

16. *De Animo non recte, ut Hebræos, in omnibus sensisse Platonem.*

ις. Ὅτι μὴ Ἑβραίοις ὁμοίως, κατὰ πάντα ὀρθῶς ἐδόξαζε περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων.

17. *Non quemadmodum Platoni visum est, Animi naturam duabus ex partibus, quarum altera patiendi necessitate libera, patibilis altera sit, esse conflatam. Ex Severi Platonici disputatione de Animo.*

ιζ. Ὅτι κατὰ Πλάτωνα μὴ ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας, ἡ τῆς ψυχῆς συνέστηκε φύσις. ἀπὸ τοῦ Σευήρου τοῦ Πλατωνικοῦ, περὶ ψυχῆς.

18. *De Cælo, deque collucentibus in eo Sideribus, haud recte omnino sensisse Platonem. Ex Epinomide, Timæo, & leg. 10. Quæ Moses coli omnia vetuit, quemadmodum Hebræus etiam Philo interpretatur.*

ιη. Περὶ οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ φωστήρων, ὅτι μὴ καθόλου ὀρθῶς ἐδόξασεν ὁ Πλάτων. ἀπὸ τῆς Ἐπινομίδος, καὶ τοῦ Τιμαίου, καὶ τοῦ δεκάτου τῶν Νόμων. ἅπερ Μωσῆς σέβειν ἀπαγορεύει, ὡς καὶ ὁ Ἑβραῖος Φίλων ἑρμηνεύει.

19. *Quænam minus recte Plato de mulieribus statuerit.*

ιθ. Ὁποῖα περὶ γυναικῶν οὐκ ὀρθῶς ὁ Πλάτων διετάξατο.

20. *Quænam Plato de infando amore in Phædro statuerit: quibus contraria sunt a Mose sancita.*

κ. Ὁποῖα περὶ ἔρωτος ἐκθέσμου ὁ αὐτὸς διετάξατο ἐν Φαίδρῳ, οἷς Μωσῆς ἀντινομοθετεῖ.

21. *De legibus Platonis ad cædes pertinentibus, magna illa hominis mente indignis: quibus cum Mosis leges committendæ.*

κα. Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι φονικῶν νόμων, οὐκ ἀξίων ὄντων τῆς μεγαλονοίας αὐτοῦ, οἷς τοὺς Μωσέως ἀντιπαραβλητέον.

A

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Pag. 371. ΕΠΕΙΔΗ πέφηνεν ἐν τοῖς πρὸ τούτου Συγγράμμασιν ἡ κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφία, κατὰ τὰ πλεῖστα, Μωσέως καὶ τῶν παρ᾽ Ἑβραίοις ἱερῶν λόγων ἑρμηνείαν ὥσπερ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν περιέχουσα, ἔρχομαι νῦν ὁμοῦ καὶ τὰ λείποντα προσαποδοῦναι τῷ λόγῳ, καὶ τὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἰς τοὺς τόπους εἰρημένα διελθεῖν· ὁμοῦ καὶ διαβολῆς ἀλόγου B αἰτίαν ἀπολυσόμενος, εἰ δή τις ἡμῖν ἐπικαλῶν φαίη, τί δή ποτ᾽ οὖν, Μωσέως καὶ Πλάτωνος τὰ συνῳδὰ πεφιλοσοφηκότων, οὐχὶ τὰ Πλάτωνος, ἀλλὰ τὰ Μωσέως μέτιμεν, τοὔμπαλιν δέον, ὅτι δὴ πρὸς τοῖς ἴσοις δόγμασι, προσήκων ἡμῖν γένοιτ᾽ ἂν Ἕλλησιν οὖσιν ὁ Ἑλληνικὸς μᾶλλον, ἢ ὁ Βάρβαρος. Ὀκνῶν δὲ ἀπαντῆσαι πρὸς ταῦτα, αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν Φιλόσοφον, τοῦτον μὲν εἰς ὕστερον ἀνατίθεμαι τὸν λόγον· τὰ δέ γε πρῶτά μοι λεχθέντα, πρῶτα διασκέψομαι. λαβὼν οὖν ἀνάγνωθι, ὁποίαν ἐπήγετο δόξαν ὁ Πλάτων, περὶ τῶν Ἑλληνικῶν Θεολόγων τε καὶ Ποιητῶν, ὅπως τε πίστεις τὰς C πατρίους περὶ τῶν Θεῶν ὑπολήψεις ἠθέτει, καὶ τὴν ἐν αὐταῖς ἀτοπίαν διήλεγχεν.

PROOEMIUM.

Cum superioribus libris viderimus, Platonica ut plurimum Philosophia, Mosis & sacrorum apud Hebræos oraculorum quandam quasi Græcam in linguam conversionem contineri: nos deinceps partim quæ huic disputationi desunt adjungemus, partim quæ a superioris memoriæ Scriptoribus in similium locorum tractatione dicta sunt, persequemur; ad extremum speciosam illam nonnullorum criminationem diluemus; Ecquid tandem causæ sit, quamobrem si Mosi tam consentanee Plato philosophatus est, Mosis potius quam Platonis doctrinam sequamur, cum secus utique factum oporteret, quod præter dogmatum similitudinem, nobiscum etiam, utpote Græcis, Græco magis homini quam Barbaro conveniret. Et quoniam ego, qua Philosophum hunc observantia prosequor, huic adhuc reprehensioni occurrere vereor, hac tantisper oratione dilata, quæ primum abs me proposita sunt, ea primo loco discutiam. Sume ergo mihi Platonem, ac perlege, qualem ipse demum habuerit Græcorum Theologorum ac Poetarum opinionem, & quemadmodum patrias omnes de Diis sententias rejecerit, earumque ineptias coarguerit.

α.

ΟΠΩΣ Ο ΠΛΑΤΩΝ ΤΗΣ Ἑλληνικῆς Θεολογίας ἀπήλεγχε τὴν ἀτοπίαν. ἐκ τοῦ Τιμαίου.

D

1 ΠΕΡΙ δὲ τῶν ἄλλων Δαιμόνων εἰπεῖν τε καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ᾽ ἡμᾶς. πιστευτέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν Θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν. σαφῶς δέ που τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν Θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν· ἀλλ᾽ ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. Οὕτως οὖν κατ᾽ ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν Θεῶν ἐχέτω, καὶ λεγέσθω.

I.

QVEMADMODUM PLATO Græcæ Theologiæ ineptias coarguerit. Ex Timæo.

ALIORUM autem Dæmonum, inquit ille, procreationem vel explicare, vel nosse, res est nostra facultate major. Quare hoc in genere, priscis illis testibus adhibenda fides, qui ut Deum, quod ipsi ajunt, nepotes erant, ita majores suos maxime notos habuerunt. Nec fieri omnino potest, ut fides eorum filiis detrahatur, etiamsi nullis demonstrationibus necessariis, ac ne probabilibus quidem argumentis ipsorum testimonia comprobentur: sed necesse plane est, ut iis, quomodo lex imperat, tanquam suarum in rerum commemoratione credamus. Illam ergo Deorum procreationem quod attinet, uti Poetæ scribunt, ita nos quoque de ea statuamus ac loquamur. (Cap. I. Trap.)

Terræ Cœlique liberi, Oceanus & Tethys: Horum Phorcyn, Saturnus, & Ops, cæteriqve fratres. Ex Saturno & Ope, Jupiter, Juno, ac reliqvi, qvos utriusqve fratres appellari scimus, procreati. Atqve ita deinceps de tota Nepotum serie. His Plato, dum & Deorum fabulis, & earum auctoribus Poetis, sic tanqvam Deorum nepotibus fidem adhibere jubet; primum is mihi, dum Poetas Deorum nepotes appellat, ridere ac jocari videtur, qvasi Deos ipsos & homines fuisse, & similem Nepotibus suis naturam habuisse velit. Deinde vero, quos Deorum nepotes vocarat, eosdem ipse Theologos manifeste traducit, his verbis, *Etiamsi nullis demonstrationibus necessariis, ac ne probabilibus qvidem argumentis eorum testimonia comprobentur.* Itemqve dum addit, *Qvod ipsi ajunt.* Quin & ludere plane videtur, dum ait, *Qvippe qvi majores suos maxime notos habuere.* Itemqve, *Fieri nullo modo posse, ut fides Deorum filiis detrahatur.* Cæterum qvam id legum causa, præter mentem ipse dixerit, perspicue satis declarat, dum eos qvi legem modo seqvi voluerint, fidem ipsis adhibere oportere fatetur. Atqve hanc illius vere sententiam fuisse; ut facilius intelligas, audi sis qvemadmodum nuda claraqve voce totum hoc Theologorum genus reprehendat. Sic enim illos in Epinomide vellicat.

Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες, Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην· τούτων δὲ Φόρκυς, Κρόνος τε, καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας, Ζεὺς, Ἥρα τε, καὶ πάντες ὅσους ἴσμεν ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐκγόνους. Διὰ τούτων πιστεύειν τοῖς περὶ Θεῶν μύθοις, καὶ αὐτοῖς δὲ τοῖς τῶν μύθων Ποιηταῖς, ὡς δὴ Θεῶν ἐκγόνοις οὖσι παρακελευσάμενος, πρῶτα μὲν διὰ τοῦ φάναι, ἐκγόνους εἶναι τῶν Θεῶν τοὺς Ποιητὰς, χλευάζειν μοι δοκεῖ ὡς καὶ τῶν Θεῶν ἀνθρώπων γεγονότων, καὶ τοῖς ἐκγόνοις ὁμοίαν τὴν φύσιν. Διαβάλλει δ' ἑξῆς ἄντικρυς τοὺς Θεολόγους, οὓς ἐκγόνους ἔφησεν εἶναι Θεῶν, δι' ὧν ἐπάγει φάσκων· καίπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσι· δι' ὧν τε προστίθησι τὸ, ὡς ἔφασαν. παίζειν δ' ἔοικε λέγων, σαφῶς γέ που τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσι· καὶ τὸ, ἀδύνατον Θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν. Καὶ τὸ παρὰ γνώμην δὲ ταῦτα λέγειν τῶν νόμων ἕνεκα, διαρρήδην παρείστησιν ὁμολογήσας, ὅτι δέοι ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστεύειν αὐτοῖς. Ὅτι δὲ ταῦτ' ἐνόει, ἐπάκουσον ὅπως γυμνῇ καὶ ἀνατακαλύπτῳ φωνῇ, τοὺς δὴ Θεολόγους ἅπαντας διαβάλλει, κόπτων ἐν Ἐπινομίδι τούτοις τοῖς ῥήμασιν.

II.

DE EODEM, EX EPINOmide.

DEORUM, inqvit, atqve animantium procreationem, qvod Majores nostri perperam de illa philosophati sint, melius hic mihi necessario tractandam atqve explicandam puto, atqve ita ut superior illa, qvam adversus impios institui, disputatio relegatur. At vero qvam mature ac prudenter illam veterum Theologiam repudiet, idem ipse docet secundo de Republica, ubi sane verum fuerit diligentius attendere qvemadmodum adversus Poetas atque Theologos, in iis præsertim qvæ de Græcis Numinibus tradita jam olim fuerant, invehatur. Sunt hæc ejus verba.

β.

ΕΤΙ ΑΠΟ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΕΠΙνομίδος, περὶ τοῦ αὐτοῦ.

ΘΕΟΓΟΝΙΑΝ τοίνυν καὶ ζωογονίαν, ὡς ἔοικεν, ἀναγκαῖον πρῶτόν μοι, κακῶς ἀπεικασάντων τῶν ἔμπροσθεν, βέλτιον ἀπεικάσαι κατὰ τὸν ὕστερον λόγον, ἀναλαβόντα ὃν πρὸς ἀσεβεῖς ἐπικεχείρηκα λόγον. Ὅτι δ' ἀλόγως τὴν τῶν πρώτων θεολογίαν παραιτεῖται, διδάσκει ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς Πολιτείας, ἔνθα τὸν νοῦν ἐπιστῆσαι ἄξιον, ὁπόσα καὶ οἷα περὶ τῶν αὐτῶν Ποιητῶν τε καὶ Θεολόγων, τῶν γε ἐκ παλαιοῦ παραδεδομένων, περὶ τῶν Ἑλληνικῶν Θεῶν διεξέισιν, ὧδε ῥήμασιν αὐτοῖς φάσκων.

γ. ΕΤΙ ΑΠΟ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ τῆς Πολιτείας, περὶ τοῦ αὐτοῦ, καὶ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν τῶν κακῶν αἴτιον.

» ΕΝ τοῖς μείζοσιν, ἦν δ' ἐγώ, μύθοις, ὀψόμεθα καὶ τοὺς ἐλάττους· δεῖ γὰρ δὴ τὸν αὐτὸν τύπον εἶναι, καὶ ταὐτὸν δύνασθαι τούς τε μείζους, καὶ τοὺς ἐλάττους. ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε, ἔφη· ἀλλ' οὐκ ἐννοῶ οὐδὲ τοὺς μείζους τίνας λέγεις. Οὓς Ἡσίοδός τε, εἶπον, καὶ Ὅμηρος ἡμῖν ἐλεγέτην, καὶ οἱ ἄλλοι Ποιηταί· οὗτοι γάρ που μύθους ψευδεῖς τοῖς ἀνθρώποις συντιθέντες, ἔλεγόν τε καὶ λέγουσι. Ποίους δή, ἦ δ' ὅς, καὶ τί αὐτῶν μεμφόμενος λέγεις; Ὅπερ, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ πρῶτόν τε καὶ μάλιστα μέμφεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἐάν τις μὴ καλῶς ψεύδηται. Τί τοῦτο; Ὅταν εἰκάζῃ τις κακῶς οὐσίαν τῷ λόγῳ περὶ Θεῶν τε καὶ Ἡρώων, οἷοί εἰσιν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν ἐοικότα γράφων, οἷς ἂν ὅμοια βουληθῇ γράψαι. Καὶ γάρ, ἔφη, ὀρθῶς ἔχει τά γε τοιαῦτα μέμφεσθαι· ἀλλὰ πῶς δὴ λέγομεν, καὶ ποῖα; Πρῶτον μὲν δή, ἦν δ' ἐγώ, τὸ μέγιστον, καὶ περὶ τῶν μεγίστων ψεῦδος ὁ εἰπών, οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο, ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος, ὅ, τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. τὰ δὲ δὴ Κρόνου ἔργα καὶ πάθη ὑπὸ τοῦ υἱέος, οὐδ' ἂν εἰ ἦν ἀληθῆ, ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι πρὸς ἄφρονάς τε καὶ νέους· ἀλλὰ μάλιστα μὲν σιγᾶσθαι· εἰ δ' ἀνάγκη τις ἦν λέγειν, δι' ἀπορρήτων ἀκούειν ὡς ὀλιγίστους, θυσαμένους οὐ χοῖρον, ἀλλά τι μέγα καὶ ἄπορον θῦμα, ὅπως ὅτι ἐλαχίστους συνέβη ἀκοῦσαι. Καὶ γάρ, ἦ δ' ὅς, οὗτοί γε οἱ λόγοι χαλεποί. Καὶ οὐ λεκτέοι γε ἔφην, ὦ Ἀδείμαντε, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ πόλει. οὐδὲ λεκτέον νέῳ ἀκούοντι, ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιοῖ, οὐδ' αὖ ἀδικοῦντα πατέρα κολάζων παντὶ τρόπῳ, ἀλλὰ δρῴη ἂν ὅπερ Θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦ δ' ὅς, οὐδὲ αὐτῷ μοι δοκεῖ ἐπιτήδεια εἶναι λέγειν. Οὐδέ γε, ἦν δ' ἐγώ, παράπαν, ὡς θεοὶ θεοῖς πολεμοῦσί τε, καὶ ἐπιβουλεύουσι, καὶ μάχονται· οὔτε γὰρ ἀληθῆ

A III. EX SECUNDO DE REPUblica. De eodem; ac præterea Deum malorum auctorem non esse.

IN majoribus fabulis, inqvam, minores » etiam facile videbimus. Necesse enim est » speciem unam aliqvam esse, vimqve mi- » noribus æqve majoribusqve communem. » Annon ita sentis? Eqvidem, inqvit ille, sed » B qvas tu majores dicas, non capio. Qvas He- » siodus, inquam, atqve Homerus, cæteriqve » Poetæ commemorant. Illi enim falsas homi- » nibus fabulas commenti, & narrabant olim » hodieq; narrant. Qvas tandem, inqvit ille, » aut qvid in iis reprehendis? Cui ego, Qvod & » primum & omniũ maxime reprehendendũ » est, præsertim ubi qvis non recte mentiatur. » Qvid illud porro? Ubi qvis male Deorum » Heroumqve naturam oratione repræsentat, » perinde ut Pictor faceret, qvi tabellam ei » rei nulla ex parte similem pingeret, quam » penicillo exprimendam suscepisset. Ea vero, » C inqvit, reprehensione dignissima sint: Sed » clarius illa sodes, atqve distinctius. Ego ve- » ro, Primum, inqvam, maximum illud maxi- » misqve de rebus mendacium, qui narravit » Hesiodus, quid videlicet actum a Cœlo » fuerit, qvamqve vicissim ei pœnam Satur- » nus reposuerit, perperam omnino confinxit. » Jam qvæ Saturnus idem aut gesserit, aut a » filio pertulerit, ne si vera qvidem essent, » adeo tamen facile ac temere apud homines » aut stultos, aut adolescentes jactanda vide- » rentur, sed principio qvidem, omnino tacen- » da: sin aperiendi necessitas aliqva foret, cum » paucissimis, uti maxime arcana solent, com- » D municanda, & qvidem auditoribus ejusmo- » di, qvi non porcum, sed eximiam aliqvam ra- » ramqve victimam immolassent, ut qvam » paucissimi hujus in sermonis communionẽ » venirent. Enimvero grave, inqvit, ac peri- » culosum hoc sermonum genus. Nec omnino » inqvam, o Adimante, nostra in Republica au- » diendum; nec audiente adolescente huic ora- » tioni locus esse debet; qvi scelestissima qvæq; » admittat, mirum ab eo nihil fieri; ne si paten- » tem qvidem ipsum, a quo læsus fuerit, omni » suppliciorum genere mulctaverit; sed illud » duntaxat ipsum, qvod primi maximiq; Deo- » rum ante jam fecerint. Nec mihi per Jovem, » inqvit, ferenda vox ea videatur. Neqve al- » tera sane hæc, inqvam: bellare Deos, pu- » gnareque cum Diis, atqve iisdem insidia- » ri, cum & hoc ab omni veritate abhorreat, »

& qvi Reip. nostræ Custodes ac Moderatores futuri sunt, eos civili odio facile dissidere, longe turpissimum ducere oporteat: ne dum, ut iis fictitia, modisque omnibus variata, sive Gigantum bella, sive alia omnis generis, Deum simul & Heroum, ab affinibus cognatisqve dissidia narrari debeant. Contra vero, si quo modo persvadere poterimus, civi civem alteri infensum neminem unqvam fuisse, nec id omnino fas esse; hæc atque similia pueris mature a senioribus & aniculis inculcanda erunt, ipsique Poetæ cogendi, suas ut fabulas eo referant. At injecta Junoni a filio vincula, dejectum a Patre Vulcanum, qvod pulsatæ Matri opem ferre vellet, cæterasque Deorum pugnas, quotquot ab Homero confictæ sunt, hac in civitate nunqvam audire oportebit, sive arcanum aliqvem sensum includant, sive nullum. Nec enim juvenis statuere potest, ubi aliquis ejusmodi sensus lateat, ubi nullus: sed quascunq; opiniones ea primum ætate imbiberit, eæ deleri fere postea revellique non possunt. Itaque tanti, opinor, erit, ut quibus primum audiendis fabulis assvescent, ad virtutem eæ, qvam rectissime fieri poterit, collineent. Jure hoc tu qvidem, & cum ratione, inquit: at si quis ex nobis quæret, cujusmodi ea, quæve fabulæ esse debeant, quid tandem respondebimus? Cui

Cap. II. Trap. ego, Poetæ, inqvam, in præsentia neque ego, neque tu sumus, sed Reipublicæ conditores. Qvos, ut formas illas & exemplaria nosse oporteat, quæ Poetis in fabularum suarum fictionibus proposita esse debeant, & a quibus, si qvando deflectent, ferendi non sint, fabulas ipsos qvidem fingere non oportet. Fateor, inqvit, sed hoc ipsum tamen, formæ, inquam, illæ, qvas ubi de Diis loqvendum erit, sequi oportebit, qvales tandem esse debent? Tales, inquam, ut cujusmodi per se se Deus est, ejusmodi semper, tam heroicis, qvam lyricis ac tragicis carminibus repræsentetur. Decet enimvero. Deus igitur, quod reapse bonus sit, bonus quoque celebrandus erit. Erit omnino. Atqui noxium bonum esse nullum potest: nonne? Nullum, ut videtur. Qvod autem noxium non est, idne aliquando nocet? Nunquam certe. Qvod porro non nocet, an aliqvid mali facit? Ne istuc qvidem. Qvod autem mali nihil facit, id ne mali qvidem ullius causa esse queat. Nam qvi? Qvid vero? an bonum utile qviddam est.? Ita. Est ergo causa felicitatis alicuj⁹.

A Εἴ γε δεῖ ἡμῖν τοὺς μέλλοντας τὴν πόλιν φυλάσσειν, αἴσχιστον νομίζειν τὸ ῥᾳδίως ἀλλήλοις ἀπεχθάνεσθαι· πολλοῦ δεῖ Γιγαντομαχίας τε μυθολογητέον αὐτοῖς, καὶ ποικιλτέον, καὶ ἄλλας ἔχθρας πολλὰς καὶ παντοδαπὰς, Θεῶν τε καὶ Ἡρώων πρὸς συγγενεῖς τε καὶ οἰκείους αὐτῶν. Ἀλλ' εἴ πως μέλλοιμεν πείσειν, ὡς οὐδεὶς πώποτε πολίτης ἕτερος ἑτέρῳ ἀπήχθετο, οὐδ' ἔστι τοῦτο ὅσιον, τοιαῦτα μᾶλλον λεκτέα πρὸς τὰ παιδία εὐθὺς, καὶ B γέρουσι καὶ γραυσί. καὶ πρεσβυτέροις γιγνομένοις, καὶ τοὺς Ποιητὰς ἐγγὺς τούτων ἀναγκαστέον λογοποιεῖν. Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος, καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρὸς, μέλλοντος τῇ μητρὶ ἀμυνεῖν τυπτομένῃ, καὶ θεομαχίας ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν, οὔτ' ἐν ὑπονοίαις πεποιημένας, οὔτε ἄνευ ὑπονοιῶν. Ὁ γὰρ νέος οὐχ οἷός τε κρίνειν, ὅ, τι τε ὑπόνοια, καὶ ὅ, τι μή· ἀλλ' ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ C γίγνεσθαι. Ὧν δὴ ἴσως ἕνεκα, περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν, ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν. Ἔχει γὰρ, ἔφη, λόγον· ἀλλ' εἴ τις αὖ καὶ ταῦτα ἐρωτᾷ ἡμᾶς, ἅττα ἐστὶ, καὶ τίνες οἱ μῦθοι, τίνας ἂν φαῖμεν; Καὶ ἐγὼ εἶπον· ὦ Ἀδείμαντε, οὐκ ἐσμὲν Ποιηταὶ ἐγώ τε καὶ σὺ ἐν τῷ παρόντι, ἀλλ' Οἰκισταὶ πόλεως. Οἰκισταῖς δὲ τοὺς μὲν τύπους προσήκει εἰδέναι, ἐν οἷς δεῖ μυθολογεῖν τοὺς Ποιητὰς, παρ' οὓς ἐὰν D ποιῶσιν, οὐκ ἐπιτρεπτέον· οὐ μὴν αὐτοῖς γε ποιητέον μύθους. Ὀρθῶς, ἔφη· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο, οἱ τύποι περὶ θεολογίας τίνες ἂν εἶεν; Τοιοίδε πού τινες, ἦν δ' ἐγὼ, οἷος τυγχάνει ὢν ὁ Θεὸς, ἀεὶ δή που ἀποδοτέον, ἐάν τέ τις αὐτὸν ἐν ἔπεσι ποιῇ, ἐάν τε ἐν μέλεσιν, ἐάν τε ἐν Τραγῳδίᾳ. Δεῖ γάρ. Οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ ὄντι τε, καὶ λεκτέον οὕτω. Τί μήν; Ἀλλὰ μὴν, οὐδέν γε τῶν ἀγαθῶν, βλαβερόν. Ἦ γάρ; Οὔ μοι δοκεῖ. Ἆρ' οὖν τὸ μὴ βλαβερὸν βλάπτει; Οὐδαμῶς. Ὃ δὲ μὴ βλάπτει, κακόν τι ποιεῖ; Οὐδὲ τοῦτο. Ὃ δέ γε μηδὲν κακὸν ποιεῖ, οὐδ' ἄν τινος εἴη κακοῦ αἴτιον. Πῶς γάρ; Τί δέ; ὠφέλιμον τὸ ἀγαθόν; Ναί. Αἴτιον ἄρα εὐπραγίας. P. 377

Ναί. Οὐκ ἄρα πάντων γε αἴτιον τὸ ἀγαθόν· ἀλλὰ τῶν μὲν εὖ ἐχόντων αἴτιον, τῶν δὲ κακῶν ἀναίτιον. Παντελῶς γε, ἔφη. Οὐδ' ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, ὁ Θεὸς ἐπεὶ ἀγαθὸς, πάντων ἂν εἴη αἴτιος, ὡς οἱ πολλοὶ λέγουσιν· ἀλλ' ὀλίγων μὲν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιος, πολλῶν δὲ ἀναίτιος. πολὺ γὰρ ἐλάττω τὰ ἀγαθὰ τῶν κακῶν ἡμῖν. καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον, τῶν δὲ κακῶν ἄλλα ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν Θεόν. Ἀληθέστατα, ἔφη, δοκεῖς μοι λέγειν. Οὐκ ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, ἀποδεκτέον, οὔτε Ὁμήρου, οὔτε ἄλλου Ποιητοῦ, ταύτην τὴν ἁμαρτίαν περὶ τοὺς Θεοὺς ἀνοήτως ἁμαρτάνοντος, καὶ λέγοντος,

Ὡς δοιοὶ πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Κηρῶν ἔμπλειοι, ὁ μὲν ἐσθλῶν, αὐτὰρ ὁ δειλῶν.

καὶ ᾧ μὲν ἂν μίξας ὁ Ζεὺς ἀμφοτέρων δῷ,

Ἄλλοτε μέν γε κακῶν ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῶν.

Ὧ δ' ἂν μὴ, ἀλλ' ἄκρατα τὰ ἕτερα,

Τὸν δὲ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.

Οὐδ', ὡς ταμίας ὁ Ζεὺς ἡμῖν ἀγαθῶν τε κακῶν τε τέτυκται. Τὴν δὲ ὅρκων, καὶ σπονδῶν σύγχυσιν, ἣν ὁ Πάνδαρος συνέχεεν, ἐάν τις φῇ δι' Ἀθηνᾶς τε καὶ Διὸς γεγονέναι, οὐκ ἐπαινεσόμεθα· οὐδὲ Θεῶν ἔριν τε καὶ κρίσιν διὰ Θέμιδός τε καὶ Διός. Οὐδ' αὖ ὡς Αἰσχύλος λέγει, ἐατέον ἀκούειν τοὺς νέους,

Ὅτι Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς,
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ.

Ἀλλ' ἐάν τις ποιῇ, ἐν οἷς ταῦτα τὰ ἰαμβεῖα ἔνεστι, τὰ τῆς Νιόβης πάθη, ἢ τὰ Πελοπιδῶν, ἢ τὰ Τρωϊκά, ἢ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, ἢ οὐ Θεοῦ ἔργα ἐατέον αὐτὰ λέγειν· ἢ εἰ Θεοῦ, ἐξευρετέον αὐτοῖς σχεδὸν, ὃν νῦν ἡμεῖς λόγον ζητοῦμεν· καὶ λεκτέον, ὡς ὁ μὲν Θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, οἱ δὲ ὠνίναντο κολαζόμενοι. ὡς δ' ἄθλιοι μὲν οἱ δίκην διδόντες, ἦν δὲ ὁ δρῶν ταῦτα Θεὸς, οὐκ ἐατέον λέγειν τὸν Ποιητήν. Ἀλλ' εἰ μὲν ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως λέγοιεν, ὡς ἄθλιοι, οἱ

A Est. Non igitur rerum omnium causa, bonum est, sed eorum duntaxat quæ bene se habent, malorum autem minime. Prorsus, inqvit. Deus igitur, inqvam, cum bonus sit, rerum omnium auctor certe non erit, qvod tamen jactari vulgo solet: imo vero, paucarum admodum hominibus auctor erit, plurimarum minime: bonis enim longe paucioribus utimur, qvam malis. Et bonorum qvidem alteri nemini assignanda causa est, malorum autem aliæ, qvam Deus, nobis requirendæ. Verissima loqvi te puto. Seqvitur ergo, nec Homerum, nec alium Poetam ullum audiendum, qvi tam imprudenter in Deos temereque peccet, ut dicat,

Dolia bina jacent Magni sub limine Patris:
Mitibus hoc fatis plenum est, at tristibus illud.

Cæterum cui Jupiter ex utroqve aliquid affuderit, hunc

Incertum modo læva premunt, modo læta seqvuntur.

Cui vero secus, hoc est mera ex altero cuncta dederit.

Hunc dolor assiduus terrarum in sede fatigat.

C Nec rursum ferendus qvi dixerit, Jovem bonorum & malorum quæstorem nobis ac dispensatorem esse. Præterea si qvis, quod jurisjurandi fœderumque religiones Pandarus conturbarit, id Minervæ Jovisque consilio factum esse scribet, nullo modo probabimus: uti nec Deorum contentionem atque judicium ad Themidem Jovemque revocari. Similiter quominus illud Æschyli a junioribus audiatur, cavendum erit

D *— Deus mortalibus caussam serit,*
Domum ipse dum vult funditus pessundare.

At si qvis funestos illos Niobes, aut Pelopidarum casus, vel Trojanas calamitates, aut aliud quicquam ejusmodi versibus Jambicis mandare voluerit, aut permittendum ei non erit, ut abs Deo facta illa esse dicat, aut si Deo tribuentur, ea tum forte ratio excogitanda illis erit, qvam ipsimet investigamus; atqve ita loqvendum, abs Deo bona justaque profecta esse omnia, nec minus iis qvi punirentur fructuosa. At vero & miseros fuisse qui pœnas eas sustinerent, illas tamen Deum inflixisse, hoc ut Poeta canat, ferendum nunquam erit.

Qvod si homines improbos, utpote miseros, animadversione opus habuisse dicerent, eamqve dum subirent, opem sensisse divinam, hactenus id tolerari possit. At Deum, qvi per se se bonus sit, causam ulli malorum esse, id vero ne aut a qvoqvam in sua civitate dicatur, si eam modo recte institutam volet, aut ullus occinentem audiat, omni ratione pugnandum erit, idqve seu junior ille, seu senior fuerit, sive stricta, sive soluta oratione dicatur: qvod ista nec pie narrari possint, nec ullam nobis utilitatem afferant, nec secum ipsa consentiant. Ego vero, inqvit, legis tecum hujus auctor libenter fuerim, ita mihi placet. Hæc igitur, inqvam, ex iis legibus atqve formis, qvas ubi de Deo loqvendum erit, tam Oratoribus qvam Poetis, propositas esse oportebit, una esto, DEUM NON OMNIUM, SED BONORUM DUNTAXAT CAUSAM
4 ESSE. Placet, inqvit, abunde est. Hæc autem secunda, qvid? An tu veneficum aliqvem Deum esse, & tanqvam ex insidiis alia repente aliaque forma nobis apparere existimas; ita ut modo per sese talis ipse fiat, crebrisqve mutationibus novum subinde vultum ac speciem induat; modo illudens oculis, ut ejusmodi videatur, efficiat? an potius simplicem esse illum, minimeqve omnium formam suam exuere? Modo, inqvit, quod tam universe respondeam non habeo. Qvid igitur ad hoc? Si quid formæ suæ mutationem subeat, nonne aut ipsum mutari per se se necesse est, aut ab alio? Necesse id qvidem. Atqvi vix ac ne vix qvidem ab alio, qvæ optime se se habent, mutari moveriq; solent: qvo modo corpus a cibo, potu, laboribus, & qvodvis plantæ genus, ab æstu, ventis, aliisq; tempestatibus ita mutatur, ut tamen qvod in eo genere sanissimum ac valentissimum est, id mutationem illam minime sentiat. Qvis enim hoc neget? Animus igitur ipse, cum fortissimus idem sit ac prudentissimus, ab externa ulla vi minime perturbari mutariqve poterit. Sane. Præterea, composita etiam omnia, ut vasa, ædificia, vestimenta, si modo recte confecta sint, partibusqve suis omnibus absoluta, minimam similiter vel abs tempore vel ab alia qvavis injuria mutationem subeunt. Ita est. Qvicqvid igitur vel abs natura, vel ab arte, vel ab utraqve suam habet integritatem, id extrinsecæ mutationi minime obnoxium fuerit. Ita videtur. Jam vero, Deus profecto, quæq; Dei sunt omnia, omni ex parte perfectissima sunt. Qvis neget? Seqvitur ergo Deum multiplices aliunde formas subire non posse. Omnino seqvitur. An vero per se se varias

Cap. III. Tract.

A κακοὶ, διδόντες δὲ δίκην ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐατέον. Κακῶν δ' αἴτιον φάναι θεόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ, μήτέ τινα ταῦτα λέγειν ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει, εἰ μέλλει εὐνομήσεσθαι, μήτέ τινα ἀκούειν, μήτε νεώτερον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε ἐν μέτρῳ, μήτ' ἄνευ μέτρου μυθολογοῦντα, ὡς οὔτε ὅσια ἂν λεγόμενα εἰ λέγοιτο, οὔτε ξύμφορα ἡμῖν, οὔτε ξύμφωνα αὐτὰ αὐτοῖς. Ξύμψηφός σοί εἰμι, ἔφη, τούτου B τοῦ νόμου, κἀμοὶ ἀρέσκει. Οὗτος μὲν τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, εἷς ἂν εἴη τῶν περὶ Θεοῦ νόμων τε καὶ τύπων, ἐν οἷς δεήσει τούς τε λέγοντας λέγειν, καὶ τοὺς ποιοῦντας ποιεῖν, Μὴ πάντων αἴτιον τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τῶν ἀγαθῶν. Καὶ μάλιστα, ἔφη, ἀπόχρη. Τί δὲ δὴ ὁ δεύτερος ὅδε; ἆρα γόητα τὸν Θεὸν οἴει εἶναι, καὶ οἷον ἐξ ἐπιβουλῆς φαντάζεσθαι ἄλλοτε ἐν ἄλλαις ἰδέαις, τοτὲ μὲν αὐτὸν γιγνόμενον, καὶ ἀλλάττοντα τὸ αὐτοῦ εἶδος εἰς πολλὰς μορ- C φὰς, τοτὲ δὲ ἡμᾶς ἀπατῶντα, καὶ ποιοῦντα περὶ αὐτοῦ τοιαῦτα δοκεῖν· ἢ ἁπλοῦν τε εἶναι, καὶ πάντων ἥκιστα τῆς αὐτοῦ ἰδέας ἐκβαίνειν; Οὐκ ἔχω, ἔφη, νῦν γε οὕτως εἰπεῖν. Τί [illegible] τόδε; οὐκ ἀνάγκη, εἴπερ τι ἐξίσταιτο τῆς αὐτοῦ ἰδέας, ἢ αὐτὸ ὑφ' αὑτοῦ μεθίστασθαι, ἢ ὑπ' ἄλλου; Ἀνάγκη. Οὐκοῦν ὑπὸ μὲν ἄλλου τὰ ἄριστα ἔχοντα ἥκιστα ἀλλοιοῦταί τε καὶ κινεῖται, οἷον σῶμα ὑπὸ σιτίων τε καὶ ποτῶν, καὶ πόνων· καὶ πᾶν φυτὸν ὑπὸ εἱλήσεών D τε, καὶ ἀνέμων, καὶ τῶν τοιούτων παθημάτων, οὐ τὸ ὑγιέστατόν τε καὶ ἰσχυρότατον ἥκιστα ἀλλοιοῦται. Πῶς δ' οὔ; Ψυχὴν δὲ αὐτὴν ἀνδρειοτάτην τε καὶ φρονιμωτάτην, ἥκιστ' ἄν τι πάθος ἔξωθεν ταράξειέ τε, καὶ ἀλλοιώσειε; Ναί. Καὶ μὴν που καὶ τά γε ξύνθετα πάντα, σκεύη τε, καὶ οἰκοδομήματα, καὶ ἀμφιέσματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ εὖ εἰργασμένα, καὶ εὖ ἔχοντα, ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων ἥκιστα ἀλλοιοῦται. Ἔστι ταῦτα. Πᾶν δὴ τὸ καλῶς ἔχον, ἢ φύσει, ἢ τέχνῃ, ἢ ἀμφοτέροις, ἐλαχίστην μεταβολὴν ὑπ' ἄλλου ἐνδέχεται. Ἔοικεν. Ἀλλὰ μὴν ὁ Θεός γε, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, πάντῃ ἄριστα ἔχει. Πῶς δ' οὔ; Ταύτῃ μὲν δὴ, ἥκιστ' ἂν πολλὰς μορφὰς ἴσχοι ὁ Θεός. Ἥκιστα δῆτα. Ἀλλ' ἆρα αὐτὸς αὑτὸν με-

pag. 381.

Ir. ε Plix... V. Na.

μεταβάλλοι ἂν καὶ ἀλλοιοῖ; Δηλονότι, ἔφη, εἴπερ ἀλλοιοῦται. Πότερον οὖν ἐπὶ τὸ βέλτιόν τε καὶ κάλλιον μεταβάλλει ἑαυτὸν, ἢ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ αἴσχιον αὑτοῦ; Ἀνάγκη, ἔφη, ἐπὶ τὸ χεῖρον ἑαυτοῦ, εἴπερ ἀλλοιοῦται. Οὐ γάρ που ἐνδεᾶ γε φήσομεν τὸν Θεὸν κάλλους ἢ ἀρετῆς εἶναι. Ὀρθότατα, ἦν δ' ἐγὼ, λέγεις. Καὶ οὕτως ἔχοντος, δοκεῖ ἄν τίς σοι, ὦ Ἀδείμαντε, ἑκὼν αὑτὸν χείρω ποιεῖν ὁπηοῦν, ἢ Θεῶν, ἢ ἀνθρώπων; Ἀδύνατον, ἔφη. Ἀδύνατον ἄρα, ἔφην, καὶ Θεὸν ἐθέλειν αὑτὸν ἀλ- B λοιοῦν· ἀλλ', ὡς ἔοικε, κάλλιστος καὶ ἄριστος ὢν εἰς τὸ δυνατὸν ἕκαστος αὐτῶν, μένει ἀεὶ ἁπλῶς ἐν τῇ αὑτοῦ μορφῇ. Πᾶσα, ἔφη, ἀνάγκη ἔμοιγε δοκεῖ. Μηδεὶς ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, ὦ ἄριστε, λεγέτω ἡμῖν τῶν Ποιητῶν,

Ὡς θεοὶ ξείνοισιν ἐοικότες ἀλλοδαποῖσιν,
Παντοῖοι τελέθοντες, ἐπιστρωφῶσι πόληας.

Μηδὲ Πρωτέως τε καὶ Θέτιδος καταψευδέσθω μηδεὶς, μηδ' ἐν Τραγῳδίαις, μηδ' ἐν C τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν, εἰσαγέτω Ἥραν ἠλλοιωμένην, ὡς ἱέρειαν ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις. καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλὰ μὴ ἡμῖν ψευδέσθωσαν. Μηδ' αὖ ὑπὸ τούτων ἀναπειθόμεναι αἱ μητέρες τὰ παιδία ἐκδειματούντων, λέγουσαι τοὺς μύθους κακῶς, ὡς ἄρα θεοί τινες περιέρχονται νύκτωρ πολλοῖς ξένοις καὶ παντοδαποῖς ἰνδαλλόμενοι, ἵνα μὴ ἅμα μὲν εἰς Θεοὺς βλασφημῶσιν, ἅμα δὲ τοὺς παῖ- D δας ἀπεργάζωνται δειλοτέρους. Μὴ γὰρ, ἔφη. Ἀλλ' ἄρα, ἦν δ' ἐγὼ, αὐτοὶ μὲν οἱ θεοί εἰσιν οἷοι μὴ μεταβάλλειν, ἡμᾶς δὲ ποιοῦσι δοκεῖν σφᾶς παντοδαποὺς φαίνεσθαι, ἐξαπατῶντες καὶ γοητεύοντες; Ἴσως, ἔφη. Τί δέ; ἦν δ' ἐγὼ, ψεύδεσθαι ὁ Θεὸς ἐθέλοι ἂν, ἢ λόγῳ ἢ ἔργῳ φαντάσματα προτείνων; Οὐκ οἶδα, ἦ δ' ὅς. Οὐκ οἶσθα, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι τό γε ὡς ἀληθῶς ψεῦδος, εἰ οἷόν τε τοῦτ' εἰπεῖν, πάντες θεοί τε καὶ ἄνθρωποι μισοῦσι; Πῶς, ἔφη, λέγεις; Οὕτως, ἦν δ' ἐγὼ, ὅτι τῷ κυριωτάτῳ ἑαυτῶν ψεύδεσθαι, καὶ περὶ τὰ κυριώτατα οὐδεὶς ἑκὼν ἐθέλει, ἀλλὰ πάντων μάλιστα φοβεῖται ἐκεῖ αὐτὸ κεκτῆσθαι. Οὐδὲ νῦν πω, ἦ δ' ὅς, μανθάνω. Οἴει γάρ τί με, ἔφην, σεμνὸν λέγειν· ἐγὼ δὲ

A illas sui mutationes & conversiones efficiet? Efficiet, inquit, si quando mutabitur. Utrum igitur in melius sese aliquid præstantiusque mutabit, an contra in deterius ac turpius? In deterius, inquit, necessario, si mutetur. Quippe, nunquam enim Deo pulchritudinis quicquam aut virtutis deesse diximus. Rectissime loqueris, inquam. Sed, cum hoc ita sit, num tibi, o Adimante, Deum quisquam aut hominum, sese ullatenus deteriorem ultro facturus videtur? Fieri non potest, inquit. Nec fieri ergo potest, inquam, uti Deus se ipsum mutare velit: sed potius, ut liquet, Deorum quivis, cum pro se quam pulcherrimus quisque, atque optimus sit, sui semper omnino similis idemque manet. Prorsus hoc mihi necessarium videtur. Desinat ergo, vir optime, Poeta quilibet, istuc nobis occinere,

— Peregrino Numina cultu,
Omnigenos induta habitus, nostra oppida lustrant.

C Nec ullus in posterum de Proteo ac Thetide mendacia ista confingat: nec in Tragœdiis, aut alio Poematis genere Junonem introducat, quæ Sacerdotis in speciem formamque mutata, almis illis Inachi Argivi fluvii liberis stipem corroget. Hæc aliaq; id genus sexcenta nemo deinceps mentiatur. Caveant præterea matres, ne hausta semel rerum istarum opinione filiolis terrorem injiciant, dum ejusmodi commenta perperam fabulantur, Deos noctu nonnullos oberrare omnigenis hospitibus similes, ne si- D mul injuriose de Diis impieque loquantur, simul liberos quoque suos meticulosiores efficiant. Cavendum id sane, inquit. Num vero, inquam, Dii ut suapte natura mutari non possint, id tamen illusionibus ac præstigiis quibusdam agunt, nobis ut omni formarum genere induti videantur? Fortean, inquit. Ego vero, Fierine possit, uti Deus aut verbis, aut re ipsa inanium figurarum objecta specie mentiri velit? Nescio, inquit. Nescis tu, inquam, genus hoc mendacii, omnibus, ut ita loquar, Diis & hominibus invisum esse? Clarius istuc obsecro. Nimirum, inquam, nemo est omnium, qui libenter, & parte sui præcipua, & præcipuis in rebus falli velit, imo qui non genus hoc mendacii præ cæteris omnibus reformidet. Ne nunc quidem, inquit, satis id capio. Videlicet, inquam, mirum me aliquid dicere arbitraris. Ego vero

A

tantum hoc dico, ita comparatos omnis esse, ut in rerum notionibus informandis, vel decipi se, vel deceptos aliquando esse, adeoque ignorantia laborare, conceptumque mendacium animo fovere, non tantum permoleste ferant, sed etiam ab eo hac in parte vehementer abhorreant. Prorsus, inquit. Atqui, recte, inquam, omnino; quod jamjam abs me dicebatur, hoc est quæ in hominis decepti animo versatur ignorantia, mendacium appelletur; quod enim in verbis est positum, id ejus tantum, quod animum occupat, vitii imitatio quædam est, expressumque posterius simulacrum, non autem purum omnino putumque mendacium. An non ita est? Ita prorsus. Quod ergo re ipsa mendacium est, id non Dii modo, verum etiam homines exosum habent. Habent, ut videtur. Jam vero quod in verbis inest mendacium, quando tandem, & quod eam utilitatem habet, ut odio dignum haberi non debeat? Nonne cum adversus hostes, tum etiam erga nonnullos eorum, quos amicos vocamus, si quando vel acti furore, vel ignorantia lapsi, mali aliquid moliantur, ejus avertendi causa, tanquam amuletum aliquod opportunum est? Quinetiam in illis

B

ipsis, de quibus paulo ante agebamus, fabulis, quod nos rerum antiquarum veritas lateat, dum ad veri similitudinem mendacium trahimus, nonne tum, ut aliquid ex eo fructus percipi possit, efficimus? Certe, inquit. Quonam igitur ex illis nominibus, utile Deo mendacium esse queat? Utrum, quod rerum antiquarum ignoratione laboret, quadam veri simulatione mentietur? Ridiculum, inquit, hoc fuerit. Mendax igitur in Deo Poeta non est. Mihi quidem non videtur. An vero hostium metu? Absit. An propter amicorum aut stultitiam aut furo-

C

rem? At stultus, inquit, furiosusque nemo amicus Deo esse potest. Causæ igitur nihil est, qvamobrem mentiatur Deus. Nihil. Semota ergo ab omni mendacio est Numinum Deorumqve natura. Omnino, inqvit. Deus igitur quam simplicissimus est, idemqve tam re, qvam oratione verissimus, nec mutatur ipse, nec alios aut simulata specie, aut verbis, aut signorum ostentis, aut visis, aut somniis, in errorem inducit. Tibi plane assentior. Restat igitur, ut secundam hanc formam esse concedas, qvam Oratores & Poetæ, cum de Diis loqvuntur, intueri debeant, Eos nec se se tanqvam veneficos immutare, nec verbis, aut re ipsa mentiendo

D

nobis imponere. Concedo. Itaque Homerum, ut in aliis plerisqve laudemus, in eo tamen non laudabimus, qvod somnium illud Agamemnoni a Jove immissum confinxerit.

λέγω, ὅτι τῇ ψυχῇ περὶ τὰ ὄντα ψεύδεσθαί τε, καὶ ἐψεῦσθαι, καὶ ἀμαθῆ εἶναι, καὶ ἐνταῦθα ἔχειν τε καὶ κεκτῆσθαι τὸ ψεῦδος, πάντες ἥκιστ' ἂν δέξαιντο, καὶ μισοῦσι μάλιστα αὐτὸ ἐν τῷ τοιούτῳ. Πολύ γ', ἔφη. Ἀλλὰ μὴν ὀρθότατά γ' ἄν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, τοῦτο ὡς ἀληθῶς ψεῦδος καλοῖτο, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἐψευσμένου ἄγνοια· ἐπεὶ τό γε ἐν τοῖς λόγοις, μίμημά τι τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ ἐστι παθήματος, καὶ ὕστερον γεγονὸς εἴδωλον, οὐ πάνυ ἄκρατον ψεῦδος· ἢ οὐχ οὕτω; Πάνυ μὲν οὖν. Τὸ μὲν δὴ τῷ ὄντι ψεῦδος, οὐ μόνον ὑπὸ Θεῶν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀνθρώπων μισεῖται. Δοκεῖ μοι. Τί δὲ δὴ τὸ ἐν τοῖς λόγοις ψεῦδος; πότε, καὶ τί χρήσιμον, ὥστε μὴ ἄξιον εἶναι μίσους; ἆρ' οὐ πρός τε τοὺς πολεμίους, καὶ τῶν καλουμένων φίλων τινάς, ὅταν διὰ μανίαν, ἤ τινα ἄνοιαν, κακόν τι ἐπιχειρῶσι πράττειν, τότε ἀποτροπῆς ἕνεκα, ὡς φάρμακον χρήσιμον γίγνεται; Καὶ ἐν αἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν ταῖς μυθολογίαις, διὰ τὸ μὴ εἰδέναι, ὅπῃ τἀληθὲς ἔχει περὶ τῶν παλαιῶν, ἀφομοιοῦντες τῷ ἀληθεῖ τὸ ψεῦδος, ὅτι μάλιστα οὕτω χρήσιμον ποιοῦμεν; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, οὕτως ἔχει. Κατὰ δὴ τί οὖν δὴ τούτων, τῷ Θεῷ τὸ ψεῦδος χρήσιμον; πότερον διὰ τὸ μὴ εἰδέναι τὰ παλαιά, ἀφομοιῶν ἂν ψεύδοιτο; Γελοῖον μέντ' ἂν εἴη, ἔφη. Ποιητὴς μὲν ἄρα ἐν Θεῷ ψευδὴς οὐκ ἔνι; Οὔ μοι δοκεῖ. Ἀλλὰ δεδιὼς τοὺς ἐχθροὺς ἂν ψεύδοιτο; Πολλοῦ γε δεῖ. Ἀλλὰ δι' οἰκείων ἄνοιαν, ἢ μανίαν; Ἀλλ' οὐδείς, ἔφη, τῶν ἀνοήτων καὶ μαινομένων, θεοφιλής. Οὐκ ἄρα ἐστίν, οὗ ἕνεκα ἂν Θεὸς ψεύδοιτο; Οὐκ ἔστι. Πάντῃ ἄρα ἀψευδὲς τὸ Δαιμόνιόν τε καὶ τὸ Θεῖον. Παντάπασι μὲν οὖν, ἔφη. Κομιδῇ ἄρα ὁ Θεὸς, ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς, ἔν τ' ἔργῳ καὶ λόγῳ, καὶ οὔτε αὐτὸς μεθίσταται, οὔτε ἄλλους ἐξαπατᾷ, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπάς, οὔθ' ὕπαρ, οὔτ' ὄναρ. Οὕτως ἔφη, ἔμοιγε καὶ αὐτῷ φαίνεται σοῦ λέγοντος. Συγχωρεῖς ἄρα, ἔφη, τοῦτον δεύτερον τύπον εἶναι, ἐν ᾧ δεῖ περὶ Θεῶν καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν, ὡς μήτε αὐτοὺς γόητας ὄντας τῷ μεταβάλλειν ἑαυτούς, μήθ' ἡμᾶς ψεύδεσι παράγειν ἐν λόγῳ, ἢ ἐν ἔργῳ; Συγχωρῶ. Πολλὰ ἄρα Ὁμήρου ἐπαινοῦντες ἄλλα, τοῦτο οὐκ ἐπαινεσόμεθα, τὴν τοῦ ἐνυπνίου πομπὴν ὑπὸ Διὸς τῷ Ἀγαμέμνονι.

Οὐδ᾽ Αἰσχύλου, ὅταν φῇ ἡ Θέτις, τὸν Ἀπόλλω ἐν τοῖς αὐτῆς γάμοις ᾄδοντα,

Ἐνδατεῖσθαι τὰς ἑὰς εὐπαιδίας·
Νόσων τε ἀπείρους, καὶ μακραίωνας βίους,
Ξύμπαντά τ᾽ εἰπὼν, θεοφιλεῖς ἐμὰς τύχας
Παιῶν᾽ ἐπευφήμησεν, εὐθυμῶν ἐμέ.
Κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον ἀψευδὲς στόμα
Ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ.
Ὁ δ᾽ αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
Αὐτὸς τάδ᾽ εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν.

Ὅταν τις τοιαῦτα λέγῃ περὶ θεῶν, χαλεπανοῦμέν τε, καὶ χορὸν οὐ δώσομεν, οὐδὲ τοὺς διδασκάλους ἐάσομεν ἐπὶ παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, καθόσον ἀνθρώπῳ ἐπὶ πλεῖστον οἷόν τε. Παντάπασιν ἔφη, ἔγωγε τοὺς τύπους τούτους συγχωρῶ καὶ ὡς νόμοις ἂν αὐτοῖς χρῴμην. Ταῦτα μὲν ὁ Πλάτων. Εὕροις δ᾽ ἂν τὴν Ἑβραίων γραφὴν, οὐδαμῶς μὲν μύθους αἰσχροὺς περὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, ἀλλ᾽ οὐδὲ περὶ τῶν ἀμφ᾽ αὐτὸν θείων Ἀγγέλων, οὐδέ γε περὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως ταῖς Ἑλληνικαῖς μυθολογίαις περιέχουσαν· τὸν δὲ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ἐκτεθέντα τύπον, ὅτι τε ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς τυγχάνει, καὶ τὰ πρὸς αὐτοῦ γεγονότα πάντα, τοιαῦτα. Ἐφ᾽ ἑκάστῳ δ᾽ οὖν τῶν δημιουργημάτων ὁ θαυμάσιος Μωσῆς ἐπιλέγει, Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. Ἔπειτε πᾶσι τὸν περὶ πάντων συγκεφαλαιούμενος λόγον φησί, Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Δόγμα δ᾽ Ἑβραίων ἐστὶ, καὶ τὸ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν κακῶν αἴτιον· εἰ δὴ ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου· φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον. Διὸ καὶ παρὰ τῷ Προφήτῃ εἰσῆκται λέγων ὁ Θεὸς, πρὸς τὸν ἐξ οἰκείας προαιρέσεως κακὸν γεγενημένον, Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν· πῶς ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία; Εἰ δέ που λέγοιτο κακὰ τοῖς φαύλοις ἐκ Θεοῦ συμβαίνειν, ὁμωνύμως ἀκουστέον, ὡς τῶν τιμωριῶν οὕτω κεκλημένων, ἃς ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς οὐκ ἐπὶ βλάβῃ τῶν τιμωρουμένων, ἐπ᾽ ὠφελείᾳ δὲ καὶ συμφέροντι λέγεται ἐπάγειν· ὥσπερ

Nec Æschylum probabimus, cum Thetidem introducit, Apollinem, ipsum quem in suis illa nuptiis Cantorem habuerat,

Risisse sortem prolis egregiam suæ.
Mihi nam valentes, atque longævos fore
Dum caneret ipse liberos, nil insuper
Non sponte Pæon addidit, charam Deis
Vocans parentem, meque lætitia efferens.
Equidem sibi re fraudis ac falsi nihil
Divina vatis ora credideram sacri.
Ille ipse præco noster, ac mensæ comes.
Cuncta illa jactans, filium occidit meum.

Hæc similiaque de Diis a quocunque dicantur, feremus graviter, nec legendi docendique chori potestatem ei faciemus, nec iis Præceptores in junioribus informandis abuti patiemur; si modo Reip. nostræ Custodes religiosos, & quantum homini licet, divinos habere cupiamus. Ego vero, inquit, formas illas vehementer probo, iisque tanquam legibus maxime uti velim. Hactenus Plato. Jam in Hebræorum literis, nusquam omnino, turpes de Universi Moderatore Deo, ac ne de Divinis quidem ipsius Angelis, imo nec de hominibus etiam Deo caris fabulas, Græcis illis similes reperias. At sancitam illam a Platone formam passim invenias licet, Non modo bonum esse Deum, sed etiam quæcunque fecerit, in bonitatis suæ communionem vocasse. Sane quidem admirabilis ille Moses, post operis cujuslibet enarrationẽ adjungit, *Et vidit Deus quod bonum erat:* idemq; post omnium expositionẽ, de universis universe ita concludit, *Et vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona.* Præterea, commune Hebræorum dogma hoc est, Malorum auctorem Deum non esse. Siquidem nec mortem fecit Deus, nec viventium interitu delectatur. Ut enim essent, omnia creavit, suntque salutares ex se se mundi generationes: *Invidia autem Diaboli mors intravit in mundum.* Quamobrem a Propheta Deus etiam introducitur, cum eo qui suapte voluntate malus evaserat, hunc in modum expostulans: *Ego autem plantavi te vineam fructiferam, totam veram: quomodo conversa es retro, vinea aliena?* Sicubi autem improbis divinitus evenire mala dicuntur, id accipiendum ita est, ut mala solius communione vocis pœnæ illæ nominentur, quas Deus per se se bonus, ad eorum, quibus immittuntur, non perniciem, sed utilitatem & cõmmodum infligere dicatur: quemadmodum

Gen. 1.
Sap. 1. et 2.
Jer. 2. 21.

Medicus, qui ad laborantium salutem, molestum & grave curationis genus adhiberet, malum iis afferre pateretur. Quare in divinis etiam Paginis, ubicunque a Deo mala hominibus immitti dicuntur, usurpanda sunt illa Platonis, abs Deo justa bonaque proficisci omnia, quæque hominibus tristia malaque videri solent, dignis quibusdam infligi; cæterum qui puniantur, fructum ex iis capere: quod non tantum a Philosopho, sed etiam à Scriptura confirmatur, dum ait, Hebr. 12. 6. *Quem enim diligit Dominus, castigat; flagellat autem omnem filium, quem recipit.* At vero, & miseros fuisse, qui pœnas eas sustinerent, & illas tamen Deum immisisse, hoc ut Poeta canat, ferendum nunquam erit. Quod si homines improbos, utpote miseros, animadversione opus habuisse dicerent, eamque dum subirent, opem sensisse divinam; hactenus id tolerari possit. Deum autem, qui per se se bonus sit, causam ulli malorum esse, id vero ne unquam dicatur, omni ratione pugnandum erit. Præterea Deum mutari non posse docet Hebræus Propheta, ubi sic ejus ex persona loquitur: *Quoniam ego Dominus Deus vester, & non mutor.* Similiter David in sua illa Theologia, sic exclamat: Ps. 101. 27. *Omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium convolves illos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Ubi autem Dei Verbum, forma specieque humana indutum, Hebræorum literæ repræsentant, dicendum enimvero, non quomodo Græcorum fabulæ de Proteo, Thetide, ac Junone memorant, aut quales Deos illos jam jam audiebamus, noctu multis animantibus, atque omnigenis similes oberrare, Divinum hoc Verbum se se hominibus exhibens ab illis introduci: sed potius, qvemadmodum Plato ipse docet, ut opis in amicos aliquid ac beneficii conferatur, si quando vel ob furorem, vel ob stultitiam mali quidpiam moliantur, tum ejus amoliendi causa, tanquam salutare qvoddam amuletum, Dei apud homines adventum contingere. Quoniam igitur ex omnibus, quæ terrarum ambitu continentur, animantibus, homine carius Deo nullum est, qui cum Dei Verbo, cujus manu cum Animo ratione prædito creatus est, necessitudine quadam & affinitate conjungitur: merito quidem Cœleste Verbum, quod hujus tanquam dilecti animantis curam gereret, ad universi generis curationem venire pronuntiant: quippe quod morbo ac furore tam insano teneretur, ut nec Patrem Deum,

ἂν καὶ ἰατρὸς ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν καμνόντων κακὰ νομίζοιτο προσφέρειν, τὰς ἀλγεινὰς καὶ πικρὰς θεραπείας. Διὸ καὶ ἐπὶ τῆς θείας γραφῆς, ἔνθα εἴρηται κακὰ ἀνθρώποις ἐπάγεσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὰ παρὰ τῷ Πλάτωνι λεκτέον, ὡς ὁ μὲν Θεὸς δίκαιά τε καὶ ἀγαθὰ εἰργάζετο, καὶ ὅτι τὰ σκυθρωπὰ καὶ ἀνθρώποις κακὰ νενομισμένα τοῖς τούτων ἀξίοις ἐπῆγεν· οἱ δὲ ὤναντο κολαζόμενοι, οὐ μόνον κατὰ τὸν Φιλόσοφον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν Ἑβραίων γραφὴν λέγουσαν, Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. ὡς δ' ἄθλιοι μὲν οἱ δίκην διδόντες, ἦν δ' ὁ δρῶν ταῦτα ὁ Θεὸς, οὐκ ἐατέον λέγειν τὸν Ποιητήν· ἀλλ', εἰ μὲν ὅτι ἐδεήθησαν κολάσεως, λέγοιεν ὡς ἄθλιοι κακοὶ, διδόντες δὲ δίκην, ὠφελοῦντο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐατέον· κακῶν δὲ αἴτιον φάναι Θεόν τινι γίγνεσθαι, ἀγαθὸν ὄντα, διαμαχητέον παντὶ τρόπῳ. Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ μὴ ἀλλοιοῦσθαι τὸν Θεὸν, ἡ παρ' Ἑβραίοις Προφητεία ὧδέ πη ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ διδάσκει λέγουσα, Διότι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. Καὶ ἐν ταῖς θεολογίαις δὲ ὁ Δαβὶδ ἀναφωνεῖ λέγων, Πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. Εἰ δέ πη τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον εἰσάγουσιν ἐν εἴδει καὶ σχήματι ἀνθρωπίνῳ παραφαινόμενον, λεκτέον, ὡς οὐ κατὰ τοὺς Ἑλλήνων μύθους ὁμοίως Πρωτεῖ, ἢ Θέτιδι, καὶ Ἥρᾳ, οὐδ' ὡς οἱ θεοὶ οἱ περιερχόμενοι νύκτωρ, πολλοῖς ζώοις καὶ παντοδαποῖς ἰνδαλλόμενοι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀνθρώποις πεφηνότα εἰσάγουσιν οἱ Ἑβραίων λόγοι· ἀλλ' ὡς αὐτὸς ὁ Πλάτων δεῖν ποτέ φησιν ἐπὶ φίλων εὐεργεσίᾳ, ὅταν διὰ μανίαν, ἤ τινα ἄνοιαν, κακόν τι ἐπιχειρῶσι πράττειν, τότε ἀποτροπῆς ἕνεκα, ὡς φάρμακον χρήσιμον γενέσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ εἰς ἀνθρώπους πάροδον. Ἐπεὶ οὖν τῶν ἐπὶ γῆς ζώων οὐδὲν ἦν θεοφιλέστερον γένος ἀνθρώπου, συγγενές τε καὶ οἰκεῖον τῷ Θεοῦ Λόγῳ, παρ' οὗ καὶ λογικὸς τὴν τῆς ψυχῆς φύσιν ἀπείργαστο, εἰκότως, οἷα φίλου ζώου κηδόμενον τὸν ἐπουράνιον Λόγον, ἥκειν ἐπὶ θεραπείᾳ φασὶ παντὸς τοῦ γένους, νόσον καὶ μανίαν ἔκτοπον ὑπομείναντος, ὡς μήτε τὸν Πατέρα γινώσκειν Θεὸν, μήτε

μήτε τὴν οἰκείαν τῆς νοερᾶς φύσεως οὐσίαν, μήτ' αὖ Θεοῦ πρόνοιαν, σώτειραν τῶν ὅλων εἰς ἀλόγου δὲ ζώου σχεδὸν ἴσον παραπροπὴν ἥκοντος. διὸ δὴ τὸν Σωτῆρα καὶ Ἰατρὸν ἐπιστῆναι λέγουσιν, οὐ μὴν δὴ τῆς οἰκείας ἐκστάντα φύσεως, οὐδέ γε ψευστάμενον τοὺς ὁρῶντας, ἄμφω δὲ ἀληθῆ φυλάξαντα, τό, τε ἀφανὲς καὶ τὸ ὁρώμενον. τῇ μὲν γὰρ ἀληθὴς ἄνθρωπος ἑωρᾶτο, τῇ δὲ Θεοῦ Λόγος ἦν ἀληθὴς, οὐ γοητεύων, οὐδὲ τοὺς θεωμένους ἐξαπατῶν· ἐπειδὴ τὸ θεῖον ἀψευδὲς καλῶς ἔχειν ἐδόκει καὶ Πλάτωνι. Κομιδῇ ἄρα ὁ Θεὸς Λόγος, ἁπλοῦς ὢν καὶ ἀληθὴς, ἔν τε ἔργῳ καὶ λόγῳ, οὔτε αὐτὸς μεθίστατο, οὔτε ἄλλους ἐξηπάτα, οὔτε κατὰ φαντασίας, οὔτε κατὰ λόγους, οὔτε κατὰ σημείων πομπὰς, οὔθ' ὕπαρ, οὔδ' ὄναρ. πάντα γὰρ ὅσα τοιαῦτα, οἷα λογικῶν ψυχῶν, ἰατρὸς, σωτηρίας ἕνεκα τοῦ παντὸς ἀνθρώπων γένους, ἀληθῶς, ἀλλ' οὐ δοκήσει, δι' οὗ ἀνείληφεν ἀνθρώπου διεπραγματεύσατο, τὴν πρὸς τὸν αὐτοῦ πατέρα φιλίαν τε καὶ ἐπιστροφὴν, διὰ τῆς κατηγγελμένης ὑπ' αὐτοῦ θεογνωσίας, καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας, πᾶσιν ἡμῖν δωρούμενος. Καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα τοιαῦτα. τοῖς δὲ ἄλλως λέγουσι, χαλεπανοῦμέν τε, καὶ χορὸν οὐ δώσομεν, οὐδέ γε τοὺς διδασκάλους ἐάσομεν ἐπὶ παιδείᾳ χρῆσθαι τῶν νέων, εἰ μέλλουσιν ἡμῖν οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι γίγνεσθαι, ὡς καὶ τῷ φιλοσόφῳ ἄριστα ἔχειν ἐδόκει.

Pag. 181.

A nec propriam naturæ suæ spiritalis essentiam, nec ipsius Dei providentiam, rerum omnium conservatricem agnosceret, sed in brutæ animantis conditionem prope degenerasset: propterea, inqvam, Servatorem ac Medicum ad homines accessisse testantur, sic tamen, ut neqve suam ipse naturam exuerit, neqve videntibus errorem ullum obtulerit, sed ambo illa, hoc est tam quod cerni oculis non poterat, quam quod sub aspectum cadebat, vera retinuerit. Idem enim & verus homo cernebatur, & verum simul Dei Verbum erat, quod nullis præstigiis B utebatur, nec aspicientibus illudebat: qvemadmodum etiam Platoni Numen ab omni mendacio alienum esse debere videbatur. Itaqve Deus Verbum simplex admodum, veraxque cum esset, tam re ipsa, quam oratione, nec per sese mutabatur, nec alios aut simulata specie, aut verbis, aut signorum ostentis, aut visis, aut somniis in errorem inducebat. Quæcunqve enim ipsum, tanqvam Animorum ratione præditorum Medicum, ad salutem generi hominum universo afferendam præstare decuit, C ea vere, non specie tenus, per eum, quem assumpsit, hominem cuncta perfecit, eaque quam prædicavi Dei cognitione, veraque pietate, nobis omnibus cum Patre suo amicitiam, ad eamque redeundi facultatem impertivit. Et nostra quidem hujusmodi sunt. Quicunque autem aliter loquentur, feremus sane graviter, nec legendi docendiqve chori potestatem iis faciemus, nec iis præceptores in junioribus informandis abuti patiemur, siquidem Reip. nostræ Custodes religiosos atque divinos, uti Philosopho maxi-D me placebat, habere cupiamus.

δ.

ΟΤΙ ΠΛΕΟΝ ΟΥΔΕΝ ΤΩΝ ΑΙσχρῶν μύθων, αἱ περὶ τῶν Ἑλληνικῶν Θεῶν διηγήσεις περιέχουσιν, αἷς μὴ πειθόμενον Σωκράτην ἔκτειναν Ἀθηναῖοι. ἀπὸ τοῦ Εὐθύφρονος.

IV.

PRÆTER OBSCÆNAS FABULAS, nihil istas de Græcis Numinibus narrationes continere, Socratemqve, qvod iis fidem non haberet, ab Atheniensibus interfectum esse.

» ΑΥΤΟΙ δὲ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομί-
» ζοντες, τὸν Δία τῶν Θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότα-
» τον καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα δῆσαι,
» ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν, οὐκ ἐν δίκῃ καὶ ἐκεῖνόν γε
» αὖ τὸν αὑτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν, δι' ἕτερα τοιαῦτα.

JOVEM, inquit Plato, Deorum optimum atq; justissimum homines isti existimant, Cap. IV. Trad.
a quo tamen suum ipsius Patrem, quod filios »
injuria devoraret, vinctum esse confitentur: »
qui & ipse rursus ob alia quædam simi- »
lia, patrem ante suum exsecuerat. »

iidem vero mihi succensent, quod Patrem injustitiæ reum in jus vocem. Ita secum ipsi pugnant, cum de Diis, ac de me loqvuntur. Enimvero causa hæc una est, Euthyphro, quæ me reum facit, quod ægre audiam, si quis talia de Diis commemoret. Erit propterea, ut videtur, qui peccare me dicat. Et quidem si tu quoque rerum istarum adeo peritus, eadem in opinione verseris, nobis etiam, opinor, id erit necessario concedendum. Quid enim causæ diceremus, cum nihil iis de rebus scire nos, ultro ipsi fateamur? Sed tu, per Jovem illum amicitiæ Præsidem, ea vere hunc in modum contigisse putas? Imo & alia, mi Socrates, longe his mirabiliora, quæ hominum vulgus ignorat. Tune igitur bellum inter Deos, illasq; graves inimicitias, atque contentiones, aliaqve id genus permulta, quæ a Poetis occinuntur, locum habere arbitraris? Sane qvidem, cum sacra nobis alia boni pictores egregie variarint, tum vero magnis illis Panathenæis peplum quoddam ejusmodi varietatibus plenum, summam in arcem tollitur. Vera hæc esse, mi Euthyphro, num dicemus? Imo, non ista solum, mi Socrates, sed etiam, quod paulo ante dicebam, alia tibi pleraque, si velis modo, de Diis referam, quæ tu, sat scio, cum audies, obstupesces. Hæc Plato in Euthyphrone. Quorum sententiam illustrat Numenius, in eo quem de Platonicis arcanis conscripsit, his verbis.

ἐμοὶ δὲ χαλεπαίνουσιν, ὅτι τῷ πατρὶ ἐπεξέρχομαι ἀδικοῦντι. καὶ οὕτως αὐτοὶ ἑαυτοῖς τὰ ἐναντία λέγουσι, περί τε τῶν Θεῶν, καὶ περὶ ἐμοῦ. Ἆρά γε, ὦ Εὐθύφρον, τοῦτ' ἔστιν οὗ ἕνεκα τὴν γραφὴν φεύγω, ὅτι τὰ τοιαῦτα, ἐπειδάν τις περὶ τῶν Θεῶν λέγῃ, δυσχερῶς πως ἀποδέχομαι, δι' ἃ δή, ὡς ἔοικε, φήσει τις με ἐξαμαρτάνειν. νῦν οὖν εἰ καὶ σοι ταῦτα συνδοκεῖ, τῷ εὖ εἰδότι περὶ τῶν τοιούτων, ἀνάγκη δή, ὡς ἔοικε, καὶ ἡμῖν συγχωρεῖν. τί γὰρ καὶ φήσομεν, οἵ γε καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦμεν περὶ αὐτῶν μηδὲν εἰδέναι; ἀλλά μοι εἰπὲ πρὸς Φιλίου, σὺ ὡς ἀληθῶς ἡγῇ ταῦτα οὕτω γεγονέναι; Καὶ ἔτι τούτων θαυμασιώτερα, ὦ Σώκρατες, ἃ οἱ πολλοὶ οὐκ ἴσασι. Καὶ πόλεμον ἄρα ἡγῇ σὺ εἶναι τῷ ὄντι ἐν τοῖς θεοῖς πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἔχθρας γε δεινὰς, καὶ μάχας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα πολλά, οἷα λέγεταί τε ὑπὸ τῶν Ποιητῶν; καὶ ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν Γραφέων, τά τε ἄλλα ἱερὰ ἡμῖν καταπεποίκιλται, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις ὁ πέπλος μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. ταῦτα ἀληθῆ εἶναι φῶμεν, ὦ Εὐθύφρον; Μὴ μόνα γε, ὦ Σώκρατες, ἀλλ', ὅπερ ἄρτι εἶπον, καὶ ἄλλα σοι ἐγὼ πολλά, ἐάνπερ βούλῃ, περὶ τῶν Θεῶν διηγήσομαι, ἃ σὺ ἀκούων εὖ οἶδ' ὅτι ἐκπλαγήσῃ. Ταῦτα ὁ Πλάτων ἐν τῷ Εὐθύφρονι. Διασαφεῖ δὲ τὴν διάνοιαν ὁ Νουμήνιος, ἐν τῷ περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων, ὧδέ πῃ λέγων.

V. EX NUMENII LIBRO DE PLATONIS ARCANIS. Eandem in rem.

ε. ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ, ΕΚ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΠΛΑΤΩΝΙ ἀπορρήτων. περὶ τοῦ αὐτοῦ.

Si de Atheniensium Theologia cum se Plato scripturum esse proposuisset, eam asperius deinde reprehendisset, quod partim mutua Numinum dissidia contineret, partim liberos aut congressos cum parentibus, aut ab iis devoratos, partim sceleris utriusqve causa, pœnas vel parentibus a liberis, vel fratribus a fratribus impositas, atque id genus alia celebraret. Hæc, inquam, si palam & aperte Plato accusasset, mihi sane causam Atheniensibus aliquam præbuisse videretur, ut in eo, quemadmodum & in Socrate, interficiendo, suam denuo improbitatem expromerent.

Εἰ μὲν γράφειν ὑποτεινάμενος ὁ Πλάτων περὶ τῆς Θεολογίας τῆς τῶν Ἀθηναίων, εἶτα ἐδυσχέραινεν αὐτῇ, καὶ κατηγόρει, ἐχούσῃ στάσεις μὲν πρὸς ἀλλήλους, τέκνων δὲ τῶν μὲν μίξεις, τῶν δὲ ἐδωδάς, τῶν δὲ ἀντὶ τούτων πατράσι τιμωρίας, ἀδελφῶν τε ἀδελφοῖς ὑμνούσῃ, καὶ ἄλλα τοιαῦτα· εἴπερ ὁ Πλάτων ταυτὶ λαβὼν εἰς τὸ φανερὸν κατηγόρει, παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι τοῖς Ἀθηναίοις αἰτίαν, πάλιν κακοῖς γενέσθαι ἀποκτείνασι καὶ αὐτόν, ὥσπερ τὸν Σωκράτην.

ἐπεὶ δὲ ζῆν μὲν οὐκ ἂν προείλετο μᾶλλον, ἢ ἀληθεύειν, ἑώρα δὲ ζῆν τε καὶ ἀληθεύειν ἀσφαλῶς δυνησόμενος, ἔθηκεν ἐν μὲν τῷ σχήματι τῶν Ἀθηναίων, τὸν Εὐθύφρονα, ὄντα ἄνδρα ἀλαζόνα, καὶ κοάλεμον, καὶ εἴ τις ἄλλος θεολογεῖ κακῶς· αὐτὸν δὲ τὸν Σωκράτην ἐπ᾽ αὐτοῦ τε, καὶ ἐν τῷ ἰδίῳ χηματισμῷ, ἐν ᾧ περὶ εἰωθότος ἤλεγχεν ἑκάστῳ προσομιλῶν.

A At vero, cum is nec vitæ, qvam veritatis, retinendæ cupidior esset, & utramqve tuto abs sese defendi posse videret, Euthyphronem illum hominem, arrogantem ac stolidum, quiqve de Diis perperam, si qvisqvam alius, disputaret, Athenienſium vice introduxit: Socratem vero per sese, ac pio illo more genioq; proprio, quo passim ille cum omnibus utebatur, coarguentem exhibuit.

ς. B

ΟΤΙ ΜΗ ΔΕΙ ΤΑΙΣ ΤΩΝ ΠΟΛΛΩΝ προσέχειν δόξαις, μηδὲ τῆς ἰδίας μετατίθεσθαι προαιρέσεως, διὰ θανάτου φόβον, ἀπὸ τοῦ Κρίτωνος.

Ὦ φίλε Κρίτων, ἡ προθυμία σου πολλοῦ ἀξία, εἰ μετά τινος ὀρθότητος εἴη· εἰ δὲ μή, ὅσῳ μείζων, τοσούτῳ χαλεπωτέρα. Σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἡμᾶς, εἴτε ταῦτα πρακτέον, εἴτε μή. C ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι, ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. Τοὺς δὴ λόγους, οὓς ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔλεγον, οὐ δύναμαι νῦν ἐκβάλλειν, ἐπειδή μοι ἥδε ἡ τύχη γέγονεν· ἀλλὰ σχεδόν τι ὅμοιοι φαίνονταί μοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς πρεσβεύω καὶ τιμῶ, οὕσπερ καὶ πρότερον. ὧν ἐὰν μὴ βέλτιω ἔχωμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι, εὖ ἴσθι, D ὅτι οὐ μή σοι συγχωρήσω, οὐδ᾽ ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων, ἡ τῶν πολλῶν δύναμις, ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται, δεσμούς τε καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα, καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. Πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα αὐτά; εἰ πρῶτον μὲν τοῦτον τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν, ὃν σὺ λέγεις, τὸν περὶ τῶν δοξῶν, πότερον καλῶς ἐλέγετο ἑκάστοτε, ἢ οὔ. ὅτι ταῖς μὲν δεῖ τῶν δοξῶν προσέχειν τὸν νοῦν, ταῖς δὲ, οὔ· ἢ πρὶν με δεῖν ἀποθνήσκειν, καλῶς ἐλέγετο, νῦν δὲ κατάδηλος ἄρα ἐγένετο, ὅτι ἄλλως ἕνεκα λόγου ἐλέγετο, ἦν δὲ παιδιὰ καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς. Ἐπιθυμῶ δ᾽ ἔγωγε ἐπισκέψασθαι, ὦ Κρίτων, κοινῇ μετὰ σοῦ εἴ τί μοι ἀλλοιότερος φανεῖται,

VI.

IN VULGI OPINIONES ABEundum non esse, nec ab instituto suo vel mortis metu discedendum. Ex Critone.

O Amice Crito, (inqvit apud Platonem Socrates) tuum hoc studium, si modo cum æqvitate conjunctum sit, maximi sane faciendum est: sin minus, qvo vehementius est, eo molestius. Videndum ergo nobis, utrum ita sit agendum, necne. Eqvidem non tantum in præsentia, sed etiam perpetuo ita sum animo comparatus, ut qvicqvid a meis afferatur, nihil unqvam præter eam rationē audiam, qvæ mihi rem attente cogitanti optima videatur. Atqvi ne in hac qvidem fortuna, qva nunc utor, qvæ antehac abs me disputata sunt, repudiare possum; ita fere mihi semper sui similia videntur; adeoq; illa ipsa, qvæ prius, amplector etiamnum ac seqvor. Qvibus proinde si melius nihil, hoc statu rerum, quod dicamus, occurrit, nunqvam, mihi crede, tibi assentiar; ne si nobis qvidem plura, qvam adhuc videamus, terriculamenta vis illa populi tanqvam pueris objecerit, vincula, mortes, ac bonorum direptiones intentando. Qvis igitur a nobis optimus his in rebus æstimandis adhiberi modus poterit? Principio quidem, si tuam illam de opinionibus disputationem repetimus, rectene videlicet, an secus, dictum universe fuerit, in nonnullis opinionibus acqviescendum esse, in aliis minime: an potius, anteqvam mihi esset moriendi oblata necessitas, recte id ac vere diceretur, nunc autem plane constiterit, tum quidem aliter, sed dicis tantum causa disputatum, re ipsa tamen ludum id totum ac nugas fuisse. Ego vero tecum una, mi Crito, attendere nunc & explorare cupio, num alius mihi, postquam hunc in locum fortunamq; veni, sermo ille videatur,

Cap. V. Trad.

an prorsus idem: ac proinde utrum eum facessere jubeamus, an eidem parcamus. Tum qvidem, opinor, uti jamjam ipse dicebam, id communi quodam eorum, qvi aliquid se dicere existimabant, judicio statuebatur; ex iis quæ in hominum opinione versantur, alia plurimi facienda esse, alia secus. Hoc igitur per Deos, o Crito, non tibi recte statui videtur? Nam tu, quantum sane humanitus affirmari potest, extra periculum es crastino die moriendi, nec est quod præsens hic te casus transversum agat. Attende ergo. Num tu apte illud ac jure dici arbitraris, nec opiniones hominum omnes esse laudandas, sed aliquas tantum, alias non item: nec omnium etiam hominum, sed aliquorum duntaxat, aliorum secus? Quid ais? Numquid istud recte dicitur? Recte. Laudandas ergo quæ bonæ sunt, quæ pravæ, repudiandas? Ita. Bonas autem non eas tu vocas, quæ a prudentibus, malas contra, quæ ab imprudentibus imbibuntur? Quid enim aliud dicerem? Age nunc, qvemadmodum ista porro disputabantur? Qui in Gymnasiorum exercitationibus studiose versatur, utrum is cujuslibet hominis laude, vituperio, & opinione moveri debet, an ejus tantum unius, qui aut Medicus sit, aut similium exercitationum Moderator? Sane hujus tantum. Hujus ergo duntaxat, non autem multitudinis, vel metuere reprehensiones, vel laudibus delectari oportebit. Utique. Unius ergo Moderatoris potius, ac rerum istarum periti, qvam aliorum omnium sensus atq; judicium, tam in obeundis exercitationibus, quam in cibi potusq; modo seqvendum erit. Sic est. Bene habet. Quid si autem ejus unius rejecto ductu, & opinione laudibusq; neglectis, stultæ multitudinis arbitrium seqvatur, nihilne tandem ex eo mali patietur? Nam qvi aliter fiat? Malum istuc autem cujusmodi est? qvove pertinet? aut qvam in refractarii partem redundat? Nimirum in corpus, huic enim perniciem creat. Recte respondes. Cæterorum igitur, mi Crito, ne singula persequamur, eadem omnium ratio est. Itaqve res etiam justas injustasve qvod attinet, turpes item aut honestas, bonas aut malas, de quibus instituta nunc a nobis quæstio est, utrum vulgi opinionem seqvi ac formidare nos oportet, an unius duntaxat, si qvis modo probe intelligens fuerit, qvem etiamnum potius, qvam reliqvos omnes vereri ac metuere debeamus? Eundem contra si minus audientiis, damnum ei parti ac detrimentum allaturi simus, qvę ut æqvitate floret, sic injustitia contabescit? An totum istuc nihili facis? Enimvero, Socrates, tecum sentio.

ἐπειδὴ ὧδ᾽ ἔχω, ἢ ὁ αὐτός, καὶ ἐάσομεν χαίρειν, ἢ πεισόμεθα αὐτῷ. Ἐλέγετο δέ πως, ὡς ἐγῷμαι, ἑκάστοτε ὧδε ὑπὸ τῶν οἰομένων τι λέγειν, ὥσπερ νῦν δὴ ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι τῶν δοξῶν ἃς οἱ ἄνθρωποι δοξάζουσι, δέοι τὰς μὲν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, τὰς δὲ μή. Τοῦτο πρὸς Θεῶν, ὦ Κρίτων, οὐ δοκεῖ καλῶς σοι λέγεσθαι; Σὺ γὰρ, ὅσα γε τἀνθρώπεια, ἐκτὸς εἶ τοῦ μέλλειν ἀποθνήσκειν αὔριον, καὶ οὐκ ἄν σε παρακρούοι ἡ παροῦσα συμφορά. Σκόπει δή· οὐχ ἱκανῶς δοκεῖ σοι λέγεσθαι, ὅτι οὐ πάσας χρὴ δόξας τὰς τῶν ἀνθρώπων τιμᾶν, ἀλλὰ τὰς μὲν, τὰς δ᾽ οὔ; οὐδὲ πάντων, ἀλλὰ τῶν μὲν, τῶν δ᾽ οὔ; τί φῄς; ταῦτα οὐχὶ καλῶς λέγεται; Καλῶς. Οὐκοῦν τὰς μὲν χρηστὰς τιμᾶν, τὰς δὲ πονηρὰς μή; Ναί. Χρησταὶ δὲ, οὐχ αἱ τῶν φρονίμων; πονηραὶ δὲ, αἱ τῶν ἀφρόνων; Πῶς δ᾽ οὔ; Φέρε δή, πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα ἐλέγετο; Γυμναζόμενος ἀνὴρ, καὶ τοῦτο πράττων, πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ, καὶ ψόγῳ, καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προσέχει, ἢ ἑνὸς μόνου ἐκείνου, ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς, ἢ Παιδοτρίβης ὤν; Ἑνὸς μόνου. Οὐκοῦν φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς ψόγους, καὶ ἀσπάζεσθαι τοὺς ἐπαίνους τοὺς τοῦ ἑνὸς ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τοὺς τῶν πολλῶν. Δηλαδή. Ταύτῃ ἄρα πρακτέον αὐτῷ, καὶ γυμναστέον, καὶ ἐδεστέον γε, καὶ ποτέον, ᾗ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ Ἐπιστάτῃ, καὶ ἐπαΐοντι μᾶλλον, ἢ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. Ἔστι ταῦτα. Εἶεν. ἀπειθήσας δὲ τῷ ἑνὶ, καὶ ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν δόξαν, καὶ τοὺς ἐπαίνους, τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολλῶν καὶ μηδὲν ἐπαϊόντων, ἆρα οὐδὲν κακὸν πείσεται; Πῶς γὰρ οὔ; Τί δ᾽ ἐστὶ τὸ κακὸν τοῦτο; καὶ ποῖ τείνει; καὶ εἰς τί τῶν τοῦ ἀπειθοῦντος; Δηλονότι εἰς τὸ σῶμα, τοῦτο γὰρ διόλλυσι. Καλῶς λέγεις. Οὐκοῦν καὶ τἆλλα, ὦ Κρίτων, οὕτως, ἵνα μὴ πάντα διΐωμεν. Καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ αἰσχρῶν, καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν, καὶ κακῶν, περὶ ὧν νῦν ἡ βουλὴ ἡμῖν ἐστι, πότερον τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι, καὶ φοβεῖσθαι αὐτὴν, ἢ τῇ τοῦ ἑνὸς, εἴ τίς ἐστιν ἐπαΐων, ὃν δὴ καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον, ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους. ᾯ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, διαφθεροῦμεν ἐκεῖνο, καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγίνετο, τῷ δ᾽ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. Ἢ οὐδέν ἐστι τοῦτο; Οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

» Φέρε δὴ, ἐὰν τὸ ὑπὸ τοῦ ὑγιεινοῦ μὲν βέλτιον γινόμενον, ὑπὸ τοῦ νοσώδους δὲ διαφθειρόμενον, διολέσωμεν, πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ, ἆρα βιωτὸν ἡμῖν ἐστι διεφθαρμένου αὐτοῦ; Ἔστι δέ που τοῦτο σῶμα, ἢ οὐχί; Ναί. Ἆρ' οὖν βιωτὸν ἡμῖν ἐστι, μετὰ μοχθηροῦ καὶ διεφθαρμένου σώματος; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἄρα ἐστὶν ἡμῖν βιωτὸν διεφθαρμένου, ὃ τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀνίνησιν; ἢ φαυλότερον ἡγούμεθα εἶναι τοῦ σώματος ἐκεῖνο, ὅ, τί ποτ' ἐστὶ τῶν ἡ- B μετέρων, περὶ ὃ ἥ τε ἀδικία καὶ ἡ δικαιοσύνη ἐστίν; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τιμιώτερον; Πολύ γε. Οὐκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ ἡμῖν οὕτω φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς, ἀλλὰ τί ὁ ἐπαΐων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ὁ εἷς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. Ὥστε πρῶτον μὲν ταύτῃ οὐκ ὀρθῶς εἰσηγῇ, εἰσηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν, περὶ τῶν δικαίων, καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν, καὶ τῶν ἐναντίων. Καὶ ὁ σωτήριος δὲ λόγος φησί, Δόξαν C τὴν παρὰ ἀνθρώπων ζητεῖτε, καὶ τὴν δόξαν τὴν παρὰ μόνου τοῦ ἑνὸς οὐ ζητεῖτε. Διὸ καὶ ἡμεῖς, ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν, ὀρθῶς πράττομεν, οὐ σκοποῦντες τί ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἐροῦσιν, ἀλλὰ τί βούλεται εἷς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὃν ἅπαξ κρίσει ἑλομένους, προσήκει ὁμοίως καὶ τότε, ὥσπερ αὖ καὶ πρότερον, τιμᾶν, καὶ μὴ μετατίθεσθαι, μηδ' ἂν ἡ τῶν πολλῶν δύναμις ὥσπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν καὶ οἱ πάλαι παρ' Ἑβραίοις ἐν μαρτυρίῳ διαλάμψαντες.

A Agedum igitur, si quod in nobis rerum & salubrium ope convalescit, & noxiarum usu deteritur, illud ipsi imet ab hominibus imperitis inducti pessundabimus, eone jam profligato vivendum nobis ultra putabimus? Corpus autem illud est; numquid? Ita est. Num ergo nobis, cum ægro ac vitioso corpore, potest esse vita vitalis? Nullo modo. At eo videlicet corrupto, vitalis erit, cui ut exitium injustitia, sic æquitas opem ac salutem affert. An corpore vilius habebimus, quicquid demum in nobis illud est, circa B quod injustitia justitia que versantur? Absit. Num igitur præstantius? Multo sane. Non admodum ergo, vir optime, curandum nobis erit, quid de nobis vulgus loquatur; sed quid ille tantum, qui rerum justarum & injustarum cognitione præstabit; unus, inqvam, ille, ipsaqve adeo veritas. Quare minus recte primum illud abs te positum est, ubi de rebus justis, honestis, ac bonis agatur, earumqve contrariis, vulgi opinionem aliqvo nobis in numero habendam esse. Hactenus Plato. Qvam in sententiam illud est salutaris Evangelii, *Gloriam ab ho-* C *minibus qværitis, & gloriam ab eo solo, qui vere unus est, non qværitis.* Joan. 5, 44. Qvocirca nos etiam in certaminibus pro religione susceptis, jure profecto non attendimus, quid de nobis multitudo loqvatur, sed tantum quid unum illud Dei Verbum postulet: ad qvod ubi nos semel considerate adjunximus, tum illud etiam perinde uti prius observare nos oportet, nec unqvam omnino dimittere, tametsi nobis qvasi pueris terriculamenta vis illa multitudinis objiciat. Qvales etiam erant, qui apud Hebræos olim martyrii glo- D ria claruere.

ζ. VII.

ΟΤΙ ΜΗ ΔΕΙ ΑΜΥΝΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ἀδικεῖν ἡμᾶς παρεσκευασμένους. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

REPONENDAM IIS NON ESSE, a qvibus injuriose tractemur, injuriam. Ex eodem.

» ΟΥΔΕΝΙ τρόπῳ φαμὲν ἑκόντας ἀδικητέον εἶναι, ἢ τινὶ μὲν ἀδικητέον τρόπῳ, τινὶ δ' οὔ; ἢ οὐδαμῶς τό γε ἀδικεῖν, οὔτε καλόν, οὔτε ἀγαθόν, ὡς πολλάκις ἡμῖν καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ὡμολογήθη, ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο;

UTRUM, inquit Plato, injuriam sponte ullo unquam modo faciendam negamus, an aliqvo fieri posse, aliqvo non posse statuimus? Num, inqvam, injuriam facere nullatenus honestum ac bonum est, quemadmodum inter nos antea sæpe convenit, uti etiam paulo ante dicebatur? Cap. VI. Trap.

A An vero qvicqvid a nobis antea constitutum erat, id omne paucis hisce diebus effudimus; nosqve, mi Crito, ea jam ætate senes, dum inter nos studiose disceptamus, tamdiu latuit, qvam nihil a pueris differremus? An potius ita plane se res habet etiamnum, uti a nobis eo tempore disputabatur, sive suffragetur multitudo, sive non? adeoqve seu nos istis etiam graviora maneant, seu leviora, injuriam tamen auctori suo malam prorsus esse turpemqve defendimus, an non? Hercle defendimus. Itaqve nullo modo facienda injuria est. Nullo.
B Igitur ne reponenda quidem inferenti, ut aliud vulgus opinetur, quandoqvidem facienda nunqvam est. Et hoc conseqvens est. Quid autem detrimentum afferre, mi Crito, decet ne, an non? Non sane, mi Socrates. Rependere vero quod acceperis, æqvumne porro, an secus? Nullo modo: qvippe detrimentum enim qui afferat, is ab injuriam inferente nihil differat. Recte omnino. Itaqve nec reponenda vicissim injuria est, nec ulli prorsus incommodandum, quicquid ab aliis passi fuerimus. Sed vide sis, mi Crito, ne dum istuc fateris, præter opinionem ipse tuam fateare. Paucis enim id probatur sat scio, paucisqve deinceps probabitur. Qvi autem hoc in genere dissident, iis una consilii ratio communis esse non potest, sed dum aliorum alii studia considerant, eos sese mutuo despicere necesse est. Vide ergo tu quoqve diligenter, num id æqve tibi probetur ac mihi, indeqve ambo communiter consiliorum nostrorum auspicia capere debeamus, verum esse nunqvam aut facere injuriam, aut reponere, eiqve vicissim a quo male habitus fueris damni aliquid rependere: an contra discedas
D a nobis, neqve nobiscum hoc in principio convenias. Nam mihi qvidem, uti jam olim, ita etiam nunc id ipsum videtur. Tu si pristinam opinionem abjecisti, dic, & mutationis rationem expone: sin priorem illam retines, audi quod seqvitur. Ego vero & priorem illam retineo, & tibi prorsus assentior. Sed, amabo, prosequere. Prosequor igitur, vel potius quæro, num quod æqvum esse alteri confessus eris, faciendum id sit, an fraude omittendum? Faciendum utiqve. Hæc Plato. Qvibuscum illud conferas tu velim:
Rom. 12. 17. *Nulli malum pro malo reddentes.* Nec non alterum illud:
Matt. 5. *Benedicite iis qui vos execrantur: orate pro calumniantibus & persequentibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est,*

A ἢ πᾶσαι ἡμῖν ἐκεῖναι αἱ πρόσθεν ὁμολογίαι, ἐν ταῖσδε ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ἐκκεχυμέναι εἰσί· καὶ πάλαι, ὦ Κρίτων, ἄρα τηλικοίδε γέροντες ἄνδρες, πρὸς ἀλλήλους σπουδῇ διαλεγόμενοι, ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν διαφέροντες; ἢ παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει, ὥσπερ τότε ἐλέγετο ἡμῖν; εἴτε φασὶν οἱ πολλοὶ, εἴτε μή· καὶ εἴτε δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν, εἴτε καὶ πρᾳότερα· ὅμως τό γε ἀδικεῖν, τῷ ἀδικοῦντι, καὶ
B κακὸν καὶ αἰσχρὸν τυγχάνει ὂν παντὶ τρόπῳ φαμὲν, ἢ οὔ; Φαμέν. Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν. Οὐ δῆτα. Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται, ἐπειδή γε οὐδαμῶς δεῖ ἀδικεῖν; Οὐ φαίνεται. Τί δὲ δή; κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; Οὐ δεῖ δή που, ὦ Σώκρατες. Τί δὲ ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασι, δίκαιον, ἢ οὐ δίκαιον; Οὐδαμῶς· τὸ γάρ που κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους, τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. Καλῶς λέγεις. Οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ, οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ᾽ ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ τις ὑπ᾽ αὐτῶν. Ἀλλ᾽ ὅρα, ὦ Κρίτων, ταῦτα καθομολογῶν, ὅπως μὴ παρὰ δόξαν ὁμολογῇς. οἶδα γὰρ ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει. οἷς οὖν οὕτω δέδοκται, καὶ οἷς μὴ, τούτοις οὐκ ἔστι κοινὴ βουλή· ἀλλ᾽ ἀνάγκη τούτους ἀλλήλων καταφρονεῖν, ὁρῶντας τὰ ἀλλήλων βουλεύματα. σκόπει δὴ οὖν καὶ σὺ εὖ μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ συνδοκεῖ σοι, καὶ ἀρχώμεθα ἐντεῦ-
D θεν βουλευόμενοι, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος, οὔτε τοῦ ἀδικεῖν, οὔτε τοῦ ἀνταδικεῖν, οὔτε τοῦ κακῶς πάσχοντα ἀμύνεσθαι ἀντιδρῶντα κακῶς· ἢ ἀφίστασαι, καὶ οὐ κοινωνεῖς τῆς ἀρχῆς. ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ πάλαι οὕτω, καὶ νῦν ἔτι δοκεῖ. καί σοι δ᾽ εἴ πῃ ἄλλῃ δέδοκται, λέγε, καὶ δίδασκε· εἰ δ᾽ ἐμμένεις τοῖς πρόσθεν, τὸ μετὰ τοῦτο ἄκουε. Ἀλλ᾽ ἐμμένω τε καὶ συνδοκεῖ μοι. ἀλλὰ λέγε. Λέγω δὴ αὖ τὸ μετὰ τοῦτο, μᾶλλον δὲ ἐρωτῶ, πότερον ἃ ἄν τις ὁμολογήσῃ τῳ δίκαια ὄντα, ποιητέον, ἢ ἐξαπατητέον; Ποιητέον. Τούτοις παράθες τὸ, Μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, καὶ τὸ, Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς· προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς, ἵνα γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ὑμῶν, τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, pag. 380

» ὅστις τὸν Ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. Καὶ ἔτι τὸ, Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, δυσφημούμενοι παρακαλοῦμεν, ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν ἱεροῖς φερόμενα γράμμασι. Καὶ ὁ προφήτης δὲ παρ' Ἑβραίοις φησὶν, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά. Καὶ πάλιν, Μετὰ τῶν μισούντων τὴν εἰρήνην, ἤμην εἰρηνικός.

Aqui Solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super justos & injustos. Præterea illud Apostoli, *Maledicimur, & benedicimus: persequutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus.* Qvæ sacris nostrorum literis continentur. Qvibus etiam accinit Hebræus Propheta, dum ait: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Atqve iterum: *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* 1.Cor.4.12. Psal.7.5. Psal.119.7.

B

η.

OTI MH ΔΕΙ ΤΑ ΑΠΑΞ ΟΡΘΩΣ κελθέντα ἀθετεῖν, μηδ' εἰ θάνατόν τις ἐπάγοι. ἁρμόσει δὲ πρὸς τοὺς ἐν καιροῖς διωγμῶν ἐξομνυμένους τὴν εὐσέβειαν.

VIII.

QVÆ SEMEL RECTE STATUeris, ea ne mortis qvidem metu abjicienda esse. Id qvod in eos conveniet, qui persecutionum temporibus religionem ejurant.

» ΣΥ δὲ τότε μὲν ἐκαλλωπίζου, ὡς οὐκ ἀγανακτῶν, εἰ δέοι τεθνάναι σε, ἀλλὰ ᾑροῦ, ὡς ἔφησθα, πρὸ τῆς φυγῆς θάνατον. νῦν δὲ οὔτε ἐκείνους τοὺς λόγους αἰσχύνῃ, οὔτε ἡμῶν τῶν Νόμων ἐντρέπῃ, ἐπιχειρῶν ἡμᾶς διαφθεῖραι· πράττεις τε ὅπερ ἂν δοῦλος ὁ φαυλότατος πράξειεν, ἀποδιδράσκειν ἐπιχειρῶν, παρὰ τὰς συνθήκας τε καὶ ὁμολογίας, καθ' ἃς ἡμῖν συνέθου πολιτεύεσθαι. Πρῶτον οὖν ἡμῖν τοῦτ' αὐτὸ ἀπόκριναι, εἰ ἀληθῆ λέγομεν, φάσκοντές σε ὡμολογηκέναι πολιτεύσεσθαι καθ' ἡμᾶς ἔργῳ, ἀλλ' οὐ λόγῳ, ἢ οὐκ ἀληθῆ; Τί φῶμεν πρὸς ταῦτα, ὦ Κρίτων; ἄλλο τι, ἢ ὁμολογῶμεν; Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ τί οὖν ἂν φαῖεν; ἢ συνθήκας πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ ὁμολογίας παραβαίνεις, οὐχ ὑπὸ ἀνάγκης ὁμολογήσας, οὐδὲ ἀπατηθεὶς, οὐδὲ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀναγκασθεὶς βουλεύσασθαι, ἀλλ' ἐν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα, ἐν οἷς ἐξῆν σοι ἀπιέναι, εἰ μὴ ἠρέσκομεν ἡμεῖς, μηδὲ δίκαιαι ἐφαίνοντό σοι αἱ ὁμολογίαι εἶναι. Σὺ δὲ οὔτε Λακεδαίμονα προῃροῦ, οὔτε Κρήτην, ἃς δὴ ἑκάστοτε φῂς εὐνομεῖσθαι, οὔτε ἄλλην οὐδεμίαν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, οὐδὲ τῶν Βαρβαρικῶν· ἀλλὰ ἐλάττω ἐξ αὐτῆς ἀπεδήμησας, ἢ οἱ χωλοί τε καὶ τυφλοὶ, καὶ οἱ ἄλλοι ἀνάπηροι.

V. Not. [p. 1] ... [margin: V. Not.]

C TUM enimvero magnifice prædicabas, (ita Leges ad Socratem) ne mortem quidem ipsam iniqvo te animo laturum esse, qvam etiam exilio potiorem tibi esse dicebas. Nunc autem, nec ejus tu orationis testimonium vereris, nostraq; auctoritate ita non moveris, eam ut etiam infringere ac pessundare moliaris. Id agis porro, qvod servus neqvissimus ageret, dum etiam adversus pacta illa atqve conditiones, qvibus te in Rep. versaturum nobis recepisti, fugam cogitas. Nobis igitur primum illud responde, D verene a nobis dicatur, an falso, te in Rep. nostro ex præscripto, non verbis tenus, sed reipsa victurum recepisse? Quid nobis ad hæc respondendum, mi Crito? num ingenue confitendum? Necesse id quidem, o Socrates. Quid igitur (inqvient) aliud facis, qvam pacta illa conventa, qvæ nobiscum pepigisti, violas? idqve, cum nulla vel necessitate, vel fraude impulsus ea probaveris, nec angustum aliquod tempus ad deliberandum habueris, sed annos totos septuaginta, quibus sane, si minus tibi placeremus, nec justæ conditiones viderentur, abire potuisti. Veruntamen, neqve Lacedæmonem aut Cretam, quarum tu leges passim & instituta commendas, nec aliam ullam, seu Græcam, seu Barbaram civitatem huic prætulisti. Qvin etiam ex ea rarius, qvam ipsimet claudi, cæci, aliiqve id genus mutili homines, pedem extulisti.

A ἢ τῇ μὲν οὔ, αὐτοὶ δὲ τρεφόμενοι, σοῦ ζῶντος, βέλτιον θρέψονται καὶ παιδεύσονται, μὴ συνόντος σου αὐτοῖς; οἱ γὰρ ἐπιτήδειοι οἱ σοὶ ἐπιμελήσονται αὐτῶν. Πότερον δέ, ἐὰν μὲν εἰς Θετταλίαν ἀποδημήσῃς, ἐπιμελήσονται· ἐὰν δὲ εἰς ᾅδου ἀποδημήσῃς, οὐχὶ ἐπιμελήσονται; εἴπερ γέ τι ὄφελος αὐτῶν ἐστι, τῶν σοι φασκόντων ἐπιτηδείων εἶναι, οἴεσθαί γε χρή. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, πειθόμενος ἡμῖν τοῖς σοῖς τροφεῦσι, μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ, μήτε τὸ ζῆν, μήτε ἄλλο B μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου· ἵνα εἰς ᾅδου ἐλθών, ἔχῃς ταῦτα πάντα ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐκεῖ ἄρχουσιν. οὔτε γὰρ ἐνθάδε σοι φαίνεται ταῦτα πράττοντι ἄμεινον εἶναι, οὐδὲ δικαιότερον, οὐδὲ ἄλλῳ τῶν σῶν οὐδενί, οὔτε ἐκεῖσε ἀφικομένῳ ἄμεινον ἔσται. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἠδικημένος ἄπει, (ἐὰν ἀπίῃς,) οὐχ ὑφ' ἡμῶν τῶν νόμων, ἀλλ' ὑπ' ἀνθρώπων. ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς οὕτως αἰσχρῶς, ἀνταδικήσας τε καὶ ἀντικακουργήσας, τὰς σαυτοῦ ὁμολογίας τε καὶ C συνθήκας τὰς πρὸς ἡμᾶς παραβάς, καὶ κακὰ ἐργασάμενος τούτους, οὓς ἥκιστα ἔδει, σαυτόν τε, καὶ τοὺς φίλους, καὶ πατρίδα, καὶ ἡμᾶς· ἡμεῖς τέ σοι χαλεπανοῦμεν ζῶντι, καὶ ἐκεῖ οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοί, οἱ ἐν ᾅδου νόμοι, οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται, εἰδότες ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεχείρησας ἀπολέσαι, τὸ σὸν μέρος.

An id quidem minime facturus es; sed tamen, cum hic educabuntur, atqve instituentur, melius id re superstite, absente licet, futurum arbitraris, quod necessarii tui curam eorum gesturi sint? Quid? Si in Thessaliam migraveris, curam illorum gerent: si migraveris ad Inferos, nullam gerent? Gerent profecto, si quid in iis vere, qui tuos se necessarios esse dictitant, opis est ac præsidii constitutum. Quanquam, agesis, o Socrates, nosqve nutrices tuas audi, neqve liberos, neqve vitam, neqve aliud qvicqvam ei, quod justum est, antepone: ut cum ad inferos ventum erit, iis in omnibus causam Judicibus illis tuam probare possis. Nam id sane liqvet, hæc ut feceris, neqve tecum propterea melius, neqve cum tuorum ullo, melius hic aut æqvius sanctiusve actum iri: ac ne illic quidem felicius. Quin tu igitur decedis, (si tamen decedendum est) non a nobis quidem, sed ab hominibus injuriose tractatus? Nam si adeo turpiter aufugeris, injurias cum injuriis, cum maleficiis maleficia compensando, pacta nobiscum inita violando, malum iis etiam, quibus minime oportuit, tibi, amicis, patriæ, ac nobis ipsis creando: cum ipsæ tibi graviter adhuc vivo succensebimus, tum illic sorores etiam nostræ, hoc est Inferorum leges, eo te asperius excipient, quo te illum esse intelligent, qui nos, quantum in te fuit, extingvere sis ac profligare conatus.

ι. D

pag. 186.

ΟΤΙ ΜΗ ΔΕΟΙ ΦΕΥΓΕΙΝ ΤΟΝ ὙΠΕΡ ἀληθείας θάνατον. ἀπὸ τῆς Σωκράτους ἀπολογίας.

ἼΣΩΣ δ' ἂν οὖν εἴποι τις, εἶτ' οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύσας, ἐξ οὗ κινδυνεύεις νυνὶ ἀποθανεῖν; Ἐγὼ δὲ τούτῳ δίκαιον ἂν λόγον ἀντείποιμι, ὅτι οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν, ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅτου τι καὶ σμικρὸν ὄφελός ἐστιν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖν, ὅταν πράττῃ, πότερον δίκαια, ἢ ἄδικα πράττει καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα, ἢ κακοῦ. Φαῦλοι γὰρ ἄν, τῷ γε σῷ λόγῳ, εἶεν, τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν,

X.

MORTEM VERITATIS CAUSA non esse fugiendam. Ex Socratis Apologia.

VERUM, inqvit, ita forte qvis objiciat, Qvid? non ergo te pudet, o Socrates, vitæ institutum ejusmodi sequutum esse, quo tibi hoc mortis periculum creares? Cui ego jure sic reponam, Erras, mi homo, si apud eum, qui aliquo in numero sit, vitæ mortisve periculum tanti esse putes; nec illud potius unum ab eo cogitari, justene an injuste rebus in omnibus sese gerat, viriqve boni, an improbi facta perseqvatur. Enimvero, si quid tua hæc efficit oratio, neqvam fuerint necesse est Heroes illi omnes, qui apud Trojam obiere, ipse-

» qve adeo Thetidis filius, qui præ turpitudi-
» nis & ignominiæ metu, ita periculum omne
» contempsit, ut cum eum cædem Hectoris
» anhelantem, Dea mater hoc fere modo re-
» vocare conaretur, Si Hectoris cæde, fili mi,
» Patrocli necem ulciscare, periturus es ipse
» quoqve,
» *Nam te certa manet*, inquit, *mors Hectore*
» *cæso:*
» Ipse his auditis, calcatoqve mortis omni di-
» scrimine, quod vitam ipsam cum ignavia
» conjunctam, suorumqve mortis inultæ pro-
» brum longe vehementius formidaret, ita re-
» sponderit,
» *Protinus o peream,* — sed pœnis ab infesto
» homine repetitis, ne hic diutius classem ad
» meam ridiculus sessitem,
» —*telluris inutile pondus.*
» Hunc tu hominem de morte ac periculo so-
» licitum fuisse arbitraris? Quippe, ita enim
» plane se res habet, Athenienses: Quo qvis-
» qve in loco vel seipsum constituerit, opti-
» mum id esse ratus, vel constitutus a Magi-
» stratu fuerit, in eo sic manendum ipsi, ac pe-
» riculum omne subeundum esse statuo, ut
» præ uno turpitudinis metu, nec mortem,
» nec aliud quicquam vel nauci faciat. Equi-
» dem, facinus indignum admitterem, Athe-
» nienses, si qvem mihi locum Imperatores il-
» li vestri, quibus me parere voluistis, sive a-
» pud Potidæam, sive apud Amphipolim, sive
» apud Delium, sive ubi ubi assignarant, in
» eo cum hærerem, ut quivis alius, mortisqve
» subirem pericula; tum vero nunc, cum
» ita de me, qvemadmodum jam mihi pridem
» persvasi, Deus ipse statuerit, ut me Philoso-
» phi vitam vivere, nec me ipsum modo, ve-
» rum etiam alios tentare probareqve volue-
» rit, mortis aut alterius cujuscunqve rei me-
» tu, gradum hunc meum stationemqve de-
» sererem: Indignum, inqvam, flagitium
» esset, tumqve adeo me juste quis omnino,
» quasi Deos esse nullos putarem, impietatis
» arcesseret; qvippe qui nec oraculo pare-
» rem, & mortem extimescerem, & sapiens
» viderer ipse mihi, cum non essem. Mor-
» tem enim timere, Athenienses, aliud nihil
» est, qvam sapientem videri, qui non sit.
» Nempe, videri hoc tibi scire est, quod nesci-
» as. Nam mors ipsa quidem, num quasi
» bonorum omnium maximum homini eve-
» niat, nemo novit: & vulgo tamen eam ex-
» timescunt, quasi malorum eam esse maxi-
» mum optime nossent. Qvis autem fœdissi-
» mum illud inscitiæ genus esse neget, cum
» ea scire quis sibi videtur, quæ nesciat.
» Equidem, Athenienses, hac in parte for-
tassis ab hominibus plerisque dissideo:

A οἵτε ἄλλοι, καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός, ὃς τοσοῦ- »
τον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε, παρὰ τὸ αἰ- »
σχρόν τι ὑπομεῖναι, ὥστε ἐπειδὴ εἶπεν ἡ »
μήτηρ αὐτῷ προθυμουμένῳ Ἕκτορα ἀπο- »
κτεῖναι, Θεὸς οὖσα, οὑτωσίπως, ὡς ἐγῷ- »
μαι, Ὦ παῖ, εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ »
ἑταίρῳ τὸν φόνον, καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, »
αὐτὸς ἀποθανῇ· Αὐτίκα γάρ τοι, φησὶ, μεθ' »
Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος. ὁ δὲ τοῦτο ἀκού- »
σας, τοῦ μὲν θανάτου καὶ τοῦ κινδύνου ὠ- »
B λιγώρησεν, πολὺ δὲ μᾶλλον δείσας τὸ ζῆν »
κακὸς ὢν, καὶ τοῖς φίλοις μὴ τιμωρεῖν, »
αὐτίκα φησὶ, Τεθναίην, δίκην ἐπιθεὶς τῷ »
ἀδικοῦντι, ἵνα μὴ ἐνθάδε μένω κατα- »
γέλαστος, παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, ἄχθος ἀ- »
ρούρης. μὴ αὐτὸν οἴει φροντίσαι θανάτου καὶ »
κινδύνου; Οὕτω γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθη- »
ναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ· οὗ ἄν τις αὐτὸν τάξῃ, ἡγη- »
σάμενος βέλτιστον εἶναι, ἢ ὑπὸ Ἄρχοντος »
ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντ- »
C α κινδυνεύειν, μηδὲν ὑπολογιζόμενον, μή- »
τε θάνατον, μήτε ἄλλο μηδὲν, πρὸ τοῦ αἰ- »
σχροῦ. Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμέ- »
νος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ὅτε μεν με οἱ »
Ἄρχοντες ἔταττον, οὓς ὑμεῖς εἵλεσθε ἄρχειν »
μου, καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ, καὶ ἐν Ἀμφιπόλει, καὶ »
ἐπὶ Δηλίῳ, καὶ ἄλλοθί που, οὗ ἐκεῖνοι ἔταττ- »
τον, ἔμενον ὥσπερ καὶ ἄλλος τις, καὶ ἐκινδύ- »
νευον ἀποθανεῖν· τοῦ δὲ Θεοῦ τάττοντος, ὡς »
ἐγὼ ᾠήθην τε καὶ ὑπέλαβον, φιλοσο- »
φοῦντά με δεῖν ζῆν, καὶ ἐξετάζοντα ἐμαυ- »
D τὸν, καὶ τοὺς ἄλλους· ἐνταῦθα δὲ φοβηθεὶς, »
ἢ θάνατον, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα, λίποι- »
μι τὴν τάξιν; δεινὸν μέντ' ἂν εἴη, καὶ ὡς ἀ- »
ληθῶς τότ' ἄν με δικαίως εἰσάγοι τις εἰς δι- »
καστήριον, ὅτι οὐ νομίζω Θεοὺς εἶναι, ἀπειθῶν »
τῇ μαντείᾳ, καὶ δεδιὼς θάνατον, καὶ οἰό- »
μενος σοφὸς εἶναι, οὐκ ὤν. τὸ γάρτοι θάνα- »
τον δεδιέναι, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ »
δοκεῖν σοφὸν εἶναι, μὴ ὄντα. δοκεῖν γὰρ εἰδέ- »
ναι ἐστὶν, ἃ οὐκ οἶδεν. οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν »
θάνατον, οὐδ' εἰ τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ, »
πάντων μέγιστον ὂν τῶν ἀγαθῶν· δεδίασι δὲ »
ὡς εὖ εἰδότες, ὅτι μέγιστον τῶν κακῶν »
ἐστι. καίτοι, πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν αὕτη »
ἡ ἐπονείδιστος, ἡ τοῦ οἴεσθαι εἰδέναι ἃ οὐκ »
οἶδεν; Ἐγὼ δ', ὦ ἄνδρες, τούτῳ καὶ ἐν- »
ταῦθα διαφέρω τῶν πολλῶν ἴσως ἀνθρώπων. »

» καὶ εἰ δή τῳ σοφώτερός του φαίην εἶναι, τού- A τῳ ἄν, ὅτι οὐκ εἰδὼς ἱκανῶς περὶ τῶν ἐν ᾅδου, οὕτω καὶ οἴομαι οὐκ εἰδέναι. τὸ δὲ ἀδικεῖν, καὶ τὸ ἀπειθεῖν τῷ βελτίονι, καὶ Θεῷ, καὶ ἀνθρώπῳ, ὅτι κακὸν καὶ αἰσχρόν ἐστιν, οἶδα. πρὸ οὖν τῶν κακῶν, ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν, ἃ μὴ οἶδα, εἰ καὶ ἀγαθὰ ὄντα τυγχάνει, οὐδέποτε φοβήσομαι, οὐδὲ φεύξομαι. Ὥστε, οὐδ' εἴ με νῦν ὑμεῖς ἀφίετε, Ἀνύτῳ ἀπιστήσαντες (ὃς ἔφη, ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰσελθεῖν, ἢ ἐπειδὴ εἰσῆλθον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ οὐκ ἀποκτεῖ- B ναί με, λέγων πρὸς ὑμᾶς, ὡς εἰ διαφευξοίμην, ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς ἐπιτηδεύοντες ἃ Σωκράτης διδάσκει, πάντες παντάπασι διαφθαρήσονται) εἴ μοι πρὸς ταῦτα εἴποιτε, ὦ Σώκρατες, νῦν Ἀνύτῳ οὐ πεισόμεθα, ἀλλ' ἀφίεμέν σε, ἐπὶ τούτῳ μέντοι, ἐφ' ᾧτε μηκέτι ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει διατρίβειν, μηδὲ φιλοσοφεῖν· ἐὰν δὲ ἁλῷς ἔτι τοῦτο πράττων, ἀποθανῇ. Εἰ οὖν με, ὅπερ εἶπον, ἐπὶ τούτοις ἀφίοιτε· εἴποιμι ἂν ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθη- C ναῖοι, ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ Θεῷ, ἢ ὑμῖν· καὶ ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω, καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσομαι φιλοσοφῶν, καὶ ὑμῖν παρακελευόμενός τε, καὶ ἐνδεικνύμενος, ὅτῳ ἂν ἀεὶ ἐντυγχάνω ὑμῶν, λέγων οἷάπερ εἴωθα. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει, Ἐννοήσωμεν δὴ καὶ τῇδε, ὡς πολλὴ ἐλπίς ἐστιν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδὲν τι εἶναι, μηδὲ αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶ- D τα· ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα, μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα, καὶ μετοίκησις τῆς ψυχῆς τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδὲ ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι, εἴ τινα ἐκλεξάμενον δέοι ταύτην τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οὕτω κατέδαρθεν, ὥστε μηδὲν ὄναρ ἰδεῖν, καὶ τὰς ἄλλας νύκτας τε καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ ἀντιπαραθέντα ταύτῃ τῇ νυκτί, εἰ δέοι σκεψάμενον εἰπεῖν, ὁπόσας ἄμεινον καὶ ἥδιον ἡμέρας καὶ νύκτας ταύτης τῆς νυκτὸς βεβίωκεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, οἶμαι ἄν, οὐκ ἰδιώτην τινά, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα, εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν ταύτας, πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας τε καὶ νύκτας.

pag. 387.

A & ſi qua in re mihi quoquam ſapientior viderer, in hac ſane viderer, quod uti res illæ Inferorum cujusmodi ſint, non ſatis intelligo, ita nec eas me ſatis intelligere ſentiam. At vero & injuriam facere, & ei qvem ſuperiorem agnoſcas, ſive Deus ille fuerit, ſive homo, non parere, hoc & malum & turpe eſſe profecto novi. Nunqvam igitur ea quæ bona ſint necne dubito, metuam fugiamqve vehementius, quam ea mala, qvæ vere mala eſſe novi. Qvamobrem, ne ſi me quidem nunc abſolveretis, (illa Anyti B oratione rejecta, cum negaret aut me in jus omnino vocandum fuiſſe, aut qvoniam vocatus ſum, fas jam eſſe vobis, me non morte damnare: quippe qui futurum diceret, ut, ſi abſolutus eſſem, veſtri deinceps liberi, e Socratis diſciplina viventes, omnes omnino corrumperentur:) Si me, inquam, hac ejus audita oratione, hunc in modum compellaretis, Nunc quidem, Socrates, miſſo interim Anyto, te abſolvimus, ſed ea lege, ut totum iſtuc in poſterum inquirendi ac philoſophandi genus omittas; nam ſi te adhuc id actitare conſtiterit, moriere. Hac C ſi me, uti jam dicebam, conditione abſolutum velletis, contra ſic reſponderem, Vos eqvidem, Athenienſes, complector ac diligo, ſed tamen Deo potius quam hominibus obtemperabo, nec dum ſpirare qvidem, eiqve rei vacare potero, philoſophari deſinam, vosqve cohortari, & in qvemcunqve veſtrum incidero, eum more meo libere ac fidenter admonere. Tum paucis aliqvot interjectis, Quam magna porro ſpes, inquit, tenere nos debeat, boni aliquid hoc ipſum eſſe, ita quoqve ratiocinemur. Ne- D ceſſe eſt enim mori ſit alterum de duobus, ut aut in nihilum mortuus intereat, ac ſenſus omnino mors omnes auferat; aut in alium qvendam locum, ut vulgo dictitant, ex his locis morte migretur. Qvamobrem ſive ſenſus extingvitur, morsqve ei ſomno ſimilis eſt, qui nonnunqvam etiam ſine viſis ſomniorum, placatiſſimam quietem affert, Dii boni, quid lucri eſt emori? Equidem ſic exiſtimo, ſi cui tanquam eximia ſeponenda nox illa fuerit, qvam ſine moleſtia ſomniorum ulla traduxerit, licet cum ea dies vitæ noctesque univerſas conferendo, qvam multas toto illo ſpatio jucundius ac ſvavius egerit, aperiat, has, ab eo qvidem, ut Rex potentiſſimus fuerit, ne dum ut privatus qvispiam, præ aliarum multitudine, facile admodum numeratum iri.

» Itaqve si mors ejusmodi aliqvid est, mortem in lucro pono: cum ei nocti similis futura sit perpetuitas omnis conseqventis temporis. Sin aliqva veluti migratio est in alias qvasdam oras, veraqve sunt ea quæ dicuntur, qui e vita excesserunt, illas universos incolere: quid jam eo beatius est, Judices, te cum ab iis, qui se Judicum numero haberi volunt, evaseris, ad eos devenire, qui vere Judices appellentur, Minoem, Rhadamanthum, Æacum, Triptolemum, convenireqve Heroes illos, qui juste & cum fide vixerint? Hæc peregrinatio vilisne vobis & contemnenda videri potest? Ut vero colloqvi cum Orpheo, Musæo, Hesiodo, Homero liceat, quanti tandem æstimatis? Equidem sæpe mori vellem, ut ea quæ dico mihi liceret invenire. Qvanta porro delectatione afficerer, cum Palamedem, cum Ajacem olim illum Telamonis filium, cum veteres alios judicio iniqvorum circumventos atqve damnatos convenirem? Quidni enim jucundum mihi foret, meam cum eorum casibus fortunam componere? Illud vero, qvanti fieri debeat, eos etiam qui illic versentur, perinde ut qui hac in vita degunt, tentare scrutariqve posse; quis ex omnibus vere sapiat, quis tantum opinione tenus? Hæc ille. Quibus nostra hæc gemina, *Obedire oportet Deo magis, qvam hominibus. Nolite timere eos, qvi occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Scire etiam, qvod si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in cælis. Et peregrinantes a corpore, versamur cum Domino*; qvi etiam omnibus, qui in eum speraverint, svavem in Abrahæ, Isaaci, & Jacobi sinu qvietem, atqve in cæterorum Prophetarum justorumqve consortio, qui Hebræos inter Deo cari fuerint, sempiternæ vitæ felicitatem pollicetur.

Act. 5,29. Mat. 10,28. 2.Cor. 5,1.

A Εἰ δ' οὖν τοιοῦτον ὁ θάνατός ἐστι, κέρδος ἔγωγε » λέγω· καὶ γὰρ οὐδὲν πλεῖον ὁ πᾶς χρόνος » φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι, ἢ μία νύξ. Εἰ δ' αὖ οἷον » ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον » τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς » ἄρα ἐκεῖ εἰσιν ἅπαντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον » ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ Ἄνδρες Δικασταί; » εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς ᾅδου, ἀπαλλαγεὶς » τούτων τῶν φασκόντων Δικαστῶν εἶναι, » εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς Δικαστάς, οἵπερ καὶ » B λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε, καὶ Ῥαδάμανθος, » καὶ Αἰακός, καὶ Τριπτόλεμος, καὶ » ἄλλοι ὅσοι τῶν Ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ » ἑαυτῶν βίῳ· ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; » ἢ αὖ Ὀρφεῖ ξυγγενέσθαι, καὶ Μουσαίῳ, καὶ Ἡσιόδῳ, » καὶ Ὁμήρῳ, ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν » ὑμῶν; ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, » εἴπερ ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ. ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ » αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε » ἐντύχοιμι Παλαμήδει, καὶ Αἴαντι τῷ » C Τελαμῶνος, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν » διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν· ἀντιπαραβάλλοντι » τὰ ἐμαυτοῦ πάθη, πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς » ἐγὼ οἶμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη. καὶ δὴ καὶ τὸ μέγιστον, » τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα, » ὥσπερ τοὺς ἐνταῦθα, διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός » ἐστι, καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ. Καὶ παρ' ἡμῖν, » Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις, » εἴρηται. καί, Μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων » τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν οὐ δυναμένων » ἀποκτεῖναι. Εἰδέναι τε, ὅτι ἐὰν ἡ ἐπίγειος » D ἡμῶν οἰκία τοῦ σκήνους καταλυθῇ, οἰκοδομὴν » ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον » ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὅτι τε ἐκδημοῦντες ἀπὸ » τοῦ σώματος, ἐνδημοῦμεν τῷ Κυρίῳ, ὃς καὶ πᾶσι τοῖς εἰς αὐτὸν ἠλπικόσιν ἐπήγγελται, εἰς κόλπους Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακὼβ ἀναπαύσεως, μετά τε τῶν ἄλλων παρ' Ἑβραίοις θεοφιλῶν Προφητῶν τε, καὶ δικαίων, ἐν μακαρίᾳ ζωῇ τὸν μακρὸν αἰῶνα διάξειν.

XI.

QVEMADMODUM EORUM mortem, qvi vitam gloriose profuderint, celebrari oporteat. Ex Platone.

ια.

ΟΠΩΣ ΔΕΟΙ ΤΙΜΑΝ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ τῶν εὐκλεῶς μεταλλαξάντων τὸν βίον. ἐκ τοῦ Πλάτωνος.

ΤΩΝ

pag. 181. Cap. VII. Trap.

ΤΩΝ δὲ δὴ ἀποθανόντων ἐπὶ στρατείας, ὃς ἂν εὐδοκιμήσας τελευτήσῃ, ἆρ' οὐ πρῶτον μὲν φήσομεν τοῦ χρυσοῦ γένους εἶναι; Πάν γε μάλιστα. Ἀλλ' οὐ πεισόμεθα Ἡσιόδῳ, ἐπειδάν τινες τοῦ τοιούτου γένους τελευτήσωσιν, ὡς ἄρα,

Οἱ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν,
Ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων;

Πεισόμεθα μὲν οὖν. Διαπυθόμενοι ἄρα τοῦ Θεοῦ, πῶς χρὴ τοὺς Δαιμονίους τε καὶ Θείους τιθέναι, καὶ τίνι διαφέρειν, οὕτω καὶ ταύτῃ θήσομεν, ᾗ ἂν ἐξηγῆται. Τί δ' οὐ μέλλομεν; Καὶ τὸν λοιπὸν δὴ χρόνον, ὡς Δαίμονας γεγονότας, οὕτω θεραπεύσομέν τε, καὶ προσκυνήσομεν αὐτῶν τὰς θήκας. τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα νομιοῦμεν, ὅταν τις γήρᾳ, ἤ τινι ἄλλῳ τρόπῳ τελευτήσῃ, τῶν ὅσοι ἂν διαφερόντως ἐν τῷ βίῳ ἀγαθοὶ κριθῶσι. Καὶ ταῦτα δὲ ἁρμόζει ἐπὶ τῇ τῶν θεοφιλῶν τελευτῇ, οὓς στρατιώτας τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας οὐκ ἂν ἁμάρτοις εἰπών, παραλαμβάνεσθαι. ὅθεν καὶ ἐπὶ τὰς θήκας αὐτῶν ἔθος ἡμῖν παριέναι, καὶ τὰς εὐχὰς παρὰ ταύταις ποιεῖσθαι, τιμᾶν τε τὰς μακαρίας αὐτῶν ψυχάς, ὡς εὐλόγως καὶ τούτων ὑφ' ἡμῶν γιγνομένων. Ἀλλὰ γὰρ ἡμεῖς μὲν ταῦτα ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀνελεξάμεθα. Φιλόκαλος δέ τις ἄλλος, καὶ τούτων ἔτι πλείω ἂν εὕροι παρὰ τῷ αὐτῷ, σύμφωνα τοῖς ἡμετέροις δόγμασι, τάχα δὲ καὶ παρ' ἑτέροις. Ἐπεὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἡμῖν ὑποθέσεως προλαβόντες ἐφήψαντο καὶ ἄλλοι, εὖ μοι δοκεῖ ἐπισκέψασθαι δεῖν καὶ τὰ τούτοις πεπονημένα. παραθήσω δὲ πρώτου Ἀριστοβούλου, τοῦ ἐξ Ἑβραίων Φιλοσόφου τὰς οὕτως ἐχούσας φωνάς.

JAM vero, inqvit Plato, qvi post egregia virtutis exempla, honestam in bello mortem occubuerint, numquid eos in primis ex aureo illo genere fuisse dicemus? Maxime vero. Num etiam Hesiodum audiemus, dum ex eo genere qui vivendi finem fecerint, de illis ita pronuntiat,

Sunt alii Heroes casti, terrasq; frequentant,
Atque ultro mala depellunt, hominesque tuentur?

Sane audiemus. Consulto itaqve Numine, qvonam Heroes illos ac Semideos ritu, qvove discrimine consecrari oporteat, religiose omnino quicquid responderit, observabimus. Enimvero faciendum id erit. Tum illos deinceps tanqvam Heroas venerabimur, eorumqve sepulcra sanctiore cultu proseqvemur. Eadem porro statuimus, ubi quis post vitam cum excellentis probitatis opinione traductam, supremum aut senio, aut alio quovis modo diem obierit. Hæc Plato. Quæ quidem in hominum Deo carissimorum obitus egregie conveniunt, quos veræ pietatis milites jure appellaris. Nam & eorum sepulcra celebrare, & preces ibi votaqve nuncupare, & beatas illorum Animas venerari consvevimus, idqve a nobis merito fieri statuimus. Atqve ex Platonis operibus hæc a nobis selecta sunt: plura studiosus qvilibet, nec apud ipsum modo, sed etiam fortassis apud alios, cum nostræ doctrinæ rationibus convenientia reperiat. Et qvoniam hoc ipsum argumentum ante nos alii quoqve nonnulli occuparunt, operæ pretium videtur, huc etiam ex eorum scriptis aliqva transferre. Primus esto Aristobulus, Hebræus Philosophus, cujus verba hæc sunt ipsissima.

Martyrum cultus.

ιβ.

ΟΠΩΣ ΚΑΙ ΠΡΟ ΗΜΩΝ ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ὁ Περιπατητικὸς, ἐκ τῆς παρ' Ἑβραίοις Φιλοσοφίας ὡμολόγει τοὺς Ἕλληνας ὡρμῆσθαι. ἐκ τῶν Ἀριστοβούλου βασιλεῖ Πτολεμαίῳ προσπεφωνημένων.

XII.

ARISTOBULUM PERIPATETICUM etiam ante nos confessum esse, Hebræis e fontibus suam Græcos hausisse Philosophiam. Ex opere illo, qvod Ptolemæo Regi Aristobulus inscripsit.

ΦΑΝΕΡΟΝ ὅτι κατηκολούθησεν ὁ Πλάτων τῇ καθ' ἡμᾶς Νομοθεσίᾳ, καὶ

SATIS constat, inqvit, Legum nostrarum instituta sequutum esse Platonem,

& singula earum capita diligenter ac studiose perlegisse. Nam etiam ante Demetrium illum Phalereum, adeoqve ante Alexandri ac Persarum imperium, ea jam omnia Græce ab aliis conversa fuerant, qvibus illa Hebræorum popularium nostrorũ ex Ægypto migratio, tum eorum series, quæ cœlitus ipsis evenere, promissæ regionis occupatio, & universæ legis expositio continetur: nemini ut dubium esse possit, qvin suos in libros laudatus inde Philosophus pleraqve derivarit. Fuit enim is lectionis plurimæ, quemadmodum & Pythagoras, qui e nostris selecta quoqve permulta suis illis decretis inseruit. Post, Regis Ptolemæi cognomento Philadelphi, Avi tui tempore, qui omnes hoc in genere studio & magnificentia superavit, integram eorum, qvæ nostras ad leges pertinebant, omnium interpretationem, præcipua Demetrii Phalerei totum negotium moderantis opera elaborarunt. Tum quibusdam interjectis, ita prosequitur. Divinam quippe vocem accipere nos sic oportet, non ut sermonem aliqvem conceptis inclusum expressumqve verbis, sed ut operum ipsorum molitionem, quo plane sensu creationem mundi universam, Legislator ille Moses Dei vocem appellavit. Nam de singulis operibus ita pronuntiat, *Dixitqve Deus, & factum est.* Id quod ego, Pythagoram, Socratem, ac Platonem cum nostra omnia curiose rimati essent, omnino sequutos existimo, cum sese Dei vocem exaudire dicerent, in illa universi molitionis, quæ tam accurate a Deo perfecta, sui semper similis integraqve persisteret, contemplatione defixos. Quin etiam Orpheus in iis Carminibus, quæ ad sacri sermonis formam rationemqve conscripsit, divina vi omnia contineri, eademqve ortum habuisse, & cunctis DEUM præesse, hunc in modum cecinit:

Fas quibus est narrabo: fores claudunto profani,
Qveis sanctæ leges odio, qvas omnibus auctor
Ipse tulit posuitqve Deus. Tu vero micantis
O Lunæ Musæe nepos, hæc auribus hauri.
Namqve ego vera canam. Tibi ne modo pristinus error
Æternæ invideat felicia secula vitæ.
Sed fixa potius divina oracula mente
Excipiens, casto penitus sub pectore condas.
Ergo age, carpe viam, solum, interituqve carentem

A φανερὸς ἐστι περιειργασμένος ἕκαστα τῶν ἐν αὐτῇ. Διηρμήνευται γὰρ πρὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, δι᾽ ἑτέρων, πρὸ τῆς Ἀλεξάνδρου καὶ Περσῶν ἐπικρατήσεως, τά τε κατὰ τὴν ἐξαγωγὴν τὴν ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων, ἡμετέρων δὲ πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεγονότων ἁπάντων αὐτοῖς ἐπιφάνεια, καὶ κράτησις τῆς χώρας, καὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ἐπεξήγησις, ὡς εὔδηλον εἶναι τὸν προειρημένον φιλόσοφον εἰληφέναι πολλά. γέγονε γὰρ πολυμαθής, καθὼς καὶ Πυ- B θαγόρας, πολλὰ τῶν παρ᾽ ἡμῖν μετενέγκας εἰς τὴν ἑαυτοῦ δογματοποιΐαν κατεχώρισεν. Ἡ δ᾽ ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων, ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου βασιλέως, σοῦ δὲ προγόνου, προσενεγκαμένου μείζονα φιλοτιμίαν, Δημητρίου τοῦ Φαληρέως πραγματευσαμένου τὰ περὶ τούτων. Εἶτα μεταξύ τινα εἰπὼν, ἐπιφέρει λέγων, Δεῖ γὰρ λαμβάνειν τὴν θείαν φωνὴν, οὐ ῥητὸν λόγον, ἀλλ᾽ ἔργων κατασκευάς, καθὼς καὶ διὰ τῆς νομο- C θεσίας ἡμῖν ὅλην τὴν γένεσιν τοῦ κόσμου, Θεοῦ λόγους εἴρηκεν ὁ Μωσῆς. συνεχῶς γάρ φησιν ἐφ᾽ ἑκάστου, Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, καὶ ἐγένετο. Δοκοῦσι δέ μοι περιειργασμένοι πάντα, κατηκολουθηκέναι τούτῳ Πυθαγόρας τε, καὶ Σωκράτης, καὶ Πλάτων, λέγοντες ἀκούειν φωνῆς Θεοῦ, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων συνθεωροῦντες, ἀκριβῶς ὑπὸ Θεοῦ γεγονυῖαν, καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως. Ἔτι δὲ καὶ Ὀρφεὺς, ἐν ποιήμασι τῶν κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον αὐτῷ λεγομένων, οὕτως ἐκτίθεται περὶ τοῦ δια- D κρατεῖσθαι θείᾳ δυνάμει τὰ πάντα, καὶ γενητὰ ὑπάρχειν, καὶ ἐπὶ πάντων εἶναι τὸν Θεόν. λέγει δ᾽ οὕτως,

Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ, θύρας δ᾽ ἐπίθεσθε βέβηλοι,
Φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς, θείοιο τεθέντος
Πᾶσι νόμου. σὺ δ᾽ ἄκουε, φαεσφόρου ἔκγονε Μήνης
Μουσαῖ᾽. ἐξερέω γὰρ ἀληθέα· μηδέ σε τὰ πρὶν
Ἐν στήθεσσι φανέντα, φίλης αἰῶνος ἀμέρσῃ.
Εἰς δὲ λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος. εὖ δ᾽ ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ᾽ ἐσόρα κόσμοιο τυπωτήν

Ἀθάνατον. παλαιὸς δ' αὖ λόγος περὶ τοῦδε A
φαείνει.
Εἷς ἔστ' αὐτοτελής, αὐτοῦ δ' ὕπο πάντα τε-
λεῖται·
Ἐν δ' αὐτοῖς αὐτὸς περινίσσεται· οὐδέ τις αὐ-
τὸν
Εἰσοράᾳ ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ' εἰσοράαται.
Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν θνητοῖς κακὸν οὐκ
ἐπιτέλλει
Ἀνθρώποις· αὐτῷ δὲ χάρις, καὶ μῖσος ὀπηδεῖ,
Καὶ πόλεμος, καὶ λοιμός, ἰδ' ἄλγεα B
δακρυόεντα.
Οὐδέ τίς ἐσθ' ἕτερος. σὺ δέ κεν ῥέα πάντ' ἐ-
σορήσαις,
Αἴ κεν ἴδῃς αὐτὸν πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ
γαῖαν.
Τέκνον ἐμόν, δείξω σοι, ὁπηνίκα δέρκο-
μαι αὐτοῦ
Ἴχνια, καὶ χεῖρα στιβαρὴν κρατεροῖο θεοῖο.
Αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω· περὶ γὰρ νέφος ἐστή-
ρικται C
Λοιπὸν ἐμοί· στᾶσιν δὲ δέκα πτυχαὶ ἀν-
θρώποισιν.
Οὐ γάρ κέν τις ἴδοι θνητῶν μερόπων κραί-
νοντα,
Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄ-
νωθεν
Χαλδαίων. ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πο-
ρείης,
Καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περι-
τέλλει,
Κυκλοτερές γ' ἐν ἴσῳ, κατὰ δὲ σφέτερον D
κνώδακα·
Πνεύματα δ' ἡνιοχεῖ, περί τ' ἠέρα, καὶ
περὶ χεῦμα
Νάματος· ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας ἰφι-
γενήτου.
Αὐτὸς δὴ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρι-
κται,
Χρυσέῳ εἰνὶ θρόνῳ· γαίη δ' ὑπὸ ποσσὶ
βέβηκε·
Χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεα-
νοῖο
Ἐκτέτακεν· ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι
θυμῷ,
Οὐδὲ φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. ἔστι
δὲ πάντως

Suspiciens genitorem orbis. Quem talibus ecce
Prisca virum nobis olim monimenta loquuntur.
Unus, & ex sese Deus est, idem omnia condit,
Ac mundi late partes se fundit in omnes.
Mortales fugit ille oculos, animoque videtur.
Fonsque boni cum sit, nulli mala sevior unquam
Ipse creat, licet hunc vitali gratia passu,
Cumque odio, bellumque, luesque, dolorque sequantur.
Hunc alius præter nemo est. Quem cernere terris
Si prius extantem poteris, facile omnia cernes.
Per me, si qua ejus sese vestigia forsan
Obtulerint, molesve manus, tu, nate, videbis.
Namque ipsum per se haud video, quod densa tuentem
Impediat nubes, ac dena volumina tardent.
Unus cum imperio mortalia fata regentem,
Nosse aliquis potuit Chaldæo a sanguine cretus:
Norat enim, qua magnus iter Sol flectat in orbem,
Æquatosque habilis circumque immania Terræ
Pondera, sed proprio gyros convertat in axe:
Et volucres effusis equos per cærula mundi
Verset agens, auras que obeat, pelagusq; profundum,
Et vivos rutili succendat luminis ignes.
Ille igitur magni supra laquearia cæli,
Immotus, solioque micat sublimis in aureo.
Olli planta humiles subter premit ardua terras,
Oceani extremos attingit dextera fines:
Cujus inexhaustum quassi ab radicibus imis
Ferre negant robur nutanti vertice montes.

Ergo ut siderea nunquam discedat ab A
arce,
Cuncta tamen nostris præsens molitur in
oris,
Principium in sese, ac medium, finemq; coercens.
Hæc prisci retulere viri, terraq; creatus
Mortalis docuit, Divino abs Numine postqvam
Hauserat, ac gemino tulerat viventia saxo.
Illa secus vulgare nefas: membrisque solutis,
Mecum animo volvens trepido. quippe B
ordine cuncta
Desuper ipse regit. Tu mentem advertito, Fili,
Frænatæque potens linguæ, rem pectore serva.

Qvibus etiam hunc in modū Aratus accinit,

Ab Jove principium, nullo qui tempore nobis
Prætereundus erit: Cujus late omnia Numen
Compita, & omne forum, pontique profunda tumentis, C
Atque omnes portus implet, nemoque potenti
Auxilio caruisse queat. Genus omnis ab illo
Qvippe trahit: qui blanda homines pietate fovendo,
Læta ollis dat signa manu, populosque frequentes
Ultro operi accingit, vitæ dulcedine captos.
Ille bobus glebæ ingenium duroque ligoni
Utilis ante docet, necnon quo sidere tutum, D
Et plantis scrobibus, semenque abscondere terra.

Hæc illi, qvibus vim divinam omnia permeare, clare, opinor, satis ac perspicue significant. Nam Jovem illum qvidem, Poetarum versibus celebratum, pure, uti decet, ac restricte accepimus, qvod mens eorum ac sententia Deum spectet unum atqve designet. Qvæ nos causa ratioqve permovit, nobis ut hanc in disputationem, istuc orationis ac testimoniorum genus inferre merito posse videremur. In eo qvippe Philosophi omnes conveniunt, ut castas de Deo sanctasqve notiones animo informandas esse præcipiant. Id quod præclare inprimis instituti nostri vis ratioqve docet.

Αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων, καὶ μέσσον, ἠδὲ τελευτήν,
Ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑλογενὴς διέταξεν,
Ἐκ θεόθεν γνώμαισι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν.
Ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν· τρομέω δέ γε γυῖα, *vel. οἱ.*
Ἐν νόῳ. ἐξ ὑπάτου κραίνει περὶ πάντ' ἐνὶ τάξει,
Ὦ τέκνον· σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζεο, γλῶσσαν
Εὖ μάλ' ἐπικρατέων· στέρνοισι δὲ ἔνθεο φήμην.

καὶ Ἄρατος δὲ περὶ τῶν αὐτῶν φησιν οὕτως,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα, τὸν οὐδέ ποτ' ἄνδρες ἐῶμεν *pag. 1.*
Ἄρρητον· μεσταὶ δὲ Θεοῦ πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες, πάντη δὲ Θεοῦ κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει, λαοὺς δ' ἐπὶ ἔργον ἀγείρει,
Μιμνήσκων βιότοιο. λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη,
Βουσί τε καὶ μακέλῃσι· λέγει δ' ὅτε δεξιαὶ ὧραι,
Καὶ φυτὰ " γυρῶσαι, καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι. *al. & γυρῶσαι.*

Σαφῶς οἶμαι δεδεῖχθαι, ὅτι διὰ πάντων ἐστὶν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ. καθὼς δὲ " δεσημάγκαμεν περιαιροῦντες τὸν διὰ τῶν ποιημάτων Δία, καὶ Ζῆνα· τὸ γὰρ τῆς διανοίας αὐτῶν ἐπὶ Θεὸν ἀναπέμπεται· διόπερ οὕτως ἡμῖν εἴρηται. οὐκ ἀπεοικότως οὖν τοῖς ἐπιζητουμένοις προενηνέγμεθα ταῦτα. πᾶσι γὰρ τοῖς φιλοσόφοις ὁμολογεῖται, ὅτι δεῖ περὶ Θεοῦ διαλήψεις ὁσίας ἔχειν, ὃ μάλιστα παρακελεύεται καλῶς ἡ καθ' ἡμᾶς αἵρεσις. Ἡ δὲ τοῦ νόμου κατασκευὴ πᾶσα τοῦ καθ' ἡμᾶς, *τε δὴ.*

περὶ εὐσεβείας τέτακται, καὶ δικαιοσύνης, καὶ ἐγκρατείας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν τῶν κατὰ ἀλήθειαν. Τούτοις ἑξῆς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, Ἐχομένως δ' ἐστὶν, ὡς ὁ Θεὸς τὸν ὅλον κόσμον κατεσκεύακε, καὶ δέδωκεν εἰς ἀνάπαυσιν ἡμῖν, διὰ τὸ κακόπαθον εἶναι πᾶσι τὴν βιοτὴν, ἑβδόμην ἡμέραν, ἣ δὴ καὶ πρώτη φυσικῶς ἂν λέγοιτο φωτὸς γένεσις, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται. Μεταφέροιτο δ' ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς Σοφίας. τὸ γὰρ πᾶν φῶς ἐστιν ἐξ αὐτῆς. καί τινες εἰρήκασι B τῶν ἐκ τῆς αἱρέσεως ὄντες τῆς ἐκ τοῦ Περιπάτου, λαμπτῆρος αὐτὴν ἔχειν τάξιν. ἀκολουθοῦντες γὰρ αὐτῇ συνεχῶς, ἀτάραχοι καταστήσονται δι' ὅλου τοῦ βίου. Σαφέστερον δὲ καὶ κάλλιον, τῶν ἡμετέρων προγόνων τις εἶπε Σολομὼν, αὐτὴν πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχειν. τὸ δὴ σύμφωνόν ἐστι τῷ προειρημένῳ. τὸ δὲ διασαφούμενον διὰ τῆς νομοθεσίας, ἀποπεπαυκέναι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῇ, τοῦτ', οὐχ ὥς τινες ὑπολαμβάνουσι, μηκέτι ποιεῖν τι τὸν Θε- C όν καθέστηκεν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταπεπαυκέναι τὴν τάξιν αὐτῶν, οὕτως τε εἰς πάντα τὸν χρόνον τετάχεναι. σημαίνει γὰρ, ὡς ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἵνα τοὺς χρόνους δηλώσῃ, καὶ τὴν τάξιν προείπῃ τί τίνος προτερεῖ. τάξας γὰρ, οὕτως αὐτὰ συνέχει, καὶ οὐ μεταποιεῖ. διασεσάφηκε δ' ἡμῖν ταύτην ἔννομον, ἕνεκεν σημείου τοῦ περὶ ἡμᾶς ἑβδόμου λόγου καθεστῶτος, ἐν ᾧ γνῶσιν ἔχομεν ἀνθρωπίνων καὶ D θείων πραγμάτων. Δι' ἑβδομάδων δὲ καὶ πᾶς ὁ κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων, καὶ τῶν φυομένων ἁπάντων. τῷ δὲ σάββατον αὐτὴν προσαγορεύεσθαι, διερμηνεύεται ἀνάπαυσις οὖσα. Διασαφεῖ δὲ καὶ Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος, μετειληφότες ἐκ τῶν ἡμετέρων βιβλίων, ἱερὸν εἶναι. Ἡσίοδος μὲν οὕτως,

> Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ.

καὶ πάλιν λέγει,

> Ἑβδομάτῃ δ' αὖθις, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Ὅμηρος δ' οὕτως λέγει,

> Ἑβδομάτη δ' ἤπειτα κατήλυθεν, ἱερὸν ἦμαρ,

Imo ad Religionis, Justitiæ, Temperantiæ, ac cæterorum id genus verorum bonorum possessionem & officia, Lex apud nos tota revocatur. Quibus idem post interjecta nonnulla subjungit, Tum illud sane, consentaneum, inqvit, ut qvi hoc universum procrearat Deus, idem, qvod ærumnis pluribus omnium vita conflictetur, diem nobis septimum ad reqvietem ultro concesserit. Qvem sane diem, si naturam spectaveris, primum qvendam lucis ortum, in qua cernantur universa, jure appellaris. Quod B ipsum ad Sapientiam quoqve transferri possit, cum ex Sapientia lux omnis oriatur. Ac nonnulli quidem Peripatetici, splendoris ei rationem vimqve tribuere, qvem qvi constanter ac perpetuo sequuti fuerint, vitam illi totam sine ulla perturbatione traducent. Eandem vero Salomon, e majoribus nostris unus, cœlo terraqve priorem extitisse, non clarius modo, sed etiam melius statuit. Id quod admodum etiam cum superiore illo consentiat. Cæterum quod in eadem habetur Lege, eo die acquievisse De- C um, id non, quomodo a plerisqve, accipiendum est, qvasi deinceps nihil omnino Deus efficiat; sed quod rerum omnium gradus & ordines absolverit, qvi sui semper similes cum omni seculorum perpetuitate propagentur. Sex enim dierum spatio, cœlum terramqve ab eo, qvæqve utriusqve ambitu continentur, creata esse omnia significat, ut suum cujusqve tempus & ordinem, quo aliud quodqve antecedit, aperiat. Qvæ suo semel constituta loco, servat deinde semper, nec ulla ratione commutat. Qvem eundem fixum nobis diem ac solennem esse D voluit, quo rationis illius septenariæ qvoddam qvasi signum tolleretur, per qvem in rerum humanarum divinarumqve notitiam devenimus. Hebdomadarum enim orbe, ipsa quoque tam animantium, qvam plantarum omnium universitas volvitur. Illum autem Sabbatum, hoc est reqvietem appellamus. Qvem Hesiodus etiam atqve Homerus, cum id nostris hausissent ex literis, sacrum esse palam cecinerunt. Hesiodus qvidem his versibus,

> *Lunæ extrema dies, tum quarta & septima sacra est.*

Itemqve,

> *Septima jamqve dies, leti lux candida Solis.*

Homerus autem seqventibus,

> *Septima sacra dies reserato illuxerat orbi.*

Atqve iterum,

Septima lux aderat, qua cuncta exacta fuere.

Et,

Septima ubi orta dies, Acherontis liquimus undas.

Quo qvidem versu id significat, illa vere septenaria ratione, quæ animæ oblivionem vitiumqve consequitur, repudiatis qvæ ante placuerant, veritatis, uti jam dictum est, cognitionem haurimus. Quibus hæc Lini affinia sunt;

B

Septima jamqve dies, qua cuncta exacta, rubebat.

Itemqve,

Omine læta dies est septima, Septima rerum
Ortus, & eximias inter perfecta corusçat.

Et,

Omnia sidereo septena videntur in orbe,
Motibus & propriis certos volvuntur in annos.

C

Hæc Aristobulus. Quo eodem in genere, quæ Clementis nostri sententia fuerit, ex seqventibus intelliges.

Καὶ πάλιν.

Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

καὶ,

Ἑβδομάτῃ δή οἱ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.

Τοῦτο δὴ σημαίνων, ὡς ἀπὸ τῆς κατὰ ψυχὴν λήθης καὶ κακίας, ἐν τῷ κατὰ ἀλήθειαν ἑβδόμῳ λόγῳ, καταλιμπάνεται τὰ προειρημένα, καὶ γνῶσιν ἀληθείας λαμβάνομεν, καθὼς προείρηται. Λῖνος δέ φησιν οὕτως,

Ἑβδομάτῃ δή οἱ τετελεσμένα πάντα τέτυκται.

καὶ πάλιν,

Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.
Ἑβδόμη ἐν πρώτοισι, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ τελείη.

καὶ,

Ἑπτὰ δὲ πάντα τέτυκται ἐν οὐρανῷ ἀστερόεντι,
Ἐν κύκλοισι φανέντ' ἐπιτελλομένοις ἐνιαυτοῖς.

Τὰ μὲν Ἀριστοβούλου, τοιαῦτα. Ὁποῖα δὲ καὶ Κλήμεντι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηται ὑποθέσεως, γνοίης ἂν διὰ τούτων.

XIII.

QVÆ A GRÆCIS RECTE SCRIPTA fuerint, ea cum Hebræorum doctrina consentire, a Clemente præterea ostenditur, Stromate qvinto.

D

ιγ.

ΩΣ ΚΑΙ ΚΛΗΜΗΣ ΟΜΟΙΩΣ ΤΑ καλῶς Ἕλλησιν εἰρημένα, σύμφωνα τυγχάνειν τοῖς Ἑβραίων παρίστησι δόγμασιν. ἀπὸ τοῦ πέμπτου Στρωματέως Κλήμεντος.

VERUM qvæ seqvuntur, inqvit, pertexamus, quæqve Græci Barbara ex Philosophia suffurati sint, in medium proferamus. Ac primum quidem Stoici Deum ipsum, perinde ut animum, corpore ac spiritu suapte natura constare definiunt. Quod utrumqve in Scripturis expressum reperies. Nec enim mihi nunc sensus earum cogites allegoricos, cujusmodi ab erudita illa & sapienti veritate traduntur, si forte, (ut a peritis in luctatione fieri solet) aliud ostendant, aliud re ipsa exhibeant. At Deum illi naturam omnem permeare volunt, quem nos Effectorem solum, &

ΤΑ δ' ἑξῆς προσαποδοτέον, καὶ τὴν ἐκ τῆς Βαρβάρου φιλοσοφίας Ἑλληνικὴν κλοπὴν σαφέστερον ἤδη παραστατέον. Φασὶ γὰρ σῶμα εἶναι τὸν Θεὸν οἱ Στωϊκοί, καὶ πνεῦμα κατ' οὐσίαν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχήν. Πάντα ταῦτα ἄντικρυς εὑρήσεις ἐν ταῖς γραφαῖς. μὴ γάρ μοι τὰς ἀλληγορίας αὐτῶν ἐννοήσῃς ταυνῦν, ὡς ἡ γνωστικὴ παραδίδωσιν ἀλήθεια, εἰ ἄλλο τι δεικνύουσι, καθάπερ οἱ σοφοὶ Παλαισταί, ἄλλο μηνύουσιν. ἀλλ' οἱ μὲν διήκειν διὰ πάσης τῆς οὐσίας τὸν Θεόν φασιν· ἡμεῖς δὲ ποιητὴν μόνον αὐτὸν καλοῦμεν, καὶ

λόγῳ ποιητήν. Παρήγαγε δ' αὐτοὺς τὸ ἐν τῇ Σοφίᾳ εἰρημένον, Διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων, διὰ τὴν καθαρότητα· ἐπεὶ μὴ συνῆκαν λέγεσθαι ταῦτα ἐπὶ τῆς Σοφίας τῆς πρωτοκτίστου τῷ Θεῷ. Ναί, φασίν. ἀλλὰ ὕλην ὑποτίθενται οἱ φιλόσοφοι ἐν ταῖς ἀρχαῖς, οἵ τε Στωϊκοί, καὶ Πλάτων, καὶ Πυθαγόρας, ἀλλὰ καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Περιπατητικός, οὐχὶ δὲ μίαν ἀρχήν. Ἴστωσαν δὲ τὴν καλουμένην ὕλην, ἄποιον καὶ ἀσχημάτιστον λεγομένην πρὸς αὐτῶν, τὸ μὴ τόδε, ἢ μὴ ὄν, πρὸς τοῦ Πλάτωνος εἰρῆσθαι, καὶ μή τι μυστικώτατα. Μίαν γὰρ τὴν ὄντως οὖσαν ἀρχὴν εἰδώς, ἐν τῷ Τιμαίῳ αὐταῖς φησι λέξεσι, Νῦν δὴ οὖν τό γε παρ' ἡμῶν ὧδε ἐχέτω· τὴν μὲν περὶ ἁπάντων, εἴτε ἀρχὴν εἴτε ἀρχάς, εἴτε ὅπη δοκεῖ τούτων πέρι, τὸ νῦν οὐ ῥητέον, δι' ἄλλο μὲν οὐδέν, διὰ δὲ τὸ χαλεπὸν εἶναι κατὰ τὸν παρόντα τρόπον τῆς διεξόδου δηλῶσαι τὰ δοκοῦντα. ἀλλ' ὥς γε ἡ λέξις ἡ προφητικὴ ἐκείνη, Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος, ἀφορμὰς αὐτοῖς ὑλικῆς οὐσίας παρέσχηται. Ναὶ μὴν Ἐπικούρῳ μὲν ἡ τοῦ αὐτομάτου παρείσδυσις, οὐ παρακολουθήσαντι τῷ ῥητῷ, γέγονεν ἐντεῦθεν, Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης· Ἀριστοτέλει δὲ μέχρι σελήνης ἐπῆλθε καταγαγεῖν τὴν πρόνοιαν, ἐκ τοῦδε τοῦ ψαλμοῦ, Κύριε ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου ἕως τῶν νεφελῶν. οὐδέπω γὰρ ἀπεκαλύπτετο ἡ τῶν Προφητικῶν δήλωσις μυστηρίων, πρὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας. Τάς τε αὖ μετὰ θάνατον κολάσεις, καὶ τὴν διὰ πυρὸς τιμωρίαν, ἀπὸ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας, ἥ τε Ποιητικὴ πᾶσα Μοῦσα, ἀλλὰ καὶ ἡ Ἑλληνικὴ φιλοσοφία ὑφείλετο. Πλάτων γοῦν ἐν τῷ τελευταίῳ τῆς Πολιτείας, αὐταῖς φησι ταῖς λέξεσιν· Ἐνταῦθα δὴ ἄνδρες ἄγριοι διάπυροι ἰδεῖν, παρεστῶτες, καὶ καταμανθάνοντες τὸ φθέγμα, τοὺς μὲν ἰδίᾳ παραλαβόντες ἦγον· τὸν δὲ Ἀριδαῖον καὶ τοὺς ἄλλους συμποδίσαντες, χεῖράς τε καὶ πόδας, καὶ κεφαλὴν καταβαλόντες, καὶ ἐκδείραντες, εἷλκον παρὰ τὴν ὁδὸν ἐκτὸς ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες οἱ διάπυροι, Ἀγγέλους αὐτῷ βούλονται δηλοῦν, οἳ παραλαβόντες τοὺς ἀδίκους κολάζουσιν. Ὁ ποιῶν, φησί, τοὺς Ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πῦρ. (Psal. 103.)

A qvidem verbo Effectorem esse dicimus. Quibus illud Sapientiæ imposuit, *Pervadit autem ac subit per omnia propter suam munditiam:* (Sap. 7. 24.) cum id de illa, qvam Deus omnium principem creavit, Sapientia, dictum esse non intelligerent. Esto, inqviunt: Sed tamen Philosophi, nec Stoici tantum, aut Plato, atqve Pythagoras, sed etiam Aristoteles Peripateticus, materiam inter principia numerant, non principium unum statuunt. Atqvi sciant isti velim, materiam illam, quam omni & qvalitate & figura carere dicunt, a Platone quoqve non certum qvid, B sive id quod non est, appellatam esse, adeoq; non aliqvid: quod quidem mysticum valdeac reconditum censeri debet. Nam qvi verum illud unum principium agnosceret, in Timæo hæc habet ipsissima. Nostra vero, inqvit, ejusmodi ratio est. De universi seu principio seu principiis, quidve de iis sentiamus, in præsentia dicere omittendum, nec alia de causa, quam quod difficile sit, ea quam seqvimur disputandi via, quæ nobis hoc in genere videantur exponere. Cæterum, Propheticum illud, *Terra autem* (Genes. 1.) C *erat invisibilis & indigesta*, fingendæ hujus materiæ occasionem iis dedit. Et Epicurus sane, ut casu ac fortuito omnia fieri diceret, in animum induxit, quod illius dicti vim non caperet, *Vanitas vanitatum, omnia vanitas:* (Ecclesi. 1.) qvemadmodum Aristoteles, ut lunari orbe providentiam definiret, ex illo Psalmo hausit, *Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua usqve ad nubes.* (Psal. 35. 6.) Neqve enim ante Domini adventum Propheticorum adhuc mysteriorum aperiebatur sententia. Jam luenda quoqve post obitum D supplicia, & illos ignium cruciatus, cum Poetæ passim omnes, tum Græci etiam Philosophi a Barbara Philosophia compilarunt. Plato quidem in ultimo de Republica disertis conceptisqve verbis, Tum enimvero, inqvit, feri homines, & aspectu ignei, audito mugitu, præsto aderant, aliisqve seorsum abductis, Aridæum ac cæteros, manibus simul ac pedibus cervicibusqve constrictis, humi afflictos, & cute detracta, foris secus viam per medias raptabant aspalathos. Nam isti quidem homines ignei, Angelos apud eum significant, qui arreptos sceleratos puniunt: juxta illud, *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros ignem* (Psal. 103. 4.)

urentem. Ex qvibus immortalem Animum esse conseqvitur. Quod enim aut punitur, aut eruditur, id cum sensu præditum sit, vivat necesse est, etiamsi pati dicatur. Qvid porro? Nunqvid etiam Plato, & ignis fluvios, & illam terræ altitudinem agnovit, quæ a Barbaris geenna dicitur, quem ipse Tartarum poetice nominavit; Cocytum præterea, Acherontem, Pyriphlegethontem, & similia pœnarum loca generaque, quibus hominum mores castigentur, invexit. Idem, quos ex Scriptura habemus parvulorum ac minimorum Angelos, qui Deum ipsum videant, & diligentem illam vigilemque curam, quæ a præsidibus ac tutelaribus Angelis in nos derivatur, aperiens, ita scribere non dubitat. Ubi autem, inqvit, suum quæqve vitæ genus, prout cuiqve sors obtigerat, animæ omnes delegerint, tum easdem Lachesim convenire; hanc una cum singulis, qvem ipsimet Dæmonem optaverint, eum vitæ custodem futurum emittere, cujus etiam opera, qvæ statuerint omnia, perficiantur. Quod ipsum fortasse, attributum illud Socrati Dæmonium innuebat. Præterea, qvem a Moyse acceperant, mundi ortum Philosophi tradidere. Quos inter Plato diserte, Semper-ne fuerit, inquit, nullo generatus ortu, an ortus sit sub aliquo temporis principatu, qvandoqvidem cernitur, & tangitur, & est undiqve corporatus. Itemqve cum ait, Atqve illum qvidem Effectorem ac Parentem hujus universitatis, invenire difficile; non modo generatum esse mundum ostendit, sed etiam ab ipso Deo generatum esse declarat, quippe qvem ab illo uno satum, atqve ex nihilo creatum esse velit. In qua de mundi ortu opinione Stoici qvoqve versantur. Diabolum præterea, qvem in barbara Philosophia toties appellari audis, Dæmonum principem, maleficum Animum Plato vocat Legum decimo, his verbis: Nunqvid necesse est, Animum, qvi rebus omnibus quæ quoquo versum moventur, & moderetur, & insit, ipsum quoq; cœlum per sese moderari? Omnino. Unumne autem, an plures? Plures certe, nam pro vobis respondere juvat. Nec pauciores duobus recte posuerimus, beneficum alterum, alterum maleficum. Idem in Phædro hæc habet: Alia quoqve mala sunt, at plerisqve Dæmon aliqvis præsentem voluptatem admiscuit. Quin & Legum decimo, Apostolicum illud plane repræsentat, *Non est nobis* [Ephes. 6.a.] *colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus principes & potestates, contra spiritualia eorū qui in cœlis versantur,* dū ita scribit,

φλέγον. Ἕπεται δὲ τούτοις, τὴν ψυχὴν εἶναι ἀθάνατον. τὸ γὰρ κολαζόμενον, ἢ παιδευόμενον, ἐν αἰσθήσει ὄν, ζῇ, κἂν πάσχειν λέγηται. Τί δέ; οὐχὶ οἶδεν ὁ Πλάτων καὶ πυρὸς ποταμοὺς, καὶ τῆς γῆς τὸ βάθος, τὴν παρὰ τῶν Βαρβάρων γέενναν καλουμένην, Τάρταρον ποιητικῶς ὀνομάζων, Κωκυτόν τε καὶ Ἀχέροντα, καὶ Πυριφλεγέθοντα, καὶ τὰ τοιαῦτά τινα εἰς τὴν παίδευσιν σωφρονίζοντα παραδιδοὺς κολαστήρια; Τῶν σμικρῶν δὲ, κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ ἐλαχίστων τοὺς Ἀγγέλους, τοὺς ὁρῶντας τὸν Θεὸν, πρὸς δὲ, καὶ τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ Ἀγγέλων τῶν ἐφεστώτων ἥκουσαν ἐπισκοπὴν ἐμφαίνων, οὐκ ὀκνεῖ γράφειν· Ἐπειδὴ δ' οὖν πάσας τὰς ψυχὰς τοὺς βίους ᾑρῆσθαι, ὥσπερ ἔλαχον, ἐν τάξει προσιέναι εἰς τὴν Λάχεσιν· ἐκείνην δὲ ἑκάστῳ, ὃν εἵλετο Δαίμονα, τοῦτον φύλακα τοῦ βίου συμπέμπειν, καὶ ἀποπληρωτὴν τῶν αἱρεθέντων. τάχα δὲ καὶ τῷ Σωκράτει τὸ Δαιμόνιον τοιοῦτόν τι ᾐνίσσετο. Ναὶ μὴν, γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον ἐκ Μωσέως παραλαβόντες, ἐδογμάτισαν οἱ Φιλόσοφοι. Καὶ ὅγε Πλάτων ἄντικρυς εἴρηκε, Πότερον ἦν ἀρχὴν ἔχων γενέσεως οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος; ὁρατός τε γὰρ, ἁπτός τε, καὶ σῶμα ἔχει. Αὖθίς τε ὁπόταν εἴπῃ, Τὸν μὲν οὖν Ποιητὴν καὶ Πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, οὐ μόνον γενητὸν ἔδειξε τὸν κόσμον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ γεγονέναι σημαίνει, ὡς ἂν ἐκ μόνου γενόμενον, καὶ ἐκ μὴ ὄντος ὑποστάντος. γενητὸν δὲ καὶ οἱ Στωϊκοὶ τίθενται τὸν κόσμον. Τόν τε ὑπὸ τῆς Βαρβάρου φιλοσοφίας θρυλλούμενον Διάβολον, τὸν τῶν Δαιμόνων ἄρχοντα, κακοεργὸν εἶναι ψυχὴν ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων ὁ Πλάτων λέγει, ταῖσδε ταῖς λέξεσι, Ψυχὴν διοικοῦσαν, καὶ ἐνοικοῦσαν τοῖς πάντη κινουμένοις, μῶν οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν διοικεῖν ἀνάγκη φάναι; Τί μήν; Μίαν, ἢ πλείους; Πλείους, ἐγὼ ὑπὲρ σφῶν ἀποκρινοῦμαι. δυοῖν μέν που ἔλαττον μηδὲν τιθῶμεν, τῆς τε εὐεργέτιδος, καὶ τῆς τἀναντία δυναμένης ἐξεργάζεσθαι. Ὁμοίως δὲ κἂν τῷ Φαίδρῳ τάδε γράφει, Ἔστι μὲν δὴ καὶ ἄλλα κακὰ, ἀλλά τις Δαίμων ἔμιξε τοῖς πλείστοις ἐν τῷ παραυτίκα ἡδονήν. Ἀλλὰ κἂν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων, ἄντικρυς τὸ Ἀποστολικὸν δείκνυσιν ἐκεῖνο, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς ἐν οὐρανοῖς, ὧδέ πως γράφων,

» Ἐπειδὴ γὰρ συνεχωρήσαμεν ἡμῖν αὐτοῖς, εἶναι » μὲν τὸν οὐρανὸν πολλῶν μεστὸν ἀγαθῶν, εἶναι » δὲ καὶ τῶν ἐναντίων, πλεόνων δὲ τῶν μή· μάχη » δή, φαμέν, ἀθάνατός ἐστιν ἡ τοιαύτη, καὶ φυ- » λακῆς θαυμαστῆς δεομένη. Κόσμον τε αὖθις, » τὸν μέν, νοητὸν οἶδεν ἡ Βάρβαρος φιλοσο- » φία, τὸν δὲ αἰσθητόν· καὶ τὸν μέν, Ἀρχέτυ- » πον, τὸν δὲ εἰκόνα τοῦ καλοῦ παραδείγματος· » καὶ τὸν μὲν ἀνατίθησι μονάδι, ὡς ἂν νοητόν, » τὸν δὲ αἰσθητὸν ἑξάδι· γάμος γὰρ παρὰ τοῖς » Πυθαγορείοις, ὡς ἂν γόνιμος ἀριθμός, ἡ B » ἑξὰς καλεῖται. Καὶ ἐν μὲν τῇ μονάδι, συνί- » στησιν οὐρανὸν ἀόρατον, καὶ γῆν ἁγίαν, καὶ φῶς » νοητόν· Ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς » τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος. » εἶτ' ἐπιφέρει, Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, γενηθήτω » φῶς, καὶ ἐγένετο φῶς. Ἐν δὲ τῇ κοσμογονίᾳ » τῇ αἰσθητῇ, στερεὸν οὐρανὸν ἐδημιούργει· τὸ δὲ » στερεόν, αἰσθητόν· γῆν τε ὁρατήν, καὶ φῶς » βλεπόμενον. Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι ἐντεῦθεν ὁ Πλά- » των, ζώων ἰδέας ἐν τῷ νοητῷ ἀπολείπειν C » κόσμῳ, καὶ τὰ εἴδη τὰ αἰσθητά, κατὰ τὰ γένη » δημιουργεῖν τὰ νοητά; εἰκότως ἄρα ἐκ γῆς » μὲν τὸ σῶμα διαπλάττεσθαι λέγει Μωσῆς,

pag. 392 ὃ γήϊνόν φησιν ὁ Πλάτων σκῆνος· ψυχὴν δὲ » τὴν λογικήν, ἄνωθεν ἐμπνευσθῆναι ὑπὸ Θεοῦ » εἰς πρόσωπον. ἐνταῦθα γὰρ τὸ ἡγεμονικὸν ἱδρῦ- » σθαι λέγουσι, τὴν διὰ τῶν αἰσθητηρίων ἐπεισόδιον » τῆς ψυχῆς ἐπὶ τοῦ Πρωτοπλάστου εἴσοδον ἑρμη- » νεύοντες. διὸ καὶ κατ' εἰκόνα, καὶ καθ' ὁμοίω- » σιν Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι. εἰκὼν μὲν D » γὰρ Θεοῦ, Λόγος ὁ θεῖος καὶ βασιλικός, ἄν- » θρωπος ἀπαθής· εἰκὼν δ' εἰκόνος ἀνθρωπί- » νης, νοῦς. Ἑτέρῳ δ' εἰ βούλει παραλλάξειν ὀνό- » ματι τὴν ἐξομοίωσιν, εὕροις ἂν παρὰ τῷ Μω- » σῇ ἀκολουθίαν ὀνομαζομένην θείαν. Φη- » σὶ γάρ, Ὀπίσω Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν πορεύε- » σθε, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξατε. Ἀκό- » λουθοι δ', οἶμαι, καὶ θεράπονται Θεοῦ, πάν- » τες οἱ ἐνάρετοι. Ἐντεῦθεν δ' οἱ μὲν Στωϊκοί, » τὸ τέλος τῆς φιλοσοφίας, τὸ ἀκολούθως » τῇ φύσει ζῆν εἰρήκασι· ὁ Πλάτων δὲ ὁμοίωσιν » Θεῷ, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ παρεστήσαμεν Στρω- » ματεῖ. Ζήνων τε ὁ Στωϊκὸς παρὰ Πλάτω- » νος λαβών, ὁ δέ, ἀπὸ τῆς Βαρβάρου φιλοσο- » φίας, τοὺς ἀγαθοὺς πάντας, ἀλλήλων εἶναι » φίλους λέγει. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ Φαίδρῳ Σω- » κράτης, Ὡς οὐχ εἵμαρται κακὸν κακῷ φίλον

A Cum enim jam inter nos ita convenerit, ut » Cœlum multis bonis, eorumqve contrariis, » & his qvidem pluribus refertum esse fatere- » mur; immortalis profecto pugna hæc sit » oportet, & incredibili qvadam cautione in- » digeat. Similiter mundum agnoscit Bar- » bara Philosophia duplicem, alterum intelli- » gentia, alterum sensu perceptum: e qvibus » Archetypus ille sit, hic vero præclari exem- » plaris imago. Ac priorem quidem illum, » quod mente percipiatur, unitati, hunc vero » qui sensus movet, senario attribuit. Nam » B & apud Pythagoreos, senarius tanquam » genitalis numerus, conjugium vocatur. » Ergo in unitate Cœlum illud, qvod in ocu- » los non cadit, Terramqve sanctam, & lucem » mente perceptam constituit, In principio » enim, inquit, fecit Deus cœlum & terram: » terra autem erat invisibilis. Quibus dein- » de subjungit, Et dixit Deus, fiat lux, & facta » est lux. At in ea mundi procreatione, » quam sensus attingit, solidum cœlum con- » didit; (quicquid autem est solidum, idem » quoque sensus movet,) terramqve simul ac » lucem, quæ oculis cernerentur. Num tibi » C hoc Plato sequutus videtur, dum Animan- » tium ideis in eo mundo, qvem sola mens ca- » pit, relictis, formas illas, quæ in sensum ca- » dunt, pro spiritalium generum varietate » molitur? Jure ergo Moses concretum ex » terra corpus esse docet, quod terrenum a » Platone tabernaculum vocatur: Animum » ratione præditum cœlitus a Deo *in faciem* » *inspiratum*. Hic enim principis illius fa- » cultatis sedem esse volunt, adventitium il- » lum Animi primum in parentem per sensus » ingressum interpretati. Quocirca homi- » D nem etiam, *ad imaginem & similitudinem* » *Dei factum esse*. Imago enim Dei, ratio di- » vina & regia, homo non patibilis: huma- » næ autem imaginis imago, mens. Quam » similitudinem si alio vocabulo expressam » cupis, divinam quandam affectationem a » Mose appellatam reperies; Ait enim? » *Post Dominum Deum vestrum ambulate, &* » *mandata ejus custodite.* Affectatores au- » tem, opinor, cultoresqve Dei sunt, quicun- » qve virtute præstant. Atqve hinc Stoici; » Philosophiæ finem esse dixerunt, congruen- » ter naturæ convenienterq; vivere, Plato ve- » ro ipsammet cum Deo similitudinē, ut Stro- » mate secundo jam ostendim[9]. Quin & Zeno » Platonem, & Barbaram Philosophiam sequu- » tus Plato, bonos omnes inter sese amicos es- » se dixerunt. Socrates enim in Phædro ne- » fas esse ait, ut vel malo malus amicus »

» sit, aut bonus bono non amicus. Qvod A ipsum in Lyside, fuse admodum ostendit, ubi amicitiam cum injustitia & improbitate coli nullo modo posse confirmat. Similiter hospes ille Atheniensis rem Deo perjucundam esse docet, eiqve congruentem, cujus una qvædam sit ac pervetusta ratio; ut simili qvidem, si modo erit modicum, simile amicum sit; immodica vero nec inter sese, nec modicis amica esse possint: Deus ipse deniqve rerum nobis omnium mensura statuatur. Quibus hæc deinceps Plato subjungit, Bonus enim omnis bono similis est; B qua re uti ad Deum etiam accedit, ita non boni tantum omnis, sed ipsius quoqve DEI amicus est. Qvi mihi locus alterum illum sub Timæi finem in memoriam revocat, ubi docet hoc cuivis agendum esse, ut intelligentiæ, vim rei perceptæ, quatenus pristinæ naturæ ratio postulet, similem efficiat: qvod ubi perfecerit, tum eum vitæ optimæ hominibus a Diis propositæ, finem obtinere, qvi non præsens modo tempus, sed etiam futurum complectatur. Hæc Clemens. Qvi paucis interjectis addit quę seqvuntur. Qvin C etiam fratres esse nos, tanquam unius DEI filios, ac discipulos Præceptoris unius, Plato satis declarare visus est, hunc in modum: Quotquot, inquit, in civitate versamini, (sic enim hanc iis fabulam pertexemus,) fratres estis omnes. Verum fictor ille Deus, qvi ex vobis ad imperandum apti essent, aurum iisdum procrearentur, admiscuit, ex qvo plurimum dignitatis consequuti sunt. Qui vero ad operam aliis navandam idonei forent, his argentum aspersit: agricolis deniqve ac cæteris opificibus ferrum atqve æs infudit. Ex qvo id necessario conseqvens D esse ait, ut alii quæ ad cognitionem pertinent, qvæ sunt opinionis alii complectantur ac diligant. Forte enim naturam illam eximiam & cognitionis avidam præsentit: nisi potius triplici hoc naturarum discrimine, tria Rerumpub. genera, ut nonnulli opinantur, informat: ut Judæorum qvidem argenteam, Græcorum tertiam, Christianorum, qvibus aurum illud plane regium, Sanctus, inqvam, Spiritus infusus est, auream appellarit. Sane qvidem Christianorum ipse vitam his in Theæteto verbis expressit. Dicamus igitur, inqvit, de summis illis philosophandi Principibus: quid enim eos memoremus, qvi Philosophiæ studio perperam ubuntuntur? Viam illi quæ in forum ducat ignorant: ubi vel exerceantur judicia, vel Senatus, vel publicum aliud Civitatis Concilium habeatur nesciunt: leges ac plebiscita, neqve dum promulgantur, audiunt;

εἶναι, οὐδ' ἀγαθὸν ἀγαθῷ μὴ φίλον. Ὅπερ κἀν τῷ Λύσιδι ἀπέδειξεν ἱκανῶς, ὡς ἐν ἀδικίᾳ καὶ πονηρίᾳ οὐκ ἄν ποτε σωθείη φιλία. Καὶ ὁ Ἀθηναῖος ξένος ὁμοίως φησὶ, πρᾶξιν εἶναι φίλην καὶ ἀκόλουθον Θεῷ, καὶ ἕνα λόγον ἔχουσαν ἀρχαῖον, ὅταν τὸ μὲν ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ μετρίῳ ὄντι φίλον ᾖ, τὰ δὲ ἄμετρα οὔτε τοῖς ἀμέτροις, οὔτε ἐμμέτροις· ὁ δὲ Θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη. Εἶτα ὑποβὰς ἐπάγει Πλάτων, Πᾶς γὰρ δὴ ἀγαθὸς, ἀγαθῷ ὅμοιος· κατὰ τοῦτο δὲ καὶ Θεῷ ἐοικὼς, ἀγαθῷ τε παντὶ φίλος ὑπάρχει καὶ Θεῷ. Ἐνταῦθα γενόμενος, κἀκείνου ἀνεμνήσθην· ἐπὶ τέλει γὰρ τοῦ Τιμαίου λέγει, τῷ κατανοουμένῳ τὸ κατανοοῦν ἐξομοιῶσαι δεῖν, κατὰ τὴν ἀρχαίαν φύσιν· ὁμοιώσαντα δὲ τέλος ἔχειν τοῦ προτεθέντος ἀνθρώποις ὑπὸ Θεῶν ἀρίστου βίου, πρός τε τὸν παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· Ἀδελφοὺς δ' εἶναι ἡμᾶς, ὡς ἂν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ ὄντας, καὶ ἑνὸς διδασκάλου, φαίνεταί που καὶ Πλάτων καλῶν ὧδέ πως, Ἐστὲ μὲν γὰρ πάντες οἱ ἐν τῇ πόλει ἀδελφοὶ, ὡς φήσομεν πρὸς αὐτοὺς μυθολογοῦντες. ἀλλ' ὁ Θεὸς πλάττων, ὅσοι μὲν ὑμῶν ἱκανοὶ ἄρχειν, χρυσὸν ἐν τῇ γενέσει συνέμιξεν αὐτοῖς, διὸ τιμιώτατοί εἰσιν· ὅσοι δ' ἐπίκουροι, ἄργυρον· σίδηρον δὲ καὶ χαλκὸν, τοῖς γεωργοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις δημιουργοῖς. Ὅθεν ἀνάγκη φησὶ γεγενέναι, ἀσπάζεσθαί τε καὶ φιλεῖν, τούτους μὲν, ταῦτα ἐφ' οἷς γνῶσις, ἐκείνους δὲ, ἐφ' οἷς ἡ δόξα. ἴσως γὰρ τὴν ἐκλεκτὴν ταύτην φύσιν γνώσεως ἐφιεμένην μαντεύεται· εἰ μή τις τρεῖς τινας ὑποτιθέμενος φύσεις, τρεῖς πολιτείας, ὡς ὑπέλαβόν τινες, διαγράφει· καὶ Ἰουδαίων μὲν, ἀργυρᾶν· Ἑλλήνων δὲ, τὴν τρίτην· Χριστιανῶν δὲ, οἷς ὁ χρυσὸς ὁ βασιλικὸς ἐγκαταμέμικται, τὸ ἅγιον Πνεῦμα. τόν τε Χριστιανῶν βίον ἐμφαίνων, κατὰ λέξιν γράφει ἐν τῷ Θεαιτήτῳ· Λέγωμεν δὴ περὶ τῶν κορυφαίων· τί γὰρ ἄν τις τούς γε φαύλως διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι; Οὗτοι δέ που, οὔτε εἰς ἀγορὰν ἴσασι τὴν ὁδὸν, οὔτε ὅπου δικαστήριον, ἢ βουλευτήριον, ἤ τι κοινὸν ἄλλο τῆς πόλεως συνέδριον· νόμους δὲ καὶ ψηφίσματα λεγόμενα, ἢ γεγραμμένα, οὔτε ὁρῶσιν, οὔτε ἀκούουσι.

σπουδαὶ δὲ ἑταιρειῶν, καὶ σύνοδοι ἐπ' ἀρχὰς, καὶ σὺν αὐλητρίσι κῶμοι, οὐδὲ ὄναρ πράττειν προσίσταται αὐτοῖς. εὖ δὲ, ἢ κακῶς τι γέγονεν ἐν πόλει, ἤ τί τῳ κακόν ἐστι γεγονὸς ἐκ προγόνων, μᾶλλον αὐτοὺς λέληθεν, ἢ οἱ τῆς θαλάσσης λεγόμενοι χόες. Καὶ ταῦτα οὐδ' ὅτι οὐκ οἶδεν, οἶδεν· ἀλλὰ τῷ ὄντι τὸ σῶμα
Pag. 174. μόνον ἐν τῇ πόλει κεῖται αὐτοῦ καὶ ἐπιδημεῖ. αὐτὸς δὲ πέταται, κατὰ Πίνδαρον, γῆς ὑπένερθεν, οὐρανοῦ τε ὕπερ ἀστρονομῶν, καὶ πᾶσαν πάντῃ φύσιν ἐρευνώμενος. Πάλιν αὖ τῷ τοῦ Κυρίου ῥητῷ, τῷ, Ἔστω ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὒ, οὔ, ἐκεῖνα ἀπεικαστέον, Ἀλλά μοι ψεῦδος συγχωρῆσαι, καὶ ἀλήθειαν ἀφανίσαι οὐδαμῶς θέμις. Τῇ τε περὶ τοῦ ὀμόσαι ἀπαγορεύσει, συνᾴδει ἥδε ἡ ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων λέξις, Ἔπαινός τε, ὅρκος τε περὶ παντὸς ἀπέστω. Καὶ τὸ σύνολον, Πυθαγόρας, Σωκράτης, καὶ Πλάτων λέγοντες ἀκούειν φωνῆς Θεοῦ, τὴν κατασκευὴν τῶν ὅλων θεωροῦντες, ἀκριβῶς ὑπὸ Θεοῦ γεγονυῖαν, καὶ συνεχομένην ἀδιαλείπτως, ἀκηκόασι τοῦ Μωσέως λέγοντος, Εἶπε καὶ ἐγένετο, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔργον εἶναι διαγράφοντος. Ἐπί τε τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ χοὸς διαπλάσεως ἱστάμενοι, γήϊνον μὲν οἱ φιλόσοφοι παρ' ἕκαστα τὸ σῶμα ἀναγορεύουσιν· Ὅμηρος δὲ οὐκ ὀκνεῖ ἐν κατάρας μέρει τιθέναι τὸ,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες, ὕδωρ καὶ γαῖα
γένοισθε.

Καθάπερ Ἡσαΐας, Καὶ καταπατήσετε αὐτοὺς, λέγων, ὡς πηλόν. Καλλίμαχος δὲ διαρρήδην γράφει,

Ἦν κεῖνος ὠνιαυτὸς, ᾧ ποτε πτηνὸν,
Καὶ τοὐν θαλάσσῃ, καὶ τὸ τετράπουν, οὕτως
Ἐφθέγγεθ', ὡς ὁ πηλὸς ὁ Προμηθέως.

Πάλιν τε ὁ αὐτὸς,

--- Εἴ σε, ἔφη, Προμηθεὺς
Ie. μιξ. Ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας.

Ἡσίοδος δὲ ἐπὶ τῆς Πανδώρας λέγει,

Ἥφαιστον δ' ἐκέλευσε περικλυτὸν, ὅττι τάχιστα
Γαῖαν ὕδει φύρειν, ἐν δ' ἀνθρώπου θέμεν αὐδὴν,
Καὶ νόον.

Πῦρ μὲν οὖν τεχνικὸν, ὁδῷ βαδίζον εἰς γένε-

neqve perscripta cum fuerint, omnino vident: sodalitiorum ad Magistratus creandos factiones, conventus, & comessationes cum tibicinis; horum ipsis quicquam factitare, ne per somnium quidem in mentem venit. Rectene, an secus factum in civitate qvid fuerit: num cuipiam mali a majoribus aliqvid obvenerit, magis ipsos latet, quam numerus, quod ajunt, arenarum. Atqve hæc ille omnia sic ignorat, ut eadem abs se se ignorari nesciat: sed revera solum ejus corpus in civitate versatur & habitat; ipse qvidem interea, (ut cecinit Pindarus) supra terram evolat, rerumqve cœlestium rationes Astronomiæ vi enucleat, naturamque adeo totam penitus investigat. Jam vero cum hoc Domini dicto, *Sit sermo vester, est, est; non, non,* alterum illud conferri possit, At mihi nec falsum concedere, nec verum perimere ullo modo fas est. Et cum interdicto nobis jurejurando, congruit illud decimi Legum, *In omni re laus & juramentum absesto.* Et Pythagoras qvidem, Socrates, atqve Plato, qvi Dei se vocem exaudire confirmant, dum fabricam hujus universi, qvam divina manus & perfecte elaboravit, & conservat perpetuo, contemplantur; illud omnino Mosis audiere, *Dixit, & factum est,* quo Dei vocem opus ipsum esse declarat. Dum autem in illa hominis ex pulvere molitione versantur, terrenum passim Philosophi corpus appellant: Homerus vero id etiam imprecationis loco ponere non dubitat,

At vos in terram cuncti redeatis, & undam.

Qvemadmodum Isaias dum ait, *Et conculcate ipsos quasi lutum.* Et Callimachus diserte,

Erat annus ille, quo volantium cœtus,
Et qui sub undis, atq; quadrupes, vocem
Sic proferebat, ut lutum Promethei.

Idemqve rursus,

--- si te ipse Prometheus
Finxit, & ex alio non dedit esse luto.

Hesiodus autem de Pandora,

Vulcanumqve jubet terram perfundere lympha
Protinus, atqve hominis cum voce infundere mentem.

Jam artificiosum ignem, qui certa ratione

ac via feratur in generationem, Stoici naturam esse definiunt: ignis autem ac lucis nomine, Deum aut ejus Verbum allegorice Scriptura significat. Quid autem? non ipsemet Homerus, aqvam abs terra separatam, planeq; retectam aridam paraphrasi quadam explicat? dum ait de Tethyos Oceaniqve dissidio,

Namqve ambos dudum tristis discordia lecto
Complexuqve arcet.

Deo præterea summam rebus in omnibus potestatem Græcorum eruditissimi tribuunt. Epicharmus quidem (Pythagoreus B autem is fuit) his versibus,

Nil potest Deum latere: fac ut id mente imbibas:
Ille nos per se intuetur: nec nihil solus potest.

Lyricus vero, sic,

Deus potis est ex profunda
Nocte revocare purum diem:
Nigris dein tenebris
Dies nitidum condere hoc jubar.

Qvi solus, inqvit, illucescente die, noctem efficere potest, Deus is est. Et Aratus in Phænomenis, hæc habet,

Abs Jove principium, nullo qvi tempore nobis
Prætereundus erit. Cujus late omnia Numen
Compita, & omne forum, Pontiqve profunda tumentis,
Atqve omnes portus implet: nemoq; potenti
Auxilio caruisse queat.

Et rationem subjungit,

--- genus omnis ab illo
Qvippe trahit,

Creatione videlicet,

--- qvi blanda homines pietate fovendo,
Læta ollis dat signa manu, populosq; freqventes
Ultro operi accingit: certo namq; ordine cælum
Sideribus sparsit variis, anniq; coronam
Texuit, apta suis ut munera qvæqve notarent
Temporibus, lætoqve genus sobolescere fœtu
Qvodqve darent. Huic prima omnes, huic ultima semper
Vota ferunt. Salve, o Genitor, qvem suspicit orbis,
Atqve boni auctorem sentit.

Et ante Aratum Homerus, in clypeo illo, qvem Vulcanus elaborarat, mundi procreationem e Mosis exemplari describens, ait,

A σιν, τὴν φύσιν ὁρίζονται οἱ Στωϊκοί· πῦρ δὲ καὶ φῶς ἀλληγορεῖται ὁ Θεὸς, ἢ ὁ Λόγος αὐτοῦ πρὸς τῆς γραφῆς. Τί δέ; Οὐχὶ καὶ Ὅμηρος παραφράζων τὸν χωρισμὸν τοῦ ὕδατος ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ τὴν ἀποκάλυψιν τὴν ἐμφανῆ τῆς ξηρᾶς, ἐπὶ τῆς Τηθύος καὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, λέγει,

Ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται
Εὐνῆς καὶ φιλότητος;

Πάλιν, τὸ δυνατὸν ἐν πᾶσι προστάττουσι καὶ οἱ παρ' Ἕλλησι λογιώτατοι τῷ Θεῷ. ὁ μὲν Ἐπίχαρμος, Πυθαγόρειος δὲ ἦν, λέγων,

B

Οὐδὲν ἐκφεύγει τὸ Θεῖον, τοῦτο γινώσκειν σε δεῖ·
Αὐτός ἐσθ' ἁμῶν ἐπόπτης, ἀδυνατεῖ δ' οὐδὲν Θεός.

Ὁ μελοποιὸς δὲ,

Θεῷ δυνατὸν, ἐκ μελαίνας
Νυκτὸς ἀμίαντον ἔρσαι φάος,
Κελαινεφεῖ δὲ σκότει
Καλύψαι καθαρὸν ἁμέρας σέλας.

Ὁ μόνος, ἡμέρας ἐνεστώσης, νύκτα ποιῆσαι C δυνάμενος, φησὶ, Θεὸς οὗτός ἐστιν. Ἔν τε τοῖς Φαινομένοις ἐπιγραφομένοις ὁ Ἄρατος,

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, εἰπὼν, τὸν οὐδέποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄῤῥητον· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες. πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.

D Ἐπιφέρει,

Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, οἷον δημιουργία. ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει·
Αὐτὸς γὰρ τάγε σήματ' ἐν οὐρανῷ ἐστήριξεν,
Ἄστρα διακρίνας· ἐσκέψατο δ' εἰς ἐνιαυτὸν
Ἀστέρας, οἵ κε μάλιστα τετυγμένα σημαίνοιεν
Ἀνδράσιν ὡράων, ὄφρ' ἔμπεδα πάντα φύηται·
Καί μιν ἀεὶ πρῶτόν τε καὶ ὕστατον ἱλάσκονται,
Χαῖρε, Πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνεαρ.

καὶ πρὸ τούτου δὲ Ὅμηρος, ἐπὶ τῆς ἡφαιστοτεύκτου ἀσπίδος, κοσμοποιῶν κατὰ Μωσέα,

Ἐν

Ἐν μὲν γαῖαν ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανὸν, ἐν δὲ
θάλασσαν, φησίν,
Ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸς ἐστε-
φάνωται.

ὁ γὰρ διὰ τῶν ποιημάτων καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων ᾀδόμενος Ζεὺς, τὴν ἔννοιαν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρει. Ἤδη δ', ὡς εἰπεῖν, ὑπ' αὐγὰς ὁ Δημόκριτος εἶναί τινας ὀλίγους φησὶ τῶν ἀνθρώπων, οἳ δὴ ἀνατείναντες τὰς χεῖρας ἐνταῦθα, ὃν νῦν ἠέρα καλέομεν οἱ Ἕλληνες. πάντα Ζεὺς μυθεῖται, καὶ πάντα οὗτος οἶδε, καὶ διδοῖ, καὶ ἀφαιρεῖται, καὶ βασιλεὺς οὗτος τῶν πάντων. Μυστικώτερον δὲ ὁ μὲν Βοιώτιος Πίνδαρος, ἅτε Πυθαγόρειος ὢν,

Ἓν ἀνδρῶν, ἓν Θεῶν γένος,
Ἐκ μιᾶς δὲ ματρὸς πνέομεν ἄμφω.

τῆς ὕλης, παραδίδωσι καὶ ἕνα τὸν τούτων δημιουργὸν, τὸν ἀριστοτέχναν πατέρα λέγει, τὸν καὶ τὰς προκοπὰς κατ' ἀξίαν εἰς θειότητα παρεσχημένον. Σιωπῶ γὰρ Πλάτωνα, ὃς ἄντικρυς οὗτος ἐν τῇ πρὸς Ἔραστον καὶ Κορίσκον ἐπιστολῇ φαίνεται, Πατέρα καὶ Υἱὸν οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν φωνῶν ἐκφαίνων παρακελευόμενος κατὰ λέξιν, ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ, καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, τὸν πάντων Θεὸν αἴτιον, καὶ τοῦ Ἡγεμόνος καὶ Αἰτίου Πατέρα Κύριον ἐπομνύντας, ὃν ἐὰν ὀρθῶς φιλοσοφῆτε, εἴσεσθε. Ἥ τε ἐν Τιμαίῳ δημηγορία, Πατέρα λέγει τὸν Δημιουργὸν, λέγουσα ὧδέ πως, Θεοὶ Θεῶν, ὧν ἐγὼ πατὴρ δημιουργός τε ἔργων. ὥστε καὶ ἐπ' ἂν εἴπῃ, περὶ τὸν πάντων Βασιλέα πάντα ἐστὶ, κἀκείνου ἕνεκα τὰ πάντα, κἀκεῖνο αἴτιον τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ πέρι τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον πέρι τὰ τρίτα· οὐκ ἄλλως ἔγωγε ἐξακούω, ἢ τὴν ἁγίαν Τριάδα μηνύεσθαι. τρίτον μὲν γὰρ εἶναι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὸν δὲ Υἱὸν δεύτερον, δι' οὗ πάντα ἐγένετο κατὰ βούλησιν τοῦ Πατρός. Ὁ δὲ αὐτὸς ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς Πολιτείας, Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου μέμνηται, ὅς ἐστι Ζωροάστρης. Αὐτὸς γοῦν ὁ Ζωροάστρης γράφει, Τάδε συνέγραψε Ζωροάστρης ὁ Ἀρμενίου, τὸ γένος Πάμφυλος, ἐν πολέμῳ τελευτήσας, ὅσα ἐν ᾅδῃ γενόμενος ἐδάην παρὰ Θεῶν. τὸν δὴ Ζωροάστρην τοῦτον ὁ Πλάτων, δωδεκαταῖον ἐπὶ τῇ πυρᾷ κείμενον, ἀναβιῶναι λέγει.

Fecerat hic Terras, Cœlumque, Salumque profundum,
Astraque purpurea Cœlum quæ luce coronant.

Qui enim & Poetarum, & Oratorum vocibus Jupiter celebratur, is omnino Deum significat. Jam Democritus, ut id quoqve dicam, paucos admodum homines lucem intueri ait, qui manus ad eum tollant, qvem nos Græci Aerem nunc vocamus. Quippe fatur omnia Jupiter, omnia novit, dat idem aufertqve omnia, omniumqve Rex est. At Bœotius Pindarus, altiore quodam mysterio, Pythagoreus enim is erat,

Virum, inqvit, *unum est ac Deum genus.*
Matre spiritum ambo hausimus ab una.

Matris nomine materiam intelligit, unumq; præterea horum Molitorem omnium constituit, quem ipse Parentem ἀριστοτέχναν, hoc est, optimum ac sapientissimum Artificem nominat, qui pro sua qvemqve dignitate, ad ipsam quoqve Divinitatem provehat. Platonem enim prætereo, qvi palam ac perspicue, in ea quam ad Erastum & Coriscum scribit epistola, Patrem ac Filium, nescio qvo pacto, ex Hebraicis literis palam ac manifeste aperit, ubi sic eos hortatur, Dum juratis, inquit, studio non illiberali, ac studii sorore doctrina mutuo conjuncti, per Deum ipsum rerum omnium sive præsentium, sive futurarum Præsidem, necnon Præsidis etiam Principiiqve Parentem Dominum juretis, qvem quidem si modo recte philosophabimini, cognoscetis. Idem ea quam in Timæo habet concione, Artificem illum Patrem appellat, his verbis: Vos qui Deorum satu orti estis, attendite. Quorum operum ego parens effectorq; sum. Quare cum idem ita loqvitur, Circa universorum Regem omnia sunt, ac propter ipsum omnia: Idem bonorũ omnium principium est. At circa secundum ea qvæ secundo, circa tertium ea qvæ tertio ordine continentur, cuncta versantur: equidem ista non nisi de sancta Triade accipio, & tertii qvidem nomine Spiritum sanctum, secundi vero, Filium intelligo, per qvem ex Patris voluntate facta sunt omnia. Præterea Reipub. decimo, Eris cujusdam Armenii filii meminit, genere Pamphyli, qui qvidem est Zoroastres. Certe Zoroastres ipse ita de se scribit. Hæc, inqvit, scriptis mandavit Zoroastres Armenii filius, Pamphylus genere: Cum in bello cecidissem, apud inferos abs Diis hæc didici. Hunc ergo Zoroastrem Plato, die ab interitu duodecimo, jam rogo impositum revixisse memorat.

ἐγὼ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα· ἐξηγέρθην, ὅτι A Κύριος ἀντιλήψεταί μου. οὐ γὰρ τὴν ἀνάστασιν μόνον τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ, ἐξ ὕπνου ἔγερσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν εἰς σάρκα κάθοδον τοῦ Κυρίου, ὕπνον ἀλληγορεῖ. αὐτίκα ὁ αὐτὸς Σωτὴρ παρεγγυᾷ, γρηγορεῖτε· τουτέστιν, μελετᾶτε ζῆν, καὶ χωρίζειν τὴν ψυχὴν τοῦ σώματος πειρᾶσθε. Τήν τε κυριακὴν ἡμέραν, ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς Πολιτείας, ὁ Πλάτων διὰ τούτων καταμαντεύεται. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἐν τῷ λειμῶνι ἑκάστοις ἑπτὰ ἡμέραι γένοιντο, ἀναστάντας ἐντεῦθεν B δεῖ τῇ ὀγδόῃ πορεύεσθαι, καὶ ἀφικνεῖσθαι τεταρταίους. Λειμῶνα μὲν οὖν ἀκουστέον, τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν, ὡς ἂν ἤπιον χωρίον, καὶ προσηνές, καὶ τὸν ὁσίων χῶρον. ἑπτὰ δὲ ἡμέρας, ἑκάστην κίνησιν τῶν ἑπτά, καὶ πᾶσαν τὴν ἐργαστικὴν τέχνην, εἰς τέλος ἀναπαύσεως σπεύδουσαν. ἡ δὲ μετὰ τοὺς πλανωμένους πορεία, ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἄγει, τουτέστι τὴν ὀγδόην κίνησίν τε καὶ ἡμέραν. τεταρταίους δὲ τὰς ψυχὰς ἀπιέναι λέγει, δηλῶν τὴν διὰ τῶν τεσσάρων στοιχείων πορείαν. C Ἀλλὰ καὶ τὴν ἑβδόμην ἱερὰν, οὐ μόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνες ἴσασι, καθ᾽ ἣν ὁ πᾶς κόσμος κυκλεῖται τῶν ζωογονουμένων καὶ φυομένων ἁπάντων. Ἡσίοδος μὲν οὖν οὕτω περὶ αὐτῆς λέγει,

> Πρῶτον ἔνη, τετράς τε, καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ.

καὶ πάλιν,

> Ἑβδομάτη δ᾽ αὖθις λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

καὶ Ὅμηρος,

> Ἑβδομάτη δ᾽ ἤπειτα κατήλυθεν ἱερὸν ἦμαρ.

καὶ

> Ἑβδόμη ἦν ἱερή.

καὶ πάλιν,

> Ἕβδομον ἦμαρ ἔην, καὶ τῷ τετέλεστο ἅπαντα.

καὶ αὖθις,

> Ἑβδομάτῃ δή οἱ λίπομεν ῥόον ἐξ Ἀχέροντος.

Ναὶ μὴν καὶ Καλλίμαχος ὁ Ποιητὴς γράφει,

> Ἑβδομάτη δ᾽ ἦν, καὶ οἱ ἐτέτυκτο ἅπαντα.

καὶ πάλιν,

> Ἑβδόμη εἰν ἀγαθοῖς, καὶ ἑβδόμη ἐστὶ γενέθλη.

A *Ego dormivi, & soporatus sum; exsurrexi, quoniam Dominus suscipiet me.* Psal. 3.6. Nec enim solam Christi Servatoris resurrectionem, a somno excitationem, sed etiam Domini in carnem descensum allegorice somnum appellat. Atqve adeo Servator ipse nos ut vigilemus admonet, hoc est, ut de vita recte instituenda serio cogitemus, animumq; nostrum a corporis complexu abstrahere conemur. Porro diem etiam Dominicum, Reipub. decimo, his verbis vaticinatur Plato, Postqvam eo in prato singuli dies septem constiterint, octavo demum inde proficisci oportet, eoqve quatridui itinere pervenire. Equidem pratum illud, Sphæram stabilem & immotam accipio, qui locus est svavis admodum & placidus, Sanctorumqve sedes: at illo dierum septenario, singulos septem Planetarum motus, atqve omnem efficiendi artem intelligo, quæ ad requietis finem contendit ac properat. Quod autem post errantes illos orbes iter suscipitur, recta perducit in Cœlum, is enim octavus est motus atqve dies. Deniqve animos quatriduo proficisci dum ait, iter illud, quod per qvatuor Elementa conficitur, declarat. Septimum quoqve diem sacrum esse, non Hebræi modo, verum etiam Græci agnoscunt, cujus conversione animantium omnium atqve plantarum universitas continetur. Qvo de Hesiodus ita cecinit,

> *Lunæ prima dies, tum quarta, & septima sacra est.*

Idemqve,

> *Septima jamqve dies, læti lux candida Solis.*

D Et Homerus,

> *Septima sacra dies reserato illuxerat orbi.*

Et,

> *Septima sacra fuit.*

Et rursus,

> *Septima lux aderat, qua cuncta exacta fuera.*

Atqve iterum,

> *Septima ubi orta dies, Acherontis liquimus undas.*

Qvibus accinit Callimachus Poeta,

> *Septima jamq; dies, qua cuncta exacta, rubebat.*

Itemqve,

> *Omine læta dies est septima, septima rerum*

Τὴν σφετέραν δ' ἐσθῆτα ἔχειν, φωνήν τε, δέμας τε. A

καὶ πάλιν.

--- ἀλλ' εἰ χεῖρας ἔχον βόες, ἠὲ λέοντες,
Ἢ γράψαι χείρεσσι, καὶ ἔργα τελεῖν ἅπερ ἄνδρες,
Ἵπποι μέν θ' ἵπποισι, βόες δέ τε βουσὶν ὅμοιοι.
Καί κε θεῶν ἰδέας ἔγραφον, καὶ σώματ' ἐποίουν B
Τοιαῦθ', οἷόν περ καὐτοὶ δέμας εἶχον ὅμοιον.

Ἀκούσωμεν ὅπως πάλιν Βακχυλίδου μὲν τοῦ μελοποιοῦ, περὶ τοῦ Θείου λέγοντος,

Οἱ μὲν ἀδμῆτες ἀεικελιᾶν νούσων εἰσί,
Καὶ ἀναίτιοι, οὐδὲν ἀνθρώποις ἴκελοι.

Κλεάνθους δὲ τοῦ Στωϊκοῦ, ἔν τινι Ποιήματι περὶ τοῦ Θεοῦ ταῦτα γεγραφότος ἄκουε.

Τἀγαθὸν ἐρωτᾷς μ' οἷόν ἐστ'; ἄκουε δή. C
Τεταγμένον, δίκαιον, ὅσιον, εὐσεβές,
Κρατοῦν ἑαυτοῦ, χρήσιμον, καλὸν, δέον,
Αὐστηρὸν, αὐθέκαστον, ἀεὶ συμφέρον,
Ἄφοβον, ἄλυπον, λυσιτελὲς, ἀνώδυνον,
V. Not. Ὠφέλιμον, ἀσφαλὲς, φίλον, ἔντιμον, εὐάρεστον, ὁμολογούμενον,
Εὐκλεὲς, ἄτυφον, ἐπιμελὲς, πρᾶον, σφοδρὸν,
Χρονιζόμενον, ἄμεμπτον, ἀεὶ διαμένον. D

Ὁ δὲ αὐτὸς, κατὰ τὸ σιωπώμενον τὴν τῶν πολλῶν διαβάλλων εἰδωλολατρείαν, ἐπιφέρει,

Ἀνελεύθερος πᾶς, ὅστις εἰς δόξαν βλέπει,
Ὡς δὴ παρ' ἐκείνης τευξόμενός τινος καλοῦ.

Οὐκοῦν ἔτι κατὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν περὶ τοῦ Θείου ὑποληπτέον·

--- Οὐδὲ γὰρ λαθραδοκῶ,
Φωτὸς κακούργου σχήματ' ἐκμιμούμενον,
Σ' ἐς εὐνὴν, ὥσπερ ἄνθρωπον, μολεῖν.

Illaque voce sibi, cultuque & corpore prorsus
Assimilant.

Itemqve,

--- si manus apta Bovi, manus apta Leoni,
Pingeret, atq; hominum tractare assvesceret artes:
Illa Bovi similes Superos, similesque Leoni
Fingeret; ater Equus specie formaret equina,
Quisque suo proprium vestiret corpore Numen.

Rursus & Bacchyllidem Lyricum ita de Divino Numine loqventem audiamus,

Hi fœdis semper gravibusque morbis indomiti:
Innocentes, nec ulla in re mortalibus similes.

Et Cleanthem Stoicum, cujus in quodam Poemate sunt, qvæ seqvuntur,

Quidnam bonum sit me rogas? Jam jam accipe.
Quod ordinatum est, integrum, sanctum, pium.
Suique compos, utile, decens, commodum,
Grave, ac severum, quodque semper conferat.
Metu ac dolore majus, & molestia:
Salubre, jucundum, & sibi consentiens.
Clarum, ac modestum, sedulum, lene, ac potens,
Perenne, labis nescium, ac semper manens.

Tum idem vulgi tacite idololatriam carpens, ista subdit,

Opinionem qui sequitur, haud liber est.
Frustra inde quicquam stultus expectet boni.

Non igitur amplius de Deo est, ex vulgi opinione sentiendum,

--- haud enim Numen reor,
Hominis scelesti clanculum speciem induens,
Tuum hoc cubile petere, prout homines solent.

Inquit Amphion Antiopæ. Sophocles vero A plane ac diserte,

Ejus parenti namque nupsit Juppiter,
Non flavus auro, non Olor pluma nitensi
Qualis puellæ junctus est Pleuroniæ,
Matremque fecit: ast homo plane integer.

Quibus deinceps hæc attexit,

Notis volucrem postibus gressum intulit
Adulter.

Tum adhuc apertius impotentem fabulosi Jovis libidinem exponens, ita prosequitur, B

Non dextra lympham, non cibum lingua attigit:
At pectus acri saucius morsu, torum
Init, atque Veneri nocte se tota dedit.

Verum ista Theatrorum insaniæ reserventur. Heraclitus quidem perspicue, homines ait, seu prius, seu postquam audierint, incommodæ rationis semper ignoratione versari. Et Lyricus Melanippides ita cecinit,

Audi me, o Pater, stupor mortalium, C
Qui semper viventem Animum regis.

Et magnus ille Parmenides, ut ait Plato in Sophista, de Deo hunc in modum scribit,

Nec satus est unquam, nec morti obnoxius ulli;
Integer, unigena, inconcussus, nescius ortus.

Imo etiam Hesiodus,

Te Regem ac Dominum immortalis Turba fatetur,
Non alius tecum imperio contendere possit. D

Quin & ipsa quoque Tragœdia, ab idolorum cultu abducens, in cœlum oculos tollere nos docet. Sophocles enim, ut refert Hecatæus Historicus, in eo quem de Abramo & Ægyptiis conscripsit libro, hæc palam vociferatur e scena,

Unus profecto est, unus hic tantum Deus,
Qui cœlum & amplas condidit terræ plagas,
Cærulea ponti terga, & infrenes Notos.
At nos misselli, pectore errantes vago,
Calamitatum finximus solatia,
Formas Deorum saxeas, aut æreas,
Aurove ductas fusili, aut eburneas.
His dum immolamus, dum stato augustos die

Ἀμφίων λέγει τῇ Ἀντιόπῃ. Ὁ Σοφοκλῆς δὲ εὐθυῤῥημόνως γράφει,

Τὴν τοῦδε γάρ τοι Ζεὺς ἔγημε μητέρα,
Οὐ χρυσόμορφος, οὐδ᾽ ἐπημφιεσμένος
Πτίλον κύκνειον, ὡς κόρην Πλευρωνίαν
Ὑπηνέμωσεν, ἀλλ᾽ ὁλοσχερὴς ἀνήρ.

Εἶτα ὑπελθὼν καὶ δὴ ἐπήγαγε,

Ταχὺς δὲ βαθμοῖς μοιχικοῖς ἐπεστάθη
Ὁ μοιχός.

Ἐφ᾽ οἷς ἔτι φανερώτερον τὴν ἀκρασίαν τοῦ μυθοποιουμένου Διὸς ὧδέ πως ἐκδιηγεῖται,

Ὁ δ᾽ οὔτε δαιτὸς, οὔτε χέρνιβος θιγὼν, pag. 391.
Πρὸς λέκτρον ᾔει καρδίαν ὠδαγμένος,
Ὅλην δ᾽ ἐκείνην εὐφρόνην ἐθορνύτο.

Ταυτὶ μὲν οὖν παρείσθω ταῖς τῶν Θεάτρων ἀνοίαις. ἄντικρυς δὲ ὁ μὲν Ἡράκλειτος, τοῦ λόγου τοῦ δέοντος ἀεί, φησιν, ἀξύνετοι γίγνονται ἄνθρωποι, καὶ πρόσθεν ἢ ἀκοῦσαι, καὶ ἀκούσαντες τὸ πρῶτον. Ὁ μελοποιὸς δὲ Μελανιππίδης ᾄδων φησί,

Κλῦθί μοι, ὦ Πάτερ, θαῦμα βροτῶν,
Τᾶς ἀειζώου ψυχᾶς μεδέων.

Παρμενίδης τε ὁ μέγας, ὥς φησιν ἐν Σοφιστῇ Πλάτων, ὧδέ πως περὶ τοῦ Θείου γράφει,

Πολλὰ μάλ᾽ ὡς ἀγένητον ἐὸν καὶ ἀνώλεθρόν, ἐστι
Μοῦνον, μουνογενές δὲ, καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ᾽ ἀγένητον.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἡσίοδος,

Αὐτὸς γὰρ πάντων, φησὶ, Βασιλεὺς καὶ Κοίρανός ἐστι
Ἀθανάτων, σέο δ᾽ οὔτις ἐρήρισαι κράτος ἄλλος.

Ναὶ μὴν καὶ ἡ Τραγῳδία ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἀποσπῶσα, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπειν διδάσκει. Ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλῆς, ὥς φησιν Ἑκαταῖος, ὁ τὰς ἱστορίας συνταξάμενος, ἐν τῷ κατ᾽ Ἄβραμον καὶ τοὺς Αἰγυπτίους, ἄντικρυς ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐκβοᾷ,

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν Θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τέτευχε, καὶ γαῖαν μακρὴν,
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, καὶ ἀνέμων βίας.
Θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι,
Ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχὴν,
Θεῶν ἀγάλματ᾽ ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων,
Ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους.
Θυσίας τε τούτοις, καὶ καλὰς πανηγύρεις

A σπένδοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

Εὐριπίδης δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς σκηνῆς τραγῳδῶν,

Ὁρᾷς, φησί, τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ Θεόν.

Ἔν τε τῷ Πειρίθῳ δράματι, ὁ αὐτὸς καὶ τάδε τραγῳδεῖ,

B Σὲ τὸν αὐτοφυῆ, σὲ τὸν αἰθερίῳ
Ῥόμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ',
Ὃν πέρι μὲν φῶς, πέρι δ' ὀρφναία
Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων
Ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.

Ἐνταῦθα γὰρ τὸν μὲν αὐτοφυῆ, τὸν δημιουργὸν Νοῦν εἴρηκε· τὰ δ' ἑξῆς, ἐπὶ τοῦ κόσμου τάσσεται, ἐν ᾧ καὶ αἱ ἐναντιότητες φωτός τε καὶ σκότους. Ὅ, τε Εὐφορίωνος Αἰσχύλος, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ σεμνῶς σφόδρα φησί,

C Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός,
χ' ἅττι. Ζεύς τοι τὰ πάντα, χὤ τι τῶνδ' ὑπέρτερον.

Οἶδα ἐγὼ καὶ Πλάτωνα προσμαρτυροῦντα Ἡρακλείτῳ γράφοντι, Ἓν τὸ σοφόν, μοῦνον λέγεσθαι οὐκ ἐθέλει, καὶ ἐθέλει Ζηνὸς ὄνομα. καὶ πάλιν, Νόμος καὶ βουλῇ πείθεσθαι
pag. 599. ἑνός. κἂν τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο ἀναγαγεῖν ἐθέλῃς, Ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, εὕροις ἂν ὧδε ἐμφαινόμενον πρὸς τοῦ Ἐφεσίου. Ἀξύ-
D νετοι ἀκούσαντες κωφοῖσιν ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσι μαρτυρεῖ παρεόντας ἀπεῖναι. Ἀλλ' ἄντικρυς μίαν ἀρχὴν καὶ παρ' Ἑλλήνων ἀκοῦσαι ποθεῖς, Τίμαιος ὁ Λοκρὸς ἐν τῷ φυσικῷ συγγράμματι, κατὰ λέξιν, ὧδέ μοι μαρτυρήσει, Μία ἀρχὰ πάντων ἐστὶν ἀγένητος· εἰ γὰρ ἐγένετο, οὐκ ἂν ἦν ἔτι ἀρχά, ἀλλ' ἐκείνα, ἐξ ἧς ἁ ἀρχὰ ἐγένετο. Ἐρρύει γὰρ ἐκεῖθεν ἡ δόξα ἡ ἀληθινή, Ἄκουε, φησίν, Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεός σου εἷς ἐστι, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς ἀπλάνητος
ὑπάρχει,

Ὥς φησιν ἡ Σίβυλλα. Ξενοκράτης τε ὁ Καρχηδόνιος, τὸν μὲν ὕπατον Δία, τὸν δὲ νέατον καλῶν, ἔμφασιν Πατρὸς ἀπολείπει καὶ Υἱοῦ. Καὶ τὸ παραδοξότατον, γινώσκειν

Reddimus honores, esse nos remur pios.

Quo eodem ex loco Euripides,

Vides sublime, fusum immoderatum
Æthera,
Qui tenero terram circumjectu amplectitur?
Hunc summum habeto Divum, hunc perhibeto Jovem.

Idem in Dramate, quem Pirithoum inscribit,

Te, qui te ipsum ex te? quique æthereo
Rerum omne genus turbine versas:
Quem clara dies, quem turbida nox,
Et multicolor; quemque Astrorum
Vis, non uno lumine fulgens,
Circum assiduo volvitur orbe.

Hic enim ex sese ortum, artificem Intellectum vocavit. Quæ seqvuntur, ad mundum pertinent, in quo lucis etiam est tenebrarumqve conflictus. Similiter Æschylus Euphorionis filius, ita de Deo, sane quam graviter,

Æther, solumque est, atque Cœlum Juppiter,
Cuncta simul idem est, majus & si quid super.

Platonem quoqve novi sentire cum Heraclito, huncin modum scribente; Qvod unum sapiens est, solum tamen dici non vult, idemqve Jovis nomen amat. Atqve iterum, Lex est, inqvit, hujus unius parere consilio. Quod si altiore sensu dictum illud accipere volueris, *Qui habet aures audiendi, audiat,* sic ab Ephesio illustratum invenies, Qui qvod audiunt, intelligentia non assequuntur, surdis illi similes sunt: in qvos tritum illud conveniat, præsentes abesse. Num vero Græcorum etiam ex ore Principium unum audire gestis? Testem do Timæum Locrum, qui libro de natura sic ad verbum loquitur, Unum omnium principium est, qvod ortu caret: nam si aliunde ortum esset, principium jam non esset, sed illud potius, unde ortum haberet. Quæ opinio, sane vera, ex dicto illo profecta est, *Audi,* inqvit. *Israel, Dominus Deus tuus, unus est; eiqve soli servies.*

Omnibus ecce patet, nulloqve errore vagatur,

Ut Sibylla cecinit. Xenocrates etiam Carthaginiensis, qui summum Jovem unum appellat, infimum alterum; Patris nonnullam dat ac Filii significationem. Quodqve præter omnem opinionem est, Homerus

ipse Numen agnoscere videtur, qui Deos introducit humano more sensuqve commotos, quem tamen ne sic quidem reveretur Epicurus. Est enim Homeri quod sequitur,

Quid me immortalem porro, mortalis Achille,
Præcipiti cursu insequeris? mea Numina nondum
Scilicet agnosti.

Quo quidem Numen ejusmodi esse declarat, quod nec pedibus, nec manibus, nec oculis, nec toto corpore, mortalis quisqvam asseqvi capereqve possit. *Cui similem fecistis Dominum? aut cui imagini assimilavistis eum?* inqvit Scriptura. *Nunquid sculptile conflavit faber, aut aurifex auro fuso inauravit eum?* & qvæ seqvuntur. Et Epicharmus Comicus in Republica, sic de Logo perspicue,

Esa. 40, 18.

Humana vita ratione ac numero prorsus indiget,
Numero ac ratione vivimus: ambo nos fovent.

Tum ita diserte,

Ratio mortales regit, moresq; servat.

Deinde,

Si est in homine ratiocinatio, est & divina ratio.
Ratio homini innata est, ad casus vitæ varios.
Ratio divina artes cuique moderatur suas:
Omnibus per se aperit, quid magis cuiq; conferat.
Haud enim artem ullam homo reperit, Deus hanc unus parit.
Ratio nimirum hominis, ratione ex divina sata est.

Porro cum Isaiæ voce hæc Spiritus inclamet, *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus: Plenus sum holocaustis; adipem agnorum, & sanguinem taurorum nolo.* Idemqve subjungat paulo post, *Lavamini, mundi estote, auferte nequitias ex animabus vestris.* Tum in eandem sententiam Menander Comicus totidem verbis ita scribit,

Isa. 1, 11.

v. 16.

Si quis, quod hœdi, vel bovis, mi Pamphile,

A φαίνεται τὸ Θεῖον ὁ ἀνθρωποπαθεῖς εἰσάγων τοὺς Θεούς· ὃν οὐδ᾽ οὕτως αἰδεῖται Ἐπίκουρος. Φησὶ γὰρ,

Τίπτέ με, Πηλέος υἱὲ, ποσὶν ταχέεσσι διώκεις,
Αὐτὸς θνητὸς ἐὼν, Θεὸν ἄμβροτον; οὐδέ νύ πώ με
Ἔγνως, ὡς Θεός εἰμι.

Οὐχ ἁλωτὸν γὰρ εἶναι θνητῷ, οὐδὲ καταληπτὸν τὸ Θεῖον, οὔτε ποσὶν, B οὔτε χερσὶν, οὔτε ὀφθαλμοῖς, οὔθ᾽ ὅλως τῷ σώματι δεδήλωκε. Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον; ἢ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν; φησὶν ἡ Γραφή. Μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος, χωνεύσας χρυσίον, περιεχρύσωσεν αὐτόν; Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. ὅ, τε Κωμικὸς Ἐπίχαρμος σαφῶς περὶ τοῦ Λόγου ἐν τῇ Πολιτείᾳ λέγει ὧδέ πως,

Ὁ βίος ἀνθρώποις λογισμοῦ καὶ ἀριθμοῦ δεῖται πάνυ,
C Ζῶμεν δ᾽ ἐν ἀριθμῷ καὶ λογισμῷ, ταῦτα γὰρ σώζει βροτούς.

Εἶτα διαῤῥήδην ἐπιφέρει,

Ὁ λόγος ἀνθρώπους κυβερνᾷ, κατὰ τρόπον, καὶ σώζει ἀεί. V. lec.
Ἔστιν ἀνθρώπῳ λογισμὸς, ἔστι καὶ θεῖος λόγος.
Ὁ λόγος ἀνθρώπῳ πέφυκε περὶ βίου καταστροφάς.
D Ὁ δέ γε τὰς τέχνας ἅπασι συνέπεται θεῖος λόγος,
Διδάσκων αὐτὸς αὐτοὺς, ὅ, τι ποιεῖν δεῖ συμφέρον.
Οὐ γὰρ ἄνθρωπος τέχναν τιν᾽ εὗρεν, ὁ δὲ Θεὸς ταύτην φέρει.
Ὁ δέ γε τοῦ ἀνθρώπου λόγος πέφυκεν ἀπό γε θείου λόγου.

Ναὶ μὴν διὰ τοῦ Ἠσαΐου Πνεύματος κεκραγότος, Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος· πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων οὐ βούλομαι. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα ἐπαγαγόντος, Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν. Καὶ ἐπὶ τούτοις Μένανδρος ὁ Κωμικὸς αὐταῖς γράφει ταῖς λέξεσιν,

Εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε

Ταύρων τι πλῆθος, ἢ ἐρίφων, ἢ νὴ Δία A
Ἑτέρων τοιούτων, ἢ κατασκευάσματα,
Χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας, ἤτοι πορφυρᾶς,
Ἢ δι' ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου ζώδια,
Εὔνουν νομίζει τὸν Θεὸν καθεστάναι,
Πεπλάνητ' ἐκεῖνος, καὶ φρένας κούφας ἔχει.
Δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον πεφυκέναι,
Pag. 400. Μὴ παρθένους φθείροντα καὶ μοιχώμενον,
Κλέπτοντα, καὶ σφάττοντα χρημάτων χάριν. B
Μηδὲ βελόνης ἔναμμ' ἐπιθυμῇς, Πάμφιλε,
Ὁ γὰρ Θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

Cruentet aras sanguine, aut aliud Deis
Quodcunque mactet. sive quod docta manus
Laborat arte, purpura ardenti micans,
Aurove textum pallium, aut candens ebur,
Viridem aut smaragdum, muta quæ moles finit,
Animante mutans, offerat; Numen sibi
Credat secundum: mentis hic nimium levis,
Heu graviter errat. Commodis sit moribus
Homo necesse est: Virginis casto innocens
Parcat pudori, parcat alieno toro.
Furti atq; cædis inscias servet manus.
Cave ergo vel acum ne appetas, mi Pamphile.
Te quippe nusquam non videt præsens Deus.

Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐχὶ Θεὸς πόρρωθεν. Ποιήσει τι ἄνθρωπος ἐν κρυφαίοις, καὶ οὐκ ὄψομαι αὐτόν; διὰ Ἱερεμίου φησί. Καὶ πάλιν ὁ Μένανδρος, παραφράζων τὴν Γραφὴν ἐκείνην, Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον, ὧδέ πως γράφει,

--- μηδὲ βελόνης,
Ὦ φίλτατ', ἐπιθυμήσῃς ἀλλοτρίας ποτέ.
Ὁ γὰρ Θεὸς γ' ἔργοις δικαίοις ἥδεται,
Καὶ οὐκ ἀδίκοις. πονοῦντα δὲ ἐᾷ τὸν ἴδιον
Βίον ὑψῶσαι, τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ
Τὴν ἡμέραν. Θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους
Δίκαιος ὤν, καὶ λαμπρὸς ὡς ταῖς χλαμύσι, D
Τῇ καρδίᾳ. βροντῆς ἐὰν ἀκούσῃς, μὴ φύγῃς
Μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς σεαυτῷ δέσποτα.
Ὁ γὰρ Θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

Ἔτι σοῦ λαλοῦντος, φησὶν ἡ Γραφή, ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι. Δίφιλος πάλιν ὁ Κωμικὸς τοιαῦτά τινα περὶ τῆς κρίσεως διαλέγεται,

Οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικήρατε,
Τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
Πεφευγέναι τὸ Θεῖον, ὡς λεληθότας;
Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
Καὶ γὰρ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν,
Μίαν δικαίων, ἑτέραν δ' ἀσεβῶν εἶν' ὁδόν.

Deus vicinus ego sum, & non Deus de longe. Hier. 23. *Num faciet aliquid homo in absconditis, & ego non videbo eum?* inquit Deus per Hieremiam. Atqve iterum Menander illud Scripturæ, *Sacrificate sacrificium justitiæ, & sperate in Domino*, paraphrasi quadam exponens, sic ait, Psal. 4.

-- neve acum, o suavissime,
Alienæ quæ sit, appetas: etenim Deo
Injusta nulla, justa quæ modo sunt placent.
Feliciorem ducere hunc vitam sinat,
Qui nocte terram, qui die assiduo colit
Deo sacrifices, æqui ad extremum tenax.
Ut veste munda splendidus, sic pectore.
At cum tonabit, siste, nec pavido gradu
Fugam capesse, quamdiu nil conscius
Ipse tibi fueris: te Deus præsens videt.

Adhuc te loquente, inqvit Scriptura, *dicam, ecce adsum.* Præterea Diphilus Comicus hæc habet de Judicio.

Putasne vero mortuos, Nicerate,
Queis omnis omnem fluxit in luxum dies,
Potuisse latebris fugere captatis Deum?
Est oculus ille, est, cuncta qui justus videt.
Duæ, ut statuimus, inferos secant viæ,
Patet una castis, altera scelestos manet.

Quamvis profundo semper inclusum sinu
Utrumq; terra teneat. I, rapias licet,
Furere, spolies, misceas. Erres, cave:
Est est sub alto Dite judicium super,
Cui magnus orbis Dominus ac Rector præest,
Cujus vel ipsum nomen effari horreo.
Quiq; diuturnam sontibus vitam trahit.
Quod si quis omni scelera molitus die,
Superos latere credit, is novum scelus
Sibi persuadet, justa quod lento manus
Pendere soleat otio. At quisquis Deum
Non esse fingis, prospice infelix tibi.
Deus ille, Deus est. Si quis interea nocens
Impune peccet, habeat in lucro moram.
Namque ipse meritas postea pœnas luet.

Quibus hunc in modum accinit Tragœdia.
Erit ille quondam sævus ac tristis dies,
Cum rutilus alto conditos ignes sinu
Effundet Æther: cum rapax flamma hauriet
Ima atque summa, nec modum capiet furor.
Et paucis interjectis,
--- ast ubi superstes nihil;
Marium profundi gurgites nulli tum erunt,
Labefactum ab imis sedibus vacuo solum
Gremio jacebit. haud enim vastis procul
Flammis perustum, summa pennatos greges
Mittet sub Astra: sed tamen quicquid prius
Fuerit ademptum, recipit ac proprium tenet.

A Τῷ πάντ᾽ ἀπελθὼν, κλέπτ᾽, ἀποστέρει, κύκα·
Καὶ εἰ τοὺς δύο καλύψει ἡ γῆ φασὶ χρόνῳ. V.Nic.
Μηδὲν πλανηθῇς, ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις,
Ἥνπερ ποιήσει ὁ Θεὸς ὁ πάντων Δεσπότης,
Οὗ τοὔνομα φοβερὸν, οὐδ᾽ ἂν ὀνομάσαιμ᾽ ἐγώ.
Ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς μῆκος βίον
Δίδωσιν. εἴ τις δὲ θνητῶν οἴεται, τὸ φημέραν
B Κακόν τι πράσσων, τοὺς Θεοὺς λεληθέναι,
Δοκεῖ πονηρὰ, καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
Ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ ἡ δίκη.
Ὁρᾶτε ὅσοι δοκεῖτε οὐκ εἶναι Θεόν.
Ἔστιν γὰρ, ἔστιν. εἰ δέ τις πράττει κακῶς,
Κακὸς πεφυκὼς, τὸν χρόνον κερδαινέτω,
Χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.
Συνᾴδει δὲ τούτοις καὶ ἡ Τραγῳδία διὰ τῶνδε,
Ἔσται γὰρ, ἔσται κεῖνος αἰῶνος χρόνος,
Ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν χάσῃ
C Χρυσωπὸς αἰθὴρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
Ἅπαντα τἀπίγεια καὶ μετάρσια,
Φλέξει μανεῖσα.

Καὶ μετ᾽ ὀλίγα αὖθις ἐπιφέρει,
--- Ἐπὰν δὲ ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
Φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθὸς,

Δῆ δὲ ὀργάνων ἔρημος, οὐδὲ ἀὴρ ἔτι
Πτερωτὰ φῦλα βαστάσει πυρουμένη,

D Κἄπειτα σώσει πάνθ᾽, ἃ πρόσθ᾽ ἀπώλεσε.

Affinia reperiemus in Orphicis quæ sequuntur,
Quos prius abdiderat, lætas in luminis auras
Sollicitus sacro cunctos ex corde refudit.

Τὰ ὅμοια τούτοις κἀν τοῖς Ὀρφικοῖς εὑρήσομεν, ὧδέ πως γεγραμμένα,
Πάντας γὰρ κρύψας, αὖθις φάος ἐς πολυγηθὲς,
Ἐξ ἱερᾶς κραδίας ἀνενέγκατο, μέρμερα ῥέζων.

Qui si caste integreque vixerimus, beati quidem hic erimus; at post discessum ex hac vita longe beatiores, nec ullo tempore circumscribetur nostra hæc felicitas, sed quiete fruemur sempiterna,
Cum superis lare conjuncti, mensaque per ævum,

Ἢν δὲ ὁσίως καὶ δικαίως διαβιώσωμεν, μακάριοι μὲν ἐνταῦθα, μακαριώτεροι δὲ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, οὐ χρόνῳ τινὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἔχοντες, ἀλλ᾽ ἐν αἰῶνι ἀναπαύεσθαι δυνάμενοι,
Ἀθανάτοις ἄλλοισιν ὁμέστιοι, αὐτοτράπεζοι

ἐν ἀνδρ. Ἐόντες, *ἀνδρείων" ἀχαιῶν ἀπόκληροι A
ἀτηρεῖς,

ἡ φιλόσοφος Ἐμπεδοκλέους λέγει Ποιητική. Οὐχ ὅπου τις μέγας ἔσται, καὶ καθ' Ἕλληνας, ὡς ὑπερέχειν τὴν δίκην, οὐδὲ σμικρὸς, ὡς λαθεῖν. Ὁ δ' αὐτὸς Ὀρφεὺς καὶ ταῦτα λέγει,

Εἰς δὲ Λόγον θεῖον βλέψας, τούτῳ προσέδρευε,
Ἰθύνων κραδίης νοερὸν κύτος· εὖ δ' ἐπίβαινε
Ἀτραπιτοῦ, μοῦνον δ' ἐσόρα κόσμοιο B
Ἄνακτα,
Ἀθάνατον.

Casibus haud hominum, sævoque dolore
subacti,

ut cecinit Empedoclis philosophica Poesis. Adeoque vel ex Græcorum ipsorum mente futurus est nemo, vel tantus, ut judicii vim superet, vel tam pusillus, ut lateat. Quin & Orpheus idem hæc habet,

Divino in Verbo defixis totus inhære
Luminibus, mentisque memor lustrare recessus,
Intactum per iter constanti incedere gressu,
Æternumque unum Cæli modo cernere Regem,
Perge alacris.

Αὖθίς τε περὶ τοῦ Θεοῦ, ἀόρατον αὐτὸν λέγων, μόνον γνωσθῆναι ἑνί τινί φησι τὸ γένος Χαλδαίῳ, εἴτε τὸν Ἀβραὰμ λέγων τοῦτον, εἴτε καὶ τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ, διὰ τούτων,

Εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου
ἄνωθεν
Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστροιο πορείης,
Καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει, C
Κυκλοτερές γ' ἐν ἴσῳ, κατὰ δὲ σφέτερον
κνώδακα·
Πνεύματα δ' ἡνιοχεῖ, περί τ' ἠέρα, καὶ
περὶ χεῦμα.

Mox visu Deum attingi non posse confirmans, uni alicui genere Chaldæo notum illum fuisse testatur, sive Abraamum dicat, sive filium ejus aliquem, his versibus,

Ast aliquis tantum Chaldæo a sanguine cretus.
Norat enim qua magnus iter Sol flectat in orbem,
Æquatosque habilis, circumque immania terræ
Pondera, sed proprio gyros convertat in axe:
Et volucres effusus equos per cærula mundi
Verset agens, aurasque obeat, pelagusq; profundum.

Εἶτα, οἷον παραφράζων τὸ, Ὁ οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου, ἐπιφέρει,

Αὐτὸς δ' αὖ μέγαν αὖθις ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται, D
Χρυσείῳ ἐνὶ θρόνῳ· γαίη δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε.
Χεῖρα δὲ δεξιτερὴν περὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο
Ἐκτέτακεν· ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ,
Οὔτε φέρειν δύναται κρατερὸν μένος. ἔστι δὲ πάντη
Αὐτὸς ἐπουράνιος, καὶ ἐπὶ χθονὶ πάντα τελευτᾷ,
Ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων ἅμα, καὶ μέσον, ἠδὲ τελευτήν.

Tum quasi dictum illud, *Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum*, paraphrasi quadam explicaret, ista subjungit, Esa. 66. a.

Ille igitur magni supra laquearia Cæli
Innotus, solioque micat sublimis in aureo.
Olli planta humiles subter premit ardua terras:
Oceani extremos attingit dextera fines.
Cujus inexhaustum quassi ab radicibus imis
Ferre negant robur nutanti vertice montes.
Atque ut siderea nunquam discedat ab arce,
Cuncta tamen nostris præsens molitur in oris,
Principium in sese, ac medium, finemq; coercens.

Illa fectus memorare nefas, membrisque
solutis,
Mecum animo volvens trepido. Nam
desuper ipse
Cuncta regit,

A

Et quæ seqvuntur. His enim prophetica illa omnia declaravit. *Qui si aperuerit Cœlum, tremor corripiet; & a conspectu tuo montes colliqvescent, sicut a facie ignis liqvescit cera.* Item qve hæc Esaiæ, *Quis mensus est cœlum palmo, & universam terram pugillo?* Rursus cum ita cecinit,

Esa. 40.

B

Ætheris, o, Ditisque potens, Pelagique,
Solique,
Qui solidum tonitru quatis alti limen
Olympi,
Quemque Lares horrent, metuit quem
turba Deorum,
Et cui Parca, licet mansvescere nescia,
servit.
Matris summe Parens, cujus furor omnia
jactat,
Quique cies ventos, & nubibus omnia
condis,

C

Flammanteque procul vastum aera tur-
bine sulcas.
Astra tuo certos volvunt sub Numine
motus.
Longo indefessi solium stant agmine cir-
cum
Aligeri, quorum mortalia credita
curæ.
Vere tuo nitidis se floribus arva coro-
nant;
Et tua sævit hyems, gelidis sub nubibus
acta,

D

Et tibi debetur Bromii vindemia fæ-
tus.

Tum diserte omnipotentem Deum seqventibus dictis appellat,

Immunem interitu, solis quem dicere
fas est
Cœlitibus.
Maxime tu Divum, fato comitatus
adesto,
Ingens, terribilis, cuncto discrimine
major,
Quem mors nulla domet, quemque ar-
dens Æthra coronat.

Ἀλλ᾽ οὐ μὴν θεμιτόν σε λέγειν· τρομέω δέ γε γυῖα
Ἐν νόῳ. ἐξ ὑπάτου κραίνει.

Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Διὰ γὰρ τούτων δεδήλωκε πάντα ἐκεῖνα τὰ προφητικά, ὡς ἐὰν ἀνοίξῃ τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται· καὶ ἀπὸ σοῦ ὄρη τακήσεται, ὡς ἀπὸ προσώπου πυρὸς τήκεται κηρός. Καὶ τὰ διὰ Ἡσαΐου, Τίς ἐμέτρησε τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; Πάλιν ὅταν εἴπῃ,

Αἰθέρος ἠδ᾽ ἀΐδου, πόντου, γαίης τε
Τύραννε,
Ὃς βρονταῖς σείεις βελαρὸν δόμον Οὐ-
λύμποιο,
Δαίμονες ὃν φρίσσουσι, Θεῶν δὲ δέδοικεν
ὅμιλος,
Ὧ μοῖραι πείθονται, ἀμείλικτοί περ ἐοῦ-
σαι·
Ἄφθιτε μητροπάτωρ, οὗ θυμῷ πάντα
δονεῖται,
Ὃς κινεῖς ἀνέμους, νεφέλῃσί τε πάντα
καλύπτεις,
Πρηστῆρσι σχίζων πλατὺν αἰθέρα. σὴ μὲν
ἐν ἄστροις
Τάξις, ἀναλλάκτοισιν ἐφημοσύναισι
τρέχουσα·
Σῷ δὲ θρόνῳ πυρόεντι παρεστᾶσιν πολύ-
μοχθοι
Ἄγγελοι, οἷσι μέμηλε, βροτοῖς ὡς πάντα
τελεῖται.
Σὸν μὲν ἔαρ λάμπει νέον ἄνθεσι πορφυ-
ρέοισι·
Σὸς χειμὼν, ψυχραῖσιν ἐπερχόμενος νε-
φέλαισιν,
Ἅς ποτε βακχευτὰς Βρόμιος διένειμεν ὀ-
πώρας.
Εἶτα ἐπιφέρει, ῥητῶς παντοκράτορα ὀνομά-
ζων τὸν Θεὸν,
Ἄφθιτον, ἀθάνατον, ῥητὸν μόνον ἀθανά-
τοισιν.
Ἐλθὲ, μέγιστε Θεῶν πάντων, κρατερῇ
σὺν ἀνάγκῃ,
Φρικτὸς, ἀήττητος, μέγας, ἄφθιτος,
ὃν στέφει αἰθήρ.

Διὰ

A Διὰ μὲν οὖν τὸ μητροπάτωρ, οὐ μόνον τὴν ἐκ μὴ ὄντων γένεσιν ἐμήνυσεν, ἐνδέδωκε δὲ ἀφορμὰς τοῖς τὰς προβολὰς εἰσηγουμένοις τάχα καὶ σύζυγον νοῆσαι τοῦ Θεοῦ. Παραφράζει δὲ ἐκείνας τὰς προφητικὰς γραφάς, τήν τε διὰ Ὠσηέ, Ἰδοὺ ἐγὼ στερεῶν βροντὴν, καὶ κτίζων πνεῦμα, οὗ αἱ χεῖρες τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ ἐθεμελίωσαν· Καὶ τὴν διὰ Μωσέως, Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς ἕτερος πλὴν ἐμοῦ. Ἐγὼ ἀποκτενῶ, καὶ ζῆν ποιήσω· πατάξω, κἀγὼ ἰάσομαι. Καὶ οὐκ B ἔστιν ὃς ἐξελεῖται ἐκ τῶν χειρῶν μου.

Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα.

Κατὰ τὸν Ὀρφέα. Τοιαῦτα καὶ Πάριος Ἀρχίλοχος λέγει,

Ὦ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος, σὺ δ' ἔργα
Ἐπ' ἀνθρώπους ὁρᾷς, λεωργά τε καὶ ἀθέμιστα.

C Πάλιν ἡμῖν ἀσάτω ὁ Θρᾴκιος Ὀρφεύς,

Χεῖρα δὲ δεξιτερὴν ἐπὶ τέρματος Ὠκεανοῖο
Πάντοθεν ἐκτέτακεν· γαίη δ' ὑπὸ ποσσὶ βέβηκε.

Ταῦτα ἐμφανῶς ἐκεῖθεν εἴληπται, Κύριος σώσει πόλεις κατοικουμένας, καὶ τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψεται τῇ χειρὶ ὡς νοσσιάν. Κύριος ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, ὥς φησιν Ἱερεμίας, καὶ ἀνορθώσας τὴν οἰ- D κουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ. Ἔτι πρὸς τοῖσδε, Φωκυλίδης μὲν τοὺς Ἀγγέλους Δαίμονας καλῶν, τοὺς μὲν εἶναι ἀγαθοὺς αὐτῶν, τοὺς δὲ φαύλους, διὰ τούτων παρίστησιν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ἀποστάτας τινὰς παρειλήφαμεν,

Ἀλλ' ἄρα Δαίμονές εἰσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλοι,
Οἱ μὲν ἐπερχομένου κακὸν ἀνέρος ἐκλύσασθαι.

(al. [illegible]; Fr. ἐπερχόμενον.)

Καλῶς οὖν καὶ Φιλήμων ὁ Κωμικὸς τὴν εἰδωλολατρείαν ἐκκόπτει διὰ τούτων,

Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία Τύχη Θεός,
Οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ταὐτόματον ὃ γίγνεται
Ὡς ἔτυχεν ἑκάστῳ, προσαγορεύεται τύχη.

Σοφοκλῆς δὲ ὁ Τραγῳδοποιός,

A Qui sane dum Matris eum Patrem nominat, cum rerum ortum ex nihilo significat, tum iis forte qui proseminationes illas invehunt, conjugis etiam Deo tribuendæ occasionem dedit. Cæterum illas quoqve Prophetarum voces illustrat; Osee, dum ait, *Ecce ego firmans tonitru, & creans spiritum, cujus manus exercitum cœli fundaverunt;* (Amos. 4, 13.) Et Mosis, per qvem ita Deus, *Videte, videte, quoniam ego sum, & non est Deus alius præter me. Ego interficiam, & vivere faciam: percutiam, & ego sanabo. Et non est qui auferat de manibus meis.* (Deut. 32, 39.)

Alætis solet hic duras summittere rebus,
Ac tristes belli furias,

Ut canebat Orpheus. Quam in rem Parius etiam Archilochus ita scribit,

Cœli quidem imperium tuum est: at vero inde
Acerba in homines atque infanda mittis.

At rursus Thracium Orpheum audiamus,

Oceani extremos complectitur undique fines
Dextera, subjectasque premit planta ardua terras.

Quæ qvidem ex illis manifeste hausit, *Dominus servabit civitates, quæ habitantur, & orbem universum comprehendet manu, quasi nidum.* (Isai.) *Dominus qui fecit terram in fortitudine sua,* ut inquit Hieremias, *& erexit orbem in Sapientia sua.* His Phocylidem adjungas licet, qui Angelos Dæmonum appellans nomine, bonos ex illis alios, alios vero malos ita distinguit, siquidem nos quoque rebelles nonnullos accepimus,

Dæmonibus gentis in nostrum non una potestas:
Namque aliis jus est venientem avertere pestem.

Jure ergo idololatriam Philemon Comicus ita rescindit,

Fortuna non est ulla quæ fertur Dea,
Non est. At homini quicquid, ut casus tulit,
Acciderit ultro cuique, fortunam vocant.

Et Tragicus Sophocles,

Nec Superis, inquit, *pro votis omnia cedunt,*
Excepto Jove, principium finemque tenente. A

Et Orpheus,

Vis una est, Numenque unum, Cœli ignea moles,
Cuncta suo quæ nata sinu convertit in orbem,
Ignem, Undas, Terram,

Et quæ seqvuntur. Lyricus item Pindarus quodam quasi Bacchico furore correptus, ita diserte loquitur, B

Quid Deus? Universum.

Et rursus,

Deus omnia procreans mortalibus.

Dum autem hæc ait,

Quid exiguam tibi sapientiam ab homine homo polliceris?
Deum consilia rimari mortali naturæ difficile est.
Est enim mortali matre sata.

C Ex illo Esaiæ loco sententiam hanc derivavit, *Quis novit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus?* Quibus etiam Heliodus hunc in modum accinit,

Haud ullus vivit mortali e semine Vates,
Qui Jovis ægiferi sensum cognoscere possit.

Qvem pariter sequutus in Elegiis Solon jure ita scribit, D

Omni homini prorsus mens est ignota Deorum.

Mulierem præterea Moses, cum ob neglectum Dei præceptum, summis in doloribus parituram esse prædixisset, ita consentanee Poeta quidam non ignobilis cecinit,

— seu lux aurea noctem,
Seu lucem nox atra premat, dolor additus illis
Usque aderit: Superique graves immittere curas
Assidue pergent.

Homerus item cum ait,

Auratasque Patris librabat dextera lances.

Dei æqvitatem significat. Qvem eundem Menander Comicus bonum esse declarans, ita loqvitur,

Οὐδὲ θεοῖς, λέγει, αὐθαίρετα πάντα τέλονται,
Νόσφι Διός· κεῖνος γὰρ ἔχει τέλος, ἠδὲ καὶ ἀρχήν.

Ο, τε Ορφεύς,

Εν κράτος, εἷς Δαίμων γένετο, μέγας Οὐρανὸς αἴθων,
Εν δὲ τὰ πάντα τέτυκται, ἐν ᾧ τάδε πάντα κυκλεῖται,
Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα.

Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Πίνδαρος δ' ὁ Μελοποιὸς, οἷον ἐκβακχεύεται ἄντικρυς εἰπὼν,

Τί Θεός; ὅ, τι τὸ πᾶν·

καὶ πάλιν,

Θεὸς ὁ πάντα τεύχων βροτοῖς.

ἐπὰν δὲ εἴπῃ,

Τί ἔλπεαι σοφίαν ὀλίγον τι ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ἔχειν;
Τὰ Θεῶν βουλεύματα ἐρευνᾶσαι βροτέᾳ φύσει δύσκολον.
Θνατᾶς δ' ἀπὸ ματρὸς ἔφυ.

Εκεῖθεν ἔσπασε τὴν διάνοιαν, Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου; ἢ τίς σύμβουλος αὐτοῦ; Αλλὰ καὶ Ησίοδος, δι' ὧν γράφει, συνᾴδει τοῖς προειρημένοις,

Μάντις δ' οὐδείς ἐστιν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οστις ἂν εἰδείη Ζηνὸς νόον αἰγιόχοιο.

Εἰκότως ἄρα Σόλων ὁ Αθηναῖος ἐν ταῖς Ελεγείαις, καὶ αὐτὸς κατακολουθήσας Ησιόδῳ, γράφει,

Πάμπαν δ' ἀθανάτων ἀφανὴς νόος ἀνθρώποισι,

Πάλιν τε Μωσέως εἰς μόχθους καὶ μόχθους, διὰ τὴν παράβασιν τεξεσθαι τὴν γυναῖκα προφητεύσαντος, Ποιητής τις οὐκ ἄσημος γράφει,

— οὐδέ ποτ' ἦμαρ
Παύσονται καμάτου καὶ οἰζύος, οὐδέ τι νύκτωρ
Στεινόμενοι· χαλεπὰς δὲ θεοὶ δώσουσι μερίμνας.

Ετι Ομηρος μὲν εἰπὼν,

Αὐτὸς δὲ χρύσεια Πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα·

Δίκαιον τὸν Θεὸν μηνύει. Μένανδρος δὲ ὁ Κωμικὸς ἀγαθὸν ἑρμηνεύων τὸν Θεὸν φησιν,

Ἅπαντι Δαίμων ἀνδρὶ συμπαρίσταται
Εὐθὺς γενομένῳ, μυσταγωγὸς τοῦ βίου,
Ἀγαθός· κακὸν γὰρ Δαίμον' οὐ νομιστέον
Εἶναι, βίον βλάπτοντα χρηστόν.

Ut quisque primum natus in lucem venit,
Moderator illi Genius assistit bonus,
Vitamque format. Nam cave malum putes,
Bonæque vitæ noxium.

εἶτα ἐπιφέρει, Ἅπαντα δ' ἀγαθὸν εἶναι τὸν Θεόν· ἤτοι πάντα Θεὸν ἀγαθὸν λέγων, ἤ, ὅπερ μᾶλλον, ἐν πᾶσι τὸν Θεὸν ἀγαθὸν εἶναι. Πάλιν αὖ Αἰσχύλος μὲν ὁ Τραγῳδὸς τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ παριστάμενος, οὐκ ὀκνεῖ καὶ ὕψιστον αὐτὸν προσαγορεύειν διὰ τούτων,

Tum subjungit, ἅπαντα bonum esse Deum, seu Deum omnem bonum appellet, seu, quod vero propius est, rebus in omnibus bonum esse Deum affirmet. Rursum Tragicus Æschylus, cum Dei nobis potestatem declarat, altissimum eum appellare nil veretur his versibus,

Χώριζε θνητῶν τὸν Θεόν, καὶ μὴ δόκει
Ὅμοιον αὐτῷ σάρκινον καθεστάναι.
Οὐκ οἶσθα γ' αὐτόν. ποτὲ μὲν ὡς πῦρ φαίνεται,
Ἄπλατος ὁρμῇ, ποτὲ δ' ὕδωρ, ποτὲ γνόφος,
Καὶ θηρσὶν αὐτὸς γίνεται παρεμφερής,
Ἀνέμῳ, νεφέλῃ τε, κἀστραπῇ, βροντῇ, βροχῇ.
Ὑπηρετεῖ δ' αὐτῷ θάλασσα, καὶ πέτραι,
Καὶ πᾶσα πηγή, καὶ ὕδατος συστήματα.
Τρέμει δ' ὄρη, καὶ γαῖα, καὶ πελώριος
Βυθὸς θαλάσσης, καὶ ὀρέων ὕψος, ἐπὶ
Μέγα ἐπὰν ἐπιβλέψῃ γοργὸν ὄμμα
Δεσπότου πάντα, δυνατὴ γὰρ δόξα ὑψίστου Θεοῦ.

Secerne cunctis Numen a mortalibus,
Huic simile corpus ne putes ullum cave.
Ignota res est. nunc velut flamma emicat,
Aditumque prohibet: unda mox, caligo mox,
Mox & tremendæ similis apparet feræ,
Vento, atque nubi, fulguri, tonitrui,
Imbrique similis. Pontus huic, fontes, petræ,
Atque orbe toto quicquid undarum coit,
Obsequitur. Illum montium horrescunt juga,
Tremitque tellus, & sinus vasti maris,
Dum Dominus acri cuncta visu despicit,
Immensa quippe est illa majestas Dei.

Ἆρ' οὐ δοκεῖ σοι ἐκεῖνο παραφράζειν, τό, Ἀπὸ προσώπου Κυρίου τρέμει ἡ γῆ; Ἐπὶ τούτοις ὁ μαντικώτατος Ἀπόλλων, μαρτυρῶν τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ, λέγειν ἀναγκάζεται περὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἡνίκα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευον οἱ Μῆδοι, ὡς ἐδεῖτό τε καὶ ἱκέτευε τὸν Δία περὶ τῆς Ἀττικῆς. Ἔχει δὲ ὧδε ὁ χρησμός,

Nunquid illud tibi videtur illustrare, *A facie Domini tremit terra*? Quin & ipsemet Apollo, divinandi tam peritus, suopte testimonio Dei gloriæ serviens, fateri cogitur, Minervam, quo tempore impetum in Græciam Medi faciebant, vota Jovi fecisse pro Attica. Ejusmodi autem responsum illud est,

Οὐ δύναται Παλλὰς Δί' Ὀλύμπιον ἐξιλάσασθαι,
Λισσομένη πολλοῖσι λόγοις, καὶ μήτιδι πυκνῇ.
Πολλοὺς δ' ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει,
Οἵ που νῦν ἱδρῶτι ῥεούμενοι ἑστήκασι,
Δείματι παλλόμενοι.

Jam magnum placare Jovem, Jove nata Minerva,
Haud precibus votisque potest:
Pluribus at Superum templis incendia mittet,
Qui nunc fortassis magno terrore subacti,
Expresso sudore fluunt.

Et qvæ seqvuntur. Thearidas autem in suo de natura opere, hoc modo scribit, Universitatis hujus principium, principium utiqve verum unum est. Illud enim ex æternitate unum est atqve solum,

Haud alius qvisqvam est supremi a Numine Regis,

Inqvit Orpheus. Quem sequutus Diphilus Comicus, communem illum, inqvit, omnium Parentem,

--- pia tu mente perpetuo colas,
E cujus una tot bona existunt manu.

Jure ergo Plato præstantissima quæqve ingenia ad capessendum illud disciplinæ genus assvefacit, quod jam ante maximum esse diximus, hoc est ad percipiendam boni cognitionem, eoqve tandem ascendendo perveniendum. Quod quidem non jam, opinor, Testam convertere fuerit, sed Animum ita circumducere, ut ex nocturno quodam die, vere ad illud quod est, hac sua conversione redeat, qvam sane veram Philosophiam esse dicemus. Cujus ille qui compotes fuerint, aureo genere satos esse pronuntiat, dum ait, Fratres quidem universi estis, &c. Qui autem ex aureo illo genere sunt, iidem accuratissime de rebus omnibus judicare possunt. Parentis igitur ac rerum omnium Effectoris sensum ex omnibus aliqvem omnia, nativa qvadam vi, ac citra ullius disciplinæ adjumentum hauriunt. Et qvidem inanimata cum viventibus affectionum communione junguntur, ex animantibus autem vita præditis alia jam immortalia sunt, in diem alia etiamnum laborant. At ex mortalibus, alia in metu constituta, maternis adhuc visceribus inclusa gestantur: alia jam sui juris, suo se consilio arbitrioq; regunt. Jam hominum genus universum in Græcos Barbarosqve dividitur. Qvorum e numero, nulla prorsus usqvam aut agricolarum aut pastorum, ac ne eorum quidem, qui in civitate degunt, natio est, qvæ vitam, absq; eo quod ejus mentem Naturæ superioris fides occuparit, ducere tueriqve possit. Itaq; populi omnes, sive Orientem colant, sive littora Occidentis ultima teneant, sive ad Septentrionem, sive ad Meridiem habitent, unam & eandem ejus, a quo institutum hoc Imperium est, anticipationem habent: cum loca pariter & æqvaliter omnia, generales quæque vis illius effectricis actiones complexæ sint. Sed tamen curiosi illi e Græcis Philosophi, Barbarorum permoti Philosophia, multo magis illi, qui nec oculis cernitur, & solus idem ac præpotens, & sapientissimus Artifex est, summusqve rerum pulcherrimarum Auctor, præcipuum jus eximiumqve tribuerunt: nec tamen qvæ sint ex istis conseqventia, nisi a nobis doceantur,

A Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις. Θεαρίδας δ' ἐν τῷ περὶ φύσεως γράφει, Ἀρχὰ τῶν ὄντων, ἀρχὰ μὲν ὄντως ἀληθινὰ, μία. Κείνα γὰρ ἐν ἀρχᾷ τέ ἐστιν ἓν καὶ μόνον.

Οὐδέ τίς ἐσθ' ἕτερος χωρὶς μεγάλου Βασιλῆος,

Ὀρφεὺς λέγει. Ὧι πειθόμενος ὁ Κωμικὸς Δίφιλος, γενικώτατον ὄντα πάντων φησὶ Πατέρα,

--- τοῦτον διὰ τέλους τίμα μόνον
B Ἀγαθῶν τοσούτων εὑρετὴν καὶ κτίστορα.

Εἰκότως τοίνυν ὁ Πλάτων ἐθίζει τὰς βελτίστας φύσεις, ἀφικνεῖσθαι πρὸς τὸ μάθημα, ὃ ἐν τῷ πρόσθεν ἔφαμεν εἶναι μέγιστον, ἰδεῖν τἀγαθὸν, καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν. Τοῦτο δὴ, ὡς ἔοικεν, οὐκ ὀστράκου ἂν εἴη περιστροφὴ, ἀλλὰ ψυχῆς περιαγωγὴ, ἐκ νυκτερινῆς τινος ἡμέρας εἰς ἀληθινὴν τοῦ ὄντος οὖσαν ἐπάνοδον, ἣν δὴ φιλοσοφίαν ἀληθῆ φήσομεν εἶναι. Καὶ τοὺς ταύτης μετασχόντας, τοῦ χρυσοῦ γένους C κρίνει· Ἐστὲ μὲν δὴ πάντες ἀδελφοὶ, λέγων. οἱ δὲ τοῦ χρυσοῦ γένους ἀκριβέστατα, καὶ πάντη εἰς " * τοῦ Πατρὸς ἄρα καὶ Ποιητοῦ ξυμπάντων, ἐμφύτως καὶ ἀδιδάκτως ἀντιλαμβάνεται πάντα πρὸς πάντων, τὰ μὲν ἄψυχα συμπαθοῦντα, τῶν δὲ ζώων, τῶν ἐμψύχων, τὰ μὲν ἤδη ἀθάνατα, τὰ δὲ καθ' ἡμέραν ἐργαζόμενα τοῦ δέ τοι θνητῶν, τὰ μὲν ἐν φόβῳ, καὶ διὰ τῆς μητρὸς αὐτῶν ἔτι μετὰ γαστρὸς ὀχούμενα· τὰ δὲ αὐτεξουσίῳ λογισμῷ. Καὶ τῶν ἀνθρώ- D πων πάντες Ἕλληνές τε καὶ Βάρβαροι. γένος δ' οὐδὲν οὐδαμοῦ τῶν γεωργούντων, οὔτε νομάδων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν πολιτικῶν, δύναται ζῆν, μὴ προκατειλημμένον τῇ τοῦ Κρείττονος πίστει. διὸ πᾶν ἔθνος ἑῷον, πᾶν δὲ ἑσπερίων ἁπτόμενον πόνων, βόρειόν τε, καὶ τὰ πρὸς τῷ νότῳ πάντα, μίαν ἔχει καὶ τὴν αὐτὴν πρόληψιν περὶ τοῦ κατασησαμένου τὴν ἡγεμονίαν, εἴ γε καὶ τὰ καθολικώτατα τῶν εὐεργετημάτων αὐτοῦ διαπεφοίτηκεν ἐπίσης πάντα. πολὺ δὲ πλέον οἱ παρ' Ἕλλησι πολυπράγμονες φιλόσοφοι, ἐκ τῶν Βαρβάρων ὁρμώμενοι φιλοσοφίας, τῷ ἀοράτῳ, καὶ μόνῳ, καὶ δυνατωτάτῳ, καὶ τεχνικωτάτῳ, καὶ τῶν ἄλλων καλλίστων αἰτιωτάτῳ, τὴν προνομίαν ἔδωκαν, τὰ ἀκόλουθα τούτοις, εἰ μὴ κατηχηθεῖεν πρὸς ἡμῶν,

V.N.

„ οὐκ ἐπιστάμενοι, ἀλλ' οὐδ' αὐτὸν ὅπως νοεῖσθαι „ πέφυκε τὸν Θεόν, μόνον δέ, ὡς ἤδη πολλάκις „ εἰρήκαμεν, κατὰ περίφρασιν ἀληθῆ. Τοσαῦτα καὶ ὁ Κλήμης. Ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ μακροτέρων ἡμῖν ἡ κατὰ Πλάτωνα παρέστη φιλοσοφία, συνῳδὸς οὖσα κατὰ πλεῖστα τοῖς Ἑβραίων δόγμασιν (ἐφ' οἷς καὶ ἀγάμεθα τὸν ἄνδρα τῆς τε συνέσεως, καὶ τῆς ἄλλης τοῦ ἀληθοῦς εὐγνωμοσύνης) ὥρα ἐπιθεωρῆσαί τινα ταῦτ' εἶναι φαμέν, ἐφ' ὧν οὐκέθ' ὁμοίως περὶ αὐτὸν διακείμεθα, τὴν νενομισμένην βάρβαρον, τῆς B κατ' αὐτὸν προτιμῶμεν φιλοσοφίας.

A pervidere, ac ne modum quidem illum nosse possunt, quem ad Deum cognoscendum „ natura ipsa præscribit; sed tantum, uti jam „ sæpe diximus, periphrasi quadam alioqui „ vera eum circumscribunt. Hactenus Clemens. „ Jam vero, quandoquidem pluribus adhuc Platonicæ Philosophiæ rationem, permultis in rebus cum Hebræorum literis convenire ostendimus: (quo nomine hominem sane laudamus vehementer, cum ob suam illam in perspiciendo vero solertiam, tum ob liberalem & ingenuam animi B cæteris in rebus æquitatem.) Nunc ad ea tandem veniendum nobis est, in quibus cũ similiter probare non possimus, quamque vulgo barbaram habere solent, ipsius doctrina potiorem philosophiam habeamus.

ιδ.

ΟΤΙ ΜΗ ΠΑΝΤΑ ΕΠΙΤΥΧΩΣ ΕΙΡΗΤΑΙ τῷ Πλάτωνι, διὸ οὐκ ἀλόγως τὴν κατ' αὐτὴν παρῃτήμεθα φιλοσοφίαν, τὰ δ' Ἑβραίων ἀποδεχόμεθα λόγια.

XIV.

NON RECTE DE OMNIBUS pronunciasse Platonem, eoque nos haud absque ratione ab ejus Philosophia discessisse, atq; Hebræorum oracula complexos esse.

C

Τὰ Ἑβραίων λόγια, θεοπρεπῆ καὶ χρησμοὺς θείας ἢ κατὰ ἄνθρωπον δυνάμεως περιέχοντα, Θεόν τε αὐθεντὴν ἐπιγραφόμενα, καὶ πιστούμενά γε τὴν ἐπαγγελίαν, διά τῆς τῶν μελλόντων προρρήσεως, διά τε τῶν συμφώνων τοῖς θεσπίσμασιν ἀποτελεσμάτων, πάσης λέγεται διεψευσμένης διανοίας ἐκτὸς τυγχάνειν. Τὰ γοῦν θεῖα λόγια ἁγνὰ καὶ ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρμένον ἑπταπλασίως, εἴρηται. Ἀλλ' οὐ καὶ τὰ Πλάτωνος τοιαῦτα, οὐδὲ μὴν ἑτέρου τοῦ τῶν ἐν ἀνθρώποις σοφῶν, οἳ θνητῆς διανοίας ὄμμασιν, ἐπικήροις τε στοχασμοῖς καὶ εἰκασίαις, ὄναρ ὥσπερ, ἀλλ' οὐχ ὕπαρ, τὴν τῶν ὄντων φύσεως ἐπὶ φαντασίαν ἐλθόντες, πολύ τι κρᾶμα τοῦ ψεύδους τῷ τῆς φύσεως ἀληθεῖ συνεπηνέγκαντο, ὡς μὴ ἀνευρεῖν ἀπάτης καθαρὸν ἐν αὐτοῖς μάθημα. Αὐτίκα γοῦν, βραχύ τι τῆς φιλαυτίας εἰ ἐθελήσαις ὑφεῖναι, καὶ φῶς αὐτὸ δυνάμει λογικῆς οὐσίας ἐπιθεωρῆσαι, γνοίης ἂν τὸν θαυμάσιον φιλόσοφον αὐτὸν ἐκεῖνον, τὸν δὴ μόνον πάντων Ἑλλήνων ἀληθείας προθύρων ψαύσαντα, ὕλῃ φθαρτῇ καὶ ξοάνοις βαναύσων χερσὶν εἰς ἀνθρωποείκελον σχῆμα κατεσκευασμέ-

HEBRÆORUM oracula, quibus prædicta quædam responsaq; divina continentur, quæque vim sane humana diviniorem ostendunt, eoque auctorem sibi Deum ipsum vendicant, cum suas illa significationes, & prædictione futurorum, & ipso rerum exitu vaticinationibus respondente confirmatas habeant, jure quidem ab omni falso sensu aliena dicuntur. Enimvero, D *Divina eloquia, casta, & argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum,* appellantur. At non ejusmodi Platonis illa sunt, nec alterius cujuscunq; hominum ex Sapientium numero, qui mortalis sensus oculis, & vanis quibusdam ac futilibus conjecturis, ut somniantes utique, non ut vigilantes solent, rerum naturam cogitatione dum informãt, naturæ veritati falsitatis plurimum admiscuere, nullum ut apud eos doctrinæ caput, ab omni errore purum & immune reperire possis. Ac ne longius abeas, si privati hujus amoris ac domestici remittere nonnihil voles, ipsamq; per sese lucem vi rationis intueri: agnosces ipse profecto, illum etiam admirabilem Philosophum, qui solus e Græcis omnibus veritatis limen ac vestibulum attigit, fluxa pereuntique materia, & simulachris vilium operarum manibus humanam in speciem figuratis, Cap. VIII.

Deorum nomen polluere, ac post sublimem illam magnificamqve vocem, qua se hujus universi Parentem ac Molitorem nosse affirmaverat, sic tanquam ex fornicibus illis nostro hoc orbe superioribus deturbatum, in altissima Deo exosæ idololatriæ voragine, cum Atheniensi populo volutari. Sic quidem, ut eum scribere non puduerit, Socratem, cum ut ipse votum Deæ nuncuparet, tum ut barbaro illi festo, quod a civibus tum primum celebrabatur, præsens interesset, in Pyræum descendisse; nec erubescat, aut eundem ut Æsculapio Gallus B immolaretur jussisse, confiteri, aut Dæmonem illum Delphis insidentem, quasi patrium qveudam Græcorum Interpretem, Deum appellare. Qvamobrem in eum jure, superstitiosi erroris, qui stolidam agebat multitudinem, culpa conferatur. Ac mihi tu paulo superiùs orationem arcesse, ac vide sis, quæ tandem & cujusmodi sint, quæ post incorporeas illas, atq; interitus omnis expertes ideas, post Dei primi, secundiq; Principii mentionem, post spiritales imortalesq; Naturas, de populari hac & publica opinione, suis etiam legibus sancita voluerit. C Aliorum autem Dæmonum, inquit ille, procreationem vel explicare, vel nosse, res est nostra facultate major. Quare hoc in genere, priscis illis testibus adhibenda fides, qui ut Deum, quod ipsi ajunt, nepotes erant, ita majores suos maxime notos habuerunt. Nec fieri omnino potest, ut fides eorum filiis detrahatur, etiamsi nullis demonstrationibus necessariis, ac ne probabilibus quidem argumentis ipsorum testimonia comprobantur: sed necesse plane est, ut iis, qvomodo Lex imperat, tanquam suarum in rerum D commemoratione credamus. Illorum ergo Deorum procreationem quod attinet, uti Poetæ scribunt, ita nos quoq; de ea statuamus ac loquamur. Terræ Cœliq; liberi Oceanus & Tethys, horum Phorcyn, Saturnus, & Ops, cæteriqve fratres. Ex Saturno & Ope Jupiter, Juno, ac reliqui, quos utrique fratres appellari scimus, procreati. Atque ita deinceps de tota Nepotum serie. Eapropter sane hic nobis Philosophus relinqvendus fuit, qui nec uti Philosophum decuit, nec secum ipse consentiens, fabulosas in Diis Poetarum genealogias propagationesqve simularit. Nam audi sis qvemadmodum idem loquatur in Republica, In majoribus, inquit, fabulis, minores etiam facile videbimus. Necesse enim est, speciem unam aliquam esse, vimque minoribus æque majoribusqve communem. An non ita sentis? Equidem, inquit ille: sed

A νοις, τὴν τῶν Θεῶν προσηγορίαν καταισχύνοντα, καὶ μετὰ τὸ μέγα τῆς μεγαλοφωνίας ὕψος, δι' ἧς τὸν Πατέρα καὶ Δημιουργὸν εἰδέναι τοῦδε τοῦ παντὸς διετείνατο, ἄνωθέν ποθεν ἐξ ὑπερκοσμίων ἁψίδων, εἰς τὸν κατωτάτω βυθὸν τῆς θεομισοῦς εἰδωλολατρείας, τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων συνωθούμενον· ὡς μὴ διατρέπεσθαι, τὸν Σωκράτην καταξιῶσαι φάναι εἰς Πειραιᾶ προσευξόμενον τῇ Θεῷ, καὶ τὴν βάρβαρον ἑορτὴν τοὺς πολίτας τότε πρῶ- B τον ἐπιτελοῦντας θεασόμενον, καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ θῦσαι ὁμολογοῦντα προστάξαι, τόν τε πάτριον Ἑλλήνων ἐξηγητὴν, τὸν ἐγκαθήμενον ἐν Δελφοῖς Δαίμονα θειάζοντα. διὸ καὶ εἰκότως τῆς ἀφιλοσόφου πλήθους τὴν αἰτίαν τῆς δεισιδαίμονος πλάνης ἐπιγράψαιτο ἄν. Ἀνάλαβε γοῦν σμικρὸν ἄνωθεν τὸν λόγον, καὶ θέα οἷά σοι ὁ πάνσοφος, μετὰ τὰς ἀσωμάτους καὶ ἀφθάρτους ἰδέας, καὶ μετὰ Θεὸν πρῶτον, καὶ δεύτερον Αἴ- C τιον, καὶ μετὰ νοερὰς καὶ ἀθανάτους οὐσίας, περὶ τῆς πανδήμου δόξης, ἐνομοθέτει, λέγων, Περὶ δὲ τῶν ἄλλων Δαιμόνων εἰπεῖν, καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. Πιστευτέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν Θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τοὺς ἑαυτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν Θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, καίπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων λέγουσιν· ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φάσκουσιν ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. D Οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους ἡμῖν ἡ γένεσις περὶ τούτων τῶν Θεῶν ἐχέτω, καὶ λεγέσθω· Γῆς τε, καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς ἐγενέσθην· τούτων δὲ Φόρκυς, Κρόνος τε, καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων· ἐκ δὲ Κρόνου καὶ Ῥέας, Ζεὺς, Ἥρα τε, καὶ πάντες, ὅσους ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν, ἔτι τε τοὺς τούτων ἄλλους ἐκγόνους. Διὰ δὴ ταῦτα, ἀπολειπτέος ἡμῖν ὁ Φιλόσοφος, οὐ κατὰ Φιλόσοφον, οὐδ' αὐτὸς αὐτῷ συμφώνως, τὰς μυθικὰς τῶν Ποιητῶν γενεαλογίας καθυποκεινάμενος. αὐτοῦ μὲν γὰρ ἄκουσαι φάντος ἐν Πολιτείᾳ τάδε, Ἐν τοῖς μείζοσιν, ἦν δ' ἐγώ, μύθοις ὀψόμεθα καὶ τοὺς ἐλάττους. δεῖ γὰρ δὴ τὸν αὐτὸν τύπον εἶναι, καὶ ταὐτὸν δύνασθαι τούς τε μείζους καὶ τοὺς ἐλάττους· ἢ οὐκ οἴει; Ἔγωγε, ἔφη· ἀλλὰ

οὐκ ἐννοῶ, οὐδὲ τοὺς μείζους τίνας λέγεις. Οὓς Ἡσίοδός τε καὶ Ὅμηρος, εἶπον, ἡμῖν ἐλεγέτην, καὶ οἱ ἄλλοι Ποιηταί. οὗτοι γάρ που μύθους ψευδεῖς τοῖς ἀνθρώποις συντιθέντες, ἔλεγόν τε καὶ λέγουσι. τὰ μικρῷ πρόσθεν τεθειμένα. πάλιν τε αὐτοῖς ἦν, καὶ τὰ δι' ὧν ἔφησεν, Ἐξαλείψομεν ἄρα, ἦν δ' ἐγώ, ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἔπους ἀρξάμενοι, πάντα τὰ τοιαῦτα,

Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν
ἄλλῳ.

καὶ τὰ ἑξῆς· δι' ὧν τε ἐπιλέγει, Πάλιν δὴ Ὁμήρου δεησόμεθα, καὶ τῶν ἄλλων Ποιητῶν, μὴ ποιεῖν Ἀχιλλέα Θεᾶς παῖδα,

Ἄλλοτ' ἐπὶ πλευρὰς κατακείμενον, ἄλλοτε δ' αὖτε
Ὕπτιον,

καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα. οἷς ἐπάγει, Ἢ Δία, καθευδόντων τῶν ἄλλων Θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ὡς μόνος ἐγρηγορὼς ἃ ἐβουλεύσατο, τούτων πάντων ῥᾳδίως ἐπιλαθόμενον, διὰ τὴν τῶν ἀφροδισίων ἐπιθυμίαν· καὶ οὕτως ἐκπλαγέντα ἰδόντα τὴν Ἥραν, ὥστε μηδ' εἰς τὸ δωμάτιον ἐθέλειν ἐλθεῖν, ἀλλ' αὐτοῦ βουλόμενον χαμαὶ συγγίνεσθαι κορυδοῦ δίκην· καὶ λέγοντα, ὡς οὕτως ὑπὸ ἐπιθυμίας ἔχεται, ὡς οὐδὲ ὅτε πρῶτον ἐφοίτων πρὸς ἀλλήλους, φίλους λήθοντε τοκῆας. οὐδὲ Ἄρεώς τε καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμόν· οὐδ' ἕτερα τοιαῦτα. Ὧν οὕτω τὸν τρόπον εἰρημένων, τί δῆτα βούλεται αὐτῷ ἡ μετὰ ταῦτα φωνή, τοὺς μὲν Ποιητὰς Θεῶν παῖδας ὀνομάζουσα, καὶ τό τε ἀπιστεῖν αὐτοῖς ἀδύνατον εἶναι φήσασα, καίπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων αὐτοὺς ἀποδείξεων, τοὺς περὶ Θεῶν μύθους πάλαι μαρτυραμένη; τί δὲ ἡ ἄλογος ἐθέλει πίστις, δέει τῆς ἀπὸ τῶν νόμων τιμωρίας προβεβλημένη; πῶς δὲ Θεῶν οὐρανὸς καὶ γῆ πρῶτοι, ἔπειτα τούτων ἔγγονοι, Ὠκεανὸς, καὶ Τηθὺς, Κρόνος τε, καὶ Ῥέα, καὶ Ζεὺς, μετὰ τούτους ἅπαντας, Ἥρα τε, καὶ πάντες οἱ παρὰ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου μυθευόμενοι παῖδες καὶ ἀδελφοί, καὶ ἔγγονοι τούτων, ὁπότε ταῦτα αὐτὰ ἀνῄρει λέγων· Ὅπερ, ἦν δ' ἐγώ, χρὴ πρῶτον καὶ μάλιστα μέμφεσθαι, ἄλλως τε καὶ ἐάν τις μὴ καλῶς ψεύδηται. Τί τοῦτο; Ὅταν εἰκάζῃ τις κακῶς τῷ λόγῳ περὶ Θεῶν τε καὶ Ἡρώων, οἷοί εἰσιν, ὥσπερ γραφεὺς μηδὲν

Quas tu majores dicas, non capio. Quas Hesiodus, inqvam, atqve Homerus, cæterique Poetæ commemorant. Illi enim falsas hominibus fabulas commenti, & narrabant, olim hodieque narrant. Ea videlicet, quæ paulo ante retulimus. Rursus ejusdem & alia illa sunt, Hæc igitur omnia deleamus, inqvam, ab isto versu inchoantes,

Malim equidem cuivis alii servire colonus.

Et qvæ seqvuntur. Tum hæc præterea quæ subjungit, Iterum ab Homero, inquit, cæterisqve Poetis flagitabimus, uti ne Achillem Dea satum fingant,

Nunc in utrumqve latus, nunc & jacuisse supinum,

Et cætera. Qvibus ita subdit, Aut Jovem, inquit, dormientibus cæteris, tam Diis, qvam hominibus, quæ solus vigilans secum ipse statuerat, eorum facile omnium vi qvadam libidinis impotenti memoriam excussisse; itaque Junonis aspectu perculsum esse, ut ne domum quidem repetere, sed in eodem ipso loco, humi, ut alaudæ solent, voluptati servire voluerit; cum eam se cupiditatis vim sentire diceret, quam ne tum quidem esset expertus, qvum inter sese primum convenerant, carorum obliti parentum: nec vincula Marti ac Veneri a Vulcano injecta, nec aliud quicquam id genus. Quæ cum ipse dixisset, quid tandem sibi vult, qvod Poetas Deorum liberos subinde vocat, fierique negat posse, quin fides iis habeatur, cum ipsemet has ab illis absqve ulla vel necessaria, vel probabili demonstratione, confictas Deorum fabulas esse testetur? Quid autem inconsiderata illa fides, quam etiam legum metu septam ac munitam esse voluit? Qui verum præterea, Deorum Principes Cœlum ac Terram esse, tum eorum deinde sobolem, Oceanum, Tethyn, Saturnum, Opem, Jovem, cæterosque deinceps omnes, Junonem, & quotquot Homerus atque Hesiodus, istorum liberos, fratres, ac nepotes fabulantur, cum illa ipsa commenta funditus his verbis sustulerit. Cui ego, inqvit, quod & primum, & omnium maxime reprehendendum est, præsertim ubi quis non recte mentiatur. Quid illud porro? Ubi quis male Deorum Heroumque naturam oratione repræsentat, perinde ut Pictor faceret, qui tabellam ei rei nulla ex parte simi-

» lem pingeret, quam penicillo exprimen- » dam suscepisset. Itemqve, Primum, in- » quam, maximum illud, maximisqve de re- » bus mendacium, qui narravit Hesiodus, » quid videlicet actum a Cœlo fuerit, quamq; » vicissim ei pœnam Saturnus reposuerit, per- » peram omnino confinxit. Et quæ seqvuntur. Qui tandem amabo, quos hic vanos ac mendaces appellat, iidem ipsi Poetæ Deorum nepotes habeantur? Jure nimirum ac merito relinqvendus iste nobis, qui mortis metu Populum Atheniensem histrionum more demulcebat: observandus contra Moses, & amplectenda Hebræorum oracula, quæ sincera prorsus, unaqve adeo, veraqve, & ab omni errore vacua pietate antecellunt. Jam aliud hoc intuere.

A ἐοικότα γράφων οἷς ἂν ὅμοια βουληθῇ γράψαι. καὶ πάλιν, Πρῶτον μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ μέγιστον ψεῦδος, ὁ εἰπὼν, οὐ καλῶς ἐψεύσατο, ὡς Οὐρανός τε εἰργάσατο, ἅ φησι δρᾶσαι αὐτὸν Ἡσίοδος, ὅ, τε αὖ Κρόνος ὡς ἐτιμωρήσατο αὐτόν. Καὶ τὰ τούτοις ἑξῆς. Πῶς οἱ νῦν ψευδεῖς καὶ οὐκ ἀληθεῖς Ποιηταὶ, πάλιν οἱ αὐτοὶ Θεῶν ἔγγονοι λέγοιντ' ἄν; ἀλλὰ γὰρ τοῦτον δὴ χαίρειν ἀπολειπτέος μὲν ἡμῖν οὗτος, διὰ θανάτου τὸν Ἀθηναίων δῆμον κα- B θυποκεινάμενος· τιμητέος δὲ Μωσῆς, τά τε Ἑβραίων λόγια καθαρῶς ἐξεχόμενα διόλου τῆς μόνης ἀληθοῦς καὶ ἀπλανοῦς εὐσεβείας. Θέα δὴ καὶ ἄλλα.

XV.

NON IN OMNIBUS PLATONIS, sed Hebræorum, probandam esse de spiritalibus Naturis disputationem.

ιε.

ΟΤΙ ΜΗ ΚΑΘΟΛΟΥ ΟΡΘΩΣ Ο Πλάτων τὸν περὶ τῶν νοητῶν οὐσιῶν ἐφώδευσε λόγον, ἀλλ' Ἑβραῖοι.

C

Cap. IX. Trap.

NATURAS, inter rationis participes, medias, ortus sui principium habuisse Hebræi docent. Easdem in varios spiritalium substantiarum ordines distributas, Spiritus, Virtutes, Dei administros, Angelos, atqve Archangelos nominant. Quo ex numero, qui suapte culpa ciciderunt, Dæmonum ex iis genus, vimqve omnem hominibus inimicam infestamqve ducunt. Quocirca nec eos Deorum in loco haberi patiuntur, qui non ex sese modo insitum naturæ suæ ac proprium honestum bonumqve non habeant, verum etiam ne sint ipsi quidem per sese, sed a rerum universarum conditore, ut essent, acceperint: qui deniqve, ut bene sint, ut virtute, ut immortalitate gaudeant, ne dotibus quidem fruantur iis, quomodo aut præpotens rerum omnium Deus, aut Verbum illud, cujus vi omnia extitere. At Plato, licet cum Hebræis naturas quasdam ratione præditas, incorporeas, ac spiritales esse statuat, haud tamen consentanee loquitur, dum easdem, primo qvemadmodum & animam omnem, nullo ortu generatas, deinde quadam ex primi Principii fluxione satas esse docet. Neque enim illas prorsus e nihilo extitisse concedit. Itaqve plurium Deorum nationem constituit, quos omnes primi secundiqve Principii fluxiones quasdam ac proseminationes esse vult; quæ quod suapte

ΕΒΡΑΙΟΙ τὴν μέσην τῶν λογικῶν φύσιν, γεννητὴν, ἀλλ' οὐκ ἀγέννητον εἶναί φασι. Ταύτην δὲ εἰς νοερὰς οὐσίας διαιροῦντες τῷ λόγῳ, πνεύματα, καὶ δυνάμεις, καὶ Θεοῦ λειτουργοὺς, Ἀγγέλους τε, καὶ Ἀρχαγγέλους ἐπονομάζουσιν. ἐκ δὲ τῆς τούτων ἀποπτώσεως καὶ παρατροπῆς, τὸ δαιμόνων γένος, καὶ πᾶν τὸ τῆς ἐναντίας καὶ μοχθηρᾶς ἐνεργείας εἶδος εἰσάγουσι. Διόπερ οὐδὲ Θεοὺς ἐπιτρέ- D πουσιν ἡγεῖσθαι, τοὺς μὴ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἀχώριστον φύσεως ἐπαγομένους, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι οὐ παρ' ἑαυτῶν, παρὰ δὲ τοῦ πάντων Αἰτίου ἐπενηνεγμένους· τό, τε εὖ εἶναι, καὶ τὴν ἀρετὴν, αὐτό τε τὸ ἀθάνατον. οὔτε τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ ὁμοίως, οὔτε δι' οὗ τὰ πάντα συνέστη ἐπιφερομένους. Ὁ δέ γε Πλάτων, ἀσωμάτους μὲν καὶ νοερὰς οὐσίας, τὰς λογικὰς φύσεις ὁμοίως Ἑβραίοις ὑφίστησι, διαπίπτει δὲ τῆς ἀκολουθίας· πρῶτον μὲν, ἀγεννήτους εἶναι φάσκων αὐτὰς, ὥσπερ καὶ πᾶσαν ψυχήν· ἔπειτα ἐξ ἀπορροίας τοῦ πρώτου Αἰτίου συστῆναι λέγων. οὐδὲ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος αὐτὰς γεγονέναι διδόναι βούλεται. διὸ καὶ πλειόνων Θεῶν ὑποτίθεται εἶναι γένος, ἀπορροίας τινὰς καὶ προβολὰς τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου Αἰτίου τῷ λόγῳ ὑφιστάμενος· εἶναί τε

ἀγαθοὺς τὴν φύσιν, οὐδαμῶς τε οἵας τε τῆς οἰκείας ἐκστῆναι ἀρετῆς, ἐντεῦθεν αὐτοὺς καὶ Θεοὺς εἶναι δοξάζει. τούτων δὲ ἕτερον εἶναι τὸ Δαιμόνων φῦλον ἡγεῖται, φαυλότητος ὂν καὶ μοχθηρίας καὶ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τροπῆς δεκτικόν· ὧν τοὺς μὲν ἀγαθοὺς, τοὺς δὲ φαύλους εἶναί τε καὶ ὀνομάζεσθαι. Ταῦτα δὲ παρὰ τὰ Ἑβραίοις δοκοῦντα, τοῦτον ὑποθέμενος τὸν τρόπον, οὐκ ἀποδίδωσιν, ὁπόθεν ὑποστῆναι φαίη εἰκὸς τοὺς Δαίμονας. Ἐκ μὲν γὰρ τῆς τῶν σωμάτων ὕλης οὐδεὶς ἂν νοῦν ἔχων εἴποι· ἄλογος γὰρ αὕτη· λογικὰ δ' οὐκ ἄν ποτε ἐξ ἀλόγου τεχθείη, λογικοὶ δὲ οἱ Δαίμονες. Εἰ δ' ἐκ τῆς τῶν Κρειττόνων ἀπορροίας εἶεν, καὶ πῶς οὐ Θεοὶ καὶ αὐτοὶ τοῖς γεγεννηκόσιν ἐξ ἴσου; πῶς δ' ἀγαθῆς οὔσης πηγῆς, οὐχ ὅμοια καὶ τὰ παρ' αὐτῆς; κακίας δ' ἐν τοῖς δευτέροις ἡ βλάστη πόθεν ἐξέφυ, τῆς ῥίζης ἄνωθεν ἐξ ἀγαθῶν ἰούσης; πῶς δ' ἂν γένοιτο πικρὸν ἀπὸ τοῦ γλυκέος; εἰ δὲ δὴ σκότους παντὸς καὶ πικρίας πάσης χαλεπώτερον τὸ τῶν μοχθηρῶν Δαιμόνων γένος, πῶς ἐξ ἀπορροίας λέγοιτ' ἂν τῆς τῶν Κρειττόνων φύσεως; εἰ δὲ ἐκ τῆσδε ἦν, οὐδ' ἂν ἐτράπη τῆς οἰκείας ἕξεως. εἰ δ' ἠλλοίωται, οὐδ' ἦν τὴν ἀρχὴν ἀπαθὴς τὴν φύσιν. εἰ δ' οὐ τοιάδε ἦν, καὶ πῶς θεοὶ εἶεν, οἳ δὴ φαύλης οἷοί τέ εἰσι μετέχειν μοίρας; Ἀλλ' εἰ μήτε τῆς τῶν Κρειττόνων ἀπορροίας, μηδ' αὖ τῆς τῶν σωμάτων ὕλης εἶεν, ὥρα ἢ ἀγεννήτους λέγειν, καὶ παρὰ τῇ ἀγεννήτῳ ὕλῃ τῶν σωμάτων, τρίτον εἶδος λογικῶν ἀγεννήτων ἀντιπαραβάλλειν τῷ Θεῷ· οὐκέτι τε τὸν Θεὸν πάντων εἶναι ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων ἀποδιδόναι· ἢ τοῦθ' ὁμολογοῦντας, καὶ τὰ μὴ ὄντα ποιεῖν αὐτὸν τοῖς Ἑβραίων συμφώνως ὁμολογεῖν λόγοις. Τίνα δὲ οἵδε περὶ τῶνδε ἐκδιδάσκουσι; τὴν μέσην τῶν λογικῶν φύσιν, οὔτ' ἐκ τῆς τῶν σωμάτων ὕλης, οὔτ' ἐξ ἀπορροίας τῆς ἀγεννήτου, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης οὐσίας, ὑποστῆναί φασι· μὴ οὖσαν δὲ πρότερον, δυνάμει δραστηρίῳ τοῦ πάντων Αἰτίου γεγονέναι. ταύτῃ τε μὴ Θεοὺς εἶναι, μηδὲ κυρίως τῆσδε τῆς προσηγορίας ἠξιῶσθαι, ὅτι μηδὲ τὴν φύσιν ἰσοῦσθαι τῷ πεποιηκότι. μηδ' ἀχώριστον, ὁμοίως τῷ Θεῷ, τὸ ἀγαθὸν ἐφέλκεται, τό, τε τῷ

A natura bonæ sint, nec ullo unqvam modo propria virtute spoliari qveant, ab eo propterea Dii judicantur. Ab his diversam Dæmonum turbam esse putat, quæ improbitatem ac scelus admittere, atqve in deterius mutari possit: ex quibus proinde boni quidam, improbi alii sint ac vocentur. Quæ cum ipse, præter Hebræorum mentem ac sensum, ita statuit, unde tandem cum aliqva veri specie Dæmones extitisse dicamus, non explicat. Nam ex corporearũ quidem rerum materia nemo sanus dixerit;
B est enim illa rationis expers: quod autem ratione præditum est, id ex eo quod ratione careat gigni non potest, ratione autem præditi Dæmones sunt. Sin autem superiorum Naturarum propagatione sati illi sunt, qvidni æqve ac parentes, Dii sunt ipsi quoqve? qui fit ut ex bono fonte rivi dissimiles oriantur? unde in posterioribus germen illud improbitatis emergit, qvi radicem habent, a tanta primi usq; Principii integritate propagatam? qvo deniq; modo ex dulcibus amara nascuntur? Enimvero, si tenebris omnibus, si omni acerbitate gravius est improborum
C Dæmonum genus, quis illud ex meliorum ac diviniorum natura fluxisse dicat? ex qvo sane si fluxisset, nunquam ex proprio & naturali statu excidisset. Quod si tantum mutationis subire potuit, non igitur principio naturam habuit, ab omni patiendi necessitate liberam. Cujusmodi si Dæmones isti non erant, qui porro Dii esse possint, qui sceleratorum in classem abire potuerunt? Jam vero, si neq; melioribus illis ac superioribus ex naturis, neqve corporum ex materia ortum habuere, superest omnino, ut vel eos nun-
D qvam genitos esse dicamus; atq; ita præter illam corporum materiam, qvam ortu carere volunt, tertiam hanc naturarum, quæ ratione præditæ, ortu similiter careant, nationem, cum Deo componamus, Deumq; proinde rerum prorsus omnium conditorem esse, ac molitorem negemus: vel si universorum Parentem agnoscimus, eorum etiam quæ nulla sunt, ut Hebræorum literæ prædicant, auctorem illum esse fateamur. Qvænam vero illa sunt, qvæ ab ipsis de Naturarum istarum conditione traduntur? Eas medio qvodam, inter rationis participes, ordine comprehensas, neqve corporum ex materia, neqve ulla cujusqvam ortu carentis, ac semper eodem sese modo habentis naturæ fluxione satas esse docent; at nullæ antea cum essent, summi rerum Auctoris omnium effectrice vi procreatas. Quare nec Deos illas esse, nec ea proprie appellatione dignatas, quod neqve sint Effectori suo natura pares, nec perinde uti DEUS, proprium habeant sempiternumqve bonum.

imo ejusdem boni contrarium subire aliquando possint, dum negligentius melioris utuntur consvetudine, quam sibi profecto inseverit, quisquis suorum ipse motuum, suique sensus arbiter ex sese ac Dominus fuerit. Atque ista quidem hactenus. Jam transeamus ad alia.

A καλῷ ἐναντίον ἐστὶν ὅτε καὶ δέξοιτ' ἄν, ὀλιγωρίᾳ τῆς περὶ τὸ κρεῖττον χολῆς, ἣν αὐτὸς ἕκαστος αὑτῷ κατειργάσαι, τῆς οἰκείας ὁρμῆς τε καὶ γνώμης πεφυκὼς κύριος. Ταῦτα καὶ περὶ τάδε. μετίωμεν δὲ καὶ ἐφ' ἕτερα.

XVI.

DE ANIMO, NON RECTE UT Hebræos, in omnibus sensisse Platonem.

15.

ΟΤΙ ΜΗ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΟΡΘΩΣ ἐδόξασε περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων, ὁμοίως Ἑβραίοις.

B

Cap. X. Trap.

ANIMUM Plato, Hebræos sequutus, immortalem illum quidem, ac Deo similem esse statuit: verum ab iis postea discedens, essentiam ejus interdum compositam esse vult, quasi partem alteram habeat, ex individua suique semper simili causa delibatam, alteram ex dividua corporum natura decerptam. Enimvero sic ipse verbis » totidem in Timæo. At ille, inquit, Animum, » corpore, tam ortu quam virtute priorem, » sic tanqvam dominum servo imperaturum, » ex duobus istis atqve hâc ratione conflavit. » Duæ naturæ cum sint, individua una, quæ » semper eadem est, altera dividua, quæ in » corporibus locum habet, tertium ex utraq; » naturæ genus, ambarum in medio tempe- » ravit, sic ut aliquid ex ea, quæ semper ea- » dem, aliquid item ex illa, quæ altera subinde » atqve altera est, includeret, sicque tertium » hoc individuam inter, ac dividuam corpo- » rum naturam, æqvaliter medium constituit. » Quæ tria cum in manus sumpsisset, in unam » omnia speciem formamq; commiscuit, ejus, » quod alterum atq; alterum est, natura, tam- » etsi ad commiscendum perdifficili, vi tamen » hanc in societatem coñunionemq; pertracta. Hæc ille. ex quibus intelligas, quam probabiliter partem illam perturbationibus obnoxiam, cum animi ratione conjunxerit. At vero de Animi essentia nonnunqvam ita statuit, nonnunqvam deterius ei quoddam, atq; absurdius commentum affingit, dum divinam illam cœlestemq; naturam, illam & corporis expertem, & præditam ratione, illam Deo similem, ac summa Cœli culmina virtutis magnitudine superantem, e locis altissimis ac supra mundum eminentibus, in asinos, lupos, formicas, apes descendere confirmat, idqve a nobis, ut absque demonstratione ulla credamus, oratione contendit. Nam in Dialogo de Animo hæc habet. Ac tamdiu vagantur, inquit, donec ejus

ἙΒΡΑΙΟΙΣ ὁμοίως τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ὑποθέμενος, καὶ τῷ Θεῷ ὁμοίαν αὐτὴν εἰπὼν, οὐκέτ' ἀκολούθως αὐτοῖς, ποτὲ μὲν αὐτῆς τὴν οὐσίαν σύνθετον εἶναί φησιν, ὡς ἂν μέρος μὲν τι ἐπαγομένης τῆς ἀμερίστου, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης αἰτίας, μέρος δὲ τι τῆς περὶ τὰ σώματα μεριστῆς φύσεως. λέγει δ' οὖν αὐτοῖς ῥήμασιν ἐν Τιμαίῳ. Ὁ δὲ, καὶ γε- » νέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν καὶ πρεσβυτέραν » C ψυχὴν σώματος, ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρ- » ξομένου συνεστήσατο, ἐκ τῶνδε, καὶ τινῶδε τρό- » πῳ. τῆς ἀμερίστου, καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐχούσης » οὐσίας, καὶ τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γινομέ- » νης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ συνε- » κεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταὐτοῦ φύσεως » αὖ πέρι, καὶ τῆς τοῦ ἑτέρου, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ συν- » έστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτῶν, καὶ τοῦ » κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ. καὶ τρία λαβὼν » αὐτὰ ὄντα, συνεκεράσατο εἰς μίαν πάντα » D ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν, δύσμικτον οὖσαν, » εἰς ταὐτὸ ξυναρμόττων βίᾳ. Ἔνθεν εἰκό- » τως αὐτῷ, καὶ τὸ παθητικὸν μέρος τῷ λό- » γῳ τῆς οὐσίας αὐτῇ συνῆπται. ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὧδε περὶ ψυχῆς οὐσίας διείληφε, ποτὲ δὲ ἄλλο τι χεῖρον περιτίθησιν αὐτῇ τὸ ἀτόπημα, τὴν θείαν ἐκείνην καὶ οὐράνιον, τὴν ἀσώματον, καὶ λογικὴν, τὴν Θεῷ ὁμοίαν, καὶ δι' ἀρετῆς μέγεθος τὰς οὐρανίους ὑπερβαίνουσαν ἁψῖδας, ἄνωθέν ποθεν ἐκ τῶν ὑπερκοσμίων ἐπὶ ὄνους, καὶ λύκους, καὶ μύρμηκας, καὶ μελίττας κατιέναι φάσκων, καὶ τούτῳ πιστεύειν ἡμᾶς παρακαλῶν τῷ λόγῳ, ἄνευ τινὸς ἀποδείξεως. Λέγει δ' οὖν ἐν μὲν τῷ περὶ Ψυχῆς τάδε, Καὶ μέχρι γε τούτου πλανῶνται, ἕως ἂν

τῇ τοῦ σωματοειδοῦς ξυνεπακολουθοῦντος ἐπιθυμίᾳ, πάλιν ἐνδεθῶσιν εἰς σῶμα. ἐνδοῦνται δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη, ὁποῖα ἄττ' ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τύχωσιν ἐν τῷ βίῳ. Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα λέγεις, ὦ Σώκρατες; Οἷον, τοὺς μὲν τὰς γαστριμαργίας τε, καὶ ὕβρεις, καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας, καὶ μὴ διηυλαβημένους, εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη, καὶ τῶν τοιούτων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι· ἢ οὐκ οἴει; Πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις. Τοὺς δέ γε ἀδικίας, καὶ τυραννίδας, καὶ ἁρπαγὰς προτετιμηκότας, B εἰς τὰ τῶν λύκων τε, καὶ ἱεράκων, καὶ ἰκτίνων γένη· ἢ ποῖ ἂν ἄλλοσε φαῖμεν τὰς τοιαύτας ἰέναι; Ἀμέλει, ἔφη ὁ Κέβης, εἰς τὰ τοιαῦτα. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, δῆλα δὴ καὶ τἆλλα ᾗ ἂν ἕκαστα ἴοι, κατὰ τὰς αὐτῶν ὁμοιότητας, τῆς μελέτης. Δῆλον δὴ, ἔφη, πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν εὐδαιμονέστατοι, ἔφη, καὶ τούτων εἰσὶ καὶ εἰς βέλτιστον τόπον ἰόντες, οἱ τὴν δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐξ ἔθους τε καὶ μελέ- C της γεγονυῖαν, ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ; Πῇ δὴ οὗτοι εὐδαιμονέστατοι; Ὅτι τούτους εἰκός ἐστιν εἰς τοιοῦτον πάλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικὸν καὶ ἥμερον γένος, ἤ που μελιττῶν, ἢ σφηκῶν, ἢ μυρμήκων, ἢ καὶ εἰς ταὐτόν γε πάλιν τὸ ἀνθρώπινον γένος. Καὶ ἐν τῷ Φαίδρῳ δὲ ἐπάκουσον ὁποῖα διέξεισιν. Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ψυχὴ ἑκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐτῶν μυρίων· οὐ γὰρ πτεροῦται πρὸ τοσούτου χρόνου, πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως, ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας. αὗται δὲ D τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται, αἱ δὲ ἄλλαι, ὅταν τὸν πρῶτον βίον τελευτήσωσι, κρίσεως ἔτυχον. κριθεῖσαι δὲ, αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιωτήρια ἐλθοῦσαι, δίκην τίνουσιν· αἱ δ' εἰς τοὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι, διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἴδει ἐβίωσαν βίου. τῷ δὲ χιλιοστῷ, ἀμφότεραι ἀφικνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἵρεσιν τοῦ δευτέρου βίου, αἱροῦνται ὃν ἂν ἐθέλῃ ἑκάστη. ἔνθα δὴ καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνη ψυχὴ ἀφικνεῖται, καὶ ἐκ θηρίου, ὅς ποτε ἄνθρωπος ἦν, πάλιν εἰς ἄνθρωπον. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν Φαίδρῳ. Ἐν δὲ τῇ Πολιτείᾳ τοιάδε γράφοντος ἄκουε,

γρ. φιλοποσίας.

A qvam circumferant corporeæ labis cupiditate, corpori rursus illigentur. Moribus porro, uti par est, cum iis convenientibus illigari solent, quibus dum viverent, utebantur. Quos tu mores loqveris, o Socrates? Exempli causa, qui se in flagitia, in ventris gulæqve voluptates sic effuderint, nullam ut pudoris sui rationem haberent, eos ego simile veri arbitror, asinorum postea similiumqve ferarum vultus ac formas induere. Tibi vero num idem videtur? Quibus autem injuriæ, tyrannides, alienarumqve fortunarum direptiones placuerint, eos in luporum, aut accipitrum, atqve milvorum genus transcribi. Quo enim alio eos commigrare dixerimus? Prorsus, inquit Cebes, hoc in genus animantium jure commigrent. Ergo, inquit ille, de cæteris eodem modo philosophandum, prout eorum ad similitudinem, suis qvæq; studiis abrepta fuerit. Sane, inquit: quis enim id neget? Tum ille, Numqvid vero ex iis longe felicissimi sunt, & optimum in locum delati, qui popularem civilemqve virtutem, qvam Temperantiam Justitiamq; vocant, nullo Philosophiæ mentisqve præsidio, usu tantum & exercitatione partam complexi fuerint? Qui tu felicissimos hosce vocas? Quod eos verum sit, in civile rursus aliqvod atqve mansvetum, ut apum, ut vesparum, ut formicarum, aut etiam in hominum simile denuo genus remigrare. Hæc ille, quibus adjungas licet, quæ seqvuntur ex Phædro. Eum in statum, inquit, animus, ex quo quisqve profectus sit, non nisi decem annorum millium intervallo revertitur: nec enim ante hanc temporis conversionem alis instruitur, si tamen eorum, qvi caste integreq; philosophati sint, ac pueros ex philosophiæ præscripto amaverint, animos excipias. Hi enim tertio demum millenario circuitu, si ter hoc vitæ genus constanter optaverint, anno deniq; termillesimo, alis instructi evolant. At cæteri, posteaqvam prioris vitæ finem fecerunt, tum judicium subeunt, acceptaq; sententia, partim in subterranea suppliciorum loca delati, pœnas luunt, partim judicii facilitate sublevati, in aliquem cœli locum evehuntur, ubi pro ejus, qvam humana specie duxerunt, vitæ dignitate versentur. Utriq; porro sub anum conditionis huj⁹ millesimum, ad instituendã secundæ vitæ sortitionẽ, atq; electionem profecti, qvæ cuiq; placuerit, eligunt. Hic & in belliæ vitam humanus traducitur animus, & ex bestia, qui homo qvondam fuerat, in hominem denuo revolvitur. Hactenus in Phædro. Qvem eundem in Republica sic loqventem audi.

» Animum, inquit, illum, qui Orphei quon- A
» dam fuerat, vidisse se referebat, cum Oloris
» vitam eligeret, quod mulierum odio, qua-
» rum ipse manibus interfectus erat, mulieris
» satu generari nollet. Thamyri quoqve
» Animum vidisse, qui Philomelæ vitam
» optaret, imo & Olorem quendam, qui ho-
» mo rursus fieri mallet, cum aliis canoris
» animantibus, quæ vitæ similis, ut par erat,
» desiderio tenebantur. Ajacis Telamonii
» Animo Leonis vitam placuisse, quod illius
» de Achillis armis judicii memor, homo
» esse nollet. Sequutum inde Agamemno- B
» nis Animum, qui propter superioris vitæ
» molestias, humani generis pertæsus ipse
» quoque, vitam Aquilæ capesseret. Atalan-
» tæ Animum in media sortientium turba,
» summos Athletæ honores cum vidisset, te-
» nere se non potuisse, quin hoc vitæ genus
» arriperet. Tum Epei Panopeensis Ani-
» mum, in fœminæ manuum artificio præ-
» stantis naturam immigrasse. At procul
» extremos inter, ridiculi Thersitæ Animum
» vidisse, qui Simiæ formam indueret: Ulyssis
» vero, cum ei sortis fortuna postremus o-
» mnium locus obtigisset, ad eligendum ac- C
» cessisse: hunc vitæ prioris ærumnas me-
» moria repetentem, omni jam ambitione de-
» posita, privati ac soluti hominis vitam pas-
» sim oberrando perdiu quæsisse, tandemqve
» jacentem alicubi, atqve a cæteris neglectam
» ægre admodum reperisse, quam ubi vidis-
» set, affirmasse continuo, si vel ante omnes
» sibi sors addixisset, idem se omnino factu-
» rum, ac sic eam libenter elegisse. Ex aliis
» item bestiis, vel in homines, vel in sese mu-
» tuo commigrare solitos: sic quidem, ut
» injusti in agrestes, in cicures justi transirent, D
» atq; ita omni omnes mixtionis genere per-
misceri. Hæc Plato cum de Animo disputat, satis ostendit ad Ægyptiorum se doctrinam adhærescere. Neque enim Hebræorum illa fuit, neqve est conjuncta cum vero. Qvam tamen causæ nihil est, quamobrem hoc loco refellamus, cum nullis ad eam confirmandam argumentis incubuerit. Unum hoc animadvertere juverit, pugnare secum illum atqve confligere, qui cum impiorum Animos ante docuerit; simulatqve migraverint e corpore, atqve has terrarum plagas deseruerint, pœnas apud inferos criminum suorum dare sempiternas; eosdem contra deinde scribat, novum hic vitæ genus suo quemqve arbitrio deligere. Eos enim corporearum, qvam adhuc retineant, formarum cupiditate, corpus inducere asserit: ita quidem, ut qvi lasciviæ ventriq; servierint, aut asinorum, aut brutarum aliarũ,

A Ἰδεῖν μὲν γὰρ ἔφη ψυχὴν, τήν ποτε Ὀρφέως »
γενομένην, Κύκνου βίον αἱρουμένην, μίσει τοῦ »
γυναικείου γένους, διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνα- »
τον, οὐκ ἐθέλουσαν ἐν γυναικὶ γεννηθεῖσαν »
γενέσθαι. Ἰδεῖν δὲ τὴν Θαμύρου Ἀηδόνος ἑλομέ- »
νην· ἰδεῖν δὲ καὶ Κύκνον εἰς ἀνθρωπίνου βίου αἵ- »
ρεσιν μεταβάλλοντα, καὶ ἄλλα ζῶα μουσικὰ »
ὡσαύτως, ὡς τὸ εἰκός. τὴν δὲ λαχοῦσαν ψυ- »
χὴν, ἑλέσθαι Λέοντος βίον, εἶναι δὲ τὴν Αἴαντος »
τοῦ Τελαμωνίου, φεύγουσαν ἄνθρωπον γενέσθαι, »
B μεμνημένην τῆς τῶν ὅπλων κρίσεως. Τὴν δὲ »
ἐπὶ τούτῳ τὴν Ἀγαμέμνονος, ἔχθρᾳ καὶ » M.
ταύτην τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, διὰ τὰ πάθη, »
Ἀετοῦ διαλλάξαι βίον. ἐν μέσοις δὲ λαχοῦσαν »
τὴν Ἀταλάντης ψυχὴν, κατιδοῦσαν μεγάλας »
τιμὰς Ἀθλητοῦ ἀνδρὸς, οὐ δύνασθαι παρελθεῖν, »
ἀλλὰ λαβεῖν. Μετὰ δὲ ταύτην ἰδεῖν τὴν Ἐπειοῦ »
τοῦ Πανοπέως, εἰς τεχνικῆς γυναικὸς ἰοῦσαν »
φύσιν. πόῤῥω δὲ ἐν ὑστάτοις, ἰδεῖν τὴν τοῦ γελωτο- »
ποιοῦ Θερσίτου, πίθηκον ἐνδυομένην. Κατὰ »
C τύχην δὲ, τὴν Ὀδυσσέως λαχοῦσαν πασῶν ὑ- »
στάτην, αἱρησομένην ἰέναι. μνήμῃ δὲ τῶν προ- »
τέρων πόνων, φιλοτιμίας λελωφηκυῖαν, ζη- »
τεῖν, περιιοῦσαν χρόνον πολὺν, βίον ἀνδρὸς »
ἰδιώτου καὶ ἀπράγμονος, καὶ μόγις εὑρεῖν »
κείμενόν που, καὶ παρημελημένον ὑπὸ τῶν »
ἄλλων, καὶ εἰπεῖν ἰδοῦσαν ὅτι ταῦτ' ἂν ἔπρα- »
ξε καὶ πρώτη λαχοῦσα· καὶ ἀσμένην ἑλέ- »
σθαι. Καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ θηρίων ὡσαύτως »
εἰς ἀνθρώπους ἰέναι, καὶ εἰς ἄλληλα· τὰ μὲν »
ἄδικα, εἰς τὰ ἄγρια· τὰ δὲ δίκαια, εἰς τὰ ἥμε- »
D ρα μεταβάλλοντα. καὶ πάσας μίξεις μίγνυσθαι. »
Τοσαῦτα περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων εἰπὼν, δῆ- »
λός ἐστιν αἰγυπτιάζων τῷ δόγματι. οὐ γὰρ Ἑβραί-
ων ὁ λόγος, ὅτι μηδὲ ἀληθείας φίλος. τοῦτο
δ' οὐ καιρὸς ἀπελέγχειν, ὅτι μηδ' αὐτὸς δι' ἀ-
ποδείξεων ἐνεχείρησε τῷ προβλήματι. Το-
σοῦτον δ' εὐλόγως τις ἂν ἐπισημήναιτο, ὡς
οὐκ ἦν σύμφωνα, τὸν αὐτὸν λέγειν, ἅμα τῇ
τελευτῇ τὰς ψυχὰς τῶν ἀσεβῶν ἐνθένδε ἀ-
παλλαττομένας, δίκας εἰς ᾅδου ὧν ἔδρασαν
διδόναι, κἀκεῖσε τιμωρεῖσθαι εἰς ἄπειρον· καὶ
πάλιν φάσκειν, αὐτὰς ταύτας ἐνταῦθα βίους
κατὰ γνώμην οἰκείαν αἱρεῖσθαι. ἐνδύεσθαι γὰρ
αὐτὰς εἰς σῶμά φησιν, ἐπιθυμίᾳ τοῦ σωμα-
τοειδοῦς· καὶ τὰς μὲν ὕβρει καὶ γαστριμαρ-
γίᾳ ἐντραφείσας, ὄνους γίνεσθαι, θηρίων τε
ἄλλων ὑποδύεσθαι σώματα, κατὰ γνώμην,
ἀλλ'

ἀλλ' οὐ κατὰ δίκην ταῦτα αἱρουμένας· τοὺς δὲ ἀδίκους καὶ ἅρπαγας, λύκους καὶ ἰκτῖνας γίγνεσθαι, ἐθελοντὰς ἐπὶ ταῦτ' ἐλθόντας. εἶτα Ὀρφέως μὲν ψυχὴν, Κύκνον εἶναι θελῆσαι· Θαμύρου δὲ, Ἀηδόνος· Θερσίτην δὲ Πιθήκου βίον ἑλέσθαι. Ποῦ δ' ἂν οὖν εἴη τὰ τῆς μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν κρίσεως, ἣν ἐν μὲν τῷ περὶ ψυχῆς ὑπογράφων φησὶν, Ὡς ἐπειδὰν ἀφίκωνται οἱ τετελευτηκότες εἰς τὸν τόπον, οἷ ὁ Δαίμων ἕκαστον κομίζει· οἱ μὲν ἂν δόξωσι μέσως βεβιωκέναι, πορευθέντες ἐπὶ τὸν Ἀχέροντα, ἀναβάντες ἃ δὴ αὐτοῖς ὀχήματά ἐστιν, ἐπὶ τούτων ἀφικνοῦνται εἰς τὴν λίμνην, καὶ ἐκεῖ οἰκοῦσί τε, καὶ καθαιρόμενοι, τῶν τε ἀδικημάτων διδόντες δίκας, ἀπολύονται, εἴ τίς τι ἠδίκησε· τῶν τε εὐεργεσιῶν τιμὰς φέρονται κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστος. οἳ δ' ἂν δόξωσιν ἀνιάτως ἔχειν διὰ τὰ μεγέθη τῶν ἁμαρτημάτων, ἢ ἱεροσυλίας πολλὰς καὶ μεγάλας, ἢ φόνους ἀδίκους καὶ παρανόμους πολλοὺς ἐξειργασμένοι, ἢ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα τυγχάνει ὄντα· τούτους δὲ ἡ προσήκουσα μοῖρα ῥίπτει εἰς τὸν Τάρταρον, ὅθεν οὔποτε ἐκβαίνουσι. Καὶ τὰ μὲν περὶ τῶν ἀσεβῶν ὧδέ πῃ διῆλθε. Περὶ δὲ τῶν εὐσεβῶν, ἐπάκουσον ὥς φησι, Τούτων δὲ αὐτῶν οἱ φιλοσοφίᾳ ἱκανῶς καθηράμενοι, ἄνευ τε καμάτων ζῶσι τοπαράπαν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, καὶ εἰς οἰκήσεις ἔτι τούτων καλλίους ἀφικνοῦνται, ἃς οὔτε ῥᾴδιον δηλῶσαι, οὔτε ὁ χρόνος ἱκανὸς ἐν τῷ παρόντι. Καὶ ἐν τῷ Γοργίᾳ δὲ παρέχες τί καί φησι, Τὸν μὲν δικαίως τὸν βίον διελθόντα καὶ ὁσίως, ἐπειδὰν τελευτήσῃ, εἰς μακάρων νήσους ἀπιόντα, οἰκεῖν ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ, ἐκτὸς κακῶν. τὸν δὲ ἀδίκως καὶ ἀθέως, εἰς τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον, ὃ δὴ Τάρταρον καλοῦσιν, ἰέναι. οἳ δ' ἂν τὰ ἔσχατα ἀδικήσωσι, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα ἀδικήματα ἀνίατοι γένωνται, ἐκ τούτων τὰ παραδείγματα γίγνεται. καὶ οὗτοι αὐτοὶ μὲν οὐκέτι ὀνίνανται, ἅτε ἀνίατοι ὄντες· ἄλλοι δὲ ὀνίνανται, οἱ τούτους ὁρῶντες, διὰ τὰς ἁμαρτίας τὰς μεγίστας, καὶ ὀδυνηρότατα καὶ φοβερώτατα πάθη πάσχοντας τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀτεχνῶς παραδείγματα ἀνηρτημένους ἐκεῖ ἐν ᾅδου ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἀεὶ τῶν ἀδίκων ἀφικνουμένοις θεάματα καὶ νουθετήματα.

pag. 410.

A sed tamen quas ipsimet optaverint, non quas pœnæ loco Judex imperarit, formas suscipiant: injusti similiter atque rapaces, lupi deinde milvique fiant, sed in ea corpora sponte commigrando: tum Orphei Animo, Cygni; Thamyri, Philomelæ; Thersitæ, Simii vitam placuisse. Quonam igitur ea, quæ de Animorum suis e corporibus migrationem excipiente judicio, in Dialogo de Animo tradit his verbis? Ut primum, inquit, eo mortui devenere, quo Dæmon quemque rapit: qui mediam vitæ rationem B tenuisse videantur, ii Acherontem petentes, conscensis ibi suis quique vehiculis ad paludem usque deferuntur. Ibi degunt aliquandiu, donec prorsus expiati, pœnisque criminum persolutis, quicquid ante peccaverint, absolvuntur: quinetiam beneficiorum quoque suorum præmia, pro sua quique dignitate ferunt. Atqui propter scelerum atrocitatem, locum remedio nullum reliquisse videantur, utpote crebris & immanibus sacrilegiis, aut plurimis cædibus nefarie & contra leges omnes perpetratis, & aliis ejusmodi piaculis obligati: hos vero digna plane sors in Tartarum, unde nunquam C emergant, præcipites agit. Ac de impiis quidem hæc habet. De piis vero quid subjungat, audi. Quo etiam ex numero, qui Philosophiæ opera expiati omnino purgatique discesserint, ii non modo sine ullis prorsus molestiis ævo sempiterno vivunt, sed etiam in domicilia longe adhuc nobiliora perveniunt, quæ nec verbis describere facile sit, nec per tempus commemorare mihi jam liceat. Quibus addas licet quæ scribit in Gorgia, Qui juste vitam sancteque traduxerit, eum statim ab obitu, in beatorum insulas proficisci, ubi ævum deinceps, sine mali cujusquam molestia, cum omni felicitate D ducat. Qui autem injuste & impie vixerit, eum in cruciatus ac supplicii carcerem, quem Tartarum vocant, detrudi. Postremo qui teterrima quæque perpetrarint, ac propterea insanabiles fuerint, ex iis demum exempla statuuntur. Nam ut nihil amplius juventur ipsi, quod nullius medicinæ vi sanari queant, alii certe juvantur, dum eos maximas, omnique acerbitate ac diritate teterrimas scelerum suorum pœnas in omnem consequentis temporis perpetuitatem sustinere vident: prorsus ut in illo inferorum ergastulo suspensa quædam exempla sint, quorum aspectu quotquot eodem improbi assidue deveniunt, officii commoneantur sui.

Hæc, amabo, qui tandem cum aliis illis convenire possint, quibus de permutatione corporum ita disputant, eorum ut electionem, Animorum potestatis & arbitrii totam esse velint? Quomodo enim cruciatus idem & carceres, tantamque pœnarum atrocitatem, postea quam hinc excesserit, perpetuo sustineat, & simul tanquam solutus vinculisque liber, quod sibi magis collibuerit, vitæ genus optet. Qui si delicias rursus ac voluptates sequuturus sit, quo mihi tum illud supplicii ac pœnarum ergastulum? Hæc aliaque sexcenta adversus hanc philosophandi rationem otiose quivis objecerit, quæ pluribus persequi hoc loco non vacat. Itaque primus hic in eo genere Platonis error ac lapsus esto. Alius vero, qui hujus in dogmatis enucleatione versatur, quo partem animi alteram divinam, ac ratione præditam, alteram & expertem rationis, & perturbationibus obnoxiam esse statuit, vel Platonicorum ipsorum est oratione damnatus, ut ex sequentibus constare potest.

XVII.

NON, QVEMADMODUM Platoni visum est, Animi naturam duabus ex partibus, quarum altera patiendi necessitate libera, patibilis altera sit, esse conflatam. Ex Severi Platonici disputatione de Animo.

„ JAM vero, inquit Severus, de Animo illo, quem a Deo nobis duplici ex parte, altera patiendi necessitatem excludente, altera subeunte conflatum, quasi medium quendam ex albo nigroque colorem obtrudit Plato, hæc in præsentia quæ dicamus, occurrunt. Partium illarum progressu temporis illabente dissidio, interire Animum oportebit, quemadmodum illam coloris medii temperationem, cum illi ex quibus ante coaluit, suapte natura paulatim, in suum quisque genus propriumque solvuntur, perire necesse est. Id quod si semel probabitur, morti certe obnoxium, non immortalem Animum esse ponemus. Etenim si pro confesso habeatur, hac in rerum natura, quod contrario careat, prorsus esse nihil, quæque mundi ambitu continentur omnia, ex adversis pugnantibusq; naturis Dei manu temperata esse, qui mutuam illis amicitiam & communionem injecerit, ut sicco & humido, calido & frigido, gravi & levi, albo & nigro, dulci & acerbo, duro & molli, naturæ denique patiendi experti, & naturæ ad patiendum aptæ, eaque id genus omnia una quadam

Ταῦτα πῶς ἂν δύναιτο συνᾴδειν τοῖς περὶ ἀμοιβῆς σωμάτων, ἃ τὴν ψυχὴν μετιοῦσαν αἱρεῖσθαι φάσκουσι, λόγοις; Πῶς γὰρ ἂν ἡ αὐτὴ τιμωρίας, καὶ δεσμωτήρια, καὶ ποινὴν τὴν δίκην εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, μετὰ τὴν ἐνθένδε τελευτήν, ὑφέξει, καὶ πάλιν οἷα τις ἀνειμένη, καὶ δεσμῶν ἐλευθέρα, βίους ἀνέλοιτ' οὓς ἂν ἐθέλῃ; εἰ δὲ τὰ καθ' ἡδονὴν μέλλοι πάλιν αἱρεῖσθαι, καὶ ποῦ τὸ τῆς τίσεώς τε καὶ δίκης δεσμωτήριον; μυρία δ' ἂν καὶ ἄλλα τις ἐπὶ σχολῆς ἐπιλέξαιτ' ἂν τοῦ λόγου, ὧν οὐ καιρὸς τὴν διάνοιαν μηκύνειν. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὀλίσθημα τῆς τοῦ Πλάτωνος περὶ τῶνδε δόξης, ταύτῃ πῃ πέφανται. Τὸ δ' ἕτερον τῆς τοῦ δόγματος διασκευῆς, δι' οὗ τὸ μέν τι θεῖον καὶ λογικὸν εἶναι τῆς ψυχῆς, τὸ δέ τι μέρος αὐτῆς ἄλογον καὶ παθητικὸν τυγχάνειν ᾠήσατο, καὶ πρὸς τῶν αὐτοῦ γνωρίμων κατέγνωσται, ὡς μαθεῖν ἔνεστιν ἀπὸ τῶν τοιῶνδε λόγων.

ιζ.

ΟΤΙ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΑ ΜΗ ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας, ἡ τῆς ψυχῆς συνέστηκε φύσις. ἀπὸ τῶν Σεβήρου τοῦ Πλατωνικοῦ περὶ ψυχῆς.

ΠΕΡΙ δὲ τῆς κατὰ Πλάτωνα ψυχῆς, ἥν φησιν ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας συστῆναι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐκ λευκοῦ καὶ μέλανος τῶν μέσων τι χρωμάτων, ἐκεῖνα ἔχομεν εἰπεῖν ὅτι ἀνάγκη, χρόνῳ διαστάσεως αὐτῶν γιγνομένης, ἀφανισθῆναι αὐτήν, ὡς τὸ τοῦ μέσου χρώματος σῴζουσιν, ἐπὶ τὰ οἰκεῖα ἑκάστου ἐξ ὧν συνέστη, ἐν χρόνῳ φύσει χωριζομένου. εἰ δὲ τοῦτο, φθαρτὴν ἀποφαινοῦμεν, ἀλλ' οὐκ ἀθάνατον τὴν ψυχήν. Εἰ γὰρ τοῦτο ὁμολογεῖται, μηδὲν τῶν ἐν τῇ φύσει ὄντων ἄνευ τοῦ ἐναντίου εἶναι, τά τε ἐν τῷ κόσμῳ ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων φύσεως ὑπὸ Θεοῦ κεκοσμῆσθαι, φιλίαν αὐτοῖς καὶ κοινωνίαν ἐμποιήσαντες αὐτοῦ, οἷον τῷ ξηρῷ πρὸς τὸ ὑγρόν, καὶ τῷ θερμῷ πρὸς τὸ ψυχρόν, τῷ τε βαρεῖ πρὸς τὸ κοῦφον, λευκῷ τε πρὸς τὸ μέλαν, γλυκεῖ τε πρὸς τὸ πικρόν, σκληρῷ τε πρὸς τὸ μαλακόν, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις μίαν

A ἄλλην πάντων κοινωνίαν, τῇ τε ἀπαθεῖ οὐσίᾳ πρὸς τὴν παθητήν· τὰ δὲ κραθέντα καὶ μιχθέντα, χωρισμὸν τὸν ἀπ' ἀλλήλων ἐν χρόνῳ φύσει ἐπιδέχεται· ἡ δὲ ψυχὴ ἐξ ἀπαθοῦς καὶ παθητῆς οὐσίας γεγονέναι ὑποκείσεται, ἀνάγκη ὡς τὸ μέσον χρῶμα, οὕτω καὶ ταύτην ἐν χρόνῳ φύσει ἀφανισθῆναι, τῶν ἐν τῇ συστάσει αὐτῆς ἐναντίων ἐπὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐπειγομένων. Ἢ γὰρ οὐχ ὁρῶμεν καὶ τὸ φύσει βαρὺ, κἂν ὑφ' ἡμῶν, ἢ τινος ἔξωθεν φυσικῆς προσγινο- B μένης αὐτῷ κουφότητος, ἄνω φέρηται, ὡς αὐτὸ ὁμοίως ἐπὶ τὴν οἰκείαν φύσιν κάτω βιάζεται; ὁμοίως δὲ καὶ τὸ φύσει κοῦφον, κατὰ τὰς ὁμοίας ἔξωθεν αἰτίας κάτω φερόμενον, ὡς αὐτὸ ὁμοίως ἐπὶ τὰ ἄνω βιάζεται; τὰ γὰρ ἐκ δύο τινῶν ἀλλήλοις ἐναντίων εἰς ταυτὸν συναχθέντα, ἀδύνατον ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ εἶναι, μὴ τρίτου τινὸς τῆς τῶν ὄντων οὐσίας ἀεὶ ἐνόντος αὐτοῖς. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔστι ψυχὴ τρίτον τι πρᾶγμα ἐκ δύο ἐναντίων ἀλλή- C λοις σύνθετον, ἁπλοῦν δὲ καὶ τῇ αὐτοῦ φύσει ἀπαθὲς καὶ ἀσώματον. ὅθεν Πλάτων, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν, ἀθάνατον αὐτὴν ἔφασαν εἶναι. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος κοινός ἐστι πάντων λόγος γεγενέναι, τὰ δ' ἐν ἡμῖν ἄνευ σώματος ἑκουσίως καὶ ἀκουσίως γιγνόμενα πάθη, τῆς ψυχῆς εἶναι λέγεται, οἱ μὲν πολλοὶ τούτῳ τεκμαιρόμενοι " τῷ παθητὴν εἶναι τὴν οὐσίαν αὐτῆς, θνητὴν αὐτὴν εἶναι λέγουσι, καὶ σωματοειδῆ, ἀλλ' οὐκ ἀσώματον. Ὁ δὲ Πλάτων, τῇ φύσει αὐτῆς ἀπαθεῖ προσηναγκάσθη τὴν D παθητὴν οὐσίαν προσυφᾶναι. ὅτι δὲ μὴ ἑτέρως ἔχει, ἐξ ὧν ἑκάτεροι εἰρήκασι, Πλάτων τε καὶ οἱ ἄλλοι, πειρασόμεθα τῷ λόγῳ, τὰς ἐν ἡμῖν ἐνεργούσας δυνάμεις παραθέντες, προσεξετάσαι. Ταῦτά μοι ἀπὸ τοῦ Σεβήρου τοῦ Πλατωνικοῦ, περὶ ψυχῆς παρακείσθω. σκέψαι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ τόδε, περὶ τῆς οὐρανοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ φωστήρων ἀρχῆς.

For. οὐ, vel del.

Pag. 411.

alia rerum omnium communione devinxerit: præterea si quæ mutuo temperata sunt, atque inter se se permixta, mutuum quoque temporis progressione divortium pro naturæ suæ conditione suscipiunt: Animum profecto, si partium illarum in eo concretionem ponimus, perinde uti colorem aliquem medium, naturæ suæ vitio tandem interire necesse erit: contrariis illis ex quibus ipse constabit, ad proprium naturæ suæ statum per se se properantibus. Quid enim? an non id videmus, quod suapte natura grave sit, licet a nobis, aut alia quavis extrinsecus indita naturali levitate, sursum agatur, ut tamen deorsum naturæ suæ vi ac pondere rapiatur? Similiter, quod suapte natura leve sit, licet extrinsecus simili quadam impellente causa, deorsum feratur, ut tamen suis quoque viribus sursum enitatur? Etenim quæ duobus ex contrariis unum in aliquid simul coierint, fieri non potest, ut eodem se modo semper habeant, nisi e rerum natura tertium aliquid cum iisdem perpetuo conjungatur. Sed Animus tertium quid profecto non est, duobus ex contrariis pugnantibusque compositum, sed potius unum aliquid simplex, naturaque sua ab omni & patiendi necessitate, & corporis mole liberum: ut eum propterea Plato Platonisque Sectatores, immortalem esse statuerint. At quoniam & hominem ex animo corporeque constare, vox est omnium una communis, & quæ citra corporis commercium, in nobis volentibus nolentibus commotiones existunt, animo assignantur universæ, naturam ejus patiendo obnoxiam esse conjicientes inde plerique, mortalem illum atque corporeum, non corporis expertem esse contendunt. Plato autem ad illam ejus partem, quæ suapte natura omnem patiendi necessitatem excluderet, alteram hanc ex se se patientem adjungere coactus est. Quod autem hæc illorum utrinque nec alia ratio fuerit, ex iis quæ cum a Platone, tum etiam ab aliis disputantur, ostendere, ac simul effectrices illas, quæ nobis insitæ sunt, facultates promere ac proferre conabimur. Hactenus Severi Platonici verba. Jam de Cœli, deque collucentium ibi Siderum principio, quid Plato senserit videamus.

A

XVIII.

DE COELO, DEQVE COLlucentibus in eo Sideribus, haud recte omnino sensisse Platonem. Ex Epinomide, Timæo, & Legum decimo. Quæ Moses coli omnia vetuit, qvemadmodum Hebræus etiam Philo interpretatur.

B

Cap. XI.

DE Cœlo, deqve collucentibus in eo Sideribus, ita quidem Hebræorum ex mente Plato philosophatur, uti & ortum aliquem habuisse, & a rerum omnium Conditore perfecta esse, & corporea interituique obnoxia natura constare doceat. Idem tamen eorum postea relicto ductu, cultum iis ac Divinitatem Legibus decernit sancitqve suis, dum in Epinomide hunc in modum loquitur. Ecquem vero, inquit, vobis, Megille, tuque o Clinia, tantopere Deum commendo? Cœlum, opinor, quod quidem verum fuerit cum cæteris Dæmonibus simul atque Diis, colere summisque precibus obsecrare. Nam ipsum quoque bonorum nobis aliorum omnium causam fuisse, merito fateamur. Inde plusculis interjectis, hæc ibidem subjungit. Nam Deos quidem illos, qui sub aspectum cadunt, maximos & maxima veneratione dignos, cunctaque passim acutissime pervidentes, Astra, inquam, illa, quæque cum iis extitisse agnoscimus omnia, Deorum omnium Principes habere nos oportet. Tum secundum eos, ac sub iis Dæmones colere. At genus illud aerium, quod tertiam obtinet mediamque sedem, quodque superos inter & homines interpretis munere fungitur, precationibus demereri cumprimis necesse est, felicem ut nobis suam hanc operam esse velint. Hæc ibi, quibus manifeste Divinitatem ipsis attribuit. Idem vero de prima eorum molitione sic philosophatur in Timæo. Sic Elementis, inquit, inter se se aptis atque connexis, ut qua proportione ignis cum aere, eadem aer cum aqua, & qua vicissim aer cum aqua, eadem aqua similiter cum terra congrueret; Mundum hunc ita devinxit atq; firmavit, ut spectari simul tangique posset. Ac propterea, cum ex illis & natura sua talibus, & numero quatuor, hujus Mundi corpus secum apte consentiens effectum est; tum ea se se amicitia proinde complectitur, ut in unum per se se coalescens, ab alio, quam ab eo, cujus manu colligatum est, dissolvi nunquam possit.

A

ιη.

ΠΕΡΙ ΟΥΡΑΝΟΥ, ΚΑΙ ΤΩΝ ἐν αὐτῷ φωστήρων, ὅτι μὴ καθόλου ὀρθῶς ἐδόξασεν ὁ Πλάτων. ἀπὸ τῆς Ἐπινομίδος, καὶ Τιμαίου, καὶ τοῦ δεκάτου τῶν Νόμων, ἅπερ Μωσῆς σέβειν ἀπαγορεύει, ὡς καὶ ὁ Ἑβραῖος Φίλων ἑρμηνεύει.

B

ΣΥΜΦΩΝΩΣ Ἑβραίοις, καὶ τὸν περὶ Οὐρανοῦ, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ φαινομένων ἀποδοὺς λόγον, καθ' ὃν γεννητὰ εἶναι, πρὸς τοῦ τῶν ὅλων Αἰτίου πεποιημένα, μετέχειν τε τῆς σωματικῆς καὶ φθαρτῆς οὐσίας συνέστη· οὐκέθ' ὁμοίως Ἑβραίοις σέβειν αὐτὰ νομοθετεῖ, καὶ Θεοὺς ἡγεῖσθαι, ὧδε φάσκων ἐν Ἐπινομίδι. Τίνα δὴ καὶ σεμνύνων ποτὲ λέγω Θεόν, ὦ Μέγιλλε, καὶ Κλεινία; Σχεδὸν οὐρανόν, ὃν καὶ δικαιότατον, ὡς ξύμπαντες ἄλλοι C Δαίμονες ἅμα καὶ Θεοί, τιμᾷν τε καὶ εὔχεσθαι διαφερόντως αὐτῷ· τὸ δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἴτιον ἀγαθῶν πάντων ἡμῖν αὐτὸν γεγονέναι, πάντες ἂν ὁμολογοῖμεν. Εἶθ' ὑποβὰς ἐν τῷ αὐτῷ προστίθησι ταῦτα· Θεοὺς δὲ δὴ τοὺς ὁρατούς, μεγίστους καὶ τιμιωτάτους, καὶ ὀξύτατον ὁρῶντας πάντῃ, τοὺς πρώτους, τὴν τῶν ἄστρων φύσιν λεκτέον, καὶ ὅσα μετὰ τούτων αἰσθανόμεθα γεγονότα. μετὰ δὲ τούτους, καὶ ὑπὸ τούτοις ἑξῆς Δαίμονας· ἀέριον δὲ γένος, ἔχον ἕδραν τρίτην καὶ μέσην, D τῆς ἑρμηνείας αἴτιον, εὐχαῖς τιμᾷν μάλα χρεών, χάριν τῆς εὐφήμου διαπορείας. Διὰ τούτων Θεοὺς εἰπὼν εἶναι τοὺς δηλωθέντας, περὶ τῆς πρώτης αὐτῶν συστάσεως φυσιολογῶν ἐν Τιμαίῳ, τοιάδε διεξέρχεται· Ὅ, τι πῦρ πρὸς τὸν ἀέρα, τοῦτο ἀὴρ πρὸς ὕδωρ· καὶ ὅ, τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο ὕδωρ πρὸς τὴν γῆν, ξυνέδησε, καὶ ξυνεστήσατο οὐρανὸν ὁρατὸν καὶ ἁπτόν. καὶ διὰ ταῦτα, ἔκ τε δὴ τούτων τοιούτων, καὶ τὸν ἀριθμὸν τεττάρων, τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν, φιλίαν τε ἔχεν ἐκ τούτων, ὥστ' εἰς ταὐτὸν αὐτῷ ξυνελθόν, ἄλυτον ὑπὸ τῶν ἄλλων, πλὴν ὑπὸ τοῦ ξυνδήσαντος γενέσθαι.

Εἶτ' ἐπιλέγει, Ψυχὴν δ' εἰς τὸ μέσον αὐτοῦ θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε, καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψε, καὶ κύκλῳ δὴ κύκλον στρεφόμενον, οὐρανὸν μόνον ἕνα ἔρημον κατέστησε. Καὶ πάλιν ὑποβὰς ἐπιφέρει λέγων, Ἐξ οὖν λόγου καὶ διανοίας Θεοῦ τοιαύτης πρὸς χρόνου γένεσιν, ἵνα γεννηθῇ χρόνος, Ἥλιος, καὶ Σελήνη, καὶ πέντε ἄλλα Ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλάνητες, εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γέγονε· σώματα δὲ αὐτῶν ἑκάστων ποιήσας ὁ Θεὸς, ἔθηκεν εἰς τὰς B περιφορὰς, ἃς ἡ θατέρου περίοδος ᾔει. Καὶ ἐπιλέγει, Δεσμοῖς τε ἐμψύχοις σώματα δεθέντα ζῶα ἐγεννήθη, τό, τε προσταχθὲν ἔμαθε. Καὶ ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν Νόμων, καθόλου περὶ πάσης ψυχῆς ἀποφαίνεται, λέγων ὧδε, Μεταβάλλει μέντοιγε πάνθ' ὅσα μέτοχά ἐστι ψυχῆς, ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένα τὴν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν. μεταβαλόντα δὲ φέρεται κατὰ τὴν τῆς εἱμαρμένης τάξιν καὶ νόμον· μικρότερα μὲν τῶν ἠθῶν μεταβαλόντα, ἐλάττω κατὰ τὸ τῆς χώρας C ἐπίπεδον μεταπορεύεται· πλείω δὲ καὶ ἀδικώτερα, μεταπεσόντα εἰς βάθος.

Vid. Not. Εἰ δὴ οὖν μεταβάλλει πάνθ' ὅσα μέτοχά ἐστι ψυχῆς, ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένα τὴν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν· μεταβαλόντα δὲ φέρεται κατὰ τὴν τῆς εἱμαρμένης τάξιν καὶ νόμον, μικρότερα μὲν τῶν ἠθῶν μεταβαλόντα, ἐλάττω κατὰ τὸ τῆς χώρας ἐπίπεδον μεταπορεύεται, πλείω δὲ καὶ ἀδικώτερα, μεταπεσόντα εἰς βάθος.

pag. 400. Εἰ δὴ οὖν μεταβάλλει πάνθ' ὅσα μέτοχά ἐστι ψυχῆς, ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένα τὴν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν, οὐρανὸς δὲ καὶ Ἥλιος καὶ Σελήνη, μέτοχά ἐστι D ψυχῆς, κατ' αὐτὸν τὸν Πλάτωνα, καὶ ταῦτα ἄρα μεταβάλλοι ἂν, ἐν ἑαυτοῖς κεκτημένα τὴν τῆς μεταβολῆς αἰτίαν, κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον. Πῶς οὖν πάλιν αἰδίους αὐτοὺς εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο Θεοὺς φησι, καίπερ ἐν σώματι φθαρτῷ ὄντας, καὶ λυθῆναι οἴοντες; λέγει δ' οὖν πάλιν ἐν Τιμαίῳ, Ἐπεὶ δ' οὖν πάντες ὅσοι τε περιπολοῦσι φανερῶς, καὶ ὅσοι φαίνονται, καθόσον ἂν ἐθέλωσι Θεοὶ, γένεσιν ἔχον, λέγει πρὸς αὐτοὺς ὁ τόδε τὸ πᾶν γεννήσας τάδε, Θεοὶ Θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἄλυτα ἐμοῦ μὴ θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν, λυτόν. τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ. δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὖν οὐκ ἐστε, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν·

A Qvibus hæc post nonnulla subjungit. Animum autem ejus in medio collocatum, ita per universum effudit, ut ipsum qvoqve corpus extrinsecus eo circumfuderit: adeoqve mundum hunc, orbem unum aliqvem, quique in orbem converteretur, eundemque solum ac sine cujusquam alterius consortio esse voluit. Atque iterum inferius. Hoc igitur, inquit, divinæ providentiæ consilio, uti tempus existeret, Sol, Luna, ac cætera quinqve Sidera, quæ vulgo errantia nominantur, procreata sunt, quorum motu B numerorum temporis & extare ratio, & observari posset. Horum corpora singulorum molitus Deus, iis motibus servire jussit, quos alterius conversio efficeret. Et paulo post, Hæc, inquit, corpora animatis vinculis colligata, animantia evasere, atque imperati sibi rationes cognovere. Idem vero Legum decimo universe de omni animo sic loquitur, Quicquid animo præditum est, inquit, id omne, quod mutationis in se se causam habeat, mutetur necesse est. Quo in mutationis genere, singula fati ordinem ac legem sequuntur. Ita, quæ suis in C moribus minora tantum aliqua mutaverint, ea minus depressa per summum duntaxat regionis solum incedunt: quæ plura gravioraque peccaverint, profundo gurgite hauriuntur. Si ergo quicquid animo præditum est, idem est mutationi obnoxium, cujus in se se causam includat; Cœlum autem, Sol, atque Luna, ut Plato ipse statuit, animo prædita sunt; eadem qvoqve sunt mutationi obnoxia, cujus in se se causam includant, si quid efficit ejus ratiocinatio. Quod si ita est, quomodo rursus æternitatem in illis, ac proinde Divinitatem agnoscit, cum ex caduco mortalique D corpore concreta dissolvi aliquando possint? Nam in Timæo quidem hæc ipse. Quoniam igitur, inquit, Dii omnes, tam qui palam volvuntur in Cœlo, qvam qui videndos se se nobis pro voluntate præbent, ortum habuere, sic eos Universi hujus Conditor alloquitur. Hæc vos, qui Deorum satu orti estis, attendite. Quorum operum ego Parens, Effectorque sum, quæ per me facta, non sunt dissoluta me invito: quanquam omne colligatum solvi potest. Sed haud quaquam boni est, ratione vinctum velle dissolvere. Sed quoniam orti estis, immortales vos quidem esse, & indissolubiles non potestis:

» neutiquam tamen dissolvemini, nec vos ulla mortis fata periment. Consilium enim meum majus est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa, quibus estis, tum cum gignebamini, colligati. Hactenus ille. Jure ergo Moses Hebræorumque oracula prohibent, quo minus cultum iis ac Divinitatem tribuamus: contraqve jubent, uti sursum animis ad rerum omnium Moderatorem Deum, ipsum, inqvam, Solis, atqve Lunæ, Siderumque reliquorum, imò Cœli Mundiqve totius Effectorem sublatis, unum illum, cujus verbo apta ex se se nexaqve sunt omnia, & Deum habeamus, & augusto illo cultu prosequamur. Nam ita quidem Moses præcipit, *Ne videns Solem, & Lunam, & omnes Stellas, & omnem ornatum Cœli, errore deceptus adores ea.* Quod ejus interdictum uberius explanans Philo, rerum Hebræarum scientissimus, hunc in modum loqvitur: Sunt qui Solem atque Lunam Astraqve cætera, præpotentes ex se se Deos esse rati, causas ipsi eorum quæ fiunt omnium assignarunt. At vero Moses & genitum esse Mundum, & instar magnæ cujusdam Reipublicæ, suos qvoqve Principes ac subditos habere statuit. Et Stellas quidem tam errantes, quam orbibus suis affixas, quæ omnes in cœlo versantur, Principum loco munereqve fungi; Luna vero inferiores naturas, sive aerem teneant, sive propius cum terra cohæreant, subditorum in classe graduque consistere. Veruntamen Principes illos, non potestatis omnino jurisqve sui, sed unius cunctorum Parentis quosdam quasi Præfectos esse, cujus dum regendi consilium ac rationes imitantur, quicquid existit nasciturque rerum, id omne feliciter ex æquitatis legisque præscripto moderari. At vero, qui Sessorem illum frænos habenasque regentem non viderent, eos jugalibus istis, quasi per se se res efficerent, omnium quæ hoc in orbe fierent, causas tribuisse. Quorum stultitiam nova ut scientia sanctissimus Legislator emendet: *Ne tu,* inquit, *videns Solem, & Lunam, & Stellas, & omnem ornatum Cœli, errore deceptus adores ea.* Præclare omnino rem tetigit, dum eorum, quibus nova hæc Numina probarentur, consilium errorem appellavit. Nam qui dum viderent, aut Solis accessu recessuque annuas illas tempestates existere, quibus animantium, plantarum, fructuumque ortus, maturitatem suam certis ac descriptis temporum conversionibus assequantur: aut Lunam Solis administram atque vicariam, quibus ipse præsit interdiu, curam eorum noctu moderationemque suscipere;

Deut. 4. 19.

οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας, τῆς ἐμῆς βουλήσεως μείζονος ἔτι δεσμοῦ καὶ κυριωτέρου λαχόντες ἐκείνων, οἷς ὅτε ἐγίγνεσθε, ξυνεδεῖσθε. Ταῦτα ὁ Πλάτων. Εἰκότως δῆτα Μωσῆς, καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια, σέβειν μὲν ἀπαγορεύει ταῦτα, καὶ Θεοὺς ἡγεῖσθαι, ἄνω δὲ πρὸς τὸν παμβασιλέα Θεὸν ἀνάγοντα, αὐτὸν δὴ τὸν Ἡλίου, καὶ Σελήνης, καὶ Ἄστρων, ὅλου τε Οὐρανοῦ καὶ κόσμου Δημιουργὸν, τὸν δὴ τὰ πάντα θείῳ λόγῳ συνδήσαντά τε καὶ συναρμοσάμενον, μόνον ἡγεῖσθαι Θεὸν, καὶ μόνῳ τὴν σεβάσμιον ἀπονέμειν νομοθετεῖ τιμὴν, λέγων, Μὴ ἰδὼν τὸν Ἥλιον, καὶ τὴν Σελήνην, καὶ πάντας τοὺς Ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ Οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς. Ἑρμηνεύει δὲ ταῦτα διασαφῶν εἰς πλάτος ὁ τὰ Ἑβραίων πεπαιδευμένος Φίλων, ὧδέ πη λέγων πρὸς λέξιν. Τινὲς Ἥλιον, καὶ Σελήνην, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας ὑπέλαβον εἶναι Θεοὺς αὐτοκράτορας, οἷς τὰς τῶν γινομένων ἁπάντων αἰτίας ἀνέθεσαν. Μωσῇ δ' ὁ κόσμος ἔδοξεν εἶναι καὶ γενητὸς, καὶ πόλις ἡ μεγίστη, ἄρχοντας ἔχουσα καὶ ὑπηκόους· ἄρχοντας μὲν, τοὺς ἐν οὐρανῷ πάντας, οἷον πλάνητας, καὶ ἀπλανεῖς ἀστέρας· ὑπηκόους δὲ, τὰς μετὰ Σελήνην ἐν ἀέρι, καὶ περιγείους φύσεις. τοὺς δὲ λεχθέντας Ἄρχοντας οὐκ αὐτεξουσίους, ἀλλ' ἑνὸς τοῦ πάντων Πατρὸς ὑπάρχους· οὓς μιμουμένους τὴν ἐπιστασίαν, κατορθοῦν πρυτανεύοντας κατὰ δίκην καὶ νόμον ἕκαστον τῶν γεγονότων. Τοὺς δὲ μὴ βλέποντας τὸν ἐπιβεβηκότα Ἡνίοχον, τοῖς ὑπεζευγμένοις, ὡς αὐτουργοῖς, τῶν ἐν τῷ κόσμῳ γινομένων ἀνάψαι τὰς αἰτίας. ὧν τὴν ἄγνοιαν ὁ ἱερώτατος Νομοθέτης εἰς ἐπιστήμην μεθαρμόζεται, λέγων ὧδε, Μὴ ἰδὼν τὸν Ἥλιον, καὶ τὴν Σελήνην, καὶ τοὺς ἀστέρας, καὶ πάντα τὸν κόσμον τοῦ Οὐρανοῦ, πλανηθεὶς προσκυνήσῃς αὐτοῖς. Εὐθυβόλως πάνυ καὶ καλῶς πλάνην εἶπε, τὴν τῶν εἰρημένων ὡς Θεῶν ἀποδοχήν. οἱ γὰρ ἰδόντες, Ἡλίου μὲν προσόδοις καὶ ἀναχωρήσεσι τὰς ἐτησίους ὥρας συνισταμένας, ἐν αἷς αἱ ζώων, καὶ φυτῶν, καὶ καρπῶν γενέσεις ὡρισμέναις χρόνων περιόδοις τελεσφοροῦνται· Σελήνην δ' ὑπηρέτιν καὶ διάδοχον Ἡλίου, νύκτωρ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ προστασίαν ἀνειληφυῖαν,

» ὧν μεθ' ἡμέραν Ἥλιος, καὶ τοὺς ἄλλους ἀστέ-
» ρας κατὰ τὴν πρὸς τὰ περίγεια συμπάθειαν, μυ-
» ρία τῆς ἐπὶ διαμονῇ τοῦ παντὸς ἐνεργοῦν-
» τάς τε καὶ δρῶντας, πλάνην ἐπλανήθησαν
» ἀνήνυτον, μόνους εἶναι τούτους Θεοὺς ἀπο-
» τοπήσαντες. Εἰ δ' ἐσπούδασαν διὰ τῆς
» ἀπλανοῦς βαδίζειν ὁδοῦ, κἂν εὐθὺς ἔγνω-
» σαν, ὅτι καθάπερ ἡ αἴσθησις ὑποδιάκονος νοῦ
» γέγονε, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ οἱ αἰσθητοὶ πάν-
» τες ὑπηρέται τοῦ νοητοῦ συνέστησαν... Καὶ
Μγ. ιη. » ἐπάγει λέγων, Ὅθ' ὑπερβάντες τῷ λογι-
» σμῷ πᾶσαν τὴν ὁρατὴν οὐσίαν, ἐπὶ τὴν τοῦ
» ἀειδοῦς, καὶ ἀοράτου, καὶ μόνῃ διανοίᾳ κα-
» ταληπτοῦ τιμὴν ἴωμεν, ὃς οὐ μόνον Θεός
» ἐστι νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν, ἀλλὰ καὶ ἁπάν-
» των Δημιουργός. Ἐὰν δέ τις τὴν τοῦ ἀϊδίου
» καὶ Ποιητοῦ θεραπείαν ἄλλῳ προσνέμῃ νεω-
» τέρῳ καὶ γεννητῷ, φρενοβλαβὴς ἀναγεγρά-
» φθω, καὶ ἔνοχος ἀσεβείᾳ τῇ μεγίστῃ. Ταῦτα
τῆς Ἑβραίων εὐσεβείας, τὰ ὡς ἀληθῶς ἀνή-
ρατά τε καὶ θεῖα μαθήματα, πρὸ τῆς τε-
τυφωμένης Φιλοσοφίας τετιμήκαμεν. Τί με
δεῖ μηκύνειν, καὶ πάντα τοῦ Πλάτωνος εἰς
φῶς ἀγαγεῖν, ἐκ τῶνδε παρὸν καὶ τὰ ἐμοὶ
νῦν σεσιγημένα τεκμαίρεσθαι; οὐ μὴν δια-
βολῆς ἕνεκα ταῦτα φάναι προήχθην, ἐπεὶ
καὶ σφόδρα ἔγωγε ἄγαμαι τὸν ἄνδρα. ναί,
πάντων μᾶλλον Ἑλλήνων φίλον ἡγοῦμαι,
καὶ τιμῶ, τὰ ἐμοὶ φίλα καὶ συγγενῆ, εἰ καὶ
μὴ τὰ ἴσα διόλου, πεφρονηκότα. Μωσέως
δ' ἐν παραθέσει, καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις Προ-
φητῶν, τὸ ἐλλιπὲς ἐπιδεικνὺς αὐτοῦ τῆς δια-
νοίας. καίτοι παρὸν τοῦ καταμέμφεσθαι πα-
ρεσκευασμένῳ, μυρί' ἄλλα καταιτιᾶσθαι, οἷα
τὰ σεμνὰ καὶ σοφὰ αὐτοῦ περὶ γυναικῶν ἐν
Πολιτείᾳ διατεταγμένα, ἢ οἷα τὰ περὶ
ἔρωτος ἐκθέσμου σεμνολογούμενα ἐν Φαί-
δρῳ. Σὺ δ', εἰ καὶ τούτων ἐπακοῦσαι ποθεῖς,
ἀνάγνωθι τάσδε αὐτοῦ λαβὼν τὰς φωνάς.

A tum cætera quoque Sidera pro suo qvodam »
adversus res terrenas sensu, infinita quæ ad »
universi conservationem pertineant, indita »
sibi vi efficere; eum in errorem sane im- »
mensum devenere, hos ut solos Deos esse »
statuerent. Qui si rectam viam studiosius in- »
stitissent, facile profecto agnovissent, qvem- »
admodum mentis administer suapte natura »
sensus est, ita quicquid in sensum cadit, ejus »
quod sola mente percipitur, administrum »
esse constitutum. Quibus ita subdit, Quam- »
obrem, inquit, naturam omnem aspectabi- »
B lem cogitatione prætervecti, ad ejus, qui »
quod omni forma careat, nec visu attinga- »
tur, sola intelligentia percipi potest, hono- »
rem aspiremus: quippe qui Deus sit, non »
eorum modo, quæ vel mente, vel sensu ca- »
piuntur, sed omnium omnino procreator. »
Quisquis autem sempiterni illius, ac rerum »
Effectoris cultum recentiori cuipiam geni- »
toque tribuerit, is & insanus, & summæ re- »
us impietatis habeatur. Nos igitur hæc re-
ligionis apud Hebræos præcepta, immorta-
lia prorsus ac divina, stolidæ ac vecordi Phi-
losophiæ prætulimus. Nam quid me attinet
ista persequi diutius, ac cæteros Platonis er-
rores aperire; cum ex paucis illis, conjectu-
C ram facile de iis etiam, quæ tacitus prætereo,
facere quisque possit. Id quod nemo tamen
abs me calumniandi animo dictum esse pu-
tet, cum majorem in modum hominem su-
spiciam ipse qvoque. Sic est, equidem illum
nobis Græcorum omnium amicissimum
existimo, & tanquam eum, qui si minus
eadem prorsus quæ nos omnia, affinia certe
admodum cognataqve tradiderit, observo.
Sed tamen ubi cum Mose, ac cæteris He-
bræorum Prophetis committitur, quam iis
intelligentiæ vi cesserit, aperio. Quanquam
si quis eum arguendum ex professo susci-
D peret, posset is profecto alia sexcenta repre-
hendere, cujusmodi sunt egregia illa plena-
que prudentiæ, quæ vel de Mulieribus in
Republica statuit, vel de infando amore in
Phædro tam speciose philosophatur. Ex qui-
bus si quid etiam audire placet, lege iis quæ
ab eo totidem verbis disputantur.

ιθ.

ΟΠΟΙΑ ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΩΝ ΟΥΚ ὀρθῶς ὁ Πλάτων διετάξατο, ἐν τοῖς Νόμοις, καὶ ἐν Πολιτείᾳ· οἷς Ἑβραίων οὐκ ἐπιψάλλογος.

XIX.

QVÆNAM MINUS RECTE Plato, tam in Legibus, qvam in Republica, de Mulieribus statuerit: quæ Hebræorum doctrina non probat.

Cap. XII. Trap.

MULTA fortassis, inquit, ex iis quæ a nobis hic dicuntur, quod alium nunc morem habeamus, ridicula videbuntur, si fient uti præcipimus. Plane, inqvit. Ego vero, Quid tandem ex iis maxime tibi ridiculum videtur? Illud, opinor, quod mulieres velimus nudas cum viris in palæstra exerceri, nec juniores modo, sed ipsas quoque seniores, uti viros jam senes in gymnasiis videmus, rugosos licet, atque aspectu injucundos, studiose tamen hac in exercitatione versari. Tum pluribus interjectis, hæc subdit, Qui vir, inquit, mulieres nudas riserit, hanc in exercitationem honesti causa incumbentes, quasi qui risu captando, solertiæ fructum aliqvem capiat, is profecto, quid rideat non intelligit. Hæc ille quinto de Republica. Idem autem Legum septimo, saltandi artem, ac reliquas exercitationes, tam puellis, quam pueris condiscendas esse statuit: adeoque ut magistros pueris, sic puellis suas quoqve saltandi magistras esse debere, quo id elegantius facere, concinniusqve possint. Atque ibidem conceptis verbis hæc habet, Nostra illa qvoqve puella simul ac Domina, saltatorio hoc ludicro delectata, non jam vacuis sibi manibus puerili more ludendum putavit, sed armis omnibus instructæ perficiendam saltationem putavit. Quæ quidem pueros puellasque nostras imitari omnino decet. Et vero mulieribus etiam bellandum esse hunc in modum præcipit. Quibus in omnibus Gymnasiis, inquit, suos in qvoqve genere præceptores mercede conductos, nec tamen peregrinos, versari debere, qui omnibus ad militiam & Musica pertinentibus convenientes eo discipulos instituant: sic quidem, non ut qvem pater voluerit, is duntaxat ludum frequentet, qvem vero noluerit, is studia valere jubeat: sed viri, quod ajunt, puerique omnes, quantum sane fieri poterit, quippe qui Reipublicæ potius, quam suorum quique parentum sint, necessario instituantur. Porro eadem omnino de fœminis, quæ de maribus lex ista mea statuit, ut perinde ab utrisqve exercitationes illæ obeantur. Neqve id profecto aut de equestri, aut de gymnastica dicere verear; quasi viros modo, non autem mulieres utraqve deceat. Et qvibusdam interjectis. Gymnasiorum, inquit, nomine bellicas etiam omnes corporis exercitationes includimus, sagittandi artem, jaculandi genus omne, peltasticam, armatam omnem concertationem, compositas & instructas flexiones, eruptiones, omnemqve militarium itinerum, castrorum, & castra metandi rationē, tum qvæ artis equestris propria sunt

A ΙΣΩΣ δὴ, εἶπον, παρὰ τὸ εἰωθὸς, γελοῖα ἂν φαίνοιτο πολλὰ περὶ τὰ νῦν δὴ λεγόμενα, εἰ πράξεται ᾗ λέγεται. Καὶ μάλα, ἔφη. Τί δ', ἦν δ' ἐγὼ, γελοιότατον αὐτῶν ὁρᾷς; ἢ δηλαδὴ ὅτι γυμνὰς τὰς γυναῖκας ἐν ταῖς παλαίστραις γυμναζομένας μετὰ τῶν ἀνδρῶν, οὐ μόνον τὰς νέας, ἀλλ' ἤδη καὶ πρεσβυτέρας, ὥσπερ τοὺς γέροντας ἐν τοῖς γυμνασίοις, ὅταν ῥυσοὶ καὶ μὴ ἡδεῖς τὴν ὄψιν, ὅμως φιλογυμναστῶσι· Καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς, B Ὁ δὲ γελῶν ἀνὴρ ἐπὶ γυμναῖς ταῖς γυναιξὶ, τοῦ βελτίστου ἕνεκα γυμναζομέναις, ἅτε δὴ τοῦ γελοίου σοφίας δρέπων καρπὸν, οὐδὲ οἶδεν, ὡς ἔοικεν, ἐφ' ᾧ γελᾷ. Φησὶ δὲ ἐν ἑβδόμῳ τῶν Νόμων, ὡς ἄρα δεήσει τοὺς παῖδας καὶ τὰς παῖδας ὀρχεῖσθαι δηλαδὴ καὶ γυμνάζεσθαι μανθάνειν· καὶ τοῖς μὲν παισὶν ὀρχησταὶ, ταῖς δὲ ὀρχηστρίδες ἂν εἶεν, πρὸς τὸ διαπονεῖν οὐκ ἀνεπιτηδειότεραι. Τίθησι δ' ἐν αὐτῷ καὶ τάδε, Ἡ δὲ αὖ που παρ' ἡμῖν κόρη καὶ Δέσποινα, εὐφρανθεῖσα τῇ τῆς χορείας παιδείᾳ, οὐκ C ᾠήθη δεῖν κεναῖς χερσὶν ἀθύρειν, πανοπλίᾳ δὲ παντελεῖ κοσμηθεῖσα, οὕτω τὴν ὄρχησιν διαπεραίνειν. ἃ δὴ πάντως μιμεῖσθαι πρέπον ἂν εἴη, κόρους τε ἅμα καὶ κόρας. καὶ πολεμεῖν δὲ γυναιξὶν ὧδέ πη νομοθετεῖ· Ἐν δὲ τούτοις πᾶσι δεῖ διδασκάλους ἑκάστων πεπεισμένους μισθοῖς, οἰκοῦντας ξένους, διδάσκειν τε πάντα ὅσα πρὸς τὸν πόλεμόν ἐστι μαθήματα τοὺς φοιτῶντας, ὅσα τε πρὸς μουσικήν· οὐχ ὃν μὲν ἂν ὁ πατὴρ βούληται φοιτῶντα, ὃν δ' ἂν μὴ, ἐῶντα τὰς παιδείας· ἀλλὰ, τὸ λεγόμενον, πάντα ἄνδρα καὶ παῖδα, κατὰ τὸ δυνατὸν, ὡς τῆς D πόλεως μᾶλλον ἢ τῶν γεννητόρων ὄντας, παιδευτέον ἐξ ἀνάγκης. ταὐτὰ δὲ δὴ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ μὲν ἐμὸς νόμος ἂν εἴποι πάντα, ὅσαπερ καὶ περὶ τῶν ἀρρένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν. καὶ οὐδὲν φοβηθεὶς εἴποιμ' ἂν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτε ἱππικῆς, οὔτε γυμναστικῆς, ὡς ἀνδράσι μὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναιξὶ δὲ οὐκ ἂν πρέπον. Καὶ πάλιν ἑξῆς ὑποβάς φησι, Γυμνάσια τιθῶμεν καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον πάντα τοῖς σώμασι διαπονήματα, τοξικῆς τε, καὶ πάσης ῥίψεως, καὶ πελταστικῆς, καὶ ἁπάσης ὁπλομαχίας, καὶ διεξόδων τακτικῶν, καὶ ἁπάσης πορείας, στρατοπέδων, καὶ στρατοπεδεύσεως, καὶ ὅσα εἰς ἱππικὴν μαθήματα ξυντείνει.

» Πάντων γὰρ τούτων διδασκάλους τε εἶναι δεῖ
» κοινούς, δεχνυμένους μισθὸν παρὰ τῆς πόλε-
» ως, καὶ τούτων μαθητὰς τοὺς ἐν τῇ πόλει
» παῖδάς τε καὶ ἄνδρας, καὶ κόρας, καὶ γυναῖ-
» κας πάντων τούτων ἐπιστήμονας· κόρας μὲν
» οὔσας ἔτι, πᾶσαν τὴν ἐν ὅπλοις ὄρχησιν καὶ
» μάχην μεμελετηκυίας· γυναῖκας δὲ, διεξό-
» δων, καὶ τάξεων, καὶ θέσεως, καὶ ἀναιρέσεως
ὅπλων ἡμμένας. Ἀλλ' οὐδὲ τούτοις ὁ Ἑβραίων
ἐπινεύσειε λόγος, ἀντιφθέγξεται δὲ τἀναν-
τία, μηδ' ἐπ' ἀνδρῶν ῥώμαις, μὴ ὅτι γε γυναι-
κῶν, τὴν ἐν πολέμοις ἀνατιθεὶς κατόρθω-
σιν, πάντα δὲ εἰς Θεὸν ἀνάγων, καὶ τὴν παρὰ τοῦ-
» δε συμμαχίαν. Λέγει δ' οὖν, Ἐὰν μὴ Κύριος
» οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ
» οἰκοδομοῦντες αὐτόν. Ἐὰν μὴ Κύριος
» φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ
» φυλάσσων. Ὁ δέ γε θαυμαστὸς φιλόσο-
» φος, θέα ὡς καὶ εἰς τὸν γυμνικὸν εἰσάγει τὰς
» γυναῖκας ἀγῶνα, ὧδέ πη λέγων· Γυναιξὶ
» δὲ, κόραις μὲν ἀνήβοις, γυμναῖς, στάδιον, καὶ
» δίαυλον, καὶ ἐφίππιον, καὶ δόλιχον, ἐν αὐτῷ
» τῷ δρόμῳ ἁμιλλωμέναις· ταῖς δὲ τρισκαιδε-
» καέτεσι μέχρι γάμου μενούσης κοινωνίας,
» μὴ μακρότερον εἴκοσιν ἐτῶν, μηδ' ἔλαττον
» ὀκτωκαίδεκα· πρεπούσῃ δὲ στολῇ ταύταις
» ἐσταλμέναις, καταβατέον ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τού-
» των τῶν δρόμων. Καὶ τὰ μὲν περὶ δρόμους
» ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶ ταῦτ' ἔστω. Τὰ δὲ κατ'
» ἰσχὺν, ἀντὶ μὲν πάλης καὶ τῶν τοιούτων, τὰ
» νῦν ὅσα βαρέα, τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις μάχην,
» ἕνα τε πρὸς ἕνα διαμαχομένους, καὶ δύο
» πρὸς δύο. Καὶ ἑξῆς εἰπὼν, Ταυτὸν δὴ καὶ τοὺς
» περὶ ὁπλομαχίαν ἄκρους παρακαλοῦντας,
» χρὴ τούτους νομοθετεῖν κελεύειν· ἐπιφέρει
» λέγων, Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ τῶν θηλειῶν ἔστω
νομοθετούμενα, τῶν μέχρι γάμων. Εἶτα πάλιν
τούτοις ἑξῆς συνάψας τοὺς περὶ πελταστι-
κῆς, καὶ παγκρατίου, καὶ τόξου, λίθων τε ἐκ
χειρὸς βολῆς καὶ διὰ σφενδόνης νόμους,
» ἵππων τε πέρι ἀγῶνος, πάλιν κἀνταῦθα
» περὶ τῶν θηλειῶν ἐπάγει λέγων, Θηλείας δὲ
» περὶ τούτων, νόμοις μὲν καὶ ἐπιτάξεσιν οὐκ
» ἄξια βιάζεσθαι, τῆς κοινωνίας· ἐὰν δὲ ἐξ αὐτῶν
» τῶν ἔμπροσθεν παιδευμάτων εἰς ἔθος ἰόντων,
» ἡ φύσις ἐνδέχηται, καὶ μὴ δυσχεραίνῃ, παῖ-
» δας ἢ παρθένους κοινωνεῖν ἐᾶν, καὶ μὴ ψέγειν.
» Τοσαῦτα τοῦ Πλάτωνος τὰ περὶ γυναικῶν.

A omnia. Istorum enim omnium publicos »
oportet esse Magistros, quibus sit a Repu- »
blica constituta merces: eorumq; Discipu- »
los, quotquot in civitate degent, tam viros, »
quam pueros, tam mulieres, quam puellas, »
eorundem omnium peritos esse: hoc tamen »
discrimine, ut puellæ saltationis & concer- »
tationis armatæ genus omne condiscant; »
mulieres in eruptionibus faciendis, instru- »
enda acie, armisque tum ponendis, tum su- »
mendis versatæ sint. At ne cum Platonicis
quidem istis Hebræorum doctrina consen-
tit, imo conceptis pugnat disertisque verbis:
B quippe quæ felicem bellorum successum, ne
virorum quidem, nedum ut mulierum viri-
bus tribuat; sed ad Deum potius ac divinum
ejus auxilium omnia referat. Sic enim loqui-
tur, *Nisi Dominus ædificaverit domum, in va-*
num laboraverunt qui ædificant eam. Nisi Do- Psal. 126.
minus custodierit civitatem, frustra vigilavit,
qui custodit eam. At vide sis porro, quemad-
modum egregius Philosophus mulieres gy-
mnicis quoque certaminibus immisceat.
Mulieres, inquit, quod attinet, puellis adhuc »
impuberibus, iisque nudis, stadii, vel simpli- »
cis, vel geminati curriculum, equestre simi- »
liter, integrum denique illud ac justum assi- »
C gnabimus, atque ita ut de cursus inter se ce- »
leritate contendant: quæ vero annum atti- »
gerint decimum tertium, eas donec nupse- »
rint, sic in harum exercitationum societate »
retinebimus, ut iis nec ultra vicesimum ob- »
ligentur, nec solvantur ante decimum octa- »
vum. Eæ porro honesto succinctæ cultu »
in ea curriculorum certamina descendant. »
Atque id de virorum ac fœminarum cursu »
constitutum esto. At virium firmitatis au- »
gendæ causa, luctæ loco ac cæterorum ejus- »
modi, quibus nunc molestioribus ac diffici- »
lioribus utimur, armatæ pugnæ speciē pro- »
ponemus, singulosq; cum singulis, aut cum »
geminis geminos committemus. Tum sta- »
tim post hæc verba, Idem ipsum armati hu- »
D jus certaminis Præsides, ut lege sancitum ve- »
lint, adhortari oportebit. Eadem, inquit, de »
puellis, quamdiu innuptæ manent, sanciun- »
tur. Rursus, ubi superioribus illis, novas de
peltastica, de pancratio, de sagitandi arte, de
lapidibus seu manu, seu funda jaciendis, po-
stremo de equorum certamine leges addi-
dit, de fœminis etiam ita concludit. Fœminæ »
quidem, ut in certaminum istorū societatem »
veniant, legibus aut edictis cogendæ non e- »
runt: si tamen superioris disciplinæ rationi- »
bus jam in mores usu receptis, aliena tum ab »
iis natura non erit, pueri simul ac puellæ si- »
nantur in eorū tractatione versari, factumq; »
reprehendat nemo. Hæc Plato de mulieribus. »

Cujus etiam lex illa est, sane quam egregia, Si quis filias reliquerit, uti similiter ea cognationis in fratrum & consobrinorum serie ratio habeatur, ut eodem in genere, ex marium ipsis primo, qui si nulli erunt, tum demum ex fœminarum stirpe viri sumantur. Ætate vero, quam ad nuptias vel pari sint, vel impari, Judex ita statuat, ut mares quidem omnino nudos, fœminas autem umbilico tenus inspiciat. Atque idem sexto de Legibus, nudas etiam illas diebus festis choreas agere jubet, dum ait, Hoc mutuæ notitiæ studium juvabitur, si pueri simul ac puellæ ludos & choreas celebrabunt, ac se se mutuo nudatis corporibus aspicient, sic tamen ut modus aliqvis teneatur, eaqve sit ætas, qvæ probabiles ejus rei causas habeat, adeoqve semper honesto singulorum pudori consulatur. His adde omnibus legem illam, qua Reipub. quinto, communes fœminas esse jubet, his verbis, Proximam hanc, inquam, aliasque superiores, lex opinor ista consequitur. Quæ tandem? Uti mulieres istæ omnes cum viris illis omnibus communes sint, nullaque cum ullo privatim ac proprie consuescat: similiter, uti communes sint liberi omnes, nec sui vel fœtus a parentibus, vel parentes a fœtibus agnoscantur. Quibus ita subdit Verisimile id quidem, inquit. Tu igitur, inquam, o noster Legislator, mulierum perinde ac virorum delectu habito, iis quam maxime fieri poterit, ingenio similes assignabis. Ii porro domos contuberniaque communia dum habebunt, nec privatim ullus simile quicquam possidebit, una profecto erunt: dumque simul tam in gymnasiis, quam in cæteris vitæ officiis versabuntur, ad mutuam, opinor, consuetudinem innata quadam necessitate ducentur. Num vero tibi necessaria dicere videor? Sane, inquit, verum non geometrica necessitate, sed amatoria, quæ quidem, ad pelliciendam vim populi maximam, acrior esse vulgo quam illa, potentiorque solet. Hæc ille. Sed erit fortasse non nemo, qui Philosophi mentem aliter accipiet, eamque quam vulgo putant, negabit esse. Nec enim promiscue communes fœminas omnes esse velle, quasi libidinis ac flagitii liberam cuivis potestatem faciat: sed tantum Magistratus suopte arbitrio suam cuique viro assignare posse. Sic enim perinde communes illas fore, ut publicæ pecuniæ communes vocari possunt, qvæ in quos oportuerit a Quæstoribus dividantur. Demus hoc vero. Quid tandem es dicturus, cum audies, illum etiam, ne concepti utero fœtus in lu-

Τοῦ δ᾽ αὐτοῦ καὶ ὁ θαυμάσιος ὅδε τυγχάνει νόμος, Ἐάν τις παῖδας θηλείας καταλείπῃ, δι᾽ ἀδελφῶν τε καὶ ἀδελφιδῶν ἐπανιών, ἔμπροσθεν μὲν τῶν ἀρρένων, ὕστερον δὲ θηλειῶν ἐν ἑνὶ γένει· τὸν δὲ τοῦ τῶν γάμων χρόνου συμμετρίαν τε καὶ ἀμετρίαν δικαστὴς σκοπῶν κρινέτω, γυμνοὺς μὲν τοὺς ἄρρενας, γυμνὰς δὲ ὀμφαλοῦ μέχρι θεώμενος τὰς θηλείας. Ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς δεῖν αὐτάς φησι, γυμνὰς χορεύειν ἐν ἕκτῳ τῶν Νόμων, λέγων οὕτως, Τῆς οὖν τοιαύτης σπουδῆς ἕνεκα, χρὴ καὶ τὰς παιδιὰς ποιεῖσθαι χορεύοντάς τε καὶ χορευούσας, κούρους τε καὶ κόρας, καὶ ἅμα δὴ θεωροῦντάς τε καὶ θεωρουμένους, μετὰ λόγου τε καὶ ἡλικίας τινὸς ἐχούσης εἰκυίας προφάσεις, γυμνοὺς καὶ γυμνάς, μέχριπερ αἰδοῦς σώφρονος ἑκάστων. Πρὸς τούτοις ἅπασιν ἐπάκουσον καὶ τόνδε τὸν ἐν Πολιτείᾳ, περὶ τοῦ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας νόμου. Τούτῳ, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἕπεται νόμος καὶ τοῖς ἔμπροσθεν τοῖς ἄλλοις, ὡς ἐγᾦμαι, ὅδε. Τίς; Τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν ἀνδρῶν τούτων πάντων πάσας εἶναι κοινάς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν· καὶ τοὺς παῖδας αὖ κοινούς, καὶ μήτε γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτοῦ, μήτε παῖδα γονέα. Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει· Εἰκός, ἔφη. Σὺ μὲν τοίνυν, ἦν δ᾽ ἐγώ, ὁ Νομοθέτης, αὐτοῖς ὥσπερ τοὺς ἄνδρας οὕτω καὶ τὰς γυναῖκας ἐκλέξας, παραδώσεις καθ᾽ ὅσον οἷόν τε ὁμοφυεῖς· οἱ δὲ ἅτε οἰκίας τε καὶ ξυσσίτια κοινὰ ἔχοντες, ἰδίᾳ δὲ οὐδενὸς οὐδὲν τοιοῦτον κεκτημένου, ὁμοῦ δὴ ἔσονται, ὁμοῦ δὲ ἀναμεμιγμένων, καὶ ἐν γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τροφῇ, ὑπ᾽ ἀνάγκης, οἶμαι, τῆς ἐμφύτου ἄξονται πρὸς τὴν ἀλλήλων μῖξιν. ἢ οὐκ ἀναγκαῖά σοι δοκῶ λέγειν; Οὐ γεωμετρικαῖς γε, ἦ δ᾽ ὅς, ἀλλ᾽ ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις, αἳ κινδυνεύουσιν ἐκείνων δριμύτεραι εἶναι πρὸς τὸ πείθειν τε καὶ ἕλκειν τὸν πολὺν λεών. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἴσως τις ἑτέρως διηγήσεται τὴν τοῦ λόγου διάνοιαν, μὴ τὸ νομιζόμενον φὰς ὑποβάλλειν. μὴ γὰρ ἀδιαστόλως εἰπεῖν, πάσας εἶναι κοινὰς τὰς γυναῖκας, ὡς καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἀκολασταίνειν ἐξεῖναι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῇ τῶν Ἀρχόντων ἐξουσίᾳ κεῖσθαι τὴν πρὸς τοὺς ἄνδρας διανέμησιν αὐτῶν. οὕτω γὰρ εἶναι κοινάς, ὡς ἂν καὶ τὰ δημόσια χρήματα φαίη τις εἶναι κοινά, οἷς προσήκει διανεμόμενα πρὸς τῶν ἐπιτετραμμένων.

Καὶ δὴ ταῦθ᾽ οὕτως ἐχέτω. Τί δ᾽ αὖ εἴποις μαθών, ὡς καὶ μὴ ἐκφέρειν εἰς φῶς

τὰ κυούμενα προστάττεις; λέγων ὧδε, Γυναικὶ μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, ἀρξαμένῃ ἀπὸ εἰκοσαέτιδος, μέχρι τεσσαρακονταέτιδος τίκτειν τῇ πόλει· ἀνδρὶ δ', ἐπειδὰν τὴν ὀξυτάτην δρόμον ἀκμὴν παρῇ, τὸ ἀπὸ τούτου γεννᾶν τῇ πόλει μέχρι πέντε καὶ πεντηκονταετοῦς. οἷς ἐπιλέγει, Ὅταν δὲ δὴ, οἶμαι, αἵ τε γυναῖκες, καὶ οἱ ἄνδρες τοῦ γεννᾶν ἐκβῶσι τὴν ἡλικίαν, ἀφήσομέν που ἐλευθέρους αὐτοὺς συγγίνεσθαι ᾗ ἂν ἐθέλωσι. Καὶ ἐπιλέγει, διακελευσάμενοι προθυμεῖσθαι, μάλιστα μὲν μὴ εἰς φῶς ἐκφέρειν κύημα μηδὲν, ἐὰν γένηται· ἐὰν δέ τις βιάσηται, οὕτω ἐκτιθέναι, ὡς οὐκ οὔσης τροφῆς τῷ τοιούτῳ. Καὶ τὰ μὲν περὶ γυναικῶν ἀγωγῆς τοιαῦτα. Τὰ δὲ περὶ ἔρωτος ἐκθέσμου, ἐπάκουσον οἷα τυγχάνει.

Al. δρόμου

Al. τι.

κ.

ΟΠΟΙΑ ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ ΕΚθέσμου αὐτὸς διετάξατο ἐν Φαίδρῳ, οἷς ὁ Μωσῆς ἀντινομοθετεῖ.

ΟΤΑΝ δὲ χρονίζῃ τοῦτο δρῶν, καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἅπτεσθαι, ἔν τε γυμνασίοις, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὁμιλίαις, τότε δὴ ἡ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγὴ, ὃν ἵμερον Ζεὺς Γανυμήδους ἐρῶν ὠνόμασε, πολλὴ φερομένη πρὸς τὸν ἐραστὴν, ἡ μὲν εἰς αὐτὸν ἔδυ, ἡ δ' ἀπομεστουμένου, ἔξω ἀπορρεῖ· καὶ οἷον πνεῦμα, ἤ τις ἠχὼ, ἀπὸ λείων τε καὶ στερεῶν ἁλλομένη, πάλιν ὅθεν ὡρμήθη φέρεται· οὕτω τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα, πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀμμάτων ἰὸν, ᾗ πέφυκεν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἰέναι ἀφικόμενον, καὶ ἀναπτερῶσαν τὰς διόδους τῶν πτερῶν, ἄρδει τε, καὶ ὥρμησε πτεροφυεῖν, καὶ τὴν τοῦ ἐρωμένου αὖ ψυχὴν ἔρωτος ἐνέπλησεν. Ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δὲ ἀπορεῖ, καὶ οὔθ' ὅ, τι πέπονθεν, οἶδεν, οὐδ' ἔχει φράσαι· ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελαυκὼς, πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ ἔχει. Καὶ ἐπιλέγει ἑξῆς, Ἐπιθυμεῖ δὲ ἐκείνῳ παραπλησίως μὲν, ἀσθενεστέρως δὲ, ὁρᾶν, ἅπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι· καὶ δὴ, οἷον εἰκὸς, ποιεῖ τὸ μετὰ τοῦτο ταχὺ ταῦτα. Ἐν οὖν τῇ συγκοιμήσει, τοῦ μὲν ἐραστοῦ ὁ ἀκόλαστος

cem edantur, interdicere? Atqui sunt hæc ejus verba. Statuimus, inquit, uti mulieres a vigesimo anno ad quadragesimum, Reipublicæ liberos pariant: viri autem simulatque ex summo illo ac levissimo ætatis flore excesserint, ad annum deinceps quintum & quinquagesimum, procreandis Reipublicæ liberis operam dent. Quibus hæc subjungit, At ubi tam viri, quam mulieres justam illam generandi ætatem præterierint: viris exinde liberum esto, cujuscunque voluerint consuetudinem expetere. Additque præterea. Cavendum illud etiam diligenter, principio ne ullus ea ætate fœtus, si qui forte extiterit, in lucem edatur: deinde, si quæ pariendi necessitas fuerit, ut exponatur continuo, quod nullum huic partus generi alimentum debeatur. Ac de mulierum rationibus hactenus Plato. Jam quid de infando amore censuerit, videamus.

XX.

QVÆNAM PLATO DE INfando amore in Phœdro statuerit: quibus contraria sunt a Mose sancita.

QVI si diutius, inquit, id factitare perget, si accedet propius, si tam in gymnasiis, quam in reliqua consuetudine illum continget: tum enimvero fluxionis illius fons, quem Cupidinem Jupiter Ganymedis amore correptus appellavit, dum vi quadam vehementiore amatorem inundat, partim in eum penitus illabitur, partim eo jam pleno effluit ac redundat extra. Atque ut spiritus quidam, aut echo ex levibus solidisqve corporibus assiliens, unde primum extitit, eo refertur denuo: sic illa pulcritudinis fluxio, in pulcrum iterum per oculos relabitur, quæ postquam in Animum, qua solet via subierit, tum vero quicquid alis permeat, huic etiam adjungit alas, rigatque continuo, novisque subinde penis pullulare gestit, ac simili amore amati animum implet. Amat igitur ille, nec tamen aut quid amet, aut quo sensu moveatur, vel nosse, vel explicare potest: sed perinde ac si ex alieno aspectu lippitudinem contraxisset, causam ejus, quam afferat nullam habet. Iterumqve post pauca, Concupiscit, inquit, minus vehementer id quidem; sed tamen affectu persimili, videre, contingere, osculari, jacenti adhærescere. Quæ quidem omnia, cum primum licuerit, uti facile quivis intelligit, re ipsa perficit. Igitur ejusdem in lecti communione, intemperantior amatoris

equus habet quod ab auriga petat aliquid, hoc est ut tot sibi laborum brevem aliquem fructum capere liceat. Amati vero equus, quod dicat habet nihil: tantum commotus ipse quoque, nec satis sui compos, amatorem illum tanquam sui studiosissimum amplectitur atque osculatur. Ac dum simul jacent, ita quidem comparatus est, nihil ut amatori, quantum in se erit, negaturus videatur, quod ab illo contenderit. Quod si vicerit mens illa melior, quæ ad modestioris & cum philosophia congruentis vitæ rationes invitat; tum vero beatam hic atque unanimem vitam agunt, sui potentes, planeque moderati. Itemque paucis admodum interjectis. Sin contra, inquit, alterum illud iniquioris vitæ genus, tam abhorrens a Philosophia, quam ambitiosum placuerit; continuo jugales eorum indomiti, dum vel temulentia, vel alia quavis mollitie laborabunt, dissolutos animos planeque neglectos occupantes, & ejusdem in sensus communionem pertrahentes, illum vivendi morem, qui plerisque felix videtur, eligent ac sequentur: eumque deinceps retinebunt illi quidem, sed rarius tamen usurpabunt, quod eum mens tota non probabit. Et quidem, ut minus quam Superiores illi, tamen & in illo amoris æstu, & cum ab eo interquiescunt, amici esse pergunt ipsi quoque, rati maxima se fidei religione ultro citroque obligatos esse, qua violata ullas unquam inimicitias exercere sit nefas. Porro cum intereunt, sic discedunt ex corpore, ut licet alis necdum omnino instructi sint, iis tamen vestiri jam cœperint. Quare fructum amatoriæ hujus insaniæ non exiguum capiunt. Nec enim illos deinceps in tenebras, aut in subterranea quædam loca venire lex ulla patitur, qui viam cœlo propiorem insistere jam cœperunt: sed potius una profecti, claram illustremque vitam in summa felicitate degunt, ac propter mutuum amorem, similibus etiam alis induuntur. Hæc tu, fili, tanta tamque divina ex amatoris tui amicitia consequere. Hæc Plato. At Mosis longe alia mens est, quippe qui legem iis plane contrariam ferat, dum adversus puerorum amatores æquissimam hanc disertis verbis sententiam pronuntiat, *Qui dormierit cum mare concubitu muliebri, abominationem fecerunt ambo: morte moriantur, ejus enim rei sunt.* Itemque, *Execrabilis est omnis, qui dormit cum mare concubitu muliebri.* Quid jam

Levit. 20.13.

ἵππος ἔχει ὅ, τι λέγοι πρὸς τὸν ἡνίοχον, καὶ ἀξιοῖ ἀντὶ πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι. ὁ δὲ τῶν παιδικῶν, ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν, σπαργῶν δὲ καὶ ἀπορῶν περιβάλλει τὸν ἐραστὴν, καὶ φιλεῖ, ὡς σφόδρα εὔνουν ἀσπαζόμενος. ὅταν τε συγκατακέωνται, οἷός ἐστι μὴ ἀπαρνηθῆναι, τὸ αὐτοῦ μέρος, χαρίσασθαι τῷ ἐρῶντι, εἰ δεηθείη τυγχάνειν. ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας, μακάριον καὶ ὁμονοητικὸν τὸν ἐνθάδε βίον διάγουσιν, ἐγκρατεῖς ἑαυτῶν καὶ κόσμιοι ὄντες. Εἶτα μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει. Ἐὰν δὲ διαίτῃ φορτικωτέρᾳ τε καὶ ἀφιλοσόφῳ, φιλοτίμῳ δὲ χρήσωνται, τάχ' ἄν που ἐν μέθαις, ἤ τινι ἄλλῃ ἀμελείᾳ, τὼ ἀκολάστω αὐτοῖν ὑποζυγίω, λαβόντε τὰς ψυχὰς ἀφρούρους, συναγαγόντε εἰς ταὐτὸ, τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν μακαριστὴν αἵρεσιν εἱλέσθην καὶ διεπραξάσθην· καὶ διαπραξαμένω, τὸ λοιπὸν ἤδη χρῶνται μὲν αὐτῇ, σπανίᾳ δὲ, ἅτε οὐ πάσῃ δεδογμένα τῇ διανοίᾳ πράττοντες. Φίλω μὲν οὖν καὶ τούτω, ἧττον δὲ ἐκείνων, ἀλλήλοιν διά τε τοῦ ἔρωτος καὶ ἔξω γενομένω διάγουσι, πίστεις τὰς μεγίστας ἡγουμένω ἀλλήλοιν δεδωκέναι τε καὶ δεδέχθαι, ἃς οὐ θεμιτὸν εἶναι λύσαντας εἰς ἔχθραν ποτὲ ἐλθεῖν. ἐν δὲ τῇ τελευτῇ, ἄπτεροι μὲν, ὡρμηκότες δὲ πτεροῦσθαι, ἐκβαίνουσι τοῦ σώματος. ὥστε οὐ σμικρὸν ἆθλον τῆς ἐρωτικῆς μανίας φέρονται. εἰς γὰρ σκότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆν πορείαν, οὐ νόμος ἐστὶν ἔτι ἐλθεῖν τοῖς κατηργμένοις ἤδη τῆς ὑπουρανίου πορείας, ἀλλὰ φανὸν βίον διάγοντας, εὐδαιμονεῖν μετ' ἀλλήλων πορευομένους, καὶ ὁμοπτέρους ἔρωτος χάριν. ταῦτα τοσαῦτα, ὦ παῖ, καὶ οὕτω θεῖά σοι δωρήσεται ἡ παρ' ἐραστοῦ φιλία. Τοιαῦτα μὲν τὰ Πλάτωνος, ἀλλ' οὐ τὰ Μωσέως, ὃς διαῤῥήδην τούτοις ἐναντία νομοθετεῖ, μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὴν κατὰ παιδεραστῶν προσήκουσαν προσφερόμενος δίκην. Φησὶ γοῦν, Ὃς ἂν κοιμηθῇ μετὰ ἄρσενος κοίτην γυναικὸς, βδέλυγμα ἐποίησαν ἀμφότεροι· θανάτῳ θανατούσθωσαν, ἔνοχοί εἰσι. Καὶ, Ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κοιμώμενος μετὰ ἄρσενος κοίτην γυναικός. Τί δεῖ τινῶν

ἀπελέγχειν

ἀπελέγχω, ὡς παρεὶς ὁ σοφώτατος τὸν παραδεράσην, ὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς νόμοις ἠξίωσε κἂν παιδεραστῶν θανάτου δίκην ὁρίσασθαι, θεράποντι θανάτῳ ζημιοῦν οἰκέτην τὸν μὴ καταμηνύσαντα θησαυρὸν ὑφ' ἑτέρου τινὸς ᾑρημένον; ἐπάκουσον δὲ καὶ τῆσδε, ἵνα μή με συκοφαντεῖν ὑπολάβοις.

Attinet illud homini persapienti objicere, missis prædiconibus, nec enim suis in Legibus mortis eos supplicio dignos putavit, in servum illum capitis ab eo ferri sententiam, qui repertum ab alio thesaurum non indicarit? Ac ne me calumniari suspicere, audi sis hæc ejus verba.

κα.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΡΑ ΠΛΑΤΩνι φονικῶν νόμων, οὐκ ἀξίων ὄντων τῆς μεγαλονοίας αὐτοῦ, οἷς τοὺς Μωσέως ἀντιπαραβλητέον.

XXI.

DE LEGIBUS PLATONIS ad cædes pertinentibus, magna illa hominis mente indignis, qvibuscum Mosis leges committendæ.

» ΟΤΙ δ' ἂν ὁ Θεός, φησιν, ἀναιρῇ περί τε τῶν κτημάτων, καὶ τοῦ κινήσαντος, τοῦθ' ἡ πόλις ὑπηρετοῦσα ταῖς μαντείαις δράτω τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐὰν μὲν ἐλεύθερος ὁ μηνύσας ᾖ, δόξαν ἀρετῆς κεκτήσθω, μὴ μηνύων δέ, κακίας. δοῦλος δ' ἐὰν ᾖ, ὁ μὲν μηνύσας μὲν, ἐλεύθερος ὑπὸ τῆς πόλεως ὀρθῶς γίγνοιτ' ἄν, ἀποδιδούσης τῷ δεσπότῃ τὴν τιμήν· μὴ μηνύων δέ, θανάτῳ ζημιούσθω. Κἀνταῦθα μὲν ἐζημίωται θανάτῳ οὐχ ὁ παρακινήσας τι τῶν ἀπειρημένων, ἀλλ' ὁ ἑτέρου πλημμελήσαντος μὴ καταμηνύσας. Καὶ ἄλλως δὲ καθαρὸν ἀποφαίνει δεσπότην, εἰ τὸν ἴδιον δοῦλον θυμῷ φονεύσειε. λέγει δ' οὖν, » Δοῦλον δὲ κτείνας ἑαυτοῦ μὲν, καθηράσθω· ἐὰν » δ' ἀλλότριον θυμῷ, διπλῇ τὸ βλάβος ἐκτισάτω τῷ κεκτημένῳ. Καὶ τοῦτο δὲ ἐπάκουσον αὐτοῦ τῶν νόμων, οὓς περὶ φονέων διετάξατο. Ἂν ἄρα τις αὐτόχειρ μὲν κτείνῃ ἐλεύθερον, τὸ δὲ πεπραγμένον ἀπροβουλεύτως ὀργῇ τινι γένηται πραχθέν, τὰ μὲν ἄλλα, καθάπερ ἄνευ θυμοῦ κτείναντι προσῆκέτω πάσχειν, πασχέτω· δύο δ' ἐξ ἀνάγκης ἔτη φευγέτω, κολάζων τὸν αὐτοῦ θυμόν. Καὶ τούτῳ προσέθησεν ἑξῆς ἕτερον τοιόνδε νόμον, » Ὁ δὲ θυμῷ μέν, μετ' ἐπιβουλῆς δὲ κτείνας, » τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν αὖ, τρία » δὲ ἔτη, καθάπερ ἕτερος ἔφευγε τὰ δύο, » φευγέτω, μεγέθει θυμοῦ πλείω τιμωρη» θεὶς χρόνον. εἶτ' ἑξῆς περὶ τοῦ δεύτερον φονεύσαντος τοιάδε νομοθετεῖ, Ἐὰν δὲ

QVICQVID autem, inquit, tam de pecuniis, quam de illo, qui eas loco moverit, Deus respondebit, id obtemperans oraculo Respublica perficito. Liber, si rem indicarit, virtutis; si tacuerit, improbitatis opinionem auferto. Servus si factum aperuerit, Respublica liberum esse illum decernito, servi pretium hero repræsentato: si non aperuerit, morte mulctator. Atque hic morte damnatur, non qui rem prohibitam loco moverit; sed qui nomen furis non detulerit. At idem, impune herum ferre vult, qui servum iratus occiderit. Qvi servum, inquit, suum occiderit, absolvitor: qui alienum & iratus, duplum ejus hero pretium persolvito. Huic alias adde Leges, quas de cæde tulit. Qui suapte manu hominem liberum interfecerit, si facinus iracundiæ fuerit, non consilii; cum cætera, quæ homicidæ iracundia nulla commoto deberentur, sustineto; tum necessario, frangendæ iracundiæ causa, biennium exulato. Cui & aliam hanc deinde subjungit. At qui non iratus modo, sed etiam ex insidiis liberum occiderit, cum easdem, quas superior ille pœnas luito, tum vero ut biennium alter, sic ipse triennium exulato; diuturnius enim supplicium major iracundia postulat. Tum de illo qui secundum homicidium patravarit, ita statuit. Qvod si

Cap. XIII. Treap.

» horum alteruter in patriam restitutus, eo-
» dem se rursus crimine, iracundia victus obli-
» garit, perpetuum exulato. Itemq; paulo post,
» Si forte, quod raro admodum eveniet, pater
» aut mater, filium aut filiam, ejusdem iracun-
» diæ vi, aut verberibus, aut alia quavis acer-
» bitate occiderit; cum iisdem quibus cæte-
» ri sacris expiantor, tum etiam triennium
» exulanto. Qui postquam redierint, uxor a
» viro, vir ab uxore sejungitor, nec ullos am-
» plius ex se se mutuo liberos suscipiunto.
» Addit præterea, Si vir uxorem, aut virum
» uxor ira necaverit, sacris iisdem piaculari-
» bus procurantor, & in exilio triennium exi-
» gunto. Cum autem redierint, nec in sa-
» crorum, nec in mensæ communionem am-
» plius cum liberis veniunto. Si fratrem
» vel sororem, frater aut soror ira necave-
» rit, expiandi ritum, exiliique tempus quod
» attinet, quæ jam de parentibus ac liberis
» statuimus, eadem illorum aut fratrum aut
» parentum causa sanciuntor, quos aut fratri-
» bus aut liberis orbaverit. Eidem commu-
» nibus cum ipsis vel laribus vel sacris uti ne-
» fas esto. Frater si fratrem, coorta in se-
» ditione pugna, aliove simili modo, dum
» vim inferentem vi repellit, occideret, per-
» inde ac si hostem occidisset, absolvitor.
» Idemqve judicium esto de cive, qui civem,
» de peregrino, qui peregrinum similiter oc-
» ciderit. Imo, si vel civem peregrinus, vel
» peregrinum civis, vel servus servum, vim
» vi repellendo necaverit, eodem jure absolvi-
» tor. Qui vero servus liberum, vim licet vi re-
» pellens, occiderit, iisdem quibus parricida
» legibus tenetor. Qui popularium suorum
» quemlibet, prudens & injuste manu sua ne-
» caverit; principio communi civium ju-
» re privator, uti ne forum, templa, portus,
» aut alium quemlibet conventum polluat;
» idqve seu quis homicidæ aditu interdicat,
» seu nemo: lex enim per se se interdicit.
» Qui autem eum non persequetur, cum
» tamen id deberet, neque hoc ei denun-
» tiabit; cognatione sua ipsemet excludi-
» tor: deinde, quisquis interfectum ulcisci
» volet, ei reum illum agere fas esto. Si
» aut virum uxor, aut vir uxorem, in-
» terficiendi animo, vulnerarit, perpetuum
» exulato. Hujusmodi sunt Philosophi leges.

A αὖθίς ποτε κατελθὼν, ὁπότερος αὐτοῖν ἡτ- » pg. 47.
τηθεὶς ὀργῇ πράξῃ ταὐτὸν τοῦτο, φυγὼν »
μηκέτι κατέλθῃ. Καὶ πάλιν ἑξῆς φησίν· »
Ἐὰν δὲ, ὃ γίγνεται μὲν, ὀλιγάκις δὲ, διὰ θυ- »
μὸν πατὴρ ἢ μήτηρ, υἱὸν ἢ θυγατέρα πλη- »
γαῖς, ἤ τινι τρόπῳ βιαίῳ κτείνῃ, καθάρσεις »
μὲν τὰς αὐτὰς τοῖς ἄλλοις καθαίρεσθαι, καὶ »
ἐνιαυτοὺς τρεῖς ἀπενιαυτεῖν. Κατελθόντων »
δὲ τῶν κτεινάντων, ἀπαλλάττεσθαι γυναῖκά τε »
ἀπὸ ἀνδρὸς, καὶ τὸν ἄνδρα ἀπὸ γυναικὸς, »
B καὶ μήποτ᾽ ἔτι κοινῇ παιδοποιήσασθαι. Καὶ »
τούτοις ἐπιφέρει, Γυναῖκα δὲ γαμετὴν ἐὰν »
ἀνὴρ δι᾽ ὀργὴν κτείνῃ τινὰ, ἢ γυνή τις ἑαυ- »
τῆς ἄνδρα ταὐτὸν τοῦτο ὡσαύτως ἐργάσηται, »
καθαίρεσθαι τοὺς αὐτοὺς καθαρμοὺς, τε- »
τρῆς δὲ ἀπενιαυτήσεις διατελεῖν. Κατελθὼν »
δὲ ὁ τοιοῦτόν τι δράσας, τοῖς αὐτοῦ παισὶν ἱε- »
ρῶν μὴ κοινωνείτω, μηδὲ ὁμοτράπεζος γι- »
γνέσθω ποτέ. Καὶ ἐὰν ἀδελφὸς ἀδελφὸν, ἢ »
ἀδελφὴν ἀδελφὴ θυμῷ κτείνῃ, τὰ μὲν τῶν »
C καθαρμῶν, καὶ ἀπενιαυτήσεων, καθάπερ εἴρη- »
ται τοῖς γονεῦσι καὶ τοῖς ἐκγόνοις, εἰρήσθω »
δεῖν γίγνεσθαι καὶ τούτοις, ὧν ἀδελφοῖς τε »
ἀδελφῶν, καὶ γονέας ἐστέρηκε παίδων· τού- »
τοις δὲ συνέστιος αὐτοῖς αὐτὸς μηδέποτε γι- »
γνέσθω, μηδὲ κοινωνὸς ἱερῶν. Ἀδελφὸς δὲ »
ἐὰν ἀδελφὸν κτείνῃ ἐν στάσεσι, μάχης γιγνο- »
μένης, ἤ τινι τοιούτῳ τρόπῳ ἀμυνόμενος »
ἄρχοντα χειρῶν πρότερον, καθάπερ πολέ- »
μιον ἀποκτείνας, ἔστω καθαρός. καὶ ἐὰν πο- »
λίτης πολίτην, ὡσαύτως, ἢ ξένος ξένον. Ἐὰν »
D δὲ ἀστὸν ξένος, ἢ ξένον ἀστὸς ἀμυνόμενος »
κτείνῃ, κατὰ τὰ αὐτὰ ἔστω τοῦ καθαρὸς εἶναι. Καὶ »
ἐὰν δοῦλος δοῦλον, ὡσαύτως. Ἐὰν δὲ αὖ »
δοῦλος ἐλεύθερον ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, »
καθάπερ ὁ κτείνας πατέρα, τοῖς αὐτοῖς ἔνο- »
χος ἔστω νόμοις. Ὃς ἂν ἐκ προνοίας τε καὶ »
ἀδίκως ὀντιναοῦν τῶν ἐμφυλίων αὐτόχειρ »
κτείνῃ, πρῶτον μὲν τῶν νομίμων εἰργέσθω, μή- »
τε ἀγορὰν, μήτε ἱερὰ, μήτε λιμένας, μήτε »
ἄλλον τινὰ σύλλογον μηδένα μιαίνων· ἐάν »
τέ τις ἀπαγορεύῃ τῷ δράσαντι ταῦτα ἀνθρώ- »
πων, καὶ ἐὰν μή. ὁ γὰρ νόμος ἀπαγορεύει. ὁ δὲ μὴ »
ἐπεξιὼν, δέον, ἢ μὴ προαγορεύων, εἰργέ- »
σθω τῶν ἐντὸς ἀγχιστείας· τὸ δὲ δεύτερον, ὑπόδικος τῷ θέλοντι τιμωρεῖν ὑπὲρ τοῦ τελευ- »
τήσαντος γιγνέσθω. Γυνὴ δὲ ἄνδρα ἑαυτῆς ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀποκτεῖναι τρώσασα, ἢ »
ἀνὴρ τὴν ἑαυτῆς γυναῖκα, φευγέτω ἀειφυγίαν. Τοιοῦτοι μὲν οἱ τοῦ φιλοσόφου νόμοι. »

» Εἰ δὲ χρὴ καὶ τοὺς Μωσέως τούτοις ἀντιπαρα-A
» βαλεῖν, ἐπάκουσον οἷα περὶ τῶν Φονικῶν διατ-
» τάττεται. Ἐὰν πατάξῃ τίς τινα, καὶ ἀποθάνῃ,
» θανάτῳ θανατούσθω. Εἰ δὲ οὐχ ἑκὼν, ἀλλ'
» ὁ Θεὸς παρέδωκεν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, δώσω
» σοι τόπον οὗ φεύξεται ἐκεῖ ὁ Φονεύσας. Ἐὰν
» δὲ ἐπιθῆταί τις τῷ πλησίον αὐτοῦ, ἀποκτεῖναι
» αὐτὸν δόλῳ, καὶ καταφύγῃ, ἀπὸ τοῦ θυσιαστη-
» ρίου μου λήψῃ αὐτὸν θανατῶσαι. Ὃς τύπτει
» πατέρα αὐτοῦ, ἢ μητέρα αὐτοῦ, θανάτῳ θα-
» νατούσθω. Ἐὰν δὲ λοιδορῶνται δύο ἄνδρες, καὶ B
» πατάξῃ τις τὸν πλησίον αὐτοῦ λίθῳ ἢ πυγμῇ,
» καὶ μὴ ἀποθάνῃ, κατακλιθῇ δὲ ἐπὶ τὴν κοίτην,
» ἐὰν ἐξαναστὰς ὁ ἄνθρωπος περιπατήσῃ ἔξω
» ἐπὶ ῥάβδου αὐτοῦ, ἀθῷος ἔσω ὁ πατάξας·
» πλὴν τῆς ἀργίας αὐτοῦ ἀποτίσει, καὶ τὰ ἰα-
» τρεῖα. Ἐὰν δὲ πατάξῃ τις τὸν παῖδα αὐτοῦ, ἢ
» τὴν παιδίσκην αὐτοῦ ῥάβδῳ, καὶ ἀποθάνῃ, ὑπὸ
» τὰς χεῖρας αὐτοῦ, δίκῃ ἐκδικηθήσεται. Ἐὰν δὲ
» πατάξῃ τις τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ οἰκέτου, ἢ τὸν ὀφ-
» θαλμὸν τῆς θεραπαίνης αὐτοῦ, καὶ ἐκτυφλώσῃ C
» αὐτὸν, ἐλευθέρους ἐξαποστελεῖ αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ
» ὀφθαλμοῦ αὐτῶν. Τοιαῦτα δὴ καὶ τὰ Μωσέ-
» ως. Αὖθις δὲ ὁ Πλάτων τίνα τρόπον, καὶ δι' ὁ-
» ποῖα πληγὰς, ἀπαραιτήτως αἰκίζεσθαι τὸν οἰκέ-
» την προστάττει, ἐπάκουσον. Ὃς ἂν τῆς γενναίας

Pl. 8. » νῦν λεγομένης σταφυλῆς, ἢ τὰ γενναῖα σῦ-
» κα ἐπονομαζόμενα ὀπωρίζειν βούληται, ἐὰν
» μὲν ἐκ τῶν οἰκείων λαμβάνῃ, ὅπως ἂν ἐθέλῃ
» καὶ ὁπόταν βούληται, καρπούσθω. ἐὰν δὲ ἐξ
» ἄλλων μὴ πείσας, ἑπομένως τῷ λόγῳ, τῷ μὴ D
» κινεῖν ὅ, τι μὴ κατέθετο, ἐκεῖνος ἀεὶ ζημιού-
» σθω. Ἐὰν δὲ δοῦλος μὴ πείσας τὸν δεσπότην τῶν
» χωρίων, ἅπτηταί του τῶν τοιούτων, κατὰ ῥᾶγα
» βοτρύων καὶ σῦκον συκῆς, ἰσαρίθμους πλη-
» γὰς τοσούτοις μαστιγούσθω. Τοιαῦτα μὲν τὰ κατ-
τάδε, οὐκ ἄξια τῆς Πλάτωνος μεγαλονοίας.
Ὡς δὲ σεμνὰ καὶ Φιλάνθρωπα τὰ παρὰ Μω-
σῇ, μάθοις ἂν ἐπακούσας ὧδέ πη λέγοντος,
» Ἐὰν δὲ εἰσέλθῃς ἀμπελῶνα τοῦ πλησίον, Φα-
» γῇ σταφυλὴν, ὅσον ψυχὴν σου ἐμπλησθῆναι,
» εἰς τ' ἄγγος οὐκ ἐμβαλεῖς. Καὶ πάλιν, Ἐὰν εἰσ-
» έλθῃς εἰς ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου, καὶ συλλέ-
» ξῃς στάχυς ἐν ταῖς χερσί σου, καὶ δρέπανον οὐ μὴ
ἐπιβάλλῃς ἐπὶ τὸν ἀμητὸν τοῦ πλησίον σου. Καὶ
» αὖθις, Ἐὰν ἀμήσῃς ἀμητὸν σου ἐν τῷ ἀγρῷ σου, καὶ ἐπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ σου,
» οὐκ ἐπαναστραφήσῃ λαβεῖν αὐτό. τῷ πτωχῷ, καὶ τῷ προσηλύτῳ, καὶ τῷ ὀρφανῷ,
» καὶ τῇ χήρᾳ ἔσται, ἵνα εὐλογήσῃ σε Κύριος ὁ Θεός σου ἐν παντὶ ἔργῳ τῶν χειρῶν σου.
»

A Quibuscum si Mosaicas conferre velis, auditu porro, quid de cædibus illæ statuerint.
Si percusserit quis alterum, isque mortuus fuerit, morte moriatur. Si autem non volens, sed Deus tradiderit in manus ejus, constituam tibi locum, in quem fugere debeat qui occiderit. Si quis autem insidiatus fuerit proximo suo, ut interficiat ipsum dolo, & confugerit, ab altari meo rapies ipsum, ut morte afficias. Qui verberarit patrem suum, aut matrem suam, morte moriatur. Si rixati fuerint duo viri, & percusserit alter proximum suum, la- Ex. 21.12
B *pide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed jacuerit in lectulo; si surrexerit, & ambulaverit foris super baculum suum; innocens esto qui percusserit: ita tamen ut cessationis suæ dispendia, & impensas in medicos restituat. Si quis percusserit servum suum, vel ancillam suam virga, & mortui fuerint in manibus ejus, criminis reus erit. Si autem percusserit quispiam oculum servi sui, aut oculum ancillæ suæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos, pro oculo quem ipsis eruit.* Atque ejusmodi sunt quæ a Mose præscribuntur. Audi præterea, quemadmodum servos, & quas ob
C caussas, absque ulla veniæ spe verberibus conscindi Plato velit. Qui aut uvas, inquit, » quæ vulgo generosæ dicuntur, aut ficus » illas, quibus idem nomen, colligere voluerit, » si ex suis modo sumet, uti & quando libuerit » carpito. Sin ex alienis, invito domino » collegerit, ex ejus legis præscripto, » quæ movere loco vetat quicquid ibi non deposuerit, » mulctam sustineto. Quod si servus » ejusmodi quid, invito prædiorum Domino, » attigerit, quot acinos ficusve sustulerit, » totidem plagas accipito. Hæc ipse, ab il- »
D la mentis suæ magnitudine sane quam aliena. » Quo in genere, quam liberalem se Moses » humanumque præbuerit, ejus ex verbis » quæ seqvuntur, intelliges. *Si ingressus fueris vineam proximi tui, comede uvas, donec anima tua impleatur; in vas tamen nullam immittes.* Itemqve, *Si intraveris in segetem proximi tui, collige spicas manibus tuis, falcem autem non mittes in messem proximi tui.* Et rursus, *Si messueris messem tuam in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris in eo, non reverteris ut tollas illum: sed pauperi, & advenæ, & orphano relinquetur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus, in omni opere manuum tuarum.* Deut. 23. Deut.

Si autem olivas collegeris, non reverteris ut A *excutias quas a tergo reliqueris, sed permittentur advenæ, & pupillo, & viduæ.* Hactenus Moses. Et Plato qvoqve permulta habet, quæ reprehensione careant. Nos ex iis honestissima & optima quæque amplectimur, cætera procul jubemus facessere. Sed quoniam ista jam fusius persequuti sumus, causamque attulimus, quamobrem Platonis Philosophiam sectari noluerimus, jam tempus est, susceptam a nobis disputationem pertexere, ac cæteras Græcæ Philosophiæ sectas explorare.

Ἐὰν δὲ ἐλαιολογήσῃς, οὐκ ἐπαναστρέψεις καλαμήσασθαι τὰ ὀπίσω σου· τῷ προσηλύτῳ, καὶ τῷ ὀρφανῷ, καὶ τῇ χήρᾳ ἔσται. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ παρὰ Μωσῇ. Δῆλα δὲ τὰ Πλάτωνος· ἐν οἷς μυρία εὕροις ἂν ἀνεπίληπτα, ὧν δὴ μάλιστα τὰ παρ' αὐτῷ τὰ σεμνὰ καὶ κράτιστα ἀποδεχόμενοι, τοῖς μὴ τοιούτοις μακρὰ χαίρειν φαμέν. Ἀλλὰ γὰρ τούτων ὧδε διεξωδευμένων, ἀποδοθείσης τε αἰτίας, δι' ἣν οὐ κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφεῖν ἐγνώκαμεν, ὥρα καὶ τὰ τῆς λοιπῆς ὑποσχέσεως εἰς πέρας ἀγαγεῖν, καὶ τάς γε ἄλλας αἱρέσεις τῆς Ἑλληνικῆς ἐπιθεωρῆσαι φιλοσοφίας.

FINIS LIBRI DECIMI TERTII.



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ
LIBER DECIMUS QVARTUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

LIBRI DECIMI QVARTI CAPITA

A

α. — I.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ὑποθέσεως.

Ὅσα μὲν εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι ἦν, ἀμφὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφίας, τῆς τε τούτου πρὸς τὰ Ἑβραϊκὰ λόγια συμφωνίας, δι᾽ ἣν τὸν ἄνδρα καταπεπλήγμεθα, καὶ αὖ πάλιν τῆς πρὸς τοὺς αὐτοὺς διαφωνίας, δι᾽ ἣν οὐκ ἄν τις αὐτὸν εὖ φρονῶν ἀποδέξαιτο, διελθὼν ἐν τῷ πρὸ τούτου, μέτειμι νῦν ἐπὶ τὰς λοιπὰς αἱρέσεις τῶν παρ᾽ Ἕλλησιν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ βεβοηθέντων. καὶ τούτων αὖ πάλιν τὸν ἐκ τῆς ἀληθείας ὄλισθον, οὐκ αὐτὸς, οὐδὲ παρ᾽ ἐμαυτοῦ, διὰ δὲ τῆς αὐτῶν πάλιν τῶν Ἑλληνικῶν φωνῶν μαρτυρίας, σκοπεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι πρὸ ὀφθαλμῶν θήσω· οὐ μὲν δή ποι τῶν ἀνδρῶν ἀπεχθόμενος, ὧν γε καὶ μέγα θαῦμ᾽ ἔχειν ὁμολογῶ, ὅταν δὴ τοῖς ἄλλοις, οἷα τοῖς ἀνθρώποις, παραβάλλω τοὺς ἄνδρας. ἐπὰν δὲ τοῖς Ἑβραίων Θεολόγοις τε, καὶ Προφήταις, Θεῷ τε τῷ διὰ τούτων καὶ μελλόντων προρρήσεις, καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεις πεποιημένῳ, αὐτὰρ δὴ καὶ μαθημάτων εὐσεβῶν, δογμάτων τε ἀληθῶν διδασκαλίαν καταβεβλημένῳ· οὐκέτ᾽ οἶμαί τινα δεῖν εὐλόγως ἐπιμέμψασθαι, εἰ Θεὸν πρὸ ἀνθρώπων, καὶ ἀλήθειαν αὐτὴν πρὸ θνητῶν λογισμῶν τε καὶ στοχασμῶν τιμώμεθα. Τοῦτο δέ μοι πᾶν ὁ τῆς παρούσης Προπαρασκευῆς δεῖξαι πεφιλοτίμηται λόγος, εἰς ἀπόκρισιν ὁμοῦ καὶ ἀπολογίαν τῶν δὴ πυνθανομένων, τί δὴ ἀσφαλὲς ἢ σεμνὸν ἰδόντες ἐν τοῖς Βαρβάρων γράμμασι, τῆς πατρῴας καὶ εὐγενοῦς φιλοσοφίας, τῆς Ἑλλήνων λέγω, προκρίνειν αὐτὰ διανενοήμεθα. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη δι᾽ ἔργων ἡ ἀπόδειξις ἡμῖν χωρείτω.

PROOEMIUM, QVO LIBRI argumentum explicatur.

PLATONICÆ Philoſophiæ rationes, quatenus eas vel explicari vel audiri operæ pretium fuit; ejusqve vel cum Hebræorum oraculis conſenſionem, cujus cauſa hominem vehementer admiramur, B vel diſſidium ab iisdem, in quo prudens eum nemo ſequatur, ſuperiore Libro perſeqvutus; ad reliquas eorum ſectas jam venio, qui apud Græcos Philoſophiæ laude claruerunt. Qui tamen a veritate quam exciderint, non verbis ipſe meis, ſed, quod adhuc feci, conceptis Græcorum ipſorum teſtimoniis, in legentium oculis aſpectuque defigam. Nec eorum ulli propterea infenſum me quisquam exiſtimet, quos me omnes admodum ſuſpicere fateor, quamdiu illos cum cæteris, hoc eſt cum hominibus homines comparo. At ubi cum Hebræo- C rum Theologis atque Prophetis, Deoque ipſo conferuntur, qui per eos & futura prædixit, & tanta perfecit miracula, imo qui & ſanctiſſimarum religionum ritus, & veritatis doctrinam inſtituit: equidem ſic intelligo, probro nobis amplius vertere poſſe neminem, quod Deum hominibus, ac veritatem ipſam, mortalibus quibusdam cogitationibus atque conjecturis potiorem habeamus. Atque id unum ut oſtenderem, toto præſentis hujus Præparationis opere ſum conatus, nobis ut in promptu eſſet, quod illis reſponderi excuſarique poſſet, qui a nobis vulgo quærunt, quid tam præclarum & D eximium Barbarorum in literis viderimus, ut eas patriæ nobilique Græcorum Philoſophiæ anteponendas eſſe ſtatueremus. Verum id re ipſa jam jam demonſtrare pergamus.

β. — II.

pag. 420.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ πρὸς ἀλλήλους διαφωνίας τε καὶ μάχης.

ΗΓΟΥΜΑΙ δὲ δεῖν πρῶτα πάντων, ἄνωθεν ἀπὸ τῆς πρώτης κατα-

DE MUTUA DISSENSIONE pugnaqve Philoſophorum.

AC mihi quidem ante omnia, vel a primis Græcæ Philoſophiæ cu- Cap. I. Tran.

nabulis auspicandum videtur, quærendumque studiosius, qui tandem Philosophi, quos Physicos vocamus, ante Platonem extiterint, & cujusmodi profecta ab iis disciplina Principes habuerit. Deinde ad Platonis successores veniemus, & quinam fuerint ipsi quoque, quamque verbis inter se illi sententiisque pugnaverint, videbimus. Tum cæterarum quoque sectarum dissidia, & discrepantium opinionum factiones intuebimur; in quibus egregios sane pugiles, mutuis se se plagis & ictibus acriter generoseque tundentes, sictanquam in scena spectatoribus contemplandos objiciam. Enimvero Platonem in primis videbimus superiores Philosophos irridentem, tum vicissim Platonis sectatores atque successores aliis vapulantes: rursus quemadmodum & Platonis studiosi præclara illa Aristotelicæ mentis sensa redarguant; & qui Aristotele principe ac Peripaterici nomine gloriantur, quæ a contrariæ factionis defensoribus afferuntur, nulla esse demonstrent. Quin etiam acres illas ac subtiles Stoicorum argutias illudi ab cæteris ac derideri videbis, adeoque omnes undique, cum vicino quemqve suo, pulvere consperso pugnam strenue luctamque conserere: quasi manibus jam jam, atque lingua, seu calamo potius & atramento, mutuum in se se bellum instruerent, atque alios alii, quibusdam quasi disputationum jaculis, atque omni armorum genere vulnerarent. Habebit stadium quoque nostrum, hoc in gymnico certamine, præter superiores, omni veritate nudos Athletas illos, qui contra universam eorum, quos Dogmaticos vocamus, Philosophorum turbam arma sumpsere; Pyrrhonios, qui nihil omnino, Aristippæos, qui solum doloris sensum percipi posse dicebant; & Metrodori, ac Protagoræ sectatores, qui unis tantum corporis sensibus fidem habendam esse voluerunt. Quibuscum altera ex parte instructam Parmenidis & Xenophanis discipulorum, qui sensuum vim omnem funditus sustulerunt, aciem committemus. Imo ne ipsos quidem voluptatis propugnatores prætermittemus, sed eorum potius Antesignanum Epicurum ad cæteros aggregabimus. Cæterum qvolibet in qvæstionis genere, suis ipsi abs me telis armisqve refutabuntur.

σχολῆς τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων ἀπάρξασθαι, καὶ τοὺς πρόσθεν ἢ Πλάτωνα γνωρίσαι, φυσικοὺς ἐπικληθέντας, φιλοσόφους καταμαθεῖν, τίνες ποτὲ γεγόνασι, καὶ ὁποίων ἔτυχεν ἡ κατ' αὐτοὺς φιλοσοφία προεστώτων τοῦ λόγου. Εἶτ' ἐπὶ τὴν τοῦ Πλάτωνος παρελθεῖν διαδοχήν, καὶ τίνες ποτ' ἦσαν καὶ οἵδε, τάς τε πρὸς ἀλλήλους λογομαχίας αὐτῶν ἐπισκέψασθαι. Ἐπιθεωρῆσαι δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἱρέσεων τὰς διαστάσεις, τῶν τε δοξῶν τὰς ἀντικαταστάσεις, ἐν αἷς πυκτεύοντας τοὺς γενναίους, καὶ φιλοτίμως διαπληκτιζομένους, ὥσπερ ἐπὶ σκηνῆς τοῖς θεαταῖς παραδείξω. Αὐτίκα γοῦν μάλα θεασώμεθα, ὅπως μὲν ὁ Πλάτων τοὺς πρὸ αὐτοῦ πρώτους ἔσκωπτεν, ὅπως δὲ τοὺς Πλάτωνος οἰκείους τε καὶ διαδόχους ἄλλοι· καὶ αὖ πάλιν ὅπως οἱ Πλάτωνος ἑταῖροι, τὰ σοφὰ τῆς Ἀριστοτέλους πολυνοίας ἀπήλεγχον· ὅπως θ' οἱ τὸν Ἀριστοτέλην καὶ τὸν Περίπατον αὐχοῦντες, τὰ δοκοῦντα τοῖς τῆς ἐναντίας προεστῶσι, τὸ μηδὲν ὄντα παρεῖσιν. Καὶ τὰ δεινὰ δὲ καὶ ἀκριβῆ τῆς τῶν Στωϊκῶν λεπτολογίας, ὑφ' ἑτέρων αὖ πάλιν ὄψει καταγελώμενα, πάντας τε πανταχόθεν κατὰ τῶν πέλας κονιομένους, καὶ μάχην καὶ πάλην ἀνδρικώτατα συνισταμένους, ὡς διὰ χειρῶν ἤδη, καὶ γλώττης, ἢ μᾶλλον διὰ καλάμου καὶ μέλανος, τὸν κατ' ἀλλήλων αὐτοὺς πόλεμον ἐπιτειχίζεσθαι, μονονουχὶ βάλλοντας καὶ βαλλομένους τοῖς διὰ λόγων δόρασί τε καὶ πανοπλίαις. Περιέξει δ' ἡμῖν τὸ στάδιον ἐν τῷ γυμνικῷ τῷ δε ἀγῶνι, γυμνοὺς ἀληθείας ἁπάσης, πρὸς τοῖς δηλωθεῖσι, καὶ τοὺς πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς Δογματικοῖς Φιλοσόφοις ἐξ ἐναντίας ἀραμένους τὰ ὅπλα, τοὺς ἀμφὶ Πύρρωνα λέγω, μηδὲν εἶναι καταληπτὸν ἐν ἀνθρώποις ἀποφηναμένους· καὶ τούς τε κατ' Ἀρίστιππον, μόνα λέγοντας τὰ πάθη εἶναι καταληπτά, καὶ αὖ πάλιν τοὺς κατὰ Μητρόδωρον καὶ Πρωταγόραν, μόναις δεῖν φάσκοντας ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσι πιστεύειν. Ἔμπαλιν δὲ τούτοις συναποδύσομεν τοὺς ἀμφὶ Ξενοφάνην καὶ Παρμενίδην, τὴν ἐναντίαν παραταξαμένους, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀνελόντας. Οὐ παρήσομεν δὲ οὐδὲ τοὺς τῆς ἡδονῆς προμάχους, ἀλλὰ καὶ τούτων τὸν ἀριστέα Ἐπίκουρον σὺν τοῖς εἰρημένοις καταλέξομεν. Πρὸς ἅπαντα δὲ ὁμοῦ, τοῖς σφετέροις αὐτῶν βέλεσι, τὸν κατ' αὐτῶν ἀντιθήσομεν ἔλεγχον.

γρ. [illegible]

καὶ τὴν ἐπίκλησιν δὲ φυσικῶν ἁπάντων ὁμοῦ, τάς τε δογμάτων τὰς διαφωνίας, καὶ τῆς σπουδῆς τὴν ἀχρηστομάθειαν εἰς φανερὸν οἴσω· οὔ τί που μισέλλην, οὐδὲ μισολόγος τις ὤν, πολλοῦ δέω, διαβολῆς δ' αἰτίαν ἀπολυόμενος, ὅτι δὴ τῆς Ἑλληνικῆς ἥκιστα σοφίας μεταποιηθέντες, τὰ Ἑβραίων λόγια προτετιμήκαμεν.

A quique Physicorum cognomentum habent, horum simul omnium & in doctrina dissensio, & inanis studii frivolaque contentio proferetur. Atque id abs me fiet, non ullo sane aut Græci nominis, aut liberalis eruditionis odio, a quo absum longissime, sed tantum nullus ut ei calumniæ locus relinquatur, quasi Græca in Sapientia parum admodum studiose versati, Hebræorum ei literas doctrinamque prætulerimus.

γ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΚΑΘ' Ἑβραίους συμφωνίας.

B

ΟΙ μὲν γε Ἑβραῖοι ἄνωθεν ἐξ αἰῶνος μακροῦ, καὶ αὐτῆς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀπὸ πρώτης ἀνθρωπογονίας, τὴν ἀληθῆ καὶ εὐσεβῆ φιλοσοφίαν ἀνηρευνηκότες, ἀκήρατον καὶ ἐπὶ τοὺς μετέπειτα ταύτην διατετηρήκασι, παῖς παρὰ πατρὸς θησαυρὸν λόγων ἀληθείας ὑποδεξάμενοί τε καὶ φυλάξαντες, ὡς μήτ' ἐπιθεῖναι, μήτ' ἀφελεῖν τινα τοῖς ἅπαξ κεκριμένοις τολμῆσαι. Οὔτ' οὖν ὁ πάνσοφος Μωσῆς, πάντων μὲν Ἑλλήνων πρεσβύτατος ἀποφανθεὶς διὰ τῶν ἔμπροσθεν, πάντων δὲ ὕστατος τὴν ἡλικίαν τῶν πρὶν Ἑβραίων γεγονώς, κινῆσαί τι καὶ μεταθεῖναι τῶν τοῖς προπάτορσι δοξάντων τῆς δογματικῆς πέρι θεολογίας διανενόηται. πλὴν ὅσον τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἀνθρώποις, ἀγωγῆς βίου κατάλληλον τρόπον, καί τινος μέσης πολιτείας νομοθεσίαν καταβαλέσθαι. Οὔθ' οἱ μετὰ τόνδε Προφῆται, μυρίαις ὅσαις ὕστερον ἐτῶν περιόδοις ἐκλάμψαντες, διάφωνόν τι ῥῆμα πρός τε σφᾶς αὐτούς, ἢ πρὸς τὰ Μωσῆ, ἢ τοῖς πάλαι θεοφιλέσι νομισθέντα, προέσθαι τῇ φωνῇ τετολμήκασιν. Ἀλλ' οὐδὲ τὸ καθ' ἡμᾶς διδασκαλεῖον, ἐκεῖθέν ποθεν ὁρμώμενον, καὶ δι' ἐνθέου δυνάμεως ὁμοῦ πᾶσαν Ἑλλάδα τε, καὶ τὴν βάρβαρον ἐμπλῆσαν, διάφωνόν τι τοῖς πρόσθεν ἐμπεριείληφεν· εἰ μή τις φαίη, ὅτι μὴ μόνον τοῖς δόγμασι τῆς θεολογίας, ἀλλὰ καὶ τῷ τρόπῳ τοῦ βίου, τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν τοῖς πρὸ Μωσέως θεοφιλέσιν Ἑβραίοις παραδίδωσι. καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα τοιαῦτα, μιᾷ τε φωνῇ, ὑπὸ τῶν πρώτων, καὶ μέσων, καὶ τῶν ὑστάτων μεμαρτυρημένα, τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας ὁμοῦ καὶ φιλοσοφίας τὸ βέβαιον ἁπάσαις ψήφοις ἐπισφραγίζεται, πληροῖ τε τὴν σύμ-

III.

DE SUMMA HEBRÆORUM dogmatum consensione.

VERAM Hebræi plenamque pietate Philosophiam, ab ultima usque memoria, peneque a primo, ut ita dicam, hominum ortu, diligenter penitusque rimati, eandem ad posteros sanam & integram transmisere: atque ita quidem hanc veritatis doctrinam a parentibus liberi, quendam quasi thesaurum longa successione acceptum conservarunt, ut quæ decreta semel & constituta fuerant, iis nec addere quicquam ausi C sint, nec quicquam detrahere. Sane quidem Moses ille sapientissimus, idemque uti Græcis omnibus, quod ex superioribus plane constat, antiquior, ita Hebræorum, qui ante ipsum plurimi vixerunt, ætate postremus, ex iis quæ a vetustissimis Patribus de dogmaticæ Theologiæ rationibus sancita erant, movere nihil aut mutare statuit: tantum popularibus ipse suis, quibus imperabat, conveniens ac proprium quoddam vitæ genus, & moderatæ Reipublicæ formam legibus temperavit. Hunc sequuti Prophetæ, qui tanto post eum intervallo claruere; D ne minimam quidem voculam mittere sunt ausi, quæ vel a seipsis, vel ab iis quæ Mosi cæterisq; Deo caris hominibus placuerant, leviter dissideret. Neque Christiana profecto doctrina, quæ iisdem hausta ex fontibus, vi prorsus divina Græcos simul omnes Barbarosque pervasit, quicquam habet cum superiorum illorum dictis legibusque pugnans: nisi potius dicendum illud sit, eandem penitus, quam illi Mose antiquiores Hebræi, Deoque gratissimi tenuere, nec decretis modo Theologiæ, sed etiam institutis eandem ac moribus, vitæ ab ea formam rationemq; præscribi. Quæ quidem ejusmodi est, ut una tam primorum, quam mediorum, ac novissimorum sententia voceque testata, veræ pietatis & philosophiæ certitudinem ac firmitatem habeat, suffragiis omnibus consignatam. Atque illa sic orbem

φαῦλον εἶναι. οὐκ ὀρθῶς προσαγορεύοντες. ἔστι μὲν γὰρ οὐδέποτε οὐδὲν, ἀεὶ δὲ γίνεται. καὶ περὶ τούτου πάντες ἑξῆς οἱ σοφοὶ, πλὴν Παρμενίδου, ξυμφερέσθων, Πρωταγόρας τε, καὶ Ἡράκλειτος, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ τῶν ποιητῶν οἱ ἄκροι τῆς ποιήσεως ἑκατέρας, Κωμῳδίας μὲν Ἐπίχαρμος, Τραγῳδίας δὲ Ὅμηρος, εἰπών,

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.

pag. [illegible] πάντα εἴρηκεν ἔκγονα ῥοῆς τε καὶ κινήσεως. ἢ οὐ δοκεῖ τοῦτο λέγειν; Ἔμοιγε. Τίς οὖν ἂν ἔτι B πρός γε τοσοῦτον στρατόπεδον καὶ στρατηγὸν Ὅμηρον, δύναιτο ἀμφισβητήσας μὴ καταγέλαστος γενέσθαι; Εἶθ' ἑξῆς προϊὼν τῷ λόγῳ, ἐπιφέρει λέγων, Προσιτέον οὖν ἐγγυτέρω, ὡς ὁ ὑπὲρ Πρωταγόρου λόγος ἐπέταττε, καὶ σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς, εἴτε σαθρὸν φθέγγεται. μάχη δ' οὖν περὶ αὐτῆς οὐ φαύλη, οὐδ' ὀλίγοις γέγονε. πολλοῦ καὶ δεῖ φαύλη εἶναι. ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν Ἰωνίαν καὶ ἐπιδίδωσι πάμπολυ. Οἱ γὰρ τοῦ Ἡρακλείτου ἑταῖροι χορηγοῦσι C τούτου τοῦ λόγου μάλα ἐρρωμένως. Τῷ τοι, ὦ φίλε Θεόδωρε, μᾶλλον σκεπτέον καὶ ἐξ ἀρχῆς, ὥσπερ αὐτοὶ ὑποτείνονται. Παντάπασι μὲν οὖν. καὶ γὰρ, ὦ Σώκρατες, περὶ τούτων τῶν Ἡρακλειτείων, ἢ ὥσπερ σὺ λέγεις, Ὁμηρείων τε, καὶ ἔτι παλαιοτέρων. αὐτοῖς μὲν τοῖς περὶ τὴν Ἔφεσον, ὅσοι προσποιοῦνται ἔμπειροι εἶναι, οὐδὲν μᾶλλον οἷόν τε διαλεχθῆναι, ἢ τοῖς οἰστρῶσιν. ἀτεχνῶς γὰρ κατὰ τὰ συγγράμματα φέρονται. τὸ δ' ἐπιμεῖναι ἐπὶ λόγῳ καὶ ἐρωτήματι, καὶ ἡσύχως ἐν μέρει ἀποκρίνασθαί τε καὶ ἐρέσθαι, ἧττον αὐτοῖς ἔνι, ἢ τὸ μηδέν. μᾶλλον δὲ ὑπερβάλλει τὸ οὐδ' οὐδὲν πρὸς τὸ D μηδὲ σμικρὸν ἐνεῖναι τοῖς ἀνδράσιν ἡσυχίας. ἀλλ' ἄν τινά τι ἔρῃ, ὥσπερ ἐκ φαρέτρας ῥηματίσκια αἰνιγματώδη ἀνασπῶντες, ἀποτοξεύουσι. καὶ ἂν τούτου ζητῇς λόγον λαβεῖν, τί εἴρηκεν, ἑτέρῳ πεπλήξῃ καινῶς μετωνομασμένῳ. περανεῖς δὲ οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς οὐδένα αὐτῶν, οὐδέ γε ἐκεῖνοι αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους. ἀλλ' εὖ πάνυ φυλάττουσι τὸ μηδὲν βέβαιον ἐᾶν εἶναι, μήτ' ἐν λόγῳ, μήτ' ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς, ἡγούμενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, αὐτὸ στάσιμον εἶναι. τούτῳ δὲ πάνυ πολεμοῦσι, καὶ καθ' ὅσον δύνανται, πανταχόθεν ἐκ-

A commiſcentur, fiunt univerſa. Quæ proinde cum eſſe dicimus, hac voce perperam abutimur. Nihil enim unqvam eſt, ſed fit perpetuo. Cæterum illud manet, ſapientes deinceps omnes, ſi Parmenidem excipias, in eo conveniſſe, Protagoram, Heraclitum, Empedoclem, ac Poeſeos utriusqve Principes, Comœdiæ quidē Epicharmum, Homerum vero Tragœdiæ. Homeri certe illud eſt,

Oceanum fontem rerum, Tethynque parentē.

Quo, fluxionis ac motus univerſa fœtus eſſe ſignificat. Num vero idem tibi videtur? Videtur ſane. Ecquis igitur deinceps riſum effugiat, qui tanto cum exercitu, ipſoq; Homero duce pugnare velit? Inde longius diſputando progreſſus, hæc habet. Accedendum ergo propius eſt, inquit, ut jubebat ſuſcepta Protagoræ defenſio, pulſandoque diligentius explorandum, utrum agitata hæc natura ſanum aliqvem ſonum, an vitioſum edat. De illa certe, nec vulgaris eſt, nec a paucis excitata contentio. Multum hercle abeſt ut vulgaris ea ſit, quæ viget tota paſſim Ionia plurimum. Heracliti enim ſectatores hanc ſententiam acriter admodum ſtrenueq; docent. Tanto, mi Theodore, videndum ab initio magis, quemadmodum hæc ab iis diſputentur. Omnino, inquit. Opinor enim, Socrates, aut Heracliticos illos, aut, qvemadmodū tute vocas, Homericos; atque illis etiam vetuſtiores intelligis. Nam cum iis certe, qui circa Epheſum habitant, ac ſibi rerum iſtarum ſcientiam præcipue vindicant, nihilo magis quam cum inſanis ac furioſis colloquare. Prorſus enim illi, eo quem ſuis in ſcriptis tantopere oſtendunt, impetu rapiuntur. Nec aliud quidquam eſt, quod parum adeo poſſint, quam ſuis in ſermonibus & quæſtionibus ſuſtinere nonnihil ſe ſe, ac pacate modo interrogare, modo reſpondere viciſſim: imo vel iſtuc ipſum, quod dicimus, aliud quicquam eſſe nihil, nimium qviddam eſt; quam ut ſatis, ne tantillum quidem genus hoc hominum moderationis habere ſignificet. Enimvero ſi quid ex iis quæras, illico tanquam ex pharetra, voculas jaculari ænigmatum perſimiles: ac ſi vel unius rationem exigas, quæ dicti vim ac ſenſum aperiat, alia te rurſus petere, quam novum pariter metonymiæ genus obſcuret. Ita nihil unquam aut tute apud iſtos efficias, aut ipſimet inter ſe: ſiqvidem id omni cavent ſtudio, ne firmi qvicqvam vel in diſputatione, vel ſuis ipſorum in mentibus, hærere patiantur; rati, opinor, hoc ipſum eſſe firmitatis atque conſtantiæ. Quare illud aſſiduo perſeqvuntur bello, & undiqve,

quantum in ipsis est, exterminant. Tu vero fortasse, mi Theodore, homines tantum vidisti dum pugnarent, dum in pace degunt, convenisti nunqvam. Nec mirum, familiares quippe tibi non sunt. At suis, opinor, discipulis, ista explicant otiose, quos sui similes efficere velint. Quos tu mihi discipulos, vir egregie? Ne alii quidem aliorum discipuli isti sunt, sed oriuntur existuntqve per se se, undecunque tandem furore concitati prorumpant, nec sentire quicquam alter alterum existimat. Cum igitur ab iis, ut ante dixi, nec volentibus, nec invitis rationem exprimere nullam possimus, restat, hanc ut rem ipsimet in manus sumamus, & quasi problema quoddam diligenter excutiamus. Modice tu quidem ac civiliter. Sed quod tandem aliud accepimus problema, quam cum ab antiquioribus illis, qui Poeticis involucris hominum vulgus latere voluerunt, Oceanum ac Tethyn rerum omnium fontes ac parentes, in perpetua fluxione versari, proindeque nihil consistere: tum etiam à recentioribus; sed qui tanquam sapientiores aperiunt sese, indicantqve palam, ut ipsi quoque cerdones eorum sapientiam vel audiendo intelligant, desinantque tandem simpliciter nimis ac pueriliter opinari, e rebus stare alias, alias moveri; atque ipsos adeo magis observent, cum ex iis cuncta moveri didicerint? At excidit mihi propemodum, Theodore, alios etiam contraria istis omnia statuisse. Cujusmodi est illud,

Totius verum ac proprium est, Immobile, nomen.

Atque alia id genus, quæ Melissi ac Parmenidæ adversus illos omnes summa contentione defendunt: cuncta nimirum unum esse, quod in semetipso consistat: nec locum habeat ullum in quo moveatur. His omnibus igitur, mi Theodore, quid faciamus? Sensim enim provecti ulterius, in factionis utriusqve medium imprudentes incidimus. Et ni quaqua perrumpentes effugerimus, dabimus profecto temeritatis nostræ pœnas, ut illis usu venit, qui descriptam ad lineam in palæstra ludunt, cum ab utraque parte intercepti hinc atque hinc distracti rapiuntur. Hactenus in Theæteto. Jam in Sophistâ de iisdem Physicis, qui ante se docuerant, hunc in modum loquitur. Leviter admodum, inquit, Parmenides hac mihi disputatione perfunctus videtur, cæteriqve omnes, quotquot unquã hoc in philosophandi genus incubuere, ut de eorum quæ sunt & numero, & ratione pronunciarent. Perinde nimirũ id agunt, ac si pueris fabulã narrarẽt.

A ἐκβάλλουσιν. Ἴσως, ὦ Θεόδωρε, τοὺς ἄνδρας μαχομένους ἑώρακας, εἰρηνεύουσι δ' οὐ συγγέγονας· οὐ γάρ σοι ἑταῖροί εἰσιν. ἀλλ', οἶμαι, τὰ τοιαῦτα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ σχολῆς φράζουσιν, οὓς ἂν βούλωνται ὁμοίους αὐτοῖς ποιῆσαι. Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται, ὁπόθεν ἂν τύχοι, ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον ὁ ἕτερος οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. παρὰ μὲν οὖν τούB των, ὅπερ ᾖα ἐρῶν, οὐκ ἄν ποτε λάβοις λόγον, οὔτε ἑκόντων, οὔτε ἀκόντων, αὐτοὺς δὲ δεῖ παραλαβόντας, ὥσπερ πρόβλημα ἐπισκοπεῖσθαι. Καὶ μετρίως γε λέγεις. Τὸ δὲ δὴ πρόβλημα ἄλλο τι παρειλήφαμεν, ἢ παρὰ μὲν τῶν ἀρχαίων μετὰ ποιήσεως ἐπικρυπτομένων τοὺς πολλούς, ὡς ἡ γένεσις τῶν πάντων, Ὠκεανός τε καὶ Τηθύς, ῥεύματα τυγχάνει, καὶ οὐδὲν ἕστηκε· παρὰ δὲ τῶν ὑστέρων, ἅτε σοφωτέρων, ἀναφανδὸν ἀποδεικνυμένων, ἵνα καὶ οἱ σκυτοτόC μοι αὐτῶν τὴν σοφίαν μάθωσιν ἀκούσαντες, καὶ παύσωνται ἠλιθίως οἰόμενοι, τὰ μὲν ἑστάναι, τὰ δὲ κινεῖσθαι τῶν ὄντων· μαθόντες δὲ ὅτι πάντα κινεῖται, τιμῶσιν αὐτούς; ὀλίγου δὲ ἐπελαθόμην, ὦ Θεόδωρε, ὅτι ἄλλοι αὖ τἀναντία τούτοις ἀπεφήναντο.

Οἷον ἀκίνητον τελέθει τῷ παντ' ὄνομ' εἶναι,

Καὶ ἄλλα ὅσα Μέλισσοί τε καὶ Παρμενίδαι ἐναντιούμενοι πᾶσι τούτοις διϊσχυρίζονται, ὡς D ἕν τε πάντα ἐστὶ, καὶ ἕστηκεν αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ, οὐκ ἔχον χώραν ἐν ᾗ κινεῖται. Τούτοις οὖν, ὦ ἑταῖρε, πᾶσι τί χρησόμεθα; κατὰ σμικρὸν γὰρ προϊόντες, λελήθαμεν ἀμφοτέρων εἰς τὸ μέσον πεπτωκότες. καὶ ἐὰν μή πῃ ἀμυνόμενοι διαφύγωμεν, δίκην δώσομεν, ὥσπερ οἱ ἐν ταῖς παλαίστραις διὰ γραμμῆς παίζοντες, ὅταν ὑπ' ἀμφοτέρων ληφθέντες ἕλκωνται εἰς τἀναντία. Ταῦτα μὲν ἐν Θεαιτήτῳ. Μεταβὰς ἑξῆς ἐπὶ τὸν Σοφιστὴν, αὖθις περὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ γενομένων φυσικῶν φιλοσόφων τοιάδε φησίν. Εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι, καὶ πᾶς ὅστις ἡμῖν πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι, πόσα τε καὶ ποῖά ἐστι. μῦθόν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι, παισὶν ὡς οὖσιν ἡμῖν. pag. 41.

Ὁ μὲν

Ὁ μὲν, ὡς τρία τὰ ὄντα, πολεμεῖ δὲ ἀλλήλοις ἐνίοτε αὐτῶν ἄττα πῃ, τοτὲ δὲ καὶ φίλα γιγνόμενα, γάμους τε, καὶ τόκους, καὶ τροφὰς τῶν ἐγγόνων παρέχεται. δύο δὲ ἕτερος εἰπὼν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, ἢ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, συνοικίζει τε αὐτὰ, καὶ ἐκδίδωσι. τὸ δὲ παρ' ἡμῖν Ἐλεατικὸν ἔθνος ἅπαν, ἀπὸ Ξενοφάνους τε καὶ ἔτι πρόσθεν ἀρξάμενον, ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων, οὕτω διεξέρχεται τοῖς μύθοις. Ἰάδες δὲ καὶ Σικελικαί τινες ὕστερον Μοῦσαι ξυνενόησαν, ὅτι συμπλέκειν ἀσφαλέστερον ἀμφότερα, καὶ λέγειν ὡς τὸ ὂν πολλά τε καὶ ἕν ἐστιν, ἔχθρᾳ δὲ καὶ φιλίᾳ συνέχεται. διαφερόμενον γὰρ ἀεὶ ξυμφέρεται, φασὶν αἱ συντονώτεραι τῶν Μουσῶν· αἱ δὲ μαλακώτεραι, τὸ μὲν ἀεὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἐχάλασαν· ἐν μέρει δὲ, τοτὲ μὲν ἓν εἶναί φασι τὸ πᾶν καὶ φίλον ὑπ' Ἀφροδίτης· τοτὲ δὲ πολλὰ, καὶ πολέμιον αὐτὸ αὑτῷ διὰ νεῖκός τι. Ταῦτα δὲ πάντα εἰ μὲν ἀληθῶς τις ἢ μὴ τούτων εἴρηκε, χαλεπὸν καὶ πλημμελὲς, οὕτω μεγάλα κλεινοῖς καὶ παλαιοῖς ἀνδράσιν ἐπιτιμᾷν. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει, Τοὺς μὲν τοίνυν διακριβολογουμένους ὄντος τε πέρι καὶ μὴ, πάντας μὲν οὐ διεληλύθαμεν· ὅμως δ' ἱκανῶς ἐχέτω. τοὺς δ' ἄλλως λέγοντας αὖ θεατέον, ἵν' ἐκ πάντων ἴδωμεν, ὅτι τὸ ὂν, τοῦ μὴ ὄντος, οὐδὲν εὐπορώτερον εἰπεῖν, ὅ, τι ποτέ ἐστιν. Οὐκοῦν πορεύεσθαι χρὴ καὶ ἐπὶ τούτοις. Καὶ μὴν ἔοικέ γε ἐν αὐτοῖς, οἷον γιγαντομαχία τις εἶναι, διὰ τὴν ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς οὐσίας πρὸς ἀλλήλους. Πῶς; Οἱ μὲν εἰς γῆν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τοῦ ἀοράτου πάντα ἕλκουσι, ταῖς χερσὶν ἀτεχνῶς πέτρας καὶ δρῦς περιλαμβάνοντες. τῶν γὰρ τοιούτων ἐφαπτόμενοι πάντων, διισχυρίζονται τοῦτο εἶναι μόνον ὃ παρέχει προσβολὴν καὶ ἐπαφήν τινα, ταὐτὸν σῶμα καὶ οὐσίαν ὁριζόμενοι· τῶν δ' ἄλλων εἴ τις φήσει μὴ σῶμα ἔχον εἶναι, καταφρονοῦντες τὸ παράπαν, καὶ οὐδὲν ἐθέλοντες ἄλλο ἀκούειν. Ἦ δεινοὺς εἴρηκας ἄνδρας. ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων πλέοσι συχνοῖς προσέτυχον. Τοιγαροῦν οἱ πρὸς αὐτοὺς ἀμφισβητοῦντες, μάλα εὐλαβῶς ἄνωθεν ἐξ ἀοράτου ποθὲν ἀμύνονται, νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι. τὰ δ' ἐκείνων σώματα, καὶ τὴν λεγομένην ὑπὸ τούτων ἀλήθειαν, κατὰ σμικρὰ διαθραύοντες ἐν τοῖς λόγοις, γένεσιν ἀντὶ οὐσίας φερομένην τινὰ προσαγορεύουσιν.

A Alius enim ea quæ sunt, tria constituit, atq; ejusmodi, e quibus aliqua duo, interdum quidem secum ipsa pugnent, interdum vero reconciliata gratia, initoque matrimonio fœtus suscipiant, quibus deinde alimenta suppeditent. Alius duo tantum assignans, Humidum & Siccum, vel Calidum & Frigidum, eadem consociat atque diffundit. Apud nos autem Eleatica natio universa, qua jam inde a Xenophane, eoque vetustioribus duxit initium, quæ vulgo cuncta dicimus, ea non nisi unum aliquid esse fabulatur. His B successere Ionicæ quædam Siculæq; Musæ, quibus securius visum est sic opinionem utramq; conjungere, ut id quod est, idem & multa & unum esse dicerent, odioqve simul & amicitia contineri. Semper enim dissidendo consentit, ut canunt robustiores Musæ. Nam remissiores quidem, sententiam illam, quæ semper hæc eodem modo habere defendebat, ita mollierunt, ut eadem vicissim hoc universum, modo unum aliquid esse dicerent, quod amore Venus colligaret, modo discordia nescio qua fieri, ut idem, & multa C quædam esset, & secum ipsum hostis more confligeret. Hæc omnia, seu vere quis eorũ, seu falso dixerit, grave ac flagitiosum esset, tantis in rebus viros insignes priscosq; redarguere. Tum paucis quibusdam interjectis. Nec dum, inquit, illos omnes recensuimus, qui tam de eo quod non est, quam de eo quod est, accuratius disputarunt. Veruntamen satis ista sunto. Nunc eos porro videamus, qui alia omnia censuerunt, ut id quod est, nihilo promptius eo quod non est, ad explicandum esse, omnium ex sententiis auferamus. Quippe adeundi nobis sunt isti quoque. Atqui hæc ipsa de essentiæ ratione con- D troversia, quandam inter illos etiam videtur Gygantum pugnam excitasse. Qui tandem? Nimirum alii, dum petras & quercus reipsa manibus apprehendunt, cuncta e Cœlo atque ex eo quod videri non potest, detrahunt in terras. Hæc enim omnia dum contingunt, id unum esse confirmant, quod appulsum tactumqve præbet, atque id ipsum & corpus & essentiam esse definiunt. Ac si quis aliud quidlibet corpore destitutum, esse tamen dixerit, id vero sic aspernantur atque repudiant, ut ne audire quidem velint. Acre omnino ac vehemens hominum genus designas: nam in eorum complures ego quoque jam incidi. Horum porro adversarii, e superioribus quibusdam locis oculosq; fugientibus, considerare admodum repugnant, ac spirituales quasdam & corporis expertes formas veram ac propriam essentiæ rationem habere, argumentis urgent. Illorum autem corpora, quamqve nominant ipsi veritatem suis in disputationibus minutatim concidentes, non essentiam, at generationem quandam vocitant perpetuo motu agitatam.

» ex quo proinde his de rebus inter utrosqve » assidua quædam existit & infinita contentio. » Sic est. Hæc Plato, quibus Philosophos, qui de Physicis ante se tractaverant, mordet ac vellicat. Quibus de rebus ipsemet, quemadmodum senserit, superioribus libris jam declaravimus, cum eum in ejus quod est tradenda explicandaque ratione, cum Hebræorum adeoqve Mosis doctrina consentire ostendimus. Deinceps igitur ad ejusdem Platonis successores veniamus.

Cap. II. Platonem ferunt, cum ad suas disputationes Academiam delegisset, omnium Principem Academicum esse dictum, atque illud Philosophiæ genus, quod etiam Academicum nominant, instituisse. Platoni Speusippum, ejus ex sorore Potonis filia nepotem, Speusippo Xenocratem successisse. Tum eodem in loco docendi munus a Polemone susceptum. Quos quidem ajunt, ab ipso quasi Lare exorsos, Platonicam doctrinam evertere, dum quæ Præceptori suo placuerunt, peregrinorum dogmatum novitate depravant. Prorsus, ut metuendum sit, ne admirabilium Dialogorum vis illa singularis brevi extinguatur, unaqve cum hominis interitu ipsa quoque doctrinæ successio funditus intereat. Hæc enim pugna atque dissensio ab istis jam inde cœpta, qui se Platonis sectatores profitentur, huc usqve omnes exercere non desinit. Quanquam tales profecto nulli jam sunt, si toto hoc temporis spacio unum fortassis alterumve, certe paucos admodum excipias. Qvi tamen ne ipsi quidem fuere ab omni peregrina & Sophistica specie alieni: quum illi etiam, qui omnium primi Platonem exceperant, labem hanc & maculam effugere non potuerint. Nam Polemoni Arcesilam successisse ajunt, quem fama est relicta Platonis doctrina, peregrinam quandam, atque ut vocant secundam Academiam instituisse. Hujus enim proprium id fuisse, ut diceret rebus in omnibus retinendam assensionem esse; quod certo percipi nihil posset, quod æque probabilis esset in partem utramque disputatio, quod deniqve tam rationum omnium, quam sensuum fides laboraret. Quare laudabat illud Hesiodi,

Ignaras hominum suspendunt Numina mentes.

Idem & nonnulla præter communem hominum opinionem innovare conabatur. Post Arcesilam, Carneades & Clitomachus extitisse dicuntur, qui rejecta superiorum opinione, tertiam Academiam fundaverint. Quibus & quartam addunt nonnulli, quæ Philonem & Charmidam Principes habeat.

A ἐν μέσῳ δὲ περὶ ταῦτα ἄπληστος ἀμφοτέρων » μάχη τις, ὦ Θεαίτητε, ἀεὶ ξυνέστηκεν. Ἀληθῆ. » Διὰ δὴ τοσούτων τοὺς πρὸ αὐτοῦ φυσικοὺς φιλοσόφους διαβέβληκεν ὁ Πλάτων. ὁποίαν δὲ αὐτὸς περὶ τῶν ἐζητημένων ἐπῆγε δόξαν, ἐν τοῖς πρὸ τούτου διειλήφαμεν, ὅτε συμφωνεῖν αὐτὸν τοῖς Ἑβραίων δόγμασι, καὶ τῇ Μωσέως συντρέχειν περὶ τοῦ ὄντος διδασκαλίᾳ παρειστῶμεν. Καὶ τοὺς αὐτοῦ δὲ τοῦ Πλάτωνος διαδόχους φέρε τῷ λόγῳ θεωρήσωμεν. Πλάτωνά φασιν ἐν Ἀκαδημίᾳ συστησάμενον τὴν διατριβὴν, πρῶτον Ἀκαδημαϊκὸν κληθῆναι, καὶ τὴν ὀνομασθεῖσαν Ἀκαδημαϊκὴν φιλοσοφίαν συστήσασθαι. μετὰ δὲ Πλάτωνα, Σπεύσιππον τὸν ἐξ ἀδελφῆς Πλάτωνος, τῆς Πώτωνος. εἶτα Ξενοκράτην. ἔπειτα Πολέμωνα τὴν διατριβὴν ὑποδέξασθαι. τούτους δὲ ἀφ᾽ ἑστίας ἀρξαμένους εὐθὺς, τὰ Πλατωνικά φασι παραλύειν, στρεβλοῦντας τὰ τῷ διδασκάλῳ φανέντα ξένων εἰσαγωγαῖς δογμάτων. ὥστε σοι μὴ εἰς μακρὰν ἐλπίζειν τὴν τῶν θαυμαστῶν ἐκείνων διαλόγων ἰσχὺν ἀποσβῆναι, ἅμα τε τῇ τοῦ ἀνδρὸς τελευτῇ, καὶ τὴν τῶν δογμάτων διαδοχὴν συναποτελευτῆσαι· μάχης ἐντεῦθεν καὶ στάσεως ἀπὸ τῶνδε ἀρξαμένης, οὔποτε καὶ εἰς δεῦρο διαλειπούσης τοὺς τὰ αὐτοῦ φίλα ζηλοῦν ἀσπαζομένους, οὐδένας μὲν ὄντας, πλὴν εἰ μὴ εἷς που ἢ δεύτερος ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ, ἢ καί τινες ἄλλοι κομιδῇ βραχεῖς τὸν ἀριθμόν· οὐδ᾽ αὐτοὶ πάμπαν ἀλλότριοι ἐπιπλάστου σοφιστείας. ἐπεὶ καὶ οἱ πρόσθεν τὸν Πλάτωνα διαδεξάμενοι, τοιοίδε τινες διαβέβληνται. Πολέμωνα γάρ φασι διαδέξασθαι Ἀρκεσίλαον, ὃν δὴ κατέχει λόγος ἀφέμενον τῶν Πλάτωνος δογμάτων, ξένην τινὰ, καὶ, ὥς φασι, δευτέραν συστήσασθαι Ἀκαδημίαν. φάναι γὰρ περὶ ἁπάντων ἐπέχειν δεῖν· εἶναι γὰρ πάντα ἀκατάληπτα, καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερα λόγους ἰσοκρατεῖς ἀλλήλοις, καὶ τὰς αἰσθήσεις δὲ ἀπίστους εἶναι, καὶ πάντα λόγον. Ἐπῄνει γοῦν Ἡσιόδου τουτὶ τὸ ἀπόφθεγμα,

Κρύψαντες γὰρ ἔχουσι θεοὶ νόον ἀνθρώποισιν. »

Ἐπειρᾶτο δὲ καὶ παράδοξά τινα ἀνακαινίζειν. Μετὰ δὲ τὸν Ἀρκεσίλαον, τοὺς ἀμφὶ Καρνεάδην καὶ Κλειτόμαχον, τοὺς τῆς προτέρων δόξης ἀποτραπέντας, τρίτης Ἀκαδημίας αἰτίους γενέσθαι φασίν. Ἔνιοι δὲ καὶ τετάρτην προστιθέασι, τὴν περὶ τὸν Φίλωνα καὶ Χαρμίδαν.

Τινὲς δὲ καὶ πέμπτην καταλέγουσι, τὴν τῶν περὶ τὸν Αντίοχον. Τοιαύτη μέν τις ἡ ἀπὸ Πλάτωνος ὑπῆρξε διαδοχή. ὁποῖοι δὲ γεγόνασιν οἵδε τὸν τρόπον, λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς ὧδε ἐχούσας Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου φωνὰς, ἃς τέθειται ἐν τῷ πρώτῳ ὧν ἐπέγραψε, περὶ τῆς τῶν Ακαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως.

Imo & ab aliis quintam numerari audio, quæ parentem agnoſcat Antiochum. Et Platonis quidem ejusmodi ſucceſſores fuere. Quorum ſi mores & inſtituta noſſe cupis, Numenium Pythagoreum conſule, qui primo ex iis, quos de Academicorum a Platone divortio conſcripſit, hæc ad verbum habet.

ε.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΑ πρώτης διαδοχῆς. ἐκ τῶν Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορικοῦ.

Ἐπὶ μὲν τοίνυν Σπεύσιππον τὸν Πλάτωνος μὲν ἀδελφιδοῦν, Ξενοκράτην δὲ τὸν διάδοχον τοῦ Σπευσίππου, Πολέμωνα δὲ τὸν ἐκδεξάμενον τὴν σχολὴν παρὰ Ξενοκράτους, ἀεὶ τὸ ἦθος διετείνετο τῶν δογμάτων σχεδόν τι ταυτὸν, ἕνεκά γε τῆς μήπω ἐποχῆς ταυτησὶ τῆς πολυθρυλλήτου τε, καὶ εἰ δή τινων τοιούτων ἄλλων. Επεὶ εἴς γε τὰ ἄλλα πολλαχῇ παραλύοντες, τὰ δὲ στρεβλοῦντες, οὐκ ἐνέμειναν τῇ πρώτῃ διαδοχῇ· δεξάμενοι δὲ ἀπ' ἐκείνου, καὶ θᾶττον καὶ βράδιον διΐσταντο προαιρέσει, ἢ ἀγνοίᾳ, τὰ δὲ δή τινι αἰτίᾳ ἄλλῃ, οὐκ ἂν φιλοτίμῳ ἴσως. Καὶ οὐ μὲν βούλομαί τι φλαῦρον εἰπεῖν διὰ Ξενοκράτη, μᾶλλον μὴν ὑπὲρ Πλάτωνος ἐθέλω. καὶ γάρ με δάκνει, ὅτι μὴ πᾶν ἔπαθόν τε καὶ ἔδρων, σώζοντες τῷ Πλάτωνι κατὰ πάντα πάντῃ πᾶσαν ὁμοδοξίαν. καίτοι ἄξιος ἦν αὐτοῖς ὁ Πλάτων, οὐκ ἀμείνων μὲν Πυθαγόρου τοῦ μεγάλου, οὐ μέντοι ἴσως οὐδὲ φλαυρότερος ἐκείνου· ᾧ συνακολουθοῦντες σεφθέντες τε οἱ γνώριμοι, ἐγένοντο πολυτιμητίζεσθαι αἰτιώτατοι τὸν Πυθαγόραν. Τοῦτο δὲ οἱ Επικούρειοι, οὐκ ὤφελον μὲν, μαθόντες δ' οὖν, ἐν οὐδενὶ μὲν ὤφθησαν Επικούρῳ ἐναντία θέμενοι οὐδαμῶς, ὁμολογήσαντες δὲ εἶναι σοφῷ συνδεδογμένοι, καὶ αὐτοὶ διὰ τοῦτο ἀπέλαυσαν τῆς προσρήσεως εἰκότως. ὑπῆρξέ τε ἐκ τούτου ἐπὶ πλεῖστον τοῖς μετέπειτα Επικουρείοις, μηδ' αὐτοῖς εἰπεῖν πω ἐναντίον οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε Επικούρῳ μηδὲν εἰς μηδὲν, ὅτου καὶ μνησθῆναι ἄξιον. ἀλλ' ἔστιν αὐτοῖς παρανόμημα, μᾶλλον δὲ ἀσέβημα, καὶ κατέγνωσται τὸ καινοτομηθέν.

Fr. add. τὸ μὴ.

V.

DE PRIMA PLATONICÆ DOctrinæ ſucceſſione. Ex Numenio Pythagorico.

SPEUSIPPUM, inquit, Plato nepotem habuit ex ſorore; ſucceſſit huic Xenocrates, quem in ſcholæ magiſterio Polemo ſeqvutus eſt. Ab his Platonicæ doctrinæ ratio propagata, ſui fere ſimilis: cum hæc ſaltem aſſenſionis decantata retentio, & quicquid huic affine eſt, nondum exiſteret. Iidem tamen, ſi cætera cogitemus, iis partim infractis, partim depravatis, primam illam ſucceſſionem minime retinuerunt: ſed inde ſtatim incipientes, cum initio tum deinceps, diverſas in factiones abiere, ſive prudentes id fecerint, ſive imprudentes, ſive alia qualibet impulſi cauſa. Abfuit tamen, opinor, omnis ambitioſa contentio. Eqvidem Xenocratis cauſa ſecus dicere nihil velim, ſed tamen Platonis cauſa dicendum eſt. Dolet enim profecto mihi, eos omnia molitos non eſſe, ut plenam ſibi atqve integram in omnibus cum Platone conſenſionem defenderent. Et ea quidem Plato dignus erat, qui magno illo Pythagora ut melior non fuerit, non fuit tamen fortaſſe deterior: quem diſcipuli quod ſeqvuti omnes ac venerati fuerint, id etiam egere potiſſimum, ut ſummo apud omnes in pretio habeatur. Hoc ipſum Epicurei, perperam illi quidem, ſed tamen cum intelligerent, nulla unquam in re ab Epicuro diſſidere viſi ſunt, ſed potius eadem omnino ſe cum Sapiente ſuo ſentire profeſſi, jure propterea id nominis habuere. Quin etiam, qui longiſſimo deinceps intervallo conſequuti Epicurei, ſunt, ii nec abs ſe ſe mutuo, nec ab eodem Epicureo tantillum, quod quidem meminiſſe attineat, diſceſſere. Imo ſceleris apud eos, vel potius impietatis ille damnetur, qui novi quippiam invexerit.

A Quare nemo prorsus id audeat. Sed eorum dogmata ob constantem illam omnium inter se perpetuamq; concordiam, in altissima quadam & tranquillissima pace versantur. Ita hæc Epicuri secta veræ cuidam Reipublicæ persimilis est, quam ab omni seditione remotissimam, mens quædam una communis, unaque sententia moderetur. Quam illi disciplinam & antea seqvuti sunt multi perlibenter, & seqvuntur etiamnum, atqve adeo, ut simillimum veri est, in posterum seqventur. At Stoicos inter factiones extitere, quæ ab ipsis eorum commissæ Principi- B bus, ad nos usqve propagatæ sunt. Ac se se illi mutuo graviter admodum & acerbe redarguunt, dum alii suum adhuc institutum retinent, alii jam ab eo descivērunt. Et factiosorum quidem istorum Principes, eorum similes sunt, qui paucorum imperium acrius vehementiusqve defendunt, suoqve illo divortio in causa fuere, quamobrem posteri & majores suos, & se se mutuo intemperantius reprehendant; cum aliis adhuc alii Stoicæ disciplinæ tenaciores essent. Quo in genere molestiores fuere, qui argutius ac subtilius quoddam artificium C aucupari videbantur. Hi enim, ut curiositate cæteros ac vellicandi acumine superabant, sic paratiores erant ad reprehendendum. Quod ipsum tamen multo ante ipsos, factitatum ab iis est, qvi e Socratis disputationibus contrarias eruerunt pugnantesqve rationes: ubi seorsim Aristippus, seorsim Antisthenes, aliique similiter, ut Megarenses & Eretrii, ac si qui præterea cum istis numerandi sunt. Cujus divortii causa hæc fuit, quod cum Socrates Deos tres poneret, atqve apud eos suis cujusqve propriisqve numeris philosopharetur, qui eum audiebant, cum illud minus caperent, tum vero teme- D re, ac pro diverso fortunæ, alius alias superantis afflatu, omnia ab eo dici existimarent. At Plato, ut inhærebat Pythagoræ, sic optime noverat Socratem, nec aliunde, quam ex Pythagoreo illo fonte hausta illa dicere solitum, & prudentem ac scientem ea loqvutum fuisse. Quocirca rem totam ita convolvit ipse quoque, ut nec usitato more, nec perspicue loqueretur. At digestis pro arbitrio singulis, eaqve obscuritate aspersa, ut partim intelligerentur, partim ignota remanerent, summa cautione scripsit ille quidem, sed tamen hujus quæ post eum secuta est dissensionis, dogmatumqve suorum diversas in partes sensusqve divortii causam præbuit; non invidia certe quidem aut malevolentia. Enimvero nihil de antiquioribus illis, quod minus læti ominis sit, dicere statui. At nos hoc semel cognito sententiam eo potius nostrā conferre oportebit; atq; ut nobis ab initio propositum fuit, eum ab Aristotele ac Zenone sejungere, sic eundem ab ipsa quoq; Academia,

Καὶ διὰ τοῦτ' οὐδεὶς οὐδὲ πλημμελεῖ· τῇ πολλῇ δὲ εἰρήνῃ αὐτοῖς ἠρεμεῖ τὰ δόγματα, ὑπὸ τῆς ἐν ἀλλήλοις αἰεί ποτε συμφωνίας. ἔοικέ τε ἡ Ἐπικούρου διατριβὴ πολιτείᾳ τινὶ ἀληθεῖ, ἀστασιαστοτάτῃ, κοινὸν ἕνα νοῦν, μίαν γνώμην ἐχούσῃ. ἀφ' ἧς ἦσαν, καὶ εἰσὶ, καὶ ὡς ἔοικεν, ἔσονται φιλακόλουθοι. Τὰ δὲ τῶν Στωϊκῶν ἐστασίασται, ἀρξάμενα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδέπω τελευτῶντα καὶ νῦν. ἐλέγχουσι δὲ ἀγαπώντως ὑπὸ δυσμενοῦς ἐλέγχου, οἱ μέν τινες αὐτῶν ἐμμεμενηκότες ἔτι, οἱ δ' ἤδη μεταθέμενοι. εἴξασιν οὖν οἱ πρῶτοι ὀλιγαρχικωτέροις, οἳ δὴ διαστάντες ὑπῆρξαν εἰς τοὺς μετέπειτα, πολλῆς μὲν τοῖς προτέροις, πολλῆς δὲ τῆς ἀλλήλοις ἐπιτιμήσεως αἴτιοι, εἰσέτι ἑτέρων ἕτεροι Στωϊκώτεροι· καὶ μᾶλλον ὅσοι πλεῖον ἐπὶ τὸ τεχνικὸν ὤφθησαν μικρολόγοι. Αὐτοὶ γὰρ οὗτοι τοὺς ἑτέρους ὑπερβαλλόμενοι τῇ τε πολυπραγμοσύνῃ, τοῖς τε σκαριφηθμοῖς, ἐπετίμων θᾶττον. πολὺ μέντοι τούτων πρότερον ταῦτα ἔπαθον οἱ ἀπὸ Σωκράτους, ἀφελκύσαντες διαφόρους τοὺς λόγους· ἰδίᾳ μὲν Ἀρίστιππος, ἰδίᾳ δὲ Ἀντισθένης· καὶ ἀλλαχοῦ ἰδίᾳ οἱ Μεγαρικοί τε, καὶ Ἐρετρικοὶ, ἢ εἴ τινες ἄλλοι μετὰ τούτων. Αἴτιον δὲ, ὅτι τρεῖς Θεοὺς τιθεμένου Σωκράτους, καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς ἐν τοῖς προσήκουσιν ἑκάστῳ ῥυθμοῖς, οἱ διακούσαντες τοῦτο μὲν ἠγνόουν, ᾤοντο δὲ λέγειν πάντα αὐτὸν εἰκῇ, καὶ ἀπὸ τῆς νικώσης αἰεὶ προστυχῶς ἄλλοτε ἄλλης τύχης, ὅπως πνέοι. Ὁ δὲ Πλάτων Πυθαγορείσας, (ᾔδει δὲ τὸν Σωκράτην μηδαμόθεν ἢ ἐκεῖθεν διὰ τὰ αὐτὰ ταῦτα εἰπεῖν τε καὶ γνόντα εἰρηκέναι,) ὧδε οὖν καὶ αὐτὸς συνεδήσατο τὰ πράγματα, οὔτε εἰωθότως, οὔτε δὲ εἰς τὸ φανερόν· διαγαγὼν δὲ ἕκαστα ὅπῃ ἐνόμιζεν, ἐπικρυψάμενος ἐν μέσῳ τοῦ δῆλα εἶναι καὶ μὴ δῆλα, ἀσφαλῶς μὲν ἐγράψατο, αὐτὸς δὲ αἰτίαν παρέσχε τῆς μετ' αὐτὸν στάσεώς τε ἅμα καὶ διολκῆς τῶν δογμάτων, οὐ φθόνῳ μὲν, οὐδέ γε δυσνοίᾳ· ἀλλ' οὐ βούλομαι ἐπὶ ἀνδράσι πρεσβυτέροις εἰπεῖν ῥήματα οὐκ ἐναίσιμα. Τοῦτο δὲ χρὴ μαθόντας ἡμᾶς, ἐπανενεγκεῖν ἐκεῖσε μᾶλλον τὴν γνώμην, καὶ ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς προυθέμεθα, χωρίζειν αὐτὸν Ἀριστοτέλους καὶ Ζήνωνος, οὕτω καὶ νῦν τῆς Ἀκαδημίας,

pag. 441. V. Not. V. Not. V. Not.

ἐὰν ὁ Θεὸς ἀντιλάβηται, χωρίζοντες, ἐάσομεν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ νῦν εἶναι Πυθαγόρειον. ὡς νῦν μανικώτερον, ἢ Πενθεῖ τινὶ προσῆκε, διελκόμενος, πάσχει μὲν τὰ μέλη, ὅλως δ' ἐξ ὅλου ἑαυτοῦ μετατίθεταί τε καὶ ἀντιμετατίθεται οὐδαμῶς. ὡς οὖν ἀνὴρ μεσεύων Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους, τοῦ μὲν τὸ σεμνὸν ὑπαγαγὼν μέχρι τοῦ φιλανθρώπου· τοῦ δὲ τὸ κομψὸν τοῦτο καὶ παιγνιῆμον ἀναγαγὼν ἀπὸ τῆς εἰρωνείας εἰς ἀξίωμα καὶ ὄγκον, καὶ αὐτὸ τοῦτο κεράσας Σωκράτει Πυθαγόραν, B τοῦ μὲν δημοτικώτερος, τοῦ δὲ σεμνότερος ὤφθη. Ἀλλ' οὐ γάρ τι ταῦτα διαιτήσων ἦλθον, μὴ περὶ τούτων οὔσης νῦν μοι τῆς ζητήσεως. ἃ δὲ προυδέδοκτο, καὶ εἶμι ἐκεῖσε, ᾗ δὴ φορὸς ἀναδραμεῖν δοκῶ μοι, μὴ καί που ἀποκρουσθῶμεν τῆς ὁδοῦ τῆς φερούσης. Πολέμωνος δὲ ἐγένοντο γνώριμοι, Ἀρκεσίλαος καὶ Ζήνων· πάλιν γὰρ αὐτῶν μνησθήσομαι ἐπὶ τέλει. Ζήνωνα μὲν οὖν μέμνημαι εἰπὼν, Ξενοκράτει, εἶτα δὲ Πολέμωνι φοιτῆσαι, αὖθις δὲ παρὰ Κράτητι κυνίσαι. νυνὶ δὲ αὐτῷ λελογίσθω, ὅτι καὶ Στίλπωνός τε μετέσχε, καὶ τῶν C λόγων τῶν Ἡρακλειτείων. ἐπεὶ γὰρ συμφοιτῶντες παρὰ Πολέμωνι ἐφιλοτιμήθησαν ἀλλήλοις, συμπαρέλαβον εἰς τὴν πρὸς ἀλλήλους μάχην, ὁ μὲν Ἡράκλειτον, καὶ Στίλπωνα, ἅμα καὶ Κράτητα, ὧν ὑπὸ μὲν Στίλπωνος, ἐγένετο μαχητὴς, ὑπὸ δὲ Ἡρακλείτου αὐστηρὸς, κυνικὸς δὲ ὑπὸ Κράτητος· ὁ δ' Ἀρκεσίλαος Θεόφραστον ἴσχει, καὶ Κράντορα τὸν Πλατωνικὸν, καὶ Διόδωρον, εἶτα Πύῤῥωνα· ὧν ὑπὸ μὲν Κράντορος πιθανουργικὸς, ὑπὸ Διοδώρου δὲ Σοφιστὴς, ὑπὸ δὲ Πύῤῥωνος ἐγένετο παντοδαπὸς, καὶ ἴτης, καὶ D οὐδέν. Ὁ καὶ ἐλέγετο περὶ αὐτοῦ ᾀδόμενόν τι ἔπος παράγωγον καὶ ὑβριστικὸν, (pag. 46.)

Πρόσθε Πλάτων, ὄπιθεν Πύῤῥων, μέσος
Διόδωρος.

Τίμων δὲ καὶ ὑπὸ Μενεδήμου τὸ ἐριστικὸν φησὶ λαβόντα ἐξαρτυθῆναι, εἴπερ γε δή φησι περὶ αὐτοῦ,

Τῇ μὲν ἔχων Μενεδήμου ὑπὸ στέρνοισι μό-
λυβδον,
Θεύσεται, ἢ Πύῤῥωνα τὸ πᾶν κρέας, ἢ
Διόδωρον.

A Si consilium Deus probabit, segregantes, per se se Pythagoreum esse patiemur. Quippe majori nunc certe furoris æstu, quam si Pentheus quidam esset, hinc indeqve distractus, suis in membris patitur ille quidem, at nunquam ita sibi totus aufertur ipsi, ut alius omnino videatur. Sed potius, quasi Pythagoram inter Socratemqve medius, dum illius gravitatem ad humanitatem inclinat & flectit, hujus urbanitatem & sales a risu ac dissimulatione ad dignitatem aliquam severitatemqve traducit, adeoqve cum Socrate jungit miscetque Pythagoram, comitate B alterum, alterum gravitate vincit. At enimvero nequaquam id agimus hoc tempore, alia nobis præ manibus quæstio est. Revocamus ergo nos ad locum pensumque nostrum, atque ut a recto cursu ne longius aberremus, ex eo quod alio nos abripuit diverticulo, redimus in viam. Discipulos habuit Polemo Arcesilam atque Zenonem: (rursus enim tandem eorum meminero.) Quippe dicere me jam memini, Zenonem Xenocratis primum, deinde Polemonis auditorem fuisse, tum a Cratete Cynicam hausisse disciplinam. Nunc de eodem præterea sic habeto, illum & Stilponem C & Heraclitum etiam audiisse. Cum enim Polemoni operam ambo darent, quod mutua quadam æmulatione ferrentur, pugnæ socios & adjutores optaverunt, Heraclitum, Stilponem, & Cratetem, Zeno, qui Stilponis consuetudine pugnax; Heracliti, austerus; Cratetis, Cynicus evasit: Arcesilas vero Theophrastum, Crantorem Platonicum, Diodorum, ac deinde Pyrrhonem: & a Crantore quidem ad persuadendum callidus, a Diodoro autem Sophista, denique a Pyrrhone cum omnem in partem versatilis ac temerarius, tum etiam nullus esse dicit. In quem propterea cani solitum D ajunt hunc versiculum, ex alio quodam contumeliæ causa expressum,

Fronte Plato, pedibus Pyrrho, medio Diodorus.

Quem etiam a Timone scriptum est, a Menedemo acrimonia quadam instructum & armatum fuisse. Sic enim ille de Arcesilâ,

Ille ruens, medio Menedemi in pectore plumbum,

Pyrrhonisve altas glandes feret, aut Diodorum.

A Itaque spinosis Diodori hominis Dialectici argutiis, ancipites illas ac dubias Pyrrhonis cogitationes intricans, nugaci & ineptæ loquacitati aliquod tamen ex vi & facultate Platonica ornamentum quærebat: homo ejusmodi, affirmans simul idem, idemqve negans, hinc, illinc, utrinque, vel undiqve potius subito se temereque versans ac revocans, incerti ambiguiqve sensus, veterator, præceps, atqve ut ipsemet, adeo ingenuus est, confitetur, nihil omnino sciens: postmodum tamen nescio quo pacto scientibus similis: sic umbratili quadam orationis spe- B cie omnis homo subinde apparuit.

Ταῖς οὖν Διοδώρου Διαλεκτικοῦ ὄντος λεπτολογίαις, τοὺς λογισμοὺς τοὺς Πύῤῥωνος καὶ τὸ σκεπτικὸν καταπλέξας, διεκόσμησε λόγου δεινότητι τῇ Πλάτωνος φλύαρόν τινα κατεστωμυλμένον· καὶ ἔλεγε, καὶ ἀντέλεγε, καὶ μετεκυλινδεῖτο κἀκεῖθεν, κἀντεῦθεν, ἑκατέρωθεν, ὁπόθεν τύχοι, παλινάγρετος, καὶ δύσκριτος, καὶ παλίμβολός τε ἅμα, καὶ παρακεκινδυνευμένος, οὐδέν τε εἰδώς, ὡς αὐτὸς ἔφη, γενναῖος ὤν· εἶτά πως ἐξέβαινεν ὅμοιος τοῖς εἰδόσιν, ὑπὸ σκιαγραφίας τῶν λόγων παντοδαπὸς πεφαντασμένος.

VI.
DE ARCESILA, QVI SECUNdam Academiam instituit. Ex eodem.

5.
ΠΕΡΙ ΑΡΚΕΣΙΛΑΟΥ ΤΟΥ τὴν δευτέραν Ἀκαδημίαν ὑποστησαμένου. ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

NIHILO minus, inquit, ignotus erat Arcesilas, quam ambiguum esset, utros inter Homericus ille Diomedes versaretur, Trojanos, an Achivos. Is enim nec idem unqvam ut diceret impetrare abs se se poterat, nec id omnino solertis ingenii putabat C esse. Ergo Sophista dicebatur acer ac vehemens, quique minus hac in arte versatos jugularet. Nam quemadmodum Empusæ illæ solent, in disputationum suarum præstigiis, studio dataqve opera componebat dabatque sese, ludificabatur, nihil nec sciebat ipse, nec scire alios patiebatur: terrorem omnibus ac perturbationem injiciebat: argutiarumqve sibi ac veteratoriæ dictionis primas ita defendebat, hoc ut probro jucundissime frueretur, eoqve se nomine mirum in modum circumspiceret, quod quid turpe quidve honestum, quid bonum quidve malum esset, ignoraret: sed potius, ubi quod D primum in mentem venerat effutiisset, tum repente mutatus, id ipsum pluribus quam ante stabilierat, everteret. Se ipsum igitur ille quasi Hydram secabat, & secabatur a se ipso, dum sic in utramqve partem loqueretur, ut nec quid sibi vellet intelligerent, nec ullam ipse decori rationem haberet. Tenebat ille tamen auditores, dum in loquente summam oris dignitatem videbant. Fuit enim auditu simul aspectuque jucundissimus, adeoque libentissime hominis orationem excipiebant, præstanti ex vultu & ore manantem, nec absqve nativa quadam suavitate oculorum. Quam ille speciem non subito præ se tulit, sed a primis statim annis induerat.

ΤΟΥ ΤΕ Ὁμηρικοῦ Τυδείδου ὁποτέροις μετείη ἀγνοουμένου, οὔτε εἰ Τρωσὶν ὁμιλέοι, οὔτε εἰ καὶ Ἀχαιοῖς, οὐδὲν ἧττον Ἀρκεσίλαος ἠγνοεῖτο. τὸ γὰρ ἕνα τε λόγον καὶ ταὐτόν ποτ' εἰπεῖν, οὐκ ἐνῆν ἐν αὐτῷ, οὐδέ γε ἠξίου ἀνδρὸς εἶναί πω τὸ τοιοῦτο δεξιοῦ οὐδαμῶς. ὠνομάζετο οὖν δεινὸς σοφιστής, τῶν ἀγυμνάστων σφαγεύς. ὥσπερ γὰρ αἱ Ἔμπουσαι, ἐν τοῖς φάσμασι τοῖς τῶν λόγων, ὑπὸ παρασκευῆς τε καὶ μελέτης ἐφήρμοττεν, ἐγοήτευεν, οὐδὲν εἶχεν εἰδέναι οὔτε αὐτός, οὔτε τοὺς ἄλλους ἐᾶν· ἐδειμάτου δὲ καὶ κατεθορύβει, καὶ σοφισμάτων γε καὶ λόγων κλοπῆς φερόμενος τὰ πρῶτα, κατέχαιρε τῷ ὀνείδει, καὶ ἠβρύνετο θαυμαστῶς, ὅτι μήτε τί αἰσχρὸν ἢ καλόν, μήτε ἀγαθόν, μήτε αὖ κακόν ἐστι τί, ᾔδει· ἀλλ' ὁπότερον εἰς τὰς ψυχὰς πέσοι, τοῦτο εἰπών, αὖθις μεταβαλών, ἀνέτρεπεν ἂν πλεοναχῶς, ἢ δι' ὅσων κατεσκευάκει. Ἦν οὖν ὕδραν τέμνων ἑαυτόν, καὶ τεμνόμενος ὑφ' ἑαυτοῦ, ἀμφότερα ἀλλήλων δυσκρίτως, καὶ τοῦ δέοντος ἀσκέπτως. πλὴν τοῖς ἀκούουσιν ἤρεσεν, ὁμοῦ τῇ ἀκροάσει εὐπρόσωπον ὄντα θεωμένοις· ἦν οὖν ἀκουόμενος καὶ βλεπόμενος ἥδιστος, ἐπεί τοι προσειθίσθησαν ἀποδέχεσθαι αὐτοῦ τοὺς λόγους ἰόντας ἀπὸ καλοῦ προσώπου τε καὶ στόματος, οὐκ ἄνευ τῆς ἐν τοῖς ὄμμασι φιλοφροσύνης. Δεῖ δὲ ταῦτα ἀκοῦσαι μὴ ἁπλῶς, ἀλλ' ἔχειν ὧδε ἐξ ἀρχῆς.

» συμβαλὼν γὰρ ἐν παισὶ Θεοφράστῳ, ἀνδρὶ A
» πράῳ καὶ οὐκ ἀφυεῖ τὰ ἐρωτικὰ, διὰ τὸ κα-
» λὸς εἶναι, ἔτι ὢν ὡραῖος, τυχὼν ἐραστοῦ Κράν-
» τορος τοῦ Ἀκαδημαϊκοῦ, προσεχώρησε μὲν
» τούτῳ, οἷα δὲ τὴν φύσιν οὐκ ἀφυὴς, τρε-
» χούσῃ χρησάμενος αὐτῇ, ῥᾳδίᾳ, θερμουρ-
» γῷ ὑπὸ φιλονεικίας, μεταχὼν μὲν Διοδώ-
» ρου εἰς τὰ πεπανουργημένα πιθάνια ταῦτα
» τὰ κομψὰ, ὡμιληκὼς δὲ Πύρρωνι (ὁ δὲ
» Πύρρων ἐκ Δημοκρίτου ὥρμητο ὁπόθεν γέ
» ποθεν) οὗτος μὲν δή. ἔνθεν καταρτυθεὶς, B
» πλὴν τῆς προσρήσεως, ἐνέμεινε Πύρρωνι,
» ὡς τῇ πάντων ἀναιρέσει. Μνασέας γοῦν καὶ
» Φιλόμηλος, καὶ Τίμων οἱ σκεπτικοὶ, σκεπτι-
» κὸν αὐτὸν προσονομάζουσιν, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ
» ἦσαν, ἀναιροῦντα καὶ αὐτὸν τὸ ἀληθὲς, καὶ
» τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ πιθανόν. Λεχθεὶς οὖν αἰ-
ἴσ. del. » τίᾳ τῶν Πυρρωνείων Πυρρώνειος, αἰδοῖ τοῦ
» ἐραστοῦ ὑπέμεινε λέγεσθαι Ἀκαδημαϊκὸς ἔτι.
» ἦν μὲν τοίνυν Πυρρώνειος, πλὴν τοῦ ὀνόμα-
» τος· Ἀκαδημαϊκὸς δ' οὐκ ἦν, πλὴν τοῦ λέ-
» γεσθαι. οὐ γὰρ πείθομαι, τοῦ Κνιδίου Διοκλέους C
» φάσκοντος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Δια-
pag. 417. » τριβαῖς, Ἀρκεσίλαον φόβῳ τῶν Θεοδωρείων
» τε καὶ Βίωνος τοῦ Σοφιστοῦ, ἐπεισιόντων τοῖς
» φιλοσοφοῦσι, καὶ οὐδὲν ὀκνούντων ἀπὸ παν-
» τὸς ἐλέγχειν, αὐτὸν ἐξευλαβηθέντα, ἵνα
» μὴ πράγματα ἔχῃ, μηδὲν γε δόγμα ὑπει-
» πεῖν φαινόμενον. ὥσπερ γὰρ τὸ μέλαν τὰς
» σηπίας, προβαλέσθαι πρὸ ἑαυτοῦ τὴν ἐπο-
» χήν. Τοῦτ' οὖν ἐγὼ οὐ πείθομαι. Οἱ δ' οὖν
» ἔνθεν ἀφορμηθέντες, ὅ, τε Ἀρκεσίλαος, καὶ D
» Ζήνων, ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀρωγῶν, ἀμφοτέ-
» ροις συμπολεμούντων λόγων, τῆς μὲν ἀρ-
» χῆς ὅθεν ἐκ Πολέμωνος ὡρμήθησαν, ἐπι-
» λανθάνονται, διαστάντες δέ γε, καὶ σφίας
» αὐτοὺς ἀρτύναντες,

» Σὺν δ' ἔβαλον ῥινοὺς, σὺν δ' ἔγχεα, καὶ
» μένε' ἀνδρῶν
» Χαλκεοθωρήκων· ἀτὰρ ἀσπίδες ὀμφα-
» λόεσσαι
» Ἔπληντ' ἀλλήλῃσι, πολὺς δ' ὀρυμα-
» γδὸς ὀρώρει,
» Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀ-
» νέρα δ' ἀνὴρ
» Ἐδνοπάλιζεν.

Cum Theophrasto enim a pueritia versa- »
tus, homine comi, nec a rebus amatoriis »
alieno, eleganti forma, & commoda adhuc »
ætate cum esset, Crantorem Academicum »
amatorem nactus, ejus consuetudine usus »
est ille quidem: cæterum ut erat a natura »
non ineptus, ea per se se ultro jam curren- »
te, facili, & contentionis æstu incitata usus, »
abs Diodoro quidem veteratorium illud, »
idemque plausibile ac venustum didicit »
orationis genus; maxime tamen Pyrrho- »
ni (hunc utcunque Democritus inchoa- »
rat) operam dedit: atque hac instructus con- »
formatusque disciplina, in Pyrrhone, si ap- »
pellationem excipias, tanquam in omnium »
eversione acquievit. Mnaseas quidem, Phi- »
lomelus, & Timo Sceptici Philosophi, Sce- »
pticum illum vocant sui persimilem, qui »
perinde ut ipsi veritatem, mendacium, ac »
verisimilitudinem omnem tolleret. Ergo »
quem Pyrrhonicum Pyrrhonici jure dixis- »
sent, is pro sua in amatorem observantia, »
Academicum se vocari adhuc passus est. Ita »
qui Pyrrhonicus, excepto nomine, totus e- »
rat, idem Academici præter nomen habebat »
nihil. Neque enim Gnidium illum Dio- »
clem audio, qui in suis, ut eas inscripsit, Dia- »
tribis, Arcesilam docet, Theodoreorum ac »
Bionis Sophistæ metu, qui Philosophis in- »
festi, nullam non eos coarguendi occasio- »
nem arriperent, ita sibi, ne quid ab iis mole- »
stiæ pateretur, cavisse, ut nec certi quic- »
quam statueret; nam ut sepias effuso atra- »
mento, sic illum se se objecta hac assensionis »
retentione tegere ac tueri. Verum hoc, ut »
dixi, minus credo. Cæterum ambo illi Ar- »
cesilas & Zeno hinc semel exorti, & suo- »
rum quisque sociorum disputationibus tan- »
quam armis opibusque freti, adeoque Po- »
lemonis scholam obliti sunt pugnæ suæ ty- »
rocinium fuisse,

Scutaque jam scutis, hastasque & ro- »
bora ferrea »
Committunt acies, clypeisque sonanti- »
bus icti »
Densantur clypei: vastus fragor undi- »
que surgit. »
Umbonem umbo premit, galeam galea, »
atque virum vir. »
Hic vero crebri gemitus ac vota se- »
quuntur, »
Dum perimunt, pereuntque simul, »

Stoicos intellige; Academicos enim illi non petebant, quod qua parte capi facilius vincique possent, ignorarent. Atqui tum demum vincerentur, si suum illis excuteretur fundamentum, hoc est, si neque Principium suum retinerent, nec pugnandi ansam vel occasionem haberent. Ac Principium quidem illud convelli poterat, si quis eos adversus Platonis mentem philosophari ostenderet: pugnandi vero ansa tum iis reliqua nulla foret, si vel unum aliquid decreto illi suo detraheretur, quod de phantasiæ comprehensione pronuntiant. Verum hujus aperiendæ rei tempus non est; alius erit de ea dicendi locus, in quo mihi diligentius versandum esse decrevi. Palam igitur ambo dissident illi quidem, sed tamen Arcesilas unus Zenonem petit. Habet enim Zenonis pugna speciosum quiddam & grave, nec multum sane Cephisodori Rhetoris dimicationi præstat. Hic enim cum Isocratem præceptorem suum ab Aristotele vexari animadverteret, in Aristotelica doctrina plane hospes ac peregrinus quod esset, idemque magnam esse Platonicæ famam ac celebritatem videret, Aristotelem cum Platone sentire ratus, bellum gerebat cum Aristotele, Platonem ipsum feriebat, reprehensionemque suam ab ideis arcessitam, ad alia denique perducebat, quæ nihilo caperet ipse magis, sed tantum quæ reapse de illis statuebantur, ex verbis ac vocibus æstimaret. Cæterum omissa cum eo pugna quem bello appetierat, pugnabat cum eo cui bellum inferre nolebat. Zenonem quod attinet, is, ubi similiter Arcesilam reliquerat, si ne Platoni quidem ipsi bellum intulisset, egregie meo judicio philosophatus esset, pacis hujus causa certe quidem. Sin autem, nec ea fortassis ignorans quæ docebat Arcesilas, & Platonicæ contra doctrinæ rudis, ut ex iis, quæ Platoni adscribit, facile deprehenditur, hoc belli genus suscepit, secus profecto quam par erat fecit ipse quoque, dum nec hominem sibi notum vulneravit, & quem minime decuerat, eum indignissime ac turpissime, adeoque longe fœdius, quam vel cani conveniret, contumeliis violavit. Cæterum magnitudine quadam animi abstinere se ab Arcesila declaravit. Nam seu quod hominis sensum ignoraret, seu quod Stoicos vereretur, *Trucis ora ingentia belli* alio, hoc est in Platonem, vertit. Sed enim de iis, quæ perperam ac sine ullo verecundiæ sensu Platonem Zeno molitus est tum agam uberius, cum a

Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν, ὀλλύντων καὶ ὀλλυμένων. Τῶν Στωϊκῶν οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ γὰρ οὐκ ἐξεβάλλοντο ὑπ' αὐτῶν, ἀγνοούμενοι ᾗ ἦσαν ἁλῶναι δυνατώτεροι. ἡλίσκοντο δὲ, τῆς βάσεως αὐτοῖς σεισθείσης, εἰ μήτε ἀρχὴν ἔχοιεν, μήτε μάχεσθαι ἀφορμήν. ἡ μὲν δὴ ἀρχὴ ἦν, τὸ μὴ Πλατωνικὰ λέγοντας αὐτοὺς ἐλέγξαι· τὸ δὲ μηδ' ἔχειν τινὰ ἀφορμὴν, ἣν εἶπον μόνον V. Not. ἕν τι μετέστρεψαν ἀπὸ τοῦ ὅρου τοῦ περὶ τῆς καταληπτικῆς φαντασίας ἀφελόντες. ὅπερ νῦν μὲν οὐκ ἔστι μηνύειν μοι ἐν καιρῷ, μνησθήσομαι δ' αὐτοῦ αὖθις, ἐπὰν κατὰ τοῦτο μάλιστα γενέσθαι μέλλω. Διαστάντες δ' οὖν εἰς τὸ φανερὸν, ἔβαλλον ἀλλήλους οὐχ οἱ δύο, ἀλλ' ὁ Ἀρκεσίλαος τὸν Ζήνωνα. Ὁ γὰρ Ζήνων εἶχε δή τι τῇ μάχῃ σεμνὸν καὶ βαρὺ, καὶ Κηφισοδώρου τοῦ Ῥήτορος οὐκ ἄμεινον· ὃς δὴ ὁ Κηφισόδωρος, ἐπειδὴ ὑπ' Ἀριστοτέλους βαλλόμενον ἑαυτοῦ τὸν διδάσκαλον Ἰσοκράτην ἑώρα, αὐτοῦ μὲν Ἀριστοτέλους ἦν ἀμαθὴς καὶ ἄπειρος, ὑπὸ δὲ τοῦ καθορᾶν ἔνδοξα τὰ Πλάτωνος ὑπάρχοντα, οἰηθεὶς κατὰ Πλάτωνα τὸν Ἀριστοτέλην φιλοσοφεῖν, ἐπολέμει μὲν Ἀριστοτέλει, ἔβαλλε δὲ Πλάτωνα, καὶ κατηγόρει ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἰδεῶν, τελευτῶν εἰς τὰ ἄλλα, ἃ οὐδ' αὐτὸς ᾔδει, ἀλλὰ τὰ νομιζόμενα ἀμφ' αὐτῶν ᾗ λέγεται ὑπονοῶν. Πλὴν οὗτος μὲν ὁ Κηφισόδωρος, ᾧ ἐπολέμει μὴ μαχόμενος, ἐμάχετο ᾧ μὴ πολεμεῖν ἐβούλετο. Ὁ μέντοι Ζήνων καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ τοῦ Ἀρκεσιλάου μεθίετο, εἰ μὲν μηδὲ Πλάτωνι ἐπολέμει, ἐφιλοσόφει δή που ἐμοὶ κριτῇ πλείστου ἀξίως, ἕνεκά γε τῆς εἰρήνης ταύτης. Εἰ δ' οὐκ ἀγνοῶν μὲν ἴσως τὰ Ἀρκεσιλάου, τὰ μέντοι Πλάτωνος ἀγνοῶν, ὡς ἐξ ὧν αὐτῷ ἀντέγραψεν ἐλέγχεται, ὅτι ἐποίησεν ἐναντία καὐτὸς, μήτε ὃν ᾔδει πλήττων, ὅν τε οὐκ ἐχρῆν, ἀτιμότατα καὶ αἴσχιστα περιϋβρικὼς, καὶ ταῦτα πολὺ κάκιον ἢ προσήκει κυνί. Πλὴν διέδειξέ γε μὴν μεγαλοφροσύνῃ ἀποσχόμενος τοῦ Ἀρκεσιλάου. ἤτοι γὰρ ἀγνοίᾳ τῆς ἐκείνου, ἢ δέει τῶν Στωϊκῶν, πολέμοιο μέγα στόμα πευκεδανοῖο ἀπετρέψατο ἄλλῃ εἰς Πλάτωνα. Ἀλλὰ καὶ περὶ μὲν τῶν Ζήνωνι εἰς Πλάτωνα κακῶς τε καὶ αἰδημόνως οὐδαμῶς νεωτερισθέντων, εἰρήσεταί μοι αὖθίς ποτε, ἐὰν

in. del. φιλοσοφίας σχολὴν ἀγάγω. μή" ποτε μέντοι ἀγάγοιμι σχολὴν ποτε τοσαύτην, τούτων γοῦν ἕνεκεν, εἰ μὴ ὑπὸ παιδιᾶς. τὸν δ' οὖν Ζήνωνα ὁ Ἀρκεσίλαος ἀντίτεχνον καὶ ἀξιόνικον ὑπάρχοντα θεωρῶν, τοὺς παρ' ἐκείνου ἀποφερομένους λόγους καθῄρει, καὶ οὐδὲν ὤκνει. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἃ ἐμεμάχητο ἐκείνῳ, οὔτ' ἴσως εἰπεῖν ἔχω, pag. 418. εἴτε καὶ εἶχον, οὐδὲν ἔδει νῦν αὐτῶν μνησθῆναι. τὸ δὲ δόγμα τοῦτο αὐτοῦ πρώτου εὑρομένου, καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα βλέπων εὐδοκιμοῦν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, πάσῃ μηχανῇ ἐχρῆτο ἐπ' αὐτήν. ὁ V. Not. δ' ἐν τῷ" ἀσθενεστέρῳ ὤν, ἡσυχίαν ἄγων, οὐ δυνάμενος ἀδικεῖσθαι, Ἀρκεσιλάῳ μὲν ἀφίετο, πολλὰ ἂν εἰπεῖν ἔχων, ἀλλ' οὐκ ἤθελε, τάχα δὲ μᾶλλον ἄλλως· πρὸς δὲ τὸν οὐκέτι ἐν ζῶσιν ὄντα Πλάτωνα ἐσκιαμάχει, καὶ τὴν ἀπὸ ἁμάξης πομπείαν πᾶσαν κατεθορύβει, λέγων ὡς οὔτ' ἂν τοῦ Πλάτωνος ἀμυνομένου, ὑπερδικεῖν τε αὐτοῦ ἄλλῳ οὐδενὶ μέλον· εἴτε μελήσειεν Ἀρκεσιλάῳ, αὐτός γε κερδανεῖν ᾤετο ἀποτρεψάμενος ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν Ἀρκεσίλαον. τοῦτο δὲ ᾔδει καὶ Ἀγαθοκλέα τὸν Συρακούσιον ποιήσαντα τὸ σόφισμα ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους. οἱ Στωϊκοὶ δὲ ὑπήκουον ἐκπεπληγμένοι. ἡ μοῦσα γὰρ αὐτοῖς οὐδὲ τότε ἦν φιλολόγος, οὐδ' ἐργάτις χαρίτων, ὑφ' ὧν ὁ Ἀρκεσίλαος, τὰ μὲν περικρούων, τὰ δ' ὑποτέμνων, ἄλλα δ' ὑποσκελίζων, κατεγλωττίζετο αὐτούς, καὶ πιθανὸς ἦν. Τοιγαροῦν πρὸς οὓς μὲν ἀντέλεγεν, ἡττωμένων, ἐν οἷς δὲ λέγων ἦν, καταπεπληγμένων, δεδειγμένον πως τοῖς τότε ἀνθρώποις ὑπῆρχε, μηδὲν εἶναι μήτ' οὖν ἔπος, μήτε πάθος, μήτε ἔργον ἓν βραχύ, μηδὲ ἄχρηστον τοὐναντίον ὀφθῆναί ποτ' ἄν, εἴ τι μὴ Ἀρκεσιλάῳ δοκεῖ τῷ Πιταναίῳ. τῷ δ' ἄρα οὐδὲν ἐδόκει, οὐδ' ἀπεφαίνετο οὐδὲν μᾶλλον, ἢ ῥηματίσκια ταῦτ' εἶναι καὶ φόβους.

Philosophia vacavero: quanqvam absit omnino, tantum unquam ab ea vacem, hoc ut argumenti genus aliter quam joco tractandum suscipiam. Nunc ut redeam ad Arcesilam, is Zenonem & artis contrariæ professorem, & sua dignum victoria cum videret, hominis disputationes convellebat, sui plane securus. Ac cætera quidem omnia, de quibus cum eo contendebat, nec fortasse possim, nec ut possim, nunc certe complecti oporteat. At decretum illud, cujus ipse princeps auctor erat, quodque celebri tum nomine Athenis jactari videbat, illam inquam comprehendendi vim, quam phantasiæ tribuebat Zeno, machinis sibi omnibus petendam, & concutiendam putavit. Alter interea adversus infirmiorem, quasi nihil ab eo lædi posset, movebat nihil: idem tamen misso Arcesila, in quem multa dicere potuisset. (seu hominem urgere nollet, seu quid aliud seqveretur,) cum Platone ipso, qui vivere jam desierat, sic tanquam in umbra pugnabat. Et vero nihil non conviciorum in eum, quasi e plaustro, promiscue tumultuarieque jactavit, nimirum quod nec reponere Plato jam posset, nec alium quenquam ejus causa laboraturum putaret; aut si forte laboraret Arcesilas, in lucro tamen poneret, sic a suis eum cervicibus esse depulsum. Quo quidem artificii genere Agathoclem Syracusium adversus Carthaginienses usum esse notat. Atque hæc Stoici cum stupore audiebant. Erat enim adhuc infans eorum Musa, nec illarum facetiarum artifex, quibus Arcesilas Zenonis argumenta partim explodens, partim succidens, partim supplantans, sic Deos linguæ vi obruebat, ut fidem etiam aliis faceret. Ita, cum & ii quibuscum oratione pugnabat, victi atque prostrati, & ii quorum in corona dicebat, perculsi attonitique manerent: quasi pro comperto erat ejusdem ætatis hominibus, nec vocem, nec malum, nec opus ullum vel minimum, quicquam esse, nec inane frivolumque contra visum iri quicquam, nisi quod Arcesilæ Pitanæo tale videretur. Ei porro nihil plane videbatur, nec aliud quicquam omnino magis, quam hæc voculas tantum aliquas, ac terrores esse declarabat.

CUJUSMODI SUPERIORUM illorum vita fuerit. Ac de Lacyde quodam Arcesilæ successore. Ex eodem.

JAM vero, de Lacyde, inquit, facetum qviddam ac lepidum narrare statui. Erat is paulo sordidior, atque ejusmodi qui Oeconomicus ille vulgo notissimus jure di- B ceretur. Aperiebat idem penum, idemqve claudebat: promebat ipse quibus uti vellet, cæteraque id genus omnia per se se factitabat: non frugalitatis ac temperantiæ studio, non coactus inopia, non penuria servorum laborans, qui aliquot saltem aleret, sed causam pro arbitrio quisque conjiciat. Ego lepidum illud commemorabo quod promisi. Cum igitur suam ipse sibi penum curaret, nec secum ejus clavim circumferre vellet, eam ubi cellam clauserat, cava quadam in arcula deponebat. Tum aditu obsignato, anulum per seræ foramen demissum intra cellam evolvebat: ut ea rursus cum li- C beret clavi reserata, obvium anulum tollere, atque ita locum denuo cum obserare, tum etiam obsignare posset, anulumque simul per eandem seram rursus immittere. At famuli detecto heri artificio, postqvam is aut inambulatum, aut alio qvovis ierat, cella facile reserata, ubi prout collibuerat, alia vel edendo vel potando hausissent, alia secum ipsi asportassent, eadem vicissim factitantes, cellam primo claudebant, tum obsignabant, intro denique anulum non sine maximo in Philosophum risu, per seræ foramen immittebant. At Lacydes cum cellæ vasa, quæ plena reliquerat, vacua reperiret, anceps ac dubius animi diu pependit: D tandemque percipi comprehendique nihil, ab Arcesila doceri cum audiisset, id ipsum esse credidit, quod in sua sibi penu usu veniebat. His ille auspiciis apud Arcesilam philosophari cœpit, nihil se vel perspicui, vel sani, nec videre unquam, nec audire. Cumq; aliquando e suis unum privatim ac familiariter seduxisset, hanc ei assensionis retentionem graviter, ut videbatur, ac vehementer confirmare cœpit. Enimvero, inquiebat, hoc tibi citra dubitationem ullam pronuntiare possum, quod exemplo ipse meo, non alterius cujusquam experientia didicerim.

ΟΠΟΙΟΣ ΤΩΝ ΔΗΛΟΥΜΕΝΩΝ ὁ βίος. περὶ Λακύδου τοῦ τὸν Ἀρκεσίλαον διαδεξαμένου. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

ΠΕΡΙ δὲ Λακύδου βούλομαί τι διηγήσασθαι ἡδύ. Ἦν μὲν δὴ Λακύδης ὑπογλισχρότερος, καί τινα τρόπον ὁ λεγόμενος Οἰκονομικὸς, οὗτος ὁ εὐδοκιμῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς. αὐτὸς μὲν ἀνοιγνὺς τὸ ταμεῖον, αὐτὸς δ' ἀποκλείων. καὶ προῃρεῖτο δ' ὧν ἐδεῖτο, καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐποίει πάντα δι' αὐτουργίας, οὔτι που αὐτάρκειαν ἐπαινῶν, οὐδ' ἄλλως πενίᾳ χρώμενος, οὐδ' ἀπορίᾳ δούλων, ὧν γε ὑπῆρχον δοῦλοι ὁπόσοι γοῦν. τὴν δ' αἰτίαν ἔξεστιν εἰκάζειν. ἐγὼ δ' ὃ ὑπεσχόμην τὸ ἡδὺ, διηγήσομαι. Ταμιεύων γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ, τὴν μὲν κλεῖδα περιφέρειν ἐφ' ἑαυτοῦ οὐκ ᾤετο δεῖν· ἀποκλείσας δὲ, κατετίθει μὲν ταύτην εἴς τι κοῖλον γραμματεῖον. σημηνάμενος δὲ δακτυλίῳ, τὸν μὲν δακτύλιον κατεκύλιε διὰ τοῦ κλεῖθρου, ἔσω εἰς τὸν οἶκον μεθιεὶς, ὥσθ' ὕστερον ἐπειδὴ πάλιν ἐλθὼν ἀνοίξειε τῇ κλειδὶ, δυνησόμενος, ἀνελὼν τὸν δακτύλιον, αὖθις μὲν ἀποκλείειν, εἶτα δὲ σημαίνεσθαι, εἶτα δ' ἀναβάλλειν ὀπίσω πάλιν ἔσω τὸν δακτύλιον διὰ τοῦ κλεῖθρου. Τοῦτο οὖν τὸ σοφὸν οἱ δοῦλοι κατανοήσαντες, ἐπειδὴ προΐοι Λακύδης εἰς περίπατον, ἢ ὅποι ἄλλοσε, καὶ αὐτοὶ ἀνοίξαντες ἂν, κἄπειτα ὡς σφίσιν ἦν θυμὸς, τὰ μὲν φαγόντες, τὰ δ' ἐμπιόντες, ἄλλα δ' ἀράμενοι, ἐκ περιόδου ταῦτα ἐποίουν, ἀπέκλειον μὲν, ἐσημαίνοντο δὲ, καὶ τὸν δακτύλιον, πολλά γε αὐτοῦ καταγελάσαντες, εἰς τὸν οἶκον διὰ τοῦ κλεῖθρου ἠφίεσαν. Ὁ Λακύδης οὖν πλήρη μὲν καταλιπὼν, κενὰ δ' εὑρισκόμενος τὰ σκεύη, ἀπορῶν τῷ γιγνομένῳ, ἐπειδὴ ἤκουε φιλοσοφεῖσθαι παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ τὴν ἀκαταληψίαν, ᾤετο τοῦτ' ἐκεῖνο αὐτῷ συμβαίνειν περὶ τὸ ταμεῖον. Ἀρξάμενός τε ἔνθεν, ἐφιλοσόφει παρὰ τῷ Ἀρκεσιλάῳ, μηδὲν μήτε ὁρᾶν μήτε ἀκούειν ἐναργὲς, ἢ ὑγιές. καί ποτε ἐπισπασάμενος τῶν προσομιλούντων αὐτῷ τινα εἰς τὴν οἰκίαν, ἰσχυρίζετο πρὸς αὐτὸν ὑπερφυῶς, ὡς ἐδόκει, τὴν ἐποχὴν, καὶ ἔφη, Τοῦτο μὲν ἀναμφίλεκτον ἐγώ σοι ἔχω φράσαι, αὐτὸς ἀπ' ἐμαυτοῦ μαθὼν, οὐκ ἄλλου πειραθείς, PR. 44.

Κἄπειτα δεξάμενος προὐξηγεῖτο τὴν ὅλην τοῦ ταμείου συμβᾶσαν αὐτῷ πάθην. Τί οὖν ἄν, εἶπεν, ἔτι Ζήνων λέγοι πρὸς οὕτως ὁμολογουμένην διὰ πάντων φανεράν μοι ἐν τοῖς τοιοῖσδε ἀκαταληψίαν; ὃς γὰρ ἀπέκλεισα μὲν ταῖς ἐμαυτοῦ χερσίν, αὐτὸς δὲ ἐσημηνάμην, αὐτὸς δὲ ἀφῆκα μὲν εἴσω τὸν δακτύλιον· αὖθις δ' ἐλθὼν ἀνοίξας, τὸν μὲν δακτύλιον ὁρῶ ἔνδον, οὐ μέντοι καὶ τὰ ἄλλα, πῶς οὐ δικαίως ἀπιστοιώτως τοῖς πράγμασιν ἔξω; οὐ γὰρ τολμήσω εἰπεῖν ἔγωγε, ἐλθόντα τινὰ κλέψαι ταῦτα, ὑπάρχοντος ἔνδον τοῦ δακτυλίου. Καὶ ὃς ἀκούων, ἦν γὰρ ὑβριστής, ἐκδεξάμενος τὸ πᾶν ὡς εἶχεν ἀκοῦσαι, μόλις καὶ πρότερον ἑαυτοῦ κρατῶν, ἀπέρρηξε γέλωτα καὶ μάλιστα πλατύν, γελῶν τε ἔτι καὶ καγχάζων διήλεγχεν ἅμα αὐτοῦ τὴν κενοδοξίαν. ὥστε ἐκ τότε Λακύδης δεξάμενος, οὐκέτι μὲν τὸν δακτύλιον εἴσω ἐνέβαλλεν, οὐκέτι δὲ τοῦ ταμείου ἐχρῆτο ἀκαταληψίᾳ, ἀλλὰ κατελάμβανε τὰ ἀφειμένα, καὶ μάτην ἐπεφιλοσοφήκει. οὐ μέντοι, ἀλλ' οἵγε παῖδες φόρτακες ἦσαν, καὶ οὐ θάτερα ληπτοί, οἷοι δὲ οὗτοι οἱ Κωμῳδικοί τε, καὶ Γέται, καὶ Δᾶοι, κἀκ τῆς Δακικῆς λαλεῖν στωμυλήθρας κατεγλωττισμένοι, εἴτε τινὸς Στωϊκοῦ τὰ σοφίσματα ἀκούσαντες, εἴτε καὶ ἄλλως ἐκμαθόντες, εὐθὺ τοῦ τολμήματος ᾔεσαν, καὶ παρελύοντο αὐτοῦ τὴν σφραγῖδα· καὶ τοτὲ μὲν ἑτέραν ἀντ' ἐκείνης ὑπετίθεσαν· τοτὲ δὲ οὐδὲ ἄλλην, διὰ τὸ οἴεσθαι, καὶ ἐκείνῳ γε ἀ-

Ir. del. καταληπτα ἔσεσθαι, καὶ οὕτω, καὶ οὐκ ἄλλως.

Ὁ δὲ εἰσελθὼν ἐσκοπεῖτο· ἀσήμαντον δὲ τὸ γραμματεῖον θεωρῶν, ἢ σεσημασμένον μὲν, σφραγῖδι δ' ἄλλῃ, ἠγανάκτει· τῶν δὲ σεσημάνθαι λεγόντων, αὐτὸς γοῦν τὴν σφραγῖδα

l. del. ὁρᾶσθαι τὴν αὐτοῦ, ἠκριβολογεῖτο ἄν, καὶ ἀπεδείκνυε. τῶν δ' ἡττωμένων τῇ ἀποδείξει, καὶ φαμένων εἰ μή τι ἔπεστιν ἡ σφραγίς, αὐτὸν ἴσως ἐπιλελῆσθαι καὶ μὴ σημήνασθαι· ναὶ μὴν αὐτός τε ἔφη σημηνάμενος μνημονεύειν, καὶ ἀπεδείκνυε καὶ περὶ ἧς τοῦ λόγου, καὶ ἐδεινολογεῖτο πρὸς αὐτούς, οἰόμενος παίζεσθαι, καὶ προσώμνυεν. Οἱ δ' ὑπολαβόντες τὰς προσβολὰς ἐκείνου, αὐτοί γε ᾤοντο ὑπ' αὐτοῦ παίζεσθαι· ἐπεὶ σοφῷ γε ὄντι δεδόχθαι τῷ Λακύδῃ εἶναι ἀδοξάστῳ, ὥστε καὶ ἀμνημονεύτῳ. μνήμην γὰρ εἶναι δόξαν· ἔναγχος γοῦν

Tum ab initio totum illum penus suæ casum exponebat. Qvid igitur, inqviebat, huic argumento responderet Zeno, unde mihi certo ac tam aperte constitit, percipi nihil comprehendiqve posse? Nam qvi posteaqvam manibus ipse meis cellam idem clausi, idem obsignavi, idem anulum intromisi, reversus inde, cellaque reserata, intus anulum modo, non item cætera reperiam, non jure obsecro fidem omnem rebus detraham? Nec enim profecto ausim dicere, quenquam intro subeuntem ea suffurari, cum intus anulum offendam meum. Hic auditor ille, unus enim erat ex furibus, ubi rem totam ut poterat narrantis ex ore audiisset, qvi ægre admodum eatenus se se tenuerat, ingentem subito erupit in risum, cui dum indulget intemperantius, stolidam simul hominis opinionem coarguit. Itaqve Lacydes inposterum nec anulum transmisit in cellam, nec suæ penus exemplo percipiendi vim amplius negavit, sed qvæ adhuc negligentius habuerat, omnino comprehendit. Adeo suam novo in Philosophiæ genere operam luserat. Sed nimirum servos habebat oris in risu durioris, qviqve neutram in partem facile caperentur: qvales utiqve isti Comœdiarum servuli sunt, Getæ, atqve Daci. Ergo hi lingvâ ut erant ad Dacicam illam jocandi ridendique procacitatem erudita ac procusa, sive Stoici cujusdam argutias audiissent, sive aliunde hoc didicissent, recta facinus aggressi, impressum ab eo sigillum ita revellebant, ut interdum alterum qvoddam ejus in locum sufficerent, sæpe nullum; quod utrumvis factum esset, perinde rem ab eo nunquam perceptum iri existimarent. At ille domum ingressus, locumqve diligenter inspiciens, si aut resignatum, aut secus obsignatum videret, servis enimvero graviter succensebat. Qvibus sigillum integrum esse defendentibus, contra ille disputabat accurate, ac demonstratione rem conficiebat. Qva victi servi, cum exciperent, si non extaret sigillum, ab eo fortassis oblivione quadam obsignatum locum non fuisse. Imo, inquiebat, eum obsignare me oppido memini, simulq; rem longa oratione demonstrabat, ac se se illudi sentiens, interposito etiam jurejurando vehementius exaggerabat. Quos hominis impetus ita excipiebant, ut eum etiam jocari secum ac ludere sibi persuaderent, ex quo sapienti Lacydi visum esset, nihil sibi nec opinionis relinquere, nec memoriæ: memoriam quippe opinionem quandam esse;

» id, se quidem audientibus, ab eo nuper quibusdam ex amicis confirmatum fuisse. Has ille petitiones cum ita refutaret, ut alia quam Academici soleant omnia reponeret, servi Stoicum aliquem adeuntes, quid sibi dicendum foret ex eo discebant: atque inde orsi, argutias argutiis eludere, artique artem opponendo vere Academicos se fures probare: actum ipse quidem incessere Stoicos, servi contra ejus reprehensiones neganda comprehensione omni dissolvere, atque id, ut par erat, non sine risu ac salibus. Ibi ergo disputationes omnium, argumenta, verborumque pugnæ: cum nihil interea relinqueretur, non vas, non quicquam eorum quæ recondebantur in vasis, non aliud quidlibet, quod domesticam ad supellectilem pertineret. Ergo Lacydes æstuare, qui nihil omnino subsidii in dogmatis sui defensione reperiret: mox reputans ipse secum, ni furtum deprehenderet, cuncta sibi deinceps pessum itura, tandem inops consilii vicinos inclamare, appellare Deos: sæpe hei mihi, pro facinus indignum, per Deos Deasque omnes ingeminare, ac cætera id genus argumenta, quæ homini gravioribus in querelis, ubi fidem non impetrat, sine arte natura suppeditat. Quæ quidem omnia magno clamore deplorata, magnam utique probabilitatis speciem ostendebant. Postremo hac in contentione pugnaque domestica, Stoicum apud servos agebat ille quidem: at cum ipsi Academica dogmata strenue constanterque defenderent, ne quid ultra molestiæ pateretur, domi deinceps hærebat perpetuo, ac pro cellæ suæ foribus assidebat. Verum ubi nihil agit, secum ipse cogitans, quo sua sibi versutia recideret: tandem animi sensum palam ac sine fuco aperiens, nimirum, inquit famuli, aliter hæc in schola disputamus, aliter vivimus. Ac de Lacyde quidem hactenus. Hujus auditores fuere permulti, quos inter Aristippus Cyrenæus excelluit. Omnibus tamen ex discipulis Evander post eum scholæ præfuit, ac cæteri eundem postea consequuti. Quibus omnibus succedens hoc in docendi munere Carneades, tertiam conflavit Academiam. Et eadem qua Arcesilas orationis forma utebatur ipse quidem, cum & illum in utramque partem disputandi morem teneret, & quæ ab aliis dicerentur omnia refelleret: cæterum una erat assensionis retentio, in qua ab illo dissideret. Quippe fieri non posse dicebat, ut qui homo esset, is rebus in omnibus assensum inhiberet: aliud porro incertum esse, aliud comprehendi non posse; & comprehensionem quidē omnia fugere, non omnia tamē incerta esse.

A χρόνου ἔφασαν ἀκοῦσαι ταῦτα αὐτοῦ πρὸς τοὺς φίλους. Τοῦ δ' ἀναστρέφοντος αὐτοῦ τὰς ἐπιχειρήσεις, καὶ λέγοντος οὐκ Ἀκαδημαϊκά, αὐτοὶ φοιτῶντες εἰς Στωϊκοῦ τινος, τὰ λεκτέα ἑαυτοῖς ἀνεμάνθανον, κἀκεῖθεν δεξάμενοι ἀντεσοφίστευον, καὶ ἦσαν ἀντίτεχνοι κλέπται Ἀκαδημαϊκοί. ὁ δὲ Στωϊκοῖς ἐνεκάλει· οἱ παῖδες δὲ τὰ ἐγκλήματα παρέλυον αὐτοῦ, ὑπὸ ἀκαταληψίας, οὐκ ἄνευ τωθασμῶν τινων. Διατριβαὶ οὖν ἦσαν πάντων ἐκεῖ, καὶ λόγοι, καὶ ἀντιλογίαι· καὶ ἓν οὐδὲν ἐν τῷ μέσῳ B κατελείπετο, οὐκ ἀγγεῖον, οὐ τῶν ἐν ἀγγείῳ τιθεμένων, οὐχ ὅσα εἰς οἰκίας κατασκευὴν ἀλλ' ἔτι συντελῆ. Καὶ ὁ Λακύδης τέως μὲν ἠπόρει, μή τι λυσιτελοῦσαν ἑαυτῷ θεωρῶν τὴν ἑαυτοῦ δόγματος βοήθειαν, εἶτα εἰ μὴ ἐξελέγξαι πάντα ἀνατρέψαι τε ἑαυτῷ δοκῶν, πεσὼν εἰς τὰ μήχανον, τοὺς γείτονας ἐκεκράγει, καὶ τοὺς Θεούς· καὶ ἰοὺ ἰού, καὶ φεῦ φεῦ, καὶ νὴ τοὺς Θεούς, καὶ νὴ τὰς θεάς, ἄλλαι τε ὅσαι ἐν ἀπιστίαις δεινολογουμένων εἰσὶν ἄτεχνοι πίστεις, ταῦτα πάντα ἐλέγετο βοῇ καὶ C ἀξιοπιστίᾳ. τελευτῶν δέ, ἐπεὶ μάχην εἶχεν ἀντιλεγομένην ἐπὶ τῆς οἰκίας, αὐτὸς μὲν ἂν δήπουθεν ἐστωΐκευετο πρὸς τοὺς παῖδας· τῶν παίδων δὲ τὰ Ἀκαδημαϊκὰ ἰσχυριζομένων, ἵνα μηκέτι πράγματα ἔχοι, οἰκουρὸς ἦν φίλος τοῦ ταμείου προσκαθήμενος. οὐδὲν δὲ εἰς οὐδὲν ὠφελῶν, ὑπειδόμενος οἷ τὸ σοφὸν αὐτῷ ἔρχεται, ἀπεκαλύψατο. Ἄλλως, ἔφη, ταῦτα, ὦ παῖδες, ἐν ταῖς διατριβαῖς λέγεται ἡμῖν, ἄλλως δὲ ζῶμεν. Ταῦτα μὲν καὶ περὶ τοῦ Λακύδου. τούτου δὲ γίνονται ἀκουσταὶ πολλοί, ὧν D εἷς ἦν διαφανὴς ὁ Κυρηναῖος Ἀρίστιππος. ἐκ πάντων δ' αὐτοῦ τῶν γνωρίμων, τὴν σχολὴν αὐτοῦ διεδέξατο Εὔανδρος καὶ οἱ μετὰ τοῦτον. Μεθ' οὓς Καρνεάδης ὑποδεξάμενος τὴν διατριβήν, τρίτην συνεστήσατο Ἀκαδημίαν. λόγων μὲν οὖν ἀγωγῇ ἐχρήσατο, ᾗ καὶ ὁ Ἀρκεσίλαος· καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπετήδευε τὴν εἰς ἑκάτερα ἐπιχείρησιν, καὶ πάντα ἀνεσκεύαζε τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα· μόνῳ δ' ἐν τῷ περὶ τῆς ἐποχῆς λόγῳ πρὸς αὐτὸν διέστη, φὰς ἀδύνατον εἶναι ἄνθρωπον ὄντα περὶ ἁπάντων ἐπέχειν· διαφορὰν δὲ εἶναι ἀδήλου καὶ ἀκαταλήπτου, καὶ πάντα μὲν εἶναι ἀκατάληπτα, οὐ πάντα δὲ ἄδηλα.

Vid. Not.

Μετεῖχε

Μετεῖχε δὲ οὗτος καὶ τῶν Στωϊκῶν λόγων, πρὸς οὓς καὶ ἐριστικῶς ἱστάμενος, ἐπὶ πλέον ηὐξήθη, τοῦ φαινομένου τοῖς πολλοῖς πιθανοῦ, ἀλλ' οὐ τῆς ἀληθείας στοχαζόμενος. ὅθεν καὶ πολλὴν παρεῖχε τοῖς Στωϊκοῖς ἀηδίαν. γράφει οὖν καὶ ὁ Νουμήνιος περὶ αὐτοῦ ταῦτα.

η.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΝΕΑΔΟΥ ΤΟΥ ΤΗΝ ΤΡΙτην Ἀκαδημίαν ὑποστησαμένου. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

B

ΚΑΡΝΕΑΔΗΣ δὲ ἐκδεξάμενος παρ' ἧς ἥτησεν, οὐ χρεὼν φυλάξαι ὅσα ἀκίνητα καὶ ὅσα κεκινημένα ἦν, τούτου μὲν ἠμέλει· εἰς δ' Ἀρκεσίλαον, εἴτ' οὖν ἀμείνω, εἴτε καὶ φαυλότερα ἦν, ἐπανενεγκὼν, διὰ μακροῦ τὴν μάχην ἀνενέασε. Καὶ ἑξῆς ἐπιλέγει, Ἦγε δ' οὖν καὶ οὗτος, καὶ ἀπέφερεν, ἀντιλογίας τε καὶ στροφὰς λεπτολόγους συνέφερε τῇ μάχῃ ποικίλλων, ἐξαρνητικός τε καὶ καταφατικός τε ἦν, κἀμφοτέρωθεν ἀντιλογι- C κός. εἴ τέ που ἔδει τι καὶ θαῦμα ἐχόντων

[l. à R.] λόγων, ἐξηγείρετο λάβρος, οἷον ποταμὸς ῥοώδης, σφοδρῶς ῥέων, πάντα καταπιμπλὰς τὰ τῇδε καὶ τὰ ἐκεῖθι, καὶ εἰσέπιπτε, καὶ συνέσυρε τοὺς ἀκούοντας διὰ θορύβου. Τοιγαροῦν ἀπατῶν τοὺς ἄλλους, αὐτὸς ἔμενεν ἀνεξαπάτητος, ὃ μὴ προσῆν τῷ Ἀρκεσιλάῳ. ἐκεῖνος γὰρ περιερχόμενος τῇ φαρμάξει τοὺς συγκορυβαντιῶντας, ἔλαθεν ἑαυ- D τὸν πρῶτον ἐξηπατηκὼς μὴ ᾐσθῆσθαι, πεπεῖσθαι δ' ἀληθῆ εἶναι, ἃ λέγει διὰ τῆς ἁπαξαπάντων ἀναιρέσεως χρημάτων. Κακὸν δὲ ἦν αὖ κακῷ ἐπανακείμενον, ὁ Καρνεάδης τῷ Ἀρκεσιλάῳ· μὴ χαλάσας τι σμικρὸν, ὑφ' οὗ οὐκ ἀπρακτοι ἔμελλον ἔσεσθαι, κατὰ τὰς ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ λεγομένας αὐτῷ θετικάς τε καὶ ἀρνητικὰς φαντασίας, τοῦ εἶναι τόδε τι ζῶον, ἢ μὴ ζῶον εἶναι. Τοῦτο οὖν ὑπανεὶς, ὥσπερ οἱ ἀναχάζοντες θῆρες, βιαιότερον, καὶ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἱεῖσιν εἰς τὰς αἰχμὰς, κἀ- [Io. M.] τὸς ἐνδοὺς, δυνατώτερον ἐπῆλθεν. ἐπεί τε ὑποστάιη τε καὶ εὖ ἔχοι, τηνικαῦτα ἤδη καὶ [V. Not.] ὃ προεδέδοκτο, ἑκὼν ἠμέλει καὶ ἐμέμνητο.

A Fuit is etiam Stoicæ doctrinæ non ignarus, qva vehementius acriusqve petenda, famæ sibi plurimum nominisqve confecit, dum in id potius quod vulgo verisimile videbatur, quam in verum ipsum collinearet. Qvare Stoicis etiam molestiæ plurimum facessebat. De hoc idem qui supra Numenius habet, quæ seqvuntur.

VIII.

DE CARNEADE, QVI TERTIam Academiam instituit. Ex eodem.

CARNEADES, inqvit, docendi postea munere partibusqve susceptis, eum aspernatus, cujus omnia, seu quæ adhuc integra immotaq; consisterent, seu qvæ ab aliis solicitata jam essent, retinere debuerat; cunctisq; ad Arcesilam, seu meliora, seu deteriora essent, relatis, pugnam ipse longo demum intervallo revocavit. Inde nonnihil progressus, Idem igitur, inquit, afferebat, idem auferebat, pugnamq; suam contrariis sententiis, & versutis quibusdam ac subtilibus argutiis C cum multiplici varietate miscebat, affirmando simul ac negando, & oppositis utrinq; rationibus disputando. Quod si alto quodam & exaggerato dicendi genere opus esset, tum enimvero vehementi ac rapido cursu ferebatur, ut amnis quidam incitatus & rapax, qui omnia passim inundet & obruat: sic in auditorem incumbebat, eumq; secum magno cum fragore strepituq; rapiebat. Qvippe, cum in fraudem alios & errorem impelleret, tum fallebatur ipse nunqvam; id quod locum in Arcesila non habebat. Is enim D dum cæteros suis secum maleficiis ac præstigiis, Corybantum more insanientes circumferret, non sentiebat qvam sese primum ipse deciperet, dum sibi quoq; vera esse quæ diceret, omnia simul ac semel abolendo, persvadebat. Verum Carneadem Arcesilæ, sic tanqvam malum malo impositum jure dixeris, qui ne tantillum quidem unqvã remitteret, nisi quo effecturum se videbat, ut auditores postea quo se verterent non haberẽt: id quod eo visorum, ut appellabat, genere conseqvebatur, qvæ probabili ratione certum ac singulare quiddam, animal esse, vel confirmandi, vel negandi vim haberent. Ergo postqvam aliquid ejusmodi utcunqve dederat, qvemadmodum feræ aliqvantum cedentes, in spicula tanto postmodum vehementius irruunt: sic ille ubi nonnihil indulserat, eo deinde potentius ingruebat. Idem ubi firmior jam erat solidiorqve disputatio, tum illud ipsum, quod sibi ante visum esset, cujusq; mentionem jam fecisset, ultro negligebat.

Nam qui verum ac falsum in rebus inesse concederet, perinde ac si ad propriam sese quæstionis rationem accommodaret, quam ipsemet periti luctatoris more ansam dederat, ea postmodum ipsa vincebat. Dum enim utrumqve pro verisimilitudinis utrinq; nutantis ratione concedebat, neutrum simul firmiter comprehendi posse dicebat. Fur ergo præstigiatorqve fuit Arcesila solertior. Ita enim vero falsum aliquod, quodqve percipiebatur phantasiæ percipienti simile adjungebat, ut paria geminaq; ambo cum ostenderet, simul nec vero locum ullum, nec falso relinqveret, aut neutrum altero potius verum esse falsumve pateretur, aut si alterutrum potius, id tamen non nisi probabilitatetenus ejusmodi videretur. Somniis ergo somnia succedebant, dum veris etiam visis falsa similia putabantur, quomodo si ovi cerei visum cum vero ovo componatur. Incommoda hæc igitur aliaqve plura contingebant. At enimvero Carneades interea dicendi facultate auditorem permulcebat idem, idemqve captivum trahebat: & fur occulte, manifeste prædo, vel fraude vel aperta vi paratissimum etiam qvemqve capiebat. Omnis quippe Carneadis vincebat opinio, alia cujuslibet nulla prorsus, cum adversarios omnes longe dicendo inferiores haberet. Antipater certe illius æqualis, scripto duntaxat aliquid meditabatur, atqve id admodum timide. Nam ad eas disputationes, quas a Carneade haberi quotidie audiebat, nunquam in lucem ac publicum prodiit, non in Schola, non in deambulatione vel hilum a quoquam, ut ajunt, mussare unquam auditus est. Scripta solum quædam eminus intentabat, & angulos latebrasqve captans, libros tantum posteris relinqvebat, verum ejusmodi, qvi ne nunc quidem, tum vero multo minus Carneadem illum, qui tantus ac tam admirabilis ejus ævi hominibus videbatur, sustinere possent. Et tamen ille ipse, qui Stoicos vellicandi studio palam cuncta miscebat, clam sodales inter suos eadem omnia fatebatur, vereq; ac certo pronunciabat, quæ alius quivis e populo. Quibus deinde addit, Mentorem Carneades primum habuit discipulum, non tamen successorem. Quod enim illum adhuc vivens cum pellice sua repererat, non jam viso tantum probabili, aut quasi minus hominem comprehenderet, at suis maxime credens oculis, eumq; vere comprehendens, ejus deinceps operam & consvetudinẽ repudiavit. Qui a Doctore propterea deficiens, mutuis cũ illo argutiis technisq; pugnare, qvæq; ille incõprehẽsa defendebat, oppugnare cœpit.

A Τὸ γὰρ ἀληθές τε καὶ τὸ ψεῦδος ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνεῖναι συγχωρῶν, ὥσπερ συνεργαζόμενος τῆς ζητήσεως τρόπῳ, παλαιστοῦ δεινοῦ λαβὴν δοὺς, περιεγίγνετο ἔνθεν. κατὰ γὰρ τὴν τοῦ πιθανοῦ ῥοπὴν ἑκάτερον παραχωρῶν, οὐδέτερον εἶπε βεβαίως καταλαμβάνεσθαι. ἦν γοῦν λῃστὴς καὶ γόης σοφώτερος. παραλαβὼν γὰρ ἀληθεῖ μὲν ὅμοιον ψεῦδος, καταληπτικῇ δὲ φαντασίᾳ καταληπτὸν ὅμοιον, καὶ ἀγαγὼν εἰς τὰς ἴσας, οὐκ εἴασεν οὔτε τὸ ἀB ληθὲς εἶναι, οὔτε τὸ ψεῦδος, ἢ οὐ μᾶλλον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, ἢ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ πιθανοῦ. Ἦν οὖν ὀνείρατα ἀντὶ ὀνειράτων, διὰ τὸ ὁμοίας φαντασίας ἀληθέσιν εἶναι τὰς ψευδεῖς, ὡς ἀπὸ ᾠοῦ κηρίνου πρὸς τὸ ἀληθινὸν ᾠόν. συνέβαινεν οὖν τὰ κακὰ, καὶ πλείω. καὶ μέντοι λέγων ὁ Καρνεάδης ἐψυχαγώγει καὶ ἠνδραποδίζετο. ἦν δὲ κλέπτων μὲν ἀφανὴς, φαινόμενος δὲ λῃστὴς, αἱρῶν καὶ δόλῳ καὶ βίᾳ τοὺς καὶ πάνυ σφόδρα παρεσκευασμέC νους. Πᾶσα γοῦν Καρνεάδου διάνοια ἐνίκα, καὶ οὐδεμία ἡτισοῦν ἄλλως· ἐπεὶ καὶ οἷς προσεπολέμει, ἦσαν εἰπεῖν ἀδυνατώτεροι. Ἀντίπατρος γοῦν ὁ κατ᾽ αὐτὸν γενόμενος, ἔμελλε μὲν ἀγωνιᾶν τι γράφειν· πρὸς δ᾽ οὖν τοὺς ἀπὸ Καρνεάδου καθ᾽ ἡμέραν ἀποφερομένους λόγους οὔ ποτε ἐδημοσίευσεν, οὐκ ἐν ταῖς διατριβαῖς, οὐκ ἐν τοῖς περιπάτοις, οὐδὲ εἶπεν, οὐδὲ ἐφθέγξατο, οὐδ᾽ ἤκουσέ τις αὐτοῦ, φασὶν, οὐδὲ γρῦ· ἀντιγραφὰς δὲ ἐπανετείνετο, καὶ γωνίαν λαβὼν, βιβλία κατέD λιπε γράψας τοῖς ὕστερον, οὔτε νῦν δυνάμενα, καὶ τότε ἀδυνατώτερα πρὸς οὕτως ἄνδρα ὑπέρμεγαν φανέντα, καὶ καταδόξαντα εἶναι τοῖς τότε ἀνθρώποις τὸν Καρνεάδην. ὅμως δὲ, καίτοι καὐτὸς ὑπὸ Στωϊκῆς φιλονεικίας εἰς τὸ φανερὸν κυκῶν, πρός γε τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους δι᾽ ἀπορρήτων ὡμολόγει τε καὶ ἠλήθευε, καὶ ἀπεφαίνετο, ἃ κἂν ἄλλος τῶν ἐπιτυχόντων. Εἶτα ἑξῆς φησι, Καρνεάδου γίνεται γνώριμος Μέντωρ μὲν ὁ πρῶτος, οὐ μὴν διάδοχος. ἀλλ᾽ ἔτι ζῶν Καρνεάδης ἐπὶ παλλακῇ μοιχὸν εὑρὼν, οὐχ ὑπὸ πιθανῆς φαντασίας, οὐδ᾽ ὡς μὴ κατειληφὼς, ὡς δὲ μάλιστα πιστεύων τῇ ὄψει, καὶ καταλαβὼν, παρῃτήσατο τῆς διατριβῆς. Ὁ δὲ ἀποστὰς ἀντεσοφίστευε, καὶ ἀντίτεχνος ἦν, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀκαταληψίαν.

Καὶ πάλιν ἐπιφέρει λέγων· Ὁ δὲ Καρνεάδης, ἴσον ἀντεστραμμένα φιλοσοφῶν, τοῖς ψεύμασιν ἐκαλλωπίζετο, καὶ ὑπ' αὐτοῖς τὰ ἀληθῆ ἠφάνιζε. παραπετάσμασιν οὖν ἐχρῆτο τοῖς ψεύμασι, καὶ ἠλήθευεν ἔνδον λανθάνων καπηλικώτερον. ἔπασχεν οὖν πάθημα ὀσπρίων, ὧν τὰ μὲν κενά, ἐπιπολάζει τε τῷ ὕδατι, καὶ ὑπερέχει, τὰ χρηστὰ δὲ αὐτῶν ἐστι κάτω καὶ ἐν ἀφανεῖ. Ταῦτα καὶ περὶ Καρνεάδου λέγεται. Διάδοχος δ' αὐτοῦ τῆς διατριβῆς καθίσταται Κλειτόμαχος· μεθ' ὃν Φίλων, οὗ B πέρι ὁ Νουμήνιος μνημονεύει ταῦτα.

Altemqve post alia, Carneades autem, qvi contraria vicissim omnia philosopharetur, triumphabat in mendaciis, quibus verum abolebat. Quanquam iis tanqvam oppansis quibusdam velis utebatur, cum intro latitans vera callidius ac versutius loqveretur. Ita hoc ipsum Philosopho accidebat, quod in leguminibus evenire solet, ex quibus quæ inania sunt & vacua, existunt ac summæ aquæ innatant, cum optima quæque lateant, & altiore fundo clausa teneantur. Hæc de Carneade prodita legimus. Is Clitomachum artis doctrinæqve successorem habuit, Philonem Clitomachus, de quo idem Numenius hæc breviter.

θ.

ΠΕΡΙ ΦΙΛΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΙΑΔΕΞΑΜΕνου Κλειτόμαχον, τὸν διαδεξάμενον Καρνεάδην. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

» ac si qvis Socratem quicquid agat, mente agere cum diceret, idem quæ agerem causas exponens singulorum, ita dictitaret: primum hic me propterea sedere, qvod corpus habeam ex ossibus nervisqve compactum, & ossa qvidem solida sint, ac certis discriminibus intervallisqve distincta, nervi autem, qui & contendantur facile, & facile remittantur, cum ipsa carne simul & cute, quæ illa præcipue continet, ossa undiqve complectantur. Nam dum suis in commissuris attolluntur ossa; nervi, quorum & laxare proprium est & contendere, membra B ut inflectere nunc & curvare possim efficiunt, eaqve de causa incurvus hic sedeo. Tum quod vobiscum etiam colloqvar, id vocibus, aeri, auditioni, ac cæteris id genus sexcentis, quasi causis attribuat, veris interim qvæ seqvuntur omissis: nimirum, quando Atheniensibus uti me damnarent præstare visum est, mihi quoqve hic ut sederem, quodqve supplicium imperarent, eodem in loco subirem, præstare ac justius esse, visum. Enimvero dudum per Canem, opinor, hi nervi atque hæc ossa, vel C Megaris, vel in Bœotia, quo illa optimi opinio detulisset, versarentur, nisi quam Respublica pœnam imposuerit, sustinere, multo qvam servilem in modum aufugere, justius putarem atqve honestius futurum. Enimvero similes proferre causas, perabsurdum fuerit. Nam si quis objiciet, nisi ossibus, nervis, partibusqve cæteris instructus essem, fieri abs me quæ velim nullo modo posse, vere hoc dicat ille quidem, idem tamen, si propter illa ipsa fieri volet, quæ abs me fiunt, atqve ita me demum mente agere, non optimi delectu quodam & studio, negli- D gens admodum ac supina futura est hæc ejus oratio. Et paucis interjectis. Itaque alius, inquit, terram dum aeris agitatione circumfudit, vi tamen cœli firmam & immotam contineri putat: alius quadam veluti latiore mactra, fundamentum ejus aerem fulcire mavult. At vero quanam ista vi, quam optime fieri potuit, sese nunc habeant, suo quæque loco situque collocata, nec illi quærunt, nec omnino DEI cujusquam ea numine contineri arbitrantur: sed potius Atlantem nescio quem & firmiorem viribus, & immortalitate potentiorem, qui tenacius universa devinciat, excogitant; atque ita boni prorsus honestique nihil, quo apta illa nexaque teneantur, agnoscunt. Hæc Socrates de Anaxagoræ sententia.

» ὅτι Σωκράτης πάντα ὅσα πράττει, νῷ πράττει· κἄπειτα ἐπιχειρήσας λέγειν τὰς αἰτίας ἑκάστων ὧν πράττω, λέγοι πρῶτον μὲν ὅτι ἐνθάδε διὰ ταῦτα νῦν κάθημαι, ὅτι σύγκειταί μου τὸ σῶμα ἐξ ὀστῶν καὶ νεύρων· καὶ τὰ μὲν ὀστᾶ ἐστι στερεά, καὶ διαφυὰς ἔχει χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων· τὰ δὲ νεῦρα, οἷα ἐπιτείνεσθαι καὶ ἀνίεσθαι, περιαμπέχοντα τὰ ὀστᾶ μετὰ τῶν σαρκῶν τε καὶ δέρματος, ὃ συνέχει αὐτά. αἰωρουμένων οὖν τῶν ὀστῶν ἐν ταῖς αὐτῶν ξυμβολαῖς, χαλῶντα καὶ B συντείνοντα τὰ νεῦρα, κάμπτεσθαί που ποιεῖ οἷόν τε εἶναι ἐμὲ τὰ νῦν τὰ μέλη· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν συγκαμφθεὶς ἐνθάδε κάθημαι. καὶ αὖ περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ὑμῖν, ἑτέρας τοιάσδε αἰτίας λέγοι, φωνάς τε, καὶ ἀέρας, καὶ ἀκοάς, καὶ ἄλλα ἄττα μυρία τοιαῦτα αἰτιώμενος, ἀμελήσας τὰς ὡς ἀληθῶς αἰτίας λέγειν· ὅτι ἐπειδὴ Ἀθηναίοις ἔδοξε, βέλτιον εἶναι ἐμοῦ καταψηφίσασθαι, διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐμοὶ βέλτιον αὖ δέδοκται ἐνθάδε καθῆσθαι, καὶ C δικαιότερον παραμένοντα ὑπέχειν τὴν δίκην, ἣν ἂν κελεύσωσιν. ἐπεὶ νὴ τὸν Κύνα, ὡς ἐγᾦμαι, πάλαι ἂν ταῦτα τὰ νεῦρα καὶ τὰ ὀστᾶ, ἢ περὶ Μέγαρα, ἢ περὶ Βοιωτοὺς ἦν, ὑπὸ δόξης φερόμενα τοῦ βελτίστου, εἰ μὴ δικαιότερον ᾤμην καὶ κάλλιον εἶναι, πρὸ τοῦ φεύγειν τε καὶ ἀποδιδράσκειν, ὑπέχειν τῇ πόλει δίκην ἥντιν' ἂν τάττῃ. ἀλλ' αἴτια μὲν τὰ τοιαῦτα καλεῖν, λίαν ἄτοπον. εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι ἄνευ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἔχειν, καὶ ὀστᾶ, καὶ νεῦρα, καὶ ὅσα ἄλλα ἔχω, οὐκ ἂν οἷός τε ἦν D ποιεῖν τὰ δόξαντά μοι, ἀληθῆ ἂν λέγοι· ὡς μέντοι διὰ ταῦτα ποιῶ ἃ ποιῶ, καὶ ταῦθ' ἃ νῷ πράττω, ἀλλ' οὐ τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει, πολλὴ ἂν καὶ μακρὰ ῥαθυμία εἴη τοῦ λόγου. Εἶτα ἐπιλέγει, Διὸ δὴ καὶ ὁ μέν τις δίνην περιθεὶς τῇ γῇ, ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ μένειν δὴ ποιεῖ τὴν γῆν· ὁ δὲ ὥσπερ καρδόπῳ πλατείᾳ βάθρον τὸν ἀέρα ὑπερείδει· τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε βέλτιστα αὐτὰ τεθῆναι δύναμιν, οὕτω νῦν κεῖσθαι, ταύτην οὔτε ζητοῦσιν, οὔτε τινὰ οἴονται δαιμονίαν ἰσχὺν ἔχειν· ἀλλὰ ἡγοῦνται τούτου ἄν ποτε Ἄτλαντα ἰσχυρότερον, καὶ ἀθανατώτερον, καὶ μᾶλλον ἅπαντα συνέχοντα ἐξευρεῖν· καὶ ὡς ἀληθῶς, τὸ ἀγαθὸν καὶ δέον ξυνδεῖν καὶ συνέχειν, οὐδὲν οἴονται. Τοσαῦτ' ὁ Σωκράτης περὶ τῆς Ἀναξαγόρου δόξης.

Ἦν δὲ Ἀναξαγόρου μὲν διάδοχος, τῆς περὶ διατριβῆς ὁμοῦ καὶ τῆς δόξης, Ἀρχέλαος. Ἀρχελάου δὲ ἀκουστὴς γεγονέναι λέγεται Σωκράτης. πλὴν ἀλλὰ Φυσικοὶ καὶ ἄλλοι, Ξενοφάνης, καὶ Πυθαγόρας, συνακμάσαντες Ἀναξαγόρᾳ, περὶ ἀφθαρσίας Θεοῦ καὶ ψυχῆς ἀθανασίας ἐφιλοσόφησαν. ἐκ τούτων δὲ καὶ μετὰ τούτους, αἱ τῆς Ἑλλήνων φιλοσοφίας ὑπέστησαν αἱρέσεις τῶν μὲν, τοῖσδε τῶν δὲ, ἑτέροις ἐξηκολουθηκότων, τινῶν δὲ καὶ ἰδίας δόξας ἐπινενοηκότων. Πάλιν δ' οὖν ὁ Πλούταρχος, τὰς περὶ Θεῶν ὑπολήψεις τῶν αὐτῶν, τοῦτον γράφει τὸν τρόπον.

Fuit autem Anaxagoræ tam scholæ, qvam opinionis successor Archelaus, qvem Socrates audiisse fertur. Cæterum alii quoq; Physici, Xenophanes & Pythagoras, qvi cum Anaxagora florebant, de Dei simul incorruptione, & animi immortalitate philosophati sunt. A qvibus postea variæ sunt Philosophorum sectæ opinionesqve profectæ, cum alios alii seqverentur, nonnulli privatas etiam excogitarent ac proprias. Itaqve Plutarchus eorum de Diis opiniones his verbis iterum commemorat.

ιϛ.

ΔΟΞΑΙ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ ΠΕΡΙ ΘΕΩΝ. ἀπὸ τοῦ Πλουτάρχου.

» ΕΝΙΟΙ τῶν φιλοσόφων, καθάπερ Διαγόρας ὁ Μιλήσιος, καὶ Θεόδωρος ὁ Κυρηναῖος, καὶ Εὐήμερος ὁ Τεγεάτης, καθόλου φασὶ μὴ εἶναι θεούς. τὸν δὲ Εὐήμερον καὶ Καλλίμαχος ὁ Κυρηναῖος αἰνίττεται ἐν τοῖς Ἰάμβοις. καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς, ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον, ἐνέφηνε δὲ τοῦτον τὸν τρόπον. τὸν γὰρ Σίσυφον εἰσήγαγε προστάτην ταύτης τῆς δόξης, καὶ συνηγόρησεν αὐτοῦ τῇ γνώμῃ. ἐπὶ τούτοις πάλιν τὸν Ἀναξαγόραν εἰσάγει, πρῶτον φάσκων αὐτὸν ὀρθῶς φρονῆσαι περὶ Θεοῦ. λέγει δὲ οὕτως, Ὁ δὲ Ἀναξαγόρας φησὶν, ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα, Νοῦς δὲ αὐτὰ διεκόσμησε Θεοῦ, καὶ τὰς γενέσεις τῶν ὅλων ἐποίησεν. Ὁ δὲ Πλάτων οὐχ ἑστηκότα ὑπέθετο τὰ πρῶτα σώματα, ἀτάκτως δὲ κινούμενα· διό φησιν, ὁ Θεὸς ἐπιστήσας ὡς τάξις ἀταξίας ἐστὶ βελτίων, διεκόσμησεν αὐτά. Οἷς ἐπιλέγει, Κοινῶς οὖν ἁμαρτάνουσιν ἀμφότεροι, ὅτι τὸν Θεὸν ἐποίησαν ἐπιστρεφόμενον τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ τούτων χάριν τὸν κόσμον κατασκευάζοντα. τὸ γὰρ μακάριον καὶ ἄφθαρτον ζῶον, συμπεπληρωμένον τε πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ κακοῦ παντὸς ἄδεκτον, ὅλον ὂν περὶ τὴν συνοχὴν τῆς ἰδίας εὐδαιμονίας τε καὶ ἀφθαρσίας, ἀνεπιστρεφές ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων. κακοδαίμων δ' ἂν εἴη, ἐργάτου δίκην καὶ τέκτονος ἀχθοφορῶν, καὶ μεριμνῶν εἰς τὴν τοῦ κόσμου κατασκευήν.

P. 440.

XVI.

PHILOSOPHORUM DE DIIS opiniones. Ex Plutarcho.

Cap. VI.

» FUERUNT, inqvit, e Philosophis nonnulli, ut Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenæus, & Evemerus Tegeates, qvi Deos funditus omnes sustulerunt. Evemerum sane Callimachus Cyrenæus in suis Jambis subobscure significat. Tragicus autem Euripides, ut sensum plane suum Areopagi metu aperire non auderet, hoc modo tamen indicavit. Quippe Sisyphum introducit, opinionis hujus vindicem, cui suffragatur ipse qvoqve. tum Anaxagoram contra laudat, qvem omnium primum recte de Deo sensisse testatur, his verbis. Anaxagoras, inqvit, principio corpora stetisse docet, qvæ divina Mens postea digesserit, rerumqve omnium ortus effecerit. At Plato prima illa corpora non jam stetisse vult, sed confuse potius ac perturbate agitata fuisse; Deumqve propterea, qui optime nosset, quam sit ordo confusione præstantior, suis quæque locis magno cum ornatu collocasse. Quibus ita subdit, Eodem, inquit, ambo errore laborarunt, quod rerum humanarum curam Deo tribuerent, earumque causa mundum ab eo conditum & ornatum esse statuerent. Nam beatum illud animal omnis corruptionis expers, omni bonorum genere plenum, nec ullius omnino mali capax, quodque totum in sua unius felicitate & immortalitate conservanda tuendaque versatur, rerum humanarum solicitudine vacat. Alioqui miser utique DEUS esset, qui operæ cujusdam fabriqve more, comportandis oneribus, orbique moliendo admodum insudaret.

Præterea, Deus ille qvem vocant, vel toto illo priori ævo, cum immota essent corpora, nondum erat: vel cum eadem perturbate moverentur, aut dormiebat ipse, aut vigilabat, aut negandum utrumqve. Enimvero nec primum illud probari potest, cum æternus Deus sit: nec secundum. Si enim æterno Deus somno teneretur, mortuus esset necesse est: somnus enim æternus mors est. At somnus in Deum nullo modo cadit: ipsa enim Dei immortalitas ab eo qvod morti proximum est longissime distat. Qui si potius vigilabat, aut re ad suam felicitatem aliqua indigebat, aut eandem habebat numeris omnibus absolutam. Si prius illud concedetur, beatus ergo Deus non erat; cui enim ad felicitatem aliquid desit, beatum profecto non est: posterius vere nemo dicat; nunqvam enim, si nulla re indigeret, novarum in rerum molitionem incumberet. Jam vero si Deus est, ejusqve providentia res humanæ gubernantur, qvomodo tandem vile indignumqve caput secunda, præclarum & insigne adversa fortuna utitur? Nam & Agamemnon ille,

Rex idem excellens, idemqve acerrimus armis,

adulteri & adulteræ fraudibus occubuit: & ipsius gentilis Hercules, postquam ea, quæ vitam hominum infestam habebant, partem maximam sustulisset, Deianiræ veneficio ac fraude sublatus est. *Quid Thales.* Thales mundi Mentem Deum esse voluit: *Democritus* Anaximander Sidera cœlestes Deos constituit: *Pythagoras* Democritus Deum in igne collocat, rotundum qvendam mundi Animum: Pythagoras ex principiis unitatem Deum vocavit & bonum, quod propria unius natura, ipsaqve adeo Mens est: infinitum autem binarium, Dæmonem, malumqve dixit, ad qvem & materiæ copia, & mundus hic quem videmus revocetur. Post hos qui sequuti sunt ætate juniores attende quid senserint. *Quid Socrates & Plato.* Socrates & Plato unum aliqvid statuunt, unius qve naturæ, quod ex sese ortum sit, idemqve singulare, ac vere bonum: qvæ omnis appellationum varietas unam ad Mentem spectat ac tendit. Mens igitur Deus erit, semota quædam forma, hoc est ab omni tam materiæ concretione, quam patientis cujusvis societate disjuncta. *Quid Aristoteles.* Aristoteli placuit summum quidem illum Deum, semotam ac singularem esse formam, qui universi hujus Sphæram insideat, corpus, inqvam, illud ætherium, qvod ab eodem qvintum vocatur.

A Καὶ πάλιν, ὁ Θεὸς ὃν λέγουσιν, ἤτοι τὸν ἔμπροσθεν αἰῶνα οὐκ ἦν, ὅτε ἦν ἀκίνητα τὰ σώματα, ἢ ὅτε ἀτάκτως ἐκινεῖτο, ἢ ἐκοιμᾶτο, ἢ ἐγρηγόρει, ἢ οὐδέτερον τούτων. οὔτε δὲ τὸ πρῶτον ἔστι δέξασθαι· ὁ γὰρ Θεὸς αἰώνιος· οὔτε τὸ δεύτερον· εἰ γὰρ ἐκοιμᾶτο ἐξ αἰῶνος ὁ Θεός, ἐτεθνήκει· αἰώνιος γὰρ ὕπνος θάνατός ἐστιν. ἀλλά γε ἄδεκτος ὕπνου ὁ Θεός· τὸ γὰρ ἀθάνατον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ ἐγγὺς θανάτου, πολὺ κεχώρισται. Εἰ δὲ ἦν ὁ Θεὸς ἐγρηγορώς, B ἤτοι ἐνέλειπεν εἰς εὐδαιμονίαν, ἢ πεπληρωμένος ἦν μακαριότητι. καὶ οὔτε κατὰ τὸ πρῶτόν ἐστι μακάριος ὁ Θεός· τὸ γὰρ ἐλλεῖπον εἰς εὐδαιμονίαν, οὐ μακάριον. οὔτε κατὰ τὸ δεύτερον· μηδὲν γὰρ ἐλλείπων, κεναῖς ἔμελλεν ἐπιχειρεῖν πράξεσι. Πῶς δὲ εἴπερ ὁ Θεός ἐστι, καὶ τῇ τούτου φροντίδι τὰ κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομεῖται, τὸ μὲν κίβδηλον εὐτυχεῖ, τὸ δὲ ἀστεῖον ἐναντίον πάσχει; Ἀγαμέμνων τε γάρ,

C Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής,

ὑπὸ μοιχοῦ καὶ μοιχαλίδος ἡττηθεὶς ἐδολοφονήθη. καὶ ὁ τούτου δὲ συγγενὴς Ἡρακλῆς, πολλὰ τῶν ἐπιλυμαινομένων τὸν ἀνθρώπινον βίον καθάρας, ὑπὸ Δηϊανείρας φαρμακευθεὶς ἐδολοφονήθη. Θαλῆς νοῦν τοῦ κόσμου, Θεόν. Ἀναξίμανδρος, τοὺς ἀστέρας οὐρανίους Θεούς. Δημόκριτος, Θεὸν ἐν πυρὶ σφαιροειδῆ τὴν τοῦ κόσμου ψυχήν. Πυθαγόρας τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα, Θεὸν D καὶ τὸ ἀγαθόν, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς ὁ νοῦς· τὴν δ' ἀόριστον δυάδα, καὶ Δαίμονα, καὶ τὸ κακόν, περὶ ἥν ἐστι τὸ ὑλικὸν πλῆθος, ἔστι καὶ ὁρατὸς ὁ κόσμος. Μετὰ δὲ τούτους οἱ νέοι τῷ χρόνῳ πῶς ἐδόξαζον, ἄκουε. Σωκράτης καὶ Πλάτων ἓν τὸ μονοφυὲς καὶ αὐτοφυές, τὸ μοναδικόν, τὸ ὄντως ὂν ἀγαθόν. πάντα δὲ ταῦτα τῶν ὀνομάτων, εἰς τὸν νοῦν σπεύδει. Νοῦς οὖν ὁ Θεός, χωριστὸν εἶδος, τουτ' ἔστι τὸ ἀμιγὲς πάσης ὕλης, καὶ μηδενὶ παθητῷ συμπεπλεγμένον. Ἀριστοτέλης τὸν μὲν ἀνωτάτω Θεόν, εἶδος χωριστόν, ἐπιβεβηκότα τῇ σφαίρᾳ τοῦ παντός, ἥτις ἐστὶν αἰθέριον σῶμα τὸ πέμπτον ὑπ' αὐτοῦ καλούμενον.

Διῃρημένου δὲ τούτου τοῦ σφαίρας, τῇ μὲν φύσει συναφεῖς, τῷ λόγῳ δὲ κεχωρισμένας, ἑκάστην οἴεται τῶν σφαιρῶν ζῶον εἶναι, σύνθετον ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς. ὧν τὸ μὲν σῶμά ἐστιν αἰθέριον, κινούμενον κυκλοφορικῶς· ἡ ψυχὴ δέ, λόγος ἀκίνητος, αἴτιος τῆς κινήσεως κατ᾽ ἐνέργειαν. Οἱ Στωϊκοὶ κοινότερον, Θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικόν, ὁδῷ βαδίζον ἐπὶ γένεσιν κόσμου, περιειληφότος πάντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ᾽ οὓς ἕκαστα καθ᾽ εἱμαρμένην γίνεται. καὶ πνεῦμα μὲν διῆκον δι᾽ ὅλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσηγορίας μεταλαμβάνον, διὰ τὰς ὕλης, δι᾽ ἧς κεχώρηκε, παραλλάξεις. Θεὸν δὲ καὶ τὸν κόσμον, καὶ τοὺς Ἀστέρας, καὶ τὴν γῆν, τὸν τ᾽ ἀνωτάτω πάντων Νοῦν ἐν Αἰθέρι. Ἐπίκουρος ἀνθρωποειδεῖς μὲν πάντας τοὺς Θεούς, λόγῳ δὲ πάντας θεωρητοὺς διὰ τὴν λεπτομέρειαν τῆς τῶν εἰδώλων φύσεως. ὁ δ᾽ αὐτὸς ἄλλας τέσσαρας φύσεις, κατὰ γένος ἀφθάρτους τάσδε τὰ ἄτομα, τὸ κενόν, τὸ ἄπειρον, τὰς ὁμοιομερείας καὶ τὰ στοιχεῖα. Τοιαῦται μὲν δὴ τῶν Φυσικῶν Φιλοσόφων καὶ αἱ περὶ Θεοῦ διαστάσεις τε καὶ δυσφημίαι, ὧν πρώτους ὁ λόγος συνίστησι τοὺς ἀμφὶ τὸν Πυθαγόραν τε καὶ Ἀναξαγόραν, Πλάτωνά τε καὶ Σωκράτη, Νοῦν καὶ Θεὸν ἐπιστῆσαι τῷ κόσμῳ. οὗτοι δὴ κομιδῇ παῖδες τοῖς χρόνοις ἀποδείκνυνται γενόμενοι, καθ᾽ οὓς χρόνους ταῦτα ἱστόρηται, τῆς Ἑβραίων ἀρχαιολογίας. οὐκ ἦν ἄρα παλαιοτάτη παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι, καὶ τοῖς πρόπαλαι τὴν πολύθεον δεισιδαιμονίαν παρά τε Φοίνιξι καὶ Αἰγυπτίοις εἰσηγησαμένοις ἡ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσις, ἣν πρῶτος Ἑλλήνων Ἀναξαγόρας, καὶ οἱ ἀμφ᾽ αὐτὸν ἐξήνεγκαν. καὶ μὴν τὰ τῆς πολυθέου δεισιδαιμονίας πάντων ἐθνῶν ἐκράτει. ἀλλ᾽ ἦν ὡς ἔοικεν, οὐ τὴν ἀληθῆ περιέχοντα θεολογίαν, ἀλλ᾽ ἣν Αἰγύπτιοι καὶ Φοίνικες πρῶτοι πάντων συστήσασθαι ἐμαρτυρήθησαν. αὕτη δὲ ἦν Θεοὺς μὲν οὐδαμῶς, οὐδέ τινας θείας δυνάμεις, ἄνδρας δὲ ἤδη πάλαι ἐν νεκροῖς κειμένους θεολογοῦσα, ὡς ὁ τῆς ἀληθείας πάλαι ἀπέδειξε λόγος. Φέρ᾽ οὖν, πάλιν ἀναλάβωμεν τὸν λόγον. ἐπειδὴ τῶν Φυσικῶν Φιλοσόφων οἱ

pag. 448. V. Nov.

A Et qvidem Universo plures in sphæras distincto, quæ suapte natura contiguæ, rationis unius vi separentur, earum qvamlibet animal esse putat ex corpore animoq; conflatum: ita quidem, ut corpus æthereum esse, atqve in orbem moveri, Animum, rationem immobilem, ac re ipsa motus efficientem esse velit. Stoici partem fere maximam, artificiosum illum Ignem Deum esse pronuntiant, qui certo quodam ordine ad mundi hujus procreationem feratur, qui suo ipse gremio cuncta rationum earum, ex qvi- B bus singula fato nascuntur, semina comprehendat. Adjungunt Igni Spiritum, qui mundum universum ita permeet, ut pro multiplici materiæ quam pervadit mutatione, multiplicem quoqve nominum diversitatem accipiat. Postremo, divinitatem illi Mundo, Sideribus, ac Terræ sic attribuunt, ut Mentem omnium altissimam in Æthere constituant. Epicurus humana quidem specie Deos figurabat omnes, eosdem tamen, quod suapte natura simulacrorum haberent exiles nimium tenuesqve partes, rationis unius oculis cerni posse putabat. Ali- C as præterea quatuor naturas addebat, quarum genus interire non posset, Atomos, Vacuum, Infinitum, & Partium similitudines, quas etiam Elementa nuncupabat. Hæ sunt de Deo Philosophorum illorum, quos Physicos vocabant, tam impiæ, qvam diversæ pugnantesqve sententiæ. Qvorum omnium principes, Pythagoram, Anaxagoram, Platonem, & Socratem ex illo Plutarchi testimonio constat, Mentem atq; Deum mundo præfecisse. Atqui hos omnes pueros admodum fuisse reperiemus, si eorum ætatem cum illa Hebræorum antiquitate conferamus. Ita non Dei sane fuit vel apud Græcos omnes, vel apud Phœnices & Ægyptios, aut si qui alii priscam il- D lam de Numinum multitudine superstitionem invexerunt, pervetusta cognitio, qvam e Græcis primi Anaxagoras & Anaxagoræ suppares intulerunt. Enimvero gentes quidem omnes superstitiosus ille de pluribus Diis error invaserat: ejusmodi tamen prorsus is erat, qui non veram ac propriam, sed eam modo, qvam primum ab Ægyptiis atqve Phœnicibus conflatam esse tot supra testimoniis ostendimus, Theologiam contineret. Ea porro nec ullos omnino Deos, nec Divinas Virtutes ullas, sed homines tantū pridem consepultos loqvebatur, ut ipsa veritatis oracula tanto ante prodiderūt. Age ergo, totā hanc disputationē denuo repetamus. Et qvoniā e Physicis illis Philosophis,

Quid Stoici.

Quid Epicurus.

Cap. VII. Trap.

ad sensus alii cuncta revocabant: alii ut Xenophanes Colophonius, & Parmenides Eleates, alia defendentes omnia, sensus tollebant, eorumque vi comprehendi nihil, atque uni propterea rationi fidem habendam esse dicebant: istorum nunc reprehensionem videamus.

μὲν πάντα κατέβαλλον ἐπὶ τὰς αἰσθήσεις· οἱ δ' αὖ πάλιν τούτοις ἀνθεῖλκον, ὡς οἱ περὶ τὸν Ξενοφάνην τὸν Κολοφώνιον, καὶ Παρμενίδην τὸν Ἐλεάτην, οἳ δὴ τὰς αἰσθήσεις ἀνῄρουν, μηδὲν εἶναι φάσκοντες καταληπτὸν τῶν ἐν αἰσθήσει, διὸ μόνῳ δεῖν πιστεύειν τῷ λόγῳ· τὰ πρὸς αὐτοὺς ἀντειρημένα διασκεψώμεθα.

XVII.

ADVERSUS XENOPHANEM ET Parmenidem, qui sensus tollerent; Ex libro octavo Aristoclis de Philosophia.

Sensus quidam sustulerint.

LONGE alia, inquit, aliorum vox & oratio est. Sensus enim visaq; omnia funditus repudianda, rationi uni fidem habendam opinantur. Ac primum quidem Xenophanes, Parmenides, Zeno, & Melissus, in ea sunt doctrina versati, quam Stilpo deinde ac Megarenses Philosophi defendere. Hi quicquid esset, unum duntaxat esse: quod ab eo diversum esset, id non esse: generari nihil: nihil corrumpi, moveri omnino nihil statuebant. Adversus istos alius erit pluribus philosophandi locus: nunc tamen, locum hunc quod attinet, ita ratiocinamur. Partem nostri divinissimam esse rationem fatemur ipsi quoq;: sed tamen sensu præterea, quemadmodum & corpore, indigemus. Et vero sensum etiam ad promendum verum suapte natura comparatum esse, hoc argumento manifeste conficitur. Qui sentit, idem quin aliquid patiatur, fieri nullo modo potest. At qui patitur, hoc ipsum quod patitur, cognoscat necesse est. Sensus igitur cognitio quædam est. Jam si sentire pati aliquid est, & quicquid patitur, ab aliquo patitur; consequens omnino est, quod efficit, ab eo quod patitur esse diversum. Habemus ergo primum id esse, quod diversum vocatur, cujusmodi sunt color atque sonus: deinde quicquid est, non esse quid unum. Adde ne immobile quidem illud esse, cum ipsa sentiendi ratio motus quidam sit. Quare nemo est, qui non sensus, quo modo natura postulat, habere velit: credo quod omnes sanis potius, quam ullo vitio laborantibus fidem habeant. Et merito sane vehemens quidam illorum amor nobis altius insidet: nec tam insanus quisquam reperiatur, qui ut bonis omnibus aliis fruatur, sensus vel unius jacturam facere velit.

Sentiendi actio, & cognitio & motus est.

ιζ.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΞΕΝΟΦΑΝΗΝ καὶ Παρμενίδην, τὰς αἰσθήσεις ἀναιροῦντας. ἀπὸ τοῦ ὀγδόου τῶν περὶ φιλοσοφίας Ἀριστοκλέους.

ΑΛΛΟΙ δ' ἐγένοντο τούτοις τὴν ἐναντίαν φωνὴν ἀφιέντες. οἴονται γὰρ δεῖν, τὰς μὲν αἰσθήσεις καὶ τὰς φαντασίας καταβάλλειν, αὐτῷ δὲ μόνον τῷ λόγῳ πιστεύειν. Τοιαῦτα γάρ τινα πρότερον μὲν Ξενοφάνης, καὶ Παρμενίδης, καὶ Ζήνων, καὶ Μέλισσος ἔλεγον, ὕστερον δ' οἱ περὶ Στίλπωνα καὶ τοὺς Μεγαρικούς. ὅθεν ἠξίουν οὗτοί γε τὸ ὂν ἓν εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὂν ἕτερον εἶναι, μηδὲ γεννᾶσθαί τι, μηδὲ φθείρεσθαι, μηδὲ κινεῖσθαι τὸ παράπαν. τὸν μὲν οὖν πλείω πρὸς τούτους λόγον ἐσόμεθα φιλοσοφοῦντες· νυνὶ μέντοι πρὸς τοῦτο λεκτέον. εἴποιμεν γὰρ ἄν, ὡς ὁ μὲν λόγος ἡμῶν εἴη τὸ θειότατον· οὐ μὴν ἀλλὰ δεῖ γε καὶ τῆς αἰσθήσεως, ὥσπερ γε δὴ καὶ σώματος. ὅτι δὲ καὶ ἡ αἴσθησις ἀληθεύειν πέφυκε, δῆλον. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸν αἰσθανόμενον μὴ οὐχὶ πάσχειν τι· πάσχων δὲ τὸ πάθος ἂν εἰδείη· γνῶσις οὖν τίς ἐστι καὶ ἡ αἴσθησις. Ἀλλὰ μὴν εἰ τὸ αἰσθάνεσθαι πάσχειν τί ἐστιν, ἅπαν δὲ τὸ πάσχον ὑπό του πάσχει, πάντως ἂν ἕτερον εἴη τὸ ποιοῦν καὶ τὸ πάσχον. ὥστε πρῶτον εἴη ἂν τὸ λεγόμενον ἕτερον ὄν, τὸ χρῶμα καὶ ὁ ψόφος· ἔπειτα δὲ ἓν τὸ ὂν οὐκ ἔσται· καὶ μὴν οὐδὲ ἀκίνητον· ἡ γὰρ αἴσθησίς ἐστι κίνησις. ταύτῃ βούλεται πᾶς τις κατὰ φύσιν ἔχειν τὰς αἰσθήσεις, ἅτε δὴ πιστεύων, οἶμαι, ταῖς ὑγιαινούσαις μᾶλλον, ἢ ταῖς νοσούσαις. εἰκότως ἄρα καὶ δεινός τις ἔρως αὐτῶν ἡμῖν ἐντέτηκεν. οὐδείς γέ τοι μὴ μεμηνὼς ἕλοιτ' ἄν ποτε μίαν αἴσθησιν ἀποβαλεῖν, ὅπως αὐτῷ πάντα τὰ ἄλλα ἀγαθὰ γένοιτο.

A Τοὺς δὲ διαβάλλοντας αὐτὰς ἐχρῆν, πεπεισμένους γε ὅτι μάτην ἔχοιεν αὐτὰς, εἰπόντας ἅπερ ὁ Πάνδαρος λέγει παρὰ τῷ Ὁμήρῳ περὶ τῶν ἑαυτοῦ τόξων,

Αὐτίκ' ἔπειτ' ἀπ' ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος φὼς,
Εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην,
Χερσὶ διακλάσσας, ἀνεμώλια γάρ μοι ὀπηδεῖ.

τὸ μετὰ τοῦτο διαλυμήνασθαι πάσας τὰς αἰσθήσεις ἑαυτῶν. B οὕτω γὰρ ἄν τις ἐπίστευεν αὐτοῖς ἔργῳ διδάσκουσιν, ὡς εἰς οὐδὲν αὐτῶν δέοιντο. νυνὶ δὲ τοῦτο ἀτοπώτατόν ἐστι. ἀχρήστους γὰρ ἀποφαίνοντες αὐτὰς τῷ λόγῳ, τοῖς ἔργοις τὰ μάλιστα χρώμενοι διατελοῦσιν αὐταῖς. Ὅ γέ τοι Μέλισσος ἐθέλων ἐπιδεικνύναι, ὅτι τῶν φαινομένων καὶ ἐν ὄψει, τούτων οὐδὲν εἴη τῷ ὄντι, διὰ τῶν φαινομένων ἀποδεικνύει αὐτῶν. Φησὶ γοῦν, Εἰ γάρ ἐστι γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ, καὶ πῦρ, καὶ σίδηρος, καὶ C χρυσός· καὶ τὸ μὲν ζῶν, τὸ δὲ τεθνηκὸς, καὶ μέλαν, καὶ λευκὸν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα φασὶν εἶναι ἄνθρωποι ἀληθῶς, ἢ καὶ ἡμεῖς ὀρθῶς ὁρῶμεν καὶ ἀκούομεν, εἶναι ἐχρῆν καὶ τὸ ὂν τοιοῦτον, οἷον πρῶτον ἔδοξεν ἡμῖν εἶναι, καὶ μὴ μεταπίπτειν, μηδὲ γίνεσθαι ἕτερον, ἀλλ' εἶναι ὅμοιον, οἷόν περ ἐστὶν ἕκαστον. νῦν δὲ φαμὲν ὀρθῶς ὁρᾶν, καὶ ἀκούειν, καὶ συνιέναι. δοκεῖ δὲ ἡμῖν τὸ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν γίνεσθαι· καὶ τὸ ψυχρὸν, θερμὸν, καὶ τὸ D σκληρὸν, μαλακὸν, καὶ τὸ μαλακὸν, σκληρόν. Ταῦτα δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα λέγοντος αὐτοῦ, καὶ μάλα εἰκότως ἐπύθετό τις ἄν, ἆρ' οὖν ὅτι τὸ νῦν θερμόν ἐστι, κἄπειτα τοῦτο γίνεται ψυχρὸν, οὐκ αἰσθόμενος ἔγνως; ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων. ὅπερ γὰρ ἔφην, εὑρεθείη ἂν οὐδὲν, ἀλλ' ἢ τὰς αἰσθήσεις ἀναιρῶν καὶ ἐλέγχων, διὰ τὸ μάλιστα πιστεύειν αὐταῖς. ἀλλὰ γὰρ οἱ μὲν τοιοῦτοι λόγοι, σχεδὸν ἱκανὰς ἤδη δεδώκασιν εὐθύνας. ἐξίτηλοι γέ τοι γεγόνασιν, ὡς εἰ μηδὲ " ἠλέχθησαν πώποτε. ἤδη μέντοι θαρροῦντες, λέγωμεν ὀρθῶς φιλοσοφεῖν, τοὺς καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὸν λόγον ἐπὶ τὴν γνῶσιν τὴν τῶν πραγμάτων παραλαμβάνοντας. Τοιοίδε μὲν οὖν οἱ ἀμφὶ τὸν Ξενοφάνην, ὃς δὴ λέγεται συνακμάσαι τοῖς ἀμφὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀναξαγόραν.

pag. 441.

Io. ἀποδεικνύων.

ἴσ. ἐλέχθησαν

Qui autem eos criminantur, illos utiqve hanc semel in opinionem adductos, qva sensus inutiles existimant, id ipsum de sensibus, quod apud Homerum Pandarus de arcu suo dicebat, usurpare oporteret,

Insensus mihi continuo caput auferat hostis,
Ni fractam hanc manibus pharetram, qvando illa per armos
Pondus iners pendet, mediis injecero flammis:

simulqve sensus omnes suos extingvere: tum enim demum fides ipsis haberetur, cum iis sibi nihil opus esse re ipsa comprobarent. Nunc vero absurdissime faciunt, qvi cum eos inutiles ore tenus esse dictitent, iisdem tamen re ipsa constantissime abutantur. Enimvero Melissus, eorum quæ apparent, quæqve ob oculos posita sunt, nihil re vera esse probare dum vult, ex illis ipsis quæ apparent argumenta ducit. Qvippe, si enim terra, inqvit, si aqva & aer, si ignis, ferrum, aurum; si vivens aliqvid, aliud mortuum, si nigrum atqve album, si alia sunt omnia, quæ ab hominibus vere esse dicuntur: postremo si videmus ipsi audimusqve recte; illud etiam profecto qvod est tale semper manere debeat, quale primo nobis est visum, nec mutari subinde atqve alterum fieri, sed potius idem constanter esse qvidlibet qvod semel est. Atqui recte cum videre nos, tum audire etiam & intelligere dicimus; & tamen frigidum id nobis quod calidum erat fieri videtur, calidumqve vicissim quod erat frigidum, similiterqve durum in molle, & molle rursus in durum mutari. Hæc igitur aliaqve id genus qvamplurima cum a Melisso dicantur, jure profecto qværierit ex eo quispiam, num hoc ipsum, quod modo calidum est, frigidum id post modum fieri, sentiendo cognoverit. Nam cæterorum omnium eadem plane ratio est. Ita constabit omnino quam vere dictum abs me fuerit, eo tantum a Melisso tolli carpiqve sensus, quod fidem sensibus maximam habeat. Sed enim abunde opinor castigatum a nobis est totum hoc ratiocinandi genus, imo perinde jam exolevit, ac si nunqvam penitus usurpatum fuisset. Hoc ergo nunc secure dicamus, recte illos philosophari, qui rerum in cognitione haurienda, sensus etiam cum ratione conjungunt. Hactenus ille. Tales igitur Xenophanis sectatores fuere, qvem Pythagoræ & Anaxagoræ temporibus floruisse ajunt.

Melissus ut sensus tollat sensibus utitur.

Nam Xenophanis quidem auditor fuit Parmenides: hunc vero Melissus audivit, Melissumqve Zeno: Zenoni Leucippus, Leucippo Democritus, Democrito Protagoras atqve Nessas operam dedere. Jam Metrodorum Nessas, Diogenem Metrodorus, Anaxarchum Diogenes, Pyrrhonem Anaxarchus discipulum habuit. Scepticorum Pyrrho sectam instituit; quos itidem, qvod nihil omnino vel sensu, vel ratione comprehendi posse statuerent, assensionemqve propterea rebus in omnibus inhiberent, qvemadmodum contrariæ sententiæ vindices arguerint, ex eodem Aristoclis opere cognosci potest. Sic enim ad verbum ipse loquitur.

Hic desinit Trapezuntii versio.

A Ξενοφάνους δὲ ἀκουστὴς γέγονε Παρμενίδης, τούτου Μέλισσος, οὗ Ζήνων, οὗ Λεύκιππος, οὗ Δημόκριτος, οὗ Πρωταγόρας καὶ Νεσσᾶς, τοῦ δὲ Νεσσᾶ Μητρόδωρος, οὗ Διογένης, οὗ Ἀνάξαρχος. Ἀναξάρχου δὲ γνώριμος γέγονε Πύρρων, ἀφ' οὗ ἡ τῶν Σκεπτικῶν ἐπικληθέντων διατριβὴ συνέστη· οὓς καὶ αὐτοὺς μηδὲν εἶναι τὸ παράπαν, μήτε γ' ἐν αἰσθήσει, μήτ' ἐν λόγῳ καταληπτὸν ὁριζομένους, ἐπέχοντας δ' ἐν πᾶσιν, ὅπως ἀπήλεγχον οἱ ἀντι- B δοξάζοντες, μαθεῖν πάρεστιν ἀπὸ τοῦ δηλωθέντος συγγράμματος, ὧδέ πη πρὸς λέξιν ἔχοντος.

XVIII.

ADVERSUS EORUM PHILOsophorum sectam, qvi qvod Pyrrhonem sequuti nihil comprehendi posse statuerint, Sceptici, & assensũ inhibentes vocati sunt. Ex eodem Aristocle.

ιη'.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤΑ ΠΥΡΡΩΝΑ Σκεπτικούς, ἤτοι Ἐφεκτικοὺς ἐπικληθέντας, μηδὲν καταληπτὸν εἶναι ἀποφηναμένους. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

C

NECESSE est, inqvit ille, cognitionis nostræ rationem ante omnia videam⁹. Nam si cognoscendi vim a natura nullam accepimus, omittamus licet de aliis qværere. Nonnullorum certe olim vox ea fuit, qvos refellit Aristoteles. Et Pyrrho qvidem Eleus opinionis hujus defensor erat acer inprimis ac vehemens, nihil tamen scriptum reliqvit. At Timo ejus discipulus, tria ei spectanda docet, qvi ad felicitatem aspirat: primum, cujusmodi rerum natura sit: deinde, qvem in iis modum tenere debeamus: postremo, quid iis eventurum sit, qui hoc fecerint. Res ergo qvod attinet, promiscuas ipsi omnium habendas esse tradit, ac nutantes, dubiasq; rationes: proinde nec in sensibus, nec in opinionibus verum aut falsum inesse posse: ex qvo demum id seqvatur, fidem iis haberi nullam oportere, agendumq; nobis propterea, nihil ut opinemur, nullã inclinem⁹ in partem, inconcussi deniq; semper immotiq; maneam⁹: atq; ita, qvicqvid propositum nobis fuerit, id non potius esse, qvã non esse, aut esse idem & non esse dicam⁹, imo ne non esse qvidem. Cæterũ qvi hunc in modũ comparati fuerint, id cõsequuturos illos esse cõfirmat, primum ut asseverẽt nihil, deinde nulla ut unqvam perturbatione moveãtur, cui utriq; voluptatẽ Ænesidemus adjungit.

Timonis Sceptici doctrina tribus capitibus comprehensa.

ΑΝΑΓΚΑΙΩΣ δ' ἔχει πρὸ παντὸς διασκέψασθαι περὶ τῆς ἡμῶν αὐτῶν γνώσεως. εἰ γὰρ αὖ μηδὲν πεφύκαμεν γνωρίζειν, οὐδὲν ἔτι δεῖ περὶ τῶν ἄλλων σκοπεῖν. Ἐγένοντο μὲν οὖν καὶ τῶν πάλαι τινὲς, οἱ ἀφέντες τήνδε τὴν φωνὴν, οἷς ἀντείρηκεν ὁ Ἀριστοτέλης. ἴσχυσε μέντοι τοιαῦτα λέγων καὶ Πύρρων ὁ Ἠλεῖος· ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐν γραφῇ καταλέλοιπεν. Ὁ δέ γε D μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων φησὶ, δεῖν τὸν μέλλοντα εὐδαιμονήσειν, εἰς τρία ταῦτα βλέπειν· πρῶτον μὲν, ὁποῖα πέφυκε τὰ πράγματα· δεύτερον δὲ, τίνα χρὴ τρόπον ἡμᾶς πρὸς αὐτὰ διακεῖσθαι· τελευταῖον δὲ, τί περιέσται τοῖς οὕτως ἔχουσι. τὰ μὲν οὖν πράγματά φησιν αὐτὸν ἀποφαίνειν ἐπ' ἴσης ἀδιάφορα καὶ ἀστάθμητα καὶ ἀνεπίκριτα· διὰ τοῦτο μήτε τὰς αἰσθήσεις ἡμῶν, μήτε τὰς δόξας ἀληθεύειν ἢ ψεύδεσθαι. διὰ τοῦτο οὖν μηδὲ πιστεύειν αὐταῖς δεῖν, ἀλλ' ἀδοξάστους καὶ ἀκλινεῖς καὶ ἀκραδάντους εἶναι, περὶ ἑνὸς ἑκάστου λέγοντας, ὅτι οὐ μᾶλλον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ καὶ ἔστι καὶ οὐκ ἔστιν, ἢ οὔτε ἔστιν οὔτ' οὐκ ἔστιν. τοῖς μέντοι διακειμένοις οὕτω περιέσεσθαι Τίμων φησὶ, πρῶτον μὲν ἀφασίαν, ἔπειτα δ' ἀταραξίαν, Αἰνησίδημος δὲ ἡδονήν.

Τὰ μὲν οὖν κεφάλαια τῶν λεγομένων ἐστὶ ταῦτα. σκεψώμεθα δ' εἰ ὀρθῶς λέγουσιν. ἐπεὶ τοίνυν ἐπίσης ἀδιάφορα πάντα φασὶν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο κελεύουσι μηδενὶ προστίθεσθαι, μηδὲ δοξάζειν, εἰκότως ἄν, οἶμαι, πύθοιτό τις αὐτῶν· ἆρά γε διαμαρτάνουσιν οἱ διαφέρειν αὐτὰ νομίζοντες, ἢ οὔ; πάντως γάρ, εἰ μὲν ἁμαρτάνουσιν, οὐκ ὀρθῶς ὑπολαμβάνοιεν ἄν. ὥστε ἀνάγκη λέγειν αὐτοῖς εἶναί τινας, τοὺς τὰ ψευδῆ περὶ τῶν ὄντων δοξάζοντας· αὐτοὶ τοίνυν εἶεν ἂν οἱ τἀληθῆ λέγοντες· οὕτω δ' εἴη ἂν ἀληθές τι καὶ ψεῦδος. εἰ δ' οὐχ ἁμαρτάνομεν οἱ πολλοί, τὰ ὄντα διαφέρειν οἰόμενοι, τί παθόντες ἐπιπλήττουσιν ἡμῖν; αὐτοὶ γὰρ ἁμαρτάνοιεν ἄν, ἀξιοῦντες μὴ διαφέρειν αὐτά. Καὶ μὴν εἰ καὶ δοίημεν αὐτοῖς, ἐπίσης ἀδιάφορα πάντα εἶναι, δῆλον ὡς οὐκ ἂν διαφέροιεν οὐδ' αὐτοὶ τῶν πολλῶν. τίς οὖν εἴη ἂν αὐτῶν ἡ σοφία; καὶ διὰ τί Τίμων, τοῖς μὲν ἄλλοις λοιδορεῖται πᾶσι, Πύρρωνα δ' ὑμνεῖ μόνον; Ἔτι γε μήν, εἰ ἐπίσης ἐστὶν ἀδιάφορα πάντα, καὶ διὰ τοῦτο χρὴ μηδὲν δοξάζειν, οὐκ ἂν οὐδὲ ταῦτα διαφέροι· λέγω δὲ τὸ διαφέρειν, ἢ μὴ διαφέρειν, καὶ τὸ δοξάζειν, ἢ μὴ δοξάζειν. τί γὰρ μᾶλλον ταῦτά ἐστιν, ἢ οὐκ ἔστιν; ἤ, ὥς φησι Τίμων, διὰ τί, ναί, καὶ διὰ τί, οὔ· καὶ αὐτὸ τὸ διατί; Φανερὸν οὖν ὡς ἀναιρεῖται τὸ ζητεῖν. ὥστε παυσάσθωσαν ἐνοχλοῦντες. ἐπεὶ νῦν γε μεμήνασι, πόρρω τέχνης ἅμα μὲν ἡμῖν διακελευόμενοι μὴ δοξάζειν, ἅμα δὲ κελεύοντες αὐτὸ τοῦτο ποιεῖν· καὶ λέγοντες ὡς περὶ οὐδενὸς ἀποφαίνεσθαι δέοι, κἄπειτα ἀποφαινόμενοι· καὶ ἀξιοῦσι μὲν μηδενὶ συγκατατίθεσθαι, πείθεσθαι δ' αὐτοῖς κελεύουσιν. εἶτα λέγοντες μηδὲν εἰδέναι, πάντας ἐλέγχουσιν ὡς εὖ εἰδότες. ἀνάγκη τε τοὺς φάσκοντας ὡς ἄδηλα πάντα εἴη, δυοῖν θάτερον, ἢ σιωπᾶν, ἢ ἀποφαίνεσθαί τι καὶ λέγειν. εἰ μὲν οὖν ἡσυχίαν ἄγοιεν, δῆλον ὅτι πρός γε τοὺς τοιούτους οὐδεὶς ἂν εἴη λόγος· εἰ δ' ἀποφαίνοιντο, πάντη τε καὶ πάντως ἢ εἶναί τι φαῖεν ἄν, ἢ μὴ εἶναι, καθάπερ ἀμέλει νυνί φασιν ὡς εἴη πάντα ἄγνωστα καὶ νομιστὰ πᾶσι, γνωστὸν δ' οὐδέν που. Ὁ τοίνυν ἀξιῶν, ἤ τι δηλοῖ πρᾶγμα, καὶ ἔνεστιν αὐτὸ συνεῖναι λεγόμενον, ἢ οὐκ ἔνεστιν. ἀλλ' εἰ μὲν οὐ δηλοῖ, καθάπαξ οὐδεὶς οὐδ' οὕτω πρὸς τὸν τοιοῦτον ἂν εἴη λόγος.

Cum igitur isti promiscuas rerum omnium rationes esse velint, proindeq; aut ulli hærendum, aut opinandum quicqvam esse negent: ex iis utiqve merito quærat aliquis, errent-ne qui discriminis aliquid inter eas constituant, an non? Si enim errant, utiqve non recte sentiunt. Ita nonnullos esse dicant ipsi quoqve necesse est, qui falso de rebus opinentur, se porro unos esse, qui vere pronuntient: ex quo profecto seqvitur verì aliqvid falsiqve reperiri. Quod si non erramus, quotquot res ab aliis alias vulgo distingvimus, qvænam illos intemperiæ tenent, qui nos tam vehementer incessant, cum eosdem errare necesse sit, dum nullum ab iis non discrimen excludunt? Verum esto, demus tamen illis nulla res prorsus omnes diversitate secerni: ab hominum vulgo nihil ergo differunt ipsi quoqve. Sapientiam igitur isti qvam nobis tandem ostendunt? aut cur omnes Timonis ore proscinduntur, Pyrrho celebratur unus? Præterea, si nihil in rebus discriminis est, ne differre qvidem aut non differre, opinari aut non opinari discriminis quicquam subibunt. Cur enim sint potius ista quoqve, qvam non sint? vel, ut Timon ipse loqvi solet, Cur ita? cur non? Imo, qvorsum tandem vel ipsum Cur? omnem enim qvæstionem funditus proinde tollendam esse constat. Desinant igitur molestiam nobis ultra facessere. Nam insaniunt illi profecto, dum suæ ipsorum artis obliti, nos opinari quicqvam jubent simul atqve vetant, iidemqve pronuntiant aliqvid de rebus, qui tamen nihil pronuntiandum esse statuunt. Nolunt te nimirum sentire cum ullo, sibi tamen omnes fidem habere volunt: dumqve se nihil scire profitentur, omnes tamen, quasi res apprime norint, passim reprehendunt. At incerta omnia esse qui dicant, hos e duobus alterum, aut silere necesse est, aut aliqvid pronuntiare. Si quiescent, nulla cum iis futura disputatio est: sin dicent aliquid; vel esse quiddam, vel non esse omnino dicturi sunt: qvemadmodum utiqve obscura esse cunctis universa nunc dicunt, atqve in sola opinione posita, notum esse nihil. Porro qui sumit aliqvid, aut rem illam sic aperit, ut intelligi dum explicatur ea possit, aut obscuram potius & ignotam relinqvit. Si non aperiet, ne tum quidem ulla cum eo futura disputatio est.

Prima Timonis refutatio.

Secunda eiusdem refutatio.

Tertia refutatio.

Quarta refutatio.

Sin explicabit aliqvid, prorſus aut infinita dicet, aut ſuis quibuſdam finibus circumſcripta. Quod ſi infinita, rurſus omnem ſecum agendi facultatem eripiet, quod infiniti cognitio nulla eſſe poſſit. At ſi finita quædam, aut etiam unum aliqvid aperiet; qui hoc faciat, definiat idem aliquid, judicetqve neceſſe eſt. Qui-nam igitur obſcura omnia & promiſcua eſſe poſſint? Jam vero, ſi eadem eſſe ſimul ac non eſſe dicet: primum quidem verum ſimul idem ac falſum erit: deinde aliquid ipſe dicet, dicetqve nihil, atqve ita orationem, oratione dum utetur, extingvet. Præterea, qui ſe falſum dicere fateatur, idem ſibi fidem haberi vult. Jam vero, quæri etiam ex illis poterit, unde tandem incerta eſſe univerſa didicerint? Prius enim quid illud ſit quod certum vocatur, noſſe debent; tumqve demum, ejuſmodi non eſſe omnia ſtatuere poterunt: affirmationis quippe notitia negationis cognitionem antecedit. Qui ſi minus quid certum ſit noverint, ne incertum quidem illi quid ſit noſſe poterunt. Enimvero cum Æneſidemus in ſua illa, quam informabat hypotypoſi, novem omnino modos exponeret, (totidem enim quam incerta ſint omnia declarare conabatur:) utrum eoſdem norat ipſe qui diceret, an ignorabat? Nam is quidem in animantibus, imo etiam & in nobis ipſis, urbibus, inſtitutis, moribus ac legibus diſcrimen agnoſcit: idem vero & infirmos ait ſenſus eſſe noſtros, & plurima quæ cognitioni extrinſecus officiant impedimenta commemorat, intervalla, magnitudines, motus, juvenum atqve ſenum, vigilantium & dormientium, valentium & ægrotantium diſſimiles aliosqve ſenſus; rerum dum eas percipimus, quod permixtæ ſint omnes, & cum aliquo ſemper ad aliud quid ordine proferantur, ſincerum nunquam ſimplicemq; vultum. Hæc, inqvam, ille cæteraq; id gen⁹ dum magnifice loqvitur, qværat ex eo jure qvispiam, ſit ne hæc hominis varias illas rerum conditiones probe ſcientis, an potius ignorantis oratio? Si enim illas ignorat, qui tandem ipſi fidem habebimus? Sin eas probe norit, næ ſtolidus admodum eſt, qui cum obſcura eſſe omnia ſtatuat, tã multa ſe tamen ſcire confirmet. Utiq; dum talia oratione percenſent, inductionem aliqvam modo texunt, & cujusmodi quæque ſint quæ appareant, ſigillatim oſtendunt: quod quidem orationis genus eſt vocaturqve fides. Hanc igitur illi ſi ſeqvuntur, eoſdem proinde opinari nemo non videt: ſi vero non credunt, ne ipſi quidem illos audiemus.

Quinta refutatio.

Εἰ δὲ σημαίνοι, πάντως ἢ ἄπειρα λέγοι ἂν, ἢ πεπερασμένα. καὶ εἰ μὲν ἄπειρα, οὐδ' ὅλως ἂν εἴη λόγος πρὸς αὐτόν· ἀπείρων γὰρ γνῶσις οὐκ ἔστι· πεπερασμένων δὲ ὄντων τῶν δηλουμένων, ἢ ἑνὸς ὁτουοῦν, ὁ τοῦτο λέγων, ὁρίζει τι καὶ κρίνει. πῶς οὖν ἄγνωστα καὶ ἀνεπίκριτα πάντα εἴη ἄν; εἰ δὲ φαίη ταὐτὰ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, πρῶτον μὲν ἔσται ταὐτὸ καὶ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος· ἔπειτα δὲ ἐρεῖ τε καὶ οὐκ ἐρεῖ, καὶ λόγῳ χρώμενος, ἀναιρήσει λόγον. ἔτι δὲ ὁμολογῶν ψεύδεσθαι, πιστεύειν ἑαυτῷ φησι δεῖν. Ἄξιον δὲ ζητῆσαι, πόθεν καὶ μαθόντες, ἄδηλα πάντα φασὶν εἶναι. δεῖ γὰρ εἰδέναι πρότερον αὐτούς, τί δή ποτ' ἐστὶ τὸ δῆλον· οὕτω γοῦν ἂν ἔχοιεν λέγειν, ὡς οὐκ εἴη τὰ πράγματα τοιαῦτα. πρῶτον γὰρ εἰδέναι χρὴ τὴν κατάφασιν, εἶτα τὴν ἀπόφασιν. εἰ δὲ ἀγνοοῦσιν ὁποῖόν ἐστι τὸ δῆλον, οὐκ ἂν εἰδεῖεν οὐδὲ τί τὸ ἄδηλον. Ὁπόταν γε μὴν Αἰνησίδημος, ἐν τῇ ὑποτυπώσει τοὺς ἐννέα διεξίῃ τρόπους· κατὰ τοσούτους γὰρ ἀποφαίνειν ἄδηλα τὰ πράγματα πεπείραται· πότερον αὐτὸν φῶμεν εἰδότα λέγειν αὐτούς, ἢ ἀγνοοῦντα; φησὶ γὰρ ὅτι τὰ ζῷα διαφέρει, καὶ ἡμεῖς αὐτοί, καὶ αἱ πόλεις, καὶ οἱ βίοι, καὶ τὰ ἔθη, καὶ οἱ νόμοι. καὶ τὰς αἰσθήσεις δέ φησιν ἡμῶν ἀσθενεῖς εἶναι, καὶ πολλὰ τὰ ἔξωθεν λυμαινόμενα τὴν γνῶσιν, ἀποστήματα, καὶ μεγέθη, καὶ κινήσεις· ἔτι δὲ τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι νέους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐγρηγορότας καὶ κοιμωμένους, καὶ ὑγιαίνοντας καὶ νοσοῦντας· οὐδενός τε ἡμᾶς ἁπλοῦ καὶ ἀκραιφνοῦς ἀντιλαμβάνεσθαι. πάντα γὰρ εἶναι συγκεχυμένα, καὶ πρός τι λεγόμενα. Ταῦτα δέ, φημί, καὶ τὰ τοιαῦτα κομψολογοῦντα αὐτόν, ἡδέως ἄν τις ἔροιτο· πότερον ὡς εἰδὼς λέγοι διότι τὰ πράγματα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἢ ἀγνοῶν. εἰ μὲν γὰρ οὐκ ᾔδει, πῶς ἂν ἡμεῖς αὐτῷ πιστεύοιμεν; εἰ δ' ἐγίνωσκε, κομιδῇ τις ἦν ἠλίθιος, ἅμα μὲν ἄδηλα πάντα ἀποφαινόμενος, ἅμα δὲ τοσαῦτα λέγων εἰδέναι. Καὶ μὴν ὁπότε γε τὰ τοιαῦτα διεξίοιεν, οὐδὲν ἄλλ' ἢ ἐπαγωγήν τινα λέγουσι, δεικνύντες ὁποῖ' ἄττα εἴη τὰ φαινόμενα καὶ τὰ καθ' ἕκαστα. τὸ δὲ τοιοῦτο καὶ ἔστι καὶ λέγεται πίστις. εἰ μὲν οὖν αὐτῇ συγκατατίθενται, δῆλον ὅτι δοξάζουσιν· εἰ δ' οὐ πιστεύουσιν, οὐδ' ἂν ἡμεῖς προσέχοιμεν αὐτοῖς.

Ὅ γε μὴν Τίμων ἐν τῷ Πύθωνι, διηγεῖται μακρὸν τινα καταστείνας λόγον, ὡς ἐντύχοι τῷ Πύρρωνι βαδίζοντι Πυθώδε, παρὰ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀμφιαράου, καὶ τίνα διαλεχθεῖεν ἀλλήλοις. ἆρ' οὖν οὐκ εὐλόγως ἄν τις αὐτῷ ταῦτα συγγράφοντι παραστὰς εἴποι, τί, ὦ πονηρὲ, ἐνοχλεῖς σεαυτῷ ταῦτα συγγράφων, καὶ ἃ μὴ οἶσθα διηγούμενος; τί γὰρ μᾶλλον ἐνέτυχες αὐτῷ καὶ διελέχθης, ἢ οὐ διελέχθης; Αὐτός τε ἐκεῖνος ὁ θαυμαστὸς Πύρρων, ἆρά γε ᾔδει τὸ διὰ τί βαδίζοι Πύθια θεασόμενος; ἢ καθάπερ οἱ μεμηνότες, ἐπλανᾶτο κατὰ τὴν ὁδόν; ἡνίκα δ' ἤρξατο κατηγορεῖν τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς ἀγνοίας αὐτῶν, ἆρά γε φῶμεν αὐτὸν ἀληθῆ λέγειν, ἢ μή; ἆρά γε καὶ τὸν Τίμωνα παθεῖν τι, καὶ συγκαταθέσθαι τοῖς λόγοις, ἢ μὴ προσέχειν; εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἐπείσθη, πῶς ἀντὶ χορευτοῦ φιλόσοφος ἐγένετο, καὶ τὸν Πύρρωνα διετέλεσε θαυμάζων; εἰ δὲ συγκατέθετο τοῖς λεγομένοις, ἄτοπος ἂν εἴη τις, αὐτὸς μὲν φιλοσοφῶν, ἡμᾶς δὲ κωλύων. Ἁπλῶς δὲ θαυμάσαι τις ἂν, οἱ Τίμωνος σίλλοι, καὶ αἱ κατὰ πάντων ἀνθρώπων βλασφημίαι, καὶ αἱ κακαὶ στοιχειώσεις Αἰνησιδήμου, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος ὄχλος τῶν λόγων τί δήποτε βούλεται αὐτοῖς. εἰ μὲν γὰρ οἰόμενοι κρείττους ἡμᾶς ἀπεργάσεσθαι, ταῦτα γεγράφασι καὶ διὰ τοῦτο πάντας οἴονται δεῖν ἐλέγχειν, ὅπως παυσώμεθα φλυαροῦντες, βούλονται δηλονότι τὴν ἀλήθειαν ἡμᾶς εἰδέναι, καὶ ὑπολαβεῖν, ὅτι τοιαῦτα εἴη τὰ πράγματα, καθάπερ ἀξιοῖ Πύρρων. ὥστε εἰ πεισθείημεν αὐτοῖς, ἐκ χειρόνων βελτίους ἂν γενοίμεθα, κρίναντες τὰ συμφορώτερα, καὶ τοὺς ἄμεινον λέγοντας ἀποδεξάμενοι. πῶς οὖν ἐπίσης ἀδιάφορα τὰ πράγματα, καὶ ἀνεπίκριτα δύναιτ' ἂν εἶναι; καὶ πῶς ἀσυγκατάθετοι καὶ ἀδόξαστοι γενοίμεθ' ἄν; εἰ δ' οὐδὲν ὄφελός ἐστι τῶν λόγων, τί ἡμῖν ἐνοχλοῦσιν; ἢ διὰ τί Τίμων φησίν,

Οὐκ ἂν δὴ Πύρρωνί γ' ἐρίσσειεν βροτὸς ἄλλος;

οὐ γὰρ μᾶλλον Πύρρωνα θαυμάσαι τις ἄν, ἢ τὸν Κόροιβον ἐκεῖνον, ἢ τὸν Μελιτίδην, οἳ δὴ δοκοῦσι μωρίᾳ διενεγκεῖν. Ἐνθυμεῖσθαι μέντοι χρὴ καὶ ταῦτα. ὁποῖος γὰρ ἂν γένοιτο πολίτης, ἢ δικαστὴς, ἢ σύμβουλος, ἢ φίλος, ἢ ἁπλῶς εἰπεῖν ἄνθρωπος, ὅ γε τοιοῦτος; ἢ τί τῶν κακῶν οὐ τολμήσειεν ἄν, ὁ μηδὲν ὡς ἀληθῶς οἰόμενος εἶναι κακὸν, ἢ αἰσχρὸν, ἢ δίκαιον, ἢ ἄδικον; οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο φαίη τις ἄν, ὅτι τοὺς νόμους δεδοίκασι κριτὰς, καὶ τὰς τιμωρίας οἱ τοιοῦτοι. πῶς γὰρ οἵ γε ἀπαθεῖς καὶ ἀτάραχοι, καθάπερ αὐτοί φασιν, ὄντες; ὁ γέ τοι Τίμων ταῦτα καὶ λέγει περὶ τοῦ Πύρρωνος,

Sc. Ἀλλ' οἷον. Ἀλλοῖον τὸν ἄτυφον ἐγὼ ἴδον ἢ ἀδάμαστον

Nam de Pyrrhone qvidem canit ista Timon,

A Jam vero quod in Pythone longam adeo Timon ipse narrationem instituit, qvemadmodum in Pyrrhonem circa templum Amphiarai, dum Pythiam peteret, inciderit, & quosnam cum eo sermones miscuerit: qvis non ea scribentem his verbis jure conveniat? Quid ipse tibi, homo neqvam, molestus es, dum ista scribis, eaq; commemoras, qvæ tu nescis? Cur enim in eum incidisti, aut cur sermones cum eo miscuisti potius, qvam nō miscuisti? Pyrrho autem ille tuus tam excellens, tamq; divinus, satis-ne qvorsum ad Pythia spectanda pergeret ipse norat? an vero, B quod furiosi solent, in via temere vagabatur? Idem vero cum & homines & hominum ignorantiam accusare cœpit, num ille nobis verum dicere videatur, an nō? Qvid Timon? an ejus est oratione commotus? fidem illi habuit, an negavit? Si negavit, qui tandem evasit e saltatore Philosophus? aut cur Pyrrhonem tam vehementer postea constanterq; suspexit? Qvi si ejus verbis fidem habuit, inepte profecto facit, qui nos dum philosophatur, philosophari vetet. Atq; ut universe loquamur, quid sannæ illæ Timonis omnes, & C irrogatæ generi hominum universo contumeliæ: quid perniciosa Ænesidemi rudimenta, quid verborum tota illa congeries sibi velit, mirum jure cuipiam videatur. Si enim id hoc in scribendi genere seqvebantur, uti nos meliores efficerent, eoq; sibi carpendos omnes & incessendos putarunt, ut nugas tandem agere desinamus; id agunt videlicet ut perspectam habeamus veritatem, atq; ita se se res, qvomodo statuebat Pyrrho, habere credamus. Itaq; si eorum in sententiam adducemur, dum & melius de rebus ipsi judicabi- D mus, & saniora loqventes audiemus, ex deterioribus profecto meliores efficiemur. Quod si ita est, qui tandem promiscuæ adeo rerum omnium esse qveant implicitæq; rationes, aut ipsi nos hærere nemini, ac nihil existimare qui possimus? At vero si disputationis suæ fructus est nullus, quid molesti porro nobis esse pergunt? aut qvorsum versus iste Timonis,

Cum Pyrrhone hominum possit contendere nemo?

Nec enim causæ quicquam fuerit, qvamobrem Pyrrhonem suum miremur potius, qvā aut Corybum illum aut Melitidem, qui tamē stultitiæ principes haberi solent. Jam ne prætereundum illud quidem leviter est quod sequitur. Qvem enim, obsecro, aut civem illum aut judicem, cujusmodi vel consiliarium, vel amicum, vel deniq; hominem habituri sumus? aut quid ille flagitii non audebit, qui honestum vere nihil aut turpe, qui justū esse nihil aut injustum opinabitur? Apage enim, qui aut legum sententiam gen⁹ hoc hominū dixerit, aut pœnarū acerbitatē extimescere? Quomodo enim in eos metus iste cadat, qui ab omni se perturbatione vacuos prædicāt?

Unum illum novi, quem nulla superbia tollat,

Argumentum ad hominem, quo Timon convincitur.

Quam im[illegible] videantur.

Sexta Timonis [illegible] confutatio cum sequentibus incommodis.

Non fanda atque infanda doment, quibus omnis ubique
Succumbit populus, vario dum turbidus æstu,
Atq; animi dubius, cæcaq; cupidine præceps
Huc illuc rapitur.

Septima refutatio ducta a repugnantibus.

A Præterea dum egregium illud sapiensq; dictum pronuntiant, in vita instituenda naturæ consvetudinisq; ductum seqvi oportere, simulq; nulla penitus in re hærendum esse docent, faciunt ineptissime. Nam ut fides cæteris omnibus detrahatur, huic saltem habenda necessario sit, planeq; statuendum ita rem habere. Sed enim cur naturæ consvetudinisqve ductum seqvi potius nos oporteat, quam ab eo discedere, qui nec sciamus omnino quicquam, nec cujus vi judicium ferri possit qvicqvam habeamus? Qvod enim addunt, extremæ cujusdam stultitiæ est: qvemadmodum pharmaca, in qvibus purgandi vis est, sese cum excrementis ipsis pariter ac simul excernunt; ita qvæ ratio incerta esse omnia conficiat, eam se qvoq; perinde ut reliqva funditus convellere. Nam si refutat ipsa sese, insulse faciat ea qvi utetur. Qviescant igitur isti, ac ne hiscant qvidem. Tametsi nec pharmaco illi qvo purgamur istorum ratio simile qvicqvam habet. Nam ita pharmacum excernitur, ut in corpore minime resideat: hæc ratio & eadem hæreat in mente semper, & fidem a nobis perpetuam impetret, necesse est, qvod ea nos sola ne cuiqvam assentiamur efficiat. Porro qvam ne isti qvidem opinandi vim homini eripiant, vel ex eo intelligas. Qui sentit, idem ut ne sentiat fieri nullo modo potest: sentire autem cognoscere est. At eos sensui fidem habere nemo non videt. Nam ut certius aliquid intueri possint, cum purgare oculos, tum etiam accedere propius, ac subinde nictando intueri solent. Qvid quod nostrum ipsi tam lætitiæ qvam doloris sensum novimus? Nec enim fieri possit, ut sese uri quis aut secari nesciat. Memoriam similiter ac recordationem quis non existimatione conjunctam esse dixerit? Quid de communi omnium sensu, qvi ejusmodi hominem esse clamat; qvid de artibus doctrinisq; dicetur? Istorum quippe nihil haberemus, nisi a natura existimandi vim haberemus. At mitto cætera, dum hoc unum maneat, fidem ut iis sive habeamus, sive negemus, opinandi facultatem necessario nobis esse relinqvendam. Hactenus igitur nullam ejusmodi philosophandi rationem esse posse ostendimus. Qvam eadem rationi ac legibus adversetur, hinc accipe. Nam si vere ita res habeat, qvid aliud superest, nisi ut sic tanqvam in somno, temere stolideq; vivamus? Nugentur enimvero Legislatores, Duces, Præceptoresq; nugentur. Eqvidem alios omnes ex naturæ præscripto vitam instituere sentio; rationem hanc Philosophorum unam qvæ tam absurda loqvatur, delirare, aut potius vehementer furere statuo. Qvod ipsum ex seqventi Pyrrhonis facto maxime intelliges. Antigonus

Pyrrhonis factum cum ipso opin. repugnans.

Πᾶσιν ὅσοις δαμνᾶται, ἄμ᾽ ἀρρήτοις τε φατοῖς τε,
Λαῶν ἔθνεα κοῦφα, βαρυνόμεν᾽ ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ἐκ παθέων, δόξης τε, καὶ εἰκαίης νομοθήκης.

Ὁπόταν μέντοι φῶσι τὸ σοφὸν δὴ τοῦτο, ὅτι δέοι κατακολουθοῦντα φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι ζῆν, μηδενὶ μέντοι συγκατατίθεσθαι, πάνυ τινές εἰσιν εὐήθεις. εἰ γὰρ μηδενὶ ἄλλῳ, τούτῳ γοῦν αὐτῷ δέοι ἂν συγκατατίθεσθαι, καὶ ὑπολαμβάνειν οὕτως ἔχειν αὐτό. Τί δὲ μᾶλλον τῇ φύσει καὶ τοῖς ἔθεσι δεῖ κατακολουθεῖν, ἢ οὐ δεῖ, μὴ εἰδότας γε δὴ μηδὲν, μηδὲ ἔχοντάς τι ὅτῳ κρινοῦμεν; ἐκεῖνο μὲν γὰρ καὶ B παντάπασίν ἐστιν ἠλίθιον, ἐπειδὰν λέγωσιν, ὅτι καθάπερ τὰ καθαρτικὰ φάρμακα συνεκκρίνει μετὰ τῶν περιττωμάτων καὶ ἑαυτά, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ πάντα ἀξιῶν εἶναι λόγος ἄδηλα, μετὰ τῶν ἄλλων ἀναιρεῖ καὶ ἑαυτόν. εἰ γὰρ αὐτὸς αὐτὸν ἐλέγχοι, ληροῖεν ἂν οἱ χρώμενοι τούτῳ. βέλτιον οὖν ἡσυχίαν ἄγειν αὐτοὺς καὶ μηδὲ τὸ στόμα διαίρειν. Ἀλλὰ μὴν οὐδ᾽ ὅμοιον ἔχει τι τὸ καθαρτικὸν φάρμακον, καὶ ὁ τούτων λόγος. τὸ μὲν γὰρ φάρμακον ἐκκρίνεται, κἂν τοῖς σώμασιν C οὐχ ὑπομένει· τὸν μέντοι λόγον ἐν ταῖς ψυχαῖς ὑπάρχειν δεῖ τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ πιστευόμενον αἰεί. μόνος γὰρ οὗτος εἴη ἂν, ὁ ποιῶν ἀσυγκαταθέτους. Ὅτι δ᾽ οὐκ οἷόν τε τὸν ἄνθρωπον ἀδόξαστον εἶναι, καὶ ὧδε καταμάθοι τις ἄν. ἀδύνατον γὰρ τὸν αἰσθανόμενον μὴ αἰσθάνεσθαι. τὸ δ᾽ αἰσθάνεσθαι, γνωρίζειν τι ἦν. ὅτι δὲ καὶ πιστεύει τῇ αἰσθήσει, πᾶσι φανερόν. ἀκριβέστερον γὰρ θέλων ἰδεῖν, ἀπέψησε τὼ ὀφθαλμὼ, καὶ προσῆλθεν ἐγγύτερον, καὶ ἐπιλλίσατο. καὶ μὴν ἡδόμενοί γε καὶ πονοῦντες ἴσμεν. οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὸν καιόμενον ἢ τεμνόμενον ἀγνοεῖν. τὰς δὲ δὴ μνήμας καὶ ἀναμνήσεις τίς οὐκ ἂν φαίημεν ὑπολήψεως γίγνεσθαι; περὶ μὲν γὰρ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ὅτι τοιοῦτον ἄνθρω- D πός ἐστιν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐπιστημῶν καὶ τεχνῶν, τί λέγοι τις ἄν; οὐδὲν γὰρ ἦν τούτων, εἰ μὴ πεφύκειμεν ὑπολαμβάνειν. ἀλλ᾽ ἔγωγε ἐῶ τἄλλα. τοῖς μέντοι λεγομένοις ὑπὸ τούτων ἐάν τε πιστεύωμεν, ἐάν τε ἀπιστῶμεν, ἀναγκαίως ἔχει δοξάζειν πάντῃ τε καὶ πάντως. Ὅτι μὲν οὖν ἀμήχανόν ἐστι φιλοσοφεῖν τὸν τρόπον τοῦτον, φανερόν. ὅτι δὲ καὶ παρὰ φύσιν, καὶ παρὰ τοὺς νόμους, ὧδε κατίδοιμεν ἄν. Εἰ μὲν γὰρ τῷ ὄντι τὰ πράγματα τοιαῦτα εἴη, τί λοιπὸν ἀλλ᾽ ἢ καθάπερ ἐν ὕπνῳ, ζῆν ἡμᾶς εἰκῇ καὶ ἐμπλήκτως; ὥστε φλυαροῖεν ἂν οἱ νομοθέται καὶ στρατηγοὶ καὶ οἱ παιδεύοντες. ἀλλ᾽ ἔμοιγε δοκοῦσιν οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι ζῆν κατὰ φύσιν, μόνοι μέντοι τετυφῶσθαι, μᾶλλον δὲ μεμηνέναι μανίαν ἐρρωμένην οἱ ταῦτα ληροῦντες. οὐχ ἥκιστα μέντοι τοῦτο καταμάθοι τις ἂν κἀκεῖθεν. Ἀντίγονος γὰρ

pag. 401

ὁ Καρύστιος κατὰ τοὺς αὐτοὺς γενόμενος χρόνους, καὶ ἀναγράψας αὐτῶν τὸν βίον, φησὶ τὸν Πύῤῥωνα διωκόμενον ὑπὸ κυνὸς, ἀναφυγεῖν ἐπί τι δένδρον· σκωπτόμενον δ' ὑπὸ τῶν παρόντων, εἰπεῖν ὡς χαλεπὸν εἴη τὸν ἄνθρωπον ἐκδῦναι. Φιλίστης δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ θυούσης, ἔπειτα τῶν φίλων τινὸς ὑποσχομένου τὰ πρὸς τὴν θυσίαν, καὶ μὴ παρασχομένου, τοῦ μέντοι Πύῤῥωνος πριαμένου, καὶ ἀγανακτοῦντος, ἐπειδή περ ὁ φίλος ἔλεγεν, ὡς οὐ ποιήσαιτο σύμφωνα τοῖς λόγοις, οὐδ' ἄξια τῆς ἀπαθείας· εἰπεῖν αὐτὸν, ἐν γοῦν γυναικὶ οὐ δεῖ τὴν ἀπόδειξιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. καίτοι δικαίως ἂν εἶπεν ὁ φίλος, ὅτι ματαία καὶ ἐν γυναικὶ, καὶ κυνὶ, καὶ πᾶσιν. Εἰ δή σοι τῶν λόγων τούτων ἐστὶν ὄφελος, ὀρθῶς γ' ἔχει μαθεῖν, καὶ τίνες οἱ ζηλώσαντες αὐτὸν ἐγένοντο, καὶ τίνας ἐζήλωσεν αὐτός. ὁ μὲν οὖν Πύῤῥων Ἀναξάρχου τινὸς ἐγένετο μαθητὴς, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἦν ζωγράφος, οὐδ' οὗτος εὐτυχὴς, ἔπειτα τοῖς Δημοκρίτου βιβλίοις ἐντυχὼν, χρηστὸν μὲν οὐδὲν οὔτε εὗρεν, οὔτε ἔγραψε, κακῶς δὲ πάντας εἶπε καὶ Θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. αὐτὸς δ' ὕστερον ὄντα τὸν τῦφον περιβαλλόμενος, καὶ καλῶν ἄτυφον ἑαυτὸν, οὐδὲν ἐν γραφῇ κατέλιπεν. Ἐγένετο δὲ μαθητὴς αὐτοῦ Τίμων Φλιάσιος, ὃς τὸ μὲν πρῶτον ἐχόρευεν ἐν τοῖς θεάτροις· ἔπειτα δ' ἐντυχὼν αὐτῷ, συνέγραψεν ἀργαλέας παρῳδίας καὶ βωμολόχους, ἐν αἷς βεβλασφήμηκε πάντας τοὺς πώποτε φιλοσοφήσαντας. οὗτος γὰρ ἦν ὁ τοὺς Σίλλους γράψας, καὶ λέγων,

In Sillis.

> Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον,
> τοίων ἔκ τ' ἐρίδων, ἔκ τε στοναχῶν πεπλάσθε. καὶ,
> Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

μηδενὸς δ' ἐπιστραφέντος αὐτῶν, ὡς εἰ μηδὲ ἐγένοντο τὸ παράπαν, ἐχθὲς καὶ πρώην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον, Αἰνησίδημός τις ἀναζωπυρεῖν ἤρξατο τὸν ὕθλον τοῦτον. καὶ σχεδὸν οἱ μὲν κορυφαῖοι δοκοῦντες εἶναι τῆς ὁδοῦ ταύτης, εἰσὶν οὗτοι. ὅτι μὲν οὖν τὴν τοιαύτην εἴτε αἵρεσιν, εἴτε ἀγωγὴν λόγων, εἴτε ὅπη καὶ ὅπως ἐθέλῃ τις καλεῖν αὐτὴν, οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν ὀρθὴν εἶναι φαίη, δῆλον. ἐγὼ μὲν οὐδὲ φιλοσοφίαν οἴομαι δεῖν ὀνομάζειν αὐτὴν, ἀναιροῦσάν γε δὴ τὰς τοῦ φιλοσοφεῖν ἀρχάς. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τοὺς κατὰ Πύῤῥωνα φιλοσοφεῖν νομιζομένους. συγγενῆ δ' αὐτοῖς εἴη ἂν καὶ τὰ ἀντιλεγόμενα πρὸς τοὺς κατὰ Ἀρίστιππον τὸν Κυρηναῖον, μόνα λέγοντας εἶναι τὰ πάθη καταληπτά. Σωκράτους δ' ἑταῖρος ὁ Ἀρίστιππος ἦν, ὁ τὴν καλουμένην Κυρηναϊκὴν συστησάμενος αἵρεσιν, ἀφ' ἧς τὰς ἀφορμὰς Ἐπίκουρος πρὸς τὴν τοῦ τέλους ἔκθεσιν

pag. 446.

Aenim Caryſtius, qvi ſub eadem vivebat tempora, qviq; illorum vitam conſcripſit, Pyrrhonem commemorat, ut ſeſe inſeqventi cani eriperet, qvandam ad arborem confugiſſe: qva de cauſa cum ab iis qvi aderant, rideretur, ægre admodum hominem exui reſpondiſſe. Præterea, cum Philiſta ejus ſoror ſacrificium adornaret, qvendam ex amicis, qvi res ad illud neceſſarias pollicitus fuerat, promiſſis non ſtetiſſe. Pyrrhonem igitur eos ſumptus facere coactũ, graviter id acerbeqꝫ cum ferret, ex ſuo illo amico audiiſſe, parum ſe omnino ſuorum ex decretorum præſcripto facere, atq; ab omni perturbatione vacuum oſtendere. Tum enim vero Pyrrhonem homini repoſuiſſe, hujus rei fidem in mulierculæ cauſa fieri non debere. Cui ſane amicus ille ſuus merito reſponderet, in muliere, in cane, in reliqvis omnibus inane totum hoc diſputandi genus futurum. Qvod ſi nonnullum tibi operæ pretium ex hac oratione futurum videtur, haud abs re fuerit, tum qvos habuerit iſte ſectatores, tum qvos æmulatus ipſe fuerit, cognoſcere. Fuit igitur Pyrrho cujusdam Anaxarchi diſcipulus: ac primum qvidem picturæ operam dedit, at ſucceſſu parum læto: poſtmodum vero in Democriti libros cum incidiſſet, nihil aut in iis boni reperit, aut ipſe conſcripſit, ſed Deos tantum hominesqve omnes contumeliis ac probris oneravit. Idem poſtea cum hoc faſtus genere laboraret, ac ſeſe tamen ab omni faſtu vacuum diceret, ſcripto reliqvit nihil. Is diſcipulum habuit Timonem Phliaſium, qvi cum antea ſaltatorem ageret in ſcenis, ubi deinde hominem audiiſſet, mordaces & aculeatos verſus edidit, quibus totam ſuperiorum Philoſophorum nationem proſcindebat. Fuit enim is Sillorum auctor, qvorum e numero ſunt qvi ſeqvuntur,

Pyrrhonis Præceptor & Diſcipuli.

> *Vos genus infelix, noſtraque infamia vita,*
> *Nec niſi venter iners, dubio ex certamine ſilti.* Et,
> *Qvippe iſti ſenſis pleni mendacibus utres.*

At cum jam iſti perinde ab omnibus neglecti jacerent, ut ſi fuiſſent ipſi nunqvam, extitit nudiustertius Alexandriæ Ægypti Æneſidemus qvidam, qvi antiqvum illud nugarum genus revocare conaretur. Atq; hi fere ſunt comuni opinione principes, qui hanc philoſophandi viam inſtitere. Et qvidem hujus vel ſectæ, vel diſciplinæ, vel qvocunq; alio nomine hanc appellare libeat, qvi laudator eſſe velit, neminem futurum ſatis conſtat. Ego vero, ne Philoſophiam qvidem eam vocarim, cum ipſa philoſophandi principia funditus convellat. Hæc igitur adverſus Philoſophos Pyrrhonis ſectatores dicta ſunto. Qvibus affinia ſane ac gemina eſſe poſſint, qvibus ii redarguantur, qvi ex Ariſtippi Cyrenæi ſententia, præter id qvod patiendo ſubeatur, comprehendi nihil poſſe docuerunt. Socratis autem ſodalis Ariſtippus fuit, qvi Cyrenaicam ſectam inſtituit, ex qua quidem Epicurus finis illius ſui conſti-

Æneſidemus Scepticorum inſtaurator.

Ariſtippus Cyrenaicæ ſectæ auctor.

tuendi ansam arripuit. Erat enim Aristippus mollis admodum ac voluptatis amans: qvi tametsi nihil unqvam ipse palam de fine disseruit, virtute tamen (ut loqvuntur) beatitudinis fundamentum in voluptatibus positum esse docuit. Nam cum de voluptate perpetuo loqueretur, hanc suis auditoribus suspicionem movit, ut in vitæ deliciis collocatum ab eo finē putarent. Is Synallum qvendam, ejusq; filiam Areten nomine discipulos habuit. Ea filium suscepit Aristippum, qui ab eadem ad Philosophiæ studia pellectus, matris discipulus vulgo dicebatur. Hic aperte docuit, finem esse cum voluptate vivere, voluptatem eam intelligens, qvæ in aliqua commotione versetur. Tria quippe temperationis nostrę genera statuebat: unum qvo doleamus, ei qvæ in mari excitatur tempestati persimile: alterum quo lætemur, & æquato fluctui similes simus: æquatam enim commotionem esse voluptatem, secundi venti simillimam. Tertium deniq; medium genus, quo nec doleamus ipsi, nec lætemur, malaciæ ac tranqvillitati propius. Horum ille duntaxat motuum aliqvem a nobis sensum haberi docuit. At seqventibus refelli possit.

A εἴληφεν. ἦν δ' ὁ Ἀρίστιππος, ὑγρὸς πάνυ τὸν βίον καὶ φιλήδονος· ἀλλ' οὐδὲν μὲν οὗτος ἐν τῷ φανερῷ περὶ τέλους διελέξατο· δυνάμει δὲ, τῆς εὐδαιμονίας τὴν ὑπόστασιν ἔλεγεν ἐν ἡδοναῖς κεῖσθαι. ἀεὶ γὰρ λόγους περὶ ἡδονῆς ποιούμενος, εἰς ὑποψίαν ἦγε τοὺς προσιόντας αὐτῷ τοῦ λέγειν, τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν. τούτου γέγονεν ἀκουστὴς Συνάλλος, καὶ ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Ἀρήτη· ἥτις γεννήσασα παῖδα, ὠνόμασεν Ἀρίστιππον, ὃς ὑπαχθεὶς ὑπ' αὐτῆς εἰς λόγους φιλοσοφίας, μητροδίδακτος B ἐκλήθη· ὃς καὶ σαφῶς ὡρίσατο τέλος εἶναι τὸ ἡδέως ζῆν, ἡδονὴν ἐντάττων τὴν κατὰ κίνησιν. τρεῖς γὰρ ἔφη καταστάσεις εἶναι περὶ τὴν ἡμετέραν σύγκρασιν· μίαν μὲν, καθ' ἣν ἀλγοῦμεν, ἐοικυῖαν τῷ κατὰ θάλασσαν χειμῶνι· ἑτέραν δὲ, καθ' ἣν ἡδόμεθα, τῷ λείῳ κύματι ἀφομοιουμένοι· εἶναι γὰρ λείαν κίνησιν τὴν ἡδονὴν, οὐρίῳ παραβαλλομένην ἀνέμῳ· τὴν δὲ τρίτην, μέσην εἶναι κατάστασιν, καθ' ἣν οὔτε ἀλγοῦμεν, οὔτε ἡδόμεθα, γαλήνῃ παραπλησίαν οὖσαν. τούτων C δὴ καὶ ἔφασκε τῶν παθῶν μόνων ἡμᾶς τὴν αἴσθησιν ἔχειν. πρὸς οὓς ἀντιλέλεκται ταῦτα.

XIX.

ADVERSUS ARISTIPPI SECTATORES, qvi ea modo qvæ patimur, comprehendi posse statuerunt, præterea nihil. Ex eodem.

ιθ.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΑΡΙΣΤΙΠΠΟΝ φιλοσόφους, μόνα λέγοντας τὰ πάθη εἶναι καταληπτὰ, τὰ δὲ λοιπὰ ἀκατάληπτα. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

DEINCEPS, inquit, eos videamus, qui ea modo quæ patimur, comprehendi posse defendunt. Ea in hæresi fuere Cyrenæi quidā. Ii sic tanquam alto quodam sopore depressi, nihil penitus esse dicebant, nisi si quis propius subiens illos verberaret ac foderet. Qvippe, dū urerentur ac secarentur, pati se aliqvid, hoc vero se nosse; utrum ignis esset quod ureret, aut ferrum quod secaret, sibi non liquere. Ex hoc hominum genere quæramus inprimis, num id saltem probe norint, pati se ac sentire aliqvid. Hoc illi si nesciunt, perperam utiq; dicunt, qvod patiantur sibi notum esse. Sin autem hoc intelligunt, non ea modo quæ patimur comprehēdi possunt. Nam istuc qvidem, Uror, loqventis est, non patientis. Præterea simul hæc tria ponantur necesse est, malum quod quis patitur, quod illud affert, quod illud ipsum patitur. Enimvero qui malum subeat, is plane sentiat oportet. Nec enim profecto, uri se, si forte uretur intelliget; idem tamen, ipse-ne an vicinus uratur, ignorabit: adeoq; nunc, an superiore anno; Athenis an in Ægypto; vivens-ne an mortuus; homo-ne an lapis. Qvare simul etiam noverit, a quo patiatur. Illi enimvero cum sese mutuo, tum vias etiam, urbes, cibosq; norunt. Sua quoque Artifici nota instrumenta sunt. Medici ac rei nauticæ periti futura præsentiunt.

Prima Aristippi refutatio dilemmate conclusa.

Secunda refutatio, ex pluribus quæ simul cognoscerentur.

Ἑξῆς δ' ἂν εἶεν, οἱ λέγοντες μόνα τὰ πάθη καταληπτά. τοῦτο δ' εἶπον ἔνιοι τῶν ἐκ τῆς Κυρήνης. οὗτοι δ' ἠξίουν, ὥσπερ ὑπὸ κάρου πιεζόμενοί τινες, οὐδὲν εἶναι παράπαν, εἰ μή τις παραστὰς αὐτοὺς παίοι καὶ κεντῴη. καιόμενοι γὰρ ἔλεγον καὶ τεμνόμενοι γνωρίζειν, ὅτι πάσχοιέν τι· πότερον δὲ τὸ καῖον εἴη πῦρ, ἢ τὸ τέμνον σίδηρος, οὐκ D ἔχειν εἰπεῖν. τοὺς δὲ ταῦτα λέγοντας, εὐθὺς ἔροιτό τις ἄν, εἰ δὴ τοῦτο γοῦν ἴσασιν αὐτοὶ, διότι πάσχουσί τε καὶ αἰσθάνονται. μὴ εἰδότες μὲν γὰρ, οὐδ' εἰπεῖν δυνηθεῖεν ἂν, ὅτι μόνον ἴσασι τὸ πάθος. εἰ δ' αὖ γνωρίζουσιν, οὐκ ἂν εἴη μόνα τὰ πάθη καταληπτά. τὸ γὰρ, ἐγὼ καίομαι, λόγος ἐστὶ, καὶ οὐ πάθος. ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη γε τρία ταῦτα συνυφίστασθαι, τό, τε πάθος αὐτὸ, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον. ὁ τοίνυν ἀντιλαμβανόμενος τοῦ πάθους, πάντως αἰσθάνοιτ' ἄν. οὐ γὰρ δὴ ὅτι μὲν, εἰ τύχοι, θερμαίνεται γνωριεῖ, πότερον δ' αὐτὸς ἢ ὁ γείτων, ἀγνοήσει· καὶ νῦν ἢ πέρυσι, καὶ Ἀθήνησιν, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ζῶν, ἢ τεθνεὼς, ἔτι δὲ ἄνθρωπος ὢν, ἢ λίθος. οὐκοῦν εἴσεται καὶ ὑφ' οὗ πάσχει. καὶ γὰρ ἀλλήλους γνωρίζουσι, καὶ ὁδοὺς, καὶ πόλεις, καὶ τὴν τροφήν, οἱ δ' αὖ τεχνῖται τὰ ἐργαλεῖα τὰ αὑτῶν οἴδασι. καὶ οἱ ἰατροὶ καὶ ναυτικοὶ σημειοῦνται τὰ μέλλοντα.

καὶ τῶν θηρίων οἱ κύνες ἀνευρίσκουσι τοὺς ἴχνους. A ἔπειτά γε μὴν ὁ πάσχων τι, πάντως ἢ ὡς οἰκείου τινὸς, ἢ ὡς ἀλλοτρίου πάθους ἀντιλαμβάνεται. πόθεν οὖν ἕξει λέγειν, ὅτι τοῦτο μὲν ἐστὶν ἡδονὴ, τοῦτο δὲ πόνος; ἢ ὅτι γευόμενος, ἢ ὁρῶν, ἢ ἀκούων, πάσχει τι; καὶ τῇ μὲν γλώσσῃ γευόμενος, τοῖς δ' ὄμμασιν ὁρῶν, τοῖς δ' ὠσὶν ἀκούων; ἢ πῶς ἴσασιν, ὅτι τοδὶ μὲν αἱρεῖσθαι χρεὼν, τοδὶ δὲ φεύγειν; εἰ δὲ μηδὲν τούτων γνοῖεν, οὐχ ἕξουσιν ὁρμὴν, οὐδ' ὄρεξιν· οὕτω δ' οὐδ' ἂν ζῷα εἶεν. γελοῖοι γάρ εἰσιν, B ὁπότε λέγοιεν, ὅτι ταῦτα μὲν αὐτοῖς συμβέβηκεν, οὐ μὴν ἴσασί γε πῶς καὶ τίνα τρόπον. οὗτοι γὰρ οὐδ' εἰ ἄνθρωποι πεφύκασιν, οὐδ' εἰ ζῶσιν, ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν· οὐκοῦν οὐδ' εἰ λέγουσί τι, καὶ ἀποφαίνονται. πρὸς δὴ τοὺς τοιούτους τίς ἂν εἴη λόγος; θαυμάσαι μὲν τις ἂν, εἰ ἀγνοοῦσι πότερον ἐπὶ τῆς γῆς εἰσιν, ἢ ἐν τῷ οὐρανῷ· πολλῷ δὲ θαυμασιώτερον, εἰ οὐκ οἴδασι, καὶ ταῦτα φάσκοντες φιλοσοφεῖν, ἆρά γε τὰ τέτταρα πλείονά ἐστιν ἢ τὰ τρία· καὶ τὸ ἓν καὶ τὰ δύο, πόσα C ἐστίν. οὐδὲ γὰρ ὁπόσους ἔχουσιν ἐπὶ τῶν χειρῶν δακτύλους οὗτοί γε δύνανται εἰπεῖν, οὐδὲ πότερον ἕκαστος αὐτῶν εἷς ἐστιν, ἢ πλείους. ὥστε οὐδὲ τοὔνομα τὸ ἴδιον εἰδεῖεν ἂν, οὐδὲ τὴν πατρίδα, καὶ τὸν Ἀρίστιππον. οὐκοῦν οὐδὲ τίνας φιλοῦσιν ἢ μισοῦσιν, οὐδὲ τίνων ἐπιθυμοῦσιν· οὐδ' εἰ γελάσαιεν ἢ δακρύσαιεν, ἕξουσιν εἰπεῖν, οὐδ' ὅτι τὸ μὲν εἴη γελοῖον, τὸ δὲ λυπηρόν. δῆλον οὖν ὡς οὐδὲ τί νυνὶ λέγομεν ἡμεῖς, συνίασιν. οὐδὲν οὖν οἵ γε τοιοῦτοι διαφέροιεν ἂν ἐμπίδων ἢ μυιῶν, καίτοι κἀκεῖνα γνωρίζει τὰ κατὰ φύσιν. Πρὸς δὴ τοὺς οὕτω διακειμένους, εἰ καὶ μυρία λέγειν ἔνεστιν, D ἀλλ' ἀρκεῖ γε καὶ ταῦτα. ἕπεται τούτοις οὖν, συνεξετάσαι καὶ τοὺς τὴν ἐναντίαν βαδίζοντας, καὶ πάντα χρῆναι πιστεύειν ταῖς τοῦ σώματος αἰσθήσεσιν ὁρισαμένους, ὧν εἶναι Μητρόδωρον τὸν Χῖον, καὶ Πρωταγόραν τὸν Ἀβδηρίτην. τὸν μὲν οὖν Μητρόδωρον Δημοκρίτου ἔφασαν ἀκηκοέναι· ἀρχὰς δὲ ἀποφήνασθαι, τὸ Πλῆρες καὶ τὸ Κενόν· ὧν τὸ μὲν, ὂν, τὸ δὲ, μὴ ὂν εἶναι. γράφων γέ τοι περὶ Φύσεως, εἰσβολῇ ἐχρήσατο τοιαύτῃ, Οὐδεὶς ἡμῶν οὐδὲν οἶδεν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο πότερον οἴδαμεν, ἢ οὐκ οἴδαμεν. Ἥτις εἰσβολὴ κακὰς ἔδωκεν ἀφορμὰς τῷ μετὰ ταῦτα γενομένῳ Πύῤῥωνι.

Imo, e bestiis etiam, vias certis pressas vestigiis canes reperiunt. Porro, qui aliqvid patitur, is qvasi proprium aliqvid, aut tanqvam alienum id subeat necesse est. Quinam ergo dixerit, voluptatem alteram, alterum laborem esse? qvi-nam aut gustu, aut visu, aut auditu aliqvid sese pati? quinam gustare se lingva, videre oculis, auribus exaudire? Aut, qvi tandem optandum alterum, alterum fugiendum esse cognoscunt? Qvorum si nihil ipsi norunt, ne impetum qvidem ullum aut appetitum habent, ac proinde nec animantia sunt. Nam ridicule profecto loqvuntur, dum ajunt, ea qvidem sibi evenire, qvi tamen aut qvemadmodum eveniant, se nescire. Qui enim ejusmodi sunt, ii nec utrum homines sint, nec utrum vivant, affirmare possint, adeoqve nec utrum aliqvid loqvantur ac statuant. Cum hoc igitur hominum genere, commercii quid omnino esse possit? Et qvidem mirum jure videatur, eos in cœlone, an in terra versentur, ignorare: at longe mirabilius est, cum philosophari se defendant, non intelligere tamen, sint-ne qvatuor plura qvam tria: unum atqve duo qvot sint. Nam quot in manibus digitos habeant, aut sit-ne horum qvilibet unus an plures, definire certe non possunt. Ita ne nomen qvidem ipsi suum noverint, nec patriam, nec Aristippum: nec ullosne ament, an oderint, an concupiscant: rideant, an lacrymentur; adeoqve sit-ne jucundum hoc, molestum illud, pronuntiare non possint. Constat igitur ipsos, utrum etiam aliquid hoc tempore loqvamur, ignorare: atqve ita hos inter, & culices atqve muscas, interest omnino nihil; tametsi quæ naturæ saltem conveniant suæ, culices muscæqve norunt. Verum hæc, ex infinitis qvæ urgeri possint, adversus istos dicta sufficiant. Seqvitur, ut eorum etiam, qvi contrariam insistunt viam, atqve in omnibus fidem sensibus habendam esse defendunt, sententiam exploremus. Horum e numero sunt Metrodorus Chius, & Protagoras Abderita. Et Metrodorus qvidem, ut ajunt, Democriti auditor fuit, ac Principia duo, Plenum & Vacuum posuit: e qvibus alterum illud esse, alterum non esse dicebat. Is de Natura scripturus cum esset, hoc orationis est usus ingressu: Nemo nostrum qvicqvam novit; ne hoc ipsum qvidem, utrum aliqvid noverimus, nec ne. Qvo ex ejus ingressu pessimam deinde recentior ille Pyrrho dubitandi ansam arripuit.

Metrodori Principia duo.

At progressus idem ulterius, id esse omnia statuit, quod quisqve intelligat. Protagoram quod attinet, atheum illum dictum esse tradunt. Sane his ille verbis suam de Diis disputationem auspicatur, Sint ne Dii, nec ne, aut quam ii speciem habeant, nescio; multa sunt enim, quæ me, quo minus trium horum quidlibet noverim, impediant. Hujus Athenienses exilio jam damnati libros publice medio in foro combusserunt. Sed quoniam solis isti sensibus credendum esse dixerunt, quibus refellantur argumentis, videamus.

A προελθὼν δέ φησιν, ὅτι πάντα ἐστὶν, ὃ ἂν τις νοήσαι. Τὸν δὲ Πρωταγόραν λόγος ἔχει κεκλῆσθαι ἄθεον. γράφων γέ τοι καὶ αὐτὸς περὶ Θεῶν, εἰσβολῇ τοιᾷδε ἐχρήσατο, Περὶ μὲν οὖν Θεῶν, οὐκ οἶδα, οὔθ' ὡς εἰσὶν, οὔθ' ὁποῖοί τινες ἰδέαν. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με ἕκαστον τούτων εἰδέναι. οὗ τὴν Ἀθηναῖοι φυγῇ ζημιώσαντες, τὰς βίβλους αὐτοῦ δημοσίᾳ ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ κατέκαυσαν. ἐπεὶ οὖν οὗτοι δὲ μόναις δεῖν ἔφασαν ταῖς αἰσθήσεσι πιστεύειν, τὰς πρὸς B αὐτοὺς ἀντιρρήσεις θεασώμεθα.

XX.

ADVERSUS METRODORUM, & Protagoram, qui solis sensibus credendum esse dicebant. Ex eodem.

Κ. ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΝ καὶ Πρωταγόραν μόναις δεῖν πιστεύειν ταῖς αἰσθήσεσι λέγοντας. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

FUERE, inquit, nonnulli præterea, qui sensibus tantum atqve visis fidem adhibendam esse dicerent. Nec desunt, qvi simile quid ab Homero insinuatum esse velint, cum Oceanum rerum omnium principium vocavit, quod res in perpetuo quodam fluxu versentur. Hoc ipsum Metrodorus Chius asseverat; planeqve ac diserte Protagoras Abderita. Hominem enim rerum omnium mensuram esse vult; ut earum quæ sunt, qvemadmodum illæ sint, ita earum quæ non sunt, qvemadmodum ipsæ non sint. Cujusmodi enim quidlibet appareat, ejusmodi etiam illud esse. De cæteris, affirmari a nobis certo nihil posse. Qvibus merito eadem objicias, quæ a Platone in Theæteto disputantur. Primum, si res ita se habeant, quomodo tandem hominem veritatis mensuram esse voluerunt, quod hoc in genere caput est, non viderunt? Deinde, qui se ipsos sapientes vocarunt, si quilibet sibi ipsi veritatis mensura est? qvorsum alios reprehendunt, si quod cuiqve apparet, id continuo verum est? quomodo nonnulla, etiam ubi sæpius ea sensu percipimus, adhuc tamen ignoramus, ut cum Barbaros loqventes audimus? Præterea, qui ejus rei, quam ante spectavit, postea recordatur, cognoscit illam profecto, nec amplius tamē sentit. qvi si ex oculis alterū clauserit, altero aspiciat, idē simul noverit ignoretq; necesse est.

C ΓΕΓΟΝΑΣΙ δέ τινες, οἱ ἀξιοῦντες τῇ αἰσθήσει καὶ ταῖς φαντασίαις μόναις δεῖν πιστεύειν. ἔνιοι δέ φασι καὶ τὸν Ὅμηρον αἰνίττεσθαι τὸ τοιοῦτο, πάντων ἀποφαίνοντα τὸν Ὠκεανὸν ἀρχὴν, ὡς ἐν ῥύσει τῶν πραγμάτων ὄντων. καὶ μὴν καὶ Μητρόδωρος ὁ Χῖος τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγει. οὐ μὴν ἀλλ' ἄντικρύς γε Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης. οὗτος γὰρ ἔφη μέτρον εἶναι πάντων χρημάτων τὸν ἄνθρωπον· τῶν μὲν ὄντων, ὡς ἔστι· τῶν δ' οὐκ ὄντων, ὡς οὐκ ἔστιν. ὁποῖα γὰρ ἑκάστῳ φαίνεται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι. περὶ δὲ τῶν ἄλλων μηδὲν ἡμᾶς δύνασθαι διισχυρίσασθαι. Πρὸς δὲ τούτους εἴποι τις ἂν, ἃ καὶ ὁ Πλάτων D ἐν Θεαιτήτῳ· πρῶτον μὲν, τί δήποτε τοιούτων γε δὴ τῶν πραγμάτων ὄντων, ἠξίωσαν εἶναι μέτρον τῆς ἀληθείας τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐ συνῆκαν τὸ κεφάλαιον; ἔπειτα δὲ πῶς ἔλεγον εἶναι σοφοὺς ἑαυτοὺς, εἰ δὴ πᾶς τις αὐτὸς ἑαυτῷ μέτρον ἐστὶ τῆς ἀληθείας; ἢ πῶς ἐλέγχουσι τοὺς ἄλλους, εἴπερ ἑκάστῳ τὸ φαινόμενον ἀληθές ἐστιν; ἀγνοοῦμέν τέ τινα, καίτοι πολλάκις αἰσθανόμενοι, καθάπερ ἐπειδὰν τῶν βαρβάρων ἀκούωμεν; Ὅ γε μὴν θεασάμενος ὁπουοῦν, εἶτα μεμνημένος, οἶδε μὲν, αἰσθάνεται δ' οὐκέτι. καὶ εἰ θατέρῳ μὲν ὀφθαλμῷ μύσαι, θατέρῳ δ' ὁρῴη, δῆλον ὅτι ταὐτὸ εἴσεται, καὶ οὐκ εἴσεται.

A Πρὸς δὲ τούτοις, εἰ τὸ φαινόμενον ἑκάστῳ καὶ ἀληθές ἐστιν, ἡμῖν δὲ οὐ φαίνεται τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα ἀληθῆ, καὶ τὸ μὴ εἶναι πάντων χρημάτων μέτρον τὸν ἄνθρωπον ἀληθὲς ἂν εἴη. καὶ μὴν οἵ γε τεχνῖται τῶν ἀτέχνων διαφέρουσι, καὶ οἱ ἔμπειροι τῶν ἀπείρων· καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον προορᾷ τὸ μέλλον ἔσεσθαι Κυβερνήτης, καὶ Ἰατρὸς, καὶ Στρατηγός. ἁπλῶς τε ἀναιροῦσιν οὗτοί γε τὸ μᾶλλον, καὶ τὸ ἧττον, καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, καὶ τὸ κατὰ φύσιν, καὶ τὸ παρὰ φύσιν. οὕτω δ' ἂν εἴη ταὐτὸν B καὶ ὂν καὶ οὐκ ὄν. οὐδὲν γὰρ κωλύει ταὐτὸ, τοῖς μὲν εἶναι φαίνεσθαι, τοῖς δὲ μὴ εἶναι. καὶ ταὐτὸ ἂν εἴη ἄνθρωπος καὶ ξύλον. ἔσθ' ὅτε γὰρ φαίνεται ταὐτὸ, τῷδε μὲν ἄνθρωπος, τῷδε δὲ ξύλον. ἅπας τε λόγος ἀληθὴς ἂν εἴη· διὰ τοῦτο δὲ καὶ ψευδής. καὶ οἱ βουλευόμενοι, καὶ δικάζοντες οὐκ ἂν ἔχοιεν οὐδὲν ποιεῖν. καὶ τὸ δεινότατον, ἔσονται οἱ αὐτοὶ σπουδαῖοι καὶ μοχθηροί· καὶ ταὐτὸ κακία καὶ ἀρετή. πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἄλλα τις ἂν ἔχοι λέγειν. C ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν δεῖ πλειόνων λόγων πρὸς τοὺς μὴ οἰομένους ἔχειν νοῦν καὶ λόγον. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει· Ἐπεὶ δ' ἔτι νῦν εἰσί τινες, οἱ πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθῆ λέγοντες εἶναι, μικρὰ καὶ περὶ τούτων εἴπωμεν. ἐοίκασι γὰρ οὗτοί γε δεδοικέναι, μήποτε εἰ ψευδεῖς εἴποιεν αἰσθήσεις εἶναί τινας, οὐκ ἂν ἔχοιεν τὸ κριτήριον καὶ τὸν κανόνα βέβαιον, οὐδ' ἐξέλεγχον. οὐχ ὁρῶσι δὲ, ὡς οὐκ ἂν φθάνοιεν οὕτω γε, καὶ τὰς δόξας ἁπάσας ἀληθεῖς ἀποφαίνοντες· πολλὰ γὰρ δὴ καὶ ταύταις πεφύκαμεν κρίνειν· καὶ οὐδὲν ἧττον ἀξιοῦσιν αὐτῶν τὰς μὲν ἀληθεῖς εἶναι, τὰς δὲ ψευδεῖς. ἔπειτα δὲ σκοπῶν ἴδοι τις ἂν, οὐδὲ τῶν D ἄλλων κριτηρίων αἰεὶ καὶ διὰ παντὸς ἀψευδὲς οὐδὲν, οἷον λέγω ζυγὸν, ἢ τόρνον, ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν, ὡδὶ μὲν ἔχον, ὑγιές ἐστιν· ὡδὶ δὲ, μοχθηρόν· καὶ τουτονὶ μὲν χρωμένων τὸν τρόπον, ἀληθεύει· τουτονὶ δὲ, ψεύδεται. καὶ μὴν εἴ γε πᾶσα αἴσθησις ἀληθὴς ἦν, οὐκ ἔδει τοσοῦτον διαφέρειν αὐτάς. ἄλλαι γάρ εἰσιν ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν, καὶ νοσούντων καὶ ἐρρωμένων, καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀτέχνων, καὶ φρονίμων καὶ ἀφρόνων. τὰς δὲ δὴ τῶν μεμηνότων, παντάπασιν ἂν εἴη ἄτοπον λέγειν ἀληθεῖς εἶναι, καὶ τὰς τῶν παρορώντων καὶ παρακουόντων.

Ad hæc, si qvod cuiqve videtur, id etiam verum est, nobisq; vera non videntur, quæ ab illis dicuntur, verum simul erit hominem rerum omnium non esse mensuram. Jam qui vel in artis, vel in alterius cujuscunqve rei tractatione versati sunt, ejusdem imperitis cognitione præstant: eamqve ob causam Gubernator, Medicus, & Imperator, quid futurum sit clarius multo certiusqve prospiciunt. Et isti vero quicquid in quoque genere aut magis, aut minus est, necessarii pariter & contingentis, naturalis ac præter naturam evenientis discrimen omnino tollunt. Ita, quod est, quodque non est, unum idemqve fuerit. Nihil enim vetat, qvominus idem esse alteri, alteri non esse videatur. Ergo idem erunt homo, atq; lignum: idem quippe alteri nonnunqvam homo, alteri lignum videtur. Vera quoq; omnis oratio futura est, eoqve falsa etiam omnis futura. Similiter qui aliqua de re aut deliberant, aut judices sedent, quod agant habebunt nihil. Quodque longe gravissimum est, iidem probi simul erunt & improbi, idem vitium ac virtus erit. Cujusmodi pleraqve alia proferri queant: sed pluribus adversum istos rationibus uti supervacaneum sit, qui se nec mentis nec rationis quicquam habere arbitrantur. Hæc ille, quibus deinceps quæ seqvuntur, adjungit. Et qvoniam, inqvit, nonnulli sunt etiamnum, qui omnem sensum ac visum omne verum esse velint; de his etiam pauca dicamus. Vereri enim videntur, ne forte, si sensum aliqvem falsum esse dixerint, certam proinde nullam ac fide dignam in judicando regulam habituri sint: nec interea vident, hoc plane seqvi, ut opiniones omnes veras esse defendant, cum earum in plerisqve judicium seqvi soleamus: neqve tamen veras alias, alias contra falsas pronuntiare desinunt. Deinde qui attentius cogitare volet, is aliud ex iis nihil, quibus tanqvam judicii regulis utimur, omne omnino falsum ac semper excludere comperiet: verbi causa lancem, tornum, cæteraq; id genus. Qvodlibet enim dum certo se modo habet, sanum est: dum secus, pravum: eo dum sic uteris, verum est: dum aliter, falsum. Qvod si sensus omnis verus esset, tantum inter eos discriminis esse non deberet. Atqui cominus certe alii sunt, eminus alii: ægrotantium ac valentium, peritorum & imperitorũ, prudentium stultorumqve dissimiles. Nam furiosorum certe quidem, aut eorum qui perperam aliquid vident audiuntve sensus, veros appellare, longe ineptissimum fuerit.

Qvippe simplex nimium is esset, qui secus videntem aut videre diceret, aut non videre. Quivis enim respondeat, videre illum quidem, at perperam. Dum autem addunt, sensum a ratione dissidentem, nihil addere, auferre nihil, qvæ maxime obvia sunt, ea se non videre palam ostendunt. Nam in remo, qvem in aqua cernimus, in picturis, aliisqve sexcentis, sensus ipse nos fallit. Itaqve hoc rerum in genere, non mentem, sed visum ipsi nostrum arguere consvevimus. Et vero quæ cogitationem omnem veram esse pronũciat, ea secum ipsa pugnat oratio. Nostram enim certe qvidem, qvæ non ejusmodi qvamlibet esse arbitratur, falsam penitus esse concludit. Seqvitur itaqve, ut visum omne verum simul ac falsum esse defendant. Cæterum qvod ejusmodi res esse velint, cujusmodi nobis videntur, toto cœlo errant: contra enim, cujusmodi suapte natura sunt, ejusmodi videri solent: nec in causa sumus, quamobrem ita se habeant, sed ab iis potius certo quodam modo afficimur. Ridiculi enimvero simus, si dum, uti Pictores Fictoresqve solent, Catulos aut Chimæras cogitamus, ea velimus esse continuo, animoqve proinde rationem informemus, qua eadem suis absoluta numeris habeamus. Atqve ex his omnino constat, qvam male philosophentur, qui omnem sensum ac visum omne verum esse docent. Nec desiit tamen Epicurus, ex Aristippi doctrina occasionem arripiens, ex voluptate omnia sensuqve suspendere, dum & ea modo quæ patimur, comprehendi posse, & finem bonorum voluptatem esse statueret. Hunc nonnulli volunt Præceptorem habuisse neminem, sed in antiqvorum Scriptorum lectione versatum esse. Alii Xenocratis primum, inde Nausiphanis, qui Pyrrhonis discipulus fuerat, auditorem fuisse tradunt. Nunc ergo quibus iste quoque rationibus urgeatur, attendamus.

εὐήθης γὰρ ἂν ἦν τὸ λεγόμενον, ὡς ὁ παρορῶν ἤτοι ὁρᾷ ἢ οὐχ ὁρᾷ. φαίη γὰρ ἄν τις, ὅτι ὁρᾷ μὲν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. ὁπόταν μέντοι φῶσιν, ὡς ἡ μὲν αἴσθησις ἐστὶν ἄλογος, οὐδὲν προστίθησιν, οὐδ' ἀφαιρεῖ, φαίνονται τὰ ἐμποδὼν οὐχ ὁρῶντες. ἐπὶ γὰρ τοῦ ἐρετμοῦ τοῦ ἐν τῷ ὕδατι, κἀπὶ τῶν γραφῶν, καὶ μυρίων ἄλλων, ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἡ ἀπατῶσα. διὸ καὶ μεμφόμεθα πάντες ἐπὶ τῶν τοιούτων οὐ τὸν νοῦν ἡμῶν, ἀλλὰ τὴν φαντασίαν. ἐλέγχει γὰρ ὁ λόγος αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀξιῶν ἅπασαν ἀληθῆ φαντασίαν εἶναι. τὴν γὰρ ἡμετέραν, δι' ἣν οὐκ οἰόμεθα πᾶσαν εἶναι τοιαύτην, ψευδῆ πάντως ἀποφαίνει. συμβαίνει τοίνυν αὐτοῖς ἅπασαν φαντασίαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ λέγειν εἶναι. καθόλου δὲ ἁμαρτάνουσιν, ἀξιοῦντες, ὁποῖα ἂν ἡμῖν φαίνηται τὰ πράγματα, τοιαῦτα καὶ εἶναι. τοὐναντίον γὰρ, ὁποῖα πέφυκε, τοιαῦτα φαίνεται, καὶ οὐχ ἡμεῖς αὐτὰ ποιοῦμεν οὕτως ἔχειν, ἀλλ' ὑπ' ἐκείνων αὐτοὶ διατιθέμεθά πως. ἐπεὶ καὶ γελοῖον εἴη ἄν, εἰ διανοηθείημεν ἡμεῖς, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι καὶ πλάσται Σκύλακας ἢ Χιμαίρας, ἀξιοῦν εὐθὺς εἶναι ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο φαντάζεσθαι, καθάπερ εὐτρεπῆ παρέξαι. Διότι μὲν οὖν οὐκ ὀρθῶς λέγουσιν, οἱ φάσκοντες εἶναι πᾶσαν αἴσθησιν, καὶ πᾶσαν φαντασίαν ἀληθῆ, δῆλον ἐκ τούτων. ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, αὖθις οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον ἐκ τῆς Ἀριστίππου διαδοχῆς ὁρμώμενοι, πάντα ἡδονῆς ἐξῆπτον καὶ αἰσθήσεως, μόνα τὰ πάθη καταληπτὰ, καὶ τέλος ἀγαθῶν τὴν ἡδονὴν εἶναι ὁριζόμενοι. λέγεται δὲ ὁ Ἐπίκουρος ὑπὸ μὲν τινων, μηδενὸς ἀκηκοέναι, ἐντυχεῖν δὲ τοῖς τῶν παλαιῶν συγγράμμασιν, ὑπὸ τινων δ' ὅτι ἤκουε Ξενοκράτους, ὕστερον δὲ καὶ Ναυσιφάνους τοῦ Πύρρωνος γενομένου γνωρίμου. τίνα δὴ οὖν καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν ἀντειρημένα τυγχάνει, θεασώμεθα.

XXI.

ADVERSUS EPICUREOS, QVI voluptatem finem esse vellent. Ex eodem.

Qvoniam, inquit ille, duplex cognitionis genus est, alterum quo exteriora percipimus, alterum quo expetenda nobis ac fugienda sentimus; extitere nonnulli, qvi

κα.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΕΠΙΚΟΥΡΟΝ, ἡδονὴν τέλος ὁριζομένους. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

ΕΠΕΙΔΗ ἐστι γνῶσις διττὴ, ἡ μὲν, τῶν ἔξω πραγμάτων· ἡ δὲ, τῶν ἡμῖν αἱρετῶν καὶ φευκτῶν, ἔνιοί φασι τῆς αἱρέσεως, καὶ τ

φυσικὴν ἀρχὴν καὶ κριτήριον ἔχειν ἡμᾶς, τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν πόνον. ἔτι γέ τοι καὶ νῦν τοιαῦτα λέγουσιν οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον. ἀναγκαίως οὖν ἔχει καὶ περὶ τούτου σκέψασθαι. Τοσούτου τοίνυν ἔγωγε δέω λέγειν, ἀρχὴν εἶναι καὶ κανόνα τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν, τὸ πάθος, ὥστε μοι δοκεῖ τοῦτό γε αὐτὸ κριτηρίου δεῖσθαι. διότι μὲν γάρ ἐστιν, ἑαυτὸ δείκνυσιν· ὁποῖον δ' ἐστὶν, ἑτέρου δεῖ τοῦ κρίνοντος. εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖον ἢ ἀλλότριον, ἡ αἴσθησις λέγει· πότερον δ' αἱρετὸν ἢ φευκτὸν, ὁ λόγος. αὐτοί γέ τοι φασὶν B οὐ πᾶσαν ἡδονὴν ἀσπάζεσθαι, καὶ πάντα πόνον ἐκτρέπεσθαι. τοῦτο δὲ συμβέβηκε καὶ μάλα εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ κριτήρια, καὶ ἑαυτὰ δείκνυσι, καὶ τὰ κρινόμενα· τὸ μέντοι πάθος, ἑαυτὸ μόνον. ὅτι δ' οὕτως ἔχει, μαρτυροῦσιν αὐτοί. καίπερ γὰρ ἀξιοῦντες ἅπασαν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι, καὶ πᾶσαν ἀλγηδόνα κακὸν, ὅμως οὐκ ἀεί φασι δεῖν, τὴν μὲν αἱρεῖσθαι, τὴν δὲ φεύγειν· μετρεῖσθαι γὰρ αὐτὰ τῷ ποσῷ, εἰ καὶ οὐ τῷ ποιῷ. δῆλον οὖν ὡς τό γε ποσὸν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ ὁ λόγος κρίνει. C τὸ γὰρ, ἄμεινόν ἐστιν ὑπομεῖναι τούσδε τινὰς τοὺς πόνους, ὅπως ἡσθείημεν ἡδονὰς μείζους· καὶ τὸ, συμφέρει τῶνδέ τινων ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν, ἵνα μὴ ἀλγῶμεν ἀλγηδόνας χαλεπωτέρας, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, λόγος ὁ κρίνων ἐστίν. τὸ δ' ὅλον, αἱ μὲν αἰσθήσεις καὶ αἱ φαντασίαι, καθαπερεὶ κάτοπτρα καὶ εἰκόνες ἐοίκασι τῶν πραγμάτων εἶναι· τὰ μέντοι πάθη, καὶ αἱ ἡδοναὶ, καὶ οἱ πόνοι, τροπαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἡμῶν αὐτῶν. ταύτῃ δὲ, αἰσθανόμενοι μὲν καὶ φαντασιούμενοι, πρὸς τὰ ἔξω βλέπομεν· ἡδόμενοι δὲ καὶ ἀλγοῦντες, ἐπιστρέφομεν ἐπὶ μόνους ἑαυτούς. τὰς μὲν γὰρ αἰσθήσεις ἡμῶν τὰ ἔξω ποιεῖ· καὶ ὁποῖα ἂν ᾖ ἐκεῖ- D να, τοιαύτας ἀπεργάζεται καὶ τὰς φαντασίας· "τοιαῦτα δὲ πάθη ποιά ἄττα γίνεται δι' ἡμᾶς, καὶ ὡς ἂν ἡμεῖς ἔχωμεν." διὰ ταῦτα, ποτὲ μὲν ἡδέα, ποτὲ δ' ἀηδῆ φαίνεται, καὶ ἔσθ' ὅτε μὲν μᾶλλον, ἔσθ' ὅτε δὲ ἧττον. ὧν οὕτως ἐχόντων, εὑρήσομεν, εἰ ἐθέλοιμεν σκοπεῖν, ἄριστα τὰς τῆς γνώσεως ἀρχὰς ὑποτιθεμένους, ὁπόσοι καὶ τὰς αἰσθήσεις καὶ τὸν νοῦν παραλαμβάνουσιν. ἔοικε δ' ἡ μὲν αἴσθησις ταῖς ἄρκυσι καὶ τοῖς δικτύοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιούτοις θηράτροις· ὁ δὲ νοῦς καὶ ὁ λόγος, τοῖς κυσὶ τοῖς στιβεύουσι καὶ μεταθέουσιν. αὐτῶν μὲν

[Margin: ἴσ. τὰ. ἐκ. διὰ.] [Margin: γρ. κυσί.]

A electionis fugæqve principium ac regulam in nobis, voluptatem esse laboremqve statuerent. Quod ipsum Epicurei hodieqve docent. Qvare necessarium fuerit, hac etiam nos in qvæstione versari. Eqvidem tantum abest, ut bonorum malorumve principium ac regulam affectionem esse dicam, ut illam ipsam altera qvadam judicii regula indigere existimem. Nam qvod ea sit, ostendit ipsa per sese: cujusmodi sit, qui judicet; alium reqvirit. Enimvero domestica-ne illa sit, an aliena, sensus pronuntiat; utrum expetenda sit, an fugienda, ratio statuit. Sane quidem isti, nec omnem se complecti voluptatem, nec laborem omnem fugere dictitant. Neqve id sine magna ratione fieri solet. Judicandi enim instrumenta, cum ostendunt ipsa sese, tum ea simul de quibus judicatur, aperiunt: affectio se solam indicat. Cui veritati vel isti quoqve suffragantur. Nam ut omnem voluptatem bonum, dolorem omnem malum esse velint; alteram tamen semper expetendam, fugiendum semper alterum esse negant, dum utrumqve, si minus qualitate, qvantitate qvidem metiendum existimant. Hujus vero qvantitatis judicem alium constat esse non posse, præter rationem. Hæc enim, quæ ab illis vulgo jactantur, præstare certos qvosdam eosdem labores interdum subire, ut acriores inde voluptates sentiamus: certis nonnunqvam voluptatibus abstinendum, ne gravioribus postea doloribus urgeamur: cæteraqve id genus omnia, rationis unius judicio decernuntur. Atqve ut universe loqvamur, sensus atqve visa, quædam quasi rerum specula & imagines videntur: affectiones autem, voluptates, & labores, nostrum ipsorum mutationes. Itaq;, dum sensu aliqvid aut cogitatione informamus, exteriora respicimus: dum voluptatem percipimus, aut dolorem, in nos tantum ipsos convertimur. Res enim extrinsecus oblatæ, visa nostra efficiunt, quarum illa sunt proinde similia. At vero affectiones vultum ex nobis speciemqve sumunt: quo fit ut jucundæ modo, modo injucundæ, idque magis minusve videantur. Quod cum ita sit, eos utiqve, si boni ratiocinatores esse volumus, optime de cognoscendi principiis statuere reperiem⁹, qui mentis ac sensuum vim operamqve conjungunt. Et qvidem sensus plagis & retibus, ac cæteris id genus venatorum instrumentis; mens autem & ratio indagantibus & insequentibus canibus similes sunt.

Maneat igitur, eos melius philosophari, qui nec temere sensibus abutantur, nec ad veri perspicientiam atqve judicium perturbationes adhibeant. Prorsus enim indignum fuerit, hominem, relicto mentis diviniore judicio, voluptatibus sese ac laboribus ab omni ratione vacuis permittere. Atqve hactenus ex Aristocle.

τοιούτων, ἄμεινον φιλοσοφεῖν οἴεσθαι χρή, τοὺς μήτε ταῖς αἰσθήσεσιν, ὡς ἔτυχε, χρωμένους, μήτε τὰ πάθη παραλαμβάνοντας ἐπὶ τὴν τἀληθοῦς διάγνωσιν. ἢ δεινόν γ' ἂν εἴη, πεφυκότας ἀνθρώπους, ἡδοναῖς καὶ πόνοις ἀλόγοις ἐπιτρέπειν ἑαυτούς, ἀφέντας τὸν θειότατόν τινα κρείττω νοῦν. Ταῦτα ἀπὸ τοῦ Ἀριστοκλέους.

XXII.

ITERUM ADVERSUS EOS, QVI voluptatem bonum esse definiunt. Ex Philebo Platonis.

HORUM igitur, inqvit, trium qvodlibet cum Voluptate ac Mente sigillatim conferamus. Videndum quippe nobis est, utrius porro unumquodqve affine magis & cognatum esse statuamus. Pulchritudinem, opinor, veritatem, ac mediocritatem intelligis. Sic est. Tu vero, mi Protarche, Veritatem primum accipe, diuqve ac diligenter in hæc tria Mentem, Veritatem, atqve Voluptatem intuitus, responde-sis ipse tibi, sitne Voluptas, an Mens, Veritati propinqvior. Quid vero tempore hic opus est? Nam meo qvidem judicio plurimum interest. Voluptas enim omnium superbissima est; ac de venereis, quæ omnium habentur acerrimæ, vulgo circumfertur, qvod in iis perjurium admiseris, veniam facile a Superis impetrare: quod illæ, non secus ac pusiones quidam, omni prorsus mente careant. At vero Mens, aut idem ipsum qvod Veritas, aut ei sane omnium longe simillima est, atque verissima. Age ergo, & mediocritatem similiter considera; plus-ne hujus voluptas habeat, an prudentia. Expedita quoq; admodum qvæstionis hujus ratio est. Nam ut voluptate ac delectatione immoderatius nihil est, ita mente nihil scientiaq; moderatius. Et hoc præclare. Quid autem de tertio? Utra tibi pulchrior, Mens, an voluptas videtur? Atqvi nemo unqvam, Socrates, aut vigilans, aut somnians, Prudentiam atq; Mentem vel minimum turpitudinis aut habuisse, aut habere, aut habituram esse vidit, aut cogitavit.

κϐ.

ΕΤΙ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΤΗΝ ΗΔΟΝΗΝ τὸ ἀγαθὸν εἶναι ὁριζομένους. ἀπὸ τοῦ Φιλήβου Πλάτωνος.

ΚΑΘ' ἓν ἕκαστον τούτων τῶν τριῶν, πρός τε τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν νοῦν κρίνωμεν. δεῖ γὰρ ἰδεῖν ποτέρῳ μᾶλλον ξυγγενὲς ἕκαστον αὐτῶν ἀπονεμοῦμεν. Κάλλους, καὶ ἀληθείας, καὶ μετριότητος πέρι λέγεις. Ναί. Πρῶτον δέ γε ἀληθείας λαβοῦ, ὦ Πρώταρχε, καὶ λαβόμενος, βλέψας εἰς τρία, νοῦν, καὶ ἀλήθειαν, καὶ ἡδονήν, πολὺν ἐπισχὼν χρόνον, ἀπόκριναι σαυτῷ, πότερον ἡδονὴ ξυγγενέστερον, ἢ νοῦς, ἀληθείᾳ. Τί δὲ χρόνου δεῖ; πολὺ γάρ, οἶμαι, διαφέρετον· ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλαζονέστατον· ὡς δὲ λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τὰ ἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς καθάπερ παίδων, τῶν ἡδομένων, νοῦν οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημένων· νοῦς δὲ ἤτοι ταὐτὸν καὶ ἀλήθειά γέ ἐστιν, ἢ πάντων ὁμοιότατόν τε καὶ ἀληθέστατον. Οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο τὴν μετριότητα ὡσαύτως σκέψαι. πότερον ἡδονὴ φρονήσεως, ἢ φρόνησις ἡδονῆς πλείω κέκτηται; Εὔσκεπτόν γε καὶ ταύτην σκέψιν προβέβληκας. οἶμαι γὰρ ἡδονῆς μὲν καὶ περιχαρείας οὐδὲν τῶν ὄντων πεφυκὸς ἀμετρώτερον εὑρεῖν ἄν τινα, νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης ἐμμετρώτερον οὐδ' ἂν ἕν ποτε. Καλῶς εἴρηκας. ὅμως δ' ἔτι λέγε τὸ τρίτον. Νοῦς ἡμῖν κάλλους μετείληφε πλέον, ἢ τὸ τῆς ἡδονῆς γένος, ὥστε εἶναι καλλίω νοῦν ἡδονῆς, ἢ τοὐναντίον; Ἀρ' οὖν φρόνησιν μὲν καὶ νοῦν, ὦ Σώκρατες, οὐδεὶς πώποτε οὔθ' ὕπαρ, οὔτ' ὄναρ, αἰσχρὸν οὔτε εἶδεν οὔτε ἐπενόησεν οὐδαμοῦ οὐδαμῶς, οὔτε γιγνόμενον, οὔτε ὄντα, οὔτε ἐσόμενον;

A Ὀρθῶς. Ἡδονάς δέ γε δήπου, καὶ ταύτας σχεδὸν τὰς μεγίστας, ὅταν ἴδωμεν ἡδόμενον ὁντινοῦν, ἢ τὸ γελοῖον ἐπ' αὐταῖς, ἢ τὸ πάντων αἴσχιστον ἑπόμενον ὁρῶντες, αὐτοί τε αἰσχυνόμεθα, καὶ ἀφανίζοντες κρύπτομεν ὅτι μάλιστα, νυκτὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διδόντες, ὡς φῶς οὐδὲν ὁρᾶν αὐτά. Πάντῃ δὴ φήσεις, ὦ Πρώταρχε, ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, Ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον, οὐδ' αὖ δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μέν πῃ περὶ μέτρον, καὶ τὸ μέτριον, καὶ τὸ καίριον, καὶ πάνθ' ὁπόσα χρὴ τοιαῦτα νο- B μίζειν τὴν ἀΐδιον εἰρῆσθαι φύσιν. Φαίνεται γοῦν ἐκ τῶν νῦν λεγομένων. Δεύτερον μὲν περὶ τὸ σύμμετρον, καὶ καλὸν, καὶ τὸ τέλειον, καὶ τὸ ἱκανὸν, καὶ πάνθ' ὁπόσα τῆς γενέσεως ταύτης αὖ ἐστί. Ἔοικε γοῦν. Τὸ τοίνυν τρίτον, ὡς ἡ ἐμὴ μαντεία, νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεὶς, οὐκ ἂν μέγα τι τῆς ἀληθείας παρεξέλθοις. Ἴσως. Ἆρ' οὖν οὐ τέταρτα, ἃ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἔθεμεν, ἐπιστήμας τε, καὶ τέχνας, καὶ δόξας ὀρθὰς λεχθείσας, ταῦτ' εἶναι τὰ πρὸς τοῖς τρισὶ τέταρτα, C εἴπερ τοῦ ἀγαθοῦ ἐστι μᾶλλον, ἢ τῆς ἡδονῆς ξυγγενῆ. Τάχ' ἄν. Πέμπτας τοίνυν ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας, ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας. Ἴσως.

Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεὺς, καταπαύσατε κόσμον ἀοιδῆς.

Ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ καταπεπαυμένος εἶναι κρίσει. τὸ δὲ μετὰ ταῦθ' ἡμῖν οὐδὲν λοιπὸν, πλὴν ὥσπερ κεφαλὴν ἀποδοῦναι τοῖς εἰρημένοις. Οὐκοῦν χρή. Ἴθι δὴ, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, τὸν αὐτὸν διαμαρτυράμενοι, λόγον ἐπεξέλθωμεν. Ποῖον D δή; Φίληβος τἀγαθὸν ἔθετο ἡμῖν ἡδονὴν εἶναι πᾶσαν καὶ παντελῆ. Τὸ τρίτον, ὦ Σώκρατες, ὡς ἔοικας, ἔλεγες δέ πως τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπαναλαβεῖν δεῖν λόγον. Ναί. Τὸ δέ γε μετὰ τοῦτο ἀκούωμεν. ἐγὼ γὰρ δὴ καθιδὼν ἅπερ νυνὶ διελήλυθα, καὶ δυσχεράνας τὸν Φιλήβου λόγον οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλάκις μυρίων, εἶπον ὡς ἡδονῆς γε νοῦς εἴη μακρῷ βέλτιόν τε καὶ ἄμεινον τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ. Ἦν ταῦτα. Ὑποπτεύων δέ γε καὶ ἄλλα εἶναι πολλὰ, εἶπον, ὡς, εἰ φανείη τι τοῖν ἀμφοῖν βέλτιον, ἐπὶ τῶν δευτερείων στερήσει, νῷ πρὸς ἡδονὴν ξυνδιαμαχοίμην, ἡδονὴ δὲ καὶ δευτερείων στερήσοιτο.

Recte. At vero si qvem aliqvando voluptatibus, ac fere maximis, indulgentem videamus, quod eas palam aut risus, aut turpitudo maxima comitetur, ipsimet erubescimus; ac propterea, ne qvod earum vestigium appareat, nocturnis fere tenebris occultanda hæc atq; involvenda mandamus, qvasi lucis oculum reformident. Hoc igitur, ut video, mi Protarche, omnino prædicaturus es, & absentibus nuntiorum opera; & voce coram præsentibus, Voluptatem nec primam possessionem esse, nec secundam: at hoc primæ nomine, qvæ ad modum pertinent, comprehendi, ut mediocre, opportunum, cæteraqve omnia, quæ naturam existimanda sunt habere sempiternam. Id quidem ex supra dictis seqvitur. Deinde ad secundam revocanda, quæ in proportione versantur, ut pulchrum, perfectum, idoneum, & qvæcunqve hujus sunt generis. Utiqve. Tertiam deniqve, (ut qvidem conjicio) si mentem prudentiamqve posueris, haud a vero procul aberrabis. Et hoc verisimile. Tribus autem illis, num merito quartum addatur genus, ex iis quæ animo proprie tribuimus, doctrinis, artibus, & opinionibus quæ rectæ dicuntur? si qvidem ista quoque bono conjunctiora sunt, qvam voluptas. Fortassis & istuc. Quintum inde locum voluptatibus illis dabimus, qvas ab omni molestia vacuas, imo & puras animi cognitiones esse statuimus illas qvidem, sed tamen ortas ex sensibus. Fortean.

At genere in sexto, inquit Orpheus, gratum concludite carmen.

Eqvidem hoc in sexto judicio, nostra qvoq; disputatio non male fortassis concludatur. Ita reliqvum id modo sit, ut suam ei coronidem imponamus. Imponamus vero. Age igitur, ac Servatori nostro, eundem rursus obtestati, sermonem hunc nostrum tertio jam instauratum pertexamus. Ecqvem vero? Philebus scilicet genus omne voluptatis bonum esse statuebat. At jam jam, Socratis, disputationem hanc, tertio, ni fallor, a capite repetendam esse dicebas. Ita est. Quod autem seqvitur attendamus. Eqvidem ea cum viderem, qvæ modo perseqvebar; ac propterea non Philebi modo, sed infinitorum etiam aliorum vocem permoleste ferrem: humanæ vitæ, Mentem voluptate longe meliorem ac potiorem esse defendi. Sic est. Deinde cum alia quoq; permulta esse conjicerem; addidi, si qvid fortassis utroqve melius occurreret, me pro Mente rursus contra voluptatem pugnaturum, ut hac ejecta, secundus Menti locus tribueretur.

Hoc etiam addidisti. Præterea, qvam neutra satis per sese foret, satis admodum probavimus. Verissima loqveris. Ita per hanc disputationem effectum est, ut neq; Mentem neq; Voluptatem ipsum per sese bonum esse statueremus, quod ex sese neutra sufficeret, neutra perfecti ac numeris omnibus absoluti vim & facultatem haberet. Optime. Porro cum tertium nobis aliud occurrisset hac utraq; præstantius, tum vero infinitis gradibus, Mentem Victoris illius formæ propinquiorem & conjunctiorem esse perspeximus, quam voluptatem. Nam qui aliter fieri potuisset? Maneat igitur, voluptatis vim, eo judicio, quod paulo ante exercuimus, quinto in gradu consistere. Per me licet. At in primo nunqvam: tametsi omnis contra boum, eqvorum, ac cæterarum omnium ferarum multitudo vociferetur, quod delectationem unam perseqvatur, quibus pleriq; fidem, non secus ac volucribus Augures, dum habent, voluptates nobis ad bene vivendum potissimas esse pronuntiant, ejusq; rei certiores esse testes ferarum ipsarum, quam eorum qvæ passim erudita Musa fundit oraculorum amores opinantur. Nos vero, Socrates, hæc abs te omnia verissime dicta esse fatemur universi. Hactenus Plato. Nunc juvat etiam ex Dionysii Episcopi, hominis Christianam Philosophiam professi opere, quod de Natura conscripsit, pauca qvædam e multis, qvæ adversus Epicurum disputat, subjungere. Tu verba ejus ipsissima perlege.

Εἶπες γὰρ οὖν. Καὶ μετὰ ταῦτά γε, πάντων ἱκανώτατα, τούτοιν οὐδέτερον ἱκανὸν ἀνεφάνη. Ἀληθέστατα. Οὐκοῦν παντάπασιν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ Νοῦς ἀπήλλακτο καὶ ἡδονή, μηδὲ τἀγαθὸν αὐτὸ μηδέτερον αὐτοῖν εἶναι, στερομένοιν αὐταρκείας, καὶ τῆς τοῦ ἱκανοῦ καὶ τελείου δυνάμεως. Ὀρθότατα. Φανέντος δέ γε ἄλλου τινὸς κρείττονος τούτοιν ἑκατέρου, μυρίῳ γ' αὖ Νοῦς ἡδονῆς οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον πέφανται νῦν τῇ τοῦ νικῶντος ἰδέᾳ. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν πέμπτον κατὰ τὴν κρίσιν, ὡς νῦν ὁ λόγος ἀπεφήνατο, γίγνοιτ' ἂν ἡ τῆς ἡδονῆς δύναμις. Ἔοικεν. Πρῶτον δέ γε οὐδ' ἂν οἱ πάντες βόες τε καὶ ἵπποι, καὶ τὰ ἄλλα ξύμπαντα θηρία φῶσι, τῷ τὸ χαίρειν διώκειν, οἷς πιστεύοντες ὥσπερ μάντεις ὄρνισιν, οἱ πολλοὶ κρίνουσι τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῖν εὖ κρατίστας εἶναι, καὶ τοὺς θηρίων ἔρωτας οἴονται κυρίους εἶναι μάρτυρας μᾶλλον, ἢ τοὺς τῶν ἐν μούσῃ φιλοσόφῳ μεμαντευμένων ἑκάστοτε λόγων. Ἀληθέστατα, ὦ Σώκρατες, εἰρῆσθαί σοι νῦν ἤδη φαμὲν ἅπαντες. Ταῦτα ὁ Πλάτων. Ἐγὼ δέ σοι καὶ Διονυσίου, τοῦ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίας Ἐπισκόπου ἀνδρός, ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως βραχέα τῶν πρὸς Ἐπίκουρον ἀντειρημένων παραθήσομαι. Σὺ δὲ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς οὕτως ἐχούσας αὐτοῦ φωνάς.

XXIII.

ADVERSUS EPICUREOS, QVI & Providentiam tollebant, & individuis corporibus universa tribuebant. Ex Dionysii Alexandrini Episcopi libris de Natura.

κγ.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΚΑΤ' ΕΠΙΚΟΥΡΟΝ Πρόνοιαν μὲν ἀρνουμένους, ἀτόμοις δὲ σώμασιν ἀνατιθέντας τὸ πᾶν. ἀπὸ τῶν περὶ φύσεως Διονυσίου τοῦ Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

UTRUM, inqvit, unum est, atq; aptum ex sese Universum, uti nobis Græcorumqve Sapientissimis Platoni & Pythagoræ, Stoicis, & Heraclito videtur: an duo, qvemadmodum forte non nemo cogitarit: an multa potius adeoqve infinita? ut aliis quibusdam placuit, qui pluribus mentis erroribus, ac variis appellationum formis, universi naturam distrahere ac lacerare conati, infinitum illud esse, ortu carere, nec ullo providentiæ consilio regi voluerunt.

ΠΟΤΕΡΟΝ ἕν ἐστι συναφὲς τὸ πᾶν, ὡς ἡμῖν τε καὶ τοῖς σοφωτάτοις Ἑλλήνων Πλάτωνι καὶ Πυθαγόρᾳ, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ Ἡρακλείτῳ φαίνεται, ἢ δύο, ὡς ἴσως τις ὑπέλαβεν, ἢ καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρα; ὥς τισιν ἄλλοις ἔδοξεν, οἳ πολλαῖς τῆς διανοίας παραφοραῖς, καὶ ποικίλαις προσφοραῖς ὀνομάτων τὴν τῶν ὅλων ἐπεχείρησαν κατακερματίζειν οὐσίαν, ἄπειρόν τε, καὶ ἀγένητον, καὶ ἀπρονόητον ὑποτίθεσθαι.

αἱ

„ Οἱ μὲν γὰρ, ἀτόμους προσειπόντες ἄφθαρτά τινα καὶ σμικρότατα σώματα, πλῆθος ἀνάριθμα, καί τι χωρίον κενὸν, μέγεθος ἀπερίγραφον, ὑποθέμενοι, ταύτας δή φασι τὰς ἀτόμους, ὡς ἔτυχεν ἐν τῷ κενῷ φερομένας, αὐτομάτως τε συμπιπτούσας ἀλλήλαις διὰ ῥύμην ἄτακτον, καὶ συμπλεκομένας διὰ τὸ πολύσχημον, ἀλλήλων ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ οὕτω τόν τε κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ κόσμους ἀπείρους ἀποτελεῖν. Ταύτης δὲ τῆς δόξης Ἐπίκουρος γεγόνασι καὶ Δημόκριτος. B Τοσοῦτον δὲ διεφώνησαν, ὅσον ὁ μὲν, ἐλαχίστας πάσας, καὶ διὰ τοῦτο ἀνεπαισθήτους· ὁ δὲ Δημόκριτος, καὶ μεγίστας εἶναί τινας ἀτόμους ὑπέλαβεν. ἀτόμους δὲ εἶναί φασιν ἀμφότεροι, καὶ λέγεσθαι διὰ τὴν ἄλυτον στερρότητα. οἱ δὲ, τὰς ἀτόμους μὲν ὀνομάσαντες, ἀμερῆ φασιν εἶναι σώματα, τοῦ παντὸς μέρη, ἐξ ὧν ἀδιαιρέτων ὄντων συντίθεται τὰ πάντα, καὶ εἰς ἃ διαλύεται. καὶ τούτων φασὶ τῶν ἀμερῶν ὀνοματοποιὸν Διόδωρον γεγονέναι, ὄνομα δὲ, C φασὶν, αὐτοῖς ἄλλο Ἡρακλείδης θέμενος, ἐκάλεσεν ὄγκους, παρ' οὗ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐκληρονόμησε τὸ ὄνομα. Ταῦτ' εἰπὼν, ἑξῆς ἀνασκευάζει τὸ δόγμα διὰ πολλῶν, ἀτὰρ καὶ διὰ τούτων.

A Hi enim atomos, incorrupta quædam exiguaque corpuscula, numeroque infinita, nominantes, unaque spatium aliquod vacuum, nec ullis finibus circumscriptum invehentes, atomos illas dictitant, hoc in vacuo temere dum feruntur, dum casu propter impetus perturbationem, aliæ cum aliis concurrunt, ac propter multiplicem figuram inter sese commiscentur, cum apprehendere mutuo sese, tum hunc quoque mundum, quæque ipso continentur omnia; imo vero mundos etiam infinitos efficere. Hac in sententia Epicurus Democritusque versati sunt: hoc uno discrimine, quod Epicurus minimas omnes Atomos, quasque propterea sensus non attingeret, Democritus nonnullas saltem maximas esse vellet. Cæterum individuas illas & dici & esse, propter indissolubilem earum firmitatem, uterque docet. Sunt tamen, qui Atomorum nomine corpora quædam intelligunt, quæ partibus careant ipsa quidem, sint tamen Universi partes, ex quibus, individuæ cum sint, conflata primum omnia, in easdem quoque dissolvantur. Harum, prout partibus carent, nominis auctorem faciunt Diodorum: Eas enim ὄγκους, hoc est moles, seu pondera Heraclides vocabat, unde etiam Asclepiades Medicus nomen invenit. Hæc præfatus multis deinceps hoc dogma confutat, interque cætera, verbis quæ sequuntur.

κδ. ΑΠΟ ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ ΥΠΟδειγμάτων. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

XXIV. RERUM INTER HOMINES vulgarium exemplis, Epicureorum dogma refellitur. Ex eodem.

D

„ ΠΩΣ αὐτῶν ἀναχώμεθα, τυχηρὰ λεγόντων εἶναι συμπτώματα τὰ σοφὰ, καὶ διὰ τοῦτο τὰ καλὰ δημιουργήματα; ὧν ἕκαστόν τε καθ' ἑαυτὸ γινόμενον, ὤφθη τῷ προστάξαντι γενέσθαι καλὸν, καὶ συλλήβδην ὁμοίως ἅπαντα. Εἶδε γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τῶν μικρῶν τῶν συνήθων, καὶ παρὰ πόδας νουθετούντων παραδειγμάτων, ἐξ ὧν δύνανται μανθάνειν, ὅτι χρειῶδες μὲν καὶ πρὸς ὠφέλειαν ἔργον οὐδὲν ἀνεπιτηδεύτως, οὐδὲ συμβατικῶς ἀπεργάζεται, ἀλλὰ χειρουργούμενον τίθεται. ὅταν δὲ εἰς ἄχρηστον μεταπίπτῃ

QUI tandem homines istos feramus, dum opera Sapientiæ plena, eoque ipso bona, casu facta esse dicunt? quæ & singula seorsim, & simul universa, ei cujus omnia jussu extiterant, bona sint visa. *Vidit enim*, inquit, *Deus cuncta quæ fecerat: & ecce bona valde.* Quanquam ne pusilla quidem illa cogitant vulgarium exempla rerũ, quorum ipsi monitu doceri possint, quicquid ejusmodi est, ut fructus aliquid & utilitatis afferat, id non temere ac sine studio fieri,

sed potius solerti manuum opera suum ac proprium in usum elaborari: at idem simulatque fructuosum & commodum esse desinit, solvi continuo, & confuse admodum ac perturbate dissipari, utpote quod ea non amplius sapientia, cujus ipsum ante cura conservabat, tractetur ac regatur. Ita vestimentum, nec stamine, absqve textoris manu, se ipso consistēre, nec subtegmine se ipsū ultro eidem implicante pertexitur: cujus tamen, ubi disrumpitur, lacera hinc inde frusta disjici videas. Ita cum domus aut urbs ædificatur, non lapides excipit, alios in fundamenta sponte subsidentes, alios superius in structuræ corium ultro subvolantes: sed Architectus in suum quosque locum delatos apte concinneqve disponit. At postqvam subruta est, ubiubi casus tulerit, singuli disjecti passim temereqve jacent. Ita dum navis compingitur, non se ipsam carina summittit, non malus in medio rectum sese tollit, non ligna cætera situm ex sese fortuitum accipiunt: nec centum illa, quæ vulgo in plaustro ligna numerantur, qvem vacuum quæqve locum repererint, in eo sponte coagmentantur. Faber lignarius suis apta quæque locis in utrumq; comportat. Qvod si aut navis medio jactata mari, aut plaustrū in terra dum agitur, dissolvatur, utriusqve ligna vel fluctibus, vel incitato impetu dissipantur. Ita plane dicendum iis fuerit, suas illas atomos, quod otiosæ, quod nulla manu perpolitæ, quod inutiles maneant, temere circumferri. Spectent enimvero, quæ spectari, cogitent quæ cogitari non possunt, nec jam ut ille, qui hoc abs Deo sibi patefactum Deo ipsi confitetur, his verbis, *Imperfectum tuum viderunt oculi mei.* (Psal. 138, 16.) Nunc vero, pulcherrima illa & elegantissima, quæ suis ex atomis contexta esse dicunt, dum ab iisdem sine consilio ac sine sensu perfecta esse addunt, quis tandem eos ferat, indigestas ac rudes atomos obtrudentes, quos araneus sapientia longe superet, qvum suum illud opus a suapte industria conficiat?

A καὶ ὡς ἂν τύχῃ διασκίδναται, ἅτε μηκέτι μεταχειριζομένης, μηδὲ διαταττούσης αὐτὸ τῆς σοφίας, ἢ ὑφ᾽ ἧς συνεστάναι τοῦτο ἔμελλεν. ἱμάτιόν τε γὰρ, οὐ χωρὶς ἱστουργοῦ, συνισταμένων τῶν στημόνων, οὐδὲ τῆς κρόκης αὐτομάτως παρεμπλεκομένης, ἀνυφαίνεται. εἰ δὲ κατατριβείη, τὰ λακισθέντα διαρριπτεῖται ῥάκη. οἰκία τε ἀνοικοδομεῖται καὶ πόλις, οὐ τοὺς μέν τινας δεχομένη θεμελίοις αὐτομολοῦντας λίθους, τοὺς δὲ ἀναπηδῶντας εἰς τὰς ἐπιβολάς, ἀλλὰ κατὰ B χώραν ὁ τειχοδόμος τοὺς διαθέτους ἐπιφέρει. καταρριφθείσης δὲ, ὡς ἂν παρείκῃ, καθ᾽ ἓν ἐχθεὶς ἕκαστος ἀπεσφάλη. καὶ κατασκευαζομένης νεὼς, οὐχ ἡ μέν τις ὑπέβαλλεν ἑαυτὴν τρόπις, ὁ δὲ κατὰ μέσην ἑαυτὸν ἱστὸς ὤρθωσε, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ξύλων, ἣν ἔτυχεν ἐξ ἑαυτοῦ θέσιν κατέλαβεν. οὐδὲ τὰ λεγόμενα ἑκατὸν τῆς ἁμάξης ξύλα, καθ᾽ ὃν εὗρε κενὸν τόπον ἕκαστον συνεπάγη. ἀλλ᾽ ὁ τέκτων ἑκατέροις συνεκόμισε καίριον. εἰ δὲ διαλυθείη ἡ ναῦς C ἐνθαλασσεύουσα, ἢ φερομένη κατὰ γῆν ἅμαξα, ὅπῃ τύχῃ τὰ ξύλα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν κυμάτων, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς συντόνου ῥύμης διασπείρεται. οὕτως ἂν ἁρμόζοι λέγειν αὐτοῖς, καὶ τὰς ἀτόμους, ἀργὰς μενούσας, καὶ ἀχειροποιήτους, καὶ ἀχρήστους, εἰκῇ φέρεσθαι. ὁράτωσαν γὰρ τὰς ἀθεάτους ἐκεῖνοι, καὶ τὰς ἀνοήτους νοείτωσαν, οὐχ ὁμοίως ἐκείνῳ, ὃς φανερωθὲν ἑαυτῷ τοῦτο ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πρὸς αὐτὸν ὁμολογεῖ, Τὸ ἀκατέργαστόν σου ἴδωσαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Ὅταν δὲ καὶ ἅ φασιν ἐξ ἀτόμων ὑφάσμα- D τα γίνεσθαι τὰ εὐήτρια, ταῦθ᾽ ὑπ᾽ αὐτῶν ἀσόφως καὶ ἀναισθήτως αὐτουργεῖσθαι λέγωσι, τίς ἀνέξεται τὰς ἀτόμους ἀκούων ἀρρύθμους, ὧν καὶ ὁ ἀράχνης ἐστὶ σοφώτερος, χειροτεχνῶν ἐξ ἑαυτοῦ;

XXV.

IDEM EX UNIVERSI MOLItione conficitur. Ex eodem.

QVIS æquis porro auribus audiat, ingentem hanc domum, ex Cœlo Terraqve constantem, qui propter maximam illam & multiplicem, quæ huic insidet, Sapientiæ vim, Mundus vocatur, ab Atomis qvæ nullo

κε.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ ΣΥΣΤΑσεως. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

ΗΤΟΝ μέγαν τοῦτον οἶκον τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς συνεστῶτα, καὶ διὰ τὸ μέγεθος καὶ πλῆθος τῆς ἐπιφερομένης αὐτῷ σοφίας καλούμενον κόσμον, ὑπὸ τῶν σὺν οὐδενὶ κό-

p. 453. σμῷ φερομένων ἀτόμων κεκοσμῆσθαι, καὶ γεγονέναι κόσμον ἀκοσμίαν; πῶς δὲ κινήσεις καὶ ὁδοὺς εὐτάκτους ἐξ ἀτάκτου προσάγεσθαι φορᾶς; πῶς δὲ τὴν παναρμόνιον τῶν οὐρανίων χορείαν, ἐξ ἀμούσων καὶ ἀναρμόστων συνᾴδειν ὀργάνων; τίνα δὲ τρόπον, μιᾶς οὔσης καὶ τῆς αὐτῆς ἁπασῶν οὐσίας, καὶ τῆς αὐτῆς ἀφθάρτου φύσεως, πλὴν τῶν μεγεθῶν, ὥς φασι, καὶ τῶν σχημάτων, τὰ μέν ἐστι θεῖα, καὶ ἀκήρατα, καὶ αἰώνια, ὡς αὐτοὶ φήσαιεν ἄν, σώματα, ἢ μακραίωνά γε κατὰ τὸν οὕτως ὀνομάσαντα, B φαινόμενά τε καὶ ἀφανῆ· φαινόμενα μέν, Ἥλιος, καὶ Σελήνη, καὶ Ἀστέρες, Γῆ τε, καὶ Ὕδωρ· ἀφανῆ δέ, Θεοί τε, καὶ Δαίμονες, καὶ Ψυχαί; ταῦτα γὰρ οὐδὲ θέλοντες, ὑπάρχειν ἀρνήσασθαι δύνανται. τὰ δὲ μακροβιώτατα ζῷά τε καὶ φυτά· ζῷα μέν, ἔν τε ὄρνισιν, ὥς φασιν, Ἀετοί, Κόρακές τε, καὶ Φοίνικες· ἔν τε χερσαίοις, Ἔλαφοί τε, καὶ Ἐλέφαντες, καὶ Δράκοντες; ἐν δὲ τοῖς ἐνύδροις, τὰ Κήτη. δένδρα δέ, Φοίνικες, καὶ Δρύες, καὶ Περσέαι· καὶ C τῶν γε δένδρων, τὰ μέν ἐστιν ἀειθαλῆ, ἃ καὶ καταριθμήσας τις εἶπεν εἶναι τεσσαρακαίδεκα· τὰ δὲ πρὸς καιρὸν ἀνθεῖ, καὶ φυλλορροεῖ· τὰ δὲ πλεῖστα τῶν τε φυομένων καὶ γεννωμένων ἐστὶν ὠκύμορα καὶ βραχυτελῆ, ὧν ἐστι καὶ ὁ ἄνθρωπος, ὡς εἶπέ τις ἁγία περὶ αὐτοῦ γραφή· Βροτὸς δὲ γεννητὸς γυναικός, ὀλιγόβιος. ἀλλὰ τοὺς συνδέσμους φήσουσι τῶν ἀτόμων διαλλάττοντας, αἰτίους γίνεσθαι τῆς περὶ τὴν διαμονὴν (in διαμον.) διαφορᾶς. τὰ μὲν γὰρ ὑπ' αὐτῶν πεπυκνῶσθαι καὶ κατεσφίγχθαι λέγεται, ὡς ταῦτα παντελῶς δυσαπάλλακτα γεγονέναι πλήματα· τὰ δὲ μανωτέραν καὶ χαλῶσαν τὴν D συνάφειαν τῶν ἀτόμων ἐπ' ἔλαττον ἢ πλέον ἐσχηκέναι, ὡς ἢ θᾶττον ἢ μετὰ πολὺ τῆς κοσμήσεως αὐτῶν ἀφίστασθαι. καὶ τὰ μὲν ἐκ τοιῶνδε καὶ ὧδέ πως ἐσχηματισμένων· τὰ δέ, ἐξ ἑτέρων ἑτεροίως διακειμένων συμμεμῖχθαι. Τίς οὖν ὁ (Ισ. φυλοκρινῶν.) Φιλοκρίνων, συναγείρων τε, καὶ ἀναχέων, καὶ τάσδε μὲν οὕτω συντάττων εἰς Ἥλιον, τὰς δὲ ὧδί, ἵνα ἡ Σελήνη γένηται, καὶ ἕκαστα συμφέρων κατὰ τὴν οἰκειότητα πρὸς ἑκάστου φύσιν ἀστέρος; οὔτε γὰρ αἱ ἡλιακαὶ καὶ τοσαίδε, καὶ τοιαίδε, καὶ ὧδέ πως ἑνωθεῖσαι, πρὸς ἐργασίαν Σελήνης ἂν καταβεβήκεσαν, οὔτ' ἂν αἱ τῶν Σεληνιακῶν ἀτόμων πλεκτάναι γεγόνεσαν ποτε Ἥλιος·

A ferantur ordine, ordinem atqve ornatum omnem accepisse, ac perturbationem ipsam in Mundum esse mutatam? Quis status illos motus atqve conversiones, ex inconstanti quodam impetu proficisci? Quis absolutam rerum cœlestium harmoniam, ex incondi- tis & inconcinnis instrumentis temperari? Qvomodo autem, una cum omnium essentia sit incorruptibilisque natura, solo, ut ajunt, magnitudinum figurarumqve discrimine; corporum tamen, alia quædam, ut ipsi vocant, divina sunt, fatis superiora, & sempiterna, vel ævi saltem, ut nonnemo loqvi maluit, longioris: eaqve partim visu percipiuntur, ut Sol, Luna, Stellæ, Terra, & Aqua; partim sensum fugiunt, ut Dii, Dæmones, & Animi? Hæc enim esse, ut maxime velint, negare non possunt. Alia diuturnæ admodum vitæ, sive animantium, sive plantarum ex genere; animantium, ut aves inter (quod ipsi dictitant) Aquilæ, Corvi, atqve Phœnices: e terrestribus Cervi, Elephantes, ac Dracones; e piscibus, quæ Cete dicuntur: Plantarum vero, ut Palmæ, Qvercus, & Perseæ. Quarum etiam nonnullæ perpetuam retinent viriditatem, cujusmodi quatuordecim a quopiam numerantur: aliæ certo florent tempore, certo quoqve frondibus exuuntur. Alia deniqve, ac multo sane plurima, sive nascantur e terra, sive gignantur, iniqvissimis fati vitæqve brevissimæ angustiis includuntur: e quibus homo etiam ipse est, ut alicubi Divina de illo scriptura loqvitur, dum ait, *Mortalis autem, natus de muliere, brevi vivens tempore.* (Iob 14.) Diversos, opinor, Atomorum nexus, tantæ hujus in persistendo differentiæ causas esse respondebunt. Alia enim videlicet, pressius ab iis arctiusqve constringi, qvæ proinde uti densiora, sic ad dissolvendum longe difficillima sint: alia vero, quod laxiori ac solutiori atomorum colligatione devincta sint, atqve id etiam cum aliqvo discrimine; celerius propterea vel tardius ab earum ornatu complexuqve removeri. Postremo ex certis quibusdam alia, certoqve modo figuratis, alia ex aliis ac sese aliter habentibus esse commixta. Sed, quis ille porro diversarum quasi tribuum judex, alias cogit, dissipat alias? quis eas sic inter se committit, ut inde modo Sol, modo Luna oriatur? quis deniqve singularum stellarum naturis, quæ quibusqve propria sunt nativaqve contribuit? Nec enim profecto, aut Solares illæ tot atqve tales, eoqve conjunctæ modo, ad Lunæ procreationem concurrerent, aut lunarium atomorum nexus Solem unquam efficerent.

ita nec Arcturus, tametsi perillustris, ex Auroræ, nec Orionis ex atomis conflatas se Pleiades unqvam glorientur. Præclare enim Paulus ita distinxit, *Alia*, inqvit, *claritas Solis, & alia claritas Lunæ, & alia claritas Stellarum. Stella enim a stella differt in gloria.* Profecto, si earum tanqvam inanimatarum coagmentatio sensu omni caruit, industrio ac perito artifice opus habuere: si tanqvam rationis expertium, vacua consilii, necessitatem est sequuta conjunctio, sapientis omnino Pastoris manu locum in unum compelli debuere: si deniqve suapte sponte voluntarium ad opus convenere, admirabilis plane Architectus, operumqve Præses, suum cuiqve munus pensumqve descripsit: aut qvemadmodum ordinis amans Imperator, non perturbatum reliqvit exercitum, non permisceri omnia passus est, at loco suo Eqvitem, Peditemqve suo disposuit, jaculatores item seorsim, seorsimqve Sagittarios, atqve ubi par erat Fundibularios collocavit, ut similis armaturæ milites simul etiam omnes dimicarent. Qui si ridiculum hoc exempli genus esse dicent, quod magnorum corporum cum minimis contentionem instituam; ad minima veniemus. Hæc ille. Quibus deinde qvæ seqvuntur adjungit. Quod si Ducis, inqvit, neqve nomen, neqve delectus, neqve collocatio in earum sese moderationem ingessit: at ipsæmet suopte arbitrio, ex multa sese continui fluxus turba colligentes, magnoq; variarum commissionum tumultu declinato, similes cum similibus ita convenerint, ut tamen non divini Numinis ductum, qvemadmodum Poeta fingit, sequutæ sint: sed potius, cum sese affines mutuo cognatæqve nossent, in unum quasi gregem confluxerint: næ admirabilis hæc atomorum democratia est; ubi amicæ amicas excipiant, atqve complectantur, itaqve unum in domicilium convolent universæ. Tum certæ qvædam ultro, in Solem magnum illud sidus, quodam quasi torno rotundentur, ut diem efficiant: aliæ, quo Cœlum integrum coronent, in plurimas fortassis ardentium stellarum pyramides figurentur: aliæ in orbem digestæ, firmitatis aliquid Ætheri afferant, eoqve testudinis in morem concamerato, subeuntibus Cœli Luminibus, qvosdam qvasi gradus præstruãt: adeoq; vulgarium atomorum factiones domicilia sibi deligant, ac Cœlũ ipsum proprias in domos atqve stationes inter sese partiantur. Rursus aliis quibusdam interjectis.

1 Cor. 15. 41.

A ἀλλ' οὐδὲ Ἀρκτοῦρος, εἰ καὶ λαμπρός ἐστι, τὰς Ἑωσφόρου μεγαλοφρονήσαιτό ποτε ἂν ἀτόμους ἔχειν, οὐδὲ τὰς Ὠρίωνος αἱ Πλειάδες. καλῶς γὰρ ὁ Παῦλος διέστειλεν, εἰπών, Ἄλλη δόξα Ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα Σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα Ἀστέρων. Ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. Καὶ εἰ μὲν ἀνεπαισθήτως αὐτῶν ὡς ἀψύχων ἡ σύμπηξις ἐγίνετο, ἐπιστήμονος αὐταῖς ἔδει δημιουργοῦ· εἰ δ' ἀπροαιρέτως καὶ κατ' ἀνάγκην, ὡς ἀλόγων, ἡ συνέρξις, σοφός τις αὐτὰς ἀ-B γελάρχης συνελαύνων ἐπεστάτησεν· εἰ δὲ ἑκουσίως ἐθελουργῆσαι συγκέκλεινται, θαυμάσιός τις αὐτῶν Ἀρχιτέκτων ἐργοδότης προηγήσατο· ἢ καθάπερ εὔτακτος Στρατηγὸς οὐ συγκεχωρημένην εἴασε τὴν στρατιάν, καὶ πάντα ἀναμίξ, ἀλλ' ἐν μέρει μὲν τὴν ἵππον, ἰδίᾳ δὲ τοὺς ὁπλίτας, τούς τε ἀκοντιστὰς καθ' ἑαυτούς, καὶ χωρὶς τοὺς τοξότας, καὶ τοὺς σφενδονήτας, ἔνθα ἐχρῆν διετάξατο, ἵνα ἀλλήλοις οἱ ὁμόσκευοι συμμαχοῖεν. C Εἰ δὲ τοῦτο χλεύην οἴονται τὸ παράδειγμα, διὰ τὸ μεγάλων σωμάτων πρὸς τὰ ἐλάχιστα ποιεῖσθαι σύγκρισιν, ἐπὶ τὰ σμικρότατα μεταβησόμεθα. Εἶτα τούτοις ἑξῆς ἐπιλέγει, Εἰ δὲ μήτε λέξις, μήτε ἐκλογή, μήτε τάξις αὐταῖς ἄρχοντος ἐπίκειτο, αὐταὶ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν αὐτὰς ἐκ τῆς πολλῆς κατὰ ῥύσιν τύρβης διευθύνουσαι, καὶ τὸν πολὺν τῶν συμπτώσεων διεκπερῶσαι κυδοιμόν, αἱ ὅμοιαι πρὸς τὰς ὁμοίας οὐχ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν Ποιητήν, ἄγοιν-D το, συντρέχοιεν δὲ καὶ συναγελάζοιντο, γνωρίζουσαι τὰς συγγενεῖς· θαυμαστή γε τῶν ἀτόμων ἡ δημοκρατία, δεξιουμένων τε ἀλλήλας τῶν φίλων καὶ περιπλεκομένων, εἰς μίαν τε κατασκηνοῦν συνοικίαν ἐπειγομένων· καὶ τῶν μέν, ἀποτετορνευμένων αὐτομάτως εἰς Ἥλιον φωστῆρα μέγαν, ἵνα ποιήσωσι τὴν ἡμέραν· τῶν δὲ εἰς πολλὰς ἴσως πυραμίδας ἀστέρων ἀναπεφλεγμένων, ἵνα καὶ ὅλον στεφανώσωσι τὸν οὐρανόν· τῶν δέ, περιτεταγμένων ἵνα αὐτὸν εἰκῆ στερεώσωσι καὶ καμαρώσωσι τὸν Αἰθέρα εἰς τὴν τῶν φωστήρων ἐπίβαθραν, ἐπιλέξωνταί τε ἑαυταῖς αἱ συνομολογίαι τῶν χυδαίων ἀτόμων μονάς, καὶ διακληρώσωνται τὸν οὐρανὸν εἰς οἴκους ἑαυταῖς καὶ σταθμούς. Εἶτα μεθ' ἕτερά φησιν,

Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ φανερὰ ὁρῶσιν αὐτοὶ οἱ ἀπερινόητοι, πολλοῦ γε δέουσι συνορᾶν καὶ τὰ ἀφανῆ. ἐοίκασι γὰρ μηδὲ ἀνατολὰς ὑποπτεύειν τεταγμένας καὶ δύσεις, μήτε τῶν ἄλλων, μήτε τὰς ἐκπρεπεστάτας Ἡλίου· μηδὲ χρῆσθαι ταῖς δι᾽ αὐτῶν δεδωρημέναις ἀνθρώποις ἐπικουρίαις, ἀναπτομένῃ μὲν εἰς ἐργασίαν ἡμέρᾳ, ἐπηλυγαζούσῃ δὲ νυκτὶ πρὸς ἀνάπαυλαν. Ἐξελεύσεται γὰρ ἄνθρωπος, φησὶν, ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ, ἕως ἑσπέρας. Ἀλλ᾽ οὐδὲ τὴν ἑτέραν ἐπισκοποῦσιν ἀνακύκλησιν αὐτοῦ, καθ᾽ ἣν ὡρισμένας ὥρας, καὶ καιροὺς εὐκαίρους, καὶ τροπὰς ἀπαρατρέπτους ἀποτελεῖ, ὑπὸ τῶν ἐξ ὧν ἐστιν ἀτόμων ὁδηγούμενος. ἀλλὰ κἂν μὴ θέλωσιν οἱ δείλαιοι, ὡς δ᾽ οὖν πιστεύουσιν, οἱ δίκαιοι, μέγας Κύριος ὁ ποιήσας αὐτὸν, καὶ ἐν λόγοις αὐτοῦ κατέσπευσε πορείαν. ἄτομοι γὰρ ὑμῖν χειμῶνα φέρουσιν, ὦ τυφλοὶ, καὶ ὑετοὺς, ἵνα ἡ γῆ τροφὰς ὑμῖν τε καὶ πᾶσι τοῖς ἐπ᾽ αὐτοῖς ζώοις ἀνῇ· θέρος τε ἐπάγουσιν, ἵνα καὶ τοὺς ἀπὸ δένδρων εἰς τρυφὴν καρποὺς λάβητε. καὶ διὰ τί μὴ ταῖς ἀτόμοις προσκυνεῖτε καὶ θύετε ταῖς ἐπικάρποις; ἀχάριστοί γε, μηδὲ ἀπαρχὰς αὐταῖς ὀλίγας τῶν πολλῶν δωρεῶν, ἃς παρ᾽ αὐτῶν ἔχετε, ἀφιεροῦντες. καὶ μετὰ βραχέα φησίν, Ὁ δὲ πολυεθνὴς καὶ πολυμιγὴς δῆμος τῶν ἀστέρων, οὓς αἱ πολυπλανεῖς καὶ ἀεὶ διαρριπτούμεναι συνέστησαν ἄτομοι, χώρας ἑαυτοῖς κατὰ συνθήκας ἀπεδάσαντο, ὥσπερ ἀποικίαν ἢ συνοικίαν ἀνελόμενοι, μηδενὸς οἰκιστοῦ μηδὲ οἰκοδεσπότου προεστηκότος· καὶ τὰς πρὸς τοὺς πλησιοχώρους γειτνιάσεις ἐνωμότως καὶ μετ᾽ εἰρήνης φυλάττουσιν, οὐχ ὑπερβαίνοντες οὓς καὶ εἰλήφασιν ἐξ ἀρχῆς ὅρους, ὥσπερ ὑπὸ τῶν βασιλίδων ἀτόμων νομοθετούμενοι. ἀλλ᾽ οὐκ ἄρχουσιν ἐκεῖναι· πῶς γὰρ αἱ μηδ᾽ οὖσαι; ἀλλὰ θείων λογίων ἐπακούσατε, Ἐν κρίσει Κυρίου τὰ ἔργα αὐτοῦ. ἀπ᾽ ἀρχῆς καὶ ἀπὸ ποιήσεως αὐτῶν, διέστειλε μερίδας αὐτῶν, ἐκόσμησεν εἰς αἰῶνα τὰ ἔργα αὐτοῦ, καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν. καὶ μετὰ βραχέα φησὶν, Ἢ τίς οὕτως εὐτάκτως πεδιάδα γῆν διώδευσε φάλαγξ, οὐ προθέοντος οὐδενὸς, οὐκ ἐκτρεπομένου, οὐκ ἐμποδίζοντος, οὐκ ἀπολειπομένου τῶν συμπαρατεταγμένων· ὡς ἰσόστοιχοι καὶ συνασπιδοῦντες ἀεὶ προΐασιν, ὁ συνεχής τε καὶ ἀδιάστατος, ἀόχλητός τε καὶ ἀνεμπόδιστος τῶν ἄστρων στρατός;

A Imo, inquit, ne obvia quidem vident homines improvidi, tantum abest ut occulta provideant. Utiqve ratos illos atqve constantes ortus obitusqve Siderum, non cæterorum modo, verum etiam Solis omnium nobilissimos, ne suspicando quidem videntur attingere: nec iis uti commoditatibus, qvas hominum generi suppeditant, aut collucente ad obeundum opus die, aut nocte qvietis capiendæ causa terras opacante. *Exibit enim homo, inquit, ad opus suum, & operationem suam usqve ad vesperum.* (Psal. 103.) Nec vero alteram ejus circuitionem attendunt, qua B distinctas tempestates, opportunaqve tempora, nec usquam detortas conversiones efficiat, earum videlicet, ex quibus ipse consistit, atomorum ductum sequutus. At enimvero, velint nolint homines reapse miseri, quomodo tamen sibi persvadent, æquissimi: magnus ille Dominus, qui Solem creavit, verborum quoqve suorum vi ejusdem cursum incitavit. Atomi quippe, hyemem vobis, o cæci, ac pluvias afferunt, ut alimenta vobis ac cæteris animantibus terra producat. Earundem æstas beneficium est, ut C arborum etiam ad delicias fructus colligatis. Quidni porro Atomis frugum Præsidibus solenni cultu sacra facitis? Homines ingrati, qui tot donorum, quæ ab iis accipitis, ne primitias quidem pauculas consecretis. Iterumqve post pauca, Multiplex autem, inquit, illa stellarum natio, quam erraticæ ac semper huc illucq; disjectæ atomi conflaverunt, sedes ipsa sibi, coloniæ cujusdam aut sodalitatis more, communi ex pacto, distribuit, nullius aut Conditoris, aut familiæ Præsidis auctoritatem sequuta. Atqve ita deinceps, mutua cum finitimis, reli- D giose altaq; cum pace, omnes viciniæ jura custodiunt, nec eos unqvam fines, qvos ab initio accepere, transiliunt, prorsus ac si regiarum qvarundam Atomorum legibus regerentur. At non imperant illæ profecto. Qvi enim imperent, qvæ nullæ sunt? Audite vero divinorum Oraculorum vocem, *In judicio Domini opera ejus. Ab initio, & a creatione ipsorum, distinxit partes illorum. Ornavit in æternum opera sua, & principia eorum in generationes eorum.* (Eccli. 16.) Additqve paulo post; Aut qvæ unqvam acies, inquit, tam composito agmine campū transmisit, præcurrente nemine, nemine deerrante, nemine aut impedimentum offerente cæteris, aut cæteros minus conseqvente: qvam æqvatis semper ordinibus, & pressis veluti clypeis, perpetuus ille, nec usqvam aut interruptus, aut perturbatus, aut obice ullo retardatus Astrorum exercitus progreditur?

Atqvi transversis qvibusdam inclinationibus ac nutibus, obscuræ nonnunqvam eorum mutationes fiunt. Esto. Semper tamen & justum observant tempus, & loca illa, unde singula oriuntur, prospiciunt, qui hoc in studii genere occupantur. Dicant ergo nobis atomorum sectores egregii, qui & dividunt individua, & dissita sejunctaqve consociant, & infinita mente definiunt; unde tandem circularis ille rerum cœlestium conjunctusqve cursus atq; conversio: cum non una qvædam atomorum strues sic tanqvam funda temere circumrotetur; sed chorus ille tantus composito æqualiqve gressu procedat, & in orbem una volvatur: aut quo pacto fiat, ut tam multi ejusdem viæ socii, a nemine ordinati, nullo præditi consilio, sibiqve mutuo ignoti omnes, tanta simul concordia susceptum iter conficiant? Merito enim Propheta, hoc tanqvam ex iis unum quæ nec fieri nec ostendi qveant, protulit, ut duo simul peregrini concurrant, dum ait, *Convenient ne duo in idem diversorium, si non se mutuo noverint?* Hæc ille. Qvi sexcenta alia persequutus, susceptum deinceps argumentum pluribus confirmat, partim ex singulis Universi elementis, partim ex omnis generis animantium, quæ complectuntur, multitudine: partim ex ipsa qvoq; hominis natura depromptis. E qvibus ubi pauca qvædam superioribus addidero, tum demum huic libro finem imponam.

ἀλλ' ἐγκλίσεσι καὶ ταῖς εἰς πλάγιον νεύσεσι, γίνονταί τινες αὐτῶν ἄδηλοι τροπαί. Καὶ μὴν ἀεὶ καιροφυλακοῦσι καὶ προορῶνται τὰς χώρας, ὅθεν ἕκαστος ἀνίησιν, οἱ τούτοις προστετηκότες. Εἰπάτωσαν οὖν ἡμῖν οἱ τῶν ἀτόμων τομεῖς, καὶ τὴν ἀμερῶν μερισταί, καὶ τὴν ἀσυνθέτων συναγωγεῖς, καὶ τὰ ἄπειρα περινοοῦντες, πόθεν ἡ κυκλοφορικὴ τῶν οὐρανίων συνοδία καὶ περιοδία, οὐχ ἑνὸς περιαλόγως ἀτόμων πήγματος οὕτω σφενδονηθέντος, ἀλλὰ τοσούτου κυκλικοῦ χοροῦ κατὰ ῥυθμὸν ἴσα βαίνοντος καὶ συμπεριδινουμένου, πόθεν ἀδιάτακτοι, καὶ ἀπροαίρετοι, καὶ ἀγνῶτες ἀλλήλων συνέμποροι παμπληθεῖς συνανεστράφησαν· καλῶς τε ὁ Προφήτης ἐν τοῖς ἀδυνάτοις καὶ ἀνενδείκτοις ἔταξε, ξένους κἂν δύο συνδραμεῖν· Εἰ πορεύσονται, φησί, δύο ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατάλυμα, ἐὰν μὴ γνωρίσωσιν ἑαυτούς; Ταῦτ' εἰπών, μυρία τε ἄλλα τούτοις ἐπαγαγών, ἑξῆς κατασκευάζει διὰ πλειόνων τὸ πρόβλημα, ἀπό τε τῶν κατὰ μέρος στοιχείων τοῦ παντός, ἀπό τε τῶν ἐν τούτοις παντοδαπῶν ζώων, καὶ δὴ καὶ ἀπὸ τῆς ἀνθρώπου φύσεως. ἐξ ὧν ἔτι βραχέα τοῖς εἰρημένοις προσθείς, καταπαύσω τὸν παρόντα λόγον.

XXVI.

IDEM EX HOMINIS NATURA concluditur. Ex eodem.

AC ne se quidem ipsos, inquit, nec quæ naturæ suæ propria sunt, isti vident. Si quis enim ex illis impiæ doctrinæ principibus, qui tandem, aut unde sit, cum animo reputaret suo, is profecto velut in suimet sensum adductus, saperet illico, atqve hac voce, non jam atomos, sed Patrem ipse Creatoremqve suum appellaret, *Manus*
[Psal. 118, 73.] *tuæ formaverunt me, & fecerunt me.* Et qvemadmodum alter ille, admirabilem molitionis suæ rationem pertexeret, *Nonne sicut*
[Job. 10, 10.] *lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle & carne vestisti me, ossibus & nervis compegisti me. Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum meum.* Quot enim, amabo, & cujusmodi atomos Epicuri pater ex se profudit, cum Epicurum proseminaret?

κϛ.

ΑΠΟ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΦΥΣΕΩΣ. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

ΚΑΙ οὔτε ἑαυτούς, οὔτε τὰ περὶ ἑαυτοὺς ὁρῶσιν. εἰ γάρ τις τῶν ἀρχηγετῶν τοῦ τῆς ἀσεβείας ταύτης δόγματος, ἑαυτὸν ὅστις ἐστὶ καὶ ὅθεν, ἀνελογίζετο, ἐφρόνησεν ἂν ὥσπερ συνηθημένος ἑαυτοῦ, καὶ εἶπεν οὐ πρὸς τὰς ἀτόμους, ἀλλὰ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ Ποιητὴν ἑαυτοῦ· Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με. καὶ προσεπεξειργάσατο ἂν ἐκεῖνος τὸν θαυμάσιον τῆς ποιήσεως ἑαυτοῦ τρόπον, Ἢ οὐχ ὥσπερ γάλα με ἤμελξας, ἐτύρωσας δέ με ἴσα τυρῷ; δέρμα καὶ κρέας με ἐνέδυσας, ὀστέοις δὲ καὶ νεύροις με ἔνειρας; ζωὴν δὲ καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοί, ἡ δὲ ἐπισκοπή σου ἐφύλαξέ μου τὸ πνεῦμα. Πόσας γὰρ ἀτόμους ὁ Ἐπικούρου πατήρ, καὶ ποταπὰς ἐξ ἑαυτοῦ προέχεεν, ὅτ' ἀπεσπέρμαινεν Ἐπίκουρον;

A καὶ πῶς εἰς τὴν μητρῴαν αὐτοῦ κατακλεισθεῖσαι γαστέρα, συνεπάγησαν, ἐσχηματίσθησαν, ἐμορφώθησαν, ἐκινήθησαν, ηὐξήθησαν; καὶ πολλὰς ἡ βραχεῖα ῥανὶς τὰς Ἐπικούρου ἀτόμους προσκαλεσαμένη, τὰς μὲν ἐπημφίεσεν αὐτῶν δέρμα καὶ σάρκα γενομένας, ταῖς δὲ ὀστωθείσαις ἐνώρθωται, ταῖς δὲ συνεδέθη νευρορραφουμένη; τά τε ἄλλα πολλὰ μέλη, καὶ σπλάγχνα, καὶ ἔγκατα, καὶ αἰσθητήρια, τὰ μὲν ἔνδοθεν, τὰ δὲ θύραθεν ἐφήρμοσε, δι' ὧν B ἐζωογονήθη τὸ σῶμα; ὧν οὐδὲν ἀργὸν, οὐδὲ ἀχρεῖον προσετέθη· ἐπεὶ μηδὲ τὰ φαυλότατα, μήτε τρίχες, μήτε ὄνυχες· πάντα δὲ, τὰ μὲν, πρὸς τὸ τῆς συστάσεως ὄφελος, τὰ δὲ, πρὸς τὸ κάλλος τῆς ὄψεως συντελεῖ. οὐ γὰρ τῆς χρείας μόνης, ἀλλὰ καὶ τῆς ὥρας ἐπιμελὴς ἡ Πρόνοια. ἔρυμα μὲν γὰρ καὶ σκέπασμα πάσης τῆς κεφαλῆς ἡ κόμη· εὐπρέπεια δὲ ὁ πώγων τοῦ φιλοσόφου. τήν τε τοῦ ὅλου σώματος τοῦ ἀνθρωπείου C φύσιν ἐκ τῶν μερῶν ἀναγκαίων πάντων ἥρμοσε, καὶ τοῖς μέλεσι πᾶσι τήν τε πρὸς ἄλληλα κοινωνίαν παρέβαλε, καὶ τὴν παρὰ τοῦ ὅλου χορηγίαν ἐπεμέτρησεν. ὧν τὰ μὲν ὁλοσχερῆ, καὶ τοῖς ἰδιώταις ἐκ τῆς πείρας, ἣν ἔχει δύναμιν, πρόδηλα· κεφαλῆς ἡγεμονία, καὶ περὶ τὸν ἐγκέφαλον, ὥσπερ ἄρχοντα ἐν ἀκροπόλει τῶν αἰσθήσεων ἡ δορυφορεία·

Ar. περὶ. προσιοῦσαι μὲν ὄψεις, ἀναγγέλλουσαι δὲ ἀκοαὶ, ἐδωδὴ ὥσπερ φορολογοῦσα, ὄσφρησις καθάπερ ἀνιχνεύουσα καὶ διερευνωμένη, καὶ ἁφὴ πᾶν διατάττουσα τὸ ὑπήκοον. (κεφαλαιωδῶς γὰρ D νῦν ὀλίγα τῶν τῆς πανσόφου προνοίας ἔργων ἐπιδραμούμεθα, μετ' ὀλίγον ἀκριβέστερον τοῦ Θεοῦ διδόντος ἐπεξεργασόμενοι, ὅταν πρὸς τὸν δοκοῦντα λογιώτερον ἀποτεινώμεθα.) χειρῶν διακονία, δι' ὧν ἐργασίαι τε παντοῖαι, καὶ πολυμήχανοι τελοῦνται τέχναι, ταῖς κατὰ μέρος δυνάμεσιν εἰς μίαν συνεργίαν διηρθρωμένων, ὤμων τε ἀχθοφορίαι, καὶ κατὰ χεῖρας δακτύλων, ἀγκώνων τε καμπαὶ, πρός τε τὸ σῶμα εἴσω στρεφόμεναι, καὶ πρὸς τὸ ἐκτὸς ἀπονεύουσαι, ἵνα ἐφέλκεσθαί τε καὶ ἀπωθεῖσθαι

pag. 416. δύνωνται· ποδῶν ὑπηρεσία, δι' ὧν πᾶσα ἡμῖν ὑποπέπτωκεν ἡ περίγειος κτίσις, βά-

A Quomodo in matris ejus alvum inclusæ coaluerunt, figuram ac formam acceperunt, commotæ sunt, auctæ sunt? Quomodo ros ille perexiguus, plurimas Epicuri atomos cum advocasset, alias in cutem carnemque mutatas convestivit, aliis in ossa conversis erectior ac solidior constitit, aliis nervorum complexu illigatus est? Quo denique modo vim tantam membrorum aliorum, viscerum, intestinorum, sensus instrumentorum, intrinsecus extrinsecusve conflavit, qua vivum ac spirans corpus efficeret? B Nam ex illis quidem omnibus otiosum nihil est, nihil inutile, non pili, non ungves, non cætera, quæ abjectissima videri possint: omnia vel ad constituendam ejus integritatem, vel ad speciem dignitatemque conducunt. Nec enim usui duntaxat uni Providentia, sed etiam pulchritudini ac formæ prospicit. Itaque totius capitis propugnaculum quoddam ac tegumentum coma est: barba Philosophi decus & ornamentum. Illa igitur integri corporis humani naturam ex partibus necessariis omnibus coagmentavit, membrisque C omnibus cum mutuam inter se communionem indidit, tum ex totius etiam opibus prolixe admodum ac liberaliter admensa est. Et membra quidem potissima, qvam vim & facultatem habeant, usu & experientia ipsi etiam idiotæ norunt: Capitis principatus, circa Cerebrum tanqvam Imperatorem, sensuum in Acropoli excubiæ atque præsidia, progredientes oculi, aures nuncios perferentes, gustatus velut commeatum annonamq; convehens, olfactus indagans quodammodo atque vestigans, tactus subdita omnia digerens & ordinans. (Nunc e-D nim ex sapientissimæ Providentiæ operibus summatim pauca tantum aliqua percurrimus, iidem paulo post, cum adversus illum, cujus major est eruditionis opinio, disputabimus, uberius Deo duce, ac plenius omnia persequemur.) Manuum ergo deinceps ministerium, quæ omnis generis functiones obeunt, artesque moliuntur singularis ingenii, propriis quibusque facultatibus ad unam functionum societatem instructæ: humeri gestandis oneribus idonei, digitorum prehensiones, flexiones cubitorum, qvæ uti res vel attrahere possint vel depellere, intrinsecus extrinsecusque versantur: Pedum obseqvium, per qvos creata circa terram omnia nobis obsecundant,

quibus terræ peragrantur, navigantur maria, fluvii trajiciuntur, omnium commercia cum omnibus ineuntur. Venter ciborum ærarium, membris omnibus suo quibusque loco & ordine collocatis, justam per sese annonam distribuens, & quicquid superfluum est, ejiciens. Ac cætera, quorum vi humanæ firmitatis & conservationis ratio continetur. Horum usus in stultis æque sapientibusque similis est, cognitio dissimilis. Alii quippe quam animo Divinitatem informarint, ad eam, ut quæ rerum omnium scientissima sit, atque in se ipsos beneficentissima, totam referunt hujus œconomiæ rationem, quod eam superioris cujusdam prorsusque divinæ cum Sapientiæ tum potestatis opus existiment: alii contra insulse admodum, fortunæ & casui administrationem summa dignissimam admiratione defendunt. At vero efficaciorem adhuc rerum istarum considerationem, & partium interiorum rationem, Medici quidem altius diligentiusq; rimati, ac vehementius admirati, Divinitatem naturæ tribuerunt: nos eam postea, jejune fortassis & exiliter, at pro facultate nostra perseqvemur. Nunc ut universe hoc summatimque dicamus, Ecquis obsecro, totum hoc tabernaculum fabricatus est, sublime, altum, erectum, elegans, ad sensum, motum, actionem, & omne quidem actionis genus tam egregie comparatum? Ista videlicet atomorum multitudo rationis expers. At illæ, ut maxime conveniant, ne luteam quidem imaginem formare, aut lapideum simulacrum perpolire, aut argenteum vel aureum idolum conflare possint: quorum omnium proprias manuum artes, fingendis aptas corporibus, hominum excogitavit industria. Quorum igitur sine sapientia vel adumbrari species informariq; non possit, horum vera ipsa exemplaria, qui tandem existere per sese temereque potuerunt? Jam animum ipsum, mentem, atque rationem Philosophus unde habet? Ea-ne ab inanimis, & mentis ac rationis expertib⁹ atomis emendicavit, quæ sibi aliquam singulæ notionem dogmaque proprium infuderint? & quemadmodum Pandoram a Diis Hesiodus fabulatur, sic ab atomis absoluta hominis sapientia fuerit? Ita Poesin deinceps omnem, omnemq; Musicam, Astronomiam, Geometriam, cæterasq; doctrinas, Deorum inventa Græci atq; instituta vocare desinãt: solæ omnium peritæ, ac sapientes Atomi,

A σιμος ἡ γῆ, πλωτὴ ἡ θάλασσα, περάσιμοι οἱ ποταμοὶ, καὶ πάντων πρὸς πάντα ἐπιμιξία. γαστὴρ ταμεῖον τροφῶν, πᾶσι τοῖς συντεταγμένοις μέλεσιν, ἐξ ἑαυτῆς ἐν μέτρῳ τὸ στηρέσιον διανέμουσα, καὶ τὸ περιττεῦον ἐκπεμπομένη. καὶ τὰ ἄλλα δι' ὅσων ἐμφανῶς ἡ διοίκησις τῆς ἀνθρωπείας μεμηχάνηται διανομῆς. (γρ. διαμονῆς) ὧν ὁμοίως τοῖς ἄφροσιν ἔχοντες οἱ σοφοὶ τὴν κρῆσιν, οὐκ ἴσχουσι τὴν γνῶσιν. (γρ. χρῆσιν) οἱ μὲν γὰρ εἰς ἣν ἂν οἰηθῶσιν ἀθεότητα, (γρ. θεότητα) τὴν ἐπιστη-
B μονικωτάτην περὶ πάντων, καὶ τὴν εἰς ἑαυτοὺς εὐεργετικωτάτην ἀναφέρουσιν οἰκονομίαν, κρείττονος καὶ θείας ὄντως φρονήσεώς τε καὶ δυνάμεως ἔργον αὐτὴν εἶναι πεπεισμένοι· οἱ δὲ, συντυχίᾳ καὶ συμπτώσει τῶν ἀτόμων, ἀσκόπως τὴν θαυμασιωτάτην καλλιεργίαν ἀνατιθέασι. Τὴν δὲ ἐνεργεστέραν ἔτι τούτων ἐπίσκεψιν, καὶ τὴν τῶν ἐνδοθιδίων διάθεσιν, Ἰατροὶ μὲν ἀκριβῶς διερευνησάμενοι καὶ καταπλαγέντες, ἐξεθείασαν τὴν φύσιν· ἡμεῖς δὲ ὕστερον ὡς ἂν
C οἷοί τε γενώμεθα, κἂν ἐπιπολῆς, ἀναθεωρήσομεν. καθόλου δὲ καὶ συλλήβδην, ὅλον τοῦτο τὸ σκῆνος τίς τοιοῦτον ἐσκηνοποίησεν, ὑψηλὸν, ὄρθιον, εὔρυθμον, εὐαίσθητον, εὐκίνητον, εὐεργὸν, πανεργόν; ἡ τῶν ἀτόμων ἄλογος, φασὶ, πληθύς. ἀλλ' οὐδ' ἂν εἰκόνα πηλίνην ἐκεῖναι συνελθοῦσαι πλάσαιεν, οὐδ' ἀνδριάντα λίθινον ξέσαιεν, οὐδ' ἂν εἴδωλον ἀργυροῦν ἢ χρυσοῦν χωνεύσασαι προσαγάγοιεν. ἀλλὰ τέχναι καὶ χειρουργίαι τούτων, ὑπ' ἀνθρώπων εὕρηνται σωματουργῶν. (γρ. σωματοεργῶν) ὧν δὲ ἀπεικασίαι καὶ
D σκιαγραφίαι δίχα σοφίας οὐκ ἂν γένοιντο, πῶς τὰ ἀληθῆ καὶ πρωτότυπα τούτων αὐτομάτως συμβέβηκε; Ψυχὴ δὲ, καὶ νοῦς καὶ λόγος, πόθεν ἐγγέγονε τῷ φιλοσόφῳ; ἢ παρὰ τῶν ἀψύχων καὶ ἀνοήτων καὶ ἀλογίστων ἀτόμων ταῦτ' ἠρανίσατο, κἀκείνων αὐτῷ τι ἑκάστη νόημα καὶ δόγμα ἐνέπνευσεν; καὶ ὥσπερ ὁ Ἡσιόδου μῦθος, τὴν Πανδώραν φησὶν ὑπὸ τῶν Θεῶν, οὕτως ἡ σοφία τἀνδρὸς ὑπὸ τῶν ἀτόμων συνετελέσθη; καὶ Ποίησιν δὲ πᾶσαν, καὶ πᾶσαν Μουσικὴν, Ἀστρονομίαν τε, καὶ Γεωμετρίαν, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιστήμας, οὐκέτι Θεῶν εὑρήματα καὶ παιδεύματα φήσουσιν Ἕλληνες εἶναι, μόναι δὲ γεγόνασιν ἔμπειροι καὶ σοφαὶ πάντων αἱ Ἄτομοι.

» Μοῦσαι. ἡ γὰρ ἐκ τῶν ἀτόμων Ἐπικούρου
» Θεογονία, τῶν μὲν ἀπείρων κόσμων ἔξορός
» ἐστιν, εἰς δὲ τὴν ἄπειρον ἀκοσμίαν πεφυγά-
» δευται.

A Musæ celebrentur. Nam illa qvidem ex »
Atomis Epicuri Theogonia, ex infinitis et- »
iam mundis exulavit, in infinitam pertur- »
bationis vastitatem ejecta. »

κζ.

ΟΤΙ ΟΥΚ ΕΠΙΠΟΝΟΝ ΤΩ ΘΕΩ ΤΟ ἐργάζεσθαι. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

XXVII.

OPERUM SUORUM MOLITIonem Deo laboriosam ac molestam non esse. Ex eodem.

» Ἐργάζεσθαι δὲ γε καὶ διοικεῖν, καὶ
» εὐεργετεῖν τε, καὶ προκήδεσθαι, καὶ τὰ τοι-
» αῦτα, τοῖς μὲν ἀργοῖς, καὶ ἄφροσι, καὶ ἀσθε-
» νέσι, καὶ κακούργοις, ἴσως ἐπαχθῆ, οἷς ἐγκα-
» τέλεξεν ἑαυτὸν Ἐπίκουρος, τοιαῦτα φρονήσας
» περὶ τῶν Θεῶν. τοῖς δ' σπουδαίοις, καὶ δυνατοῖς, καὶ
» συνετοῖς, καὶ σώφροσιν, οἵους εἶναι χρὴ τοὺς
» Φιλοσόφους· πόσῳ γε μᾶλλον τοὺς Θεούς; οὐχ
» ὅπως ἀηδῆ ταῦτα καὶ προσάντη, ἀλλὰ καὶ
» τερπνότατα, καὶ πάντων μᾶλλον ἀσπαστότα-
» τα, οἷς τὸ ἀμελὲς, καὶ τὸ μέλλειν τι πράττειν
» τῶν χρηστῶν, ὄνειδος, ὡς ἐκείνους τε Ποιητὴς νου-
» θετεῖ συμβουλεύων,
» Μηδ' ἀναβάλλεσθαι εἰς αὔριον
» καὶ προσεπαπειλῶν,
» Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτῃσι παλαίει·
» Ἡμᾶς τε σεμνότερον παιδεύει Προφήτης, θεο-
» πρεπῆ μὲν ὄντως ἔργα τὰ κατ' ἀρετὴν ὑπάρ-
» χειν λέγων, τὸν δὲ ὀλιγωροῦντα τούτων, ἐξά-
» γιστον. Ἐπικατάρατος γὰρ ὁ ποιῶν τὰ ἔργα
» Κυρίου ἀμελῶς. εἶτα καὶ τοῖς μὲν ἀμαθέσιν
» ἡττωμένοις τέχνης καὶ ἀτελέσιν, διὰ τὸ τῆς
Io. ἀηθει. πείρας " ἀληθὲς καὶ τὸ τῶν ἔργων ἀτε-
pag 457. λὲς, κάματος ἐγγίνεται ταῖς ἐπιχειρήσεσιν.
» οἱ δὲ προκόπτοντες, καὶ μᾶλλον ἔτι οἱ τέλειοι,
» ῥᾳδίως ἃ μετίασι κατορθοῦντες γάννυνται,
» καὶ μᾶλλον ἂν ἕλοιντο τὰ εἰωθότα πράττον-
» τες ἀνύειν καὶ τελεσιουργεῖν, ἢ πάντα σφίσιν
» ὑπάρξαι τὰ ἐν ἀνθρώποις ἀγαθά. Δημό-
» κριτος γοῦν αὐτὸς, ὥς φασιν, ἔλεγε βού-
» λεσθαι μᾶλλον μίαν εὑρεῖν αἰτιολογίαν, ἢ
» τὴν Περσῶν οἱ βασιλείαν γενέσθαι· καὶ ταῦτα,
» μάτην καὶ ἀναιτίως αἰτιολογῶν, ὡς ἂν
» ἀπὸ κενῆς ἀρχῆς, καὶ ὑποθέσεως πλανω-
» μένης ὁρμώμενος, καὶ τὴν ῥίζαν, καὶ τὴν
» κοινὴν ἀνάγκην τῆς τῶν ὄντων φύσεως οὐχ ὁ-
» ρῶν, σοφίαν δὲ μεγίστην ἡγούμενος, τὴν τῶν ἀσόφως καὶ ἠλιθίως συμβαινόντων κατανόη- »

B MOLIRI aliqvid, administrare, bene- »
facere, providere, aliaqve similia, in- »
ertibus qvidem ac stultis, debilibus ac ne- »
qvam, molesta forte sint, quorum se nume- »
ro, dum talia de Diis sentit, Epicurus adjun- »
git. At vero studiosis, valentibus, indu- »
striis, atqve solertibus, cujusmodi Philoso- »
phos (qvanto magis Deos?) esse oporte- »
at; non modo non injucunda hæc atqve »
aspera, verum etiam jucundissima sunt, »
omniumqve svavissima: qvibus negligen- »
tia rerumqve bonarum procrastinatio de- »
decori vertitur; ad qvos illud commonen- »
C tis Poetæ consilium pertinet, »
— Cras ne expectato: »
»
Cui mox comminationem hanc adjungit, »
Cunctator damnis semper luctatur acerbis. »
»
At nos gravius instituit Propheta, dum & »
actiones cum virtute conjunctas Deo vere »
dignas esse pronuntiat, & nefarium illum, a »
quo negligantur, appellat. *Maledictus e-* »
nim, qui facit opera Domini negligenter. De- »
inde ut in quavis arte rudes & inchoati, pro- »
D pter experientiæ novitatem, atqve operum »
insolentiam, dum ad rem sese primum ac- »
cingunt, molestiam patiuntur: ita qui ali- »
quid profecere, multoqve magis qui perfe- »
cti jam sunt, ii qvæ susceperint dum faciles »
feliciterqve conficiunt, exultant animis, ac »
solennium operum absolutionem, bonis ho- »
minum omnibus anteponunt. Et vero »
Democritus ipse, causam unam aliqvam, ut »
ferunt, invenire, quam sibi Persarum impe- »
rium obvenire maluisset: atq; id homo qui »
causas frustra causisq; sublatis inqvireret, »
cum inane principium, ac plenam erroris »
hypothesin sequutus, atq; in radice commu- »
niq; naturæ rerum necessitate cæcutiens, eo- »
rum qvæ imprudenter stolideq; contingerēt »
notitiam, summæ sapientiæ genus putaret, »
»

fortunamque rerum universalium atq; divinarum dominam reginamque constituens, cæteraque omnia ejus arbitrio fieri pronuntians, eandem tamen ab humanæ vitæ commercio procul ablegaret, quique illam colerent, insulsos esse convinceret. Sane quidem ipsomet institutionum suarum exordio, sic loquitur: Homines, inquit, dum stultitiæ suæ velum quærerent, Vanum Fortunæ simulacrum finxerunt: (pugnat enim suapte natura cum fortuna consilium,) inimicissimamque prudentiæ dominari voluerunt; tametsi potius hac etiam exterminata funditusque sublata, ejus in locum alteram illam sufficiunt; nec enim fortunatam isti prudentiam, sed prudentissimam canunt celebrantque fortunam. Porro utilium vitæ operum Moderatores omnes, navanda suis opera maxime delectantur, laudemque simul & gloriam cum laboribus suis pro communi salute susceptis compensari volunt: alii quidem alendo, regendo alii, alii medendo, alii rempublicam gerendo: ipsique adeo Philosophi suo illo instituendorum hominum conatu ac studio majorem in modum efferuntur. Audebunt-ne vero Epicurus & Democritus dicere, molestum sibi atque invisum esse philosophandi munus? Imo non aliam profecto huic animi voluptatem anteponant: Etsi enim bonum voluptatem omnem esse statuunt, hoc tamen dicere verebuntur, philosophari sibi non esse vulgari voluptate jucundius. Deos porro, quos Poetæ quidem *bonorum auctores* prædicant, Philosophi vero isti, nullius omnino boni vel auctores esse, vel participes ridendo jactant; Deos, inquam, illos, quibus tandem rationibus ut Deos esse putent adducuntur; quos nec præsentes videant, nec rerum quicquam molientes: (quod sequuti saltem videntur, qui Solem, Lunam, ac Stellas admirati, Θεοὺς hoc est Deos, διὰ τὸ θεῖν, id est, a currendo vocatos esse dixerunt) nec ullo prorsus in operum aut functionum genere versati credant, ut eos ἐκ τοῦ θεῖναι, hoc est ab efficiendo θεοποιήσωσι, Deos efficiant: (propterea quippe omnium Effector atque Molitor unus vere Deus est,) nullo denique vel gubernationis, vel judicii, vel beneficii vinculo cum hominibus teneri velint, ut cultum iis aliquem vel metu, vel honoris causa debeamus? Num Epicurus forte, cum ultra mundum hunc prospiciens, ac cœlestem illum ambitum prætergressus, aut per occultum quoddam posticum, sibique soli

σιν, καὶ τὴν τύχην, τὴν μὲν καθόλου καὶ τῶν θείων δέσποιναν ἐφιστὰς καὶ βασιλίδα, καὶ πάντα γίνεσθαι κατ᾽ αὐτὴν ἀποφαινόμενος, τῶ δὲ τῶν ἀνθρώπων αὐτὴν ἀποκηρύττων βίου, καὶ τοὺς προσέχοντας αὐτὴν ἐλέγχων ἀγνώμονας. τῶν γοῦν ὑποθηκῶν ἀρχόμενος λέγει· Ἄνθρωποι τύχης εἴδωλον ἐπλάσαντο, πρόφασιν ἰδίης ἀνοίης. φύσει γὰρ γνώμῃ τύχη μάχεται· καὶ τὴν ἐχθίστην τῇ φρονήσει ταύτην αὐτὴν ἔφασαν κρατεῖν· μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην ἄρδην ἀναιροῦντες, καὶ ἀφανίζοντες, ἐκείνην ἀντικαθιστᾶσιν αὐτῆς. οὐ γὰρ εὐτυχῆ τὴν φρόνησιν, ἀλλ᾽ ἐμφρονεστάτην ὑμνοῦσι τὴν τύχην. Οἱ μὲν οὖν τῶν βιωφελῶν ἔργων ἐπιστάται, ταῖς πρὸς τὸ ὁμόφυλον ἐπικουρίαις ἀγάλλονται, ἐπαίνου τε ὀρέγονται καὶ κλέους ἐφ᾽ οἷς αὐτῶν προκάμνουσιν, οἱ μὲν τρέφοντες, οἱ δὲ κυβερνῶντες, οἱ δ᾽ ἰώμενοι, οἱ δὲ πολιτευόμενοι. οἱ δέ γε φιλόσοφοι, καὶ σφόδρα παιδεύειν ἐπιχειροῦντες ἀνθρώπους φρυάττονται. Ἦ τολμήσουσιν Ἐπίκουρος ἢ Δημόκριτος εἰπεῖν, ὡς ἀχθόμενοι φιλοσοφοῦντες; ἀλλ᾽ οὐδὲ θυμηδίαν ταύτης ἂν ἑτέραν προθεῖντο. καὶ γὰρ εἰ τὸ ἀγαθὸν ἡδονὴν εἶναι φρονοῦσιν, ἀλλ᾽ αἰδεσθήσονταί γε μὴ λέγειν ἥδιον αὐτοῖς εἶναι τὸ φιλοσοφεῖν. Τοὺς δὲ Θεοὺς περὶ ὧν οἱ μὲν Ποιηταὶ παρ᾽ αὐτοῖς ᾄδουσι, δωτῆρας ἑάων· οὗτοι δὲ οἱ φιλόσοφοι μετά τινος θείας διαφημοῦσι, Θεοὶ πάντων ἀγαθῶν ἀδώρητοι καὶ ἀμέτοχοι· καὶ τίνι τρόπῳ τεκμηριοῦνται Θεοὺς εἶναι, μήτε παρόντας καὶ πράττοντάς τι ὁρῶντες, ὡς οἱ τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην καὶ τοὺς Ἀστέρας θαυμάσαντες, διὰ τὸ θεῖν ἔφασαν κεκλῆσθαι Θεούς· μήτε τινὰ δημιουργίαν αὐτοῖς ἢ κατασκευὴν προσνέμοντες, ἵν᾽ ἐκ τοῦ θεῖναι, τοῦτ᾽ ἔστι ποιῆσαι, θεοποιήσωσιν αὐτούς· (τούτου γὰρ ἕνεκα πρὸς ἀλήθειαν ὁ τῶν ἁπάντων Ποιητὴς καὶ Δημιουργὸς μόνος ἐστὶ Θεός·) μήτε διοίκησιν, ἢ κρίσιν, ἢ χάριν αὐτῶν τινα πρὸς ἀνθρώπους ἐκτιθέμενοι, ἵνα φόβον ἢ τιμὴν ὀφλήσαντες προσκυνήσωμεν αὐτοῖς; ἢ τοῦ κόσμου προκύψας Ἐπίκουρος, καὶ τὸν οὐράνιον ὑπερβὰς περίβολον, ἢ διά τινων κρυφίων ὧν μόνος ᾔδει, ἐξελθὼν πυλῶν, οὓς ἐν τῷ

κενῷ κατεῖδε Θεούς, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐμακάρισε τρυφήν; κἀκεῖθεν ἐπιθυμητὴς γενόμενος τῆς ἡδονῆς, καὶ τῆς ἐν τῷ κενῷ ζηλωτὴς διαίτης, οὕτω πάντας ἐπὶ τὴν μακαρισμοῦ τούτου μετουσίαν, ἐξομοιωθησομένους ἐκείνοις τοῖς θεοῖς, παρακαλεῖ· συμπόσιον αὐτοῖς μακάριον, οὐχ ὅπερ οἱ Ποιηταί, τὸν Οὐρανὸν ἢ τὸν Ὄλυμπον, ἀλλὰ τὸ κενὸν συγκροτήσας, ἔκ τε τῶν " ἀτόμων τὴν ἀμβροσίαν αὐτοῖς παραθείς, καὶ προπίνων αὐτοῖς ἐξ ἐκείνων τὸ νέκταρ; καὶ B δὴ κατ᾽ ἐκείνων τῶν μηδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὅρκους τε καὶ ὁρκισμοὺς μυρίους τοῖς ἑαυτοῦ βιβλίοις ἐγγράφει, ὀμνύς τε συνεχῶς μὰ Δία καὶ νὴ Δία, ἐξορκῶν τε τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ πρὸς οὓς διελέγετο, πρὸς τῶν Θεῶν, οὔ τί που δεδιὼς " αὐτὸς, ἢ δεδιττόμενος ἐκεῖνος τὴν ἐπιορκίαν, κενὸν δὲ τοῦτο, καὶ ψευδὲς, καὶ ἀργὸν, καὶ ἄσημον ἐπιφθεγγόμενος τοῖς λόγοις αὐτοῦ παράρτημα, οἷον εἰ καὶ χρέμπτοιτο καὶ πτύοι, τό, τε πρόσωπον στρέφοι, καὶ τὴν χεῖρα κινοίη. τοιαύτη γὰρ ἀδιανόητος ἦν ἡ παρ᾽ αὐτῷ καὶ ματαία ὑπόκρισις, ἡ τῶν Θεῶν ὀνομασία. ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρόδηλον, ὅτι μετὰ τὸν Σωκράτους θάνατον καταπεπληχὼς Ἀθηναίους, ὡς μὴ δοκοίη τοῦθ᾽ ὅπερ ἦν, ἄθεος εἶναι, κενὰς αὐτοῖς ἀνυποστάτων Θεῶν τερατευσάμενος ἐζωγράφησε σκιάς. οὔτε γὰρ εἰς οὐρανὸν ἀνέβλεψε νοεροῖς ὀφθαλμοῖς, ἵνα τῆς ἐναργοῦς ἄνωθεν φωνῆς ἀκούσῃ, ἧς ὁ προσεκτικὸς θεατὴς κατακούσας ἐμαρτύρησεν, ὅτι οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. οὔτε τῇ διανοίᾳ κατεῖδεν εἰς τοὔδαφος. ἔμαθε γὰρ ἄν, ὅτι τοῦ ἐλέους Κυρίου πλήρης ἡ γῆ, καὶ ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. καὶ μετὰ ταῦτα γάρ φησι, Κύριος εἰς τὴν γῆν ἐπέβλεψε, καὶ ἐνέπλησεν αὐτὴν τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ. " ψυχὴν παντὸς ζώου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς. εἰ δὲ μὴ σφόδρα τυφλώττουσιν, ἐπισκεψάσθωσαν τὴν παμποίκιλον τῶν ζώων πολυπλήθειαν, τὰ χερσαῖα, τὰ πτηνά, τὰ ἔνυδρα, καὶ κατανοησάτωσαν ὡς ἀληθὴς ἐπὶ τῇ πάντων " κρίσει γέγονεν ἡ μαρτυρία τοῦ Δεσπότου, Καὶ πάντα κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόσταξιν πέφηνε καλά.

γρ. ἀτμῶν. ἴσ. αὐτοῦ. Pag. 458. ἴσ. ψυχῆ. ἴσ. κρίσει.

Anorum egressus, Deos in vacuo degentes vidit, ac summam eorum tantis in deliciis felicitatem admiratus, voluptatem inde concupiscit, atqve illam quæ in vacuo ducitur vitam æmulatus, omnes continuo tanqvam Deorum illorum similes futuros, ejus ad felicitatis communionem ac societatem invitat. Quibus ille cœnaculum, non jam Cœlum aut Olympum, ut Poetæ, sed Vacuum instruit, contectam ex atomis apponens ambrosiam, indidemqve haustum nectar propinans. Cæterum iis de rebus, qvæ nihil ad nos pertineant, mille juramenta sacrasqve obtestationes suis passim libris inferciens, per Jovem assidue vel negat aliqvid vel affirmat, Lectoresqve suos, & eos quibuscum ipse disputat, Deorum obstringit religione, non quod illos ipse vereatur, aut perjurium ullo modo reformidet; sed inanem hanc atqve mendacem, vanamqve ac nihil omnino significantem disputationum suarum appendicem effutiens, non aliter ac si excreet aut expuat, aut convertat vultum, aut manum commoveat. Ejusmodi quippe omnis ista Deorum appellatio C est, superflua quædam ac sensus expers studiiqve simulatio. At illud quidem longe certissimum, cum Athenienses a Socratis interitu metueret, ne qualis erat atheos esse videretur, vacuas iis leviculorum Deorum umbras novum circulatorem informasse. Nec enim profecto aut spiritalibus unqvam oculis suspexit in cœlum, ut clarissimam illam superioribus e locis vocem exaudiret, qua intentus ille contemplator afflatus cum esset, exclamavit, *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat Firmamen-* D *tum.* (Psal. 18. 2.) Aut vero solum ipsum mente despexit; hoc enim si fecisset, didicisset utiqve, qvod *Misericordia Domini plena est terra,* (Psal. 32. 5.) qvodqve, *Domini est terra, & plenitudo ejus.* Et illud, *Post hæc enim*, inqvit, *Dominus in terram respexit, & implevit illam bonis suis.* (Eccl. 16. 30.) *Anima omnis animantis operuit faciem ejus.* Qui si nimia cæcitate non laborant, tantam illam ac tam variam animantium multitudinem contemplentur, terrenarum, volatilium, aqvatilium, ac demum intelligant, qvam verum hoc in omnium procreatione testimonium fuerit, *Et omnia secundum ejus mandatum extiterunt bona.*

Hæc mihi e pluribus libata sunt atqve de-A cerpta, quæ Dionysius Episcopus æqualis noster adversus Epicurum disputavit. Jam vero tempus est, ut ad Aristotelem transeamus, simulqve Stoicorum Philosophorum sectam, ac cætera egregiorum Physiologorum genera videamus, ut nostri ab iis quoque dissidii rationem atque defensionem, hominibus reprehendendi cupidis probare conemur.

Ταῦτά μοι ἀπὸ πλείστων ἐξειλέχθω τῶν πρὸς Ἐπίκουρον Διονυσίου τοῦ καθ' ἡμᾶς Ἐπισκόπου πεποιημένων. μετελθεῖν δὲ καιρὸς ἤδη πρὸς τοὺς περὶ τὸν Ἀριστοτέλην, καὶ τὴν τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων αἵρεσιν, τά τε λοιπὰ τῆς τῶν θαυμαστῶν Φυσιολόγων ἐπιθεωρῆσαι, ὡς ἂν τῆς τούτων ἀναχωρήσεως, τὸν ἐξ ἡμῶν ἀπολογισμὸν παράσχωμεν τοῖς φιλεγκλήμοσιν.

FINIS LIBRI DECIMI QVARTI.



ΠΡΟΠΑ-



ΠΡΟΠΑΡΑΣΚΕΥΗΣ ΕΥΑΓΓΕΛΙΚΗΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ.

PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ

LIBER DECIMUS QVINTUS.

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΤΟ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑΤΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

LIBRI DECIMI QVINTI CAPITA

A

I. PROOEMIUM, QVO TOTIUS Operis Argumentum explicatur.

CUM ingens operæ pretium me facturum putarem, si qvam Deorum multitudinem communis ille populorum omnium error invexerat, in ipso Evangelicæ Præparationis limine B coarguerem: quo facilius postea discessus ab illis nostri plenum æqvitatis ac sapientiæ consilium probaretur: non eas modo fabulas, qvas ipsimet eorum Theologi ac Poetæ, suis de Numinibus, comico prorsus more docuerunt; verum etiam honestiores illas planeqve reconditas, qvæ ex natura ducuntur, explicandi rationes, qvasqve sursum in Cœlum, ac cæteras mundi partes egregiæ Philosophiæ vis facultasqve traducit, ante omnia primis tribus Libris diligenter excussi. Qvanqvam in iis speciosum hoc totum C philosophandi genus repudiandum esse, vel ipsi eorum Theologi confitentur. Atq; id sane diligenter in primis observandum, quos illi vetustissimos omnium Theologos habuerunt, eos præter nudam rerum historiam agnovisse nihil, solis inhæsisse fabulis, pluribus testimoniis constitisse. Quo factum proinde sit, ut in omnibus passim urbibus atqve pagis, uti a veteribus concepta fuerant omnia, Deorum religiones atqve mysteria, jactatis pridem fabulis consentanea traderentur. Imo etiamnum Deorum vulgo nuptiæ, liberorum procreationes, luctus, temulentæ perpotationes, aliorum errores, amores aliorum, iræ, ac cæteræ omnis ge- D neris calamitates, & casus, prout ab antiqvissimis illis traditum atq; præscriptum est, tam in sacris, quam in hymnis, ac Deorum in honorem editis carminibus, solenni ritu celebrantur. Sed tamen liberalius agere placuit, ac totam illam naturalium etiam accomodationum pompam ac speciem, tanta verborum ambitione jactatam, & inventas a Sophistis atqve Philosophis enarrationes ob oculos ponere. Deinde qvæ ad decantata ipsorum oracula pertinebant, simulq; celebratam a plurimis illā qvidem, sed tamen vanam Fati opinionem, perspicuis aliorū trium librorum argumentis confutatam nudavi:

α. ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΠΕΡΙ ΑΠΑΣΗΣ ΤΗΣ Υποθέσεως.

ΤΗΝ πολύθεον τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πλάνην ἐν ἀρχαῖς τῆς Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς ἀπελέγξαι προὐθέμην, ἐπὶ συστάσει καὶ ἀπολογίᾳ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀναχωρήσεως, ἣν μετ' εὐλόγου κρίσεως πεποιήμεθα· οὐ μόνον τοὺς μύθους, οὓς δὴ περὶ τῶν οἰκείων Θεῶν παῖδες τῶν παρ' αὐτοῖς Θεολόγων τε καὶ Ποιητῶν κεκωμῳδήκασιν, ἀλλὰ καὶ τούτων τὰς σεμνοπρεπεῖς δὴ καὶ ἀπορρήτους Φυσιολογίας, ἄνω που εἰς οὐρανὸν καὶ τὰ κόσμου μέρη πρὸς τῆς γενναίας Φιλοσοφίας μετενηνεγμένας, πρώτιστα πάντων ἐν τρισὶ τοῖς πρώτοις Συγγράμμασι διηρευνησάμην· καίτοι μηδὲν τὸ παράπαν ἐν τούτοις χρῆναι σεμνολογεῖν τῶν Θεολόγων αὐτῶν ἀποφηναμένων. τηρητέον γοῦν, ὡς ὅτι μάλιστα οἱ πρεσβύτεροι τῶν παρ' αὐτοῖς Θεολόγων οὐδέν τι πλέον τῆς ἱστορίας εἰδότες, μόνοις δὲ τοῖς μύθοις προσανέχοντες ἐμαρτυρήθησαν. ὅθεν εἰκότως ἐν πάσαις πόλεσί τε καὶ κώμαις, κτ τὰς τῶν παλαιῶν διηγήσεις, Θεῶν τελεταὶ καὶ μυστήρια, σύμφωνα τοῖς τῶν προτέρων μυθικοῖς διηγήμασι παραδέδοται. ὡς εἰσέτι καὶ νῦν τῶν Θεῶν γάμους καὶ παιδοποιΐας, θρήνους τε καὶ μέθας, καὶ τῶν μὲν πλάνας, τῶν δ' ἔρωτας, τῶν δὲ ὀργάς, τῶν δὲ ἑτέρας παντοίας συμφοράς τε καὶ περιστάσεις, ἀκολούθως τοῖς ὑπὸ τῶν παλαιοτάτων μνημονευομένοις, κατά τε τὰς τελετάς, ἔν τε τοῖς ὕμνοις, καὶ ταῖς εἰς τοὺς Θεοὺς αὐτοὺς πεποιημέναις ᾠδαῖς περιλαμβάνειν. πλὴν ὅμως ἐκ περιουσίας καὶ τὸν τύπον αὐτῶν τὰς πετραγῳδημένας ἐν Φυσικαῖς ἀποδόσεσι κομπείας, τάς τε τῶν Σοφιστῶν καὶ Φιλοσόφων εὑρεσιλογίας εἰς Φανερὸν ἤγαγον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν περὶ τῶν βοωμένων χρηστηρίων λόγον, τήν τε παρὰ τοῖς πολλοῖς διαπεθρυλλημένην περὶ εἱμαρμένης ψευδῆ δόξαν ἐν ἑτέροις τρισὶ τοῖς ἑξῆς μετὰ τὰ πρῶτα συγγράμμασι, λευκοῖς τοῖς ἐλέγχοις ἀπεγύμνωσα,

οὐ μόνοις τοῖς οἴκοθεν ἐπιχειρήμασιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς αὐτῶν μάλιστα τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων φωναῖς εἰς τὸν κατ' αὐτῶν ἔλεγχον συγκεχρημένος. Μεταβὰς δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ Ἑβραίων λόγια, ὅσοι ποτὲ λογισμοῖς τὴν ἐν τούτοις περιεχομένην δογματικὴν θεολογίαν, τήν τε κατὰ τήνδε ἱστορίαν ἅπασαν, καὶ πρὸς αὐτῶν

V. Not. Ἑλλήνων μεμαρτυρημένην, ἐν ἰσαρίθμοις αὖ πάλιν λόγων συντάξεσι παρεστησάμην. εἶθ' ἑξῆς τὸν Ἑλληνικὸν ἀπελέγξας τρόπον, ὅπως τε πάντα παρὰ βαρβάρων ὠφέληνται, καὶ ὡς οὐδὲν οἴκοθεν σεμνὸν ἐπάγονται μάθημα, καὶ τήν γε τῶν χρόνων ἀντιπαράθεσιν, καθ' οὓς Ἑλλήνων τε οἱ βοώμενοι, Ἑβραίων τε οἱ προφῆται γεγόνασιν, εἰς φῶς ἀγαγὼν αὖθις διὰ τῶν μετὰ ταῦτα τριῶν, τὴν τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων φιλοσόφων πρὸς τὰς Ἑβραίων δόξας συνδρομὴν ἐπέδειξα, αὐτὰς πάλιν τὰς οἰκείας τῶν ἀνδρῶν φωνὰς μάρτυρας ποιησάμενος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑτεροδοξοῦντας ἡμῖν τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων, οὐ πρὸς ἡμᾶς μόνους, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς σφῶν οἰκείους διεστῶτας, ὑπό τε τῶν γνωρίμων ἀνατετραμμένους, ἐν τῷ πρὸ τούτου συγγράμματι κατεφώρασα· διὰ τούτων ἁπάντων τῆς ἡμετέρας γνώμης τὸ

Pag. 461. κριτήριον ἀδέκαστον ἐπιδεικνὺς τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἔργοις τε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ αὐτοῖς πράγμασι τὰς ἀποδείξεις, ὅτι μὴ ἀσκόπως ἡμᾶς, κεκριμένῳ δὲ καὶ σώφρονι λογισμῷ, πρὸ τῆς Ἑλλήνων τὴν Ἑβραίων ὁμοῦ παλαιὰν καὶ ἀληθῆ φιλοσοφίαν τε καὶ εὐσέβειαν ἐπανῃρῆσθαι, παρεχόμενος. ὃ καὶ συνέστη διὰ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν φωνῶν παραθέσεως. ἧς εἰσέτι δεῦρο τὸν ὕστατον ἐπέχοντες λόγον, πεντεκαιδέκατον ὄντα τῆς ἐν χερσὶ πραγματείας, τὸ λεῖπον τοῖς διεξωδευμένοις ἀποδώσομεν, τὰ σεμνὰ τῆς γενναίας τῶν Ἑλλήνων φιλοσοφίας ἔτι καὶ νῦν εἰς φῶς ἕλκοντες, πρὸ ὀφθαλμῶν τε τοῖς πᾶσι τὴν ἐν αὐτοῖς ἀκριβομάθειαν ἀπογυμνοῦντες, καὶ πάντων γε πρότερον παριστῶντες, ὅτι μὴ ἀγνοίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς θαυμαζομένων, ὀλιγωρίᾳ δὲ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀνωφελοῦς σχολῆς, ἥκιστα αὐτῶν πεφροντίκαμεν, τῇ τῶν κρειττόνων ἀσκήσει τὰς ἑαυτῶν ἀναθέντες ψυχάς. Τούτου δὴ οὖν σὺν Θεῷ διὰ τῆς ἀληθείας ἡμῖν ἐπισφραγισθέντος, τὰ μὲν τῆς Προπαρασκευῆς ἐνταῦθά μοι περιγραφήσεται. μεταβὰς δ' ἐπὶ τὴν ἐντελεστέραν ὑπόθεσιν τῆς Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως,

non domesticis modo rationibus, sed etiam ipsissimis Græcorum maxime Philosophorum testimoniis eum in finem usus. Tum ad Hebræorum inde literas ac monimenta progressus, quo tandem consilio & comprehensam ipsis dogmaticam eorum Theologiam, & qvæ Græcorum etiam hominum vocibus confirmatur universam Gentis historiam, complexi fuerimus, totidem quoqve libris aperui. Deinceps, cum patefactis Græcorum moribus, eos a Barbaris hominibus omnia mutuatos esse, nullumqve domo promere gravioris disciplinæ genus, collatis etiam atq; commissis eorum, qvos maxime Græci prædicare solent, Hebræorumqve Prophetarum temporibus, ostendissem: tribus inde libris seqventibus, Græcanicæ Philosophiæ Principum cum Hebræorum doctrina consensionem, testibus similiter gentilium suorum vocibus comprobavi. Qvin etiam quotquot apud Græcos Philosophi diversam a nostra opinionem sequuti sint, eos vero non a nobis tantum, sed etiam a suis dissidere, ac discipulorum quoqve suorum disputationibus refelli, superiore libro clarissime demonstravi. Quibus ex omnibus mentis nostræ sinceritatem atqve integritatem Lectores intelligant, ac rerum ipsarum, ut ita loqvar, perspicua certaqve fide constet, qvam non inconsiderate, sed prudenti maturoqve judicio, Hebræorum priscam simul veram Philosophiam atqve pietatem Græcanicæ prætulerimus. Qvod ipsum a nobis expressa Græcorum testimoniorum auctoritate confectum est. Hujus porro supremam tractationem, qui decimus qvintus suscepti operis liber est, huc usqve distulimus, in qvo sic ea, qvæ superioribus ex disputationibus reliqva sunt, pertexemus, ut speciosa illa egregiæ Græcorum Philosophiæ mysteria in lucem etiamnum proferamus, qvamqve nihil solidæ veræqve eruditionis habeant, omnium in oculis defigamus. Qvo in genere primum ac præcipuum hoc futurum est, ut quivis agnoscat, non ulla rerum quas tantopere demirantur ignoratione, sed inanis earum studii contemptu, omnem prope nos illarum curam exuisse, animis ad meliorum usum exercitationemqve traductis. Huic igitur ubi Deo duce impressum fuerit veritatis sigillum, extremam Præparationi nostræ coronidem imponemus. Unde ad perfectius Evangelicæ Demonstrationis argumentum progressi,

posterioris hujus disputationis initium, qvod ab altero accusationis nostræ capite ducetur, cum prioris illius fine contexam. Nobis autem crimini dabatur, quod cum patriis legibus Hebræorum oracula prætulerimus, minime tamen Judæis simile vitæ genus institutumqve teneamus. Cui ego criminationi, favente Deo, post exactum hunc librum respondere conabor. Sic enim demum futurum existimo, ut posteriora cum prioribus uno qvasi complexa nexu, unam universe totius operis sententiam efficiant. Jam ut in eo qvod agimus, hæreamus; quandoquidem superioribus libris evidenter ostendimus, Platonis Philosophiam, modo cum Hebræorum doctrina consentire, modo dissidere ab eadem; imo interdum etiam sua ipsammet decreta refellere: cæterorum præterea Philosophorum, quos vulgo Physicos nominant, tum eorũ qui Platoni successere, tum etiam Xenophanis, Parmenidis, Pyrrhonis, & eorum qui assensus retentionem invexere, tum aliorum deinceps omnium sententias præcedenti libro vidimus, cum Hebræorum simul Platonisqve doctrina, adeoqve cum ipsa veritate palam rectaqve pugnare, ac sese mutuo suis quasi telis confodere. Jam, inqvam, tempus est, ut alium illum Aristotelis Stoicorumqve fastum e superiore loco, sic tanqvam e Scena contemplemur, unaqve reliqvam superciliosorum hominum physiologiam videamus, quo simul ac semel cum ea, quæ tam speciose graviterqve jactant, tum etiam illa, quibus a suis ac domesticis refelluntur, eadem opera cognoscamus. Sic enim futurum etiam est, ut discessus ab illis nostri consilium, omnem justæ accusationis petitionem effugiat: quod non graviorum apud illos dogmatum ignorantia, sed considerato admodum exploratoqve judicio, quam apud eos, qui barbari dicuntur, veritatem ac pietatem reperimus, græcanicis omnibus potiorem habuerimus. Atqve ut ab Aristotele ordiar; fuere quidem nonnulli, nec obscuri alioquin Philosophi, a quibus ipsa quoqve hominis vita calumniis proscissa est. At ego ne auditione quidem suorum in eum maledicta sustinere possim. Qvamobrem editas potius ab Aristocle Peripatetico defensionis ejus rationes exponam,

ἀπὸ τοῦ λείποντος τῆς καθ' ἡμῶν κατηγορίας σκέμματος, τὴν καὶ ἀρχὴν τῆς δευτέρας ἐπισυνάψω πραγματείας. Ἦν δὲ τοῦτο ἐπιμεμφόμενον ἡμῖν, ὅτι δὴ τὰ Ἑβραίων λόγια τῶν πατρίων προτιμήσαντες, οὐ τὸν ὅμοιον τοῖς Ἰουδαίοις βίον ζηλοῦντες προεθέμεθα. Πρὸς ὃ μετὰ τὴν τοῦ παρόντος λόγου συμπλήρωσιν, Θεοῦ συνεργοῦντος, ἀπαντῆσαι πειράσομαι. Ταύτῃ γὰρ ἡγοῦμαι τοῖς πρώτοις τὰ δεύτερα, ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ δεσμῷ συμπλακέντα, μίαν τὴν καθόλου διάνοιαν τοῦ παντὸς ἀποτελέσειν λόγου. Τό γε μὴν παρὸν, ἐπειδὴ πέφηνεν ἐν τοῖς περὶ τούτου συγγράμμασιν ἡ κατὰ Πλάτωνα φιλοσοφία, τοτὲ μὲν τοῖς Ἑβραίων συμφωνοῦσα λόγοις, τοτὲ δὲ πρὸς αὐτοὺς διεστῶσα, ἐν οἷς ἐλήλεγκται καὶ πρὸς τὰ αὐτῇ ἀρέσκοντα διαφωνοῦσα· τὰ δὲ κατὰ τοὺς ἄλλους τοὺς δὴ φυσικοὺς ἐπικληθέντας φιλοσόφους, τάς τε τῆς Πλάτωνος διαδοχῆς, καὶ τὰ κατὰ Ξενοφάνην τε, καὶ Παρμενίδην, καὶ ἔτι Πύρρωνα, καὶ τοὺς τὴν ἐποχὴν εἰσηγησαμένους, τούς τε ἄλλους ἑξῆς ἅπαντας, ὧν τὰς δόξας ὁ προλαβὼν ἀπήλεγξε λόγος, τοῖς Ἑβραίων ὁμοῦ καὶ τοῖς Πλάτωνος δόγμασιν, αὐτῇ τε ἀληθείᾳ ἐξ ἐναντίας ἱστάμενα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν ἔλεγχον τοῖς σφῶν αὐτῶν βέλεσιν ἀπενηνεγμένα. ὥρα καὶ τὸν ἄλλον τῦφον τῶν ἀπ' Ἀριστοτέλους, τῶν τε Στωϊκῶν φιλοσόφων, ἄνωθεν ὡς ἀπὸ σκηνῆς κατοπτεῦσαι, καὶ τὴν λοιπὴν δὲ πᾶσαν φυσιολογίαν τῶν τὰς ὀφρῦς ἀνατεινομένων συνιδεῖν· ὡς ἂν μάθοιμεν καὶ τὰ παρὰ τοῖσδε σεμνολογούμενα, τά τε πρὸς αὐτοὺς αὖ πάλιν ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀντιλελεγμένα. οὕτω γὰρ καὶ τῆς τούτων ἀναχωρήσεως τὸ παρ' ἡμῖν κεκριμένον, ἀλόγου πάσης ἀπολύοιτ' ἂν κατηγορίας, ὅτι δὴ μὴ ἀγνοίᾳ τῶν παρ' αὐτοῖς σεμνῶν, ἐξητασμένῃ δὲ καὶ βεβασανισμένῃ κρίσει, τὴν παρὰ τοῖς νενομισμένοις βαρβάροις ἀλήθειάν τε καὶ εὐσέβειαν, τῆς Ἑλληνικῶν ἁπάντων προτετιμήκαμεν. ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους. ἄλλοι μὲν οὖν καὶ τὸν βίον τἀνδρὸς διαβεβλήκασι, φιλόσοφοι δὲ καὶ ἄλλως οὐκ ἀφανεῖς τινες ἦσαν καὶ οὗτοι· ἐμοὶ δ' οὐ φίλον ἄνδρα οὐδ' αὐταῖς ἀκοαῖς ἀνέχεσθαι κακῶς πρὸς τῶν οἰκείων ἀγορευόμενον. διόπερ τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ μᾶλλον ἐκθήσομαι ἀπολογίας, ἀπὸ τοῦ Ἀριστοκλέους τοῦ Περιπατητικοῦ,

ὥς ἐν τῷ ἑβδόμῳ περὶ Φιλοσοφίας, τάδε περὶ αὐτοῦ γράφει.

ε.

ΑΠΟ ΤΩΝ ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ Περιπατητικοῦ, περὶ Ἀριστοτέλους, καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ ἱστορουμένων. ἀπὸ τοῦ περὶ Φιλοσοφίας ἑβδόμου.

Πῶς γὰρ οἷόν τε, καθάπερ φησὶν Ἐπίκουρος ἐν τῇ περὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐπιστολῇ, νέον μὲν ὄντα καταφαγεῖν αὐτὸν τὴν πατρῴαν οὐσίαν, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τὸ στρατεύεσθαι συνεῶσθαι· κακῶς δὲ πράττοντα ἐν τούτοις, ἐπὶ τὸ φαρμακοπωλεῖν ἐλθεῖν· ἔπειτα ἀναπεπταμένου τοῦ Πλάτωνος Περιπάτου πᾶσι, παραβαλεῖν αὐτόν; ἢ πῶς ἄν τις ἀποδέξαιτο Τιμαίου τοῦ Ταυρομενίτου, λέγοντος ἐν ταῖς ἱστορίαις, ἀδόξου θύρας αὐτὸν ἰατρείου καὶ τὰς τυχούσας, ὀψὲ τῆς ἡλικίας, κλεῖσαι; τίς δ' ἂν πεισθείη τοῖς ὑπ' Ἀριστοξένου τοῦ Μουσικοῦ λεγομένοις ἐν τῷ βίῳ τοῦ Πλάτωνος; ἐν γὰρ τῇ πλάνῃ καὶ τῇ ἀποδημίᾳ, φησὶν ἐπανίστασθαι καὶ ἀντοικοδομεῖν αὐτῷ τινας Περίπατον ξένους ὄντας. οἴονται οὖν ἔνιοι ταῦτα περὶ Ἀριστοτέλους λέγειν αὐτόν, Ἀριστοξένου διὰ παντὸς εὐφημοῦντος Ἀριστοτέλην. καταγέλαστα δ' εἰκότως εἶναι φαίη τις ἂν καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα τὰ Ἀλεξίνου τοῦ Ἐριστικοῦ. ποιεῖ γὰρ Ἀλέξανδρον παῖδα διαλεγόμενον τῷ πατρὶ Φιλίππῳ, καὶ διαπτύοντα μὲν τοὺς τοῦ Ἀριστοτέλους λόγους, ἀποδεχόμενον δὲ Νικαγόραν, τὸν Ἑρμῆν ἐπικληθέντα. καὶ Εὐβουλίδης δὲ προδήλως ἐν τῷ κατ' αὐτοῦ βιβλίῳ ψεύδεται, πρῶτον μὲν ποιήματα ψυχρὰ προσφερόμενος, ὡς γεγραφότων ἄλλων περὶ τοῦ γάμου, καὶ τῆς πρὸς Ἑρμείαν οἰκειότητος αὐτῷ γεγενημένης· ἔπειτα Φιλίππῳ φάσκων αὐτὸν προσκρούσαι, καὶ τελευτῶντι Πλάτωνι μὴ παραγενέσθαι, τά τε βιβλία αὐτοῦ διαφθεῖραι. τὴν μὲν γὰρ Δημοχάρους κατηγορίαν κατὰ τῶν Φιλοσόφων τί χρὴ λέγειν; οὐ γὰρ Ἀριστοτέλην μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους κακῶς εἴρηκεν. ἔτι γε μὴν αὐτὰς τὰς διαβολὰς σκοπῶν ἄν τις, λήρειν

Qui libro de Philosophia septimo ita de illo scribit.

II.

DE ARISTOTELE, AC DE IIS quæ de illo prodita sunt. Ex Aristoclis Peripatetici libro de Philosophia septimo.

Qui tandem fieri potuit, inquit ille, ut, quod Epistola de vitæ institutis Epicurus scribit, Aristoteles, juvenis adhuc cum esset, patrimonium exhauserit, indeque compulsus ad militiam fuerit? ubi quod res ei minus commode cederet, egerit deinceps Pharmacopolam; donec tandem cum pateret omnibus Platonis Ambulatio, eam sibi ultro deposceret? Quis Timæum Tauromenitanum audiat, dum suis in historiis illum ait, affecta jam ætate, neglectis obscuri cujusdam Medici officinæ claudendis foribus præfuisse? Quis de illo propterea secus existimet, quod Aristoxenus Musicus in Platonis vita referat, dum peregrinaretur, abessetque longius, quem vocant Peripatum, adversus eum peregrinos homines excitasse? Hæc enim verba nonnulli de Aristotele accipiunt, cujus tamen nunquam Aristoxenus, nisi perhonorifice meminit. Quinetiam ridiculos jure putaveris Alexini Eristici commentarios. Alexandrum enim inducit, puer adhuc cum esset, cum Philippo Patre colloquentem, qui Aristotelis doctrinam despueret, Nicagoram cognomento Mercurium vehementer probaret. Nudum item ac perspicuum Eubulidis in suo adversus Aristotelem libro mendacium est, in primis, dum frigida quædam poemata producit, quæ alii de ipsius conjugio & cum Hermia consvetudine scripserint: deinde, cum eundem ait in Philippi offensionem incurrisse, nec adfuisse morienti Platoni, ejusq; libros depravasse. Nam Democharis quidem adversus Philosophos criminationem quid moremur, qui non tantum in Aristotelem, sed etiam in alios suam hanc maledictionem effuderit? Quas tamen hominis calumnias qui attendet, eum delirare

Aristoteles Epicuro contumeliose notatus.

Idem Timæo despicatui.

Aristoxenus semper laudatur.

Alexinus & Eubulides ridicule traducti.

Demochares Proditor & adulator.

„ merito dixerit. Aristotelis enim deprehensas esse adversus Atheniensium urbem Epistolas, eumqve Stagira suam ipsius patriam Macedonibus prodidisse refert: itemqve Olyntho jam eversa, qvo in loco præda vendebatur, opulentissimos quosqve Olynthiorum Philippo indicasse. Insulsus etiam ac futilis calumniator est Cephisodorus Isocratis discipulus, qui voluptarium ipsum & cavillonem, similibusqve nominibus appellavit. At hæc omnia longe dementia superant, quæ a Lycone Pythagoreo, ut se ipse vocat, objecta sunt. Scribit enim Aristotelem idem sacrificii genus, quod Cereri ab Atheniensibus fiebat, demortuæ uxori facere solitum, atqve illud ipsum oleum postea vendere, in quo calido jam ante lavisset. Qvippe dum Chalcidem peteret, ollulas in navi æreas quinqve & septuaginta repertas a Publicanis fuisse. Atqve hi fere principes Aristotelis calumniatores fuere: quorum nonnulli ejus ætate vivebant, alii paulo post: Sophistæ omnes, contentiosi, ac rhetores, qvorum nomina simul atqve libri magis etiam periere qvam corpora. Nam qui post illos extitere, aut qui jam ab iisdem objecta refricant, ii vero mittendi prorsus ac negligendi sunt, illiqve præsertim, qvi cum ne superiorum quidem libros attigerint, maledicta per se ipsos temereqve finxerunt. cujusmodi sunt, qui ollas ejus trecentas numerant: nihil enim apud eorum ullum, qvi tum vivebant, de Philosopho tale reperias, si Lyconem illum excipies, qui tamen, ut jam ante dixi, ollulas tantum quinqve ac septuaginta repertas esse commemorat. Porro non ex temporum modo, aut criminatorum ipsorum ratione, falsa illa esse crimina colligas, sed etiam ex eo, quod non idem ab omnibus, sed a singulis proprium ac singulare aliquid objiciatur: cujusmodi si vel unum aliqvod verum esset, millies eum, non modo semel, ab iis qui tunc viverent, sublatum oporteret. Liqvet igitur, quod aliis plerisqve, idipsum Aristoteli contigisse, ut propter Regum amicitias, ac summam eruditionis excellentiam, æqualium Sophistarum invidia laboraret. At æqvi rerum æstimatoris fuerit, non solos hominis calumniatores, sed laudatores etiam & æmulos cogitare: qui sane haud paulo plures ac meliores esse reperientur. Et quidem cætera vanitatem per sese ostendunt suam.

Cephisodoro calumniatus.

Lyconis superstitiosas sordidas.

Aristotel. defensus.

A αὐτὸν φαίη. λέγει γὰρ Ἐπιστολὰς Ἀριστοτέλους ἁλῶναι κατὰ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων, καὶ Στάγειραν τὴν πατρίδα προδοῦναι Μακεδόσιν αὐτόν. ἔτι δὲ κατασκαφείσης Ὀλύνθου, μηνῦσαι, ἐπὶ τοῦ λαφυροπωλείου, Φιλίππῳ τοὺς πλουσιωτάτους τῶν Ὀλυνθίων. ἠλίθια δὲ διαβέβληκεν αὐτὸν καὶ Κηφισόδωρος, ὁ Ἰσοκράτους μαθητής, τρυφερὸν καὶ τένθην, καὶ ἄλλα τοιαῦτα λέγων αὐτὸν εἶναι. πάντα δ' ὑπερπαλαίει μωρίᾳ τὰ ὑπὸ Λύκωνος εἰρημένα, τοῦ λέγοντος εἶναι Πυθαγορικὸν ἑαυτόν. Φησὶ γὰρ θύειν Ἀριστοτέλη θυσίαν τετελευτηκυίᾳ τῇ γυναικὶ τοιαύτην, ὁποίαν Ἀθηναῖοι τῇ Δήμητρι, καὶ ἐν ἐλαίῳ θερμῷ λουόμενον, τοῦτο δὴ πιπράσκειν. ἡνίκα δὲ εἰς Χαλκίδα ἀπῄει, τοὺς τελώνας εὑρεῖν ἐν τῷ πλοίῳ λοπάδια χαλκᾶ πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. καὶ σχεδὸν οἱ μὲν πρῶτοι διαβαλόντες Ἀριστοτέλην, τοσοῦτοι γεγόνασιν. ὧν οἱ μὲν, κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἦσαν χρόνους· οἱ δὲ, μικρὸν ὕστερον ἐγένοντο. πάντες δὲ σοφισταὶ, καὶ ἐριστικοὶ, καὶ ῥήτορες, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα καὶ τὰ βιβλία τέθνηκε τῶν σωμάτων μᾶλλον. Τοὺς μὲν γὰρ μετὰ ταῦτα γεγονότας, ἢ τὰ ὑπ' ἐκείνων εἰρημένα λέγοντας, παντάπασιν ἐᾶν δεῖ χαίρειν, καὶ μάλιστα τοὺς μηδ' ἐντετυχηκότας τοῖς βιβλίοις αὐτῶν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζοντας· ὁποῖοί εἰσι καὶ οἱ λέγοντες τριακοσίας ἔχειν λοπάδας αὐτόν. οὐδεὶς γὰρ ἂν εὑρεθείη περὶ αὐτοῦ τοιοῦτον οὐθὲν εἰρηκὼς τῶν τότε ὄντων, ὅτι μὴ Λύκων οὗτος· μέντοι, καθάπερ ἔφην, εἴρηκεν εὑρῆσθαι λοπάδια πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. οὐ μόνον δὲ καὶ ἐκ τῶν χρόνων, καὶ ἐκ τῶν διαβεβληκότων τεκμήραιτό τις ἂν, ὅτι ψευδῆ πάντα τὰ εἰρημένα ἐστὶν, ἀλλὰ κἀκ τοῦ μὴ πάντας τὰ αὐτὰ διαβάλλειν, ἀλλ' ἕκαστον ἴδιά τινα λέγειν· ὧνπερ εἰ ἦν ἓν ὁποιονοῦν ἀληθὲς, ἐχρῆν δήπου μυριάκις, ἀλλ' οὐχ ἅπαξ ἂν ὑπὸ τῶν τότε ἀπολωλέναι. Φανερὸν οὖν ὅτι καθάπερ πολλοῖς καὶ ἄλλοις, οὕτω καὶ Ἀριστοτέλει συνέβη, διά τε τὰς πρὸς τοὺς Βασιλεῖς φιλίας, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ὑπεροχὴν, ὑπὸ τῶν τότε σοφιστῶν φθονεῖσθαι. δεῖ δὲ τοὺς εὖ φρονοῦντας, μὴ εἰς τοὺς διαβάλλοντας ἀποβλέπειν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἐπαινοῦντας ἢ ζηλοῦντας αὐτόν. οὐ μικρῷ γὰρ πλείους καὶ βελτίους εὑρεθεῖεν ἂν οὗτοί γε. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα προδήλως πέπλασται.

A Δύο δὲ ταῦτα δοκεῖ πιστεύεσθαι, δι' ἃ ψέγουσιν αὐτόν· ἓν μέν, ὅτι τὴν Ἑρμείου γήμειε φύσει μὲν ἀδελφήν, θετὴν δὲ θυγατέρα Πυθιάδα, κολακεύων αὐτόν. Θεόκριτος γε μὴν ὁ Χῖος ἐποίησεν ἐπίγραμμα τοιοῦτον,

> Ἑρμείου εὐνούχου τε, καὶ Εὐβούλου τόδε δούλου,
> Μνῆμα κενὸν κενόφρων θῆκεν Ἀριστοτέλης·
> Ὃς διὰ τὴν ἀκρατῆ γαστρὸς φύσιν, εἵλετο ναίειν,
> Ἀντ' Ἀκαδημείας, Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

B ἕτερον δέ, ὅτι ἠχαρίστησε Πλάτωνι. Περὶ μὲν οὖν Ἑρμείου, καὶ τῆς Ἀριστοτέλους πρὸς αὐτὸν φιλίας, ἄλλοι τε πολλοὶ συγγεγράφασι, καὶ δὴ καὶ Ἀπελλίκων, οὗ τοῖς βιβλίοις ὁ ἐντυχὼν, πεπαύσεται βλασφημῶν αὐτούς. Περὶ δὲ τοῦ γάμου τοῦ Πυθιάδος, ἀποχρώντως αὐτὸς ἐν ταῖς πρὸς Ἀντίπατρον ἐπιστολαῖς ἀπολελόγηται. τεθνεῶτος γὰρ Ἑρμείου, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἔγημεν αὐτήν, ἄλλως μὲν σώφρονα καὶ ἀγαθὴν οὖσαν, ἀτυχοῦσαν μέντοι διὰ τὰς καταλαβούσας συμφορὰς τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς. Εἶθ' ἑξῆς φησι. Μετὰ δὲ τὴν Πυθιάδος τῆς Ἑρμείου τελευτήν, Ἀριστοτέλης ἔγημεν Ἑρπυλλίδα Σταγειρῖτιν, ἐξ ἧς υἱὸς αὐτῷ Νικόμαχος ἐγένετο. τοῦτον δέ φασιν ὀρφανὸν τραφέντα παρὰ Θεοφράστῳ, καὶ δὴ μειρακίσκον ὄντα ἀποθανεῖν ἐν πολέμῳ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τῆς δηλωθείσης Ἀριστοκλέους εἰλήφθω γραφῆς. ἤδη δὲ καὶ τὴν δογματικὴν Ἀριστοτέλους φιλοσοφίαν θεωρῆσαι καιρός. D

Duo modo sunt, a nonnullis in eo reprehendi solita, qvæ fidem aliqvam impetrare videantur: Alterum, qvod Pythiadem Hermiæ natura sororem, filiam adoptione, uxorem duxerit, hominis gratiam hoc facto eblandiens. Extat qvidem illud Theocriti Chii Epigramma,

> *Eunuchi Hermiæ, Eubuli qui servus, inanem*
> *Hunc tumulum posuit vanus Aristoteles:*
> *Quem pro Academia, voluit qua Borborus undas,*
> *Dirus amor ventris jussit habere larem.*

Alterum, qvod ingratus in Platonem fuerit. At Hermiam qvod attinet, atqve Aristotelis cum eo consvetudinem, cum alii hac de re multi scripsere, tum Apellico potissimum, cujus sane libros qvi legerit, eos continuo calumniari desinet. De inito cum Pythiade matrimonio, ipsemet in iis, quas ad Antipatrum scribit epistolis, abunde purgat. Hermia quippe jam vita functo, pro sua in eum benevolentia, uxorem illam accepit, modestam sane ac probam alioqvi fœminam, sed C qvæ iniqviori tum fortuna, propter infestos fratris sui casus uteretur. Hæc Aristocles, qvibus ista subdit. Post ejusdem Pythiadis Hermiæ filiæ obitum, Herpyllidem Aristoteles duxit, patria Stagiritidem ex qua Nicomachum filium suscepit. Orphanum hunc a Theophrasto educatum ajunt, atqve admodum adolescentem in bello periisse. Verum ex illo Aristoclis opere hactenus. Jam vero tempus est, ut ad ipsamet Aristotelicæ Philosophiæ decreta veniamus.

Pythias Aristotelis uxor.

γ. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΝ δογμάτων. Διενεχθέντα Ἑβραίοις καὶ Πλάτωνι, περὶ τέλους ἀγαθοῦ.

ΜΩΣΕΩΣ καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις Προφητῶν, τέλος εἶναι τοῦ μακαρίως ζῆν, τὴν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσιν τε καὶ φιλίαν, δι' εὐσεβείας συντελουμένην, ὑποθεμένων· εὐσέβειάν τε εἶναι ἀληθῆ διδαξάντων, τὸ διὰ πάσης ἀρετῆς τῷ Θεῷ εὐαρέστησιν· ταύτην γὰρ εἶναι τῶν ἀγαθῶν αἰτίαν

III. ARISTOTELIS DOGMATA qvæ fuerint. Ac primum qvam ab Hebræis & Platone, in constituendo Boni fine dissentiat.

MOSES Hebræiqve Prophetæ, beate vivendi finem in Præpotentis Dei cognitione & amicitia, quam religio perficiat, constituunt; veram porro religionem illam esse docent, qua Deo virtutum omnium complexione placeamus: Hanc enim bonorum causam esse, cum & unius

Quæ fore beatitudinis Moses & Plato po[illegible] fuerint.

in Dei potestate versentur omnia, & ab eo suis amatoribus omnia suppeditentur. His gemina Plato statuens, beatitudinis finem in virtute ponit. At Aristoteles aliam insistit viam, nec aliter beatum qvenqvam futurum esse defendit, qvam si & bona corporis utatur valetudine, & externis opibus abundabit, qvibus ipsa si virtus careat, juvet nihil. Eum vero qvam acriter petant, qvemadmodum hanc ejus opinionem falsi coarguant Platonis discipuli, ex seqventibus intelliges.

ἐπὶ μόνῳ γὰρ τῷ Θεῷ τὰ πάντα κεῖσθαι, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰ πάντα τοῖς θεοφιλέσι χορηγεῖσθαι. τοῦ τε Πλάτωνος τὰ συνῳδὰ τούτοις ὁριζομένου, καὶ τέλος εὐδαιμονίας τὴν ἀρετὴν ἀποφαινομένου· τὴν ἑτέραν ἐλθὼν ὁδὸν ὁ Ἀριστοτέλης, οὐκ ἄλλως εὐδαίμονά τινά φησιν ἔσεσθαι, ἢ καὶ διὰ τῆς τοῦ σώματος εὐπαθείας, καὶ τῆς τῶν ἐκτὸς περιουσίας, ὧν ἄνευ μηδὲ τὴν ἀρετὴν ὠφελεῖν. πρὸς ὃν ὅπως ἐνέστησαν, διεψευσμένην αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν ἀπελέγχοντες οἱ Πλάτωνος γνώριμοι, πάρεστι μαθεῖν διὰ τούτων.

IV.

ATTICI PLATONICI DISPUTATIO, adversus Aristotelem, a Mose & Platone in constituenda finis ratione dissidentem.

δ.

ΑΤΤΙΚΟΥ ΠΛΑΤΩΝΙΚΟΥ ΠΡΟΣ Ἀριστοτέλην, διενεχθέντα Μωσῇ καὶ Πλάτωνι, ἐν τῷ περὶ τοῦ τέλους λόγῳ.

„ CUM Philosophorum, inqvit, omnium „ communi sensu, humanam beatitudi„ nem Philosophia polliceatur universa, ea„ demqve trifariam pro illa rerum omnium „ effectrice distributione dividatur: tantum „ abest, ut hoc in rerum genere Platonicum „ aliqvid Peripateticus iste doceat, ut ex pluri„ bus qvi a Platone dissentiunt, longius ab eo„ dem nemo discesserit. Principio, qvod o„ mnium uti communissimum est, ita maxi„ mum idem, atqve princeps, in eo Platonem „ reliqvit, ac beatitudinis fines modumqve „ prætergressus, satis ad eam per sese virtutem „ futuram negavit. Fugit eum quippe vis „ potestasqve virtutis, eamqve fortunæ bo„ norum opera indigere ad felicitatem conse„ qvendam putavit: qua una si quis uteretur, ejus nunqvam viribus ad illius possessi„ onem pervenire posset. At hominis opinio „ cum hoc in genere, tum in aliis, qvam igna„ va sit, errorisqve plena, etsi hujus loci de„ monstrare non est; hoc qvidem certe „ perspicuum existimo, cum in fine & felici„ tate constituenda, Platonis & Aristotelis „ non una sit eademqve ratio; sed ille feli„ cissimum eum, qui justissimus fuerit, „ prædicare passim & usurpare soleat; hic „ contra virtuti felicitatem comitari non si„ nat, nisi ad eam generis etiam formæq; di„ gnitas, ac cæterorum cumulus accesserit: „

C ΤΗΣ γὰρ συμπάσης φιλοσοφίας, κοινῇ „ γνώμῃ τῶν φιλοσοφησάντων, τὴν ἀν„ θρωπίνην εὐδαιμονίαν ὑπισχνουμένης, τριχῇ „ δὲ διαιρουμένης, κατὰ τὴν τῶν ὅλων ποιητι„ κὴν διανέμησιν· τοσοῦτον ἀποδέων ἐν τού„ τοις τοῦ διδάσκειν τι τῶν Πλάτωνος ὁ Περιπα„ τητικὸς ὀφθήσεται, ὥστε πλειόνων ὄντων „ οἳ διαφέρονται Πλάτωνι, μάλιστα ἐναν„ τιούμενος αὐτὸς φανεῖται. καὶ πρῶτόν γε ἀ„ πὸ τοῦ κοινοῦ καὶ μεγίστου καὶ κυριωτάτου, τὴν „ πρὸς Πλάτωνα παραλλαγὴν ἐποιήσατο, „ μὴ τηρήσας τὸ μέτρον τῆς εὐδαιμονίας, μη„ δὲ τὴν ἀρετὴν αὐτάρκη πρὸς τοῦτο συγχωρή„ D σας· ἀλλ' ἀπολιθῶν τῆς δυνάμεως τῆς „ κατὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ ἡγησάμενος αὐτῇ προσ„ δεῖν τῶν ἐκ τῆς τύχης, ἵνα μετὰ τούτων ἕλῃ τὴν „ εὐδαιμονίαν· εἰ δ' ἐφ' ἑαυτῆς ληφθείη, ὡς „ ἀδύνατον ἢ οὐκ ἐφικτὸν τῆς εὐδαιμονίας, μεμ„ ψάμενος. τὸ μὲν οὖν ἀγεννὲς καὶ διημαρτη„ μένον τῆς γνώμης, ἔν τε τούτῳ κἂν τοῖς ἄλλοις, „ οὐ τοῦ παρόντος δεικνύναι καιροῦ. ἐκεῖνο δ' οἶ„ μαι πρόδηλον, ὅτι τοῦ σκοποῦ καὶ εὐδαιμο„ νίας οὐκ ἴσων ὄντων, οὐδὲ τῶν αὐτῶν κατὰ Πλά„ τωνα, καὶ κατὰ Ἀριστοτέλην· ἀλλὰ τοῦ μὲν, „ βοῶντος ἑκάστοτε, καὶ κηρύττοντος ὅτι εὐδαιμο„ νέστατος ὁ δικαιότατος, τοῦ δὲ, μὴ ἐκτρέπον„ τος ἕπεσθαι τῇ ἀρετῇ τὴν εὐδαιμονίαν, ἂν μὴ καὶ γένος εὐτυχήσῃ, καὶ κάλλος, καὶ ἄλλα „

(Καὶ γὰρ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν, ἠΰτε κούρη,) ἀνάγκη κατὰ τὴν διαφορὰν τοῦ τέλους, καὶ τὴν ἐπὶ τοῦτο ἄγουσαν φιλοσοφίαν διάφορον εἶναι. μιᾷ γὰρ ὁδῷ βαδίζοντα, ἥτις ἄγειν πέφυκεν ἐπὶ τὴν τῶν μικρῶν καὶ ταπεινῶν, οὐκ ἔστιν ἐλθεῖν ἐπὶ τὰ μείζω καὶ ἐν ὕψει κείμενα.

ἐν ἄλλ. τῇ.

Ὁρᾷς ἵν' ἔστ' ἐκεῖνος ὑψηλὸς πάγος,
Τραχύς τε, καὶ παλίσκοτος, ἐν ᾧ κάθηται
Ὁ ἐνελαφρίζων ἑαυτὸν ὄρνις;

ἐπὶ τοῦτον τὸν ὑψηλὸν πάγον, τὸ δριμὺ καὶ πανοῦργον ἐκεῖνο θηρίον ἀνελθεῖν ἀδύνατον· ἵνα δὲ εἰς ταυτὸν ἔλθῃ τοῖς ἀέρος γεννήμασιν ἀλώπηξ, ἢ τύχῃ τινὶ δεῖ χρησαμένους ἐκείνους πονηρᾷ καταπεσεῖν εἰς γῆν, τῶν οἰκείων αὐτοῖς φθαρέντων· ἢ τὴν φύσασαν αὐτὴν, ἃ μὴ πέφυκε φύειν, λαιψηρὰ κυκλῶσαι πτερὰ ταύτῃ, καὶ οὕτως ἀρθεῖσαν ἐκ γῆς ἀνίπτασθαι πρὸς τὸν ὑψηλὸν πάγον. ἕως δ' ἑκάτερον ἐπὶ τῆς οἰκείας μένῃ τάξεως, οὐκ ἔνι κοινωνία τοῖς γῆς πρὸς τὰ οὐρανοῦ θρέμματα. καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, Τούτων τοίνυν οὕτως ἐχόντων, καὶ πειρωμένου τοῦ Πλάτωνος ἕλκειν τὰς τῶν νέων ψυχὰς ἄνω που πρὸς τὸ θεῖον, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον προσοικειοῦντος μὲν τῇ ἀρετῇ καὶ τῷ καλῷ, τῶν δὲ ἄλλων ἁπάντων ἀναπείθοντος ὑπερφρονεῖν· φράσον ἡμῖν, ὦ Περιπατητικὲ, πῶς ἐκδιδάξεις ταῦτα; πῶς ὁδηγήσεις ἐπ' αὐτὰ τοὺς φιλοπλάτωνας; ποῦ σοι τῆς αἱρέσεως τοσοῦτον ὕψος λόγων, ὥστε τὸ τῶν Ἀλωαδῶν φρόνημα κτήσασθαι, καὶ τὴν εἰς οὐρανὸν ὁδὸν ζητεῖν; ἣν ἐκεῖνοι μὲν ᾤοντο ὀρῶν ἀναθέσει δύνασθαι γίνεσθαι· τὸ δ' ἄρ' ἦν, ἀφαιρέσει τῶν ἀνθρωπίνων σπουδασμάτων γινόμενον, ὥς φησι Πλάτων. τίς οὖν ἡ παρά σοι πρὸς ταῦτα τοῖς νέοις βοήθεια; καὶ πόθεν τις ὁ τῆς ἀρετῆς συναγωνιστὴς λόγος; ἐκ δὲ ποίων γραμμάτων Ἀριστοτέλους; τίνος τῶν ἀπ' αὐτοῦ; ἐκ ποίων γραφῶν; δίδωμι γάρ σοι κἂν ψεύδεσθαι θέλῃς, μόνον τι νεανικόν. ἀλλὰ γὰρ οὔτ' ἔχεις εἰπεῖν, οὔτ' ἂν ἐπιτρέψαι σοι τῶν ἡγεμόνων τῆς αἱρέσεως οὐδείς. αἱ γοῦν Ἀριστοτέλους περὶ ταῦτα πραγματεῖαι, Εὐδήμειοί τε καὶ Νικομάχειοι, καὶ Μεγάλων Ἠθικῶν ἐπιγραφόμεναι, μικρόν τι, καὶ ταπεινὸν, καὶ δημῶδες περὶ τῆς ἀρετῆς φρονοῦσι, καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἂν τις καὶ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος, καὶ μειράκιον, καὶ γυνή.

ἴσ. αὐτῇ.

A

C

D

(*Scilicet ad bellum sese quasi Virgo ferebat. Aureus:*) quam diversus utriusque finis est, tam diversum utrumque necessario, quæ suum ad finem perducat, Philosophiæ genus profiteri. Nam qui viam unam quandam, quæ ad pusillum aliquid humileque tendat, semper insistit, is ad majora profecto & altiora nunquam aspiret.

Viden' ut hic alto collis assurgat jugo?
Salebrosus, asper, cujus in summo sedens
Pennas volucris allevat.

Ad excelsum illum montem evadere acris hæc & versipellis bestia nullo modo potest: ut enim eundem in locum Aquilæ pulli vulpesque conveniant; aut illi disjecto ac dissipato nido, in terram funesta quadam sorte decidant, necesse est; aut vulpes ipsa, quas profundere suapte natura non solet, præpetibus sese alis induat, quibus ea demum sublata summum ad jugum evolare possit. Quamdiu certe utrumque genus suo in loco graduque consistet, nullum terrestribus animantibus cum cœlestibus illis commercium esse poterit. Hæc ille. Tum aliis quibusdam interjectis, ita prosequitur. Quæ cum ita sint, cumque Plato juvenum animos divinum ad Numen trahere conetur, itaque simul ad virtutem & honestatem adjungere, ut cæterorum illis omnium despicientiam & contemptionem injiciat: dic nobis obsecro, bone Peripatetice, quemadmodum hæc ipsa traditurus sis, quam ad illa Platonis amatoribus viam præiturus? Ecquam doctrinæ vim excellentiamque tantam secta tibi tua repositam habet, ut Aloadum illorum sensu fiduciaq; plenus viam ad cœlum moliri audeas? Hanc illi montes montibus imponendo, promptam sibi fore & expeditam putabant: At id enimvero, quemadmodum Plato docuit, sublatis demum humanis cupiditatibus obtinetur. Ad hæc igitur consequenda, quam tu junioribus opem ostendis? unde vel unum aliquod orationis genus, quod virtuti suffragetur? quibus ex Aristotelis operibus? aut cujusquam alterius, qui ejus e schola profectus sit? age, quibus tandem ex scriptis? Quin tu mentire, si vis, per me licet: tantum generosi ex te aliquid audiamus. At nec omnino quicquam habes ipse quod dicas: nec ut habeas, quisquam tamen ex hujus sectæ principibus id te loqui patiatur. Sane Aristotelis hac de re libri, seu qui ad Eudemum, seu qui ad Nicomachum, seu qui Magnorum Moralium nomine inscribuntur, nil nisi pusillum quiddam, humileque prorsus ac vulgare sapiunt, atque ejusmodi, quod homines idiotæ, ac rudes, quod adolescentuli ac mulierculæ

Plato Aquila, vulpes Aristoteles.

Aristoteles exiliter de virtute loquitur.

„ cogitare possint. Enimvero qvod virtuti
„ diadema, ut ita loqvar, regiumqve sceptrū
„ abs Jove donatum est, nec auferri a quo-
„ qvam potest: (Qvippe
„ --- *Manet irrevocabile, quicquid*
„ *Annuerit capite:*)
„ eo tamen illam spoliare conantur. Negant
„ enim virtutem per sese beatos homines ef-
„ ficere, eamqve divitiis, gloriæ, nobilitati, sa-
„ nitati, formæ, ac cæteris qvæ cum improbi-
„ tate sunt communia, similem esse volunt.
„ Nam ut istorum nihil, qvantumvis adsit,
„ dum virtus abest, possessorem suum feli-
„ cem reddere per sese potest: ita ne suum
„ qvidem virtus, si hæc omnia deerunt, felici-
„ tate cumulabit. Hoc ergo quid aliud est,
„ quam virtutis dignitatem abjicere fundi-
„ tus, atqve pessundare? Esto, inquit: At vir-
„ tutem longe bonis aliis omnibus antepo-
„ nunt. Quid tum? Nam & sanitatem quo-
„ que divitiis præstare volunt: cæterum, qvod
„ sine mutua qvadam opera satis ad beatitu-
„ dinem esse non possint, id vero cum omni-
„ bus omnino commune est. Ita qui semel
„ hujus doctrinæ sectæqve regulas sequutus,
„ docuerit, quisqvis ipsomet in animo hu-
„ mani boni universitatem qværat, eum ad
„ illam beatitudinis, ut ajunt, rotam aspirare
„ non posse: hic profecto felix nunquam &
„ beatus esse poterit, qvem Priami casus
„ exercitum habuerint. Atqvi nihil vetat,
„ quo minus illi etiam virtutis possessores si-
„ milem in calamitatem incidant. Ex qvo
„ plane sequitur, nec iis qui virtute præditi
„ sint continuo felicitatem comitari, nec, ut
„ comitetur interdum, perpetuam hanc soci-
„ etatem esse posse.
„ *Volvit humi ventus frondes, aliasqve*
„ *subinde*
„ *Sylva comans aperit:*
„ *Altera sic hominum exoritur, simul occi-*
„ *dit ætas*
„ *Altera.*
„ Exilis adhuc nimium ac timida, mi Poeta,
„ tua hæc similitudo est:
„ *Succedunt tempora veris.*
„ At plurimum tamen effluit temporis, cum
„ interea succedit nihil. Si fragilem & cadu-
„ cam humanæ vitæ conditionem accuratius
„ repræsentare vis, ex Aristotelica potius bea-
„ titudine similitudinem mutuare. Facilius ea
„ qvam frondes ullæ, nascitur atqve interit.
„ Non anni conversionem expectat, non eo-
„ dem tantum vel anno, vel mense, at eodem
„ die, eademqve hora, simul oritur & occi-
„ dit. Enimvero qvæ interimant, cum plu-
„ rima sunt, tum ex casu pendent omnia:

A τὸ μὲν γὰρ διάδημα, ὡς εἰπεῖν, καὶ τὸ σκῆπτρον
τὸ βασιλικόν, ὃ παρὰ τοῦ Διὸς ἔχει λαβοῦσα
ἀναφαίρετον ἡ ἀρετή (ἐπεί,
--- Οὐ παλινάγρετον, ὅ τί κεν αὐτὸς
τῇ κεφαλῇ ἐπινεύσῃ)
τοῦτ' αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι τολμῶσιν. οὐ γὰρ ἐπι-
τρέπουσιν αὐτὴν ποιεῖν εὐδαίμονας· ὁμοίαν δὲ
αὐτὴν καθιστᾶσι πλούτῳ, καὶ δόξῃ, καὶ γένει, καὶ
ὑγείᾳ, καὶ κάλλει, καὶ ὅσα ἄλλα κοινὰ τῆς κα-
κίας. ὡς γὰρ τούτων ὁποιουοῦν παρὸν χωρὶς ἀρε-
B τῆς, οὐκ αὔταρκες εὐδαίμονα τὸν κεκτημένον
ἀποφῆναι· καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ ταὐτὰ, χωρὶς
τούτων οὐχ ἱκανὴ ποιῆσαι τὸν ἔχοντ' αὐτὴν
εὐδαίμονα. πῶς οὖν οὐ καθῄρηται καὶ καταβέ-
βληται τὸ τῆς ἀρετῆς ἀξίωμα; Ναί· ἀλλὰ
πολὺ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὑπερέχειν τὴν ἀρετὴν
λέγουσι. Τί δὴ τοῦτο; Καὶ γὰρ τὴν ὑγείαν τοῦ
πλούτου· ἀλλὰ τό γε χωρὶς ἀλλήλων μὴ
ἀρκεῖν πρὸς εὐδαιμονίαν, πᾶσι κοινόν. ὁπό-
ταν οὖν τις ἐκ τούτων τῶν δογμάτων καὶ ταύτης
τῆς αἱρέσεως, διδάξῃ τὸν ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ
τὸ πᾶν ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ζητοῦντα, εὐ-
C δαίμονα, φασὶν, ἐπὶ τροχὸν οὐκ ἀναβαίνειν·
οὐδὲ ὁ ταῖς Πριαμικαῖς τύχαις συνεχόμενος,
δύναιτ' ἂν εὐδαιμονεῖν καὶ μακάριος εἶναι. τὸν
δὲ τὴν ἀρετὴν ἔχοντα, τοιαύταις περιπε-
σεῖν οὐκ ἀπεικός. τούτοις δὲ ἕπεται, τὸ μή-
τε ἀκολουθεῖν ἐκ παντὸς τὴν εὐδαιμονίαν
τοῖς τὴν ἀρετὴν ἔχουσι, μήτ' εἰ γένοιτο, πα-
ραμένειν ἀεί.
Φύλλα τὰ μέν τ' ἄνεμος χαμάδις χέει,
ἄλλα δέ θ' ὕλη
Τηλεθόωσα φύει·
D Ὡς ἀνδρῶν γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπο-
λήγει.
Επσοι τὸ παράδειγμα μικρὸν καὶ ἄτολμον,
ὦ Ποιητά·
Ἔαρος δ' ἐπιγίνεται ὥρη.
Πολὺς ὁ μεταξὺ χρόνος, ἐν ᾧ μὴ γίνεται. εἰ
θέλεις ἀκριβῶς τὸ ἐπίκηρον καὶ ἀσταθὲς τῆς ἀν-
θρωπίνης γενεᾶς ἀπεικάσαι, παράβαλλε τὴν
Ἀριστοτέλους εὐδαιμονίαν. ῥᾷον τῶν φύλλων
αὕτη καὶ φύεται καὶ ἀπολείπει, οὐκ ἀναμέ-
νουσα περιτελλόμενον τὸν ἐνιαυτὸν, οὐδ' αὐθε-
τεὶ, οὐδ' αὐτομηνὶ, ἀλλ' αὐτῆς ἡμέρας, αὐ-
τῆς ὥρας καὶ γίνεται καὶ ἀπόλλυται. πολλὰ
τὰ ἀπολλύντα, καὶ πάντα ἐκ τῆς τύχης. καὶ
γὰρ

γὰρ αἱ τοῦ σώματος κῆρες, μυρίαι δὲ αὗται, καὶ πενία, καὶ ἀτιμία, καὶ ὅσα τοιαῦτα· καὶ πρὸς οὐδὲν αὐταρκεῖ τὰ τῆς φίλης ἀρετῆς, πρὸς βοήθειαν οὐχ ἱκανά· τὴν μὲν γὰρ κακοδαιμονίαν εἴργειν, τὴν δὲ εὐδαιμονίαν διασώζειν ἀσθενής. τούτοις οὖν τις ἐντραφεὶς, καὶ τούτοις ἀρεσκόμενος τοῖς λόγοις, τίνα τρόπον ἢ αὐτὸς συνάψεται τοῖς Πλάτωνος, ἢ ἄλλους πρὸς αὐτὰ ἐπιρρώσει ποτέ; οὐ γάρ ἐστιν ὅπως ἄν τις ἐκ τούτων ὁρμώμενος, παραδέξαιτο τὰ Ἡράκλεια καὶ θεῖα ἐκεῖνα δόγματα· ὡς ἰσχυρόν τι καὶ πάγκαλον χρῆμα ἀρετὴ, καὶ οὔποτε ἐνδέουσα πρὸς εὐδαιμονίαν, οὔτε ποτὲ αὐτὴν ἀφαιρουμένη· ἀλλὰ κἂν πενία, κἂν νόσος, κἂν ἀδοξία, κἂν πίττα καὶ σταυρὸς, κἂν τὰ ἐκ τῆς τραγῳδίας ἅμα πάντα ἐπιρρυῇ, ἔτι ὁ δίκαιος εὐδαίμων καὶ μακάριος. ἐπικηρυκεύεται γοῦν αὐτὸ τῷ μεγαλοφωνοτάτῳ κήρυκι, καθάπερ ἀθλητήν τινα νικηφόρον, τὸν δικαιότατον, ὅτι οὗτός ἐστιν εὐδαιμονέστατος, ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς δικαιοσύνης τὸν καρπὸν τῆς εὐδαιμονίας δρεπόμενος. Διαίρει τοίνυν, εἰ βούλει, καὶ ποικίλλε τριχῇ, καὶ τετραχῇ, καὶ πολλαχῇ τὰ ἀγαθὰ διαστελλόμενος. οὐδὲν γὰρ ταῦτα πρὸς τὸ προκείμενον. οὐ δή ποθ' ἡμᾶς δι' αὐτῶν προσάξεις τῷ Πλάτωνι. τί γὰρ εἰ τῶν ἀγαθῶν, ὡς φῂς, τὰ μὲν τίμια, καθάπερ οἱ θεοί· τὰ δὲ ἐπαινετὰ, ὡς αἱ ἀρεταί· τὰ δὲ δυνάμεις, ὡς πλοῦτος καὶ ἰσχύς· τὰ δὲ ὠφέλιμα, ὡς αἱ θεραπεῖαι; τί δ' εἰ ταῦτα ἐλάττονι διαιρέσει διαστελλόμενος, λέγεις, τῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν εἶναι τέλη, τὰ δὲ οὐ τέλη; τέλη μὲν ὀνομάζων, ὧν χάριν τὰ ἄλλα· οὐ τέλη δὲ, τὰ τῶν ἄλλων ἕνεκα λαμβανόμενα. τί δ', εἰ μάθοι τις, ὅτι τὰ μὲν, ἁπλῶς ἀγαθά· τὰ δὲ, οὐ πᾶσιν; ἢ ὅτι τὰ μὲν, ψυχῆς ἀγαθά. τὰ δὲ, σώματος, τὰ δ' ἐκτός; ἢ πάλιν, ὅτι τὰ μὲν τῶν ἀγαθῶν, δυνάμεις· τὰ δὲ, διαθέσεις καὶ ἕξεις, ἄλλα δὲ ἐνέργειαι· τὰ δὲ, τέλη· τὰ δὲ ὗλαι, τὰ δὲ ὄργανα; κἂν κατὰ τὰς δέκα κατηγορίας μάθῃ τις δεκαχῇ διανέμειν τἀγαθὸν, τί ταῦτα πρὸς τὴν Πλάτωνος γνώμην τὰ διδάγματα; ἕως γὰρ ἂν οὐ σὺ μὲν εἴτε ὁμωνύμως, εἴτε ὅπως βούλει, καλῶν ἀγαθὰ τὰ τῆς ἀρετῆς, ἄλλ' ἄττα πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν ὡς ἀναγκαῖα παραλαμβάνῃς, τὸ ἱκανὸν τῆς ἀρετῆς ἀφαιρούμενος.

pag. 466.

A corporis fatales qvidam morbi, & ii sane infiniti, paupertas, infamia, cæteraqve id genus, quibus vel singulis par nullum in bona illa virtute præsidium est; qvæ nec arcere miseriam, nec felicitatem conservare per sese possit. Quisqvis igitur hanc imbiberit probaveritqve doctrinam, qvi tandem, amabo, vel ad mentem Platonis accedet, vel in eadem ut alii constanter acqviescant, efficiet? Nunqvam profecto, nunqvam, qui e schola ista prodierit, hæc plane Herculea divinaqve dogmata suscipiet: robustum & eximium quid esse virtutem: nullo ad felicitatem indigere subsidio: ea spoliari posse nunqvam: ut paupertas, morbus, infamia, pix, crux; ut illa ex tragœdiis in unum confluant omnia; felicem usqve tamen ac beatum hominem justum futurum. Qvin & ipsa justi, sic tanqvam victoris Athletæ, nomen vocali hoc & ingenti præconio celebrat, Hunc demum esse felicissimum, qui ex ipsamet justitia fructum colligat felicitatis. Age ergo, bona partire-sis quantum voles, eaqve distingve trifariam, qvadrifariam, multifariam. Prorsus ad rem nihil. Nunqvam hac tu via nos ad Platonem adduces. Quid enim juverit, e bonis, quod ais, alia veneranda esse, ut Deos; alia laude digna, ut virtutes; alia potestate qvadam, ut divitias atqve robur; alia, ut curationes, utilitate contineri? Quid porro, cum minutiori ac subtiliori divisione, e bonis alia fines esse dixeris, alia negaveris? finium ea nomine comprehendens, quorum gratia sunt alia; non fines autem appellans, quæ aliorum in gratiam adhibeantur. Qvid item, ubi alia simpliciter bona esse didiceris, alia non omnibus? aut alia qvidem animi bona esse, alia corporis, alia extrinsecus evenire? aut etiam alia potentias, alia dispositiones & habitus, alia deniqve actus esse? Postremo alia fines, alia materias, alia instrumenta? Qvin, ut noverit quis decem in categorias denario discrimine bonum distribuere: qvid tandem omnia hæc Platonis ad mentem dogmata pertinebunt? Profecto, virtutem aut æqvivoce, aut qvomodocunqve libuerit, bonum appelles licet; qvamdiu satis ei per sese virium negabis, alia quædam, uti ad felicitatem necessaria postulabis:

Aristotelem cum Platone conciliari nullo modo posse.

Aristotelicæ bonorum divisiones.

Plato contra non nisi dicis causa de aliis obiterqve qværens, satis superqve virtutem sibi ad felicitatem esse ducet: nunqvam vobis hoc quidem in genere commune quicquam erit: alia quam Plato loqvare omnia doceasqve necesse est.

Nulla fides homines inter sævosqve leones:
Nunqvam agni atqve lupi sensu ducuntur eodem.

Sic in maximo hoc & principe felicitatis dogmate, Platoni cum Aristotele communio nulla esse potest. Prorsus enim, si minus alter de altero male cogitet, in iis saltem qvæ ad illud summopere pertinent tota palam disputatione pugnant.

Πλάτων δ' ἐκ περιουσίας περὶ τῶν ἄλλων ζητῇ, τὸ ἔκπλεον εἰς εὐδαιμονίαν ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀρετῆς ἔχων· οὐδὲν ἂν ὑμῖν εἴη τοῦ γε κοινοῦ· ἀλλά σοι δεῖ λόγων ἄλλων τῶν γε Πλάτωνος.

Ὡς γὰρ οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά,
Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν·

οὕτως οὐκ ἔστι Πλάτωνι καὶ Ἀριστοτέλει φιλία περὶ τοῦ κορυφαιοτάτου καὶ κυριωτάτου τοῦ εὐδαιμονίας δόγματος. διαμπερὲς γὰρ εἰ μὴ κακὰ φρονέουσιν ἀλλήλοις, τά γε ὑπεναντία περὶ τῶν εἰς τὸ διαφερόντων φαίνονται λέγοντες.

V.

IDEM ARISTOTELEM A MOSE SIMUL & PLATONE IN QVÆSTIONE DE PROVIDENTIA DISSIDENTEM INSECTATUR.

MOSES præterea Hebræiqve Prophetæ, quibus etiam Plato suffragatur, Providentiam universa complecti distincte clareqve posuerunt. Aristoteles in lunari orbe metam Numini terminumqve constituens, partes mundi reliquas ejus curæ gubernationiqve subduxit. Quam ob causam his ab eodem Attico verbis reprehenditur. Cum inter ea, qvæ ad felicitatem conducũt, inquit, maximum etiam illud sit atqve potissimum, ut certam de Providentia fiduciam habeamus; quippe quod dirigendis humanæ vitæ rationibus summo sit usui futurum, si nos minime latuerit, recto-ne ac plano ingressu, an per obliquos errorum flexus terrestrium hominum genus incedat: Plato ad Deum omnia revocat, ex eoqve nectit omnia. docet enim illum ita rerum omnium principium, media, finemqve complecti, ut recta semper easdem obeundo perficiat. Tradit insuper bonum illum esse, nec bono ulla unquam in re bonum alterum invidere: proinde qvæ extra se sint, qvam optima illum cuncta efficere, in ordinem ex perturbatione digesta: postremo qui omnium curam gerat, eaqve pro summa potestate ornet, humano etiam generi prospicere. Et paucis interjectis. Ac Plato qudem, inquit, ita statuit.

ε.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, διενεχθέντα Μωσῇ καὶ Πλάτωνι, ἐν τῷ περὶ Προνοίας λόγῳ.

ΠΑΛΙΝ Μωσέως καὶ τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Πλάτωνος τούτοις συμφώνως, τὸν περὶ τῆς τῶν ὅλων Προνοίας λόγον εὐκρινῶς διατεθειμένων· ὁ Ἀριστοτέλης μέχρι Σελήνης στήσας τὸ θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη περιγράφει τῆς τοῦ Θεοῦ διοικήσεως. ἐφ' οἷς καὶ ἀπελέγχεται πρὸς τοῦ δηλωθέντος, ὧδέ πη διεξιόντος. Ὄντος δ' ἐπὶ μεγίστου καὶ κυριωτάτου τῶν εἰς εὐδαιμονίαν συντελούντων τοῦ περὶ τῆς Προνοίας πείσματος, ὃ δὴ καὶ μάλιστα τὸν ἀνθρώπινον βίον ὀρθοῖ, εἴγε μὴ μέλλοιμεν ἀγνοεῖν, πότερον δὴ κατ' ἴχνος ὕψιον, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθονίων γένος ἀνδρῶν. [illegible] ὁ δὴ Πλάτων εἰς Θεὸν καὶ ἐκ Θεοῦ πάντα ἀνάπτει. φησὶ γὰρ αὐτὸν ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχοντα, εὐθείᾳ περαίνειν περιπορευόμενον. καὶ αὖ πάλιν φησὶν αὐτὸν ἀγαθὸν εἶναι, ἀγαθῷ δὲ μηδένα φθόνον ἐγγίγνεσθαι περὶ μηδενός. τούτου δὲ ἐκτὸς ὄντα, πάντα ὅτι μάλιστα ἀγαθὰ ποιεῖν, εἰς τάξιν ἄγοντα ἐκ τῆς ἀταξίας. πάντων δὲ ἐπιμελούμενον, καὶ πάντα κατὰ δύναμιν κοσμοῦντα, πεφροντικέναι καὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ μετὰ βραχέα. Καὶ ὁ μὲν Πλάτων οὕτως·

A Ὁ δὲ, τὴν δαιμονίαν ταύτην φύσιν ἐκποδὼν ποιούμενος, καὶ τήν γε εἰσαῦθις ἐλπίδα τῆς ψυχῆς ἀποτέμνων, τὴν τε ἐν τῷ παρόντι πρὸς "τῶν Κρειττόνων εὐλάβειαν ἀφαιρούμενος, τίνα πρὸς Πλάτωνα ἔχει κοινωνίαν; ἢ πῶς ἂν ἐφ' ἃ βούλεται Πλάτων, παρακαλέσαι, καὶ πιστώσαιτο τὰ εἰρημένα; πᾶν γὰρ τοὐναντίον, συνεργὸς ἂν οὗτός γε καὶ συναγωνιστὴς τῶν ἐθελόντων ἀδικεῖν φανείη. πᾶς γάρ τις ἄνθρωπος ὢν, καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις ὀρέξεσι κατεχημένος, ἂν B καταφρονήσῃ τῶν Θεῶν, "καὶ μηδὲν νομίσῃ πρὸς αὐτὸν, πόῤῥω μὲν αὐτῶν ἀπῳκισμένος ἐν τῷ ζῆν, ἀποθανὼν δὲ οὐδὲ ἔτι ὢν, ἕτοιμος ἂν ἔλθοι πρὸς τὸ χαρίζεσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις. πίστιν γὰρ λαβεῖν περὶ τοῦ λαθεῖν ἀδικοῦντα οὐκ ἀδύνατον, ἄν γε ἀνθρώπους δέῃ λανθάνειν· οὐ μὴν "ἀναγκαῖον ἐκ παντὸς λαθεῖν ζητεῖν, ὅπου γέ τις τῶν πεφωρακότων κρατεῖν δυνατός "ἐστιν. ὥστε ἑτοιμόν τι χρῆμα πρὸς ἀδικίαν, ἡ τῆς Προνοίας ἀπόγνωσις. ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ πάνυ χρηστός ἐστιν, ὅστις τὴν ἡδονὴν ἡμῖν προτείνας ὡς ἀγαθὸν, καὶ τὴν ἐκ Θεῶν ἄδειαν παρασχόμενος, ἔτι μηχανὴν πρὸς τὸ μὴ ἀδικεῖν παρέχειν οἴεται· ὅμοιόν τι ποιῶν ἰατρῷ, τὴν μὲν ἔτι ζῶντος τοῦ κάμνοντος βοήθειαν παρέντι, μετὰ θάνατον δὲ πλέκειν τινὰς "μὲν μηχανὰς πειρωμένῳ πρὸς σωτηρίαν τοῦ τεθνεῶτος. παραπλησίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ Περιπατητικός. οὐ γὰρ οὕτως ἡ περὶ τὴν ἡδονὴν σπουδὴ, D ὡς ἡ περὶ τὸ θεῖον, ὅτι κήδοιτο, ἀπιστία, τὴν ἀδικίαν ἐπιῤῥώννυσι. Τί οὖν, φήσαι τις ἄν, ἐν ταυτῷ θήσεις Ἀριστοτέλην καὶ Ἐπίκουρον; πάνυ μὲν οὖν, ὥς γε πρὸς τὸ προκείμενον. τί γὰρ διαφέρει πρὸς ἡμᾶς, ἢ τοῦ κόσμου τὸ θεῖον ἐξοικίσασθαι, καὶ μηδεμίαν ἡμῖν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν ἀπολιπεῖν· ἢ ἐν κόσμῳ τοὺς Θεοὺς καθείρξαντα, τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων ἀποστῆσαι; κατ' ἴσον γὰρ ἀμφοτέροις τὸ ἐκ Θεῶν ἀμελὲς εἰς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἴση τοῖς ἀδικοῦσιν ἀπὸ τῶν Θεῶν ἄδεια. τὸ δὲ "κινουμένων τῶν κατ' οὐρανὸν καὶ ἡμᾶς τι χρηστὸν ἀπολαύειν μάλιστα μὲν κοινὸν καὶ ἀλόγων καὶ ἀψύχων· ἤδη δὲ ταύτῃ γε, καὶ κατ' Ἐπίκουρον ὄνησις τοῖς ἀνθρώποις ἀπὸ Θεῶν γίνεται.

Ir. τοῖς Κρείττοσι. — Ir. κάτωθεν. — Ir. add. αὐτ. — Ir. add. ἐστ. — pag. 467. Ir. del. — V. Not.

At vero Aristoteli, dum excellentem illam divinamqve naturam abigens, spem simul futuri omnem animo resecat, simul etiam hic omnem erga Superos observantiam ac pietatem aufert; quæ tandem cum Platone communio esse possit? Qvomodo Platonis ad mentem sensumqve complectendum idem adhortetur, illiusqve doctrinam ulla ex parte confirmet? Contra sane, improbis adjutorem se palam ac sceleris administrum profitetur. Homo enim quisquis est, atqve humanis cupiditatibus involutus, is si Deos semel contempserit, nec eos ad se quicquam pertinere putaverit, propterea quod & procul ab iis sejunctus hic vivat, nec post mortem ullus sit futurus: utiqve genio fidenter indulgeat. Nam si homines tantum fallendi erunt, nihil erit omnino, qvamobrem eos, cum improbe faciet, latere se posse desperet: imo nec latebram sceleri admodum quærendam putabit, si ex iis qui deprehenderint, tenere ac cohibere nemo poterit. Ita facilis admodum ac proclivis ad improbitatem ei lapsus est, qui de Providentia spem omnem abjecerit. Prorsus e- C nim videlicet, vir bonus ille sit necesse est, qui postqvam nobis voluptatem hinc tanquam bonum aliquod porrexerit, Deum inde metum omnem sustulerit; prohibendi tamen sceleris viam sibi adhuc & rationem aliquam repræsentare videatur. Perinde omnino ac si medicus aliquis, postqvam ægroto nullam dum adhuc viveret opem attulisset; extincto demum novis artibus salutem pararet. Persimilis utiqve Peripatetici nostri ratio est. Nec enim tantum unqvam ex voluptatis appetitione, qvan- D tum ex divinæ Providentiæ negatione roboris improbitati ac virium accesserit. Qvid ergo, dicat aliquis, tu eodem in loco Aristotelem, quo Epicurum habiturus es? Enimvero eodem, hoc quidem in genere. Nam obsecro, nostra quid interest, utrum ex mundo Numen extermines, nobisqve cum eo communionis relinqvas nihil: an quos eodem mundo Deos incluseris, eos ab omni terrarum commercio curaqve summoveas? Æqvalis videlicet ex utraqve doctrina, cum in Diis hominum neglectio, tum divini metus in improbis vacuitas conseqvetur. Nam qvod ex iis, dum in cœlo versantur, fructus aliquid nos etiam capiamus: primo, totum hoc nobis cum rebus non ratione tantum, sed etiam vita carentibus commune est; deinde, similem quoqve a Diis opem hominibus Epicurus ostendit.

Quæ enim ex illis optima defluunt, quibus ipsa contigerint, ingentium bonorum causas esse docet. At neutrum profecto ulla in Providentiæ parte reponendum est. Nam si ex Epicuri mente, ut in bonorum suorum conservatione omnem a Diis solicitudinem adhiberi velit, funditus tamen Providentia tollitur; tollatur eadem Aristotelis ex sententia necesse est, tametsi rerum in cœlestium gubernatione ordinis aliqvid ornatusq; videatur. At nos eam, qvæ nostra intersit, Providentiam quærimus, qva sane careat oportet, qui nec Dæmones aut Heroes, nec Animos prorsus ullos sempiternos esse concedat. Et vero, me judice, verecundius fecit Epicurus, qui quod fieri posse desperaret, uti se ab hominum cura, si semel cum iis versarentur, Superi abstinerent, eos sic tanqvam in peregrinum aliqvod solum ablegatos, extra mundum alicubi collocavit; omnem ab iis inhumanitatis suspicionem, hoc eorum dissidio, atqve hac ab universo disjunctione depellens. At vero noster hic naturæ summus indagator, rerumqve divinarum explorator tam accuratus ac diligens, ubi res humanas in ipso Deorum conspectu posuit, easdem ab omni eorum cura & provisione destitutas reliquit, ac suapte quadam natura potius, qvam divina ulla ratione consilioqve gubernatas. Qvare ne criminis quidem illius suspicionem effugjat, quod de Epicuro nonnulli cogitarunt; eum non quod ita sentiret, sed qvod hominum de se judicia formidaret, hoc in universo Diis, sic tanqvam in theatro, locum spectandi aliqvem tribuisse. Qvem ad hominis sensum hac conjectura ducuntur, quod omnem iis erga nos operationem ademerit, ex qva tamen una, Deos esse colligi merito crediqve debuisset. Hoc enim idem facit Aristoteles. Nam qvi simul & Deos procul hinc ableget, & uni tamen oculorum sensui fidem relinqvat, qui sensus de rebus tam disjunctis ac dissitis judicandi vim habet sane quam exiguam: is, opinor, pudore adductus uno, Deos istic collocare videri possit. Qvippe cũ nec extra mundum quicqvam esse velit, & ab omni terrarum commercio Deos sumoveat, necesse omnino fuit, uti aut se palam atheum fateretur, aut agnitorum abs se Deorum opinionẽ, eos istuc amandãdo, utcunq; retineret. At vero alter ille, qui Superos ob suum illud a rebus nostris dissidium, tam diligenti cura liberavit; qvam Deos esse nullos putet, decore saltem honesteq; dissimulat.

A Τὰς γοῦν βελτίονας ἀποῤῥοίας αὐτῶν φασι, τοῖς μεταχοῦσι μεγάλων ἀγαθῶν παραιτίας γίνεσθαι. ἀλλ' οὔτε τοῦτον, οὔτε ἐκεῖνον δίκαιον ἐν Προνοίας ἀριθμεῖσθαι λόγῳ. ἐπεὶ γὰρ καὶ κατ' Ἐπίκουρον τὸ τῆς Προνοίας οἴχεται, καίτοι τῶν Θεῶν κατ' αὐτὸν πᾶσαν κηδεμονίαν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῶν οἰκείων ἀγαθῶν εἰσφερομένων· οὕτως ἂν οἴχοιτο καὶ κατ' Ἀριστοτέλην τὸ τῆς Προνοίας, εἰ καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν ἐν τάξει τινὶ καὶ κόσμῳ διοικεῖται. B Πρόνοιαν γὰρ ζητοῦμεν ἡμῖν διαφέρουσαν, ἧς οὐ μέτεστι τῷ μήτε Δαίμονας, μήτε Ἥρωας, μήτε ὅλως ἐπιδιαμένειν δύνασθαι τὰς ψυχὰς συγκεχωρηκότι. ἐκεῖνο δέ μοι κριτῇ, καὶ αἰσχυντηλότερον ὁ Ἐπίκουρος δοκεῖ πεποιηκέναι. ὥσπερ γὰρ ἀπογνοὺς δύνασθαι τοὺς Θεοὺς ἀπέχεσθαι τῆς ἀνθρώπων κηδεμονίας, εἰς ταυτὸν ἐλθόντας αὐτοῖς, καθάπερ εἰς ἀλλοδαπὴν ἀπῴκισε, καὶ ἔξω που τοῦ κόσμου καθίδρυσε, τὸ ἀπάνθρωπον αὐτῶν C τῇ ἀποστάσει καὶ τῇ πρὸς ἅπαν ἀκοινωνησίᾳ παραιτούμενος. ὁ δὲ περιττὸς ἡμῖν οὗτος τῆς φύσεως ἐξεταστής, καὶ τῶν θείων πραγμάτων ἐπιγνώμων ἀκριβής, ὑπ' αὐτὴν τὴν ὄψιν τῶν Θεῶν τὰ ἀνθρώπινα πράγματα ὑποθείς, εἴασεν ἀτημέλητα καὶ ἀφρόντιστα, φύσει τινὶ καὶ οὐ θείῳ λογισμῷ διοικούμενα. ὅθεν εἰκότως ἂν καὶ αὐτὸς οὐδ' ἐκεῖνο τὸ ἔγκλημα ἐκφύγοι, ὃ κατ' Ἐπικούρου τινὲς μαντεύονται ὡς ἄρα μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλὰ διὰ τὸ πρὸς ἀνθρώπων δέος, τοῖς θε- D οῖς κατένειμεν ἐν τῷ παντὶ χώραν, ὥσπερ ἐν θεάτρῳ θέαν. τεκμήριον δὲ ποιοῦνται τῆς γνώμης τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι αὐτῶν ἀφεῖλε τὴν πρὸς ἡμᾶς ἐνέργειαν, ἐξ ἧς μόνης τὸ εἶναι τοὺς Θεοὺς ἔμελλε τὴν δικαίαν πίστιν ἕξειν. τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο καὶ Ἀριστοτέλης ποιεῖ. ἀποστήσας γὰρ, καὶ παραδοὺς ὄψει μόνῃ τὴν πίστιν, V. Not. πράγματι κειμένῳ ἀσθενεῖ τὰ ἐκ τοσούτου διαστήματος, τάχ' ἂν αἰδοῖ δοκοίη λέγειν ἐνταῦθα εἶναι Θεούς. οὐ γὰρ ἀπολιπὼν ἔξω τι τοῦ κόσμου, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἐπὶ γῆς προσαγαγὼν τοὺς Θεοὺς, ἀνάγκην ἔχεν ἤτοι παντάπασιν ἄθεος εἶναι ὁμολογεῖν, ἢ τοῦ δοκεῖν Ind. ἀπολιπεῖν Θεοὺς δόξαν ἀνασώζειν, ἐνταῦθά που τοὺς Θεοὺς ἀποικίσας. ὁ δὲ τὴν τῶν περι-τένων ἀκρίβειαν παραιτησάμενος τῇ ἀμιξίᾳ, ἔοικεν εὐσχημόνως ἀπιστεῖν τοῖς θεοῖς.

Ταῦτα ὁ Ἀττικὸς πρὸς Ἀριστοτέλην, χρεοκοπῶντα τὸν περὶ Προνοίας λόγον. ὁ δ' αὐτὸς ἔτι καὶ ταῦτα τοῖς εἰρημένοις προστίθησι, πρὸς τὸν αὐτὸν ἀποτεινόμενος, μὴ βουλόμενον γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον.

Hæc Atticus adversus Aristotelem divinæ Providentiæ vim succidentem. Quibus in eundem seqventia deinde subjungit, qvod Mundum ortum esse nollet.

ε.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, διενεχθέντα Μωσεῖ καὶ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ μὴ συγχωρεῖν γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον.

VI.

EJUSDEM ADVERSUS ARISTOtelem, cum Mose ac Platone, de Mundi, qvem negabat, ortu pugnantem disputatio.

B

ΠΑΛΙΝ Μωσέως γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον ὁρισαμένου, Ποιητήν τε καὶ Δημιουργὸν τοῖς ὅλοις τὸν Θεὸν ἐπιστήσαντος, (pag. 508.) τοῦ τε Πλάτωνος τὰ ἴσα Μωσεῖ φιλοσοφοῦντος, τὴν ἐναντίαν καὶ τούτοις ὁ Ἀριστοτέλης ὁδεύσας ἀπελέγχεται πρὸς τοῦ δηλωθέντος συγγραφέως, ὧδε πρὸς ῥῆμα γράφοντος.
» Πρῶτον δὴ περὶ γενέσεως κόσμου σκοπῶν,
» καὶ τὸ τῆς Προνοίας τὸ μέγα τοῦτο καὶ πο-
» λυωφελὲς δόγμα πάντα ζητεῖν ἀναγκαῖον
» ἡγούμενος καὶ λογισάμενος, ὅτι τῷ μὴ γε-
» νομένῳ, οὔτε τινὸς Ποιητοῦ, οὔτε τινὸς Κηδε-
» μόνος πρὸς τὸ γενέσθαι καλῶς χρεία, ἵνα
» μὴ ἀποστερήσῃ τὸν κόσμον τῆς προνοίας, ἀ-
» φεῖλε τὸ ἀγένητον αὐτοῦ. Παραιτούμεθα δὲ
» νῦν μὴ ἐμποδὼν ἡμῖν τοὺς ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἑστί-
» ας εἶναι, οἷς ἀρέσκει καὶ κατὰ Πλάτωνα τὸν
» κόσμον ἀγένητον εἶναι. δίκαιοι γάρ εἰσιν ἡμῖν
» συγγνώμην νέμειν, εἰ περὶ τῶν δοκούντων
» Πλάτωνι, πιστεύομεν οἷς αὐτὸς Ἕλλην ὢν
» πρὸς Ἕλληνας ἡμᾶς σαφεῖ τε καὶ τρανῷ τῷ
» στόματι διείλεκται. παραλαβὼν γάρ, φησίν, ὁ
» Θεὸς πᾶν ὅσον ἦν ὁρατόν, οὐχ ἡσυχίαν ἄ-
» γον, πλημμελῶς δὲ καὶ ἀτάκτως κινούμε-
» νον, εἰς τάξιν ἤγαγεν ἐκ τῆς ἀταξίας, ἡγη-
» σάμενος τοῦτο ἐκείνου πάντως ἄμεινον. ἔτι
» δὲ καὶ μᾶλλον ὅτι μὴ δι' αἰνιγμάτων, μηδ'
» ἐπὶ τοῦ σαφοῦς χρείᾳ τὴν γένεσιν παρεδέξα-
» το, δηλοῖ δι' ὧν ὁ Πατὴρ αὐτῷ τῶν πάντων
» διείλεκται περὶ τούτου, μετὰ τὴν τῶν ὅλων
» δημιουργίαν. Ἐπειδὴ γάρ, φησί, γεγένησθε,
» (λέγει δὲ πρὸς τοὺς Θεούς,) ἀθάνατοι μὲν
» οὐκ ἐστέ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν· οὔτι γε μὴν
» λυθήσεσθε, τῆς ἐμῆς βουλήσεως τυχόντες.

MUNDUM insuper Moses cum aliqvo generatum ortu posuit, tum Parentem ejus Molitoremqve Deum huic rerum universitati præfecit: qvo in genere Mosi quoqve affinia Plato philosophatur. Contrariam utriqve Aristoteles hac etiam in qvæstione viam insistens, ab eodem Attico sic ad verbum scribente revincitur. Principio, inqvit ille, cum in hac de mundi ortu cogitatione Plato versaretur, idemqve magnum illud & cum primis fructuosum Providentiæ dogma scrutandum cuivis diligentius putaret; ac simul ita philosopharetur, qui ortus aliqvando non sit, eidem ut præclare sit, nullo vel Effectore, vel Curatore opus esse: continuo, ne Mundum Providentia spoliaret, negavit ortum esse nunqvam. Hic vero admodum exoratos velim, uti ne molestiam nobis ullam facessant, qui ejusdem ac nos familiæ cum sint, Mundum tamen ex Platonis quoq; sententia generatum esse negant. Verum enim profecto est hanc eos nobis veniam dare, si Platonis doctrinam mentemq; qvod attinet, iis ipsis fidem habeamus, qvæ clara disertaqve voce apud nos, hoc est Græcos homines, Græcus homo disputavit. Deus enim, inqvit ille, quicquid videri poterat universum complexus, cum id non qviesceret, sed vitioso & incondito motu ageretur, in ordinem ex illa perturbatione digessit, statum hunc ratus omni ex parte altero illo meliorem futurum. Qvem ille mundi ortum, quam non aut ænigmatis cujusdã specie, aut illustrandæ tantum rei gratia probaverit, ex verbis illis longe adhuc clarius certiusq; constat, quibus rerum, ut vocat, omnium Parentem, hanc ipsam in rem post Universi molitionem usum esse scribit: Qvoniã, inqviebat, orti estis, (Deos autẽ alloqvebatur) ĩmortales vos qvidẽ esse & indissolubiles nõ potestis; neutiqvã tamẽ dissolvemini qvod voluntatis meæ vinculo colligati sitis,

Verum, uti jam dixi, cum iis, qui nos intus domiqve nostræ alloqvuntur, utpote cum amicis, amice quoqve ac placide controversiam hanc mitioribus argumentis disceptare liceat. Nam hos etiam Aristoteles eas in partes traduxisse videri jure possit, qui nec dogmatis hujus accusationi repugnare possent, nec ullam tamen, quam falsi damnarēt opinionem, Platoni tribuisse convinci vellēt. Nunc vero, cum Plato, uti nostris ipsimet auribus docentem audivimus, & Mundum idē operum omnium præstantissimum, ab Artificum præstantissimo factum esse velit; & eā universitatis Molitori vim ac potestatem attribuat, qua & eum qui ante nullus erat Mundum effecerit, & jam abs se factum, perpetuo si velit, salvum & incolumem conservabit: atq; ita Mundus, Platonis ex mente, & ortus idem sit, & tamen ab interitu liberatus; quis tandem ex Peripateticis suo nobis ista calculo suffragioq; confirmet? Enimvero comonendus amice nobis est dogmatum istorum defensor, neqve ortum si quid erit, id necessario corruptioni obnoxium esse debere, neqve si quid vicissim corrumpetur, nunqvam, id ortum continuo nullum habuisse. Nec enim aut quod interitu careat, id aliam nullam, quam quod etiam ortu careat, perpetuitatis suæ causam habere concedendum est; aut quod semel ortum habuerit, eidem inexorabilis quædam intereundi necessitas imponenda. His ergo stabiliendis quid tandem ex Aristotelis doctrina præsidii mutuemur? ejus inqvam hominis, qui non jam dicis causa, imo nec per sese hoc in genus disputationis incumbat, sed recta feratur in Platonem, eique quod ortum est pereundi necessitatem afferat; quod vero non pereat, id ea solum causa, quod ortum nunqvam fuerit, perpetuum manere defendat: postremo ne Deo qvidem ipsi boni ullius, si velit, efficiendi vim ac potestatem relinquat? Nam qvod prius nullum erat, inquit, id esse postea nullo modo potest. Atqve hoc orationis genere a stabilienda Platonis doctrina tantum abest, ut eo potius absterritos ex iis nonnullos, qui studiose Platonem sequebantur, ab eadem sententia dimoverit. At ii scilicet videre non potuerunt; si quidem rerum ipsarum natura per sese, atqve a Dei voluntate ac numine sejuncta spectetur, neque quod ortum semel est, id ab interitu liberum futurum, neq; vicissim quod interibit nunqvam, idem ortum aliqvando esse: sin autem præcipua divinæ causæ ratio habeatur, verum esse profecto, ut ea semel omnium dux princepsq; constituta, nihilo saltem infirmior quam cæteræ

A Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, πρὸς μὲν τοὺς ἔνδον ἡμῖν φθεγγομένους, ἅτε φίλους ὄντας, φιλίως τε καὶ μεθ' ἡσυχίας πρᾳοτέροις ἐλέγχοις διακεκρίσθαι ἄν. Ἔοικε γὰρ καὶ τούτους Ἀριστοτέλης μεταθεῖναι, τῇ μὲν κατηγορίᾳ τοῦ δόγματος ἀντισχεῖν ἀδυνατήσαντας, τὸ δὲ ἁλῶναι δόξαν ὡς ψευδῆ οὐ βουληθέντας ἀναθεῖναι Πλάτωνι. Κατὰ δὲ τὴν ἡμετέραν ἀκοὴν, ἀξιοῦντος Πλάτωνος τὸν κόσμον γεγονέναι κάλλιστον ἔργον, ὑπὸ τοῦ καλλίστου τῶν Δη- B μιουργῶν, καὶ περιθέντος τῷ τοῦ παντὸς ποιητῇ δύναμιν, δι' ἧς οὐκ ὄντα πρότερον ἐποίησε τὸν κόσμον, καὶ ποιήσας, εἰσαεὶ βουλόμενός γε σῶον διαφυλάξει· καὶ ταύτῃ δὴ γενητοῦ καὶ ἀφθάρτου κατ' αὐτὸν ὑποκειμένου τοῦ κόσμου, τίς ἡμῖν τῶν Περιπατητικῶν ταῦτα βεβαιοῖ; δεῖ δὲ παραμυθήσασθαι τὸν συναγωνιστὴν τούτων, ὅτι οὐ πάντως, εἴ τι γέγονεν, ἀνάγκη τοῦτο φθαρῆναι· πάλιν δ' οὐδ' εἴ τι μὴ φθαρήσεται, τοῦτ' C ἀναγκαῖον ἀγένητον εἶναι. οὔτε γὰρ μίαν αἰτίαν τῷ ἀφθάρτῳ τὴν ἐκ τοῦ ἀγενήτου συγχωρητέον, οὔτε τῷ γενομένῳ τὴν εἰς ὄλεθρον μεταβολὴν ἀζήτητον καταλειπτέον. πόθεν οὖν ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους λάβοιμεν ἂν βοήθειαν εἰς ταῦτα, ἀνδρὸς οὐ τιμωμένου, οὐδὲ καθ' αὑτοῦ προαγομένου τὸν περὶ τούτων λόγον, ἀλλ' ἐξ ὀρθοῦ πρὸς Πλάτωνα ἐναντιουμένου, καὶ τό, τε γενόμενον εἰς ἀνάγκην τοῦ ἀπολέσθαι περιιστάντος, τό, τε μὴ ἀπολλύμενον, ἐκ μόνου τοῦ μὴ γενέσθαι λέγοντος κρατύνεσθαι τὸ ἄ- D φθαρτον, οὐ μὴν ὡς δύναμιν ἀπολείποντος αὐτοῦ περὶ τὸν Θεὸν, ἢ χρώμενος ἀγαθὸν ἄν τι ποιήσαι; ὃ γὰρ οὔπω πρότερον γέγονε, τοῦτο, φησὶν, οὐδ' ἂν γένοιτο. τοσοῦτόν τε ἀποδεῖ τοῦ διὰ τούτων βοηθεῖν τῷ Πλάτωνος λόγῳ, ὥστε ἤδη τινὰς καὶ τῶν περὶ Πλάτωνα ἐσπουδακότων φοβήσας, οἷς εἶπεν, ἀπέστησε τοῦ δόγματος· οὐ δυνηθέντας συνιδεῖν, ὅτι κατὰ μὲν τὴν αὐτῶν φύσιν τῶν πραγμάτων, ἣν ἄν τις ἄνευ Θεοῦ βουλήσεως καὶ δυνάμεως ἐπινοήσαι, οὔτε τὸ γενόμενον ἄφθαρτον, οὔτε τὸ μὴ φθαρησόμενον γεννητόν. ὅταν δὲ τὴν ἀρίστην τις αἰτίαν ἐπιζητήσῃ τὴν ἐκ Θεοῦ, δεῖ ταύτην ἡγεμόνα τῶν πάντων λαβόντα, μηδὲν αὐτὴν τῶν ἄλλων αἰτίαν ἀποφαίνειν χείρονα.

Γελοῖον γάρ, διότι μὲν γέγονέ τι, διὰ τοῦτο φθαρῆναι· εἰ δὲ ὁ Θεὸς βούλεται, μὴ φθαρῆναι· καὶ διότι μέν τι ἀγένητόν ἐστιν, ἔχειν ἰσχὺν τοῦ μὴ φθαρῆναι· τὴν δὲ παρὰ Θεοῦ βούλησιν ἐνδεῖν, πρὸς τὸ ἄφθαρτον τηρῆσαί τι τῶν γενομένων. καὶ ὁ μὲν οἰκοδόμος ἱκανὸς οὐκ οὖσαν οἰκίαν κατασκευάσασθαι· ἱκανὸς δέ τις καὶ ἀνδριάντα μὴ ὄντα πρότερον, ὄντα ποιῆσαι· καὶ ναῦν ἄλλος ἐξ ὕλης ἀργοῦ τεκτηνάμενος παρέχει τοῖς δεομένοις· καὶ τῶν ἄλλων τεχνιτῶν ἕκαστος, ὅσοι γε τὰς ποιητικὰς μετίασι τέχνας, δύναμιν ταύτην ἔχουσιν, ὥστε τι τῶν οὐκ ὄντων ἄγειν εἰς οὐσίαν. ὁ δὲ Παμβασιλεὺς καὶ ἀριστοτέχνης, οὐδ' ἴσον ἀνθρωπίνου τεχνίτου δυνάμεως μεθέξει, ἄμοιρος δ' ἡμῖν πάσης ἔσται γενέσεως; οὐκ, ἐάν γε κατὰ βραχὺ θείας αἰτίας ἐπιλογισμὸν οἷοί τε ὦμεν λαβεῖν. Ἀλλὰ ποιῆσαι μὲν ἱκανὸς καὶ βουληθῆναι τὰ καλά· ἀγαθὸς γάρ, (ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς φθόνος περὶ οὐδενός) τηρῆσαι δὲ καὶ διαφυλάξαι τὰ γενόμενα οὐ δυνατός; καὶ μὴν καὶ οἱ λοιποὶ τεχνῖται πρὸς ἄμφω ἱκανοί. ὁ γοῦν οἰκοδόμος καὶ ὁ ναυπηγός, οὐ μόνον καινὰς κατασκευάζονται ναῦς καὶ οἰκίας, ἀλλὰ καὶ ταῖς ὑπὸ χρόνου διαφθειρομέναις ἱκανοὶ βοηθεῖν, ἕτερα τῶν πεπονημένων ἀντικαθιστάντες αὐταῖς. ὥστε καὶ τῷ Θεῷ πάντως τό γε τοσοῦτον συγχωρητέον. ὃ γάρ τις ὅλον ποιῆσαι δυνατός, τοῦτο πῶς ἂν ἐκ μέρους ἀδύνατος εἴη ποιεῖν; καὶ γίνεσθαι τοίνυν τι δεῖ καινόν, εἴγε μέλλοι τις ὅλως " ποιητής, καὶ τὸ καλὸν ἔργον πρὸς ἅπαν διασώζεσθαι. τὸ γὰρ εὖ γενόμενον ἐθέλειν λύειν, κακοῦ. μείζων δὲ ἄλλος εἰς σωτηρίαν τῶν γενομένων, δεσμὸς οὐκ ἔστι τῆς τοῦ Θεοῦ βουλήσεως. ἢ ἀνθρωπίνης μὲν σπουδῆς καὶ βουλήσεως μεταλαβόντα πολλά, καὶ ἔθνη, καὶ πόλεις, καὶ ἔργα, μένει χρόνον ἀμήχανον ὅσον γενόμενα, μηκέτ' ὄντος τοῦ θελήσαντος· τὰ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ μετασχόντα γνώμης, καὶ δι' αὐτὸν καὶ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, ταῦτα δὴ ἄρα παρόντος τοῦ ποιήσαντος οἰχήσεται καὶ οὐ παραμενεῖ; τινὸς αἰτίας βιασαμένης τὴν τοῦ Θεοῦ γνώμην; πότερον τῆς ἐξ αὐτῶν τῶν γενομένων ἀνάγκης; ἀλλ' αὐτή γε τῷ προσέσθαι τὸ κοσμηθῆναι, τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ προσωμολόγησεν ἧτταν. ἀλλ' ἔξωθέν τινος αἰτίας ἀνταγωνιζομένης τῷ Θεῷ;

ἴσ. add. ὅλως

Adeteriorqve censeatur. Etenim ridiculum utiqve fuerit, quod ortum aliquid sit, propterea id corrumpi; idem si corrumpi Deus voluerit, non corrumpi: similiter, quod aliquid ortu careat, propterea interitus abs se propulsandi vim habere; divinam contra voluntatem minus habere virium, quam ut quicqvam eorum, quæ generata sunt, ab interitu liberare possit. An vero domum, quæ nulla erat Architectus exstruere poterit, signum alius efficere, quod ante non esset, alius ex rudi materia navim iis quibus

B opus illa sit, ædificare: postremo quicunq; in effectricium artium tractatione versantur, aliquid ut sit, quod prius non erat, efficiendi vim habebunt: Regem illum universi, Artificemqve præstantissimum, potestatis ne tantum quidem, quantum mortalem Opificem habere concedemus, omniqve eum generandi facultate privabimus? Nunqvam profecto, si de Causa illa divina vel minimum quid animo informare poterimus. Quid igitur? An forte (quoniam ipse bonus est, bonum autem nullius rei copiam invidet:) bona efficere cum possit, tum etiam velit;

C quæ tamen effecta sint, conservare idem tuerique non possit? At cæteri artifices utrũqve possunt. Architecti quidem & navium ædificatores, non tantum novas seu domos, seu naves moliuntur, sed iis etiam tempore vitiatis, partes alias corruptarum in locum sufficiendo, mederi possunt. Qvare tantundem omnino saltem Deo concedendum est. Quod enim totum efficere quis potuerit, quomodo ex parte id ipsum efficere non possit? Itaqve, si quis vere ac proprie effector erit, cum ejus novum aliquod

D opus extare, tum illud si bonum fuerit, ab eodem adversus omnem injuriam conservari oportebit. Bonum enim jam effectum velle dissolvere, mali utiq; fuerit. Porro ad ea quæ facta sunt conservanda, nõ aliud divina voluntate fortius vinculum esse possit. Qvid enim? an populi, urbes, operaq; qvamplurima, cum semel hominum studium ac voluntas accesserit, infinito quodam tempore, (ut pridem esse desierit, qui primum ita voluerat,) constituta manent: Quæ vero Dei orta consilio, quæ propter ipsum, atq; ab ipso perfecta sint, ea præsente licet effectore, dilapsa interibunt? Quę causa tantam vim afferet divinæ voluntati? An ex rebus ipsis, quæ factæ sint, profecta necessitas? At illa vel hoc ipso, quod fingi eas disponiqve permisit, victam se a Deo ac superatam confessa est. An Deo causa quædam extrinsecus adversatur?

„ At nec ulla talis est; nec si esset, verum tamen foret, Deum, quibus in rebus etiam ordinandis superior jam fuerit, in his ipsis aliqua demum inferiorem ducere: nisi forte nobis de maximo maximeqve divino Numine sermonem esse penitus ignoremus. Sed enim in hanc pro veritate disputationem vehementiore qvodam studio videmur esse delati. Planum quidem illud fecimus, qvod propositum nobis erat, de Mundi conditu doctores illos nunqvam futuros, qvi ne primum quidem ullum ipsi ortum relinqvant. Cæterum de qvinta etiam corporum Essentia, qvam induxit Aristoteles, qvæ seqvuntur addenda sunt.

Ἀλλ' οὔτ' ἔστιν, οὔτε ἐν οἷς ἔφθη κρατήσας καὶ κοσμήσας ὁ Θεὸς, ἔτι ἄξιον ἐν τούτοις αὐτὸν ἐλαττοῦν τινος, εἴ γε μὴ παντάπασι λανθάνομεν ἡμᾶς αὐτοὺς περὶ τῆς μεγίστης καὶ θειοτάτης δυνάμεως διαλεγόμενοι. Ἀλλὰ γὰρ εἰς τὸν περὶ τῆς ἀληθείας λόγον ἐοίκαμεν ὑπὸ προθυμίας ἐκφέρεσθαι. δῆλον μὲν καὶ ὃ προὐθέμεθα, ὡς οὐκ ἂν εἶεν διδάσκαλοι περὶ κόσμου γενέσεως, οἱ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γένεσιν ἀπολιπόντες αὐτῷ. Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς τῶν B σωμάτων πέμπτης Οὐσίας, ἣν εἰσηγήσατο Αριστοτέλης, ταῦτα παραθετέον.

VII.

EJUSDEM ADVERSUS EUNDEM, QVINTAM CORPORUM ESSENTIAM INDUCENTEM, QUAM NEQVE MOSES, NEQVE PLATO NOVIT.

ζ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, πέμπτην σωμάτων ὑποτιθέμενον οὐσίαν, ἣν οὔτε Μωσῆς, οὔτε Πλάτων γινώσκει.

„ QVÆ vulgo dicuntur Elementa, quibus ex primis corpora conflata sunt, ea Plato perspectam ipsorum evidentiam, & superiorum Philosophorum auctoritatem sequutus, quatuor posuit, illa ipsa omnium confessione probata, Ignem, Terram, Aerem, & Aqvam, ex quibus inter sese temperatis atqve mutatis, cætera omnia generentur. At vero Aristoteles, cum excellentioris, ut videtur, Sapientiæ laudem speraret, si novum aliquod insuper corpus inveheret, notis illis quatuor quintam adjunxit Essentiam. In quo splendide prorsus ac magnifice naturam habuit ille quidem: sed videlicet non intellexit, ejus non esse qui se Physiologum profitetur, leges condere, sed tantum quæ naturæ propria sunt diligenter explicare. Qvare ad ejus demonstrationis vim, qvæ primas quatuor esse corporum naturas efficiat, qua sane Platonici opus habent, non modo Peripateticus affert nihil, sed etiam huic pene solus adversatur. Cum enim corpus omne, calidum aut frigidum, humidum aut siccum, molle aut durum, leve aut grave, rarum aut densum esse dicamus; videamusqve aliud nullum præter illa quatuor esse posse, quod his e conditionibus aliqvam sortiatur: (nam si calidum sit, aut Ignis erit, aut Aer; si frigidum, vel Aqua, vel Terra: sin autem siccum fuerit, aut Ignis, aut Terra; si humidum, vel Aqua, vel Aer: si vero molle sit, aut Aer, aut Ignis; si durum, vel Aqua, vel Terra:

ΠΕΡΙ γοῦν τῶν καλουμένων στοιχείων, ἐξ ὧν C πρώτων σώματα συνέστηκε, Πλάτων μὲν ἑπόμενος τῇ περὶ αὐτὰ ἐναργείᾳ, καθάπερ καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ, τέσσαρά τε ἔφησεν εἶναι ταῦτα ὁμολογούμενα, Πῦρ, καὶ Γῆν, καὶ Ἀέρα, καὶ Ὕδωρ, καὶ ἐκ τούτων συγκιρνομένων καὶ τρεπομένων τὰ λοιπὰ πάντα γίνεσθαι· Αριστοτέλης δ', ὡς ἔοικεν, ἐλπίσας περιττότερος φανεῖσθαι τοῦ φρονεῖν, εἴ τι σῶμα ἐκ περιττοῦ προσθείη, προσκατηρίθμησε τοῖς φαινομένοις τέτταρσι σώμασι τὴν πέμπτην Οὐσίαν· πάνυ μὲν λαμπρῶς καὶ φιλοδώρως τῇ D φύσει χρησάμενος, μὴ συνιδὼν δ' ὅτι οὐ νομοθετεῖν δεῖ φυσιολογοῦντα, τὰ δὲ τῆς φύσεως αὐτῆς ἐξιστορεῖν. Εἰς γοῦν τὴν ἀπόδειξιν τοῦ τέτταρας εἶναι τὰς πρώτας τῶν σωμάτων φύσεις, ἧς δὴ χρεία τοῖς Πλατωνικοῖς, οὐ μόνον οὐκ ἂν συντελοίη τι ὁ Περιπατητικὸς, ἀλλὰ σχεδὸν καὶ μόνος ἐναντιοῖτ' ἄν. λεγόντων γοῦν ἡμῶν, ὅτι πᾶν σῶμα ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν ἢ ξηρὸν, ἢ μαλακὸν ἢ σκληρὸν, ἢ κοῦφον ἢ βαρὺ, ἢ ἀραιὸν ἢ πυκνόν· καὶ εὑρισκόντων ὅτι οὐκ ἂν ἕτερον εἴη τι τὸ μεθέξον τούτων τινὸς παρὰ τὰ τέσσαρα· (εἰ μὲν γὰρ θερμὸν, ἢ Πῦρ, ἢ Ἀήρ· εἰ δὲ ψυχρὸν, Ὕδωρ, ἢ Γῆ· καὶ εἰ μὲν ξηρὸν, Πῦρ, ἢ Γῆ· εἰ δὲ ὑγρὸν, Ὕδωρ, ἢ Ἀήρ· καὶ εἰ μὲν μαλακὸν, Ἀὴρ, ἢ Πῦρ· εἰ δὲ σκληρὸν, Ὕδωρ, ἢ Γῆ·

καὶ κοῦφον μὲν καὶ ἀραιόν, οἷον, Πῦρ καὶ Ἀήρ· βαρὺ δὲ καὶ πυκνόν, Ὕδωρ καὶ Γῆ· καὶ ἐκ τῶν ἄλλων δὲ ἁπασῶν τῶν ἁπλῶν δυνάμεων, κατανοούντων, ὡς οὐκ ἂν εἴη τι παρὰ ταῦτα σῶμα ἕτερον· οὗτος ἀνθίσταται μόνος, φάσκων δύνασθαι σῶμα εἶναι τούτων ἀμοιροῦν· σῶμα δὲ μήτε βαρύ, μήτε κοῦφον, μήτε μαλακόν, μήτε σκληρόν, μήτε ὑγρόν, ἀλλὰ μήτε ξηρόν, μονονουχὶ λέγων σῶμα οὐ σῶμα. τὸ μὲν γὰρ ὄνομα καταλέλοιπεν αὐτῷ, τὰς δὲ δυνάμεις, δι' ὧν σῶμα πέφυκε γίνεσθαι, πάσας ἀφῄρηκεν. B ἢ τοίνυν ἡμᾶς ἅπερ αὐτὸς λέγει πείθων, ἀφαιρήσεται τῆς Πλάτωνος γνώμης· ἢ τὰ Πλάτωνος βεβαιούμενος, τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀποστήσεται. ὥστε οὐδαμῇ χρήσιμος πρὸς τὰ τοῦ Πλάτωνος. ἔτι ὁ μὲν Πλάτων πάντα τὰ σώματα, ἅτε ἐπὶ μιᾶς ὁμοίας ὕλης θεωρούμενα, βούλεται τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα· ὁ δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, οὐσίαν ἀπαθῆ τε, καὶ ἄφθαρτον, καὶ ἄτρεπτον πάντως ἀξιοῖ, ἵνα δὴ μὴ εὐκαταφρονήτου C τινὸς πράγματος γεννητὴς εἶναι δοκῇ· πρῶτον μὲν καὶ ἴδιον παντάπασι λέγων οὐδέν, τὰ δὲ ὑπὸ Πλάτωνος ἐπ' ἄλλων εἰρημένα καλῶς, μεταφέρων ἐπὶ τὰ μὴ προσήκοντα. καθάπερ τινὲς τῶν ὕστερον γενομένων ἀνδριαντοποιῶν. ἐκεῖνοι γὰρ ἀπομιμησάμενοι τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς κεφαλήν, ἄλλου δὲ τὸ στέρνον, ἑτέρου δὲ τὴν ζώνην, εἰς ταυτὸν συνθέντες ἐνίοτε μὴ προσήκοντα πράγματα ἀλλήλοις, ἔπειτα αὐτοὺς ὥς τι πεποιηκότες ἴδιον· καὶ ὄν- D τως τὸ μὲν ὅλον, ὃ δή τις ἂν ἀσυμμέτρως ἔχον αἰτιάσαιτο, ἐστὶν αὐτῶν, τὰ δ' ἐν αὐτῷ συνηρανισμένα καί τι καλὸν ἔχοντα, οὐκ αὐτῶν. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἀκούων Πλάτωνος, ὅτι ἐστί τις οὐσία νοητὴ καθ' αὑτήν, ἀσώματός τε, καὶ ἀχρώματος, καὶ ἀναφής, οὔτε γινομένη, οὔτε φθειρομένη, οὔτε τρεπομένη, οὔτε μεταβαλλομένη, ἀεὶ δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα· πάλιν δ' αὖ περὶ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀκούων, ὡς ὄντα θεῖα καὶ ἄφθαρτα καὶ ἀπαθῆ ἐστι σώματα, συνέθηκε, καὶ συνεκόλλησεν ἐξ ἀμφοῖν πράγματα μὴ συνᾴδοντα. παρ' ὧν μὲν γὰρ τὸ εἶναι σῶμα, παρ' ὧν δὲ τὸ ἀπαθὲς εἶναι λαβών, σῶμα ἀπαθὲς ἐτεκτήνατο. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀνδριάντων, εἰ καὶ μὴ καλὸν τὸ ἐκ τῶν διαφερόντων, οὔτι γε ἀδύνατον γενέσθαι. διδάσκει οὖν τὰ τοιαῦτα καὶ Ὅμηρος,

A Denique si leve sit atque rarum, aut Ignis erit, aut Aer; si grave atque densum, Aqua vel Terra,) nullum item aliud ex cæteris omnibus simplicibus facultatibus, præter illa quatuor, existere posse sentiamus: repugnat unus ille nobis, corpus aliquod his omnibus vacuum esse defendens: corpus, inquam, non grave aut leve, non molle aut durum, non humidum aut siccum; adeoque tantum non dicens, corpus idem idemque non corpus: nam corporis ei nomen reliquit, facultates ex quibus suapte natura conflatur corpus, ademit universas. Aut igitur, quæ docet, nobis persuadendo, simul nos a Platonis sententia revocabit, aut si Platonis doctrinam stabiliet, a decretis avertet suis. Ita Platonis ad mentem explicandam nihil omnino conferre potest. Præterea, quod unam eandemque corporum omnium materiam esse videamus, ea Plato in sese mutuo converti mutarique voluit: Aristoteles vero * *

* * * *

* * * *

videlicet, ne contemnendi dogmatis inven- G tor haberetur. In quo tamen eximium affert ac singulare nihil, ea modo quæ præclare aliis in rebus Plato animadverterat, transfert ad alienas. Id quod nonnullis e recentioribus statuariis usu venit. Illi enim hominis unius caput, alterius pectus, alterius cingulum imitati, partesque alias cum aliis minus sæpe cohærentes inter sese complexi, hoc sibi tanquam proprium aliquod gratulantur opus. Et vero totum illud, quod jure velut inconcinnum & inconditum reprehenditur, ipsorum est; quibus ex parti- D bus est, collata quasi stipe conflatum, eæ cum elegantes per sese ac politæ sint, ad illos nihil pertinent. Sic Aristoteles, cum ex Platone audiret essentiam aliquam esse, quæ suapte natura spiritalis, incorporea, coloris expers, tactumque fugiens, nec oriatur, nec intereat unquam, aut mutetur, sed eodem semper in statu permaneat: simulq; cœlestibus de rebus audiret, divina quædam esse animantia, quæ nec plane corrumpi, nec infesti quicquam subire possent; utroque ex genere conjunxit & conglutinavit ea, quæ inter se minime convenirent. Cum enim ab aliis corpus esse aliquod, ab aliis non patibile quid esse sumeret, corpus ipse non patibile fabricatus est. Et in statuis quidem, ut pulchrum id elegansque non sit, dissimilibus tamen ex partibus fieri aliquid potest, ut ipsemet Homerus cecinit,

Ille oculosque caputque Jovis, qui fulmine gaudet,
Cingula Mavortis, Neptuni pectora gessit.

At corpus non patibile nullum esse potest. Quod enim cum patibili mutabiliqve natura consociatum est, id cum suo illo consorte patiatur necesse est. Qvod vero patibile non sit, id a patibili sejunctum ac liberum oportet esse, proptereaqve secretum a materia, cujus expers si fuerit, corporis idem expers necessario fuerit. Hactenus ille. Sed alia porro videamus, in qvibus idem ipse Aristotelem a Platone dissentire demonstrat.

Ὄμματα γάρ, φησι, καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διῒ τερπικεραύνῳ,
Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι.

τὸ δὲ σῶμα ἀπαθὲς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. παθητῇ γὰρ καὶ τρεπτῇ συνδεδεμένον φύσει ἀνάγκην ἔχει συμπαθεῖν, ᾧ συνέζευκται. εἰ δέ τι ἀπαθὲς εἴη, τοῦτο ἀφειμένον καὶ ἐλεύθερον ἀπὸ τοῦ πάσχοντος εἶναι δεῖ· ὥστε χωρὶς ἂν εἴη τῆς ὕλης, ἧς κεχωρισμένον, ἀσώματον ἀναγκαίως ὁμολογοῖτ᾽ ἄν. Ἔτι καὶ τούτοις προέχωμεν τὸν νοῦν, ἐν ὅσοις ἄλλοις διαφέρεσθαι τῷ Πλάτωνι τὸν Ἀριστοτέλην παρίστησιν.

VIII.

EJUSDEM ADVERSUS EUNdem, a Platone rerum in cœlestium tractatione dissidentem; qvæ parum admodum curavit Moses.

η.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, καὶ ἐν τοῖς κατ᾽ οὐρανὸν θεωρήμασι διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, ἅτινα Μωσῆς οὐ πολυπραγμονεῖ.

SEQVUNTUR, inqvit, alia deinde, in qvibus ambo dissident, sane qvamplurima. Cœlestium qvippe rerum speciem maxime Plato facit ex igne: Aristoteles ullum prorsus illis esse negat cum igne commercium. Ille Deum ait ad secundum supra terram ambitum lumen accendisse, ut cœlum passim omne qvam maxime collustraret, atqve id de Sole pronuntiat. Hic, quod & Solem ignem esse nolit, & lumen aut puriorem ignem, aut aliqvid ab igne profectum esse intelligat, lumen ideo circa Solem accensum esse non probat. Ille formatenus immortalitatem cœlestibus cunctis attribuens, decessiones in iis accessionesqve mutuas proportione quadam evenire docet. Qvam ab eo philosophandi rationem expressit necessitas: ut decessiones quidem poneret, qvod abs Sole radii & calores per effluentiam exiliant; accessiones vero, quod æqvalis ejus magnitudo semper appareat. Nec enim æqvalem visum iri statuebat, nisi aliqvid, ejus qvod profundebat in locum acciperet. Aristoteles vero, in eadem semper illas substantia permanere vult, nec iis aut decedere qvicqvã, aut omnino accedere. Præterea ad communem illum motum, quo suis in orbibus illigata sidera moveantur, tam fixa qvam errantia,

ἜΠΕΙΤΑ τούτοις ἑπόμενα πολλά, ἐν οἷς διαφέρονται. ὁ μὲν γάρ φησι, τὰ κατ᾽ οὐρανὸν τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἔχειν· ὁ δέ, μηδαμῇ μετεῖναι τοῖς οὐρανίοις πυρός. καὶ ὁ μέν φησιν, ἀνάψαι τὸν Θεὸν φῶς ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς γῆν περιόδῳ, ἵν᾽ ὅτι μάλιστα εἰς ἅπαντα φαίνοιτο τὸν οὐρανόν, περὶ Ἡλίου τὸ τοιοῦτον ἀποφαινόμενος· ὁ δέ, ἅτε οὐκ ἐθέλων πῦρ εἶναι τὸν Ἥλιον, τὸ δὲ φῶς εἰδὼς πῦρ καθαρόν, ἢ τι πυρὸς ὄν, οὐκ ἐπιτρέπει φῶς περὶ αὐτὸν ἀνῆφθαι. Ἔτι ὁ μέν, κατ᾽ εἶδος ἀφθαρσίαν ἀπονέμων τοῖς κατ᾽ οὐρανὸν ἅπασιν, ἀποχωρήσεις τινὰς αὐτῶν καὶ προσχωρήσεις συμμέτρους φησὶ γίνεσθαι. ἀναγκάζουσι δὲ αὐτὸν λέγειν ταῦτα, τὰς μὲν ἀποκρίσεις, αἵ τε ἀκτῖνες τοῦ Ἡλίου καὶ θερμότητες κατὰ ἀπόρρυσιν αὐτοῦ γινόμεναι· τὰς δὲ προσκρίσεις, ἡ ἴση τοῦ μεγέθους αὐτοῦ φάσις. οὐ γὰρ ἂν ἤθελεν ἴσα φαίνεσθαι, μηδὲν ἀνθ᾽ ὧν ἀφίησι λαμβάνοντα. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης πάντη μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτὰ βούλεται, μήτε τινὸς αὐτοῖς ἀποχωροῦντος, μήτε προσιόντος. Ἔτι ὁ μέν, πρὸς τῇ κοινῇ κινήσει τῶν ἄστρων, καθ᾽ ἣν ἐν ταῖς σφαίραις ἐνδεδεμένοι κινοῦνται πάντες οἱ ἀστέρες, οἵ τε ἀπλανεῖς, καὶ οἱ

πλανώμενοι, καὶ ἑτέραν αὐτοῖς κίνησιν ἀποδιδῶσιν, ἣν δὴ καὶ ἄλλως καλλίστην εἶναι συμβέβηκε, καὶ προσηκουσαν αὐτῶν τῇ φύσει τοῦ σώματος. σφαιρικοὶ γὰρ ὄντες, εἰκότως σφαιρικήν ἄν τινα κίνησιν ἕκαστος κινοῖτο περιδινούμενος· ὁ δὲ, καὶ ταύτης ἀφαιρεῖται τῆς κινήσεως αὐτοὺς, ἣν ὡς ἔμψυχοι κινοῦνται, μόνην δὲ ἀπολείπει τὴν ὑπ᾽ ἄλλων τῶν περιεχόντων, ὥσπερ ἀψύχοις συμβαίνουσαν. καὶ δὴ καί φησι τὴν γινομένην φαντασίαν ἡμῖν ἀπὸ τῶν ἀστέρων ὡς κινουμένων, πάθος εἶναι τῆς (B) ἡμετέρας ὄψεως ἀδυνατησης, καὶ ὥσπερεὶ σειομένης, ἀλήθειαν δὲ οὐκ εἶναι· ὥσπερ Πλάτωνος ἀπὸ ταύτης τῆς φαντασίας, τὴν ὑπὲρ τῆς κινήσεως πίστιν λαμβάνοντος, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπὸ τοῦ λόγου, τοῦ διδάσκοντος, ὅτι ἀνάγκη τούτων ἕκαστον, ζῶον ὄντα, καὶ ψυχὴν ἔχοντα καὶ σῶμα, κινεῖσθαι τὴν ἰδίαν κίνησιν· (πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον· ᾧ δὲ ἔνδοθεν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, ἔμψυχον·) κινούμενον δὲ, ἅτε θεῖον ὄντα, τὴν καλλίστην κινεῖσθαι (C) κίνησιν· καλλίστης δ᾽ οὔσης τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως, ταύτῃ αὐτὸν κινεῖσθαι. ἡ δὲ αἴσθησις τὰ μὲν ἐκ τοῦ λόγου μαρτυρεῖτο ἂν ὡς ἀληθεύουσα, οὐ μὴν αὐτὴ παρέχει τὴν πίστιν τῆς κινήσεως. Περὶ δὲ τῆς τοῦ παντὸς κινήσεως, ὡς μὲν οὐκ ἐν κύκλῳ τινὶ γίνεται, νικώμενος ὑπὸ τῆς ἐναργείας, οὐκ εἶχεν ἀντειπεῖν Πλάτωνι· παρεῖχε δ᾽ κἀνταῦθα διαφορὰν αὐτῷ τὸ καλὸν τοῦτο εὕρημα τοῦ σώματος. ὁ μὲν γὰρ Πλάτων, ἅτε ὄντων τεσσάρων σωμάτων, καὶ πάντων φύσει κινουμένων ἁπλῆν καὶ εὐθεῖαν κίνησιν· πυρὸς μὲν ἐπὶ τὸ ἐκτὸς, γῆς δ᾽ ἐπὶ τὸ μέσον, τῶν δ᾽ ἄλλων ἐπὶ τὰ μεταξὺ, τὴν ἐν κύκλῳ κίνησιν ἀπέδωκε τῇ ψυχῇ· ὁ δ᾽, ἥπερ ἄλλῳ σώματι ἄλλην, οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐν κύκλῳ, καθάπερ σωματικήν τινα, τῷ πέμπτῳ προσένειμε σώματι, πάντ᾽ ἀκόλως αὐτὸν ἐξαπατήσας. τοῖς μὲν γὰρ ἐπ᾽ εὐθείας κινουμένοις, αἱ βαρύτητες καὶ κουφότητες τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως παρείχοντο· τὸ δὲ πέμπτον σῶμα, μήτε βάρους μετέχον, μήτε κουφότητος, ἀκινησίας μᾶλλον, ἀλλ᾽ οὐ τῆς ἐν κύκλῳ κινήσεως αἰτίαν ἔχει. (V. Not.) εἰ γὰρ τοῖς ἐπ᾽ εὐθείας κινουμένοις, οὐ τὸ σχῆμα τὴν αἰτίαν ἔχει τῆς κινήσεως, ἀλλ᾽ ἡ ῥοπή· σῶμα ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίου τινὸς, οὐκ ἔχει τὴν ἐπί τι κλίσεως αἰτίαν,

(A) suum qvibusqve Plato ac proprium alterum adjungit: qui etiam uti & præstantissimus idem sit, & cum illorum corporum natura conjunctissimus, aliunde habet. Globosa enim illa cum sint, jure volubili qvodam & in orbem incitato motu singula moveantur. At Aristoteles hunc illis quoqve motum eripit, qvo tanqvam animata cieantur; eum relinqvit modo, qui ab aliis ambientib⁹ & continentibus, tanqvam inanimis inferatur. Addit insuper, qvod moveri nobis stellæ videantur, id infirmioris & quasi trepidantis oculi vitio fieri, nec ita se rem habe- (B) re. Perinde ac si Plato visi hujus occasione talem sibi motum persvaderet, ac non potius rationis momentum vimqve seqveretur, qvæ necessarium doceret esse, ut qvælibet animans cum sit, animoqve simul & corpore prædita, suo qvodam motu proinde moveatur: (Corpus enim id omne, qvod movetur extrinsecus, inanimum est; qvod vero intrinsecus ac seipso, animatum.) Eadem porro, si movetur, divina cum sit, nobilissimo quoqve cieatur motu, qui cum alius non sit, qvam hic in orbem volubilis, hunc etiam (C) omnino sortiatur. Sensus autem, verum hac in parte renuntians, ut illam rationis vocem testimonio confirmet suo; motionis tamen illius fidem per sese non facit. At universi motum quod attinet, evidentia rei convictus Aristoteles, cum adversus Platonem in orbem eum fieri negare non posset, ex præclaro tamen novi corporis invento dissidii occasionem arripuit. Plato enim, qui corpora tantum quatuor agnosceret, quæ suapte natura simplici rectoqve motu cierentur, ita ut ignis extra, in medium ter- (D) ra ferretur, cætera inter utrumqve motus suos continerent: animo volubilitatem attribuerat. Aristoteles vero, uti motum aliis corporibus alium, ita quinto corpori volubilem, qvasi corporeum aliqvem assignavit. In quo pueriliter omnino hallucinatus est. Nam quæ recto cientur motu, ea motionis suæ principium gravitatem quæqve suam aut levitatem habent: At qvintum illud corpus, cum & gravitatis sit & levitatis expers, qvietis habet in se potius, qvam motus in orbem incitati principiū. Si enim qvæ recto feruntur motu, in iis non jam figura, sed proprium cujusq; momentum, genus illud efficit motionis: profecto corp⁹ sui simile, similis alterius in medio collocatum, partem in ullam inclinationis causam non habebit,

» qva vel in dextram, Auroram versus atqve
» Solem, vel in sinistram, vel antrorsum, vel
» retrorsum ferantur. Præterea cæteris qui-
» dem corporibus, quæ suis expulsa locis fu-
» erint, reditus in eadem justam alterius per
» sese motus occasionem præbeat: Qvinto
» autem illi, quod e suis nunqvam regionibus
» exeat, satius utiqve foret conqviescere. Por-
» ro de cæteris etiam corporibus, quinto illo
» jam exempto, id palam agit Aristoteles, ne
» eadem qvæ Plato dicat. Cum enim Plato
» qvæsiisset, num suapte natura, aut grave
» corpus esset aut leve: tum, quod utraqve
» denominatio ex quodam sursum versus aut
» deorsum respectu ducta videretur, esset-ne
» aliquid natura sua deorsum ac sursum, an
» secus expendisset: adeoqve demonstras-
» set accurate, pro corporum ipsorum cum
» suis quibusqve locis cohærentia, deorsum
» id in singulis vocari, ad qvod ipsa tendant;
» sursum contra, peregrinum & alienum il-
» lud unde revertantur; itaqve pro ejusmodi
» respectu grave simul ac leve partitus esset:
» cumqve ostendisset præterea, nec medium,
» nec circumstans spatium, aut sursum in illis,
» aut deorsum vocari posse. Aristoteles, ut
» sententias Platonis omnes qvovis modo ab-
» jicere statuit, hic etiam adversatur, quodqve
» ad medium tendat, grave, quod ad circum-
» stans spatium feratur, leve appellare cogit;
» adeoqve locum illum qui in medio est, deor-
sum, qui vero circa, sursum esse docet. Hæc Atticus. At de Mundo, Mundiqve partibus, ac rerum cœlestium natura, qvantum ambo dissideant, hactenus. Et illorum qvidem tota hæc disputatio est. Nam Moses & Hebræorum oracula, nihil admodum ista curavere: Nec immerito: cum eorum studiosos nihil ad vitæ emendationem inde juvari posse judicarint.

A εἴτ' ἐπὶ δεξιὰ ἴωσι, πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε, εἴτε »
ἐπ' ἀριστερά, εἴτε πρόσω, εἴτ' ὀπίσω. ἔτι τοῖς »
μὲν ἄλλοις σώμασιν ἐξωσθεῖσι τῶν οἰκείων »
τόπων, παρέχει τὸ κινεῖσθαι πάλιν ἀφ' αὐτῶν »
ἡ πρὸς τούτους ἀναφορά· τῷ πέμπτῳ δ' ἐκεί- »
νῳ, μηδέποτε ἐκβαίνοντι τῶν αὐτοῦ τόπων, μένειν »
ἂν προσήκοι. Καὶ περὶ τῶν ἄλλων δὲ σωμά- »
των, ὑπεξαιρουμένου τοῦ πέμπτου, φαίνεται »
φιλονεικῶν Ἀριστοτέλης, μὴ τὰ αὐτὰ λέγειν »
Πλάτωνι. ζητήσαντος γὰρ Πλάτωνος, εἰ ἔστι »
B φύσει βαρὺ σῶμα, ἢ κοῦφον· καὶ ἐπειδὴ ταῦ- »
τα κατὰ τὴν πρὸς τὸ ἄνω καὶ κάτω σχέσιν ἐ- »
φαίνετο λέγεσθαι, σκεψαμένου εἴτε ἐστί τι κά- »
τω φύσει καὶ ἄνω, εἴτε μή· καὶ ἀποδείξαν- »
τος ἀκριβῶς, ὅτι κατὰ μὲν τὰς τῶν σωμάτων »
πρὸς τοὺς τόπους οἰκειότητας, τὸ κάτω λέ- »
γοιτ' ἑκάστοις ἐφ' ὃ φέροιντο· ἄνω δ' ἑκάστοις »
τὸ ἀλλότριον, ἀφ' οὗ ἀναχωροῖεν, καὶ κατὰ τὴν »
αὐτὴν σχέσιν, καὶ τὸ βαρὺ, καὶ τὸ κοῦφον »
διανείμαντος· καὶ πρὸς τούτῳ ἀποδείξαντος, »
C ὅτι μήτε τὸ μέσον, μήτε τὸ πέριξ αὐτῶν, εὔ- »
λογον ἄνω ἢ κάτω λέγεσθαι. οὐδὲ ἀντιτίθησι, »
πανταχόθεν καταβάλλειν δεῖν ἡγούμενος τὰ »
ἐκείνου· καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ μέσον φερόμενον, »
βαρὺ λέγειν βιάζεται, τὸ δὲ ἐπὶ τὸ πέριξ, »
κοῦφον· καὶ τὸν μὲν τόπον τὸν ἐν μέσῳ, κάτω »
φησὶ, τὸν δὲ πέριξ, ἄνω. Ἀλλὰ περὶ μὲν »
κόσμου, καὶ ἐξ ὧν οὗτος, καὶ τῶν κατ' οὐρανὸν, τοσοῦτον ἀλλήλων ἀφεστήκατον. ταῦτα μὲν οὖν οἵδε. Μωσῆς δὲ καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια τούτων οὐδὲν πολυπραγμονεῖ· καὶ εἰκότως· ὅτι
D μηδὲ πρὸς βίου κατόρθωσιν τοῖς περὶ ταῦτα ἀσχολουμένοις λυσιτελεῖν ἐνομίσθη.

IX.

EJUSDEM ADVERSUS EUNDEM, cum Platone simul Hebræorumqve doctrina, in qvæstione de Animorum immortalitate pugnantem.

» JAM, inqvit, de Animo quid attinet
» dicere? Constat enim id certe, non apud
eos modo, qui Philosophiæ dant ope-
» ram, sed etiam apud idiotas ferme o-
» mnes, immortalem Animum a Platone
» constitui, disputationes ab illo eam in rem

θ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ, καὶ ἐν τοῖς περὶ ἀθανασίας ψυχῆς διενεχθέντα τῷ Πλάτωνι, καὶ τοῖς Ἑβραίων λόγοις.

ΥΠΕΡ δὲ τῆς Ψυχῆς τί καὶ λέγοιμεν »
ἄν; δῆλα γὰρ ταῦτα οὐ μόνον τοῖς »
φιλοσοφοῦσιν, ἀλλὰ δὴ σχεδὸν καὶ »
τοῖς ἰδιώταις ἅπασιν· ὅτι Πλάτων μὲν »
ἀθάνατον τὴν Ψυχὴν ἀπολείπει, καὶ »
πολλοὺς

A πολλοὺς ὑπὲρ τούτου λόγους ποιεῖται, ποικίλως καὶ παντοίως ἀποδεικνὺς, ὅτι ἐστὶν ἀθάνατος ἡ ψυχή. Πολλὴ δὲ καὶ τοῖς ἐσπουδακόσι περὶ τὰ Πλάτωνος ἡ φιλοτιμία γέγονε, συναγωνιζομένοις τῷ τε δόγματι καὶ τῷ Πλάτωνι. σχεδὸν γὰρ τὸ συνέχον τὴν πᾶσαν αἵρεσιν τἀνδρὸς τοῦτ' ἐστιν. ἥ τε γὰρ τῶν ἠθικῶν δογμάτων ὑπόθεσις ἐπηκολούθησε τῇ τῆς ψυχῆς ἀθανασίᾳ, τὸ μέγα καὶ λαμπρὸν καὶ νεανικὸν τῆς ἀρετῆς, διὰ τὸ τῆς ψυχῆς θεῖον, σῶσαι δυνηθείσης· τά τε τῆς φύσεως πράγματα B πάντα, κατὰ τὴν τῆς ψυχῆς διοίκησιν, ἔχει τὸ καλῶς διοικεῖσθαι δύνασθαι. ψυχὴ γὰρ πᾶσα, φησὶ, παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου· πάντα δ' οὐρανὸν περιπολεῖ ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γινομένη. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης, καὶ τῆς σοφίας, καὶ εἰς τὴν ἀθανασίαν τῆς ψυχῆς ἀνῆπται τῷ Πλάτωνι. πᾶσαι γὰρ αἱ μαθήσεις, ἀναμνήσεις· καὶ οὐκ ἄλλως οἴεται δύνασθαι σώζεσθαι καὶ ζήτησιν καὶ μάθησιν, ἐξ ὧν ἐπιστήμη γίνεται. εἰ δὲ μὴ ἔστιν ἡ ψυχὴ ἀ- C θάνατος, οὐδὲ ἀνάμνησις· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, οὐδὲ μάθησις. πάντων οὖν τῶν Πλάτωνος δογμάτων ἀτεχνῶς ἐξηρτημένων, καὶ ἐξηρεμαμένων τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν θειότητός τε καὶ ἀθανασίας, ὁ μὴ συγχωρῶν τοῦτο, τὴν πᾶσαν ἀνατρέπει φιλοσοφίαν Πλάτωνος. τίς οὖν ἐστιν ὁ πρῶτος ἐγχειρήσας ἀντιτάξασθαι ταῖς ἀποδείξεσι, καὶ τὴν ψυχὴν ἀφελέσθαι τῆς ἀθανασίας καὶ τῆς ἄλλης πάσης δυνάμεως; τίς δ' ἕτερος ἢ ὁ Ἀριστοτέλης; τῶν μὲν γὰρ ἄλλων, οἱ μὲν ἐπιδιαμένειν συνεχώρησαν· οἱ δ' εἰ D μὴ καὶ τοῦτο, δύναμίν γε ἐν τῷ σώματι καὶ κίνησίν τινα, καὶ ἔργα καὶ πράξεις ἀπένειμαν τῇ ψυχῇ. ὁ δὲ, ὅσῳπερ Πλάτων ἀ-

pag. 473. πεσέμνυνε τὸ τῆς ψυχῆς πρᾶγμα, ἀρχὴν γενέσεως, καὶ Θεοῦ παίδευμα, καὶ τῶν ἁπάντων πρεσβύτατον ἀποφηνάμενος, τὸ σῶμα δὲ ἐφιλονείκησε καθελεῖν καὶ ἀτιμάσαι, καὶ

Ic. τοσῷδε

μικροῦ δεῖν μηδὲν ἀποφῆναι τὴν ψυχήν. οὔτε γὰρ πνεῦμα, οὔτε πῦρ, οὔτε ὅλως σῶμα, ἀλλ' οὐδὲ ἀσώματον, οἷον εἶναί τε ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ κινεῖσθαι, ἀλλ' οὐδ' ὅσον ἐπὶ τοῦ σώματος ἀκίνητον, καὶ ὡς εἰπεῖν ἄψυχον. οἷον γὰρ τόδε ἐτόλμησεν, ἢ καὶ ἀπηναγκάσθη, ὡς καὶ τὰς πρωτουργοὺς κινήσεις ἀφελέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸ βουλεύσασθαι, τὸ διανοηθῆναι, τὸ προσδοκῆσαι, τὸ μνημονεῦσαι, τὸ λογίσασθαι;

instituit qvamplurimas, omniqve rationum genere probatam hanc & confirmatam immortalitatem relinqvi. Et vero cum in defendendo Platone, tū præsertim hoc in ejus dogmate propugnando, sectatorū ejus permagna fuit vehemensq; contentio. Qvippe hoc, prope unum est, quo ejus instituti vis omnis & ratio maxime continetur. Nam & seges illa complexioq; moralium præceptionum, animi est immortalitatem sequuta, quod excellentiam dignitatemq; suam, adeoqve generosum illum ardorem impetumq; suum tueri ac retinere virtus, propter hanc animi divinitatem posset: & naturæ res omnes pro animorum administratione præclare ordinantur. Animus enim omnis, inqvit, omnis inanimati curam suscipit: idemqve cœlum omne versat ac regit, speciem in aliis aliam atque aliam induens. Qvinetiam quicquid scientiæ ac sapientiæ proprium est, id totum cum animi immortalitate Plato connexuit. Omnis enim doctrinæ perceptio, recordatio quædam est: nec aliter inqvisitionis ac disciplinæ, quæ ex utraqve scientia nascitur, rationem defendi posse arbitratur. Atqvi si non est animus immortalis, recordatio quoque nulla est: quam si sustuleris, disciplinam proinde nullam relinquis. Cum igitur dogmata Platonis universa, ex animi divinitate & immortalitate apta vere ac suspensa sint, qui hanc utramqve repudiet, is Philosophiam Platonis omnem funditus evertat necesse est. Quis ergo primus omnium Platonicis demonstrationib⁹ repugnare aggressus est, atqve animum immortalitate simul ac facultate omni spoliare? Quis autem alius præter Aristotelem? Nam ex aliis quidem, partim eum aliqvandiu permanere concedunt: partim, si minus hoc probant, vim certam aliqvam & motionem in corpore cum propriis quibusdam functionibus animo relinqvunt. Aristoteles autem, quo magnificentius Animum Plato celebraverat, cum illum & ortus Principium, Deiqve institutionem appellaret; hoc egit contra vehementius, ut eundem abjiceret, ac dedecoraret, imo vero nihil propemodum esse ostenderet. Enimvero neq; spiritum illum esse, neq; ignem, neq; omnino corpus, imo nec etiam incorporeum, sic quidem ut ipse sit ac moveatur ex sese: quod ipsum nec ei concedit, ut est in corpore: prorsus ut immobilis ille sit, atqve ut ita dicam, inanimus. Cujusmodi enim illud est, ut primarios etiam in agendo motus animo vel audeat, vel cogatur adimere, deliberationem, cogitationem, opinationem, recordationem, ratiocinationem!

Animi quippe motus isti non sunt, inquit noster hic naturæ Scriba. Dignus videlicet, qvem externis de rebus aliquid percepisse credamus, qui tantum ab animo ipse suo aberravit, ut ne propriam quidem ejus esse cogitationem asseqvi potuerit. Nec enim animus, inqvit, sed homo potius efficit hæc omnia: animus vero manet immobilis. Itaqve hunc sequutus postea Dicæarchus, id quod ex ea doctrina conseqvens erat optime cum videret, totam animi naturam funditus sustulit. Nam constat illud quidem, esse aliquid Animum, quod cerni per sese non possit: quo fit, ut saltem propter nullam sensuum operationem, Animum esse dare debeamus. At vero delitescentis animi motiones, eo compellere nos videntur, uti aliquid ipsum esse fateamur. Nemo enim fere est, qui hæc animi propria non esse intelligat, deliberare, considerare, & quocunqve modo cogitare. Nam dum & corpus, & corporis facultates videmus, simulqve genus illud functionum corporis esse non posse concludimus; aliud continuo qvippiam, quod per sese deliberet, in nobis esse, atq; illud ipsum animum esse concedimus. Unde enim, si non inde, aliquid unqvam de animo credidimus? Si quis igitur ista, quibus maxime proditur animus, eidem eripiens, alii cuidam rei tribuerit: is profecto, nec ullum, unde animus esse deprehendatur, vestigium, nec ubi usus animi aliquis esse possit, omnino quicquam relinqvet. Quid igitur opis, qui animum immortalem esse defendet, ab eo, qui animum ipsum interimat, expectare possit? aut qui modi ejus, qvo per sese illum moveri dicimus, ab iis doctrina ulla speretur, qui nullum prorsus ei motum concedant? Esto, dicat aliqvis: at certe mentis immortalitatem quod attinet, Aristoteles cum Platone consentit. Is enim, ut non omnem animum immortalem esse velit, mentem quidem & divinam esse, & corruptionis expertem fatetur. Ergo, qvæ mentis hujus essentia sit, quæ natura, unde vel ducat originem, vel hominibus inseratur, quo deniqve rursus avolet, idem ipse noverit: si tamen eorum omnino, qvæ de Mente disputat, quicquam intelligit, ac non potius orationis obscuritate suam hac in re dubitationem dissimulans, ansam reprehensionis evitat, ac Sepiarum more, tenebris sese, quo difficilius capiatur, involvit. Quanquam hic etiam penitus a Platone dissentit. Is enim mentem negat seorsum ab animo posse consistere: Aristoteles contra mentem ab animo sejungit ac separat.

A Οὐ γὰρ ψυχῆς ταῦτά ἐστι τὰ κινήματα, ὁ τῆς φύσεώς φησι γραμματεύς. πάνυ γοῦν οὗτός ἐστι πιστός, ὡς συνῆκέ τι περὶ τῶν ἐκτός, ὁ τῆς αὑτοῦ ψυχῆς τοσοῦτον διημαρτηκώς, ὡς μηδ᾽ ὅτι διανοεῖται παρακολουθεῖν. οὐ γὰρ ἡ ψυχή, φησίν, ἀλλ᾽ ὁ ἄνθρωπός ἐστιν ὁ τούτων ἕκαστον ἐνεργῶν, ἡ ψυχὴ δὲ ἀκίνητος. τούτῳ τοιγαροῦν ἑπόμενος Δικαίαρχος, καὶ τὸ ἀκόλουθον ἱκανὸς ὢν θεωρεῖν, ἀνῄρηκε τὴν ὅλην ὑπόστασιν τῆς ψυχῆς. ὅτι μὲν γὰρ ἀόρα-B τόν τε καὶ ἀφανές ἐστιν ἡ ψυχή, δῆλον· ὥστε οὐκ ἂν διά γε τὴν ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐνέργειαν, δοίημεν εἶναι ψυχήν. αἱ δὲ κινήσεις αὐτῆς ἀφανοῦς οὔσης, ἀναγκάζειν ἡμᾶς δοκοῦσιν εἶναί τε τὴν ψυχὴν ὁμολογεῖν. ταῦτα γὰρ ἅπας τις συνιέναι δοκεῖ τῆς ψυχῆς ὄντα, τὸ βουλεύεσθαι, καὶ σκοπεῖσθαι, καὶ καθ᾽ ὃν δήποτε τρόπον διανοεῖσθαι. ὅταν γὰρ ἴδωμεν τὸ σῶμα, καὶ τὰς τούτου δυνάμεις, καὶ ἐνθυμηθῶμεν δὲ τὰς τοιαύτας ἐνεργείας, ὡς οὐ C σώματος οὔσας, δίδομεν εἶναί τι ἐν ἡμῖν ἕτερον τὸ βουλευόμενον· τοῦτο δὲ εἶναι τὴν ψυχήν. ἐπεὶ πόθεν ἀλλαχόθεν ἐπιστεύσαμεν ὑπὲρ ψυχῆς; Ἂν οὖν τις ἐξ ὧν μάλιστα ψυχὴ φαίνεται, ταῦτα ἀφελόμενος ἑτέρῳ τινὶ προστρίψῃ πράγματι, οὔτε ὅθεν οὖσα ἐμφαίνεται καταλέλοιπεν, οὔτε ὅτι χρήσιμος ἂν εἶναι δοκοίη. τίς οὖν ἡ βοήθεια τῷ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι θέλοντι, παρὰ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀποκτιννῦντος; τίς δὲ ἡ διδασκαλία τοῦ τρόπου τῆς κινήσεως, καθ᾽ ὃν αὐτοκί-D νητον αὐτήν φαμεν, παρὰ τῶν μηδὲ τὸ παράπαν αὐτῇ κίνησιν νεμόντων; Ναί. ἀλλὰ κατά γε τὴν ἀθανασίαν τοῦ νοῦ, φήσαι τις ἂν αὐτὸν κοινωνεῖν Πλάτωνι. καὶ γὰρ εἰ μὴ πᾶσαν βούλεται τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι, τόν γε νοῦν ὁμολογεῖ θεῖόν τε καὶ ἄφθαρτον εἶναι. τίς μὲν οὖν τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ὁ νοῦς, ὅθεν ὤν, καὶ πόθεν ἐπεισκρινόμενος τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ποῦ πάλιν ἀπαλλαττόμενος, αὐτὸς ἂν εἰδείη· εἴ γε τὴν σύνεσιν ὧν λέγει περὶ τοῦ νοῦ, καὶ μὴ τὸ ἄπορον τοῦ πράγματος τῷ ἀσαφεῖ τοῦ λόγου περιστέλλων, ἐξίσταται τὸν ἔλεγχον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ δυσθήρατον ἐκ τοῦ σκότους πορίζόμενος. πάντως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαφέρεται Πλάτωνι. Ὁ μὲν γάρ φησι νοῦν ἄνευ ψυχῆς ἀδύνατον εἶναι συστῆναι· ὁ δὲ, χωρίζει τῆς ψυχῆς τὸν νοῦν.

» καὶ τὸ τ' ἀθανασίας, ὁ μὲν μετ' τ' ψυχῆς αὐτῷ » δίδωσιν, ὡς ἄλλως οὐκ ἐνδεχόμενον· ὁ δὲ » φησιν, αὐτῷ μόνῳ χωριζομένῳ τῆς ψυχῆς τοῦ-» το περιγίνεσθαι. καὶ τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ σώ-» ματος οὐκ ἠξίωσεν ἐκβαίνειν, ὅτι Πλάτωνι » τοῦτο ἤρεσε· τὸν δὲ νοῦν ἀπορρήγνυσθαι τῆς » ψυχῆς ἐβιάσατο, ὅτι ἀδύνατον ἔγνω Πλά-» των τὸ τοιοῦτο. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀττικός. Συνά-ψω δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ Πλωτίνου τόνδ' ἔχοντα τὸν τρόπον.

A Deinde, immortalitatem Plato, quod aliter » fieri non posse videat, conjunctæ cum ani- » mo menti attribuit, qua solam hanc Aristo- » teles ab animoqve disjunctam frui arbitra- » tur. Postremo, migrare animum ex cor- » pore, quod ita Platoni visum esset, probare » non potuit: mentem idem ab animo, qvo- » niam id Plato fieri non posse sentiebat, vel » invitam abstraxit. Hæc Atticus. Qvibus » libenter qvæ seqvuntur totidem verbis ex Plotino subjungam.

B

ι. ΠΛΩΤΙΝΟΥ, ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΘΑ-νασίας ψυχῆς δευτέρου, πρὸς Ἀριστο-τέλην Ἐντελέχειαν τὴν ψυχὴν φή-σαντα εἶναι.

X. EX SECUNDO PLOTINI DE Animorum immortalitate libro, adversus Aristotelem, qvi Animum Entelechiam esse defendit.

» Τὸ δὲ τῆς Ἐντελεχείας, ὧδ' ἄν τις ἐπι-» σκέψαιτο, πῶς περὶ ψυχῆς λέγεται. Τὴν P.K.470. ψυχὴν φασιν, ἐν τῷ συνθέτῳ εἴδους τάξιν ὡς » πρὸς ὕλην τὸ σῶμα ἔμψυχον ἔχειν, σώμα-» τος δὲ οὐ παντὸς εἶδος, οὐδὲ ᾗ σῶμα, ἀλλὰ » φυσικοῦ, ὀργανικοῦ, δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. » εἰ μὲν οὖν ᾗ παραβέβληται, ὡμοίωται, ὡς μορ-» φὴ ἀνδριάντος πρὸς χαλκὸν καὶ διαιρουμένου [in add.?] τοῦ σώματος συμμερίζεσθαι τὴν ψυχὴν, καὶ » ἀποκοπτομένου τινὸς μέρους, μετὰ τοῦ ἀποκοπέν-» τος ψυχῆς μόριον εἶναι, τήν τε ἐν τοῖς ὕπνοις » ἀναχώρησιν μὴ γίνεσθαι, εἴπερ δεῖ προσφυᾶ » τὴν ἐντελέχειαν, οὗ ἐστιν, εἶναι· τὸ δ' ἀληθές, » μηδὲ ὕπνον γίνεσθαι. Καὶ μὴν ἐντελεχείας οὔ-D » σης, οὐδὲ ἐναντίωσιν λόγου πρὸς ἐπιθυμίας· ἓν » δὲ καὶ ταυτὸν δι' ὅλου πεπονθέναι τὸ πᾶν, οὐ δια-» φωνοῦν ἑαυτῷ. αἰσθήσεις δὲ μόνον δυνατὸν ἴσως » γίνεσθαι, τὰς δὲ νοήσεις ἀδύνατον. διὸ καὶ αὐτοὶ ἄλ-» λην ψυχὴν ἢ νοῦν εἰσάγουσιν, ὃν ἀθάνατον τι-» θενται. τὴν οὖν λογιζομένην ψυχὴν ἄλλως » ἐντελέχειαν, ἢ τοῦτον τὸν τρόπον, ἀνάγκη εἶναι, εἰ » δεῖ τῷ ὀνόματι τούτῳ χρῆσθαι. Οὐδ' ἡ αἰσθητι-» κὴ, εἴπερ καὶ αὕτη τῶν αἰσθητῶν ἀπόντων τοὺς » τύπους ἔχει, αὐτοὺς οὐ μετὰ τοῦ σώματος ἄρα ἕξει· » εἰ δὲ μὴ, οὕτως ἐνέσονται ὡς μορφαὶ καὶ εἰκό-» νες· ἀλλ' ἀδύνατον ἄλλως δέχεσθαι, εἰ οὕτως » ἐνεῖεν. οὐκ ἄρα οὕτως ἀχώριστος ἐντελέχεια.

Entelechia, inqvit, de Animo » qvemadmodum usurpetur, sic habeto. » Animum ajunt, cum animato corpore, vel- » uti cum materia comparatum, in composito » formæ rationem habere. Corpus autem ac- » cipiunt, non qvodlibet, aut qvatenus corpus » ipsum est, sed naturale, organicum, & pote- » state vivens. Si ejus ergo similis est, quo cum » ipse confertur; eoqve se modo habet, quo » statuæ forma cum ære comparata: seqvitur » omnino, ubi corpus dividitur, animi simul » divisionem fieri; ac resecta parte corporis, » cum ea pariter animi partem esse aliquam: » adeoqve nec in somnis secessionem ipsius ul- » lam contingere: cum Entelechiam illam » cum eo cujus propria est, ab ortu complexã » esse oporteat: imo vero somnum re ipsa nul- » lum existere concluditur. Deinde si Ente- » lechiæ ratio probabitur, nulla jam rationis » cum cupiditatibus luctatio relinqvetur: sed » uno prorsus eodemq; sensu totum ipsum af- » ficietur, ne a semetipso dissideat. Præterea, » sensus fortasse tantum, non item intelligen- » tiæ functiones obiri poterunt. Quocirca, ali- » um insuper animum, hoc est mentem, intro- » ducunt, qvam immortalem esse confirmant. » Alius ergo modus, quam qui ab istis explica- » tur, necessario afferendus erit, quo animus » ratiocinandi facultate præditus, Entelechia » dicatur, si hoc vocabulum retineri placet. » Qvinetiam anima illa, quæ sentiendi princi- » pium est, qvæq; rerum sensibus perceptarũ » easdem, licet absentium, formas conservat » ipsa quoq;, eas sine corpore conservare non poterit. Hoc autem si dabitur, eæ proinde figura- » rum imaginumq; more in anima residebunt: Atqui si hoc inessent modo, non aliter utiq; re- » cipi ab ea possent. Ut ergo sit Entelechia, non ejusmodi tamen est, quæ separari non possit. »

Ex qvo etiam efficitur, ut vel ipsa, non jam esculentorum ac poculentorum, sed eorum etiam qvæ sunt extra corpus, appetentia, id genus entelechia esse non possit. Ea superest anima, quæ crescendi vim tribuit, qua de fortassis jure dubitetur, num hæc ipsi entelechiæ ratio convenire possit. Verum, ne illi quidem. Nam si plantæ omnis principium in radice versatur, parteq; duntaxat inferiori, quæ a radice propius absit, ut multis in plantis evenire solet, crescente, anima relictis cæteris unam in aliqvam sese collegit; talis ergo tota in planta non erat, qualis entelechia, quæ separari non possit. Adde hanc animam in planta, priusqvam augeatur, mole jam tum perexigua contineri. Si ergo & majori ex planta, in angustum aliquid contrahitur, & angustiori ex spatio, totum in corpus diffunditur; quid vetat, quo minus eadem omnino separetur? Jam, quomodo tandem, quæ partibus careat, corporis ejus, quod divisionem subire potest, eidem obnoxia divisioni entelechia esse qveat? Atq; eadem anima, aliud fit animal ex alio. Qvemadmodum igitur, qvæ prioris fuerat, alterius anima esse potest, si unius entelechia est? Hoc autem ex iis animantibus, qvarum in alias mutatio fit, manifeste convincitur. Essentiam igitur in eo positam anima non habet, qvod alicujus forma sit: sed ipsamet substantia est, qvæ non ex eo, quod in corpore collocata sit, ut esse t accepit; sed jam tum erat, priusqvam certi hujus anima fieret, quatenus animalis, cujus corpus animam illam generaret. At quænam igitur illius essentia est? Nam si neq; corpus est, neq; corporis affectio; & tamen functiones, actiones, multaq; id genus & insunt in ea, & ab ea proficiscuntur: cum illa proinde extra corporum ordinem substantia qvædam sit, cujusmodi tandem est? Num vero satis per se liqvet, quid vere ac proprie substantiam esse dicamus? Generatio qvippe, non substantia, corporeum omne vocari debet; cum generetur, intereatq; modo, nec vere sit unqvam, sed ejus quod est nonnulla communione serveretur, qvatenus particeps ejus est. Hæc Plotinus. Qvæ hoc loco persequuti, nihil abs re fecerimus, si ex Porphyrio, qvæ ad Boethum de Animo scribit, deinceps attexemus.

A Καὶ μὴν οὐδὲ τὸ ἐπιθυμοῦν, μὴ σιτίων, μηδὲ ποτῶν, ἀλλ' ἄλλων παρὰ τὰ τοῦ σώματος, οὐδὲ αὐτὸ ἀχώριστος ἐντελέχεια. Λοιπὸν δὲ τὸ φυτικὸν ἂν εἴη, ὃ ἀμφισβήτησιν ἂν δόξειεν ἔχειν, μήποτε τοῦτον τὸν τρόπον ἐντελέχεια ἀχώριστος ᾖ. ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο φαίνεται οὕτως ἔχον. εἰ γὰρ ἡ ἀρχὴ παντὸς φυτοῦ περὶ τὴν ῥίζαν, καὶ αὐξανομένου τοῦ ἄλλου σώματος περὶ τὴν ῥίζαν, καὶ κάτω ἐν πολλοῖς τῶν φυτῶν, ἡ (V. Not.) ψυχὴ δηλονότι ἀπολιποῦσα τὰ ἄλλα μέρη, B εἰς ἕν τι συνεστάλη· οὐκ ἄρα ἦν ἐν τῷ ὅλῳ ὡς ἀχώριστος ἐντελέχεια. καὶ γὰρ αὖ ἐστι πρὶν αὐξηθῆναι τὸ φυτὸν, ἐν τῷ ὀλίγῳ ὄγκῳ. εἰ οὖν καὶ εἰς ὀλίγον ἔρχεται ἐκ μείζονος φυτοῦ, καὶ ἐξ ὀλίγου ἐπὶ πᾶν, τί κωλύει καὶ ὅλως χωρίζεσθαι; Πῶς δ' ἂν καὶ ἀμερὴς οὖσα, μεριστοῦ τοῦ σώματος ἐντελέχεια γένοιτο μεριστή; ἥ τε αὐτὴ ψυχὴ ἐξ ἄλλου ζῴου ἄλλο γίνεται· πῶς οὖν ἡ τοῦ προτέρου, τοῦ ἐφεξῆς ἂν γένοιτο, εἰ ἦν ἐντελέχεια ἑνός; Φαίνεται δὲ τοῦτο ἐκ τῶν C μεταβαλλόντων ζῴων εἰς ἄλλα ζῷα. οὐκ ἄρα τῷ εἶδος εἶναί τινος, τὸ εἶναι ἔχει· ἀλλ' ἔστιν οὐσία, οὐ παρὰ τὸ ἐν σώματι ἱδρῦσθαι, τὸ εἶναι λαμβάνουσα, ἀλλ' οὖσα πρὶν καὶ τοῦδε γενέσθαι. οἷον ζῴου οὐ τὸ σῶμα τὴν ψυχὴν γεννήσει. (V. Not.) Τίς οὖν οὐσία αὐτῆς; εἰ δὲ μήτε σῶμα, μήτε πάθος σώματος, πρᾶξις δὲ καὶ ποίησις, καὶ πολλαὶ καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξ αὐτῆς· οὐσία παρὰ τὰ σώματα οὖσα, ποία τίς ἐστιν; ἢ δῆλον ὅτι (V. Not.) ἣν φαμὲν ὄντως οὐσίαν εἶναι; τὸ μὲν γὰρ γένεσις, ἀλλ' οὐκ οὐσία, πᾶν τὸ σωματικὸν εἶναι D λέγοιτ' ἄν, γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν, μεταλήψει δὲ τοῦ ὄντος σωζόμενον, καθ' ὅσον ἂν αὐτοῦ μεταλαμβάνοι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ Πλωτίνου διήλθομεν, συνιδεῖν οὐκ ἄτοπον καὶ τὰ Πορφυρίῳ ἐν τοῖς πρὸς Βόηθον περὶ ψυχῆς εἰρημένα.

XI.

DE EODEM; EX PORPHYRII ad Boethum opere de Animo.

JAM, inqvit, adversus eum, qui Entelechiam animum vocat, itaque immobilem esse vult, ut tamen alia mo-

ια.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ἀπὸ τῶν πρὸς Βόηθον περὶ ψυχῆς.

ΠΡΟΣ δὲ τὸν ἐντελέχειαν τὴν ψυχὴν εἰπόντα, καὶ ἀκίνητον παντελῶς οὖσαν κινεῖν

ὑπειληφότα, ῥητέον πόθεν οἱ ἐνθουσιασμοὶ τοῦ ζώου, μηδὲν μὲν ξυνιέντος ὧν ὁρᾷ τε καὶ λέγει, τῆς δὲ ψυχῆς καὶ τὸ μέλλον καὶ μὴ ἐνεστὸς βλεπούσης, καὶ κατ' αὐτὸ κινουμένης. πόθεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ ζώου συστάσεως, αἱ τῆς ψυχῆς (Pag. 475.) βουλαί τε, καὶ σκέψεις, καὶ θελήσεις, ῥοπαί, οὖσαι τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ σώματος. Εἶθ' ἑξῆς ἐπιλέγει, Τὸ δὲ βαρύτητι ἀπεικάζειν τὴν ψυχήν, ἢ ποιότησι μονοειδέσι καὶ ἀκινήτοις σωματικαῖς, καθ' ἃς ἢ κινεῖται, ἢ ποιόν ἐστι τὸ ὑποκείμενον, ἐκπεπτωκότος ἦν τέλεον ἢ ἑκόντος ἢ ἄκοντος τῆς ψυχικῆς ἀξίας, καὶ οὐδαμῶς καθεωρακότος, ὡς παρουσίᾳ μὲν τῆς ψυχῆς ζωτικὸν γέγονε τὸ τοῦ ζώου σῶμα, ὡς πυρὸς παρουσίᾳ θερμὸν τὸ παρακείμενον ὕδωρ, ψυχρὸν ὂν καθ' ἑαυτό· καὶ ἡλίου ἀνατολῇ πεφώτισταί γε ὁ ἀήρ, σκοτεινὸς ὢν ἄνευ τῆς τούτου ἐκλάμψεως. ἀλλ' οὔτε ἡ θερμότης τοῦ ὕδατος, ἡ θερμότης ἦν τοῦ πυρός, οὔτε τὸ πῦρ· οὔτε τὸ ἀέριον φῶς, τὸ σύμφυτον τῷ ἡλίῳ φῶς. ὡσαύτως οὐδὲ ἡ τοῦ σώματος ἐμψυχία, ἥτις ἔοικε τῇ βαρύτητι καὶ τῇ περὶ σῶμα ποιότητι, ἡ ψυχὴ ἡ ἐν τῷ σώματι καταταχθεῖσα, δι' ἣν καὶ πνοῆς τινος ζωτικῆς μετέχει τὸ σῶμα. Εἶθ' ἑξῆς μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει, Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ὅσα περὶ αὐτῆς εἰρήκασιν ἄλλοι, αἰσχύνην ἡμῖν φέρει. πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸς ὁ Ἐντελέχειαν τιθεὶς τὴν ψυχὴν λόγος; σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ; πῶς δ' οὐκ αἰσχύνης γέμων, ὁ πνεῦμά πως ἔχειν αὐτὴν ἀποδιδούς, ἢ πῦρ νοερόν, τῇ περιψύξει καὶ οἷον βαφῇ τοῦ ἀέρος ἀναφθέν, ἢ στομωθέν; ὅ, τε ἀτόμων ἄθροισμα θείς, ἢ ὅλως ἀπὸ σώματος αὐτὴν γεννᾶσθαι ἀποφαινόμενος; Ὃν δὴ λόγον ἐν νόμοις ἀσεβῶν ἀσεβῆ εἶναι ἀπεφήνατο. αἰσχύνης οὖν πάντες οὗτοι πλήρεις λόγοι. ἐπὶ δὲ τῷ λέγοντι αὐτοκίνητον οὐσίαν, οὐκ ἂν ἴσως, φησίν, αἰσχυνθείη.

veat; disputandum in primis, unde afflatus ille animantis, cum ipse quidem eorum, quæ videt, quæque loquitur, nihil intelligit, & tamen animus non id, quod adest, quodque præsens est, sed quod futurum intuetur, & pro illius ratione ac natura commovetur. Deinde in ipsa constitutione animantis, unde tandem ejusdem animi consilia, disquisitiones, voluntates, quæ profecto momenta quædam animi sunt, non corporis. Quibus deinceps ita subjungit. Animum autem vel gravitari, vel corporeis quibusdam & immobilibus, uniusque formæ qualitatibus similem facere, pro quibus aut movetur, quod iis subjectum est, aut tale quid efficitur; hominis esse, aut sponte aut præter voluntatem ab animi dignitate prorsus aberrantis, nec videntis ullo modo, animi præsentia vivum fieri corpus animantis, ut ignis præsentia, vicina in aqua per se ipsam frigida calor excitatur, & aer qui absque Solis lumine obscurus maneat, ejusdem ortu collustratur. Atqui nec aquæ calor, ignis calor est, aut ipsemet ignis; nec aeris lux, ingenitum Soli lumen. Ita corporis animatio, quæ cum gravitate quadam & corporea qualitate confertur, animus ille non est, qui collocatus in corpore, vitalem ei quendam suapte vi spiritum infundit. Idemque postea. Quæ de animo dicuntur ab aliis, ea nos certe quidem pudore suffundunt. Quem enim definitionis ejus non pudeat, per quam Animus corporis naturalis & organici Entelechia constituitur? Cui non ejus indignitatis plena videatur oratio, qui eo vel spiritum, vel spiritalem ignem contineri doceat, qui circumstantis aeris refrigeratione, & asperso quasi humore, vel succendatur, vel etiam roboretur? Quis de eo non idem sentiat, qui aut ex atomorum conjunctione conflatum, aut omnino ex corpore procreatum animum arbitretur? Quam sane doctrinam ipsemet in legibus, & impiorum hominum, & impiam esse declaravit. Flagitiosa igitur & indigna est ejusmodi omnis oratio. Atqui Animum, Naturam per sese mobilem esse statuerit, hujus, inquit, neminem jure pudeat.

ιβ.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΔΙΕΝΕΧΘΕΝτα τῷ Πλάτωνι, καὶ ἐν τῷ περὶ τῆς καθόλου ψυχῆς λόγῳ. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

XII.

ADVERSUS EUNDEM, IN ILla etiam de Universi Animo disputatione a Platone dissidentem. Ex Attico.

PRÆTEREA, cum Plato, inqvit, Animum cuncta permeantem rebus omnibus ornatum afferre dicat, atq; ejusmodi esse, qvem sua vi singula moderari ac regere cæteri qvoqve libenter concedant: Naturam porro, aliud esse nihil, qvam Animum, eumqve certe non rationis expertem; indeqve concludat, omnia qvæ naturæ vis efficiat, Providentiæ consilio fieri: nihil eorum est, in qvo nobiscum Aristoteli conveniat. Is enim & Naturam Animum esse, & unius tantum Naturæ vi, quæ ad terram pertinent, gubernari negat. Causas enim alias atqve alias rerum esse singularum. Ac cœlestium qvidem, utpote qvæ similes usqve sui, & eodem semper in statu permaneant, causam vult esse Fatum; earum vero qvæ Luna inferiores sunt, Naturam; humanarum deniqve, Prudentiam, Providentiam, & Animum. Quo in rerum causarumqve discrimine statuendo, venustatem aliqvam sequutus est, quod necessitatis erat non vidit. Nam si vis una quædam animata non esset, qvæ universa pervadens, colligaret eadem atqve contineret, nunqvam hujus in universi dispositione tantum vel sapientiæ vel pulchritudinis cerneretur. Et ejusdem profecto cæcitatis est, uti civitatem aliqvam egregie sine conjunctione habituram sperare; ita huic universo, eximiam illam ac singularem qvam cernimus partium omnium speciem, defendere te ratiocinando posse arbitrari, nisi ea similis alicujus communione consocies atqve devincias. Cæterum, quod res singulas moderetur, id quidem motus principium esse ait, idem tamen Animum esse fateri non vult, tametsi rebus in omnibus qvæ moventur, principium fontemqve motus Animum esse Plato demonstrarit. Qvod autem animi ratione prædidi atqve sapientis proprium sit, nihil ut agat frustra, id naturæ totum attribuit, ei tamen animi nomen non tribuit: quasi ex nominibus, non autem ex facultatibus rerum initia viresqve sumantur.

A Ἔτι τοῦ Πλάτωνος λέγοντος, τὴν ψυχὴν διακοσμεῖν τὰ πάντα, διήκουσαν διὰ πάντων, καὶ ταύτην, ἀφ' ἧς καὶ οἱ λοιποὶ διοικεῖσθαι συγχωρεῖεν ἂν ἕκαστα, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι τὴν φύσιν ἢ ψυχήν, καὶ δηλονότι ψυχὴν οὐκ ἄλογον, καὶ ἐκ τούτων συνάγοντος, ὅτι πάντα κατὰ πρόνοιαν γίνεται, εἴ γε καὶ κατὰ φύσιν· πρὸς οὐδὲν τούτων ἡμῖν Ἀριστοτέλης ὁμολογεῖ. οὐ γὰρ εἶναι τὴν φύσιν ψυχήν, καὶ τὰ περὶ γῆν ὑπὸ μιᾶς φύσεως διοικεῖσθαι. εἶναι B γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν πραγμάτων ἄλλας καὶ ἄλλας τὰς αἰτίας. τῶν μὲν γὰρ οὐρανίων ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων, αἰτίαν τὴν εἱμαρμένην ὑποτίθησι· τῶν δὲ ὑπὸ σελήνην, τὴν φύσιν· τῶν δὲ ἀνθρωπίνων, φρόνησιν καὶ πρόνοιαν, καὶ ψυχήν· τὸ μὲν γλαφυρὸν ἐν ταῖς τοιαύταις διαιρέσεσι παρεχόμενος, τὸ δὲ ἀναγκαῖον οὐ συνορῶν. εἰ γὰρ μὴ μία εἴη δύναμις ἔμψυχος, διήκουσα διὰ τοῦ παντός, καὶ πάντα συνδοῦσα καὶ συνέχουσα, οὔτ' ἂν εὐλόγως τὸ πᾶν, οὔτε καλῶς διοικούμενον εἶναι C δύναιντο. τὸ δ' αὐτῆς ἦν ἄρ' ἀβλεψίας, καὶ πόλιν ἐπίσται ποτὲ καλῶς χωρὶς ἑνώσεως διαγενέσθαι, καὶ τὸ πᾶν τόδε ἡγήσασθαι πάγκαλον τοῦ λόγου διαφυλάξειν. οἷόν περ φαίνεται, μὴ συνδήσαντα καὶ συναρμόσαντα ἑνός τινος ὁμοίου κοινωνίᾳ. καὶ τοιοῦτον μὲν τὸ πρᾶγμα τὸ διοικοῦν ἕκαστα εἶναί φησιν, οἷον ἀρχὴν εἶναι κινήσεως· τοῦτο δὲ εἶναι ψυχὴν ὁμολογεῖν οὐ βούλεται· καίτοι καὶ τοῦ Πλάτωνος αὐτοῦ δεικνύντος, ὅτι τοῖς κινουμένοις ἅπασιν D ἀρχὴ καὶ πηγὴ τῆς κινήσεως ἡ ψυχή. καὶ ὃ μὲν ἂν ἔργον εἴη ψυχῆς λογικῆς καὶ φρονίμου, τὸ μηδὲν μάτην ποιεῖν, τοῦτο ἀνατίθησι τῇ φύσει, τοῦ δὲ ὀνόματος αὐτῇ τῆς ψυχῆς οὐ μεταδίδωσιν· ὥσπερ ἐκ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῶν δυνάμεων, τῶν πραγμάτων λαμβανομένων.

XIII.

ADVERSUS EUNDEM PLATOnicas Ideas illudentem, quas ne ipsis quidem Hebræis ignotas fuisse, superioribus eorum testimoniis jam vidimus. Ex eodem.

ιγ.

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΔΙΑΠΑΙΞΑΝΤΑ καὶ τὰς περὶ τῷ Πλάτωνι ἰδέας, ἃς οὐκ ἀγνοεῖν καὶ οἱ Ἑβραίων ἤδη πρότερον συνεστήσαντο λόγοι. Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.

Τὸ δὲ κεφάλαιον καὶ τὸ κῦρος τῆς Πλάτωνος αἱρέσεως, ἡ περὶ τῶν νοητῶν διάταξις, ἠτίμασται καὶ προπεπηλάκισται καὶ παντοίως, τό γε ἐξὸν ἐπ' Ἀριστοτέλει, περιύβρισται. οὐ γὰρ δυνάμενος ἐννοῆσαι, ὅτι τὰ μεγάλα καὶ θεῖα καὶ περιττὰ τῶν πραγμάτων, παραπλησίας τινὸς δυνάμεως εἰς ἐπίγνωσιν δεῖται· τῇ δ' αὐτοῦ λεπτῇ καὶ ταπεινῇ δριμύτητι πιστεύων, ἥτις διαδῦναι μὲν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ τὴν ἐν τούτοις ἀλήθειαν ἰδεῖν ἐδύνατο, τῆς δ' ὄντως ἀληθείας ἐποπτεῦσαι τὸ πεδίον οὐχ οἵα τε ἦν, αὐτῷ κανόνι θ' αὐτῷ καὶ κριτῇ τῶν ὑπὲρ αὐτὸν χρησάμενος, ἀπέγνω τινὰς εἶναι ἰδίας φύσεις, οἵας Πλάτων ἔγνω, λήρους τε καὶ τερετίσματα καὶ φλυαρίας ἐτόλμησεν εἰπεῖν τὰ τῶν ὄντων ἀνώτατα. τὸ μὲν οὖν ἄκρον τε καὶ ἔσχατον τῶν Πλάτωνος φιλοσοφημάτων ἐστὶ τὸ περὶ τὴν νοητὴν ταύτην καὶ ἀΐδιον οὐσίαν τὴν τῶν ἰδεῶν. ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος τῇ ψυχῇ πρόκειται. ὁ μὲν γὰρ μετασχὼν καὶ ἐφικόμενος αὐτῆς, πάντως εὐδαίμων· ὁ δὲ ἀπολειφθεὶς καὶ ἀδυνατήσας θεωρὸς γενέσθαι, πάντως ἄμοιρος εὐδαιμονίας καταλείπεται. καὶ διὰ τοῦτο Πλάτων τε πανταχῇ διαγωνίζεται, δεικνὺς τὴν ἰσχὺν τούτων τῶν φύσεων. οὔτε γὰρ αἰτίαν ὡντινωνοῦν ἀποδοῦναί φησιν οἷόν τε εἶναι καλῶς, ἂν μὴ τούτων μεθέξει, οὔτε γνῶσιν τινὸς ἀληθοῦς, ἂν μὴ τῇ πρὸς ταῦτα ἀναφορᾷ· ἀλλ' οὐδὲ λόγου μετέσεσθαί τισιν, εἰ μὴ τὴν τούτων οὐσίαν ὁμολογήσειαν. οἵ τ' αὖ τὰ τοῦ Πλάτωνος συνιστάναι ἐγνωκότες, τὸν πλεῖστον ἀγῶνα τῶν λόγων ἐν τούτῳ τίθενται πάνυ ἀναγκαίως. οὐδὲν γὰρ ἔτι τὸ Πλατωνικὸν ἀπολείπεται, εἰ μὴ τὰς πρώτας καὶ ἀρχικωτάτας φύσεις ταύτας συγχωρήσεταί τις αὐτοῖς ὑπὲρ Πλάτωνος. ταῦτα γάρ ἐστιν, οἷς μάλιστα τῶν ἄλλων ὑπερέχει. νοήσας γὰρ θεὸν αὐτός, ὡς τὸν ἁπάντων πατέρα καὶ δημιουργὸν, καὶ δεσπότην, καὶ κηδεμόνα καὶ γνωρίζων ἐκ τῶν ἔργων, τὸν τεχνίτην πρότερον νοῆσαι τοῦτο ὃ μέλλει δημιουργήσειν, εἶθ' οὕτω τῷ νοηθέντι κατόπιν, ἐπὶ τῶν πραγμάτων προσάγειν τὴν ὁμοιότητα· ταὐτὸν δή, τὰ τοῦ θεοῦ νοήματα πρεσβύτερα τῶν πραγμάτων, τὰ τῶν γινομένων παραδείγματα, ἀσώματα καὶ νοητά, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἀεί, καὶ μάλιστα μὲν πρώτως αὐτὰ ὄντα, παρα-

ἴσ. ἧκ. — ἴσ. εἶναι.

POSTREMO, quod caput est, inqvit, ac Platonicæ Philosophiæ cardo, rerum sola mente perceptarum doctrina, qvantum in Aristotele fuit, illusa, conculcata, probrisqve omnibus jactata est. Cum enim intelligere non posset, res maximas atqve divinas, quæ longe cæteris antecellant, simili aliqva facultate ad sui cognitionem indigere; minuta quadam sua & humili subtilitate confisus, (qvæ ut terrestrium in rerum naturam penetrare posset, earumq; veritatem perspicere, purissimam tamen illam ac sincerissimam propriæ veritatis lucem intueri non poterat,) adeoq; se ipso, quodam quasi rerum illarum captu suo longe superiorum canone arbitroqve usus, peculiares illas, cujusmodi Plato agnoverat, Naturas valere jussit, illaqve omnium altissima, nugas, insulsasqve cantilenas, & circulatorum fabulas appellare ausus est. Qvippe summum illud atqve ultimum est Platonicorum dogmatum, quod in spiritali hac & sempiterna Idearum natura versatur. Ubi proinde supremus animo labor certamenqve proponitur. Nam qui ad illam aspirare eaqve frui potuerit, is beatus omnino; cui eandem intueri ac pervidere non licuerit, omni felicitate vacuus spoliatusq; relinqvitur. Itaqve hoc ubiqve Plato & omni ratione contendit, ut harum Naturarum vim potestatemq; demonstret. Negat enim aut ullius omnino rei causam commode reddi posse, nisi quæ harum communione nitatur, aut veri ullius haberi notitiam, nisi quæ ad easdem revocetur. Imo nec rationis ullum iis in omnibus pilum esse defendit, qui non earum substantiam fateantur. Et vero qui Platonicæ doctrinæ auctoritatem ac pondus addere statuerunt, hac præsertim in disputatione multi esse solent. Quod quidem necessario faciunt, nec enim Platonicum amplius quicqvam tueri possunt, nisi eis primarias illas principesq; Naturas Platonis in gratiam concesseris. Hæc enim illa sunt, quibus cæteris omnibus maxime antecellit. Deum enim ipse cum universorum parentem ac molitorem, adeoqve dominum & moderatorem agnosceret: cum idem ex nostris hisce operibus intelligeret, Artificem id ante quod effecturus sit animo comprehensum tenere, ac tum demum qvā illius speciem cogitando informarit, eā ipsis in rebus similitudine quadam exprimere. Divinas similiter notiones, qvæ rebus antiqviores, & eorum qvæ fiunt exempla sint, easdemqve incorporeæ ac mente sola perceptæ, similesqve sui semper, & eodem in statu permanentes; deniqve cum præcipua quadam ratione primum existentes,

tum cæteris deinde causæ qvamobrem eo modo sint, quo singula sunt, pro sua cujusq; cum principibus illis similitudine: notiones, inqvam, illas nec videri facile, nec oratione satis explicari posse cum animadverteret; is qvantum vel dicendo vel cogitando mens humana conseqvi, ac cæteris qui ad eam postea cognitionem aspiraturi essent, commonstrare viam poterat, ipsarum in tractationem incumbens, & cunctas eo revocans Philosophiæ suæ rationes, in iis demum earumqve notitia sapientiam ac scientiam positas esse defendit; quæ nos in humani finis & beatæ vitæ possessionem immittant. Hactenus Atticus. Quo qvidem illius ex opere, plura superioribus addere poteramus: nunc tamen ea protulisse contenti, Stoicorum deinceps ad sectam disciplinamqve transeamus. Socrates igitur Antisthenem qvendam, virum sensu animisqve tenus Heracleoticum, auditorem habuit, qui cum lætitiæ furorem anteponeret, tum discipulis quoqve suis auctor erat, uti voluptatis causa ne digitum quidem tollerent. Huic Diogenes Cynicus operam dedit, qui ferino plane ritu philosophari statuens ipse quoqve, adjunxit sibi qvamplurimos. Successit ei Crates, qui discipulum habuit Zenonem Citticum Stoicæ Philosophiæ principem. Hujus successor fuit Cleanthes, Cleanthis Chrysippus, Chrysippi alter Zeno, cæteriqve deinceps. Qui qvidem omnes & vitæ constantiam, & disserendi artem singulari studio coluisse dicuntur. Horum ergo decreta philosophica ex seqventibus fere intelliges.

Ἄλλα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῦ εἶναι τοιαῦτα ἕκαστα οἷά περ ἐστι, κατὰ τὴν πρὸς αὐτὰ ὁμοιότητα, συνιδὼν ὁ Πλάτων ὄντα οὐ ῥᾷστα ὀφθῆναι, οὐ μὴν οὐδὲ λόγῳ σαφῶς δηλωθῆναι δυνάμενα· αὐτὸς ὡς οἷόν τε ἦν ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, καὶ φρονῆσαι, καὶ παρασκευάσαι τοὺς μέλλοντας ἐπακολουθήσειν, πραγματευσάμενος ταῦτα, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτοῦ φιλοσοφίαν εἰς τοῦτο συνταξάμενος, περὶ ταῦτά φησι καὶ τὴν τούτων νόησιν τὴν σοφίαν εἶναι καὶ τὴν ἐ-B πιστήμην, δι᾽ ἧς τὸ ἀνθρώπινον τέλος καὶ ἡ μακαριστὴ βιοτὴ παραγίνεται. Τοσαῦτα ὁ Ἀττικός. Παρῆν δὲ καὶ τούτων ἔτι πλείω ἐκ τῆς δηλωθείσης πραγματείας τοῦ ἀνδρὸς γραφῆς. πλὴν ἀλλὰ τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἀρκεσθέντες, μεταβησώμεθα καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Στωϊκῶν αἵρεσιν. Σωκράτους τοίνυν ἀκουστὴς ἐγένετο Ἀντισθένης, Ἡρακλεωτικός τις ἀνὴρ τὸ φρόνημα, ὃς ἔφη τοῦ ἥδεσθαι τὸ μαίνεσθαι κρεῖττον εἶναι. διὸ καὶ παρῄνει τοῖς γνωρίμοις, μηδέποτε χάριν C ἡδονῆς δάκτυλον ἐκτείνειν. τούτου δὲ ἀκουστὴς γέγονε Διογένης ὁ Κύων, ὃς καὶ αὐτὸς θηριωδέστατα φρονεῖν δόξας, πολλοὺς ἐπηγάγετο. τοῦτον Κράτης διεδέξατο· Κράτητος δὲ ἐγένετο Ζήνων ὁ Κιτιεύς, ὁ τῆς Στωϊκῶν φιλοσόφων αἱρέσεως καταστὰς ἀρχηγός. Ζήνωνα δὲ Κλεάνθης διεδέξατο, Κλεάνθην δὲ Χρύσιππος· τοῦτον δὲ Ζήνων ἕτερος, καὶ οἱ καθεξῆς. λέγονται δ᾽ οὗτοι πάντες διαφερόντως καὶ βίου στερροῦ καὶ διαλεκτικῆς ἐπιμεληθῆναι. τά γέ τοι τῆς κατ᾽ αὐτοὺς φιλοσοφίας δό-D γματα ὧδέ πως ἔχει.

XIV.

DE STOICORUM PHILOSOPHIA: & qvemadmodum Zeno de Principiorum ratione statuerit. Ex Aristoclis de Philosophia septimo.

ιδ.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΣΤΩΙΚΩΝ ΦΙΛΟσοφίας· ὅπως τε ὁ Ζήνων τὸν περὶ ἀρχῶν ἀποδίδωσι λόγον. ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου περὶ φιλοσοφίας Ἀριστοκλέους.

RERUM, inquit, Elementum, uti Heraclitus, Ignem esse volunt; ejus vero principia, Materiam atqve Deum, ut Plato. Verum hoc discrimine, qvod Stoici ambo illa, tam efficiens quam patiens, corpora esse dicant; Plato contra primum illum Effectorem, incorporeum Auctorem esse statuat. Deinde certis quibusdam fatoqve constitutis temporibus,

ΣΤΟΙΧΕΙΟΝ εἶναί φασι τῶν ὄντων τὸ πῦρ, καθάπερ Ἡράκλειτος, τούτου δ᾽ ἀρχὰς ὕλην καὶ Θεόν, ὡς Πλάτων. ἀλλ᾽ οὗτοι ἄμφω σώματά φασιν εἶναι, καὶ τὸ ποιοῦν, καὶ τὸ πάσχον, ἐκείνου πρῶτον ποιοῦν αἴτιον ἀσώματον εἶναι λέγοντος. ἔπειτα δὲ καὶ κατά τινας εἱμαρμένους καὶ ὡρισμένους χρόνους, ἐκ-

πυροῦσθαι τὸν σύμπαντα κόσμον, εἶτ' αὖθις πάλιν διακοσμεῖσθαι. τὸ μέντοι πρῶτον πῦρ εἶναι καθαπερεί τι σπέρμα, τῶν ἁπάντων ἔχον τοὺς λόγους, καὶ τὰς αἰτίας τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, καὶ τῶν ἐσομένων· τὴν δὲ τούτων ἐπιπλοκὴν καὶ ἀκολουθίαν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἐπιστήμην, καὶ ἀλήθειαν, καὶ νόμον εἶναι τῶν ὄντων ἀδιάδραστόν τινα καὶ ἄφυκτον. ταύτῃ δὲ πάντως διοικεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν κόσμον ὑπὲρ εὖ, καθάπερ ἐν τῇ εὐνομωτάτῃ τινὶ πολιτείᾳ.

Mundum universum conflagrare docent, indeqve suam denuo speciem ornatumq; recipere. Ac primum quidem illum ignem, qvasi semen aliquod esse, quod rerum omnium rationes, ac præteritorum simul, præsentium, futurorumqve causas contineat. qvarum complexio quædam & conseqventia, eorum quæ sunt omnium fatum, scientia, veritas, & lex ejusmodi sit, quæ nullo pacto effugi aut declinari qveat. Sic porro quæ in Mundo sunt universa, quam optime gubernari, tanqvam in Republica æqvissimis legibus constituta.

ιε.

ΟΠΟΙΑΝ ΔΟΞΑΝ ΕΠΑΓΟΝΤΑΙ ΟΙ Στωϊκοὶ περὶ Θεοῦ, καὶ περὶ συστάσεως τοῦ παντός. ἀπὸ τῆς Επιτομῆς Αρείου Διδύμου.

XV.

QVAM DE DEO STOICI, DEqve hujus Universi molitione sententiam introducant. Ex Arii Didymi Epitoma.

ΟΛΟΝ δὲ τὸν κόσμον σὺν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι προσαγορεύουσι Θεόν. τοῦτον δὲ ἕνα μόνον εἶναί φασι καὶ πεπερασμένον, καὶ ζῶον, καὶ ἀΐδιον, καὶ Θεόν. ἐν γὰρ τούτῳ πάντα περιέχεσθαι τὰ σώματα, κενὸν δὲ μηδὲν ὑπάρχειν ἐν αὐτῷ. τὸ γὰρ ἐκ πάσης τῆς οὐσίας, ποιὸν προσαγορεύεσθαι, τὸ κατὰ τὴν διακόσμησιν τὴν τοιαύτην, καὶ διάταξιν ἔχον. διὸ κατὰ μὲν τὴν προτέραν ἀπόδοσιν, ἀΐδιον τὸν κόσμον εἶναί φασι· κατὰ δὲ τὴν διακόσμησιν, γενητὸν καὶ μεταβλητὸν, κατὰ περιόδους ἀπείρους γεγονυίας τε καὶ ἐσομένας. καὶ τὸ μὲν ἐκ τῆς πάσης οὐσίας ποιὸν, κόσμον ἀΐδιον εἶναι καὶ Θεόν· λέγεσθαι δὲ κόσμον, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς φύσεων· λέγεσθαι δὲ κόσμον, καὶ τὸ οἰκητήριον Θεῶν καὶ ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἕνεκα τούτων γενομένων. ὃν γὰρ τρόπον πόλις λέγεται διχῶς, τό, τε οἰκητήριον, καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐνοικούντων σὺν τοῖς πολίταις σύστημα· οὕτω καὶ ὁ κόσμος, οἱονεὶ πόλις ἐστὶν ἐκ Θεῶν καὶ ἀνθρώπων συνεστῶσα, τῶν μὲν Θεῶν τὴν ἡγεμονίαν ἐχόντων, τῶν δὲ ἀνθρώπων ὑποτεταγμένων. κοινωνίαν δ' ὑπάρχειν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ λόγου μετέχειν, ὅς ἐστι φύσει νόμος· τὰ δ' ἄλλα πάντα γεγονέναι τούτων ἕνεκα. οἷς ἀκολούθως, νομιστέον προνοεῖν τῶν ἀνθρώπων τὸν τὰ ὅλα διοικοῦντα Θεὸν, εὐεργετικὸν ὄντα, καὶ χρηστὸν, καὶ φιλάνθρωπον,

MUNDUM, inqvit, universum, cum partibus ejus singulis, Deum appellāt. Hunc qvippe unum duntaxat esse ajunt, absolutum, animantem, sempiternum, ac Deum: Illo enim corpora omnia contineri, & vacuum in eo superesse nihil. Enimvero quod ex omni substantia conflatum sit, id ipsum tale quid nominari, quatenus ornatū ejusmodi aliqvem partiumq; dispositionem complectitur. Itaqve si prioris illius ratio habeatur, sempiternum ipsi mundum esse ajunt: sin ornatus iste spectatur, genitum; ac pro infinitarum, seu quæ jam præterierint, seu quæ futuræ postea sint, periodorum conversione mutabilem. Atqve ita, qvod ex omni substantia tale quid existit, mundum esse sempiternum ac Deum; at mundum appellari, machinam hanc e cœlo, aere, terra, mari, ac propriis singulorum naturis constitutam. Mundum præterea, Deorum simul & hominum, imo & omnium omnino, quæ ipsorum causa facta sint, domicilium vocari. Qvemadmodum enim civitatis notio qvædam & ratio duplex est, altera qvatenus domicilium aliquod, altera qvatenus multitudinem ex incolarum & civium societate conflatam significat: ita mundus quædam qvasi civitas est, ex Diis hominibusqve constans, sic quidem ut Principatum Dii teneant, homines eorum imperio subditi teneantur. Cæterum mutuam eorum inter se conjunctionem esse, qvam illa, qvæ naturæ lex qvædam est, communio rationis efficiat. Alia prorsus omnia propter eosdem facta esse. Quibus consentanee ponendum illud est, hominum curam gerere universi Moderatorem Deum, qvippe qui prolixa benignitate præditus, hominum amans,

justusque sit, & virtutum omnium complexione perfectus. Quocirca Mundus quoque ζεύς, hoc est Jupiter, vocatur, quod nobis τοῦ ζῆν, hoc est vivendi sit auctor. Eundem, prout εἰρομένῳ λόγῳ, id est connexa quadam ratione, quam prætergredi ac violare nihil possit, ex omni æternitate cuncta moderatur, εἱμαρμένην, hoc est Fatum, insuper appellari: ἀδράστειαν vero, quasi dicas vim quandam indeclinabilem, quod ipsum nihil effugiat: Providentiam denique, quod singula, prout cujusque usus exigit, proinde administret. Ducem porro Principemque mundi, Solem Cleanthes esse voluit, quod & Siderum esset omnium maximus, & cunctarum ad rerum administrationem operæ plurimum & commoditatis afferret, cum & diem & annum, cæterasque tempestates efficeret. Alii ejusdem sectæ Philosophi, Terram mundi principatum habere maluerunt. Chrysippus eum purissimo ac defecatissimo Ætheri tribuit, quippe qui & omnium sit maxime mobilis, & totam mundi conversionem circumagat. Hactenus ex Arii Didymi Epitoma. Jam adversus eorundem Stoicorum de Deo sententiam pauca hæc afferre satis erit, quæ Porphyrius in iis, quæ ad Boethum de Animo rescripsit, totidem verbis opposuit.

A δίκαιόν τε, καὶ πάσας ἔχοντα τὰς ἀρετάς. διὸ δὴ καὶ Ζεὺς λέγεται ὁ κόσμος, ἐπειδὴ τοῦ ζῆν αἴτιος ἡμῖν ἐστι. καθόσον δὲ εἰρομένῳ λόγῳ πάντα διοικεῖ ἀπαραβάτως ἐξ ἀιδίου, προσονομάζεσθαι εἱμαρμένην· Ἀδράστειαν δὲ, ὅτι οὐδὲν ἔστιν αὐτὸν ἀποδιδράσκειν· Πρόνοιαν δ', ὅτι πρὸς τὸ χρήσιμον οἰκονομεῖ ἕκαστα. Ἡγεμονικὸν δὲ τοῦ κόσμου Κλεάνθει μὲν ἤρεσε τὸν Ἥλιον εἶναι, διὰ τὸ μέγιστον τῶν ἄστρων ὑπάρχειν, καὶ πλεῖστα συμβάλλεσθαι πρὸς τὴν B τῶν ὅλων διοίκησιν, ἡμέραν καὶ ἐνιαυτὸν ποιοῦντα, καὶ τὰς ἄλλας ὥρας. Τισὶ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ἔδοξε, τὴν γῆν τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι τοῦ κόσμου. Χρυσίππῳ δὲ τὸν Αἰθέρα τὸν καθαρώτατον καὶ εἰλικρινέστατον, ἅτε πάντων εὐκινητότατον ὄντα, καὶ τὴν ὅλην περιάγοντα τοῦ κόσμου φοράν. Ταῦτα μὲν ἡμῖν ἀπὸ τῆς Ἐπιτομῆς Ἀρείου Διδύμου προκείσθω. πρὸς δὲ τὴν περὶ Θεοῦ τῶν Στωϊκῶν δόξαν ἀπαρκεῖ παραθέσθαι τὰς Πορφυρίου λέξεις, ἐν ταῖς πρὸς C Βόηθον ἀντιγραφείσαις αὐτῷ περὶ ψυχῆς, τοιοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον.

XVI.

CONTRA STOICORUM DE Deo sententiam. Ex Porphyrii ad Boethum opere de Animo.

DEUM, inquit, spiritalem quendam ignem sic appellant, nihil ut eundem sempiternum facere vereantur, imo etiam ejusmodi, qui omnia depascatur & perimat, quasi nostri hujus ac vulgaris ignis simillimus sit. Adeoque Aristoteli repugnare non dubitant, qui hoc abs sese impetrari non patitur, ut æthercam regionem simili ex igne constituat. Ex quibus si forte quæsieris, qui possit ignis ejusmodi tamdiu permanere, diversum quidem illum esse negant, sed talem ei naturam dum tribuunt, nudæ orationi fidem haberi volunt; nisi quod insuper tam absurdæ opinioni hoc addunt, ut sempiternum ignem illum esse defendant, cum tamen ætherium extingui partim, partim accendi velint. Sed eorum aut stuporem, aut veterum hac in disputatione contemptum pluribus exaggerare quid attinet?

ιε'.

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΩΝ Στωϊκῶν περὶ Θεοῦ δόξαν. ἀπὸ τῶν πρὸς Βόηθον περὶ ψυχῆς.

D ΤΟΝ δὲ Θεὸν οὐκ ὀκνοῦσι πῦρ νοερὸν εἰπόντες, ἀΐδιον καταλιπεῖν, καὶ φθείρειν μὲν πάντα λέγειν καὶ ἐπινέμεσθαι, ὡς τοιοῦτον ὂν πῦρ, οἷον τὸ ἡμῖν συνεγνωσμένον· ἀντιλέγειν τε τῷ Ἀριστοτέλει, παραιτουμένῳ τὸν αἰθέρα ἐκ πυρὸς λέγειν τοιούτου. ἀπαιτούμενοι δὲ, πῶς τὸ τοιοῦτον ἐπιδιαμένει πῦρ, ἀλλοῖον μὲν πῦρ οὐ λέγουσιν εἶναι, τοιοῦτον δ' εἰπόντες, πιστεύειν αὐτοῖς ἀξιώσαντες εἴπουσι, τῇ ἀλόγῳ πίστει ταύτῃ ἐπισυνάπτουσιν, ὅτι καὶ ἀΐδιόν ἐστι πῦρ, ἐκ μέρους καὶ τὸ αἰθέριον σβέννυσθαι καὶ ἀνάπτεσθαι τιθέντες. ἀλλὰ τὴν τούτων πρὸς μὲν ταῦτα ἀβλεψίαν, πρὸς δὲ τὰ τῶν παλαιῶν ῥαθυμίαν τε καὶ καταφρόνησιν, τί ἄν τις ἐπιὼν ἐπὶ πλέον μηκύνῃ;

A

ιζ.

ΟΤΙ ΟΥΚ ΑΝ ΕΙΗ ΣΩΜΑ ΤΟ ΟΝ, κτ̀ τοὺς Στωϊκούς. ἀπὸ τοῦ πρώτου περὶ τἀγαθοῦ Νουμηνίου.

ΑΛΛΑ τί δή ἐστι τὸ ὄν; ἆρα ταυτὶ τὰ στοιχεῖα τὰ τέσσαρα, ἡ Γῆ καὶ τὸ Πῦρ, καὶ αἱ ἄλλαι δύο μεταξὺ φύσεις; ἆρα οὖν δὴ τὰ ὄντα ταῦτά ἐστιν, ἤτοι ξυλλήβδην, ἢ καθ' ἕν γέ τι αὐτῶν; καὶ πῶς, ἅ γέ ἐστι καὶ γεννητὰ καὶ παλινάγρετα, εἴ γέ ἐστιν ὁρᾷν αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γινόμενα, καὶ ἀπαλλασσόμενα, καὶ μήτε στοιχεῖα ὑπάρχοντα, μήτε συλλαβάς; σῶμα μὲν ταυτὶ οὔπως οὐκ ἂν εἴη τὸ ὄν. Ἀλλ' ἆρα ταυτὶ μὲν οὔ, ἡ δ' ὕλη δύναται εἶναι ὄν· ἀλλὰ καὶ ταύτην παντὸς μᾶλλον ἀδύνατον, ἀῤῥωστίᾳ τοῦ μένειν. ποταμὸς γὰρ ἡ ὕλη ῥοώδης καὶ ὀξύῤῥοπος, βάθος, καὶ πλάτος, καὶ μῆκος ἀόριστος, καὶ ἀνήνυτος. Καὶ μετ̀ βραχέα ἐπιλέγει, Ὥστε καλῶς ὁ λόγος εἴρηκε, φάς, εἰ ἔστιν ἄπειρος ἡ ὕλη, ἀόριστον εἶναι αὐτήν· εἰ δὲ ἀόριστος, ἄλογον· εἰ δὲ ἄλογος, ἄγνωστον. ἄγνωστον δέ γε οὖσαν αὐτὴν ἀναγκαῖον εἶναι ἄτακτον· ὡς τεταγμένα γνωσθῆναι πάνυ δήπουθεν ἂν εἴη ῥᾴδιον· τὸ δὲ ἄτακτον οὐχ ἕστηκεν· ὅ, τι δὲ μὴ ἕστηκε, οὐκ ἂν εἴη ὄν. τοῦτο δὲ ἦν ὅπερ ἡμῖν αὐτοῖς ὡμολογησάμεθα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ταυτὶ πάντα συνενεχθῆναι τῷ ὄντι ἀθέμιστον εἶναι. δοξάτω, μάλιστα μὲν πᾶσιν, εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἐμοί. οὐκοῦν φημι τὴν ὕλην οὔτε αὐτήν, οὔτε τὰ σώματα εἶναι ὄν. τί οὖν δή; εἰ ἔχομεν παρὰ ταῦτα ἄλλο τι ἐν τῇ φύσει τῇ τῶν ὅλων; ναὶ τοῦτο οὐδὲν εἰπεῖν ποικίλον, εἰ τόδε πρῶτον μὲν ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα πειραθείημεν διαλεγόμενοι. ἐπεὶ δὲ τὰ σώματά ἐστι φύσει τεθνηκότα, καὶ νεκρά, καὶ πεφορημένα, καὶ οὐδ' ἐν ταυτῷ μένοντα, ἆρ' οὐχὶ τοῦ καθέξοντος αὐτοῖς δεῖ; Παντὸς μᾶλλον. εἰ μὴ τύχοι δὲ τούτου, ἆρα μείνειεν ἄν; Παντὸς ἧττον. τί οὖν ἐστι τὸ κατασχῆσον; εἰ μὲν δὴ καὶ τοῦτο εἴη σῶ-

XVII.

ID QVOD VERE EST, CORpus non esse, ut Stoici opinantur. Ex Numenii primo de Bono.

VERUNTAMEN, inqvit ille, qvidnam igitur vere esse dicemus? Num hæc elementa quatuor, Terram, Ignem, mediasq; duas inter utrumqve naturas? Utrum B ergo illa sunt, universa simul, an seorsim ac per sese singula? Qui tandem alterutrum dici possit, cum & genita illa sint, & extincta rursus oriantur? passim enim ea videmus cum fieri ex sese mutuo, tum ita prorsus interire, ut nec elementa maneant, nec elementorum ulla complexio. itaqve corpus illud quod vere sit, in Elementis reperiri non potest. Esto, Elementis hoc minime conveniat, materiæ certe quidem optime conveniet. Atqvi ab eo longissime abest materia, quod infirmior ea sit, quam ut constanter C permanere qveat. Est enim fluvius quidam vehemens & incitatus, cujus neqve fundus, neqve latitudo, neqve longitudo certis ullis finibus comprehendi possit. Tum paucis quibusdam interjectis, Qvamobrem, inqvit, præclare dictum illud est, materiam si sit immensa, definiri proinde non posse; quod si verum est, eandem rationis expertem esse; si deniqve rationis expers, cognitionem omnem fugere. Qvod si cognosci non possit, confusam illam ac perturbatam esse necesse est, cum ordinata omnia sint ad cognoscendum longe facillima. Quod vero pertur- D batum est, id permanere profecto nõ potest; qvod autem non permaneat, id utiq; vere non fuerit. Atq; id ipsum est, qvo de jam inter nos ante convenit, hæc omnia non posse cum ejus quod vere sit ratione consistere. Id qvod maxime quidem omnibus placere velim; sin minus, placeat certe mihi. Materiam igitur, aut corpus ullum vere esse nego. De illis ergo quid dicimus? Num aliud quid præter ista nobis in tota rerum natura superest? Superest vero: neq; id explicare difficilis admodum operæ fuerit, si modo primum illud in nobis ipsis pervidere mutua ratiocinatione conabimur. Et qvoniam corpora vitæ nihil per sese habent, atq; huc illucqve jactantur, nec eodem semper loco vultuq; persistunt, nonne aliquo proinde, cujus vi contineantur, opus habent? Maxime id quidem: Id vero si nancisci non potuerint, num manebunt illa per sese? Minime vero. Quid igitur illud erit, quod ipsa contineat? Enimvero si corpus id etiam fuerit, equidem, cum suapte natura dissolvatur atqve dissipetur,

Jove qvodam Servatore opus ei futurum existimo. Qvod si ab omni corporum vitio liberum illud esse oporteat, ut eadem, ubi concepta jam sunt, vindicare ab interitu, & continere possit: mihi sane, præter id unum quod expers corporis sit, ejusmodi esse nihil videtur. Ex omnibus qvippe naturis una hæc est, qvæ cum ipsa consistat, tum etiam firma sit ac solida, nec corporei quicquam omnino simile habeat. Nec enim generatur illa, nec crescit, nec alio motu cietur ullo. Ac propterea æqvum in primis & consentaneum merito visum est, hanc rei corporis experti prærogativam tribuere.

A μα, Διὸς σωτῆρος δοκεῖ σοι ἐμοὶ δεηθῆναι αὐτὸ παραλυόμενον καὶ σκιδνάμενον. εἰ μέντοι χρὴ αὐτὸ ἀπηλλάχθαι τῶν τῶν σωμάτων παθῶν, ἵνα καὶ κἀκείνοις κεκινημένοις τὴν φθορὰν ἀμύνειν δύνηται, καὶ κατέχῃ, ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ ἄλλο τι εἶναι, ἢ μόνον γε τὸ ἀσώματον· αὕτη γὰρ δὴ φύσεων πασῶν μόνη ἕστηκε, καὶ ἔστιν ἐδραία, καὶ οὐδὲν σωματική. οὔτε γοῦν γίνεται, οὔτε αὔξεται, οὔτε κίνησιν κινεῖται ἄλλην οὐδεμίαν, καὶ διὰ ταῦτα καλῶς δίκαιον ἐφάνη πρεσβεῦσαι τὸ B ἀσώματον.

XVIII.

STOICI DE UNIVERSI CONflagratione quid sentiant.

PLACET, inqvit, Sectæ hujus antiqvissimis atqve primariis, post maximos quosdam conversionum circuitus, in aerem primo mutari universa, tum ignem ætherium postremo dissolvi. Quibus deinde subjungit. Ex his porro manifeste liqvet, eam C rerum confusionem, non ad earum substantiam Chrysippum retulisse; hoc enim prorsus fieri non potest: sed eam duntaxat, quæ pro aliqua mutatione sumatur. Corruptionis enim vocabulum, ubi de solita mundi post longissimas conversiones corruptione loqvuntur, haud proprie quidem accipiunt, qui rerum in ignem omnium dissolutionem fieri tradunt, qvam ipsi conflagrationem appellant; sed ejus qvæ in natura contingit mutationis loco, vocem illam corruptionis usurpant. Volunt enim Stoici, rerum naturam omnium in ignem tanqvam in semen aliquod mutari, ex quo rursum qvalis ante D fuerat, perfectus ipsarum ornatus existat. Atqve hoc dogma sectæ hujus & principes & vetustissimi comprobarunt, Zeno, Cleanthes, & Chrysippus. Nam Chrysippi quidem discipulum, & successorem in Schola Zenonem, in illa de conflagratione mundi qvæstione, assensionem retinuisse ajunt.

ιη.

ΟΠΩΣ ΟΙ ΣΤΩΙΚΟΙ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ παντὸς ἐκπυρώσεως δοξάζουσιν.

ΑΡΕΣΚΕΙ δὲ τοῖς πρεσβυτάτοις τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως ταύτης, ἐξαεροῦσθαι πάντα κατὰ περιόδους τινὰς τὰς μεγίστας, εἰς πῦρ αἰθερῶδ. ἀναλυομένων πάντων. Καὶ ἑξῆς ἐπάγει. Ἐκ τούτων δὲ δῆλον, ὅτι Χρύσιππος ἐπὶ τῆς οὐσίας οὐ ταύτην παρείληφε τὴν σύγχυσιν· ἀδύνατον γάρ· ἀλλὰ τὴν ἀντὶ τῆς μεταβολῆς λεγομένην. οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου κατὰ περιόδους τὰς μεγίστας γινομένης φθορᾶς, κυρίως παραλαμβάνουσι τὴν φθορὰν, οἱ τὴν εἰς πῦρ ἀνάλυσιν τῶν ὅλων δογματίζοντες, ἣν δὴ καλοῦσιν ἐκπύρωσιν· ἀλλ᾽ ἀντὶ τῆς κατὰ φύσιν μεταβολῆς, χρῶνται τῇ προσηγορίᾳ τῆς φθορᾶς. ἀρέσκει γὰρ τοῖς Στωϊκοῖς φιλοσόφοις, τὴν ὅλην οὐσίαν εἰς πῦρ μεταβάλλειν, οἷον εἰς σπέρμα, καὶ πάλιν ἐκ τούτου αὐτὴν ἀποτελεῖσθαι τὴν διακόσμησιν, οἵα τὸ πρότερον ἦν. καὶ τοῦτο τὸ δόγμα τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως οἱ πρῶτοι καὶ πρεσβύτατοι προσήκαντο, Ζήνων τε, καὶ Κλεάνθης, καὶ Χρύσιππος. τὸν μὲν γὰρ τούτου μαθητὴν, καὶ διάδοχον τῆς σχολῆς Ζήνωνά φασιν ἐπισχεῖν, περὶ τῆς ἐκπυρώσεως τῶν ὅλων.

XIX.

QVEMADMODUM STOICI DE iterato universi ortu philosophentur.

POSTEAQVAM, inqvit, eo usqve progressa est Ratio communis, communisque natura nova magnitudine, ac novis incrementis aucta, res demum exsiccavit,

ιθ.

ΟΠΩΣ ΔΟΞΑΖΟΥΣΙΝ ΟΙ ΣΤΩΙΚΟΙ περὶ τῆς παλιγγενεσίας τῶν ὅλων.

ΕΠΙ τοσοῦτο δὲ προελθὼν ὁ κοινὸς λόγος, καὶ κοινὴ φύσις μείζων καὶ πλείων γενομένη, " τέλος ἀναξηράνασα πάντα, καὶ V. Not.

εἰς

A εἰς ἑαυτὴν ἀναλαβοῦσα, ἐν τῇ πάσῃ οὐσίᾳ γίνεται, ἐπανελθοῦσα εἰς τὸν πρῶτον ῥηθέντα λόγον, καὶ εἰς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην τὴν ποιοῦσαν ἐνιαυτὸν τὸν μέγιστον, καθ᾽ ὃν ἀπ᾽ αὐτῆς μόνης εἰς αὐτὴν πάλιν γίνεται ἡ ἀποκατάστασις. ἐπανελθοῦσα δὲ, διὰ τάξιν, ἀφ᾽ οἵας διακοσμεῖν ὡσαύτως ἤρξατο, κατὰ λόγον πάλιν τὴν αὐτὴν διεξαγωγὴν ποιεῖται, τῶν τοιούτων περιόδων ἐξ ἀϊδίου γινομένων ἀκαταπαύστως. οὔτε γὰρ τῆς ἀρχῆς αἰτίαν καὶ πᾶσιν οἷόν τε γίνεσθαι, οὔτε τοῦ διοικοῦντος αὐτά. οὐσίαν τε B γὰρ τοῖς γινομένοις ὑφεστάναι δεῖ, πεφυκυῖαν ἀναδέχεσθαι τὰς μεταβολὰς πάσας, καὶ τὸ δημιουργῆσον ἐξ αὐτῆς. οἵα γὰρ ἐφ᾽ ἡμῶν τίς ἐστι φύσις δημιουργοῦσα, τοιούτου τινὸς κατ᾽ ἀνάγκην ὄντος καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ἀγεννήτου. γενέσεως γὰρ ἀρχὴν οὐχ οἷόν τε εἶναι ἐπὶ τῆς φύσεως ταύτης. ὃν τρόπον δ᾽ ἀγέννητός ἐστι, καὶ ἀναιρεθῆναι ἀδύνατόν ἐστιν αὐτήν, οὔτε αὐτῆς ἐξ αὐτῆς, οὔτε ἔξωθέν τινος ἀναιρήσοντος αὐτήν.

Atq; in ſeſe recepit univerſas; In plena conſtituitur integraq; ſubſtantia, qvippe quæ ad Principem illam, ut appellatur, Rationem, atq; ad Reſurrectionem illam magni effectricem anni redierit: quo quidem anno, ex ea ſola in eandem rurſus inſtauratio fieri conſvevit. Ad eum porro ſtatum revocata, eodē prorſus ordine, qvo jam ante Mundum ſimiliter ornare cœperat, eandem iterum, qvo modo ratio poſtulat, rerum diſpoſitionem atq; adminiſtrationem inſtituit, ejusmodi converſionibus ex omni æternitate ac ſine ulla ceſſatione redeuntibus. Qvippe, principii ſui cauſam nec habere ſimul univerſa poſſunt, nec univerſorum ipſe Moderator. Nam iis qvæ fiunt, cum ſubſtantiam qvandam ſubeſſe neceſſe eſt, qvæ ſuapte natura mutationes omnes excipiat, tum id præterea, quod aliquid ex ea perficiat. Cujusmodi enim apud nos effectricem naturam aliqvā videmus, ejusmodi neceſſario quippiam, ſed ortus expers, in ipſo quoqve mundo ponendum eſt: cum talis natura ortus ſui principium habere nullum omnino poſſit. Et qvemadmodum ortu ipſa caret, ita nec unquam C interire poteſt, cum nec ipſa per ſeſe perire qveat, nec aliud quicquam ſit, quod extrinſecus illam extinguat.

κ.

ΟΠΩΣ ΔΟΞΑΖΟΥΣΙΝ ΟΙ ΣΤΩΙΚΟΙ περὶ Ψυχῆς.

Τὸ δὲ σπέρμα φησὶν ὁ Ζήνων εἶναι, ὃ μεθίησιν ἄνθρωπος πνεῦμα μεθ᾽ ὑγροῦ, ψυχῆς μέρος καὶ ἀπόσπασμα, καὶ τοῦ σπέρματος τοῦ τῶν προγόνων κέρασμα, καὶ μίγμα τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν συνεληλυθός· ἔχον γὰρ τοὺς λόγους τῷ ὅλῳ τοὺς αὐτοὺς τούτῳ, ὅταν ἀφεθῇ εἰς τὴν μή- D τραν, συλληφθὲν ὑπ᾽ ἄλλου πνεύματος, μέρος ψυχῆς τῆς τοῦ θήλεος, καὶ συμφυὲς γενόμενον, κρυφθέν τε φύει κινούμενον καὶ ἀναῤῥιπιζόμενον ὑπ᾽ ἐκείνου, προσλαμβάνον ἀεὶ εἰς τὸ ὑγρὸν καὶ αὐξανόμενον ἐξ ἑαυτοῦ. Καὶ μετὰ βραχέα ἐπιλέγει· pag. 430. Περὶ δὲ ψυχῆς, Κλεάνθης μὲν τὰ Ζήνωνος δόγματα παρατιθέμενος πρὸς σύγκρισιν, τὴν πρὸς τοὺς ἄλλους φυσικοὺς, φησὶν ὅτι Ζήνων ψυχὴν λέγει αἴσθησιν, ἢ ἀναθυμίασιν, καθάπερ Ἡράκλειτος. βουλόμενος γὰρ ἐμφανίσαι, ὅτι αἱ ψυχαὶ ἀναθυμιώμεναι νοεραὶ ἀεὶ γίνονται, εἴκασεν αὐτὰς τοῖς ποταμοῖς, λέγων οὕτως· ποταμοῖσι τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐμβαίνουσιν ἕτερα καὶ ἕτερα ὕδατα ἐπιῤῥεῖ· καὶ ψυχαὶ ἀπὸ τῶν ὑγρῶν ἀναθυμιῶνται. ἀναθυμίασιν μὲν οὖν ὁμοίως τῷ Ἡρακλείτῳ τὴν ψυχὴν ἀποφαίνει

XX.

QVEMADMODUM STOICI DE Animo ſentiant.

SEMEN ait Zeno, Spiritum, inqvam, illū, qvem homo emittit cum humore conjunctum, animi particulam eſſe revulſumq; fructum, imo & parentum ſeminis temperationem aliqvam, & concretam ex animi partibus mixtionem. Id enim, cum eandem in ſe, quam totum ipſum vim & rationem habeat, cum in vulvam immiſſum fuerit, ſtatim ab alio ſpiritu comprehenſum, muliebris animi pars quædam naturaq; cognatum efficitur; dumq; ibi abſconditum ejus vi comovetur & excitatur, creſcit paulatim in fœtum, humidi partes ſubinde novas aſſumens, ac propriis gliſcens incrementis. Hæc ille. Tum paucis aliqvot interjectis: Cleanthes, inqvit, Zenonis de Animo dogmata cum aliorum Phyſicorum opinione committens, Zenonem ait, qvemadmodum & Heraclitum, animi naturam in ſenſu aut exhalatione poſuiſſe. Cum enim exhalantes animos ſpiritales ſemper effici demonſtrare vellet, eos cum fluviis comparabat, his verbis utens: In fluvios, inqviebat, licet iidem usqve decurrant, aliæ tamen atqve aliæ illabuntur aqvæ. Et vero animæ rebus efflantur ex humidis. Ita Zeno, perinde ut Heraclitus, animum exhalationem eſſe demonſtrat.

Eandem propterea sensu percipi posse defendit, quod pars ejus facultasqve princeps, rebus iis, qvæ per sensuum aditus eo subeunt, consignetur, earumq; formas imaginesq; suscipiat. Ea quippe animi propria sunt. Itemqve post alia. Animum autem, inquit, in universo esse ajunt, qvem Ætherem ipsi Aeremq; vocant, terra, mari, & erumpentibus ex utroq; exhalationibus circumfusam: ad eum vero reliquam animorum multitudinem adhærescere, tam qui animantibus, quam qui ambiente nos aere continentur: defunctorum enim animos etiam post obitum superesse. Nonnullis etiam placet, universi quidem animum sempiternum esse, reliqvos vero sub interitum cum eo commisceri. Cæterum principem in omnibus aliqvam inesse partem, quæ nihil aliud sit, qvam vita, quamqve sentiendi vis & appetendi. Iterumqve post pauca, Animum porro & ortum habere & interitum subire illum quidem, non tamen simul atqve corpore solutus est, interire, sed manere per se ipsum aliquandiu: ac sapientium quidem animos ad extremam usqve rerum in ignem omnium dissolutionem; stultorum vero non nisi aliquanto temporis intervallo, superesse. Porro quod animos illi permanere docent, id sic intelligunt, ut nos ipsi animorum in naturam transeuntes maneamus, jam sejuncto corpore, atqve in minorem animi substantiam commutato. Stultorum autem & animalium ratione carentium animos, tandem una cum ipsis corporibus interire. Atqve hujusmodi sunt illa Stoicæ Philosophiæ dogmata, ex Ario Didymo breviter summatimqve collecta. Verum ad refellendam hominum istorum insulsam de Animo sententiam satis utiqve fuerit pauca hæc ex ætatis nostræ Scriptore Longino decerpere.

ζῶον. αἰσθητικὴν δὲ αὐτὴν εἶναι διὰ τὸ λέγειν, ὅτι τυποῦσθαί γε δύναται τὸ μέγεθος, τὸ μέρος τὸ ἡγούμενον αὐτῆς, ἀπὸ τῶν ὄντων καὶ ὑπαρχόντων διὰ τῶν αἰσθητηρίων, καὶ παραδέχεσθαι τὰς τυπώσεις. ταῦτα γὰρ ἴδια ψυχῆς ἐστι. καὶ μεθ' ἕτερα, Εἶναι δὲ ψυχὴν ἐν τῷ ὅλῳ φασίν, ὃ καλοῦσιν αἰθέρα, καὶ ἀέρα κύκλῳ περὶ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν, καὶ ἐκ τούτων ἀναθυμιάσεις· τὰς δὲ λοιπὰς ψυχὰς προσπεφυκέναι ταύτῃ, ὅσαι τε ἐν ζώοις εἰσί, καὶ ὅσαι ἐν τῷ περιέχοντι· διαμένειν γὰρ τὰς τῶν ἀποθανόντων ψυχάς. ἔνιοι δὲ τὴν μὲν τοῦ ὅλου, ἀΐδιον· τὰς δὲ λοιπὰς συμμίγνυσθαι ἐπὶ τελευτῇ εἰς ἐκείνην. ἔχειν δὲ πᾶσαν ψυχὴν ἡγεμονικόν τι ἐν αὐτῇ, ὃ δὴ ζωὴ καὶ αἴσθησίς ἐστι καὶ ὁρμή. καὶ ἔτι μετ' ὀλίγα, Τὴν δὲ ψυχὴν γενητήν τε καὶ φθαρτὴν λέγουσιν· οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτήν· τὴν μὲν τῶν σπουδαίων μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων· τὴν δὲ τῶν ἀφρόνων, πρὸς ποσούς τινας χρόνους. τὸ δὲ διαμένειν τὰς ψυχὰς οὕτω λέγουσιν, ὅτι διαμένομεν ἡμεῖς ψυχαὶ γενόμενοι, τοῦ σώματος χωρισθέντος, καὶ εἰς ἐλάττω μεταβαλόντος οὐσίαν τὴν τῆς ψυχῆς. τὰς δὲ τῶν ἀφρόνων καὶ ἀλόγων ζώων ψυχὰς συναπόλλυσθαι τοῖς σώμασι. Τοιαῦτα καὶ τὰ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας δόγματα, ἀπὸ τῆς ἐπιτομῆς Ἀρείου Διδύμου συνειλεγμένα. Πρὸς δὲ τὴν περὶ ψυχῆς ἄτοπον τῶν ἀνδρῶν δόξαν ἀπαρκεῖ τὰ παρὰ Λογγίνου τοῦ καθ' ἡμᾶς συντόμως ἀντειρημένα διὰ τούτων.

XXI. LONGINI CONTRA STOICORUM de Animo sententiam disputatio.

MIHI vero, inqvit, ut universe loquar, procul admodum a vera philosophandi ratione abesse illi videntur omnes, qui animum corpus esse docuerunt. Quis enim, obsecro, nisi absurde, quod animi proprium est, elementorum affine ac geminum esse dicat? quis ullam in eo concretionem mixtionemve defendat? quales sane multiplices ac variæ

κα. ΛΟΓΓΙΝΟΥ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΤΩΝ ΣΤΩϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίρρησις.

ΣΥΝΕΛΟΝΤΙ δ' εἰπεῖν, πόρρω μοι δοκοῦσιν ἀφεστηκέναι τοῦ τὰ δέοντα λογίζεσθαι πάντες ἐφεξῆς, ὁπόσοι τὴν ψυχὴν σῶμα ἀπεφήναντο. πῶς γὰρ ὅλως ἐγχωρεῖ παραπλήσιον εἶναί τινι τῶν στοιχείων τὸ κατ' αὐτὴν θεῖναι; ποῦ δὲ ἐπὶ τὰς κράσεις καὶ μίξεις ἐνεγκεῖν; αἳ κατὰ πολλὰς γιγνόμεναι τρόπους,

ἄλλων μὲν ἀμυθήτων ἰδέας σωμάτων ἀπογεννᾶν πεφύκασιν, ἐν οἷς εἰ καὶ μὴ συνεχῶς, ἀλλ' οὖν πόρρωθεν ἰδεῖν ἔνι τὴν τῶν στοιχείων αἰτίαν, καὶ τὴν πρὸς τὰ δεύτερα καὶ τρίτα τῶν πρώτων ἀφορμήν. τῆς δὲ περὶ ψυχὴν ἴχνος οὐδέν, οὐδὲ τεκμήριον ἐν τοῖς σώμασιν εὑρίσκεται, κἂν εἰ φιλοτιμοῖτό τις, ὡς Ἐπίκουρος καὶ Χρύσιππος, ἅπαντα λίθον κινεῖν, καὶ πᾶσαν ἐρευνᾶν δύναμιν σώματος, εἰς γένεσιν τῶν περὶ ψυχῆς πράξεων. Τί γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος ἡμῖν λεπτότης πρὸς ἔργου γένοιτ' ἂν εἰς φαντασίας καὶ λογισμούς; τί δὲ τῶν ἀτόμων σχήματα τοσαύτην παρὰ τὰ ἄλλα ἔχει δύναμιν, καὶ τροπήν, ὥστε φρόνησιν γεννᾶν, ὅταν εἰς ἑτέρου πλάσιν ἐγκαταμιχθῇ σώματος; οἶμαι μὲν ὡς οὐδ' εἰ τῶν Ἡφαίστου τις αὖ τύχοι τριπόδων καὶ θεραπαινῶν, (ὧν φησιν Ὅμηρος, τοὺς μὲν αὐτομάτους εἰς τὸν ἀγῶνα χωρεῖν, τὰς δὲ συνεργάζεσθαι τῷ δεσπότῃ, καὶ μηδενὸς οἵων οἱ ζῶντες ἔχουσι πλεονεκτημάτων ἀπολείπεσθαι, μή τί γε δὴ τῶν ἐκ ταὐτομάτου ψηγμάτων) καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν αἰγιαλῶν προσέοικε λίθοις, εἰς τὸ δύνασθαί τι περιττότερον ποιεῖν πρὸς αἴσθησιν. Ζήνωνι μὲν γὰρ καὶ Κλεάνθει νεμεσήσειέ τις ἂν δικαίως, οὕτω σφόδρα ὑβριστικῶς περὶ αὐτῆς διαλεχθεῖσι, καὶ ταὐτὸν ἄμφω τοῦ στερεοῦ σώματος εἶναι τὴν ψυχὴν ἀναθυμίασιν φήσασι. Τί γάρ, ὦ πρὸς θεῶν, κοινὸν ὅλως ἀναθυμιάσει καὶ ψυχῇ; πόθεν δὲ ἐγχωρεῖ, νομίσαντας οὕτω προσεοικέναι τήν θ' ἡμετέραν καὶ τὴν τῶν ἄλλων ζώων οὐσίαν, τοῦτο μὲν φαντασίας καὶ μνήμας οἵας τε εἶναι σώζειν διαρκεῖς, τοῦτο δὲ ὁρμὰς καὶ βουλήσεις τῶν λυσιτελούντων εἰς σύνεσιν πραγμάτων; ἤ τ' ἄρα καὶ τοὺς θεούς, καὶ τὸν διὰ πάντων παρήκοντα, ὁμοίως ἐπιγείων τε καὶ οὐρανίων, εἰς ἀναθυμίασιν ἢ καπνόν, ἢ τοιαύτην φλυαρίαν καταθήσομεν; καὶ οὐδὲ τοὺς ποιητὰς αἰσχυνούμεθα, οἳ καὶ περὶ ἀκριβῆ σύνεσιν τῶν θεῶν οὐκ ἔχοντες, ὅμως τὰ μὲν ἐκ τῆς κοινῆς ἐπινοίας τῶν ἀνθρώπων, τὰ δὲ ἐξ ἐπινοίας τῶν Μουσῶν, ἣ κινεῖν αὐτοὺς ἐπὶ ταῦτα πέφυκε, σεμνότερα εἰρήκασι περὶ αὐτῶν, καὶ οὐκ ἀναθυμιάσεις, οὐδ' ἀέρας, οὐδὲ πνεύματα, ἢ λήρους. Ταῦτά σοι καὶ ὁ Λογγῖνος. Ἐπάκουσον δὲ καὶ Πλωτίνου τὰ τοιάδε πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἀποτεινομένου.

infinitorum aliorum corporum formas parere consveverunt, in qvibus si minus perpetuo, interdum certe qvidem cum Elementorum ipsorum causam, tum vero primorum etiam corporum in secundis ac tertiis vim qvandam momentumqve videamus. At eorum quæ ad animum pertinent, vestigium in corporibus nullum, nullum usqvã indicium reperias, ut ambitiose, qvomodo Epicurus olim & Chrysippus omnem omnino lapidem moveas, atqve omnem excutias corporis facultatem, unde animi functionum originem ac fontem arcessas. Quid enim tenuissima spiritus illius subtilitas, ad cogitandum nobis aut ratiocinandum conferre possit? Qvam vero tantam præ cæteris omnibus, atomorum figuræ vim & convertendi facilitatem habent, ut si qvando in corporis alterius conformatione misceantur, prudentiam efficiant. Mihi qvidem id nullatenus fieri posse persvadeo, ne si Vulcani quidem aut Tripodes, aut Famulæ cuiquam obveniant, (e quibus illos per sese Homerus ait Deorum in cœtum convenire, has vero laboranti hero manum operamq; commodare, nec a viventibus ullo dotis aut facultatis genere superari, ne dum ut istis ex fortuito concursu ramentis ulla ratione concederent:) adeoqve nihilo plus eum quam jacentes in littore lapides, ad eximium aliquid visuqve mirabile conficiendum, virtutis ac solertiæ habiturum. Enimvero quis non Zenonem jure Cleanthemqve indignetur, tam contumeliose de animo philosophatos esse, atqve in id ambo consensisse, ut solidi corporis exhalationem animum esse defenderent? qui vero, cum ejus rei similem tam nostram, quam cæterorum animantium naturam fecerint, tueri simul poterunt, aut cogitationes recordationesq; diuturnas, aut eorum, qvæ rerum ad notitiam conducant, appetitus atque voluntates? Nunqvid etiam Deos, atq; illum ipsum, qui terrena pariter ac cœlestia cuncta pervadit, exhalationis, fumi, ac cæterorum id genus deliriorum in loco numeroqve habebimus? nec Poetarum saltem exempla verebimur, qui tametsi exquisita Deorum cognitione carerent, de illis tamen partim communi quodam hominum sensu, partim afflatu Musarum, quo ad sua illa carmina impelli solent, honestiora dixere, non jam exhalationes illas, aut aerem, aut spiritum, similesqve nugas. Hæc tibi Longinus. Audi nunc Plotinum adversus eosdem seqventia graviter disputantem.

XXI. A κϛ.

ADVERSUS EOSDEM STOICOS, Animum corporeum esse non posse. Ex libro Plotini de Animo.

UTRUM, inquit ille, nostrum quilibet immortalis sit, an simul totus intereat; an vero potius pars ejus altera dissolvatur ac pereat, altera, quæ quidem ipsemet homo sit, perpetuo maneat: ita demum intelligi ab eo possit, qui rem secundum naturæ principia consideret. Ac primum quidem, simplex aliquid homo certe non est, sed animum idem corpusq; habet. Ac sive tanqvam instrumentum nobis aliquod, sive alia quavis ratione corpus adhærescit; recte quidem hoc pacto utriusq; naturam essentiamq; distingui, prorsus fatendum est. Jam vero corpus, cum ipsum etiam compositum sit, nec permanere ratio patitur, & revera dissolvi, contabescere, nullumq; non exitii genus subire sensus ipse videt: dum quę illo continentur, in suum quæq; feruntur ac proprium, atq; alterum subinde alterum corrumpit, illudq; sic mutat in aliud, ut simul interimat: præsertim ubi animus, qui ea inter sese mutuo conciliet, ex illis sese corporibus subduxerit. Et qvamvis partes eorum qvælibet solæ relinquantur, unum tamen hic nihil est, cum & in formam atqve materiam, ex quibus simplicia etiam corpora constare necesse est, singulæ dissolvantur, & vero ut magnitudinem ex propria corporum ratione aliqvam habent, secari proinde, ac minimas in particulas confringi possint, atqve ita demum funditus interire. Quare, si pars nostri altera corpus est, toti sane immortales non sumus: sin autem instrumentum duntaxat, cum ad aliquod modo tempus concedatur, ea certe natura esse oportuit. At vero pars illa princeps, homo inquam ipsemet, si cum adjuncto corpore conferatur, aut formæ quasi erga materiam, aut quasi erga instrumentum, utentis artificis rationem obtinebit. Utrovis autẽ modo spectetur, homo semper ipse futurus est Anim⁹.

Jam ergo cujusmodi tandẽ ille naturæ est? Si corpus, dissolvi profecto potest, cum sit corpus omne compositũ. Sin veri corporis habet nihil, sed aliam dissimilemq; naturam, ejus etiam consideratio aut eadem nobis erit aut alia quadam ratione tractanda. Et quidẽ principio qværendum est, quas in res corp⁹ illud, cujusmodi sit, quod animũ esse volunt, dissolvi oporteat. Nam cum necessario vitã ex sese Animus habeat, similiter proinde necesse est, si genus illud corporis, qui animus est, seu duorum, seu plurium ex corporum societate conflatum sit, aut conjuncta simul ambo, aut seorsim etiam singula ingenitam sibi vitam habere, aut certe carente altero, alterum duntaxat ea præditum esse, aut utrumqve carere.

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΣΤΩΙΚΟΥΣ, ΟΤΙ οὐ δύναται σωματικὴ εἶναι ἡ ψυχή. ἀπὸ τοῦ περὶ ψυχῆς Πλωτίνου.

ΕΙ δὲ ἔστιν ἀθάνατος ἕκαστος ἡμῶν, ἢ φθείρεται πᾶς, ἢ τὰ μὲν αὐτοῦ ἄπεισιν εἰς σκέδασιν καὶ φθοράν, τὰ δὲ μένει εἰσαεί, ἅπερ ἐστὶν αὐτός, ὧδ᾽ ἄν τις μάθοι, κατὰ φύσιν ἐπισκοπούμενος. Ἁπλοῦν μὲν δή τι οὐκ ἂν εἴη ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ἔστιν ἐν αὐτῷ ψυχή. ἔχει δὲ καὶ σῶμα· εἴτ᾽ οὖν ὡς ὄργανον ἡμῖν, εἴτε ἕτερον τρόπον προσηρτημένον, ἀλλ᾽ οὖν διῃρήσθω γε ταύτῃ ἑκατέρου τὴν φύσιν τε καὶ οὐσίαν καταθετέον. τὸ μὲν δὴ σῶμα, καὶ αὐτὸ συγκείμενον, οὔτε παρὰ τοῦ λόγου δύναται μένειν, ἥτε αἴσθησις ὁρᾷ λυόμενόν τε καὶ τηκόμενον, καὶ παντοίους ὀλέθρους δεχόμενον ἑκάστου γε τῶν ἐνόντων πρὸς τὸ αὐτοῦ φερομένου, φθείροντός τε ἄλλου ἕτερον, καὶ μεταβάλλοντος εἰς ἄλλο, καὶ ἀπολλύντος· καὶ μάλιστα ὅταν ψυχὴ ἡ φίλα ποιοῦσα μὴ παρῇ τοῖς ὄγκοις. κἂν μονωθῇ δὲ ἕκαστον γινόμενον ἕν, οὐκ ἔστι, λύσιν δεχόμενα εἴς τε μορφὴν καὶ ὕλην, ἐξ ὧν ἀνάγκη καὶ τὰ ἁπλᾶ τῶν σωμάτων τὰς συστάσεις ἔχειν. καὶ μὴν καὶ μέγεθος ἔχοντα, ἅτε σώματα ὄντα, τεμνόμενά τε, καὶ εἰς μικρὰ θραυόμενα, καὶ ταύτῃ φθορὰν ἂν ὑπομένοι. Ὥστε εἰ μὲν μέρος ἡμῶν τοῦτο, οὐ τὸ πᾶν ἀθάνατοι· εἰ δ᾽ ὄργανον, ἔδει γε αὐτὸ εἰς χρόνον τινὰ δοθέν, τοιοῦτον τὴν φύσιν εἶναι. τὸ δὲ κυριώτατον, καὶ αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος, εἴη ἂν ἢ κατὰ τὸ εἶδος, ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα, ἢ κατὰ τὸ χρώμενον, ὡς πρὸς ὄργανον· ἑκατέρως δὲ ἡ ψυχὴ αὐτός.

Τοῦτο οὖν τίνα φύσιν ἔχει; ἢ σῶμα μὲν ὄν, πάντως ἀναλυτέον· σύνθετον γὰρ πᾶν γε σῶμα. εἰ δὲ μὴ σῶμα εἴη, ἀλλὰ φύσεως ἄλλης· κἀκείνην ἢ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἢ κατ᾽ ἄλλον σκεπτέον. πρῶτον δὲ σκεπτέον, εἰς ὅ, τι δεῖ τοῦτο τὸ σῶμα, ὃ λέγουσι ψυχήν, ἀναλύειν. ἐπεὶ γὰρ ζωὴ ψυχῇ πάρεστιν ἐξ ἀνάγκης, ἀνάγκη τοῦτο τὸ σῶμα τὴν ψυχήν, εἰ μὲν ἐκ δύο σωμάτων ἢ πλειόνων εἴη, ἤτοι ἑκάτερον αὐτῶν, ἢ ἕκαστον, ζωὴν σύμφυτον ἔχειν· ἢ τὸ μὲν ἔχειν, τὸ δὲ μή· ἢ μηδέτε-

ἔργον ἔχειν. εἰ μὲν δὴ ἑνὶ αὐτῶν προσείη τὸ ζῆν, αὐτὸ τοῦτο ἂν εἴη ψυχή. τί τοίνυν ἂν εἴη σῶμα, ζωὴν παρ' αὐτοῦ ἔχον; πῦρ γὰρ καὶ ἀὴρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ, ἄψυχα παρ' αὐτῶν· καὶ ὅτῳ πάρεστι τούτων ψυχὴ, τοῦτο ἐπακτῷ κέχρηται τῇ ζωῇ. Pag. 482. ἄλλα δὲ παρὰ ταῦτα σώματα οὐκ ἔστι. καὶ οἷς δὲ δοκεῖ εἶναι στοιχεῖα, τούτων ἕτερα σώματα, οὐ ψυχαὶ ἐλέχθησαν εἶναι, οὐδὲ ζωὴν ἔχοντα. εἰ δὲ μηδενὸς αὐτῶν ζωὴν ἔχοντος, ἡ σύνοδος πεποίηκε ζωὴν, ἄτοπον. εἰ δὲ ἕκαστον ζωὴν ἔχει, καὶ ἓν ἀρκεῖ· μᾶλλον δὲ ἀδύνατον B συμφόρησιν σωμάτων ζωὴν ἐργάζεσθαι, καὶ νοῦν γεννᾶν τὰ ἀνόητα. Καὶ δὴ καὶ οὐχ ὁπωσοῦν συγκραθέντα ταῦτα φήσουσι γίνεσθαι. δεῖ ἄρα εἶναι τὸ τάξον, καὶ τὸ τῆς κράσεως αἴτιον· ὥστε τοῦτο τάξιν ἂν ἔχοι ψυχῆς. οὐ γὰρ ὅτι σύνθετον, ἀλλ' οὐδὲ ἁπλοῦν ἂν εἴη σῶμα ἐν τοῖς οὖσιν, ἄνευ ψυχῆς οὔσης ἐν τῷ παντί· εἴπερ λόγος προσελθὼν τῇ ὕλῃ σῶμα ποιεῖ, οὐδαμόθεν δ' ἂν προσέλθοι λόγος, ἢ παρὰ ψυχῆς.

Εἰ δέ τις μὴ οὕτως, ἀλλὰ ἀτόμους ἢ ἀμερῆ συνελθόντα ψυχὴν ποιεῖν λέγοι, τῇ ἑνώσει καὶ ὁμοιοπαθείᾳ ἐλέγχοιτ' ἂν, καὶ τῇ παραθέσει μὴ δι' ὅλου, οὐ γινομένου ἑνὸς, οὐδὲ συμπαθοῦς ἐξ ἀπαθῶν, καὶ μὴ ἑνοῦσθαι δυναμένων σωμάτων· ψυχὴ δὲ ἑαυτῇ συμπαθής· ἐκ δὲ ἀμερῶν οὐ σῶμα οὐδὲ μέγεθος ἂν γένοιτο. Καὶ μὴν εἰ ἁπλοῦ ὄντος τοῦ σώματος, τὸ μὲν ὅσον ὑλικὸν, παρ' αὐτοῦ ζωὴν ἔχειν οὐ φήσουσιν· (ὕλη γὰρ ἄποιον·) τὸ δὲ κατὰ τὸ εἶδος τεταγμένον ἐπιφέρειν τὴν ζωήν· εἰ μὲν οὐσίαν φήσουσι τὸ εἶδος τοῦτο εἶναι, οὐ τὸ συναμφότερον, θάτερον δὲ τούτων ἔσται ἡ ψυχὴ καὶ οὐκ ἔστ' αὖ σῶμα· οὐ γὰρ ἐξ ὕλης καὶ αὐτὸ, ἢ πάλιν τὸν αὐτὸν τρόπον ἀναλύσομεν. εἰ δὲ πάθημα τῆς ὕλης, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν φήσουσιν εἶναι, ἀφ' οὗ τὸ πάθημα καὶ ἡ ζωὴ εἰς τὴν ὕλην ἐλήλυθε λεκτέον αὐτοῖς. οὐ γὰρ δὴ ἡ ὕλη ἑαυτὴν μορφοῖ, οὐδὲ ἑαυτῇ ψυχὴν ἐντίθησι. δεῖ δὴ ἄρα τι εἶναι τὸ χορηγὸν ζωῆς, εἴτε τῇ ὕλῃ ἡ χορηγία, εἴτ' ὁτῳοῦν τῶν σωμάτων,

A Si ergo alteri ſolum vita inſit, illud ipſum Animus erit. At cujusmodi tandem corpus eſſe poteſt, quod ex ſeſe vitam habeat? Nam Ignis quidem, Aer, Aqua, Terra, animo per ſeſe carent: & ſi cui ex illis animus adjungatur, id vita utitur prorſus adventitia. Cæterum præter quatuor illa corpora, nullum eſt aliud. Et ſi quibus elementa quædam eſſe placet, quæ horum diſſimilia ſint corpora, ea tamen nec animos ipſi vocant, nec vitam ex ſeſe habere volunt. Jam ſi nullum ex iis vita præditum erit, abſurdus omnino B ſit, qui ex omnium conjunctione vitam effici dixerit. Si vero quodlibet vitam habeat, vel unicum ſatis erit. Imo vero fieri nullo modo poteſt, uti concurſus ille corporum vitam efficiat, quæque intelligentia careant, ea generent intelligentiam. At illa ipſa non ex temeraria quadam permixtione fieri objicient. Quod igitur vi ſua mixtionem illam ordine modoqve perficiat, eſſe aliquid oportebit: atqve illud profecto Animi loco habendum erit. Corpus enim non modo compoſitum, ſed ne ſimplex quidem ullum hac in rerum natura eſſe poſſit, niſi animus C in univerſo fuerit; cum ratio ad materiam accedens corpus efficiat, nec in eam aliunde ratio quam ab animo profecta ſubire poſſit.

Quod ſi quis erit, qui aliam inſiſtens viam, ex atomis aut individuis quibuſdam inter ſeſe concurrentibus Animum effici malit; is vel conjunctione ipſa, & affectionum communione, adeoqve commiſſione mutua facile revincatur: cum ex illis, quæ nec ullam ſubire affectionem, nec inter ſeſe conjungi poſſint corporibus, unum aliquid, & iiſdem affectionibus obnoxium, cujusmodi D certe animus eſt, fieri nullo modo queat; neqve ex iis, quæ partibus careant, aut corpus, aut magnitudo ulla generari. Jam, ſi quod in ſimplici corpore materiæ rationem habeat, (qvandoqvidem inconditum quid & confuſum materia eſt,) vitam ex ſeſe nullam habere fatebuntur illi quidem, ſed tamen quod in eo formæ locum teneat, id vitam afferre dicent: ſi formam illam pro eſſentia naturaq; ponant, non jam utrumq; ſimul, ſed alterum duntaxat Animus eſt futurus, nec id ipſum corporis amplius conditionem retinebit, quippe quod omni materia careat; ſecus enim, illud eodem iterum modo partiremur. Sin autem, id affectionem materiæ potius, quam eſſentiam ipſam eſſe mallent; exponant proinde neceſſe eſt, quo ex fonte in materiam illa cum affectio, tum etiam vita derivetur. Nec enim ſibi ipſi materia aut formam infundit, aut animum. Auctorem igitur vitæ aliqvem eſſe oportebit, ſeu materiæ beneficium hoc fiet, ſeu cuilibet corpori;

& vero auctorem ejusmodi, qui & corpore vacuus sit, & corpoream omnem naturam longissime prætergressus. Enimvero si animi nulla vis esset, corpus similiter omne tolleretur. Fluit enim illud, atqve in motu tota ejus natura versatur: adeoq; si corpora essent omnia, celerrime omnia interirent, tametsi uni cuidam eorum corporis nomen imponeretur. Tunc enim eadem omnino, quæ cætera corpora, animus iste pateretur, cum una omnium esset communisqve materia. Imo certe, nihil penitus fieret, atqve in materia universa consisterent, cum esset nihil, a quo ipsa formam acciperet. Quin etiam materia forte nulla prorsus erit, hocq; universum omnino dissolvetur, si quis ipsum corporis alicujus colligationi permiserit, cui nomine tenus animi vim & rationem attribuat, Aeris verbi causa, & spiritus, qui & facillime dissipari qveat, nec ut unum aliquid sit, per sese habeat. Nam cum dividi corpora omnia, secariqve possint, quis eorum ulli hoc committat universum, quin idem simul & mente vacuum faciat, & temerario quodam motu agitatum? Quid enim eo in spiritu aut ordinis sit, aut rationis, aut mentis, qvem non nisi animi beneficio ordinem habere oporteat? At posito semel animo, cuncta hæc administram ipsi continuo navant operam, ut non ipsi tantum mundo, sed etiam animanti sua cuiq; integritas perfectioqve constet, ad commune universi bonum vim aliam alio conferente. Qui animus si ab eodem aberit universo, tantum abest uti suum quæque Ordinem habitura sint, ut potius nihil omnino sint futura.

Etquidem veritate compulsi profitentur ipsi quoqve, ante corpora certam qvandam animi speciem, illis omnibus præstantiorem esse debere, dum spiritum illum mente præditum atqve ignem intelligentia valentem ponunt; perinde ut si absq; vel igne vel spiritu, hac in rerum universitate non posset excellentior illa diviniorq; natura consistere, sed locum ubi gradum solide figeret, aliqvē ipsa reqvireret, cum eos potius ubi sua corporibus firmitas esse posset, reqvirere oporteret, quippe quam alibi nusquam prætergvam ipsius in animi viribus obtinere possint. Qui si præter spiritum, aliud nihil & vitam & animum esse dicent, qværendum ex illis est, quid sibi velit suum illud *certo se modo habens*, tam apud eos celebre totiesq; jactatum, ad quod unum ipsi confugiunt, aliqvid aliud præter corpora, quod effectivum suapte natura sit, proferre compulsi. Enimvero si nec spiritus omnis animus est, cum vis quædam sit inanimorum spirituum infinita,

A ἔξω οὖσαν καὶ ἐπέκεινα σωματικῆς φύσεως. ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἴη σῶμα οὐδέν, ψυχικῆς δυνάμεως οὐκ οὔσης. ῥεῖ γάρ, καὶ ἐν φορᾷ αὐτοῦ ἡ φύσις, καὶ ἀπόλοιτ' ἂν ὡς τάχιστα, εἰ πάντα σώματα εἴη, κἂν εἰ ὄνομα ἑνί τις αὐτῶν ψυχὴν τις θεῖτο. τὰ αὐτὰ γὰρ ἂν πάθοι τοῖς ἄλλοις σώμασιν, ὕλης μιᾶς οὔσης αὐτοῖς. μᾶλλον δέ, οὐδ' ἂν γένοιτο, ἀλλὰ στήσεται ἐν ὕλῃ τὰ πάντα, μὴ ὄντος τοῦ μορφοῦντος αὐτήν. τάχα δ' ἂν οὐδ' ἂν ἡ ὕλη τὸ παράπαν εἴη, λυθήσεται δὲ καὶ τόδε τὸ σύμπαν, εἴ τις αὐτῇ πιστεύσειε σώματος συνέρξει, διδοὺς αὐτῷ ψυχῆς τάξιν, μέχρι τῶν ὀνομάτων, ἀέρι καὶ πνεύματι σκεδαστοτάτῳ, καὶ τὸ ἑνὶ εἶναι ἔχοντι οὐ παρ' αὐτοῦ. πῶς γὰρ τεμνομένων τῶν πάντων σωμάτων, ᾡτινιοῦν τις ἀναθεὶς τόδε τὸ πᾶν, οὐκ ἀνόητόν τε καὶ φερόμενον εἰκῇ ποιήσει; τίς γὰρ τάξις ἐν πνεύματι δεομένῳ παρὰ ψυχῆς τάξεως, ἢ λόγος, ἢ νοῦς; ἀλλὰ ψυχῆς μὲν οὔσης, ὑπουργὰ ταῦτα πάντα αὐτῇ εἰς σύστασιν κόσμου, καὶ ζῴου ἑκάστου, ἄλλης παρ' ἄλλου δυνάμεως εἰς τὸ ὅλον συντελούσης· ταύτης δὲ μὴ παρούσης ἐν τοῖς ὅλοις, οὐδὲν ἂν εἴη ταῦτα, οὐχ ὅτι ἐν τάξει.

B

C

D Μαρτυροῦσι δὲ καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀγόμενοι, ὡς δεῖ τι πρὸ τῶν σωμάτων εἶναι κρεῖττον αὐτῶν ψυχῆς εἶδος, ἔννουν τὸ πνεῦμα καὶ πῦρ νοερὸν τιθέμενοι, ὥσπερ ἄνευ πυρὸς ἢ πνεύματος οὐ δυναμένης τῆς κρείττονος μοίρας ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι, τόπον δὲ ζητούσης εἰς τὸ ἱδρυθῆναι· δέον ζητεῖν ὅπου τὰ σώματα ἱδρύσουσιν, ὡς ἄρα δεῖ ταῦτα ἐν ψυχῆς δυνάμεσιν ἱδρῦσθαι. εἰ δὲ μηδὲν παρὰ τὸ πνεῦμα, καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ψυχὴν τίθενται, τί τὸ πολυθρύλητον αὐτοῖς, πῶς ἔχον, εἰς ὃ καταφεύγουσιν, ἀναγκαζόμενοι τίθεσθαι ἄλλο παρὰ τὰ σώματα φύσιν δραστήριον; εἰ οὖν οὐ πᾶν μὲν πνεῦμα ψυχή, ὅτι μυρία πνεύματα ἄψυχα,

τὸ δὲ πῶς ἔχον πνεῦμα φήσουσι; τὸ πῶς ἔχον. τοῦτο, ἤτοι αὐτὴν τὴν σχέσιν, ἢ τῶν ὄντων τι φήσουσιν, ἢ μηδέν. ἀλλ' εἰ μὲν μηδὲν, πνεῦμα ἂν εἴη μόνον, τὸ δὲ πῶς ἔχον, ὄνομα· καὶ οὕτω συμβήσεται αὐτοῖς, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν εἶναι λέγειν, ἢ τὴν ὕλην καὶ ψυχὴν, καὶ Θεὸν, καὶ ὄνομα τὰ πάντα, ἐκεῖνο δὲ μόνον. εἰ δὲ τῶν ὄντων ἡ σχέσις, καὶ ἄλλο παρὰ τὸ ὑποκείμενον, καὶ τὴν ὕλην, ἐν ὕλῃ μὲν, ἄϋλον δὲ αὐτὸ, τῷ μὴ πάλιν συγκεῖσθαι ἐξ ὕλης· λόγος ἂν εἴη τις, καὶ οὐ σῶμα, καὶ φύσις ἑτέρα. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε, οὐχ ἧττον φαίνεται ἀδύνατον ὂν, τὴν ψυχὴν εἶναι σῶμα ὁτιοῦν. ἢ γὰρ θερμόν ἐστιν ἢ ψυχρὸν, ἢ σκληρὸν ἢ μαλακὸν, ὑγρόν τε ἢ πεπηγὸς, μέλαν τε ἢ λευκὸν, καὶ πάντα ὅσαι ποιότητες σωμάτων ἄλλαι ἐν ἄλλοις. καὶ εἰ μὲν θερμὸν, μόνον θερμανεῖ, ψυχρὸν δὲ μόνον ψύξει, καὶ κοῦφα ποιήσει τὸ κοῦφον προσγενόμενον καὶ παρὸν, καὶ βαρυνεῖ τὸ βαρὺ, καὶ μελανεῖ τὸ μέλαν, καὶ τὸ λευκὸν λευκὸν ποιήσει. οὐ γὰρ πυρὸς τὸ ψύχειν, οὐδὲ τοῦ ψυχροῦ θερμὰ ποιεῖν. ἀλλ' ἥγε ψυχὴ καὶ ἐν ἄλλοις ζώοις ἄλλα τε καὶ ἄλλα ποιεῖ, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ δὲ τὰ ἐναντία· τὰ μὲν πηγνῦσα, τὰ δὲ χέουσα, καὶ τὰ μὲν, πυκνὰ, τὰ δὲ, ἀραιὰ, μέλανα, λευκὰ, κοῦφα, βαρέα ποιοῦσα. καίτοι ἓν ἔδει ποιεῖν, κατὰ τὴν τοῦ σώματος ποιότητά τε τὴν ἄλλην, καὶ χρόαν· νῦν δὲ πολλά.

pag. 483.

Τὰς δὲ δὴ κινήσεις πῶς διαφόρους, ἀλλ' οὐ μίαν, μιᾶς οὔσης παντὸς σώματος κινήσεως; εἰ δὲ τὰς μὲν προαιρέσεις, τὰς δὲ λόγους αἰτιάσονται, ὀρθῶς μὲν τοῦτο· ἀλλ' οὐ σώματος ἡ προαίρεσις, οὐδὲ οἱ λόγοι διάφοροί γε ὄντες ἑνὸς ὄντος καὶ ἁπλοῦ τοῦ σώματος, καὶ οὐ μετὸν αὐτῷ τοιούτου γε λόγου, ἢ ὅσος δέδοται αὐτῷ παρὰ τοῦ ποιήσαντος θερμὸν αὐτὸ ἢ ψυχρὸν εἶναι. τὸ δὲ καὶ ἐν χρόνῳ αὔξειν, καὶ μέχρι τοσούτου μέτρου, πόθεν ἂν τῷ σώματι αὐτῷ γένοιτο; ᾧ προσήκει μὲν αὔξεσθαι, αὐτῷ δὲ ἄμοιρον τοῦ αὔξειν εἶναι, ἢ ὅσον παραληφθείη ἂν ἐν ὕλης ὄγκῳ, ὑπηρετοῦν τῷ δι' αὐτοῦ τὴν αὔξησιν ἐργαζομένῳ. καὶ γὰρ εἰ ἡ ψυχὴ σῶμα οὖσα αὔξοι,

Tr. ἔσου
Pl. χρόνῳ

& tamen ſpiritum id quod certo ſe modo habeat eſſe velint; hoc ipſum quidem, *certo ſe modo habens*, hoc eſt, peculiarem illam habitudinem, aut aliqvid eſſe dicant neceſſe eſt, aut omnino nihil. Si nihil, ſpiritus ergo ſolus vere eſt, illud autem certo ſe modo habens, vacuum & inane nomen. Ex quo proinde ſeqvitur, uti præter materiam aliud nihil eſſe dicant, atqve ita & Animum, & Deum, & cætera prorſus omnia nomine tenus, ſpiritum proprie ſolum exiſtere. At ſi habitudo illa & verum aliquid eſt, & ab eo qvod ſubjicitur, adeoqve a materia ipſa diverſum, quod cum in materia ſit, materiæ tamen expers maneat, propterea quod rurſus ex materia compoſitum minime ſit: corpus utiq; non eſt, ſed ratio, corporiqve natura diſſimilis. Præterea quam animus nullum omnino corpus eſſe poſſit, vel inde quivis intelligat: aut enim calidum eſt aut frigidum, durum aut molle, humidum aut concretum, nigrum aut album, ac cæteris id genus præditum qualitatibus, quæ aliæ paſſim in aliis eſſe ſolent. Jam ſi calidum erit, tantummodo calefaciet, refrigerabit ſi frigidum; ſi leve, levitatem afferet ubicunqve aderit; ſi grave, gravitatem; nigrore, ſi nigrum, ſi candidum, candore ſimiliter afficiet. Nec enim aut ignis eſt, frigidum, aut frigidi calidum efficere. Atqui Animus, cum in diverſis animantibus alia atqve alia efficiat, tum etiam in uno eodemqve contraria: modo enim cogit, modo liqvefacit: denſum aliquid aliudqve rarum, nigrum hoc, illud album, aliud leve, grave aliud efficit: cumq; pro diverſo corporis colore, aliiſqve ſimiliter qualitatibus, unum duntaxat aliquid efficere deberet, multa ſimul operatur.

Motus vero tam multiplices atqve diverſos, non aliqvem duntaxat unum, qui tandem una cujusvis in corporis motione defendent? Nam ſi eorum cauſas, partim electiones, partim antegreſſas qvasdam rationes eſſe reſpondebunt; probe id qvidem. At corporis unius præſertim ac ſimplicis nec electio, nec diverſæ illæ rationes propriæ ſunt, quod ejusmodi rationis omnino nihil habeat, niſi qvantum ab eo acceperit, a quo vel calidum vel frigidum effectum eſt. Certo qvidem & ſpatio temporis, & menſuræ modo augere, quo pacto corpori conveniat? augeri enim ipſius eſt, augendi vim per ſeſe nullam habet, ſed tantũ qvaten⁹ eam cũ ipſo animus in materiæ ſuæ mole cõmunicat, cui per ſe incrementũ illud efficienti adminiſtrã navat operã. Etenim ſi & corpus eſſet anim⁹,

idemqve simul augeret, cum ut aucto vi sua corpori par esse posset, una profecto similis accessione corporis augeri necesse esset. Quod porro ad eam accederet, id aut animus itidem esset, aut corpus inanimum. Si animus, unde vel quomodo aut illabitur, aut additur? Sin animo careat, qvomodo aut illum accipiet, aut priori consentiet? qvomodo cum eodem & unum quid efficiet, & iisdem in sententiis acquiescet? ac non potius tanqvam hospes quidam & peregrinus, quæ prior ille noverat, ignorabit: & qvemadmodum in cætera corporis nostri mole usu venit, pars ipsi alia dilabetur, succedet alia, sicqve nihil prorsus unum existet? Qvomodo autem in nobis vel memoria, vel rerum ad nos pertinentium cognitio futura est, si eodem animo nunqvam utemur? Præterea si & corpus ille est, & natura corporis ejusmodi, ut illo plures in partes diviso, nulla idem omnino sit, quod totum ipsum atq; integrum; itemqve si tantæ omnino magnitudinis est, qvantæ si non erit, animus quoqve non erit; utiqve quod omni certæ qvantitatis rei solet accidere, priorem existendi modum quantalibet detractione mutabit. Sin autem aliquid certa magnitudine præditum, ut molis suæ parte aliqua decurtetur, idem tamen qualitate manet: id ipsum ergo & corporis diversas habebit qvantiqve rationes, & tamen idem ut sit, qvalitatis unius a qvantitate diversæ vi beneficioqve retinebit. Quid igitur dicturi sunt, qui Animum corpus esse ajunt? Ac primum quidem, utrum Animi ejus qui eodem versatur in corpore, pars quælibet Animus est, ejusdem omnino cujus integer ac totus ipse rationis; itemqve singulæ partis cujusqve partes? Nihil ergo ad Animi naturam magnitudo pertineret; (tametsi quantitate præditus cum sit, pertinere omnino debeat;) eaq; tota multis esset in locis, quod in corpus nullo modo convenire potest, ut idem in pluribus totum insit; qvemadmodum nec in partem ullam, ut idem sit quod totum ipsum. Qui si partem qvamlibet Animum esse negaverint, Animum proinde inanimis ex rebus constare dicent. Porro, si cujusvis Animi magnitudo suis utrinq; terminis circumscripta erit, profecto ubi major ea minorve fiet, Animus tum esse desinet. Cum autem congressu ex uno; unoq; ex semine, aut gemini, aut etiam, ut in cæteris animantibus evenire solet, plures creantur fœtus, semine tum multa in loca distracto, ubi sane unumquodqve totum aliquod est: qui fieri potest, ut ea re non doceantur qui discendi modo cupidi sint, ubi pars eadem ipsa quod totum est, ibi totum illud propriam quanti rationem suapte natura prætergredi,

A ἀνάγκη καὶ αὐτὴν αὔξεσθαι, προσθήκῃ δηλονότι ὁμοίου σώματος, εἰ μέλλοι εἰς ἴσον ἰέναι τῷ αὐξομένῳ ὑπ' αὐτῆς. καὶ ἡ ψυχὴ ἔσται τὸ προστιθέμενον, ἢ ἄψυχον σῶμα. καὶ εἰ μὲν ψυχή, πόθεν καὶ πῶς εἰσιούσης, καὶ πῶς προστιθεμένης; εἰ δὲ ἄψυχον τὸ προστιθέμενον, πῶς τοῦτο ψυχώσεται, καὶ τῷ πρόσθεν ὁμογνωμονήσει, καὶ ἓν ἔσται, καὶ τὰς αὐτὰς δόξας τῇ πρώτῃ μεταλήψεται; ἀλλ' οὐχ ὥσπερ ξένη, ψυχὴ αὕτη ἐν ἀγνοίᾳ ἔσται B ὧν ἡ ἑτέρα οἶδε· καὶ ὥσπερ ὁ ἄλλος ὄγκος ἡμῶν, τὸ μέν τι ἀποῤῥεύσεται αὐτοῦ, τὸ δέ τι προσελεύσεται, οὐδὲν δὲ ἔσται τὸ αὐτό; πῶς οὖν ἡμῖν αἱ μνῆμαι; πῶς δὲ ἡ γνῶσις οἰκείων, οὐδέ ποτε τῇ αὐτῇ ψυχῇ χρωμένοις; καὶ μὴν εἰ σῶμά ἐστι, φύσις δὲ σώματος μεριζομένου εἰς πλείω, ἕκαστον μὴ τὸ αὐτὸ εἶναι τῶν μερῶν τῷ ὅλῳ· εἰ τοσόνδε μέγεθος ψυχή, ὃ ἂν ἔλαττον ᾖ, ψυχὴ οὐκ ἔσται, ὥσπερ πᾶν ποσόν, ἀφαιρέσει, τοῦ εἶναι τὸ πρόσθεν ἠλλάξατο. εἰ C δέ τι τῶν μέγεθος ἐχόντων, τὸν ὄγκον ἐλαττωθέν, τῇ ποιότητι ταυτὸν μένει· ᾗ μὲν σῶμα, ἕτερόν ἐστι, καὶ ᾗ ποσόν, τῇ δὲ ποιότητι ἑτέρᾳ τῆς ποσότητος οὔσῃ, τὸ ταυτὸν ἀποσώζειν δύναται. Τί τοίνυν φήσουσιν οἱ τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι λέγοντες; πρῶτον μὲν ὑπὲρ ἑκάστου μέρους τῆς ψυχῆς τῆς ἐν τῷ αὐτῷ σώματι, πότερον ἕκαστον ψυχή, οἵα ἐστὶ καὶ ἡ ὅλη; καὶ πάλιν, τοῦ μέρους τὸ μέρος; οὐδὲν ἄρα τὸ μέγεθος συνεβάλλετο τῇ οὐσίᾳ αὐτῆς· (καίτοι ἔδει γε, ποσοῦ τινος ὄντος,) D καὶ ὅλον πολλαχῇ, ὅπερ σώματι παρεῖναι ἀδύνατον, ἐν πλείοσι τὸ αὐτὸ ὅλον εἶναι, καὶ τὸ μέρος ὅπερ τὸ ὅλον ὑπάρχειν. Εἰ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν οὐ ψυχὴν φήσουσιν, ἐξ ἀψύχων ψυχὴ αὐτοῖς ὑπάρξει. καὶ προσέτι, εἰ ψυχῆς ἑκάστης τὸ μέγεθος ὡρισμένον ἔσται ἐφ' ἑκάτερα, ἢ ἐπὶ τὸ ἔλαττόν γε, ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον, ψυχὴ οὐκ ἔσται. ὅταν τοίνυν ἐκ συνόδου μιᾶς, καὶ ἑνὸς σπέρματος δίδυμα γίνηται γεννήματα, ἢ καὶ ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις, πλεῖστα, τοῦ σπέρματος εἰς πολλοὺς τόπους μεριζομένου, οὗ δὴ ὅλον ἕκαστόν ἐστι· πῶς οὐ διδάσκει τοὺς βουλομένους μανθάνειν, ὡς ὅπου τὸ μέρος ταυτόν ἐστι τῷ ὅλῳ, τοῦτο ἐν τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ τὸ ποσὸν εἶναι

» ὑπερβέβηκεν. ἄποσον δὲ αὐτὸ εἶναι ἐξ ἀνάγκης·
» οὕτω γὰρ ἂν μένοι τὸ αὐτό, τοῦ ποσοῦ κλεπτομέ-
» νου, ἅτε μὴ μέλον αὐτῷ ποσότητος καὶ ὄγ-
» κου, ὡς ἂν τῆς οὐσίας ἑτέρας οὔσης. ἄποσον
» ἄρα ἡ ψυχὴ καὶ οἱ λόγοι.

» Ὅτι δὲ εἰ σῶμα εἴη ἡ ψυχή, οὔτε τὸ αἰ-
» σθάνεσθαι, οὔτε τὸ νοεῖν, οὔτε τὸ ἐπίστασθαι, οὔτε
» ἀρετή, οὔτε τι τῶν καλῶν ἔσται, ἐκ τῶνδε
» δῆλον. Εἴ τι μέλλει αἰσθάνεσθαί τινος, ἓν
» αὐτὸ δεῖ εἶναι, καὶ τῷ αὐτῷ παντὸς ἀντιλαμ-
» βάνεσθαι· καὶ εἰ διὰ πολλῶν αἰσθητηρίων
» πλείω τὰ εἰσιόντα εἴη, ἢ πολλαὶ περὶ ἓν
» ποιότητες, καὶ δι' ἑνὸς ποικίλον, οἷον πρόσω-
» πον. οὐ γὰρ ἄλλο μὲν ῥινός, ἄλλο δὲ ὀφθαλ-
» μοῦ, ἀλλὰ ταὐτὸν ὁμοῦ πάντων. καὶ εἰ τὸ
» μὲν δι' ὀμμάτων, τὸ δὲ δι' ἀκοῆς, ἕν τι δεῖ
» εἶναι εἰς ὃ ἄμφω· ἢ πῶς ἂν εἴποι, ὅτι ἕτερα
» ταῦτα, μὴ εἰς τὸ αὐτὸ ὁμοῦ τῶν αἰσθημά-
» των ἐλθόντων; Δεῖ τοίνυν τοῦτο ὥσπερ κέντρον
» εἶναι, γραμμὰς δὲ συμβαλλούσας ἐκ περι-
» φερείας κύκλου, τὰς πανταχόθεν αἰσθήσεις,
» πρὸς τοῦτο περαίνειν, καὶ τοιοῦτον τὸ ἀντι-
» λαμβανόμενον εἶναι ἓν ὄντως. εἰ δὲ διεστὼς τοῦ-
» το γένοιτο, καὶ οἷον ἐπὶ γραμμῆς ἄμφω τὰ
» πέρατα αἱ αἰσθήσεις προσλαμβάνοιεν· ἢ
» συνδραμεῖται εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πάλιν, οἷον
» τὸ μέσον, ἢ ἄλλο ἑκάτερον ἑκατέρου αἴσθη-
» σιν ἕξει, ὥσπερ ἂν εἰ ἐγὼ μὲν ἄλλων, σὺ δὲ
» ἄλλων αἴσθοιο. Καὶ εἰ ἓν εἴη τὸ αἴσθημα, οἷον
» πρόσωπον, εἰς ἓν συναιρεθήσεται, ὅπερ καὶ
» φαίνεται· συναιρεῖται γὰρ καὶ ἐν αὐταῖς ταῖς
» κόραις (ἢ πῶς ἂν τὰ μέγιστα διὰ ταύτης
» ὁρῷτο;) ὥστε ἔτι μᾶλλον εἰς τὸ ἡγεμονοῦν
» ἰόντα, οἷον ἀμερῆ νοήματα γίγνεσθαι. καὶ ἔσται
» ἀμερὲς τοῦτο· ἢ μεγέθει ὄντι τούτῳ συμμερί-
» ζοιτο ἄν, ὥστε ἄλλον ἄλλου μέρους, καὶ μη-
» δένα ἡμῶν ὅλου τοῦ αἰσθητοῦ τὴν ἀντίληψιν
» ἔχειν. ἀλλὰ γὰρ ἕν ἐστι τὸ πᾶν· πῶς γὰρ ἂν καὶ
» διαιροῖτο; οὐ γὰρ δὴ τὸ ἴσον τῷ ἴσῳ ἐφαρ-
» μόσει, ὅτι οὐκ ἴσον τὸ ἡγεμονοῦν παντὶ αἰσθη-
» τῷ. κατὰ πηλίκα οὖν ἡ διαίρεσις; ἢ εἰς τοσαῦτα
» διαιρεθήσεται, καθόσον ἂν ἀριθμοῦ ἔχῃ εἰς
» ποικιλίαν τὸ εἰσιὸν αἴσθημα; καὶ ἕκαστον δὴ

A adeoqve ab omni prorsus qvantitate secre- »
tum esse oportere? Sic enim demum idem »
plane remanere poterit, etiam qvantitate »
subducta, quippe cujus nec qvantitatis ratio »
quicqvam nec molis intersit, cum naturam »
habeat penitus ab utraqve diversam. Ani- »
mus igitur, atqve antegressæ illæ rationes »
qvantitatis omnis expertes sunto. »

Jam vero, si corpus Animum esse pone- »
tur, nullam amplius aut sentiendi, aut intel- »
ligendi vim, nullam scientiam, virtutemq; »
nullam, adeoqve nec boni omnino quic- »
quam futurum, ex seqventibus manifeste »
B constabit. Quicquid enim aliud sensu per- »
cipiat, illud cum unum aliquid oportet esse, »
tum eadem quoqve vi universa percipere; »
tametsi aut per multos sensuum aditus com- »
plura subeant, aut ejusdem rei qualitates »
multæ, aut per id quod unum sit, multiplex »
tamen quiddam & varium, cujusmodi vul- »
tus est. Nec enim aliud quid nasum, aliud »
oculos percipit, sed unum idemqve univer- »
sa. Et si aliud per oculos, per auditum aliud »
subeat, unicum tamen id esse necesse est, ad »
quod utraq; postremo perveniant. Qvomo- »
C do enim diversa illa esse pronuntiaret, nisi ad »
unum & idem omnia sensibus percepta con- »
fluerent? Illud nimirum tanquam centrum »
aliquod sit oportet, quo quidē ex omni parte »
sensus, quasi lineæ quædam ex toto circuli »
ambitu coeuntes ita pertineant, ut quod illos »
excipiat unum revera sit. Nam si divulsum »
ac distractum erit, ac velut in linea extremū »
ejus utrumq; sensus occupabunt; sane aut in »
unum idemq; rursus, tanqvam in medium »
aliqvod ipsi concurrent, aut ferentur alior- »
sum; itaq; alterum alterius duntaxat sensum »
D habebit, perinde ut cum ego alia, tu vicissim »
alia sensu comprehendis. Quod si unum »
id fuerit, quod sensu percipitur, cujus- »
modi vultus est, tum etiam unum in aliqvid »
colligetur; uti re ipsa fieri constat: quæ »
enim cernimus, ea utramqve in pupillam »
colliguntur, (qvi enim aliter per eas maxi- »
ma quæque cerneremus?) uti multo adhuc »
magis principem in facultatem illapsa, in- »
dividuæ quædam notiones efficiuntur. »
Qvæ quidem facultas partibus carebit ipsa »
quoque: alioqui si magnitudo quædam esset, »
una cum illa notiones ipsæ dividerentur: »
atqve ita partem duntaxat alius aliam, to- »
tum id quod sensibus objicitur, nemo per- »
ciperet. At enim vero unum quid totum est; »
quomodo enim aliter divideretur? Non ita »
quidem, ut cum æquali æquale congruat, »
cum vis illa princeps ejus omnis rei, quæ »
sensu comprehenditur, æqualis non sit. Quot igitur in partes futura est ista divisio? Utrum »
in totidem, quot numero varias res sensu percepta & illapsa complectetur? Ergo partium »

illarum quælibet in Animo quoqve futura est, ipseq. eadeo per easdem ejus particulas sentiet. An forte partium istarum particulæ sensu carebunt? Fieri non potest. Quod si pars quælibet nihil non sentire qveat, cum infinitas in partes suapte natura dividi magnitudo possit, & infinitos cujusqve sensus, circa rem qvamlibet sensui obnoxiam versari oportebit, & in principe nostra facultate rei ejusdem imagines esse prorsus infinitas. Ad hæc, si corpus illud est quod sentiat, non aliter sentiendi perficietur actio, qvam uti cera impressis annulorum figuris consignatur, aut sangvine vel aere, quæ sensus ipse percipit, informantur. Et qvidem si, quod utiqve consentaneum est, tanqvam humidis in corporibus, ut est aqua; perturbabitur, nullaqve jam erit memoria. Sin figuræ illæ permanebunt: aut qvamdiu locus a prioribus occupabitur, informari aliæ nullæ poterunt, atqve ita sensuum aliæ tollentur actiones; aut aliis succedentibus, delebuntur priores illæ, sicqve memoria nulla relinqvetur. Quod si & recordari possumus, & vicissim alia sentire post alia, nec a prioribus impedimenti quicquam objicitur; corpus esse Animus nullo modo potest.

Cæterum id ipsum doloris ex sensu manifeste quivis intelligat. Nam cum digito dolere homo dicitur, dolor quidem hæret in digito, at doloris illius sensum in principe hominis facultate haberi, vel ipsos etiam confessuros esse liqvet. Ita, dum alia quædam pars laborat, sentit interea spiritus vis illa princeps, idemqve patitur Animus ipse totus. id ergo qvemadmodum evenit? Propagatione quadam, inqvient, dum animalis primum digiti spiritus dolet, mox suum hunc dolorem cum seqvente, isq; deinceps cum alio communicat, donec principem ad facultatem usqve pervenerit. Necesse igitur est, si pars illa prima dolorem senserit, uti alius secundæ sensus existat, si modo propagatione sensus iste fiet, itemqve alius tertiæ, adeoqve complures & infiniti quidam ex uno eodemqve dolore sensus oriantur, qvos deinde omnes princeps conseqvatur facultas, quæ suum præter illos proprie percipiat. Sic qvidem, ut eorum quilibet non illius vere sit doloris, qvem digitus sentiat; sed ut digitum proxime conseqvens, palmæ, tertiusqve similiter partis alterius superioris dolorem percipiat, multiq; re ipsa dolores existant; ac vis ipsa princeps non jam ipsiusmet digitum, at suum tantummodo sentiat,

ἐκείνων τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς ἄττα, καὶ τοῖς μορίοις αὐτοῦ αἰσθήσεται. ἢ ἀναίσθητα τὰ μέρη τῶν μορίων ἔσται; ἀλλὰ ἀδύνατον. εἰ δ' ὁποιουοῦν παντὸς αἰσθήσεται, εἰς ἄπειρα διαιρεῖσθαι τοῦ μεγέθους πεφυκότος, ἀπείρους καὶ αἰσθήσεις καθ' ἕκαστον αἰσθητὸν συμβήσεται γίγνεσθαι ἑκάστῳ, οἷον τοῦ αὐτοῦ ἀπείρους ἐν τῷ ἡγεμονοῦντι ἡμῶν εἰκόνας. Καὶ μὴν σώματος ὄντος τοῦ αἰσθανομένου, οὐκ ἂν ἄλλῳ τρόπῳ γένοιτο τὸ αἰσθάνεσθαι, ἢ οἷον ἐν κηρῷ ἐνσημανθεῖσαι ἀπὸ δακτυλίων σφραγῖδες, εἴτ' οὖν εἰς αἷμα, εἴτ' οὖν εἰς ἀέρα τῶν αἰσθημάτων ἐνσημαινομένων. εἰ μὲν οὖν ὡς ἐν σώμασιν ὑγροῖς, ὅπερ καὶ εὔλογον, ὥσπερ εἰς ὕδωρ, συγχυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται μνήμη. εἰ δ' ἐμμένουσιν οἱ τύποι, ἢ οὐκ ἔστιν ἄλλους ἐνσημαίνεσθαι ἐκείνων κατεχόντων, ὥστε ἄλλαι αἰσθήσεις οὐκ ἔσονται· ἢ γιγνομένων ἄλλων, ἐκεῖνοι οἱ πρότεροι ἀπολοῦνται, ὥστε οὐδὲν ἔσται τὸ μνημονεύειν. εἰ δέ ἐστι τὸ μνημονεύειν, καὶ ἄλλων αἰσθάνεσθαι ἐπ' ἄλλοις, οὐκ ἐμποδιζόντων τῶν πρόσθεν, ἀδύνατον τὴν ψυχὴν σῶμα εἶναι.

Ἴδοι δ' ἄν τις καὶ ἐκ τῆς τοῦ ἀλγεῖν αἰσθήσεως τὸ αὐτὸ τοῦτο. ὅταν δάκτυλον λέγηται ἀλγεῖν ἄνθρωπος, ἡ μὲν ὀδύνη περὶ τὸν δάκτυλον δήπουθεν, ἡ δὲ αἴσθησις τοῦ ἀλγεῖν, δῆλον ὅτι ὁμολογήσουσιν ὡς περὶ τὸ ἡγεμονοῦν γίγνεται. ἄλλου δὴ ὄντος τοῦ πονοῦντος μέρους, τοῦ πνεύματος τὸ ἡγεμονοῦν αἰσθάνεται, καὶ ὅλη ψυχὴ τὸ αὐτὸ πάσχει. πῶς οὖν τοῦτο συμβαίνει; διαδόσει, φήσουσι, παθόντος μὲν πρώτως τοῦ περὶ τὸν δάκτυλον ψυχικοῦ πνεύματος, μεταδόντος δὲ τῷ ἐφεξῆς, καὶ τούτου ἄλλῳ, ἕως οὗ πρὸς τὸ ἡγεμονοῦν ἀφίκοιτο. ἀνάγκη τοίνυν εἰ τὸ πρῶτον πονοῦν ᾔσθετο, ἄλλην τὴν αἴσθησιν τοῦ δευτέρου εἶναι, εἰ κατὰ διάδοσιν ἡ αἴσθησις, καὶ τοῦ τρίτου γε ἄλλην, καὶ πολλὰς αἰσθήσεις καὶ ἀπείρους περὶ ἑνὸς ἀλγήματος γίνεσθαι, καὶ τούτων ἁπασῶν τὸ ὕστερον τὸ ἡγεμονοῦν αἰσθάνεσθαι, καὶ τῆς ἑαυτοῦ παρὰ ταύτας. τὸ δ' ἀληθές, ἑκάστην ἐκείνων μὴ τοῦ ἐν τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος, ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς τῷ δακτύλῳ, ὅτι ὁ ταρσὸς ἀλγεῖ, τὴν δὲ τρίτην, ὅτι ἄλλο τὸ πρὸς τὸ ἄνωθεν, καὶ πολλὰς εἶναι ἀλγηδόνας τό, τε ἡγεμονοῦν μὴ τοῦ πρὸς τῷ δακτύλῳ ἀλγήματος αἰσθάνεσθαι, ἀλλὰ τοῦ πρὸς αὐτῷ, καὶ τοῦτο γινώσκειν

μόνον, τὰ δ' ἄλλα χαίρειν ἐᾶν, μὴ ἐπιστάμενον ὅτι ἀλγεῖ ὁ δάκτυλος. Εἰ τοίνυν κατὰ διάδοσιν, τὴν αἴσθησιν οὐχ οἷόν τε τοῦ τοιούτου γίνεσθαι, μηδὲ σώματος ὄγκου ὄντος, ἄλλου παθόντος, ἄλλου γνῶσιν εἶναι. παντὸς γὰρ μεγέθους, εἰ τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ, ἄλλο ἐστὶ, δεῖ τοιοῦτον τίθεσθαι τὸ αἰσθανόμενον, οἷον πανταχοῦ αὐτὸ ἑαυτῷ τὸ αὐτὸ εἶναι· τοῦτο δ' ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων, ἢ σώματι ποιεῖν προσήκει.

Ὅτι δ' οὐδὲ νοεῖν οἷόν τε, εἰ σῶμα ἡ ψυχὴ ὁποιονοῦν εἴη, δεικτέον ἐντεῦθεν. εἰ γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαί ἐστι, τὸ σώματι προσχρωμένην τὴν ψυχὴν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν αἰσθητῶν, οὐκ ἂν εἴη καὶ τὸ νοεῖν τὸ διὰ σώματος καταλαμβάνειν, ἢ ταυτὸν ἔσται τῷ αἰσθάνεσθαι. εἰ οὖν τὸ νοεῖν ἐστι, τὸ ἄνευ σώματος ἀντιλαμβάνεσθαι, πολὺ πρότερον δεῖ μὴ σῶμα αὖ τὸ νοῆσον εἶναι, ἐπεὶ αἰσθητῶν μὲν ἡ αἴσθησις, νοητῶν δ' ἡ νόησις. εἰ δὲ μὴ βούλονται, ἀλλ' οὖν ἔσονταί γε καὶ νοητῶν νοήσεις, καὶ ἀμεγέθων ἀντιλήψεις. C πῶς οὖν μέγεθος ὂν, τὸ μὴ μέγεθος νοήσει, καὶ " τῷ μεριστῷ, τὸ μὴ μεριστὸν νοήσει; ἢ μέρει τινὶ ἀμερεῖ αὐτοῦ; εἰ δὲ τοῦτο, οὐ σῶμα ἔσται τὸ νοῆσον. οὐ γὰρ δὴ τοῦ ὅλου χρεία πρὸς τὸ θιγεῖν· ἀρκεῖ γὰρ καὶ ἕν τι. εἰ μὲν οὖν συγχωρήσονται τὰς πρώτας νοήσεις, ὅπερ ἀληθές ἐστι, εἶναι τῶν πάντη σώματος καθαρωτάτων αὐτὸ ἕκαστον, ἀνάγκη καὶ τὸ νοοῦν σώματος καθαρὸν ὂν, ἢ " γιγνόμενον, γινώσκειν. εἰ δὲ τῶν D ἐν ὕλῃ εἰδῶν τὰς νοήσεις φήσουσιν εἶναι, ἀλλὰ χωριζομένων γε τῶν σωμάτων γίγνονται, τοῦ νοῦ χωρίζοντος. οὐ γὰρ δὴ μετὰ σαρκῶν, ἢ ὅλως ὕλης ὁ χωρισμὸς, κύκλου, καὶ τριγώνου, καὶ γραμμῆς καὶ σημείου. δεῖ ἄρα καὶ τὴν ψυχὴν σώματος αὐτὴν ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίσαι. δεῖ ἄρα μηδὲ αὐτὴν σῶμα εἶναι. ἀμεγέθες δ' οἶμαι καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἡ τούτων ἄρα νόησις. ὥστε καὶ προσιόντα, τῷ ἀμερεῖ αὐτῆς ὑποδέξεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἀμερῆ κείσεται.

Marginal notes: ἴσ. τὸ μεριστόν. — ἴσ. τὸ ἐγγιγνόμενον.

Πῶς δ' ἂν καὶ σώματος ὄντος τῆς ψυχῆς, ἀρεταὶ αὐτῆς σωφροσύνη, δικαιοσύνη, ἀνδρεία τε καὶ ἄλλαι, πνεῦμά τι γὰρ, ἢ αἷμά τι,

A aliisqve omnibus facessere iussis, unum hunc ita cognoscat, ut ne digitum quidem ipsum dolere sciat. Qvare, si propagatione aliqva futurus est, nullus omnino doloris hujus sensus existere, cumqve corpus moles quædam sit, parte altera patiente, alterius esse cognitio non poterit. Omnis quippe magnitudinis partes aliæ atqve aliæ cum sint, ejusmodi oportet esse qvod sentitur, ut unum & idem ubiqve permaneat. Hoc autem ab alio sane, quam a corpore fieri necesse est.

B At vero ne ullum qvidem, si corpus Animum esse dicamus, intelligentiæ locum relinqvi, hujusmodi rationibus perspicue conficitur. Si enim sentire aliud nihil est, qvam corpore utentem Animum qvæ sub sensum cadunt percipere; profecto aut intelligere non erit corporis opera comprehendere, aut idem ipsum erit quod sentire. Si ergo intelligere, est sine corpore aliquid percipere, multo sane prius necesse est, id qvod intellecturũ sit corpus non esse, quandoqvidem uti eorũ qvæ sentiendo percipiuntur sensus est, sic eorum qvæ intelligendo comprehendun-C tur, intelligentia. Qvam discriminis rationẽ si probare nolunt, spiritalia quidem intelligi, & magnitudine carentia percipi fatebuntur. Quomodo igitur quod magnitudo qvædam est, id qvod magnitudine careat, & quod dividuum est, rem percipiet individuam? Utrum sua quadam individua facultate? Hoc si dicetur, corpus id non erit, qvod intelliget. Nam uti res attingatur liberq; duntaxat, toto ipso nihil opus est, pars vel una sufficit. Si ergo, qvod plane verum est, principes illas notiones singulas per sese, ab omni omnino corpore liberrimas esse concedent, id etiam quod intelligat, ita demum, si corpore liberum aut sit, aut fiat, cognoscere necesse est. Sin autem formarum, qvæ ad materiam adhærescunt, notiones illas esse respondebunt, eæ tamen non nisi secretis corporibus, mentisq; adeo vi secretis, haberi possunt. Nec enim aut corporis, aut omnino materiæ quicquam patitur, illa fieri solita circuli, trianguli, lineæ, punctiq; secretio: proindeqve Animum etiam ipsum, qui eam efficiat, a corpore secernere, neq; adeo corpus esse oportebit. Enimvero pulchrum, opinor, & justum, ipsaq; proinde amborum intelligentia magnitudinis habent nihil. Qvare ambo & individua qvadam illius vi excipientur, & in illa sine partibus ullis sita remanebunt.

Quid? Si corpus Animum dixerimus, Temperantia, Justitia, Fortitudo, ac cæteræ, quomodo tandem ejus virtutes esse poterunt? Qvippe spiritus videlicet aut sangvinis

aliquid virtutes illæ sunt. Nisi forte spiritus A molestia quædam, Fortitudo sit, Temperantia ejusdem commoda temperatio, & vera illa pulchritudo, formosa quædam ac figuris adumbrata species, quam in nonnullis dum videmus, elegantes illos corporeq; pulcros vocamus. Ei sane quod umbratilem tantum aliqvam, & figura tenus aut fortitudinem, aut pulchritudinem habeat, spiritus conditio naturaq; conveniat. Temperantia vero qvid opus spiritui? Imo certe contra, in complexu tactuq;, commoditatem potius aliqvam seqvetur, sicubi aut calefiat, aut frigus mo- B derate captet, aut mollibus, teneris, ac lævibus adhæreat. Suum vero cuiqve pro dignitate tribuere, ad ipsum quid attinet? Utrū porro sempiternæ sunt virtutis illæ notiones, cæteraq; id genus spiritalia, in quibus Animus occupatur; an contra nascitur virtus, eademq; rursus interibit? At quis eam, aut qua ex re tandem efficiat? Tum enim hæc adhuc quæstio maneat, necesse est. Sempiterna profecto illa esse oportet, semperqve manentia, cujusmodi ea sunt, quæ ad Geometriam pertinent. Quod si sempiterna C sunt, perpetuoq; manentia, corpora igitur certe non sunt. Et id præterea, in quo versabuntur, simile quid esse oportebit, adeoqve corpus non esse. Nec enim permanet, sed fluit assidue corporis natura quævis.

Quod si dum corporum ipsi functiones vident, quæ calefaciant, refrigerent, propellant, ac deprimant; ibidem Animum constituunt, eum velut actuoso quodam in loco defigentes: ignorant illi primum, ipsamet corpora, suis quibusdam incorporeis facultatibus hæc omnia perficere: deinde ne hoc quidem a nobis facultatum genus Animo tribui, sed potius ita statui, ut intelligere, sentire, ratiocinari, concupiscere, cuncta deniq; D sapienter ac rite moderari, aliam omnino quam corporis essentiam requirant. Isti vero rerum incorporearum facultates ad corpora transtulisse contenti, incorporeis ipsis nullam relinqvunt. Cæterum ipsa etiam corpora, incorporeis facultatibus ea posse, quæ possint, ita planum efficio. Fatebuntur utiq; qvantitatem esse a qualitate diversam: quippe corpus enim omne qvantitate, nec omne tamen qvalitate instructum esse, uti de materia certo constat. Siqvidem hoc utrumqve dum fatentur, fatentur una qualitatem, cum a quanto, tum etiā a corpore diversam esse. Quomodo enim quę qvantitate careat, corpus esse possit, cū omne corpus qvantitate sit præditum? Præterea, quod supra jam attigimus, si corpus molesque omnis, dum in partes

A τὸ σωφρονεῖν εἴη, ἡ δικαιοσύνη, ἡ ἀνδρεία· εἰ μὴ ἄρα ἡ ἀνδρεία, τὸ δυσπαθὲς τοῦ πνεύματος εἴη, καὶ ἡ σωφροσύνη, ἡ εὐκρασία, τὸ δὲ κάλλος, εὐμορφία τις ἐν τύποις, καθ᾽ ἣν λέγομεν ἰδόντες, ὡραίους, καὶ καλοὺς τὰ σώματα. ἰσχυρῷ μὲν οὖν καὶ καλῷ ἐν τύποις, πνεύματι εἶναι προσήκοι ἄν· σωφρονεῖν δὲ τί δεῖ πνεύματι; ἀλλ᾽ οὖν τοὐναντίον, ἐν περιπτύξεσι καὶ ἁφαῖς εὐπαθεῖν, ὅπου ἢ θερμανθήσεται, ἢ συμμέτρως ψυχρὸς ἱμερεῖ, ἢ μαλακοῖς τι- B σι καὶ ἁπαλοῖς καὶ λείοις πελάσει; τὸ δὲ κατ᾽ ἀξίαν νεῖμαι, τί ἂν αὐτῷ μέλοι; Πότερον δὲ ἀϊδίων ὄντων τῶν τῆς ἀρετῆς θεωρημάτων, καὶ τῶν ἄλλων τῶν νοητῶν ἡ ψυχὴ ἐφάπτεται, ἢ γίνεται ἡ ἀρετή, καὶ ὠφελεῖ πάλιν φθείρεσθαι; ἀλλὰ τίς ὁ ποιῶν, καὶ πόθεν; οὕτω γὰρ ἂν ἐκεῖνο πάλιν μένοι. δεῖ ἄρα ἀϊδίων εἶναι, καὶ μενόντων, οἷα καὶ τὰ ἐν Γεωμετρίᾳ. εἰ δὲ ἀϊδίων καὶ μενόντων, οὐ σωμάτων. καὶ δεῖ ἄρα καὶ ἐν ᾧ ἔσται, τοιοῦτον εἶναι· δεῖ ἄρα μὴ σῶ- C μα εἶναι. οὐ γὰρ μένει, ἀλλὰ ῥεῖ ἡ σώματος φύσις πᾶσα.

Εἰ δὲ τὰς τῶν σωμάτων ποιήσεις ὁρῶντες, θερμαινούσας, καὶ ψυχούσας, καὶ ὠθούσας, καὶ βαρυνούσας, ἐνταῦθα τάττουσι τὴν ψυχήν, οἷον ἐν δραστηρίῳ τόπῳ ἱδρύοντες αὐτήν· πρῶτον μὲν ἀγνοοῦσιν, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ σώματα, δυνάμεσι ταῖς ἐν αὐτοῖς ἀσωμάτοις, ταῦτα ἐργάζεται· ἔπειτα ὅτι οὐ ταύτας τὰς δυνάμεις περὶ ψυχὴν εἶναι ἀξιοῦμεν, ἀλλὰ τὸ D νοεῖν, αἰσθάνεσθαι, λογίζεσθαι, ἐπιθυμεῖν, ἐπιμελεῖσθαι ἐμφρόνως, καὶ καλῶς ἅπαντα, ἄλλην οὐσίαν ζητεῖ. τὰς οὖν δυνάμεις τῶν ἀσωμάτων μεταβιβάσαντες εἰς τὰ σώματα, οὐδεμίαν ἐκείνοις καταλείπουσιν. Ὅτι δὲ καὶ τὰ σώματα ἀσωμάτοις δυνάμεσι δύναται ἃ δύναται, ἐκ τῶνδε δῆλον. ὁμολογήσουσι γὰρ ἕτερον ποιότητα, καὶ ποσότητα εἶναι, καὶ πᾶν σῶμα ποσὸν εἶναι, καὶ ἔτι οὐ πᾶν σῶμα ποσὸν εἶναι, ὥσπερ τὴν ὕλην. ταῦτα δὲ ὁμολογοῦντες, τὴν ποιότητα ὁμολογήσουσιν ἕτερον οὖσαν ποσοῦ, ἕτερον σώματος εἶναι. πῶς γὰρ μὴ ποσὸν οὖσα, σῶμα ἔσται, εἴπερ πᾶν σῶμα ποσόν; Καὶ μὴν καὶ ὅπερ ἄνω που ἐλέγετο, εἰ πᾶν σῶμα μεριζόμενον, καὶ ὄγκος πᾶς, ἀφαιρεῖται

ἕπερ

ὅπερ ἦν, κερματιζομένου δὲ τοῦ σώματος, ἐφ' ἑκάστῳ μέρει ἡ αὐτὴ ὅλη ποιότης μένει· οἷον γλυκύτης ἡ τοῦ μέλιτος, οὐδὲν ἔλαττον γλυκύτης ἐστὶν ἐφ' ἑκάστῳ· οὐκ ἂν εἴη σῶμα γλυκύτης. ὁμοίως καὶ αἱ ἄλλαι. Ἔπειτα εἰ σώματα ἦσαν αἱ δυνάμεις, ἀναγκαῖον ἦν τὰς μὲν ἰσχυρὰς τῶν δυνάμεων, μεγάλους ὄγκους, τὰς δὲ ὀλίγον δρᾶν δυναμένας, ὄγκους μικροὺς εἶναι.
Ισ. ο. εἰ δὲ μεγάλων μὲν τῶν ὄγκων μικραὶ, ὀλίγοι δὲ μικρότατοι ὄγκων μεγίστας ἔχουσι τὰς δυνάμεις, ἄλλῳ τινὶ ἢ μεγέθει τὸ ποιεῖν ἀναθετέον· ἀμεγέθει ἄρα. Τὸ δὲ ὕλην μὲν τὴν αὐτὴν εἶναι
Not. σῶμα, ὥς φασιν, οὖσαν, διάφορα δὲ ποιεῖν ποιότητας προσλαβοῦσαν, πῶς οὐ δῆλον ποιεῖ τὰ προσγενόμενα λόγους ἀύλους καὶ ἀσωμάτους εἶναι; Μὴ δ', ὅτι πνεύματος ἢ αἵματος ἀποστάντων, ἀποθνήσκει τὰ ζῶα, λεγόντων. οὐ γάρ ἐστιν ἄνευ τούτων εἶναι, οὐδ' ἄνευ πολλῶν ἄλλων, οὐδὲ ἂν ἡ ψυχὴ εἴη. καὶ μὴν οὔτε πνεῦμα διὰ πάντων, οὔτε αἷμα.

Ἔπι δὲ, εἰ σῶμα οὖσα ἡ ψυχὴ διῆλθε διὰ παντὸς, κἂν κεκραμένη εἴη, ὃν τρόπον τοῖς ἄλλοις σώμασιν ἡ κρᾶσις. εἰ δὲ ἡ τῶν σωμάτων κρᾶσις, οὐδὲν ἐνεργείᾳ εἶναι τῶν κραθέντων, οὐδ' ἂν ἡ ψυχὴ ἔτι ἐνεργείᾳ ἐνείη τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ δυνάμει μόνον, ἀπολέσασα τὸ εἶναι ψυχή. ὥσπερ εἰ γλυκὺ καὶ πικρὸν κραθείη, τὸ γλυκὺ οὐκ ἔστιν. οὐκ ἄρα ἔχομεν ψυχήν. Τὸ δὲ δὴ σῶμα ὂν, σώματι κεκρᾶσθαι ὅλον δι' ὅλου, ὡς ὅπου ἂν ᾖ θάτερον, εἶναι ἴσον ὄγκον ἀμφοτέρων, καὶ τὸ πᾶν κατεχόντων, καὶ μηδεμίαν αὔξησιν γεγονέναι ἐπεμβληθέντος τοῦ ἑτέρου, οὐδὲν ἀπολείψει ὃ μὴ τέμῃ. οὐ γὰρ κατὰ μεγάλα μέρη παραλλὰξ ἡ κρᾶσις· (οὕτω γάρ φασι παράθεσιν ἔσεσθαι) διεληλυθὸς δὲ διὰ παντὸς, τὸ ἐπεμβληθὲν ἐπὶ σμικρότερον (ὅπερ ἀδύνατον, τὸ ἔλαττον ἴσον γενέσθαι τῷ μείζονι) ἀλλ' οὖν διεληλυθὸς, πᾶν τέμνει κατὰ πᾶν. ἀνάγκη τοίνυν εἰ καθ' ὁτιοῦν σημεῖον, καὶ μὴ μεταξὺ σῶμα ἔσται ὃ μὴ τέτμηται, εἰς σημεῖα τὴν διαίρεσιν τοῦ σώματος γεγονέναι, ὅπερ ἀδύνατον. εἰς δὲ ἄπειρον τῆς τομῆς οὔσης (ὃ γὰρ ἂν λάβῃς σῶμα, διαιρετόν ἐστι) οὐ δυνάμει μόνον, ἐνεργείᾳ δὲ τὰ ἄπειρα ἔσται. οὐ τοίνυν ὅλον δι' ὅλου χωρεῖν
ἀσώ. δυνατὸν τὸ σῶμα· ἡ δὲ ψυχὴ δι' ὅλων· ἀσώματος ἄρα.

A secatur, id definit esse qvod erat; si corpore in minutissima qvæque diviso, qvalitas eadem singulis in partibus integra perseverat; uti mellis dulcedo, nihilo minus qvalibet ejus in parte dulcedo est: certe nec dulcedo illa, nec similes aliæ qvalitates corpora fuerint. Deinde, si corpora essent facultates illæ, valentiores utiqve facultates majori, imbecilliores minori mole præditas esse oporteret. Sin autem, & vastæ molis vires exiguæ sunt, & immensæ, molis perexiguæ; alteri sane rei qvam magnitudini, efficiendi vis
B tribuenda erit: illi ergo tantum qvæ magnitudine careat. Qvid? hoc ipsum qvod ajunt, eandem omnino materiam & corpus esse, & susceptis deinde qualitatibus diversitatem efficere, num clare satis ostendit, qvæ ad materiam accesserint, ea principes ipsas rationes & corpore carentes esse? Neqve vero nobis objiciant, spiritu sangvineve dilapso, animantes interire. Licet enim sine illis esse non possint, certe nec sine permultis aliis, ut ipsemet adsit Animus, esse non possunt. Qvanquam nec spiritus ipse, nec sangvis,
C partes per omnes usqveqvaque diffusus est.

Jam vero, si corporeus animus totum corpus undique pervaderet, cum eo proinde permixtus esset, quomodo cæteris in corporibus mixtio fieri consvevit. Qvare, cum ejusmodi corporum mixtio sit, ut ex iis quæ commixta sunt, nullum reapse permaneat; ne animus quidem reapse in corporibus, sed virtute tantum inesset, animiqve naturam & rationem amitteret: quemadmodum si cum acerbo dulce misceretur, dulce amplius non esset: ita nullum jam Animum haberemus. Enimvero, si corpus
D cum corpore, totum cum toto misceatur, ita ut ubicunque alterutrum erit, ibidem amborum toto illo spatio diffusorum æqualis moles existat, nec ullum incrementum ex alterius accessione consequatur: nihil ab eo quod non secet ac dividat, relinqvetur. Nec enim in majoribus duntaxat partibus, alterna qvadam vicissitudine mixtio fit: (sic enim adjunctionem potius futuram ajent:) sed totum alterum permeans, majus licet injectum in minus; (qvod quidem fieri non potest, ut minus æquale majori fiat) sed permeans tamen, totum ubiq; secat. Itaque necesse est, si hoc ipsum quovis in puncto fiet, nec medium corpus ullum erit quod non secetur; ut in puncta corpus integrum dividatur, qvod fieri nullo modo potest. Sin autem divisionis illius infinita ratio futura est, (qvodcunq; enim corpus acceperis, dividuum semper est;) tum vero non virtute duntaxat, sed etiã reapse infinita erunt. Totũ ergo corpus totum aliud permeare non potest. Atqvi totũ Animus permeat: Corpore ergo caret Animus,

» Qvod autem priorem illam ipsius naturam, spiritum proprie ac peculiariter esse dicunt, qvæ ψυχρῷ, hoc est frigido in loco posita, atqve aciem adepta majorem, ψυχὴ hoc est Animus, frigoris vi tenuior subtiliorqve factus evadat; hoc ipsum qvidem absurdum est, cum pleræqve animantes & calidis nascantur in locis, & animum habeant hujusmodi refrigeratione carentem. At priorem quoqve Animi naturam, ex multiplici rerum externarum casu existere ac pendere volunt. Illi ergo qvod deterius est, id primum faciunt, qvo ipso præterea qviddam aliud, minus licet, prius tamen constituunt, qvem Habitum nominant. Mens autem postremo ab iis loco numeratur, ab Animo scilicet ipso profecta. Nam si princeps omnium Mens ponitur, secundo in gradu Animum, Naturam deniqve in tertio collocare oporteat; itaqve semper qvod deterius sit, habere posterius, si qvidem ejusmodi natum est. Si ergo Deus ipse qvoqve, pro eo ac Mente præditus est, posterior idem ac genitus sit, atqve adventitiam Mentem ipsam habeat; concludi forte possit, neqve Animum, neqve Mentem, neqve Deum esse. Nunqvam enim qvod virtute tantummodo est, nisi prius id fuerit, qvod actu sit, actu ipso futurum est. Cujus enim vi existat aliqvando, si aliud præter ipsum nihil eoqve prius fuerit? Sin autem se proferet, producetqve per se se, (qvod ipsum tamen absurdum est) certe dum se ita proferet, aliqvid intuebitur, qvod non virtute, sed actu erit. Qvanqvam, id qvod virtute est, si habeat idem ut sui semper simile maneat, existet actu per se se, atqve id erit solam existendi potestatem habente præstantius, cum ab illo appetatur. Maneat igitur, prius id esse qvod præstantius sit, itemqve qvod diversam a corpore naturam habeat, qvodqve actu semper existat. Inde enim, Mentem & Animum, natura priores esse, nec spiritus, aut corporis similem Animum esse conficitur. Et qvidem ad Animum corporeæ naturæ subducendum, ab aliis cum & proferri alia possunt, & prolata jam sunt, tum hæc qvoqve nostra satis erunt.

» At qværendum porro, cujusnam alterius naturæ fuerit. Num igitur ita diversus a corpore est, ut tamen aliqvid sit, qvod eidem corpori maxime conveniat, cujusmodi Harmonia est? Cum enim Pythagoras longe aliter hoc de harmoniæ genere disputaret, id isti ejus, qvæ in fidibus sit harmoniæ, simile qvid esse putaverunt. Ut enim hic, dum fides intenduntur, qvædam illis accedit affectio, qvam harmoniam vocamus: ita plane, cum inter se se mutuo dissidentia temperantur,

A Τὸ δὲ καὶ φύσιν μὲν προτέραν, τὸ αὐτὸ πνεῦμα λέγειν· ἐν δὲ ψυχρῷ γενομένην καὶ στομωθεῖσαν, ψυχὴν γίνεσθαι, λεπτοτέραν ἐν ψυχρῷ γενομένην· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ ἄτοπον· πολλὰ γὰρ ζῷα ἐν θερμῷ γίνεσθαι, καὶ ψυχὴν ἔχει οὐ ψυχθεῖσαν. ἀλλ' οὖν φασί γε προτέραν φύσιν ψυχῆς, εἶναι κατὰ συντυχίας τὰς ἔξω γιγνομένην. συμβαίνει οὖν αὐτοῖς τὸ χεῖρον πρῶτον ποιεῖν, καὶ πρὸ τούτου ἄλλο ἔλαττον, ἣν λέγουσιν ἕξιν. ὁ δὲ νοῦς, ὕστατος, ἀπὸ τῆς ψυχῆς δηλονότι γενόμενος, ἢ εἰ πρὸ πάντων νοῦς, ἐφεξῆς ἔδει ψυχὴν ποιεῖν, εἶτα φύσιν

B καὶ αἰεὶ τὸ ὕστερον, χεῖρον, εἴπερ πέφυκεν. Εἰ οὖν καὶ ὁ Θεὸς αὐτοῖς, κατὰ τὸν νοῦν ὕστερος, καὶ γεννητὸς, καὶ ἐπακτὸν τὸ νοῦν ἔχων, ἐνδέχοιτο ἂν μηδὲ ψυχὴν, μηδὲ νοῦν, μηδὲ Θεὸν εἶναι εἰ τὸ δυνάμει, μὴ ὄντος προτέρου τοῦ ἐνεργείᾳ, καὶ νοῦ, γένοιτο, οὐδὲ ἥξει εἰς ἐνέργειαν· τί γὰρ ἔσται τὸ ἄγον, μὴ ὄντος ἑτέρου παρ' αὐτὸ προτέρου; εἰ δ' ἑαυτὸ ἄξει εἰς ἐνέργειαν, ὅπερ ἄτοπον, ἀλλὰ βλέπον γε πρός τι ἄξει, ὃ οὐ δυνάμει, ἐνεργείᾳ δὲ ἔσται.

C Καίτοι τὸ ἀεὶ μένειν τὸ αὐτὸ, εἴπερ τὸ δυνάμει ἕξει, καθ' ἑαυτὸ εἰς ἐνέργειαν ἥξει, καὶ τοῦτο κρεῖττον ἔσται τοῦ δυναμένου, οἷον ὀρεκτὸν, ὂν ἐκείνου. πρότερον ἄρα τὸ κρεῖττον, καὶ ἑτέραν φύσιν ἔχον σώματος, καὶ ἐνεργείᾳ ὂν ἀεί· πρότερον ἄρα καὶ νοῦς καὶ ψυχὴ, φύσεως. οὐκ ἄρα οὕτως ψυχὴ ὡς πνεῦμα, οὐδ' ὡς σῶμα. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐ σῶμα, λέγοιτ' ἂν, καὶ εἴρηται καὶ ἄλλοις ἕτερα, ἱκανὰ δὲ καὶ ταῦτα.

D Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄλλης φύσεως, δεῖ ζητεῖν τίς αὕτη. ἆρ' οὖν ἕτερον μὲν σώματος, σώματος δέ τι, οἷον ἁρμονία; τοῦτο γὰρ ἁρμονίαν τῶν ἀμφὶ Πυθαγόραν λεγόντων ἕτερον τρόπον, ᾠήθησαν αὐτὸ τοιοῦτόν τι εἶναι, οἷον καὶ ἡ περὶ χορδὰς ἁρμονία. ὡς γὰρ ἐνταῦθα ἐντεταμένων τῶν χορδῶν, ἐπιγίνεταί τι οἷον πάθημα ἐπ' αὐταῖς, ὃ λέγεται ἁρμονία, τὸν αὐτὸν τρόπον,

καὶ τοῦ ἡμετέρου σώματος, ἐν κράσει ἀνομοίων γινομένων, τὴν ποιὰν κρᾶσιν, ζωήν τε ἐργάζεσθαι, καὶ ψυχήν, οὖσαν τὸ ἐπὶ τῇ κράσει πάθημα. Ὅτι δὲ ἀδύνατον, πολλὰ ἤδη πρὸς ταύτην τὴν δόξαν εἴρηται. καὶ γὰρ ὅτι μὲν πρότερον ἡ ψυχή, ἡ δ' ἁρμονία ὕστερον· καὶ ὡς τὸ μὲν ἄρχει καὶ ἐπιστατεῖ τῷ σώματι, καὶ μάχεται πολλαχῇ, ἁρμονία δὲ οὐκ ἂν οὖσα ταῦτα ποιοῖ· καὶ ὡς τὸ μὲν οὐσία, ἡ δὲ ἁρμονία, οὐκ οὐσία· καὶ ὅτι ἡ κρᾶσις τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν συνέσταμεν, ἐν B λόγῳ οὖσα, ὑγεία ἂν εἴη· καὶ ὅτι καθ' ἕκαστον μέρος ἄλλως κραθέν, εἴη ἂν ψυχὴ ἑτέρα, ὥστε πολλὰς εἶναι· καὶ "τὸ δὲ" μέγιστον, ὡς ἀνάγκη πρὸ τῆς ψυχῆς ταύτης, ἄλλην ψυχὴν εἶναι, τὴν ποιοῦσαν τὴν ἁρμονίαν ταύτην, οἷον ἐπὶ τῶν ὀργάνων, τὸ "Μουσικόν, τὸν ἐντιθέντα ταῖς χορδαῖς τὴν ἁρμονίαν, λόγον ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καθ' ὃν ἁρμόσει. οὔτε γὰρ ἐκεῖ αἱ χορδαὶ παρ' αὑτῶν, οὔτ' ἐνταῦθα τὰ σώματα ἑαυτὰ εἰς ἁρμονίαν ἄ- C γειν δυνήσεται. ὅλως δὲ καὶ οὗτοι ἐξ ἀψύχων ἔμψυχα ποιοῦσι, καὶ ἐξ ἀτάκτων, κατὰ συντυχίαν τὰ τεταγμένα τὴν τάξιν καὶ τὴν ὑπόστασιν εἰληφέναι. τοῦτο δὲ οὔτε ἐν τοῖς κατὰ μέρος, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις " δυνατὸν γενέσθαι. οὐκ ἄρα ἡ ψυχὴ ἁρμονία.

ἄλλ. τόδε. — ἴσ. τὸ δ' ἂν vel τὸν μουσικόν. — ἴσ. ὅλοις.

Ταῦτα μὲν ἀπὸ τῶν Πλωτίνου, πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν σωματικὴν αὐτὴν φασκόντων εἶναι. ἀλλ' ἐπεὶ αὐ- D τάρκως τά τε πρὸς Ἀριστοτέλην, καὶ τὸν Περίπατον, τά τε πρὸς τὴν τῶν Στωϊκῶν αἵρεσιν, ὡς ἐν ἐπιτομῇ παρατεθείμεθα· ὥρα πάλιν ἐπανελθόντας, τῶν γενναίων φιλοσόφων ὁμοῦ πάντων τὰς θαυμαστὰς ἐπισκέψασθαι φιλολογίας· ὅτι μάλιστα κοινῶς πάντες Ἕλληνες θεοὺς ὁρατούς, Ἥλιον, καὶ Σελήνην, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀστέρας, τά τε ἄλλα μέρη τοῦ κόσμου ἡγήσαντό τε καὶ ἐτεθήπεσαν, καὶ τάς γε μυθικὰς καὶ ληρώδεις αὐτῶν περὶ τῆς πολυθέου πλάνης διηγήσεις, σεμνοτέραις δὴ καὶ φυσικαῖς ἀποδόσεσιν, ἐπὶ τὰ στοιχεῖα, καὶ τὰ τοῦ παντὸς κόσμου μόρια μετενηνόχασι. διό μοι ἀναγκαῖον εἶναι δοκεῖ, καὶ τὰς περὶ τῶνδε δόξας ὁμοῦ συναγαγεῖν, τάς τε διαστάσεις αὐτῶν, καὶ τοῦ τύφου τὸ μάταιον ἐπιθεωρῆσαι.

A certam hanc corporis nostri temperationem, vitam simul & animam efficere, quæ aliud nihil sit, quam illa ex temperatione profecta singularis quædam & peculiaris affectio. Verum adversus hanc opinionem tanquam omni probabilitate carentẽ, multa quoque disputata jam sunt. Principio, Animam prius esse aliquid, harmoniamque posterius: deinde Animum non corpori præesse tantum ac moderari, sed etiam cum eo pugnare sæpe, quod factura nunquam esset, si esset harmonia: tum, Animam esse substantiam, qualis harmonia non sit: ad hæc, illam ipsam corporum, ex quibus concreti sumus, rectam justamque temperationem, valetudinis potius integritatem esse: Imo, partibus in singulis, diversa quadam ratione temperatis, Animam quoque diversam, proindeque plures uno in corpore futuras esse: postremo, quod hoc in genere potissimum est, ante hanc ipsam Animam, aliam inesse quandam oportere, quæ harmoniam illam efficeret; qualem organis præesse Musicum hominem videmus, qui harmoniam fidibus immittat, eamque rationem penes se se habeat, qua illam omnem rite moderetur. Nec enim aut fides illic per se ipsas, aut corpora hic eam ad harmoniam se ipsa perducere unquam poterunt. Cæterum, uti hoc universe dicatur, ex inanimis isti animata constituunt, atque ex inordinatis ordinata suum hunc ordinem propriamque naturam casu quodam accepisse volunt. Quod tamen nec singulis in partibus, nec ullo in toto evenire potest. Non est igitur Animus harmonia.

Atque hactenus ex Plotino, contra Stoicorum de Animo sententiam, qui corporeum illum esse dicerent. Sed quoniam adversus Aristotelem, Peripateticos omnes, Stoicorumque sectam, compendio licet, sat multa protulimus: superest uti ad caput denuo revertentes, egregias illas præstantium Philosophorum simul omnium commentationes videamus: cum & Græci plane universi, Solem, Lunam, cæteraque Sidera, partesque Mundi reliquas, quæ visu ipso percipiantur, Deorum loco habuerint atque coluerint: & fabulosas eorum ineptasque de vana Numinum multitudine narrationes, speciosis isti explicationibus ad Elementa & alia hujus universi membra transtulerunt. Quare factu mihi necessarium videtur, ut ipsorum his etiam de rebus opiniones congeramus, simulque dissidia, & arrogantem hominum vanitatem propius contemplemur.

Cæterum ista quoque non aliunde, quam ex illo Plutarchi opere hauriemus, ubi collectas hisce de rebus antiquiorum una recentiorumque sententias hunc in modum exponit.

A Θήσω δὲ καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς Πλουτάρχου γραφῆς, ἐν ᾗ τὰς περὶ τούτων ὁμοῦ τῶν τε πρεσβυτέρων καὶ νέων δόξας συναγαγών, τοῦτον γράφει τὸν τρόπον.

XXIII.

NATURALIUM PHILOSOPHORUM sententiæ, De Sole.

SOLEM Anaximander circulum esse vult, qui terræ magnitudinem septem ac viginti partibus superet, instructum orbita B rotis curruum persimili, sed cava tamen, ignisque plena; qui quidem aliqua ejus ex parte per angustius osculum, quasi per fistulæ foramen promicet: atque hunc esse Solem. Xenophanes, ex collucentibus quibusdam igniculis, qui ex humida exhalatione coëuntes, Solem ipsum inflammatis ex nubibus collectum efficiant. Stoici, succensum aliquid ac mente præditum, quod ex mari prorumpat. Plato, ex plurimo igne. Anaxagoras, Democritus, & Metrodorus, massam aut lapidem igne succensum. Aristoteles, globum ex quinto corpore. C Philolaus Pythagoreus, discum aliquem vitro persimilem, qui repercussum ex igne mundi splendorem excipiens, lucem ad nos per aerem, quoddam quasi colum, inde transmittat: ut igneus ille Solis in cœlo fulgor, splendoris ejus similis sit, qui ad nos e speculo reflexione transfunditur. Eum quippe Solem, tanquam aliquod simulacri simulacrum, vocamus. Soles ab Empedocle ponuntur duo, quorum alter ille primigenius, ignis quidam sit in altero mundi hemisphærio, quod hactenus splendoris sui reflexioni semper adversum impleverit: alter D hic qui nobis appareat, lucis repercussio quædam, in altero hoc hemisphærio, quod aere permixtum calorem includente plenum est; quæ repercussio, ex terra quæ globosa est, in Solem crystallo persimilem incidat, ac simul in orbem alterius ignei motione rapiatur; hoc est, uti brevius expediam, aliud Solem esse nihil, quam ejus qui circa terram est, ignis reflexionem. Epicurus denique, terrestrem massam, pumicis aut spongiæ crebris foraminibus similem, ignique succensam.

κγ.

ΔΟΞΑΙ ΤΩΝ ΦΥΣΙΚΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ, περὶ Ἡλίου.

ΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΣ, κύκλον εἶναι ὀκτωκαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς, ἁρματείῳ τροχῷ παραπλήσιον τὴν ἁψῖδα ἔχοντα, κοίλην, πλήρη πυρός, ἧς κατά τι μέρος ἐκφαίνειν διὰ στομίου τὸ πῦρ, ὥσπερ διὰ πρηστῆρος αὐλοῦ, καὶ τοῦτ' εἶναι τὸν Ἥλιον. Ξενοφάνης, ἐκ πυριδίων τῶν φαινομένων, συναθροιζομένων μὲν ἐκ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, συναθροιζόντων δὲ τὸν Ἥλιον ἐκ νεφῶν πεπυρωμένων. Οἱ Στωϊκοί, ἄναμμα νοερὸν ἐκ θαλάσσης. Πλάτων, ἐκ πλείστου πυρός. Ἀναξαγόρας, C Δημόκριτος, Μητρόδωρος, μύδρον ἢ πέτρον διάπυρον. Ἀριστοτέλης, σφαῖραν ἐκ τοῦ πέμπτου σώματος. Φιλόλαος ὁ Πυθαγόρειος, δίσκον ὑαλοειδῆ, δεχόμενον μὲν τοῦ ἐν τῷ κόσμῳ πυρὸς τὴν ἀνταύγειαν, διηθοῦντα δὲ πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς· ὥστε προσεοικέναι Ἡλίου τὸ ἐν οὐρανῷ πυρῶδες, τῇ ἀπὸ τοῦ ἐνόπτρου κατ' ἀνάκλασιν διασπειρομένῃ πρὸς ἡμᾶς αὐγῇ. καὶ γὰρ ταύτην προσαγορεύομεν Ἥλιον, οἱονεὶ εἴδωλον εἰδώλου. Ἐμπεδοκλῆς, δύο Ἡλίους· τὸν μὲν ἀρχέτυπον, D πῦρ ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ τοῦ κόσμου, πεπληρωκὸς τὸ ἡμισφαίριον, ἀεὶ κατ' ἀντικρὺ τῆς ἀνταυγείας αὐτοῦ· τὸν δὲ φαινόμενον, ἀνταύγειαν εἶναι, ἐν τῷ ἑτέρῳ ἡμισφαιρίῳ, τῷ τοῦ ἀέρος τοῦ θερμομιγοῦς πεπληρωμένῳ, ἀπὸ κυκλοτεροῦς τῆς γῆς, κατ' ἀνάκλασιν, ἐγγιγνομένην εἰς τὸν Ἥλιον τὸν κρυσταλλοειδῆ, συμπεριελκομένην δὲ τῇ κινήσει τοῦ πυρίνου. ὡς δὲ βραχέως εἰρῆσθαι συντεμόντα, ἀνταύγειαν εἶναι τοῦ περὶ τὴν γῆν πυρὸς τὸν Ἥλιον. Ἐπίκουρος, γήινον πύκνωμα, κισσηροειδές, καὶ σπογγοειδὲς ταῖς κατατρήσεσιν, ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀνημμένον.

κδ. A XXIV.

ΠΕΡΙ ΜΕΓΕΘΟΥΣ Ἡλίου.

Ἀναξίμανδρος, τὸν μὲν Ἥλιον ἴσον εἶναι τῇ γῇ, τὸν δὲ κύκλον ἀφ' οὗ τὴν ἐκπνοὴν ἔχει, καὶ ὑφ' οὗ φέρεται, ἑπτακαιεικοσαπλασίονα τῆς γῆς. Ἀναξαγόρας πολλαπλάσιονα Πελοποννήσου. Ἡράκλειτος, εὖρος ποδὸς ἀνθρωπείου. Ἐπίκουρος πάλιν φησὶν ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα· ἢ τηλικοῦτον, ἡλίκος φαίνεται, ἢ μικρῷ μείζω, ἢ ἐλάττω.

DE SOLIS MAGNITUDINE.

Anaximander, æqvalem Terræ Solem esse; at eum circulum, unde respirandi vim & facultatem habeat, eadem sex & viginti partibus esse majorem. Anaxagoras, pluribus eum vicibus Peloponnesum adæqvare. Heraclitus, humani pedis latitudine comprehendi. Epicurus itidem, superiora omnia vera esse posse; imo B tantum etiam, qvantus nobis videtur, aut majorem paulo, paulove minorem.

κε. XXV.

ΠΕΡΙ ΣΧΗΜΑΤΟΣ Ἡλίου.

Ἀναξιμένης πλατὺν, ὡς πέταλον, τὸν Ἥλιον. Ἡράκλειτος, σκαφοειδῆ, ὑπόκυρτον. οἱ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ, ὡς τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἄστρα. Ἐπίκουρος ἐνδέχεσθαι τὰ προειρημένα πάντα. Τοιοῦτος μὲν αὐτοῖς ὁ μέγας τῶν κατ' οὐρανὸν φαινομένων Θεὸς Ἥλιος. Μωσῆς δὲ, καὶ τὰ Ἑβραίων λόγια οὐδὲν τούτων περιεργάζονται.

DE SOLIS figura.

Anaximenes, laminæ cujusdam more latum esse Solem. Heraclitus, scaphæ non absimilem, incurvumqve nonnihil. Stoici, globosum, qvalis & Mundus C & Astra omnia sint. Epicurus, hæc omnia probabilitate sua non carere. Atqve hujusmodi Solem, magnum illud eorum, qvæ in Cœlo videntur omnium, Numen esse Philosophi putaverunt. At Moses Hebræorumqve oracula longe sunt ab ista curiosarum opinionum vanitate disjuncti.

κϛ. XXVI.

ΠΕΡΙ ΣΕΛΗΝΗΣ.

Ἀναξίμανδρος, κύκλον εἶναι ἐννεακαιδεκαπλασίονα τῆς γῆς, ὥσπερ τὸν Ἥλιον, πλήρη πυρὸς, ἐκλείπειν δὲ κατὰ τὰς ἐπιστροφὰς τοῦ τροχοῦ. ὅμοιον δὲ εἶναι ἁρματείῳ τροχῷ, κοίλην ἔχοντα τὴν ἀψῖδα, καὶ πυρὸς πλήρη, καὶ μίαν ἐκπνοήν. Ξενοφάνης, νέφος εἶναι πεπιλημένον. Οἱ Στωϊκοὶ, δὲ μικτὸν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος. Πλάτων, ἐκ πλείονος τῆς γεώδους. Ἀναξαγόρας, Δημόκριτος, στερέωμα διάπυρον, ἔχον ἐν ἑαυτῷ πεδία, καὶ ὄρη, καὶ φάραγγας. Ἡράκλειτος, γῆν ὁμίχλῃ περιεχομένην. Πυθαγόρας, κατὰ τὸ πυροειδὲς σῶμα Σελήνης.

DE LUNA.

Anaximander, Circulum eam esse, novemdecim vicibus Terræ maD gnitudinem adæqvantem, igne, non secus ac eum, qvem Soli tribuit, omnino plenum, cujus defectio luminis ex rotæ conversione oriatur. Qvippe illum etiam rotæ currus similem esse, qvæ concavam orbitam, igneqve plenam habeat, unumqve tantummodo spiraculum. Xenophanes, coactam esse constipatamqve nubem. Stoici, qviddam ex igne, aereqve mixtum. Plato, terreni plurimum habere. Anaxagoras & Democritus, firmum qvid ac stabile, igniqve succensum, campos ac montes in se, vallesqve complexum. Heraclitus, Terram caligine circumfusam. Pythagoras, ignis ad speciem Lunæ corpus accedere.

[A]

XXVII. DE LUNÆ MAGNITUDINE.

STOICI, Terra majorem illam esse pronuntiant, non secus ac Solem. Parmenides, cum Soli æqvalem esse, tum ab eo qvoqve lumen accipere.

κζ. ΠΕΡΙ ΜΕΓΕΘΟΥΣ Σελήνης.

ΟΙ Στωϊκοὶ μείζονα τῆς γῆς ἀποφαίνονται, ὡς καὶ τὸν Ηλιον. Παρμενίδης ἴσην τῷ Ηλίῳ καὶ ἀπ' αὐτοῦ φωτίζεσθαι.

XXVIII. DE LUNÆ figura.

[B]

STOICI, globosæ, non minus qvam Solem, figuræ. Heraclitus scaphæ, disco Empedocles, alii Cylindro non absimilem.

κη. ΠΕΡΙ ΣΧΗΜΑΤΟΣ Σελήνης.

ΟΙ Στωϊκοὶ, σφαιροειδῆ εἶναι, ὡς τὸν Ηλιον. Ηράκλειτος, σκαφοειδῆ. Εμπεδοκλῆς, δισκοειδῆ. ἄλλοι κυλινδροειδῆ.

XXIX. DE ILLUMINATIONE LUNÆ.

ANAXIMANDER, suum ei lumen ac proprium esse vult, sed paulo rarius. Antiphon, splendore quoqve Lunam collu-[C]cere suo: cujus pars ea, qvæ aliqvando latet, Solis accessu obscuretur: cum ignis valentior imbeciliori tenebras effundere soleat: idqve sideribus etiam aliis usu venire. Thales, ejusqve sectatores, eandem a Sole potius illuminari. Heraclitus, Solis eandem ac Lunæ rationem esse: cum enim Sidera sint, figura scaphæ similia, dum exhalationes humidas passim recipiunt, ea qvam cernimus luce collustrari; & Solem qvidem clarius, qvod puriori feratur in Aere, Lunam vero, qvod in opaciore[D] versetur, obscurius propterea nobis illucescere.

κθ. ΠΕΡΙ ΦΩΤΙΣΜΟΥ Σελήνης.

ΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΣ, ἴδιον αὐτὴν ἔχειν φῶς, ἀραιότερον δέ πως. Αντιφῶν ἰδίῳ φέγγει λάμπειν τὴν Σελήνην· τὸ δ' ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτὴν, ἀπὸ τῆς προσβολῆς τοῦ Ηλίου ἀμαυροῦσθαι, πεφυκότος τοῦ ἰσχυροτέρου πυρὸς τὸ ἀσθενέστερον ἀμαυροῦν· ὃ δὴ συμβαίνει καὶ περὶ τὰ ἄλλα ἄστρα. Θαλῆς, καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ὑπὸ τοῦ Ηλίου φωτίζεσθαι τὴν Σελήνην. Ηράκλειτος, τὸ αὐτὸ πεπονθέναι τὸν Ηλιον καὶ τὴν Σελήνην· σκαφοειδεῖς γὰρ ὄντας τοῖς σχήμασι τοὺς ἀστέρας, δεχομένους τε τὰς ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς ἀναθυμιάσεως, φωτίζεσθαι πρὸς τὴν φαντασίαν· λαμπρότερον μὲν τὸν Ηλιον, ἐν καθαρωτέρῳ γὰρ ἀέρι φέρεσθαι, τὴν δὲ Σελήνην ἐν θολερωτέρῳ, διὰ τοῦτο καὶ ἀμαυροτέραν φαίνεσθαι.

XXX. DE SIDERUM ERRANTIUM stabiliumqve natura.

THALES, terrena qvidem esse Astra, sed inflammata. Empedocles ignea, eo nimirum ex igne, qvem Æther olim in se se complexus, sub primam rerum secretionem extriverit. Anaxagoras, circumfusum nobis Æthera,

λ. ΤΙΣ Η ΟΥΣΙΑ ΤΩΝ ΠΛΑΝΗΤΩΝ ἄστρων καὶ ἀπλανῶν.

ΘΑΛΗΣ γεώδη μὲν, ἔμπυρα δὲ τὰ ἄστρα. Εμπεδοκλῆς πύρινα, ἐκ τοῦ πυρώδους, ὅπερ αἰθὴρ ἐν ἑαυτῷ περιέχων ἐξανέθλιψε, κατὰ τὴν πρώτην διάκρισιν. Αναξαγόρας τὸν περικείμενον Αἰθέρα, πύ-

εινὸν μὲν εἶναι κατὰ τὴν οὐσίαν, τῇ δ' εὐτονίᾳ τῆς περιδινήσεως ἀνασπάσαντα πέτρους ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ καταφλέξαντα, ταύτας ἠστερικέναι. Διογένης, κισηρώδη τὰ ἄστρα, διαπνοὰς δὲ αὐτὰ νομίζει τοῦ κόσμου. πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς, ἀφανεῖς μὲν λίθους, πίπτοντας δὲ πολλάκις ἐπὶ τὴν γῆν σβέννυσθαι, καθάπερ τὸν ἐν Αἰγὸς Ποταμοῖς πυροειδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον. Ἐμπεδοκλῆς τοὺς μὲν ἀπλανεῖς ἀστέρας συνδεδέσθαι τῷ κρυστάλλῳ, τοὺς δὲ πλανήτας ἀνεῖσθαι. Πλάτων, ἐκ μὲν τοῦ πλείστου μέρους πυρίνους, μετέχοντας δὲ καὶ τῶν ἄλλων, κόλλης δίκην. Ξενοφάνης, ἐκ νεφῶν μὲν πεπυρωμένων· σβεννυμένους δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀναζωπυρεῖσθαι νύκτωρ, καθάπερ τοὺς ἄνθρακας· τὰς γὰρ ἀνατολὰς, καὶ τὰς δύσεις, ἐξάψεις εἶναι, καὶ σβέσεις. Ἡρακλείδης δὲ, καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, ἕκαστον τῶν ἀστέρων κόσμον ὑπάρχειν, γῆν περιέχοντα, ἀέρα τε, καὶ αἰθέρα, ἐν τῷ ἀπείρῳ. ταῦτα τὰ δόγματα ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἐμφέρεται, κοσμοποιοῦσι γὰρ ἕκαστον τῶν ἀστέρων. Ἐπίκουρος οὐδὲν ἀπογινώσκει τούτων, ἐχόμενος τοῦ ἐνδεχομένου.

Acum igneum suapte natura esse, tum vehementi & incitato conversionis impetu avulsos abs terra lapides in stellas commutasse. Diogenes, Sidera pumicum ad naturam accedere, ac Mundi spiracula esse arbitratur: itemque lapides, qvi oculorum aciem fugiant, qvique sæpius in terram decidentes extingvantur, cujusmodi lapidea illa stella fuerit, qvæ ad oppidum illud ignea specie decidit, qvos vulgo Capræ Fluvios nominamus. Empedocles, stabilia sidera in Cœli crystallo illigata putat, errantia vero soluta esse ac libera. B Plato, partem sane maximam ignea, quæ tamen aliorum itidem Elementorum particulas, qvasi gluten aliqvod admittant. Xenophanes, inflammatis ex nubibus ea constituit; quæ cum extingvantur interdiu, tum vero noctu, quidam qvasi carbones, iterum accendantur: ipsa enim oriri modo, modo occidere, aliud esse nihil, qvam eadem inflammari subinde, subindeque restingvi. Heraclides, unaqve Pythagorei, quodlibet sidus integrum esse Mundum, qvi Terram, Aerem, atqve Cœlum, infinito qvodam in spatio comprehendat. C Atque hoc dogma passim Orphicis carminibus celebratur, qvæ singulis ex sideribus Mundos efficiunt. Epicurus, harum sententiarum nullam omnino repudiat, suum illud, Fieri posse, constanter retinens.

κα.

ΠΕΡΙ ΣΧΗΜΑΤΟΣ ἀστέρων.

ΟΙ Στωϊκοὶ, σφαιρικοὺς τοὺς ἀστέρας, καθάπερ τὸν κόσμον, καὶ Ἥλιον, καὶ Σελήνην. Κλεάνθης κωνοειδεῖς. Ἀναξιμένης, ἥλων δίκην καταπεπηγμένους τῷ κρυσταλλοειδεῖ. ἔνιοι δὲ πέταλα πύρινα εἶναι, ὥσπερ ζωγραφήματα. Τοιαῦτα τῆς θαυμαστῆς φιλοσοφίας τὰ περὶ ὧν φασι φαινομένων θεῶν ἐξευρήματα. οἷα δὲ καὶ περὶ τοῦ παντὸς διειλήφασιν, ἐκ τῆς αὐτῆς μάνθανε τοῦ Πλουτάρχου φωνῆς.

XXXI.

DE SIDERUM figura.

STOICI, globosa esse sidera, non secus ac Mundum, Solem, atqve Lunam. Cleanthes coni figuram iis attribuit. D Anaximenes, crystallino in corpore clavorum in modum esse defixa. Nonnulli laminas quasdam igneas, qvæ cælata veluti signa videantur. Ejusmodi sunt, qvæ de illis, qvos aspectabiles isti Deos nominant, egregia nobis excogitavit Philosophia. Jam qvæ de Universo quoque pronuntient, ejusdem ex Plutarchi verbis intellige.

κβ.

ΠΩΣ ΣΥΝΕΣΤΙ Ο κόσμος.

ΟΤΟΙΝΥΝ κόσμος περικεκλασμένῳ σχήματι ἐσχημάτισται, τὸν τρόπον τοῦτον. Τῶν ἀτόμων σωμάτων, ἀπρονόητον καὶ τυχαίαν ἐχόντων τὴν κίνησιν, συνεχῶς τε καὶ

XXXII.

QVA RATIONE MUNDUS sit constitutus.

HIC ergo Mundus, circumflexa quam videmus figura, hunc in modum conformatus est. Cum individua corpora temerario quodam ac fortuito motu, eodemque perpetuo simul

» ac celerrimo agerentur, corpora in unum
» plurima coiere, multiplicemqve propterea
» figurarum & magnitudinum varietatem
» habuere. Qvibus in unum ita confluentibus,
» qvæ maxima omnium erant atqve gravissi-
» ma, subsidebant; qvæ minora, rotunda, lævia
» dilapsuqve facilia, concursu ipso corporum
» extrita atqve protrusa, sublime ferebantur.
» At ubi propellens ea vis & impetus supe-
» riorem in locum efferre desiisset, cum ipsa
» qvoqve deorsum ferri prohiberentur, vici-
» nis circum in locis, qvibus excipi utcunqve
» poterant, vehementius premebantur. Eo
» qvippe, vis ingens corporum circumflexu
» qvodam agebatur; in qvo dum alia cum aliis
» implicata hærerent, Cœlum genuerunt.
» Tum aliæ rursus atomi, eadem qvidem na-
» tura præditæ, sed tamen, uti jam dictum est,
» specie formaqve dissimiles, itemqve sursum
» versus expulsæ, Astrorum naturam perfe-
» cerunt. At corporum eorum multitudo, un-
» de aliqvid exhalationis efflatur, percussum
» elisit Aerem; qvi motu ipso conversus in
» ventum, ambituqve suo Astra complexus,
» ea secum in orbem egit, quamqve ipsorum
» in summa Mundi parte conversionem ho-
» dieque cernimus, conservavit. Atque ita
» ex subsidentibus quidem corporibus Terra,
» ex iis vero, qvæ sublime delata sunt, Cœlum,
» Ignis, Aer extitere. At cum magnam ad-
» huc materiæ copiam Terra contineret, ea-
» qve cum ventorum percussione, tum astro-
» rum etiam ipsorum afflatu densior ac spissi-
» or effecta esset, qvicquid subtilioris ac tenu-
» ioris formæ habebat, expressum est, hu-
» midamqve naturam procreavit. Qvæ flu-
» xa cum esset ac liqvida, in ea continuo loca
» ferebatur, qvæ concava simul essent, atqve
» ad eam & capiendam & continendam ido-
» nea: vel eadem certe per se se consistens,
» subjecta loca excavavit.

Hunc etiam isti nobis egregium Mundi ortum somniarunt. Qvibus immensa qvædam alia verborum pugna contentioque subjungitur, hominum in infinita qvæstionum sylva fluctuantium. Sitne unum aliqvid habendum hoc universum, an multiplex. Unicusne sit Mundus, an plures. Sitne animatus hic noster, Deiqve providentia gubernetur, an contra. Interitune careat, an ei sit obnoxius. Qvo idem pabulo nutriatur. Unde-nam ejus moliendi Deus initium duxerit. De Mundi ordine. Qvæ caussa fuerit, qvamobrem inclinatior fieret atqve depressior. De Mundi exteriore ambitu. Qvænam dextræ illius

A τάχιστα κινουμένων, εἰς ταυτὸ πολλὰ σώμα- »
τα συνηθροίσθη, καὶ διὰ τοῦτο ποικιλίαν ἔ- »
χοντα σχημάτων καὶ μεγεθῶν ἀθροιζομένων » Pag. 492
δ' ἐν ταυτῷ τούτων, τὰ μὲν ὅσα μείζονα ἦν »
καὶ βαρύτατα πάντων, ὑπεκάθιζεν· ὅσα δὲ »
μικρὰ καὶ περιφερῆ καὶ λεῖα, καὶ εὐόλισθα, »
ταῦτα ἐξεθλίβετο κατὰ τὴν σύνοδον τῶν σωμά- »
των, εἴς τε τὸ μετέωρον ἀνεφέρετο. ὡς δ' οὖν »
ἐξέλιπε μὲν ἡ πληκτικὴ δύναμις μετεωρί- »
ζουσα, οὐκέτι δὲ ἦγεν ἡ πληγὴ πρὸς τὸ με- »
B τέωρον, ἐκωλύετο δὲ ταῦτα φέρεσθαι κάτω, »
ἐπιέζετο πρὸς τοὺς τόπους, τοὺς δυναμένους »
δέξασθαι. οὗτοι δ' ἦσαν οἱ πέριξ. Καὶ πρὸς τού- »
τους, τὸ πλῆθος τῶν σωμάτων περιεκλᾶτο. »
περιπλεκόμενα δὲ ἀλλήλοις, κατὰ τὴν περίκλα- »
τε τέτυκται.

Καὶ ἄλλως δὲ εἶναι τοὺς Φυσικοὺς λόγους, οὐ χαλεποὺς, οὐδὲ ἀδυνάτους μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβεῖς, καὶ τοῖς νόμοις ὑπεναντίους. τοὺς γὰρ ἀξιοῦν μηδ' εἶναι Θεοὺς τὸ παράπαν· τοὺς δὲ, ἄπειρον, ἢ τὸ ὂν, ἢ τὸ ἓν καὶ πάντα μᾶλλον, ἢ τοὺς νομιζομένους. τήν τ' αὖ διαφωνίαν παμπόλλην οὖσαν. τοὺς μὲν γὰρ ἄπειρον ἀποφαίνειν τὸ πᾶν· τοὺς δὲ, πεπερασμένον· καὶ τοὺς μὲν ἀξιοῦν ἅπαντα κινεῖσθαι· τοὺς δὲ, καθάπαξ μηδέν. Καὶ μὴν εἴ τι καὶ ἄλλο, πάντων ἄριστά μοι δοκεῖ περὶ τούτων αὐτῶν ἐν τοῖς Σίλλοις καὶ ὁ Φλιάσιος Τίμων εἰρηκέναι τάδε, B

ἴσ. ὁμω.

Τίς γὰρ τούς δ' ὀλοῇ ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Ηχοῦς σύνδρομος ὄχλος. ὁ γὰρ σιωπῶσι χολωθεὶς, C
Νοῦσον ἐπ' ἀνέρας ὦρσε λάλην, ὀλέκοντο δὲ πολλοί.

Ὁρᾷς ὡς ἤδη καὶ ἀλλήλους σκώπτουσιν οἱ γενναῖοι; τὴν γοῦν πρὸς ἀλλήλους Φιλονεικίαν αὐτῶν, τάς τε μάχας, καὶ τὰς διαστάσεις, ἔτι πρὸς τοῖς εἰρημένοις ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ τοῦτον ὑπογράφει τὸν τρόπον,

ἴσ. λελαλῦα,

Φοιτᾷ δὲ βροτολοιγὸς ἔρις, κενὸν λελακυῖα,
Νείκης ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη, καὶ ἔριθος, D
Ἥ τ' ἀλαὴ περὶ πάντα κυλίνδεται· αὐτὰρ ἔπειτα
Ες βροτῶν ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐς ἐλπίδα βάλλει.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς σφᾶς αὐτοὺς ἀποδεδειγμένης στάσεως καὶ μάχης, τῆς τε μηδὲν ἡμῖν προσηκούσης, περιττῆς δὲ ἄλλως, καὶ οὐ γνωστῆς παιδείας τε καὶ μαθήσεως τῶν λοιπῶν ἁπάντων, ἐν οἷς εἰσέτι νῦν ἀποσεμνύνονται Φιλοσόφων παῖδες, ἀπεληλεγμένων οὐ ταῖς ἡμετέραις, ταῖς δ' οἰκείαις αὐτῶν ἀποδείξεσιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς αἰτίας εἰς Φανερὸν τεθείσης, δι' ἣν τὰ τῇδε ἀποστραφέντες, τὰ Ἑβραίων λόγια προτετιμήκαμεν, τὰ μὲν τῆς

Ateresse. Ergo valere jussa tam Anaxagoræ, qvam Archelai physiologia, hoc se unum qværere,

Qvid lætum, qvid triste domi sors propria verset.

Enimvero Physicas illas disputationes, non molestas esse duntaxat, & humana facultate majores, sed impias etiam, Legibusqve contrarias. Alios qvippe nullos plane Deos admittere; alios aut infinitum, aut id qvod est, aut unum, aut alia qvælibet pro Diis habere, quam qvi vulgo recepti sunt. Atqve hos inter magnam præterea dissensionem esse. Alios enim universum infinitum ponere, alios certis finibus comprehensum: itemqve alios omnia moveri statuere, alios omnino nihil. Mihi vero, si qvicqvam aliud, hoc sane optime ab illo Timone Phliasio in Sillis dictum videtur,

Ecqvis eos diro pugnæ inflammavit amore?
Concurrens lingvæ fremitus. namqve ille silentum
Impatiens, morbi contagia fœda loqvacis.
Immisit: sævo multi periere veneno.

Vides, qvemadmodum se se invicem homines egregii vellicent? Mutuas qvidem illorum contentiones, pugnas, atqve dissidia, idem ipse Timo præter superius illud, seqventibus versibus adumbravit,

Dira lues hominum, contentio, vanaqve jactans,
Mortiferiqve soror belli, pugnæqve ministra,
Invadit, cæcoqve diu rapta impete, tandem
Confirmat gravitate caput, spemqve objicit ultro.

Verum enimvero, cum hactenus & mutuas hominum istorum altercationes, & illam non minus alienam a nobis, qvam inanem per se se, nulliqve parabilem cæterorum omnium, qvibus hodieqve Philosophi gloriantur, cognitionem, non jam nostris, sed domesticis illorum ipsorum clarissimisq; testimoniis, abunde coarguerimus: cumqve præterea caussam illam omnibus spectandam protulerimus, qvæ nos cum ad repudiandam ipsorum doctrinam, tum ad complectenda Hebræorum oracula impulerit:

Evangelicæ huic Præparationi finem aliqvando imponamus. Nam qvæ ad perfectiorem illam Demonstrationis Evangelicæ tractationem pertinent, novum disputandi principium reqvirunt; qvod qvidem non aliunde, qvam ab ea, qvæ solvenda nobis superest, qvæstione ducemus. Restat autem id unum, ut eorum, qvi Circumcisionem retinent, criminationi respondeamus; cur tandem, externi & alienigenæ cum simus, eorum libris, utriqve nihil ad nos, (ut ipsi qvidem objiciunt,) pertinentibus abutamur: aut cur ipsorum oracula literasqve complexi, minime tamen vitæ nostræ rationes eorundem ex lege moderemur.

A Εὐαγγελικῆς Προπαρασκευῆς ἐν τούτοις ἡμῖν περιγεγράφθω. τὰ δὲ τῆς ἐντελεστέρας πραγματείας τῆς κατὰ τὴν Εὐαγγελικὴν Ἀπόδειξιν, ἤδη λοιπὸν ἐπισκεπτέον ἀφ᾽ ἑτέρας λόγων ἀρχῆς. τῆς δὴ λειπούσης τῷ προβλήματι, τὴν διδασκαλίαν ποιησομένοις. Λείπει δ᾽ ἄρα πρὸς τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπιμεμψαμένους ἀποκρίνασθαι, τί δή ποτε ἀλλόφυλοι ὄντες, καὶ ἀλλογενεῖς, ταῖς αὐτῶν βίβλοις ἀποχρώμεθα, μηδὲν ἡμῖν, ὡς ἂν αὐτοὶ φαῖεν, προσηκούσαις· ἢ τί δὴ τὰ παρ᾽ αὐτοῖς ἀσπαζόμενοι λόγια, οὐχὶ καὶ τὸν βίον ἀκόλουθον τῷ παρ᾽ αὐτοῖς παρέχομεν νόμῳ.

FINIS DECIMI QVINTI LIBRI, EJUSDEMQVE POSTREMI, PRÆPARATIONIS EVANGELICÆ.

LAUS DEO.







INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, QVI PROFERUNTUR ET EXPLICANTUR IN HOC EUSEBII DE PRÆPARATIONE EVANGELICA VOLUMINE.

A



EX NOVO TESTAMENTO.





INDEX LOCUPLETISSIMUS RERUM MEMORABILIUM QVÆ IN HOC EUSEBII DE PRÆPARATIONE Evangelicâ volumine continentur.

A

ANIMUS.

APOLLO.

ARISTOCLES.

ARISTOTELES.

ATTICUS.

B

BACCHUS.

C

CHRISTUS.

CLEMENTIS ALEXANDR.

D

DÆMONES.

I

JUDÆI.

L.

LUNA.

M

MOSES.

MUNDUS

V

VERBUM.

X

F I N I S.





NOTÆ IN LIBROS EUSEBII DE PRÆPARATIONE EVANGELICA.



PAG. 1. A. 8. θεῖον Ἐπισκοπ.) ut est in altero MS. Biblioth. Regiæ. Id autem malui, qvam θείων, ut habet prior editio, qvod ἑλληνικώτερον putarim. Dicere potuisset θεῖον ἐπισκόπου χρῆμα, potuit & Ἐπισκόπων. Sic Aristophan. Νεφελ. Act. 1. Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν, ὅσον ἀπέραντον; Qvid istuc noctis est, qvamqve infinitum? Idem Βατραχ. Act. 5. Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, τὸ χρῆμα τῶν κόπων ὅσον; Qvantæ laborum moles? Qvod si retineretur θείων, sensus videretur, hoc operis operæqve genus ad Episcopos maxime pertinere. At infer. p. 26. d. 5. Plato, οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα. Id est, tam ineptus, qvàm qvi maxime.

Pag. 3. A. 1. Post ἥκειν, Mont. leg. σπουδῆ τε πάσῃ καὶ προθυμίᾳ. Ib. b. 5. pro ὁ Χριστοῦ λόγος, Mont. leg. Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος. melius, ut videtur. Ib. d. 3. pro πέφηνεν, Mont. leg. πεφοίτηκεν.

Pag. 4. C. 7. Οἰκονομίας.) Trita vox apud SS. Patres, ἀντὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ σαρκώσεως τοῦ Λόγου, καὶ τῶν πρὸς αὐτήν.

Pag. 6. C. 6. αὐτόθεν.) Budæo τῷ παρὸν, observata jam hujus adverb. significatio, in promptu, è re nata. Sed infra p. 10. l. 2. αὐτόθεν πρὸς εὐζωΐαν, &c. per se se, suapte vi, suis non alienis opibus. & p. 13. b. 9. τὸ αὐτόθεν ὑπερέχον, &c. eod. sensu. Apud B. Chrysost. Ser. de S. Babyla, τότε δὲ αὐτόθεν ἐδείκνυτο, ὅτι δαιμόνων ἦν ἔργα τὰ τελούμενα, &c. omissum interpreti. Id est, res per se se loqvebatur, opera esse dæmonum. Plutarch. comparat. Solonis & Publicolæ p. 111. b. ὁ δὲ αὐτόθεν ἀναῤῥίψας τὸν ἐπὶ μεγίστων κίνδυνον, ἐπανέστη Ταρκυνίῳ, confestim in apertum se se rerum maximarum discrimen conjiciens. opponit enim illud αὐτόθεν, Solonis τῷ προσποιήματι, & παιδιᾶς τινι τρόπῳ, cum Publicola sine larva & simulatione Tarqvinium peteret. Ib. D. 9. πάντας ἀνθρώπους.) Est qvi legere malit, εἰς πάντας ἀνθρ. Mihi nihil mutandum videtur; freqvens enim usus est verbi εὐαγγελίζεσθαι cum accusat. tam rei, qvam personæ. Ita p. 7. D. 4. Noster, πάντας ἀνθρώπους τὴν ἔνθεον καὶ οὐράνιον ζωὴν εὐαγγελιζομένη & p. 13. b. 8. τὰ μέγιστα, καὶ ἀληθῶς ἀγαθὰ πάντας ἀνθρώπους εὐαγγελίσασθαι τὸν ἡμέτερον λόγον. & alibi sæpe. Qvod in aliis qvibusd. verbis receptum est, ut in ποιεῖν, ἐργάζεσθαι, & similibus.

Pag. 8. A. 1. βεβηκυῖαν.) Nihil est meo judicio, cur præstet ἐμβεβηκυῖαν, qvod tamen προσαιρεῖται non nemo. Est enim hæc propria, & qvasi ἔμφυτος significatio τοῦ βεβηκέναι, cum ἐπεμβαίνειν & ἐμβαίνειν, sint potius ingredi, vel conscendere, vel insultare, qvam firmiter & constanter inniti. Plutarchi locus est observatione dignus, in comparat. Fabii Max. & Periclis, pag. 190. c. 4. ubi de Fabio, ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὡρμημένῳ, καὶ βεβηκότι, τὴν πόλιν ἀντιλαμβανόμενος, καὶ ὑπερείδων. ubi τὸ ὡρμημένον, peculiarem ejus qvandam & propriam agendi rationem; τὸ βεβηκὸς δὲ, arrepti semel instituti atqve consilii firmitatem constantiamq; significat. Aristides in Panathen. τὸ ἐμβεβηκέναι, κομψῶς που καὶ γλαφυρῶς suo more usurpavit, ubi de situ Athenarum, & Acropoleos longè pulcherrimo. ὥσπερ γὰρ, inqvit, ἐπ' ἀσπίδος κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων, πέμπτος εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ, διὰ πάντων ὁ κάλλιστος, εἴπερ ἡ μὲν Ἑλλὰς ἐν μέσῳ τῆς πάσης γῆς· ἡ δὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος· τῆς δὲ χώρας, ἡ πόλις· τῆς δ' αὖ πόλεως, ὁ ὁμώνυμος. Hic κύκλους εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκέναι, est alios aliis impositos esse, tametsi doctiss. interpr. verterit, circulis in se invicem incurrentib. Qvod seqvitur, εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ, id est, in justum & perfectum umbilicum definit, aut illum perfectè implet. Sic Herodot. l. 2. p. 103. a. ἡ δὲ (ὁδὸς) ἐς Ἡλίου πόλιν ἀπὸ θαλάσσης, πληροῖ ἐς τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, justè ac perfectè hunc stadiorum numerum implet, ἀκριβῶς ἀποπληροῖ. Εἴπερ autem, hic apud Arist. novo more pro οὕτως, respōdet enim τῷ ὥσπερ γάρ. Postremo inter πόλεως & ὁμώνυμος, inserendum videtur ἡ, Acropolim enim ipsam intelligit, qvæ, ut ipsemet pauloante dicebat, πάλαι μὲν πόλις, νῦν δὲ ἀκρόπολις.

Pag. 9. B. 1. εὐαγγελιζομένην.) verti, perinde ac si haberetur, εὐαγγελιζομένων, ut referatur ad προφητῶν. Atq; ita leg. etiam Mont. Ib. C. 1. Κύριε ὁ Δεσμοῦ.) Vulgata sic habet, *Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis. Ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent, verè mendacium possederunt Patres nostri; vanitatem, qvæ eis non profuit.* Septuaginta, qvos habemus, ψευδῆ εἴδωλα etiamnum retinent, & voces Hebraicæ שקר, & הבל, passim in Scriptura pro idolorum vanitate sumuntur.

Pag. 11. D. 8. Τιβαρεῖ.) Existimavi leg. Τιβαρηνοί. qvam lectionem in Mont. postea deprehendi; de qvib. uti & de al. populis, consule, si placet, Observationes.

Pag. 12. A. 1. Βάκτριοι.) Legebatur Βάκριοι: sed prætuli alterius MS. lectionem.

Pag. 17. D. ult. Τάγρου.) Certum videtur. legend. Οἰάγρου, uti habet Mont. Οἴαγρος, enim, non Τάγρος, Orphei pater. Stat. Theb. 5.

——Oeagrius illic
Acclivis malo mediis intersonat Orpheus Remigiis.

Virg. 4. Georgic.

——caput a cervice revulsum,
Gurgite cum medio portans Oeagrius Hebrus Volveret.

Apollon. 4. Argon. εἰ μὴ ἄρ Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεύς, &c.

Pag. 19. A. Locus extat apud Diodor. l. 1. p. 6. novæ edition. Ib. C. 2. ἀποφάσεις,) Diod. ἀποφάσεις. Ib. C. 8. ἄφθαρτον,) Diod. φθαρτὸν, rectè. Ib. C. 9. Legend. videtur ἐκείνῳ,

nempe τῷ κόσμῳ.

Pag.20.A.5. ἐιαζομένης. Diod.& Mont. ἀιαζυμουμένης, qvod est, fermentatam qvasi massam intumescere. Ib.D. 10. post θνητῶν, paucula qvædam Eusebius præterit. At lin. præcedenti, pro ἄνδρα, πῖλια, Diod. leg. ἄνδρα, πιπινά, ut versus exigit.

Pag.21.B.v.pen. ὑπνους.) Reddidi perinde ac si legeretur ἀκήπους, qvam vocem apud Diodor. postea reperi.

Pag.22.A.4. Πλουτάρχου στρωματέων.) Dubium est, utrum id opus Stromata Plutarchus inscripserit, an hoc ipsi nomen Eusebius noster indiderit. Aliud qvidem est ab eo, qvod extat de Placit.Philosophorum, uti τοῖ ἀντιπαραβάλλοντι perspicuū fiet. Ex qvo seorsim etiam idem Euseb. infra l.14. non pauca depromet. Qvid si totum illud Moralium operum, ut vulgo nominantur, corpus, hoc titulo complexus est? Qvid enim tam στρωματοφόρς, qvam illa Plutarchi, τά τε καθόλου, καὶ τὰ κατὰ μέρος συντάγματα; Cujusmodi sua illa Clemens Alexandrin. esse profitetur l. 4. Ποικίλα, ὡς αὐτό που βούλομαί φησι, διεσπαρμένα, ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλο συνεχὲς μετιόντα, licet qvod seqvitur, ἕτερον μὲν τι κτλ. εἱρμὸν τῶν λόγων μηνύοντα, ἐνδεικνύμενα δὲ ἄλλο τι, minus, ut videtur, in ista Plutarchi opuscula conveniat.

Pag. 24.D.13. Pro ἡγεμονικὸν, legend. videtur, αἷμα. Nam Animi principatum Empedocles in sangvine collocabat, indeqve opinioni suæ fidem conciliabat, qvod ea parte homines præstarent, qvæ sangvine abundaret.

Pag.25. D. 10. ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλεῖστοι.) Apud Xenophont. lib. 1. Memorabil. p. 710. legitur, ὥσπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι. qvam lectionem seqvutus sum, & hic, & cap. ultimo libri 15. ubi eundem locum Euseb. protulit, sed pluribus.

Pag. 26. B. 4. Platonis locus est ex Phædone p. 392. edit.Fic. Ib.C.5. τότε ἤδη. Plato leg. τότε δὴ, qvod ἀττικώτερον videtur.

Pag.27. lin. 3. ante C. Diodorus lib. 1. pag. 10. C. nov. edit. Ib. C.2 εἶναι θεοὺς. Diod. εἶναι δύο θεούς. Ib.8. παντί.) Diod. πάντη, ut conjeceram. Itemqve D. 2. στίλβον, pro σύλβον, est enim inter στιλβῶν, ac στίλβον, παρωνυμία.

Pag. 28.A.3. διοικεῖν.) Hactenus Diodorus, qvæ seqvuntur, Eusebii sunt. Ib. C. 5. Αἰγυπτίους.) Vide Porphyrium l. 2. περὶ ἀποχ. non longe ab initio, pag. 22. edit. Florent. at recentioris Græcol. pag. 124. sub finem. Ib.C.8. ἤρξαντο οἱ πρῶτοι ἐφ' ἑστίας.) Porphyr. ἤρξαντο πρῶτοι ἀφ' ἑστίας. Sed nostrum ἐφ' ἑστίας, magis placet, ut focus significetur, ubi genus hoc graminis adolerent. Nam παροιμιῶδες illud ἀφ' ἑστίας, qvemadmodū hic conveniat, non satis video. Ib. D. 1. καὶ πλάνης ἐρευνητής. &c.) Porphyr. leg. καὶ ταῦτα, πλάνης κλιμακτῆρ, ὅτε αἰθέρος γ.τ.α. ζ.μ.π.π.κ. δακρύων, σταγόνας τούτων ἀπαρξ. Consule si Placet Porphyr. Interpretem Eusebiana certe cum lectio, tum distinctio, correctior videtur & clarior: tantum vocem ἐρευνητής, tanqvam glossem alibenter expunxerim; μαστὴρ enim id ipsum est. qvod ἐρευνητὴς, sed rarius. Hesychius agnoscit μαστεύειν & ματεῖν, μαστὴρ & ματὴρ, unde & ματηρεύειν τὸ ζητεῖν. Notandū vero. qvod de hujus vocis notatione tradit Clem. Alexand.Pædag.l.1.c.7. Cum enim dixisset, infantibus nobis, ἀμέλγουσι τὸν λόγον τῶν ἱερέων, alimentū Christū esse, subjungit, ἐντεῦθεν τὸ ζητῆσαι μαστεύσαι καλεῖται, ὅτι τοῖς ζητοῦσι νηπίοις τὸν λόγον, οἱ τοῦ πατρὸς τῆς φιλανθρωπίας θηλαὶ χορηγοῦσι τὸ γάλα. Vox est Xenophonti familiaris. Inde Μαστῆρες, illi, qvos Harpocratio, conjicit ἀρχήν τινα fuisse ἀποδεδειγμένην ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ κοινὰ τῶν δήμου, qvi apud Pellenios Μάστροι dicerentur, ex Aristotele in Pelleniorum Rep. Ζητητὰς, idem Harpocratio ante dixerat, Athenis Magistratum extraordinarium fuisse, εἴ ποτε τοὺς ἀδικοῦντας τι δημόσια δέοι ζητεῖν. Cum Roman. Qvæsitorib.conferri possint. Ib.4.ante fin.κατὰ τὸ πυρός.) Porph l.c. διὰ τοῦ πυρός. utrumqꝫ probari potest: sed posterius intellectu facilius videtur: potius enim per ignem illum ἄσβεστον, qvam ipsiusmet ignis, sempiternos Diis honores tribuebant. Sed ἐφύλαττον retinendum est, licet Porphyr. leg. φυλάττομεν. nam paulo ante ἔκαιον, non καίομεν.

Pag. 29.A.4. σημαίνοντα.) vera, ut opinor, lectio: non ut apud Porphyr. ἐκβαίνοντα, qvem locum vereor etiam ut Interpres ἄλις αὖ ἐξακούσειν. Hac ipsa de re idem Porphyr. sub lib.2. fin. p.230. & 231. nov.edit. Ib. C. 8. τοῦ θεῖν.) Herodot. l. 2. Pelasgos ait θεοὺς προσονομάσαι, ὅτι κόσμῳ θέντες τὰ πάντα πρήγματα, καὶ πάσας νομὰς εἶχον. Theophilus. L. 1. ad Autolycum, non abludit, dum ita dictos ait. ἀπὸ τοῦ θεῖναι πάντα ἐπὶ ἀσφαλείᾳ.

Pag. 32. A. 9. Post ἀλληγορίας, inserenda conjunctio δὲ, ex Montac. codice. In aliis solicitandum videtur nihil.

Pag. 33. A. 1. ῥάβδους.) In versione, pro, statuas, (qvod nescio qvo pacto exciderit) repone, virgas: de qvibus consule, si placet, observationes. Ib.B.3. ἐκπιθέμενος.) Mont ἐκπιθεμένου, qvod fortasse rectius, ut ad Σαγχουνιάθωνος referatur. Ib.C. 8. μούτ. (Fortean, conveniat cum Hebræo מוט, declinare, labi, &c. vel מות, mori: siqvidem Phœnicibus corruptio est. qvod tamen in illum Rheæ filium melius qvadrabit, qvem infra p. 38. D. 10. Μοὺθ nominatum ait, ac pro morte, vel Plutone sumptum. Porro notandum est, eandem vocem μουθ, si Plutarcho credimus, matrem apud Ægyptios significasse. Sic enim ille in Iside & Osiride, p.374. B.3. Ἡ δ' Ἶσις, ἔστιν ὅτε καὶ Μούθ, καὶ πάλιν Ἀθυρι, καὶ Μεθύερ προσαγορεύουσι. (f. προσαγορεύεται) σημαίνουσι δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ὀνομάτων, μητέρα, τῷ δὲ δευτέρῳ, οἶκον Ὥρου κόσμιον· τὸ δὲ τρίτον, συνθετόν ἐστιν ἔκ τε τοῦ πλήρους, καὶ τοῦ αἰτίου. Ib. B. 1. Ζωφασημίν.) Clarum est, τὸ Σημὶν esse Hebr. שמים, cœlos, Ζωφὰ vero, צפה, contemplari.

Pag.34.C.10. παρεκδοχὰς τῶν ὀνομάτων accipio, nominum alias ex aliis significationes: qvemadmodum paulo post, D.1. ἐκδέχεσθαι, pro simplici δέχεσθαι, interpretari, accipere, Suidas, ἐκδέχῃ exponit, νοεῖς, ὑπολαμβάνεις, proferens illud Polybii, οὐκ ὀρθῶς, ὦ στρατηγέ, τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους. i. ἐπακούεις. Gallice, vous ne prenez pas bien nos paroles. Hic obiter idem Lexicographus emendari possit, ubi exponens ἐκδέξασθαι, τὸ παρ' ἑτέρου λαβόντα ἐγχειρεῖν τὸ δεύτερον, subdit; ὅθεν καὶ ἐπιθετικὸν δὲ τὸ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς λεχθέν, καὶ τὸ δοκεῖν ἐκδέχεσθαι τῶν ἐκεῖ τι πεπραγμένων. Est enim legend. ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πέπραγ. Locus est Demosthen. in illa de Pace, qvam ipse qvintam Philippicam vocat, qvod in ea, qvemadmodum in aliis 4. Philippum Orator insectari pergat, εἰ γὰρ ἀρχαῖοι μὲν,

(inqvit Demosthen.) διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους νῦν ἐπικηρυκείαν, ἐχθρῶς χρῆσονται, καὶ τὶ δοκεῖν ἐκδέχεσθαί τι τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων, qvæ postrema verba sic reddit Wolphius, *& propter acta quadam sua impedita.* Malim sic, *quodque nonnulla jam ab illis ante gesta succedendo excipere videamur;* ut Suidas intelligit, nisi aut legamus ἐνδέχεσθαι, hoc est probare, aut ipsum ἐκδέχεσθαι, pro ἐνδέχεσθαι accipiatur. Nam qvod ib. ἐκδέχεσθαι Suidas exponit, ἀπολέγειν, & κωλύειν, Wolphium, opinor, juvat nihil. Est enim interdum κωλύειν, sed excipiendo tantum, atqꝫ sustinendo, ut patet hoc ejus exemplo, γέρρα παρατεταγμένα ἦν, εἰς τὸ ἐκδέχεσθαι τὰ τῶν βαρβάρων τοξεύματα. Id qvod in illum Demosthenis locum nullo modo convenire potest.

Pag. 35. C. 8. Διαμίχιον.) Mont. leg. Δία μειλίχιον, qvod rectius videtur: nisi forte malis Δία μύχιον. Si enim Chysor iste Phœnicius, idem & Vulcanus erat, & Jupiter; qvidni etiam Ζεὺς τις μύχιος; Antris enim illis bonus Faber ἐμφιλοχωρεῖ. Ib. βιβλίοις.) Forte reponend. Βιβλίοις, ut Byblios populos, non libros intelligat.

Pag. 36. A. 1. Μισὼρ, καὶ Συδύκ.) Hebræa sunt, מישור rectitudo; & צדיק Justus. Ib. 4. Θωώρ.) Mont leg. Θώθ, melius, ut arbitror: tametsi permutata hic Ægyptiorum & Alexandrinorum nomina videri possint. supra enim pag. 32. l. 1. Thoyth Ægyptiis, Thoth vero Alexandrinis tribuerat: hîc contra. Ib. C. 3. Δαγών.) Hebræum est דגן frumentum: nam & hic σίτων explicatur. & דגון ille Philistæorum Deus, frumenti præses. Infra Noster Sanchuniathonis ore, p. 37. D. 8. ὁ δὲ Δαγὼν, ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος. plura in observationib.

Pag. 37. ult. Παρρία.) Forte leg. Πιερία, qvo nomine aliqvot vel regiones, vel urbes extiterunt, etiam in Syria, cujus Phœnicia pars.

Pag 39. D. 6. καὶ τοῖς προκοσμήμασι.) Mont. εἶτα τοῖς προκ. forte melius, εἶτα κ. τοῖς προκοσμήμασι. tametsi προκοσμήματα esse possint, prævius qvidam orationis fucus, & qvasi seqventib. fabulis προοδοιπορῶν. Ib. 3. ant. fin. ἰδίας καὶ ἐκτ.) Malim καὶ ἰδίας ἐκτ. ut per ἐκτομὰς, partes qvasdam ac veluti frustra intelligat, ex toto illo rerum Phœniciarum corpore decerpta.

Pag. 40. A. 10. ὡς ἀληθῶς.) For. ὡς ἀληθοῦς. Ib. C. 1. Hic locus iterum laudatur p. 156. D.

Pag. 41. B. 10. ἐθ·ιῶν.) Forte an Chronica: ut derivetur ab Hebræo עת, qvod est tempus. Cujus plural. etiam fœmin. est עתות. At in Mont. leg. ἠθικῶν. qvæ si vera lectio est, de vario ac multiplici animantium ingenio scriptum opus illud fuerit: cujus hic specimen aliqvod in serpente. Ib. C. 6. Ἐπήεις.) Mont. ἔπηιος.

Pag. 45. A. 4. Φασί. Diodori locus est, sed planè συντόμως ex lib. 1. descriptus, p. 9. lin. 6. ante fin.

Pag. 46. B. 5. παραλαβεῖν.) Sic enim Diodor. qvod longe rectius, qvam καταλαβεῖν, qvod in al. editione.

Pag. 47. A. ult. λοιπ, &c.) V. observationes.

Pag. 48. A. 2. ὑπὸ τοῦ Διός ποτε. Diodor.) ὑπ' αὐτοῦ δή ποτε. longe melius, qvia paulo post significat, Jovem in illa veri Patris ignoratione, à Cadmo Bacchi parentem celebratum esse.

Pag. 49. A. 3. ἀφιερωμένων ζώων.) Seqventia de animantium apud Ægyptios consecratione, Diodorus fuse lib 1. p. 74. & seq.

Pag. 52. D. & seq.) Locus alius est Diodori, ex lib. 4. pag. 210. B. at subinde decurtatus. Ib. D. pen. Σεμέλην εἰκόνισαν, Leg. videtur, Σεμέλην καὶ εἴκασαν. Apud Diodor. plenius, τὴν δὲ Σεμέλην εἰκυῖαν οὖσαν. καὶ τὸ μέγεθος τῆς περιστάσεως οὐκ ἐνεγκοῦσαν, τὸ μὲν βρέφος ἐκτρῶσαι. ὑπὸ δὲ τοῦ πυρὸς αὐτὴν τελευτῆσαι. Eadem, sed cum aliqva tamen varietate, lib. 3 pag. 198. A. ubi Junonis fraude totum id factum esse scribit.

Pag. 56. A. 2. Λεῶ) Diodor. pag. 239. D. Ἀλεῶ recte. vide Pausaniam in Arcadicis, p. 239. ubi de hoc Herculis flagitio pluribus. Alei filiæ nomen, Αὔγη. Ib. 8. παρ' οἱ ...) Verti, apud Oeneum, Diodor. enim leg. παρ' Οἰνεῖ, qvem tribus ante lineis nominavit.

Pag. 57. B. penult. Φασὶ τοίνυν. Diodor. lib. 3. 189. D. ex qvo nonnulla strictim Eusebius. Ib. C. 4. Τεπαίας.) Legi Τιταίας cum Diodoro, p. 190. B. ubi etiam ait, octodecim illos Titææ liberos, ἀπὸ τῆς μητρὸς ὀνομάζεσθαι Τιτᾶνας. Qvæ notatio qvam recta sit, Mythologi viderint. vide p. 192. A. pen. Ib C. 11. μητέρα.) Diodor. μεγάλην μητέρα.

Pag. 58. B. 6. συμπλακηθῆναι.) Ita enim Diod. qvod rectius visum est, qvam συμπλακῆναι, ut ante legebatur: licet hæc etiam lectio ferri possit.

Pag. 59. C. 11. Post δεισιδαιμονίας,) Mont. add. ἀθανάτου.

Pag. 61. C. 7. ἄδυτα.) Clementis locus extat in Protreptico, p. 7. A. edition. Græcol. Ib. C. ult. θεσπρώτιον.) Clem. θεσπρωταῖον, Mont. θεσπρώτιον. qvæ omnia probari possunt. De hoc Lebete, idemne fuerit ac Dodonæum Æs V. in Observationib. Ib. D. 1. Κιρραῖον.) Modo à Græcis Κύρραν scriptum reperias, modo Κίρραν Cirrham sæpius Latini dixere. Plinius l. 4 C. 3. Ultra, inqvit, Cirrhæi Phocidis Campi, oppidum Cirrha. De Cirrhæo tripode, V. Observation. Ib. D. 2. χεράνδρυον.) Ita reposuimus ex Clemente, cum perperam ante legeretur χεράνδριον. Nec dubium videtur, qvin Libycum illud, ac Dodonæ prope geminum Ammonis oraculum intelligat. Sed mirum est apud Scriptores omnes de Qvercu illa, vel alia qvavis arbore pervetusta, qvod χεράνδρυον hic nominat, silentium. Arrianus qvidem, & Curtius l. 4. qvi omnium uberrime Oraculi situm solumqꝫ describunt, opacissimum ei nemus circumfundunt, nullam tamen alias inter arborem signant, aut vetustate aut cultu eximiam. Plinius autem l. 12. C. 23. ubi de Hammoniaci, sive Ammoniaci lacryma loqvitur, ita scribit. Æthiopiæ subjecta Africa, inqvit, Hammoniaci lacrymam stillat, in arenis suis: (inde & nomine etiam ab Hammonis Oraculo, juxta qvod gignitur arbor, qvam Metopion vocant:) resinæ modo, aut gummi. Verum, opinor, genus arboris innuit, non singularem aliqvam indicat, nec ullam aut vetustatis aut cultus notam adjungit. Theodorus l. 10. de Græc. affect. qvi totus de Oraculis est, inter cætera, καὶ τὴν ἱερὰν δρῦν commemorat, continuoqve subdit, καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον. An ἱερὰ δρῦς nostrum hoc χεράνδρυον est? Ib. D. ult. τὸ Κτώιλον.) Forte glossema est. Qvorsum enim, post Clarium, Pythium, Didymea, qvæ omnia sunt Apollinis cognomenta, ejusdem nominatim meminisse?

Pag. 62. A. 2. τοὺς ἀπείρους.) Clem. expuncto articulo, leg. ἀπείρου, significantius, ut videtur, & gravius. Ib. A. 9. καὶ πλαιὰς ἀκράτου κυ-

βολτήρια.) Hæc in Clemente non legimus, nec in Montac. codice: qvæ tamen, ni fallor, plane Clementis ex Genio. Ib. B. penult. ἐγκυκλήσθω.) Facilis erat conjectura legend. ἐγκυκλίσω, ut est in Clemente. Ib. C. 3. τῶν Φόρων.) Clem. τῶν Φόνων, ut & Mont. meo qvidem judicio rectius. Arnobius tamen lib. 5. legisse visus est τῶν ἐρίφων, hœdos enim reddidit: qvod etiam magis placet; nam & illud, κρεανομία Φόνων, admodum insolens; & hœdis optime cum illis Bacchi sacris convenit. Ib. D. 11. μυθήρια.) Ficta vox est, ἀπὸ τῶ μυεῖν, καὶ θηρεύειν, qvasi etiam initiando venentur. Nihil ergo est, qvamobrem μυστήρια reponatur: præsertim cum subjungat, θηρεύουσι γὸ, dicendum enim potius fuisset, μυστεύουσι γάρ. Nunc τῷ μυθήρια, cum τῷ θηρεύουσιν, optime convenit.

Pag. 64. A. 3. καὶ μὴ γελασείουσιν ὑμ. Clem. leg. κἂν μὴ γελάσαι ἔπεισιν ὑμῖν, pleniore & illustriore sensu. Ib. A. 5. ἐκκερνοφέρησα.) Ita Clem. non ἐκκερνοφόρησα: recte, κέρνον enim, μυστικὸν ἀγγεῖον, κρατῆρα nominabant. Hesychius, Pollux. Athenæus. Ib. B. 5. Clem. δράκων δέ ἐστιν οὗτος διελκόμενος. Ib. C. 2. ἐπικαλῶν.) Male apud Clem. ἐπιπλῶν. Ib. ὃν δὴ κάλων αἰασεῖφ.) Clem. ὃν δὴ κάλον, vel ut Hervet. καλόν. utrumqᵹ mendose. Montac. conjicit καλοὶ, ut conveniat cum Βάκχοι. Forte leg. διὰ κάλων: nisi ea vox à præcedendi, ἐπικαλῶν, proseminata est.

Ib. D. 1. Ἀρρητοφόρια.) Hanc vocem non habet Clemens, qvæ tamen rejicienda non est; licet Grammatici Ἀῤῥηφορία potius, qvam Ἀρρητοφόρια, vel Ἀῤῥητοφορία scripserint. Et festum hoc Minervæ alii, alii vero Cereri & Proserpinæ sacrum faciunt. Ib. D. 2 ἐκτραγῳδοῦσιν. Clemens, ἐκτραγῳδοῦσαι, melius.

Ib. D. 5. ἀποδυώντων Τιτάνων &c.) Brevius & clarius legeretur, ἀποδυώντες Τιτᾶνες, καὶ ἀπατήσαντες παιδαριώδεσιν ἀθύρμασι, διέσπασαν, ὡς ὁ, &c. Nam si prius, εἰσέτι παῖδα ὄντα, qvorsum deinde ἔτι νηπίαχον ὄντα; Qvid qvod sententia, post ἀποδυώντων, Τιτάνων, omnino pendet? Et illa, οὗτοι δὴ οἱ Τιτᾶνες, superflua sunt. Sed eruditioni potius hic Auctor servit, qvam nitori.

Ib. D. 11. παίγνια καμπεσίγυια.) Hæc Apulejus in Apolog. sacrorum crepundia nominat: plane τὰ παίγνια. Scaliger in Catull. Varronis (l. 8. de ling. Lat.) serperastra, esse vult τὰ καμπεσίγυια: vereor ut persuadeat. Hic enim Orpheus crepundia enumerat, qvibus infantes oblectari solent: serperastra puerorum geniculis illigabantur, qvibus crurum pravitatem corrigerent. Lusus ergo fuere τὰ καμπεσίγυια, serperastra medicinæ.

Pag. 65. C. 1 ἀνακτοτελέστας.) Clemens ἀνακτοτελέστας, qvod usitatius est. Hesychius, ἀνακτοτελέσται, inqvit, οἱ τὰς τελετὰς ἐπιτελοῦντες τῶν ἱερῶν. Itaqve, Reges sacrorum, verti. Huc referri potest locus ille Pausaniæ, τῶν Φωκικ. extremo, ἄγουσι τελετὴν Ἀμφισσεῖς ἀνάκτων καλουμένων παίδων· οἵ τινες δὲ θεῶν εἰσιν οἱ ἄνακτες παῖδες, οὐ κατὰ ταὐτά ἐστιν εἰρημένον. οἱ μὲν εἶναι Διοσκούρους, οἱ δὲ Κουρῆτας, οἱ δὲ πλέον τι ἐπίστασθαι νομίζοντες, Καβείρους λέγουσι.

Ibid. 2. ὅις μέλον.) Ita Clem. non, εἰς μέλλον.

Pag. 66. A. 3. Φρέατι.) Puteum hunc Pausanias indicat in Attic. p. 36. dum scribit, Ἐλευσινίοις ἐστὶ μὲν Τριπτολέμου ναὸς, &c. Φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔστησαν, καὶ ᾖσαν ἐς τὴν θεόν. Nempe qvod Ceres eo in puteo consedisset. Unde Callimachus Hymno de Cerere: (qvi versus in Henrici Steph. editione omissus est,) Τρὶς δ' ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο φρητί. Cererem ipsam alloqvitur. Et Nicand. in Theriac.

—— τόν μέν τ' ἱερῇ φάτις, ὅππα τ' Ἀχαιὴ
Δημήτηρ ἔβλαψεν ὅθ' ἄψεα σίνατο παιδὸς,
Καλλιχόρῳ παρὶ φρείατι.

Ib. A. 8. Βαυβὼ, &c.) Horum etiam omnium, si Baubonem unam excipias, meminit idem Pausanias, partim in Attic. p. 13 & 36. partim in Corinth. p. 57. Ib. B. 2. κηρύκων.) Recte: fuerunt enim Eumolpidarum & Præconum Athenis familiæ conjunctissimæ. Pausanias in Attic. p. 36. diserte, Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου, Κήρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες, θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ' οὐκ Εὐμόλπου. Præcipua utriusqᵹ familiæ Mysteriorum cura. Plutarch. in Alcibiade, accusatum eum scribit, qvod ea mysteria domi simulasset, ἐκμιμούμενον αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον, τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους μύστας καὶ ἐπόπτας, idqve παρὰ τὰ νόμιμα καὶ τὰ καθεστηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος. Ib. C. 5. Ὡς εἰποῦσα.) Totum hunc locum Daniel Heinsius, in suis ad Clementem Annotationibus, cum Arnobii versione componens, & emendat probabiliter, & copiose pertractat. Ego tamen vulgatam lectionem retineri posse crediderim, si γελῶν mutetur in γέλω, & post prius μειδῆσαι, virgula inseratur, ut prior ille risus Bauboni, posterior Cereri tribuatur. Ib. D. 3. Κᾶσι τὸ σύνθημα.) Ita sine dubio legendum, non κίστη, ut est apud Clement.. Ib. D. 12. Ἡράκλειος.) Lege Ἡρακλείτος cum Clemente, & Diogene Laertio.

Pag. 67. A. 1. αἰσχρῶς μυεῦνται.) Clem. αἰσχρῶς μυοῦνται. Ib. 2. Idem Clemens, νόμος γὸ & ὑπόληψις κενή. Ib. 6, προτρεπομένων.) προσρεπομένων, qvod rectius videtur. Sed hic meo judicio, colendi ac reverendi significatio commodior sit, qvam adhortandi, qvæ potius τῷ προτρέπειν; convenit, qvam τῷ προσρέπειν qvid qvod præpositione qvadam opus esset, ut ἐπὶ, πρὸς, aut simili?

Pag. 70. B. 2. Legendum putavi. ἐπὶ τοῖς πλημμελουμένοις.

Pag. 71. A. Locus est Clement. Alexandr. ex Protreptico, pag. 22. Græcolatini: Herveti autem 47. Ib. A. penult. Montac. leg. πολλὰ δὴ. rectius. Ibid. C. 4. Ισμαρος.) Clem habet Ἴμμαρος. Qvo de, ac seqventib. vide pluscula in observationib. Ibid. D. 4. ἐπομβρὴ) Clem. ἐπομβρους. Longe melius. Itaqve vertendum erit, si Zenonem Myndium auctorem seqvamur. Fuit is Grammaticus ex Myndo, urbe Cariæ pervetusta. Stephani Mutilat. in voce Μύνδος. ait, Ἀπολλώνιος, καὶ Ζήνων Μύνδιοι γραμματικοί.

Pag. 72. B. 10. μετ' ὀλίγα.) Imo sane πρὸ πολλῶν, nam qvæ seqvuntur, habentur, p. 16. C. Clem. Græco-latini.

Pag. 73. D. 2. ἁμαρτίας ἀπηωρημένης.) Verti perinde ac si haberetur ἡμωρίας ἄπηωρ.

Pag 74. A. 8. θρεπτεύσαι.) Hoc est, opinor, qvod Plutarchus, Alexand. eleganter dixit, τὸ μῦθον

ἀνασώζειν πρὸς ἀλήθειαν. ubi Naphtha delibutam Medeæ coronam fuiſſe, nonnullos opinari tradit, eoqve tam ſubito flammam concepiſſe. Εἰκότως ὧν, inqvit, ἐνιοι τὸν μῦθον ἀνασώζοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τοῦτό φασιν εἶναι τὸ τῆς Μηδείας φάρμακον. Itaqꝫ nonnulli commode fabulam ad veritatem revocantes, aut vero ipſo defendentes, *Sauvans la fable par la verite.* Ib. B. 4. αὐτὸ, Mont. αὐτὸν, qvæ lectio facilior.

Pag. 75. fine. Hic idem locus infra citabitur, ubi Platonis errores pluribus exponentur.

Pag. 76. C. 4. Locus eſt ex 2. de Repub. pag. 429. Ib. C. 7. Τί δαὶ δή.) Plato, Τὰ ἢ δή, melius. Ib. D. 3. ἀπόρρητον.) Pl. & MS. ἄπορον: rectè, ni fallor: id eſt, raram victimam paratuqve difficillimam: ex qvo etiam optime ſeqvitur, paucos admodum hoc ſermonis genus audituros. Ib. D. 4. ὅπως ἂν ἐλαχ.) Melius, qvam ut Pl. ὅ, τι ὅπως ἐλ. Forte ſcripſerat, ὅπως ἂν ὅτι ἐλαχίστοις συμβαίη. Ib. D. 5. ἦδ᾽ ὅς. Ita repoſuimus ex Plat. pro ἦδ᾽ ὅσον, qvod perſpicue mendoſum erat. Ib. D. 6. Καὶ ἦ λέγ. Ita recte diſtinguit Pl. Loqvitur enim Socrates. Imo etiam apud Plat. interponitur ἔφην, ante ἦ λόγῳ. Ib. D. 7. ῥητέον.) Pl. λεκτέον, qvod facilius eſt: tametſi ῥητέον optimo ſenſu dici potuerit. Ib. D. 8. Hæc apud Plat. ſic leguntur: ὡς ἀδικῶν τὰ ἔσχατα, οὐδὲν ἂν θαυμαστὸν ποιῇ. qvæ lectio purior videtur. Ib. D. pen. poſt μέγιστοι. Plato ita ſcrib. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦδ᾽ ὅς, ἐδ᾽ αὐτῷ μοι, &c.

Pag. 77. B. 3. ὑπὸ Διός.) Pl. ὑπὸ ὑέος. Qvæ vox, qvo modo abs me pro Jove filium expreſſerit, neſcio. Jupiter qvidem Iliad. ο. ſui tantum meminit,

——περὶ χερσὶ δεσμὸν ἴηλα Χρύσεον ἄρρηκτον.

Forte an Vulcani qvoqve Junonis filii opera uſus fuerit. Ib. B. 8. ἄνδ᾽ ὑπονοιῶν. Rationem ſubjungit Plato, ſummi Philoſophi cogitatione digniſſimam. ὁ γὰρ νέος, inqvit, οὐχ οἷός τε κρίνειν ὅ, τι τε ὑπόνοια, καὶ ὃ μή. ἀλλ᾽ ἃ ἂν τηλικοῦτος ὢν λάβῃ ἐν ταῖς δόξαις, δυσέκνιπτά τε καὶ ἀμετάστατα φιλεῖ γίγνεσθαι. ὧν δὴ καὶ ἴσως ἕνεκα, περὶ παντὸς ποιητέον, ἃ πρῶτα ἀκούουσιν, ὅτι κάλλιστα μεμυθολογημένα πρὸς ἀρετὴν ἀκούειν.

Pag. 78. Initio. Locus hic extat lib. 2. pag. 9. edit. Græco-lat. Ib. B. 8. Dion. κατεστήσατο, qvam lection. prætuli. Ibid. legitur. τοῖς κρατίστοις τῶν παρ᾽ Ἕλλησι νομίμων; utraqꝫ lectio probari poteſt. Ibid. B. penult. περὶ αὐτῶν.) Dionyſ. κατ᾽ αὐτῶν, qvod aptius videtur. Ibid. C. 3. τὰ κάλλιστα, Dion. κράτιστα. Ib. C. 5. προσυνάψας, Dion. προσοίσοντας. utrumqve rectum. Ib. D. 4. τελεῖται.) Dion. ἄγεται. Ib. D. 9. τῶν ἐθῶν.) Ita reponendum ex Dionyſ. pro τῶν θεῶν. Ib. D. 10. Poſt κυρυβαντιασμοὺς,) Dion. add. καὶ ἀγερμοὺς, ſtipem Diis hinc inde corrogatam. Forte hanc vocem omiſit Euſeb. qvod paulo poſt ſeqvatur. Romæ, non a Romanis qvidem, ſed tamen Deum Matri hoc obſeqvii genus exhibitum. Ib. βακχείας.) Dion. βακχείας, qvod uſitatius eſt.

Pag. 79. A. 8. ἐπεισῆκται, &c.) Dionyſ. hoc modo, ἐπιστέλλεται ἱερὰ, τοῖς ἑαυτῆς αὐτὰ ἅμα νόμοις, ἅπασαν ἐκβάλλουσα τερθρείαν μυθικήν. Sane apud Euſeb. pro νομίμοις, legend. fuerit νομίμοις, & τερθρείαν pro τερθρείας. Ib. A. 11. ἱερᾶς θεᾶς.) Dion. tantum ἰδίας, qvæ propria vox eſt.

Ib. B. 3. μηναγυρτουμένης.) Dion. μητραγυρτουμένης, & paulo poſt μητραγυρτῶν pro μηναγυρτῶν. Utraqꝫ lectio proba eſt. Sed τὸ μητραγυρτεῖν, Deam exprimit, cui ſtipem cogerent: τὸ μηναγυρτεῖν vero, tempus: credo, qvod ſingulis menſibus id factitarent. Heſych. Μηναγύρτης, ὁ ἀπὸ μηνὸς συνάγων πανήγυρις. Qvo loco mallem abeſſet poſtrema vox: qvam etiam tollit Suidas, addens, Μηναγύρτης, ὁ τῆς Ῥέας ἱερεὺς, ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων καὶ συναθροίζων. Vide plura in obſervationib.

Ib. B. 4. τύπους περικειμένοι τοῖς στήθεσιν.) Interpres Dionyſii vertit pectora plangentes. Ego, imagunculas pectori alligatas geſtantes. Nuſqvam certe, τύπους στήθεσι περικεῖσθαι, τὴν στερνοτυπίαν ſignificat. Ib. C. pen. δείγματα.) Legi δείματα, ut apud Dionyſ. Qvid ſi δήγματα legamus, qvæ morſus illos calamitatum perturbationumqꝫ ſignificent? Ib. D. 12. πάσχει θάτερον.) Dion. πάσχειν δυοῖν θάτερον.

Pag. 80. A. 3. ἀποκοπεῖσιν.) Dion. ἀποτετμημέναις. utrumqve rectum.

Pag. 83. A. 1. Uterqve MS. ita diſtinguit, τὴν δὲ Ἥραν, τὴν γαμήλιον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συμβίωσιν.) Qvam diſtinctionem in verſione ſeqvutus ſum. Ib. A. 9. Crediderim legendum, ὁ Ζεὺς εἰς τὴν αἰθ. διω. ἀλληγορούμενος. Ib. B. penul. Οἱ μέν.) Hoc Plutarchi opus non extat. Ib C. pen. οἷον, μή.) Mont. οἷον, ἵνα μή. Ib. D. 5. Mont. poſt ἀλλήλαις inſerit μὴ, unde commodus ſenſus elici poſſit, qvod ſibi Sacerdotes illæ vel ipſum mutuæ conſalutationis officium negarent.

Pag. 84. A. 3. Juvat exſcribere ſimilem ejusd. Plutarchi locum, ex ipſius opuſcul. de conjugal. præcep p. 141. C. Sic habet. Οἱ τῇ Γαμηλίᾳ θύοντες Ἥρᾳ, τὴν χολὴν οὐ συγκαθαγίζουσι τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς, ἀλλ᾽ ἐξελόντες ἔρριψαν παρὰ τὸν βωμὸν, αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου, τὸ μηδέποτε δεῖν χολὴν μηδὲ ὀργὴν γάμῳ παρεῖναι. δεῖ γὰρ εἶναι τῆς οἰκοδεσποίνης, ὥσπερ οἴνου, τὸ αὐστηρὸν, ὠφέλιμον, καὶ ἡδὺ, μὴ πικρὸν, ὥσπερ ἀλόης, μηδὲ φαρμακῶδες. Ib. A. 10. ἱστοροῦσι.) Ægre alium reperias, qvi fabulæ hujus meminerit. Ib. D. 2. Ἥραν τελείαν.) Omitti non poteſt locus ille Pauſaniæ in Arcadicis, p. 253. Ubi de triplici Junonis cognomento, puellæ, perfectæ ſeu maturæ, & viduæ. Ἐν τῇ Στυμφάλῳ, inqvit, Τήμενόν φασιν οἰκῆσαι τὸν Πελασγοῦ, καὶ Ἥραν ὑπὸ τοῦ Τημένου τραφῆναι τούτου, καὶ αὐτὸν ἱερὰ τῇ θεῷ τρία ἱδρύσασθαι, καὶ ἐπικλήσεις τρεῖς ἐπ᾽ αὐτῇ θέσθαι· παρθένῳ μὲν ἔτι οὔσῃ, Παιδί· γημαμένην δὲ ἐπὶ τῷ Διὶ ἐκάλεσεν αὐτὴν Τελείαν· διενεχθεῖσαν δὲ ἐφ᾽ ὅτῳ δὴ ἐς τὸν Δία, καὶ ἐπανήκουσαν ἐς τὴν Στύμφαλον, ὠνόμασεν ὁ Τήμενος Χήραν. De ejuſdem Junonis τελείας fano & ſimulacro apud Platæenſes, idē Pauſan. in Boëotic. p. 283. ita breviter. Πλαταιεῦσι δὲ ναός ἐστιν Ἥρας, θέας ἄξιος μεγέθει τε, καὶ ἐς τῶν ἀγαλμάτων τὸν κόσμον· τὴν δὲ Ἥραν Τελείαν καλοῦσι· πεποίηται δὲ ὀρθὸν μεγέθει ἄγαλμα μέγα, &c. ubi forte delend. illud μεγέθει.

Pag. 85. A. 2. Τὴν λητοῦν.) An recta illa conſeqventia eſt? Diana eſt Latonæ filia. Diana Lucina cognominatur, Ergo Juno & Latona, duo ſunt ejuſdem Deæ nomina. Hoc credo vult, Dianam Lucinæ cognomentum à matre accepiſſe: Junonem proinde, qvæ Lucina vocatur, Dianæ matrem eſſe: qvod ſi verum eſt, Juno Latona eſt, cum Dianæ mater Latona ſit.

Id. A. 9. Ἄρης, ὡς ἀρήγων.) Nova etymologiæ ratio, qvæ nec Macrobio ſuboluit, cum

Saturnal. l. 19. de unico Solis Martisqve numine disputaret. Plato in Cratylo, κτ̀ τὸ ἄῤῥεν τι καὶ τὸ ἀνδρεῖον, dictum esse mavult. Clemens Alexandr. in Protrept. p. 32. ἀπὸ τῆς ἄρσεως καὶ ἀναιρέσεως: ubi τὴν ἄρσιν, vel pro ferocia qvadam & elatione militari; vel, qvod mihi probabilius videtur, pro ipsamet ἀναιρέσει, usurpavit. Ib. A. 10. Ἀπόλλων, ὡς ἀπαλλάττων.) Vide Macrob. Saturnal. l. 17. ubi alias inter etymologias, hanc qvoqve probat, ut Ἀπόλλων dictus sit, qvasi ἀπολλύων τὰς νόσους. Plato in Cratylo, qvasi ἀπολούων, vel ἀπολύων, ὡς ἰατρὸς ὢν τῶν κακῶν. Clemens Deum unum hoc nomine indicari mavult, Strom. 1. Ubi, Ἀπόλλων, inqvit, μυστικῶς κτ̀ στέρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὁ εἷς ὢν θεός. Qvam notationem probat etiam Chrysipp. apud Macrob. ut Latine Sol, qvasi Solus vocetur. Porphyrius infra, p. 112. B. 4. ἀπὸ τῆς ἀκτίνων πάλσεως. Apollinis nomen arcessit.

Ib. B. 9. αὐτὰρ ἐπειδή.) Homer. ιλ. τ. v. 187. Sed in 2. versu leg. προφόωσδε. Qvomodo autem τῇ προθέσει τ συνθέσει ἔθλιψε; Credo, qvod particula ἤ, qvæ vel sola, vel cum altera πρό, vulgaris propositionis vice fungitur, eo loco posita, svaviorem orationis collocationem & nexum impediat. Cæterum de vocis hujus compositione, ita Eustath. ιλ. π. ἐν τῷ προφόωσδε, inqvit, οὐ κτ̀ τὸ παρέλκον ἡ πρόθεσις κεῖται, ἀλλὰ τὴν τοῦ βρέφους πρόοδον εἰς φῶς δηλοῖ· ἔνθα καὶ ἐφερμηνευτικὸν τῆς πρὸ προθέσεως, τὸ φόωσδε. At ιλ. τ. ubi de Junone, qvæ septimo mense Eurystheum in lucem excusserat, cum dixisset Homer. Ἐκ δ' ἄγαγε προφόωσδε, καὶ ἠλιτόμηνον ἐόντα. Eustath. ἐν τῷ προφόωσδε, inqvit, ἡ πρὸ πρόθεσις, τὸ πρὸ καιροῦ, τ Εὐρυσθέα γεννηθῆναι δηλοῖ. Sane de Hercule suo tempore nasciturо, dixerat ante Jupiter, σήμερον ἄνδρα φόωσδε, μογοστόκος Εἰλείθυια. Ib. C. 8. μηκέτι.) Mont. καὶ μηκέτι, recte. Cæterum tota hæc fabula pertexitur etiam à Pausania, in Bœotic. p. 284. qva de plurib. in observationib.

Pag. 86. C. pen. κατεκάλυσε.) Legend. videtur κατέκλυσε, vel κατεκάλυψε. Ib. D. 5. ὁμονοία, &c.) Malim, ὁμόνοια καὶ διαλλαγὴ τῶν θεῶν ἐλέχθη.

Pag. 87. A. 4. ἀνασείσεως.) Omnino legend. videtur ἀνατάσεως, ut infra p. 132. D. 12. Ubi de præstigiatorum carminibus ad speciem & ostentationem compositis, ait, πολλῷ δὲ τῷ τῆς ἀνατάσεως κόμπῳ, τῷ τε πεπλασμένῳ τύπῳ τῆς θεοφορίας ἐσχηματισμένα. Vulgo qvidem, ἀνάτασις ἀντὶ τῆς ἀπειλῆς sumitur, ut ἀνατείνεσθαι ἀντὶ τοῦ ἀπειλεῖν. Sed tamen, ut ἀνατείνεσθαι, sic & ἀνάτασις, ὑπερήφανόν τι καὶ σοβαρὸν, & ἀγέρωχον non minus eleganter significat. Porro, ubi ἀνάτασις pro comminatione usurpatur, vulgaris etiam hic error est, ut ἀνάσεισις legatur. Athenæus l. 4. p. 157. C. Διὸ πάντας ἐκφεύγοντας τὰς τῶν κυρίων ἀνασείσεις, φοβεῖσθαι τὸ ζῆν ἑκόντας (non ἑκόντες) ἐκβῆναι. Ideoq; omnes, uti Dominorum (f. Deorum) comminationem effugiant, voluntaria morte vitam abjicere formidare. Ubi optime Casaubonus, (vir magnus, si Catholicus fuisset,) legit ἀνάτασις; cap. 14. Animadvers. in eum lib. Qvo loco aliqvot alia similis erroris exempla suppeditat.

Pag. 88. B. Τεύτους.) Diodorus Siculus lib. 1. p. 11. novæ edit. antiqvæ vero 7. Ib. C. 2. πλεῖστα.) Alter ex MM. πλεῖστα, recte meo judicio.

Pag. 89. B. 2. Τροφῆς. Diodor. τροφὸν, qvomodo gallice dicimus, *Mere nourrice*. Ib. B. 8. πρὸς ὦ.) Forte legend. πρὸς ὅ. Certe πρὸς ᾧ ὑπάρξαι idem erit, qvod ᾧ ἀνατεθῆναι.

Ib. C. 12. τριτογένειαν.) Plutarchus de Iside & Osiride, p. 381. e. longe aliter hoc cognomen ἐτυμολογεῖται, ex Pythagoræorum Symbolis, dum ait: τὸ μὲν γὰρ ἰσόπλευρον τρίγωνον, ἐκάλουν Ἀθηνᾶν κορυφαγενῆ καὶ τριτογένειαν, ὅτι τρισὶ καθέτοις ἀπὸ τῶν τριῶν γωνιῶν ἀγομέναις διαιρεῖται.

Pag. 90. A. 4. Καὶ τι.) Homerus Οδυσ. ρ. v. 486.

Ib. C. 7. Ἀπ' ἄλλης.) Plutarchus de Iside & Osiride, p. 363. D. 2. Ib. C. 9. δοκουμένων.) Plutarch. ὁμωνυμίων.

Pag. 91. A. 5. 6. αὐτοί μοι.) Vertere non dubitavi, qvasi scriptum esset, αὐτοὶ μὴ, qvod sensus omnino postulat. Ib. A. 9. Aut hoc σωμάτων, aut qvod seqvitur, σώματος, delendum videtur.

Ib. A. pen: Ἱστοροῦσιν.) Hic mihi Plutarchi locus non occurrit, sed alii duo non absimiles, eod. in lib. de Is. & Osir. qvos vide in observationib. Cæterum γαλιάγκωνα reposui, pro γαλεάγκωνα: sic enim ubiqve scribitur, & vel brachio tantum, vel etiam toto corpore breviorem significat. Qvi tamen hanc vocem ἀπὸ τῆς γαλῆς arcessunt, iis magis τὸ ε placeat, qvam ι. Non absimiles, qvi Latinis olim Anci dicebantur. Sic enim Festus; Ancus, qvi aduncum brachium habet, ut exporrigi non possit. Et Glossario veteri, Ancus, Mancus est, κυλλός, λορδός. Recte κυλλός. is enim, χωλὸς, & καμπύλος Hesychio dicitur: At λορδὸς, cernuum potius significat, ejusmodi fere, qvem Gallice vocamus *lourdaut*. Varro tamen, Ancum Sabinam esse vocem putavit.

Pag. 92. B. Hic Porphyrii locus non extat.

Ib. B. 1. περὶ τῶν ὁρωμένων, &c.) Impressi codicis lectionem seqvutus sum, qvam etiam MSS. repræsentant, nisi qvod pro ἐν ἀρχῇ λόγων, habent ἐν ἀρχῆς λόγῳ, hoc est in principii loco ac numero. Mont. mutat præterea τῶν ὁρωμένων κόσμων, in ὁρωμένου κόσμου. Sed Ægyptii plures invehebant mundos. Cæterum Euseb. noster infra, p. 118. D. penul. præsentem locum indicans, ita scribit, Ἀκήκοας γὰρ ἐν τοῖς πρόσθεν, ὅπως τ Χαιρήμονα, & πλείους ἄλλους ὡμολόγηται μηδ' ἄλλο τι πρὸ τῶν ὁρωμένων κόσμων ἡγεῖσθαι, ἐν ἀρχῆς τε λόγῳ τίθεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους. Qvibus ex verbis, loci hujus emendatio peti possit, hoc modo, πρὸ τῶν ὁρωμένων κόσμων ἡγοῦνται, ἐν ἀρχῆς τε λόγῳ τίθεσθαι τοὺς Αἰγυπτίους. Clarius tamen locutus esset, si pronomen αὐτοὺς (nempe κόσμους) ante τίθεσθαι addidisset. Ib. B. 7. ἡμᾶς.) Reponere visum est τινάς, qvæ conjectura facilis erat; eamqve lectionem postea in duob. MSS. Regiis, & Mont. codice reperi. V. pluscula in observationib. Ib. D. 12. ἀπόῤῥητος.) Ita MSS. ambo, non ἐπίῤῥητος, ut ante legebatur.

Pag. 93. C. 12. Locus est Porphyrii l. 4. περὶ ἀποχ. duob. fol. post initium: recent. autem editionis pag. 372. Magna qvidem ibi lectionum varietas est, eaqve sæpe non improbanda, sæpius mendosa. Interpretem, si lubet, consule.

Pag. 94. A. 5. Κυνοπολίτην.) Excusus alter, habet Λυκοπολίτην. Elige: utroqve nomine Præfecturas Ægyptus habuit: de qvibus ac cæteris consule Ptolemæum, Strabonem lib. 17. Plinium

lib. 5. c. 9. Non deest, in qvo illi discrepent. Busirites qvidem, Ptolemæo Βουσιρίτης, ut hic: Straboni, & excuso Porphyrio, Βουσειρίτης per diphthongum. Notat etiam Strabo, ex animantibus nonnullas esse, qvas Ægyptii colant universi, Bovem, Canem, felem, accipitrem, Ibim, Lepidotum piscem, & Oxyrynchum: alias qvæ singulorum Nomorum propriæ sint, ut lupum Lycopolitani, &c. Ib. A. 6. Hic verborum facta videtur nonnulla trajectio. Itaqve verti, perinde ac si legeretur, δυνάμει, ἣν διὰ τῶν συννόμων ζώων ἕκαστος, &c. Sed Typographorū vitio, alterum, qvas, in versionem irrepsit. Excusus tamen recentior, legit δυνάμιν τοῦ θεοῦ, διὰ τῶν συννόμων ζώων, ὧν ἕκαστος τ. ο. π. ε. qvæ mihi Lectio non minus probatur.

Ib. A. 8. τὰ κάλλιστα.) Excus. recent. μάλιστα, nec istud male: ac fortasse Porphyrius scripserat τὰ μάλιστα, qvod ἀττικώτερόν γε φαίνεται.

Ib. B. 2. ἐσιὼς ἐπὶ τοῦ εἴδους.) Longè, opinor, melius, qvam ut in excuso utroqve, ἀνεσιὼς ἐπὶ τῆς ὁδοῦ. Ib. Ταῦτ' οὖν σέβονται, &c.) Ita hic locus in excuso legitur. Ταῦτ' οὖν σέβοντες, τὰ μέτοχα καὶ μάλιστα πλείονων τούτων ἐλάμφθησαν, ὡς ἐπὶ πλέον τ. ι. μετ. Tum, Μετὰ ταῦτα δὲ πάντα τὰ ζῶα. Neutra lectio castigata satis videtur: nostra tamen vero propior est: in qva fortassis, τὸ μάλιστα, vel τὸ πλέον expungi qveat. Ib. B 8. Αναβιν,) Excus. Ανουβιν, qvæ vox sane apud Ægyptios notior. Sed infra 117. Anamis vocatur. Ib. 9. τούτων.) Excus. τούτῳ: recte. Seqvitur, κ. ε. τ. β. τ. ἱερεία κεῖται. ὃ δὴ μετ' ὀλίγον φαίημεν· τὰ δὴ καὶ αὐτῷ ὡς ἀνθρώπῳ παρεσκεύασται. Qvæ postrema rectius, opinor, & clarius leguntur in nostro. Ib. C. 3. παρ' αὐτῆς σοφίας.) Interpr. Porphyrii, ex sapientiæ impari discrimine, & ex conversatione certorum animalium circa res divinas, qvædam qvibusdam Diis magis grata qvam homines delegerunt. Tu judica. Ib. C. 6. ἱερά, Excus. ἱέρακα, qvam lectionem seqvuti sumus. Sane ex voce ἱέρακα, duæ hic perperam natæ sunt, ἱερὰ καί· nam istud καὶ, prorsus expungi debet, ut in Excus. Qvod minus observatum effecit, ut vir doctus hæc de Scarabæis acciperet, atq; hunc locum perperam explicaret. Ib. C. 10. ἐπιμεμυκότα.) Excus. vetust. ἐπιμεμυκότα εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς, qvæ vera lectio est: Seqvitur enim, quod Euseb. præteriit, ἐν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πεπιστεύκασι φῶς. V. observationes. Ib. C. 11. Καὶ θάρρου δὲ,) Excus. κάνθαρον, melius. Ib. D. 6. Post. ἐκδέχεται,) Excus. inserunt, εἰκοσιοκτώ.

Pag. 95. C. 1. προσρήσεως.) Alter è MSS. cum Montac προσρήσεις, melius.

Pag. 97. φθέγξομαι.) Hic Porphyrii locus non extat. Ib. D. ult. ἀποτυπώσαντες, Mont. & alter MS. ἀποτυπώσαντες.

P. 98. B. 5. αὐτοῦ.) Alter e MSS. αὐτό, recte.

P. 99. A. penul. Η δὴ,) Locus hic Plutarchi non reperitur, nec seqventes Callimachi versus.

Ib. B. 7. Οὔπω.) Prius hoc Callimachi distichum, mihi qvidem ἀνίατον. Ex eo tantum utcunqve discimus, rudem tabulam aut asserem, hoc simulacrum fuisse. Posterius Distichum facilius est: tantum loco Δαναὸν, reponendum ex altero M S. Δαναός. Lindus autem urbs fuit in Rhodo Insula. Sensus igitur est, tum, id est olim, eo modo erectos fuisse positosqve Deos, hoc est ligneos: Danaumqve Lindi, læve Palladis simulacrum, hoc est, (ut qvidem existimo) lævigatum pro simulacro lignum posuisse. Nisi dicamus, cum rudes prius informesqve stipites erigerentur, primum a Danao Minervæ simulacrum, ex ligno illud qvidem, sed lævi ac polito constitutum fuisse. Ib. B. penul. Πείρας, &c.) De hoc, ejusqve filia Callithyia, plura in observation. Ib. C. 7. χρώματα νοσώδη.) Hoc etiam asperius est, qvam qvod Bernard. habet Serm. 4. de Adventu: Aurum & argentum, inqvit, nonne terra est rubra & alba, qvam solus hominum error facit, aut magis reputat, pretiosam? Ib. C. 10. τροφῆς.) Error manifestus, pro τρυφῆς, ut habent manusc. licet Mont. annotet. al. scriptum esse μορφῆς.

Pag. 100. C. 11. ἰδεῖν.) Forte legend. ἰδοις, hoc est, ἰδεῖν ἔνεστι. Porro Serapis apud Macrob. Saturn. 1. 20. non absimilia sibi tribuebat, his versibus.

Εἰμὶ θεὸς τοιόσδε μαθεῖν, οἷον κ' ἐγὼ εἴπω.
Οὐράνιος κόσμος, κεφαλή· γαστὴρ δὲ, θάλασσα.
Γαῖα δέ μοι πόδες εἰσί· τὰ δ' οὔατ' ἐν αἰθέρι κεῖται.
Ομματα τηλαυγῆ, λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Ib. D. ult. Διὸς ἦα,) Qvem? an ipsummet Æthera? Si lectio integra est, vix occurrat alius. Qvid si legatur Διὸς ὦτα;

Pag. 101. C. 1. παλυθέσκελα.) Qvid sit nescio. Conjiciebam primùm πολυθείκελα, qvasi Deo simillima, vel maxime consentanea. Occurrit jam παλιθέσκελα, qvasi denuo luci reddita, Deo qvoqve denuo similia, vel convenientia existerent. Qvam lectionem alter etiam e MMSS. exhibet.

P. 102. A 4. οὐδ' ἄλλο.) Unus ex Manusc. οὐδ' ἄλλον. F. οὐδὲν ἄλλο, ut pag. 103. A. 1.

P. 105. B. 1. καὶ ἀέρος.) Additum est ex alt. MS. At in versione præterita vox, *Aeris*; ubi etiam, *fœtus*, reponendum est, pro *fœtum*. Qvanqvam, minus recte, ut videtur, Elementa illa Eusebius materiæ fœtum vocavit, qvæ nulla ex materia creata fuerint. Ib. D. 11. τίς κατέδειξε) Ita Septuag. qvos habemus. Vulgata, *Qvis creavit hæc?* ut in Hebr. מי־ברא. Videntur Septuaginta, qvod proprium creationis est, ut ejus vi, qvod ante nullum erat, repente cernatur, innuere voluisse. Adde qvod καταδεικνύειν, etiam edere est, in lucemqve proferre: imo & fortassis, efficere: qvemadmodum ἀποδεικνύειν, & ἀποφαίνειν, sed cum propriis casibus. Ib. C. 7. καί τοι.) Uterqve MS. καί γε, ἄγαλμα videlicet.

P. 107. D. 6. εἰ δὲ.) Uterqve MS. εἰ δὲ. rectius.

P. 108. C. 4. νοῦς δ'.) Versus integritas postulat, ut supra νοῦς δέ γε, vel δέ τι. Ib. C. 9. ὑπερμενέα Κρονίωνα.) Melius ὑπερμενέος Κρονίωνος, ut supra.

P. 109. D. 10. κύων.) Mont. κύνα. E manuscr. alter, κυῶν, κύνα μέν. Alter κυνῆν, qvæ vera mihi lectio visa est. Orci enim galeam intelligit, qva de in observat. aliqvid. Sane paulo post addit, canem aliud qvoddam Plutonis Symbolum fuisse.

P. 110. A. 7. ἡ χορηγός.) Si nihil omnino deest, legend. videtur. ᾗ χορηγός, I. qva, vel qvatenus vim eam suppeditat. Plenius f. legi possit, παρὰ τὸ κυνῆν τὴν γῆν, ᾗ χορηγὸς, vel potius ὁ χορ. nempe τὴν κυνῆν. Ib. A. 11. πλεονεκτῆσαι.)

Haud temere verbum πλεισοζονεῖν reperias: sæpe πλειστηγονεῖν. Forte tamen istud inseri aliqvando possit, ut in ὠρεσπολογία pro ἱερεσιλογία: supra. Sane infra, p. 119. lin. ult. eod. iterum modo scriptum reperitur.

Pag. 112. B. 5. ὀκτὼ ἢ ἐπάδουσαι, &c.) Plutarch. Sympos. l. 9. q. 14. multa de novenario Musarum numero, ubi etiam hæc Porphyrianis minus aliena. Μοῦσαι δὲ εἰσιν ὀκτὼ σφαίραις (F. σφαίρας) μία δὲ, ἡ περὶ γῆν εἴληχε τόπον. Tum cœlestibus id muneris attribuit, ut πλανωμένων ἄστρων πρὸς τὰ ἀπλανῆ, καὶ πρὸς ἄλληλα συνέχωσιν ἁρμονίαν. Nonæ autem illi, ut hominibus, qvantum capere possint, χαρίτων, καὶ ῥυθμοῦ, καὶ ἁρμονίας ἐνδιδοῖν, διὰ λόγου καὶ ᾠδῆς πειθὼ πολιτικῆς καὶ κοινωνικῆς συνεργὸν ἐπάγουσα, παραμυθουμένην καὶ κηλοῦσαν ἡμῶν τὸ ταραχῶδες, καὶ τὸ πλανώμενον ὥσπερ ἐξ ὁδίας ἀνακαλουμένην ὀπίσω, καὶ καθιστᾶσαν· male enim καθιστᾶσι. Ib. C. 3. Ηρακλέα.) Macrob. Saturnal. l. 1 c. 20. hac de re plurib. aliunde tamen Herculis etymologiam arcessens. Heracles enim, inqvit ille, qvid aliud est, nisi Heras, (id est Aeris) decus, i. gloria? qvæ porro alia gloria est, nisi Solis illuminatio? &c. Hanc notationem, vulgarem licet atqve contritam, Etymologicon magnum repudiat: sed minus rectè, ni fallor. Alias tamen complures affert non minus exqvisitas: in qvibus præcipuæ duæ: altera, ut dictus sit παρὰ τὴν ἔραν, καὶ τὸ κλέος, qvasi ἐν τῇ γῇ ἔνδοξος: altera, παρὰ τὸ ἥρως, καὶ κλέος, juxta illud Phœbi oraculū.

Ηρακλείαν (f. Ηρακλῆ) δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει.

Ηρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων, κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Ηρα φέρειν, ἀντὶ τοῦ χαρίζεσθαι. notum ex Homero, ejusqve Interprete Eustathio. Ib. D. 1. τῆς γονικῆς.) Macrob. i. Saturn. c. 20. multa in hanc sententiam.

P. 113. A. 1. Διόνυσος.) V. eund. Macrob. eod. l. c. 18. Ubi hanc in rem Orphei loca duo profert admodum insignia, Prior est,

——Διόνυσος δ᾽ ἐπεκλήθη,

Οὕνεκα δινεῖται κατ᾽ ἀπείρονα μακρὸν Ολυμπον.

Posterior, multa ex Bacchi ornamentis & insignibus, eidem Soli κατ᾽ ἀλληγορίαν attribuit.

Pag. 115. A. 7. Κνήφ.) Non Eneph, ut ut est apud Pierium. Affinis Hebræa vox, כנף, id est, ala: qvæ præcipuum à Porphyrio numinis hujus insigne ponitur. Ib. B. 6. Φθᾶ.) Ergo, qvi Phœnicib. l. 1. tit. 10. p. 35. Chrysor dicebatur, Ægyptiis Phtha, dictus est Vulcanus. Hebræa vox פתח, hoc est, aperire, aut solvere, satis, opinor, & cum Ægyptiaca, & cum ignis vi atqve natura plane διαλυτικῇ convenit.

Ib. 115. C. 6. Φύσιν.) Mont. θέσιν, melius, ut videtur. Ib. C. 7. Ηλιον δέ.) Geminus est ille Clement. Alexandr. locus, Strom. 5. aliqva tamen ex parte dissimilis. Αἰγυπτίων, inqvit, οἱ μὲν ἐπὶ πλοίου, οἱ δὲ ἐπὶ κροκοδείλου τὸν Ηλιον δεικνύουσι. σημαίνουσι δὲ, ὅτι ὁ Ηλιος δι᾽ ἀέρος γλυκεροῦ καὶ ὑγροῦ τὴν πορείαν ποιούμενος, γεννᾷ τὸν χρόνον, ὃν αἰνίσσεται ὁ Κροκόδειλος διά τινα ἄλλην ἱερατικὴν ἱστορίαν. Cæterum, τὸ ποτὲ μὲν, lin. seq. prorsus ἀναπόδοτον est.

Pag. 116. B. pen. ἐλεφαντίνην πόλιν.) Urbem Ægyptiacam agnoscit Herodot. in Euterpe, ubi Crocodilos urbis hujus incolis sacros non esse docet. eamqve Thebis, 20. supra 800. stadiorum intervallo disjungit. Agnoscit & in Thalia, indeqve Ichthyophagos ad Cambysen venisse commemorat. Multi videlicet populi hoc nomine, licet præcipuos Strabo l. 15. in Ariana collocet, qvæ ad Carmaniam usqve pertineat. Agnoscit Arianus lib. 3. de exped. Alexand. Heliodorus Æthiopic. histor. l. 8. Ptolemæus insulam Nili esse tradit, qvæ Plinio l. 5. C. 9. Elephantis dicitur. Ib. C. 2. αἰθιοπικὸν.) Hoc de loco, V. pluscula in observationib. Ib. D. 3. Ιπποποτάμου.) Eqvum hunc fluviatilem Herodot in Euterpe, p. 131. edit. Græcol. Papremitanæ tantum Præfecturæ Sacrum esse ait, eumqve describit qvadrupedem, bifidis pedibus, bovinis ungulis, simum, eqvina juba, cauda, voce; χαυλιόδοντα, i. laxis & exertis dentib. maximi tauri magnitudine, cujus ex arefacto corio missilia fiant. Diodorus Sic l. 1. propemodum eadem. Cubitorum ei qvinqꝫ magnitudinem tribuit, tres utraqꝫ ex parte χαυλιόδοντας Apri dentibus majores, eqvinas aures; additqve ἀμφίβιον esse, qvi sub aqvis interdiu delitescat, noctu segetem ac fœnum depascatur. Adi & Pausaniam Ηλιακ. α. p. 159. & in Arcadic. p. 275. ubi ait, Cyzicenos, Μητρὸς Δινδυμήνης ἄγαλμα, ex Proconeso habuisse, cujus vultus, ἀντὶ ἐλέφαντος ἵππων τῶν ποταμίων ὀδόντες ἦσαν εἰργασμένοι. Numi veteres, & oculati testes dissimilem ejus speciem exhibent, eamqve bovi porcoqve similiorem, qvam eqvo. Porro, qvod Typhonem Hippopotami specie figurarent, id, opinor, ad incestam animantis hujus impietatem retulerunt, qvi patrem potiundæ matris cupidus interficiat, ut ait Plutarch. de Solert. animal. Imo & demortui carnib. vescatur, ut Ælian. l. 7. c. 19. Ib. D. 13. περιπολοῦντας.) Qvid si περιπλέοντας;

Pag. 117. A. ult. Αναιας.) Supra, p. 94. B. pen. legitur Αναβις· Facilis mutatio τοῦ β in μ, aut μ in β, qvomodo a librariis pingebantur.

Ib. C. 4. ἐν ἡλίου πόλει.) Vide supra, 47. A. 11. & 51. B. 1. Itemqve observation. ad pag. 47. Porro Herodot. l. 2. a mari sursum ad Heliopolim usqꝫ, intervallum esse ait σταδίων πεντακοσίων καὶ χιλίων.

Pag. 118. C. 5. χερῶν.) Alter e manuscr. χειρὶ ut paulo ante.

Pag. 120. A. 8. Φέρε.) Hanc vocem duabus inclusi virgulis, ac reddidi, *ut hoc præcipue seligam.* Sic enim haud dubie sumitur, pro, φέρε εἰπεῖν, hoc est, *verbi gratia*: qvemadmodum μικροῦ & ὀλίγου, pro, μικροῦ δεῖν, ὀλίγου δεῖν, passim usurpantur, ut alios omittam ἐλλειπτικοὺς λόγους. Rarus tamen iste est hujus vocis usus: & subobscure tantum a Suida indicatus, dum ita scribit: φέρε οἷον ὑπόθου. ἄγε οὖν. Distingvendum, opinor, οἷον ab ὑπόθου. distinctæ enim, licet affines, duæ illæ acceptiones: οἷον, est, *Exempli gratia*: ὑπόθου, *pone, finge hoc esse, vel dici.* Nec minus distingvendum videtur ἄγε, ab οὖν: qvia etiamsi, τὸ φέρε pro utroqꝫ conjuncto sumi possit, potest tamen & pro utroqve seorsim. Obiter etiam notandus est usus ille τοῦ φέρε εἰπεῖν, qvem habet interdum initio periodi, pro At enim, At forte, At vero. An vero? ac fere cum ἀλλά. Dionys. Halicarn. l. 4. sic usurpat, ubi Servius Tullius, refutatis criminibus aliis, qvæ sibi a Tarqvinio objici potuissent, ita pergit φέρε εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ὑπερήφανός εἰμι καὶ διὰ βαρύτητα ἐπαχθής. At fortassis arrogans sum, & propter

morum acerbitatem gravis ac molestus. , vel, cum interrogatione, An verò? an forte?

Ib. B. 8. Ἄλλοι, &c.) Deest omnino verbum aliqvod, puta φασιν, aut φήσουσιν, aut οἴονται, aut aliqvid simile: alioqvi pendebit sensus.

Pag. 121. A. 6. Στρατι.) Sumptus hic locus est ex Pyth. od. 3. antistr. 3. qvem nunc emendatum habes, & suis versibus numerisq; distinctum. Qvos etiam in eo vertendo utcunqve servavimus. Eundem laudat Cyrill. Alexandrin. in Julianum Apostatam, lib. 2. tomi qvinti, pag. 118. Græci codicis manuscripti, qvem accepi à R. P. Jacobo Sirmondo. Habetur lib. 6. codic. Latini, p. 621. Sed cum ibi qvoqve Græci versus male distincti sunt; tum ver. 1. & 2. perperam legitur θυμῷ pro μισθῷ: ver. autem 5. vox ἄμποδε male præteritur. ver. postremo ἐπίσκηψε legitur, pro ἐνίσκηψε Reliqva vide in observationib.

Pag. 123. C. 7. Τρίκκη.) Thessaliæ oppidum est, qvod alii Tricam, simplici c. Ib. D. 7. ἔνδοθι. γρ. ἔνδοθι. Ib. 8. αἶν γαῖα.) γρ. γᾶ. recte. Al. γῆ.

Pag. 124. A. 9. ἱερῆς.) Versus postulat inseri, ὅς.

Pag. 125. A. 6. Ὅτι δὲ,) Alter è manuscr. καὶ ὅτι. Qvod sane melius duos hosce versus, usqve ad σημειώσεις, cum superioris Capitis fine contexit. Nec mihi dubium est, qvin seqvens, ab illis tantum vocib. Ποιτῶν μὲν ἂν, inchoari debeat. nam & nullo sensu præcedentes lineas excipiunt; & φωναὶ illæ περιηχήμεναι, Deorum responsa superiori capite allata significant.

Pag. 126. B. 6. δοχέα.) Vox, ni fallor, parum usitata; his tamen numinum ὑποδοχαῖς aptissima: qvam paulo post, c. 7. repetit, itemq; pag. 194. D. antep. & 195. ult. Ib. B. 7. ἀποφοιβάζειν.) Non minus rara vox, qvam tamen omn. manusc. retinent. Τὸ φοιβάζειν, longe communius. Ib. C. 1. οὐδ᾽.) γρ. οὐδ᾽ εἰ. Non male. Ib. C. 8. post αὐτὴν deest aliqvid; puta, οὐκ ἂν δὴ ἀμάρτοιεν, aut aliq. simile. Tum legend. videtur, ἀρχὴν γὰρ δοῦναι: nam alter e manusc. habet δοῦναι, licet ἀρχὴ, non ἀρχὴν legat. Ib. D. 1. ὡς κατὰ καιρόν.) vide infra p. 173. & 174. initio.

Ib. D. 8. Ἀλλὰ γάρ.) Malim, (si ulla distinctione opus est) ab his vocib. novum ordiri caput: qvod alioqvi pendens hiansqve sententia inchoabit.

Pag. 127. C. 1. Ἐπισκήψεις.) Credo θηλάτους πληγὰς intelligit qvemadmodum & pag. 130. C. 1. ἐπισκήψεις κατ᾽ ἀσεβῶν. Seqvitur ὧν δὴ τὸ καί. Delendum videtur illud τὸ, nec habetur pag. 130. C. 1, ubi eadem repetit.

Pag. 130. B. 1. ὃ δὴ μυθικόν. &c.) Paucula verba, sed valde necessaria, supplevimus ex altero manuscr. qvæ etiam agnoscit Mont. Ib. B. 6. Ἄλλος.) Ita reposuimus ex alt. manusc. cum ante legeretur ἄλλως, qvod male cum ὑπισχνεῖτο conveniret,

Pag. 132. D. 9. ἐκπλῆξιν.) Illustrior fortassis oratio videretur, si τὸ ἐκπλῆξιν, præcedente versu post τοὺς πολλοὺς scriberetur. Levis tamen ista trajectio fuerit, si cum atticis conferetur.

Pag. 133. C. 1. Μηδαμῇ μηδενὸς ἐθέλοντος.) Ita omnes. Sed profecto, saltem ἐθέλοντας reponendum videtur, ut cum præcedentib. accusat. & seqvente, περιφέροντας, conveniat.

Pag. 134. D. 16. Δωδωναῖος.) Ita omn. nec mutare sum ausus. An Dodonæum Jovem plurib. Apollinis cognominibus inserere voluit? An Apollo qvispiam fuit, cognomento Dodonæus? legere me non memini. Sane Διδυμαῖος potius legeretur, idem qvi & Milesius, & Branchides, ut notissimum est. Et cognomenta ista vulgo conjungebantur. Clem. Alexandr. in Protrept. p. 7. διήγησαι ἡμῖν καὶ τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς, τὰ ἄχρηστα χρηστήρια· τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμέα. Qvem locum supra laudavit Euseb. p. 61. D. penult. Arnob. l. 1. Delius Apollo, vel Clarius, Didymæus Philesius, Pythius, &c. Imo & Didymæus Jupiter potius dici potuit, qvam Apollo Dodonæus, Ita enim Callimach. Φοῖβέ τε, καὶ Ζεῦ Διδύμων γενάρχα. Et uterqve Didymæi præses oraculi. Stephan. Δίδυμα, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου, ἀφιερωμένον Διῒ καὶ Ἀπόλλωνι.

Pag. 135. A. penult. Πάνθειον.) Communior, ac melior scriptura est, Πάνθεον. penult. dipthong.

Ib. B. 8. εἰ δὲ μηδὲ, &c.) Leve satis argumentum, cum & Judæorum, & Christianorum Templa non semel etiam conflagrarint: nisi addideris, qvod lib. 6. plurib. Dæmones fati necessitate victos, incendium ab iis depellere non potuisse.

Pag. 136. B. 4. ἔθ᾽ ἕτερα.) Legend. videtur, οὐδέτερα. qvæ vox, tametsi, neutra, sonet potius, qvam, nulla: per se se tamen reddi commode potest, nullo modo. Themist. orat. 10. p. 236. καίτοιγε περιήγορον εἶχον οὐδέτερα λῃστὰς, qvasi omni ex parte tectum patronum illum fuisse dicat. Verum alt. ex manuscr. legit οὐθάτερα. Qvomodo. Noster Demonstr. lib. 4. c. 9. pag. 101. lin. ult. de Dæmone loqvens, διὰ ἡ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας, θάτερα λῃστοὺς τοῖς περιβολίοις ἀνθρώπους εὕρατο. ubi legend. videtur περιβολίοις. I. At gentib. omnib. gravia minatus cum esset, alia ratione suis ipse venabulis captu faciles homines reperit. Intelligit autem voluptatis illecebram, de qva ibid. Ib. D. 4. Διογενιανοῦ.) An Diogenianus ille, qvem Suidas per, γ, scribit, & Heracleotem fuisse tradit, insignemqve Grammaticum? Hujus extant Græcæ Parœmiæ. Medicum ejusd. nominis clarissimum idem Suidas habet, itidem Heracleotem, sed ex Heraclea Cariæ, cum plerique Grammaticum illum Heracleæ Ponti natum crederent. Plutarchus, in opusc. de Pythiæ oracul. & lib. de Conviv. alterum, sed Pergamenum, in colloqvium adhibet. Theodoretus l. 10. de Græcor. affect. p. 138. nostri hujus meminit.

Pag. 137. A. 10. αὐτῶν ἢ ἐνέργεια.) Pendet sententia. Qvare post αὐτῶν, addi possit μὴ ἀποβῆναι, vel ἀποβαίνειν. Ib. D. 11. ὅτι μάλιστα μὲν.) Forte mel. μάλιστα μὲν ὅτι. Estqve illud μάλιστα, qvod Latini vulgo dicunt, Principio, ut pridem Budæus observavit. Seqvitur enim sub pag. seqvent. initium, ἔπειτα.

Pag. 143. C. 6. Βεβαίως, &c.) Montacut. Argyropylum qvendam laudat, qvi Capitis hujus initium ita legeret, βεβαίοις γ, καὶ μονίμοις, ὡς ἂν ἐκ τῆς τῶν θεῶν ἀγαθότητος τ. ε. τ. σ. ἀρυτομένοις, μηδὲν ὑφαιρούμενος, μήτε μεταδιδοὺς ταῦτα παρατίθεσθαι. Qva in lectione, saltem μεταδιδοὺς mutandū videtur in περιθεὶς, ut opponatur præcedenti ὑφαιρούμενος. Alioqvi pugnabunt ista, μηδενὸς μεταδιδόναι, & ταῦτα παρατίθεσθαι. Vulgatam lectionē retinere malim, cujus sententia sic à su-

prioribus, hoc loco prætermissis, pendet, ut tamen alterum qvoqve membrum ex hoc uno intelligi perfacile possit: tametsi reddiderim, perinde ut si βέβαιος δὴ, non βέβαιος δὲ, legeretur. Qvod seqvitur, οἷς δὴ nihil obstat, qvo minus βέβαιος legatur. Eleganter enim & graviter hic singularis, qvoscunqve id genus homines complectitur.

Pag. 145. D. penult. δηίῳ.) Qvid sit δηΐον illud ἄλφιτον, nescio. Nec versus constat. Forte legi possit, Θυηήσας ἅμα, vel σὺν δίῳ. tuncq; δῖον ἄλφιτον vocabitur, ut ἱερὸν ab Homero.

Pag. 146. A. 1. γλαυκὴν ἅλα χεύας.) Hæc in versione præterita sunt, qvibus præcipitur, uti hostia, priusqvam immoletur, marina perfundatur aqva. Ergo sic hemistichium concipe, si lubet,

Infuso glauci prius æquoris haustu.

Superiore autem versu, muta epitheton *glauci*, in *vitrei*: Tum seqventem ita pertexe;

In caput excussam mactа, totumq; profundos, &c.

Ib. A. 3. καὶ κεφαλῆς.) Non dubito, qvin κακκεφαλῆς legendum sit: qvæ vox aut cum præcedenti χεύας, aut cum seqventi θυσίαζε, construi potest. Ego posterius seqvutus sum, qvod aptius cum seqventibus convenire videretur. Ib. B 1. λιμνάζειν.) Alter ex manusc. λιμνάζειο, alter λιμνάζοι. Præstat, opinor, λιμνάζειν: non modo, qvod in legib. sanciendis, qvales sunt istæ sacrorum, infinitivus à Græcis eod. fere loco habeatur, qvo apud Latinos Imperativus; sed etiam qvod tres infinitivi conseqvantur. Ib. D. 3. Καὶ ἐπιχθονίων.) Ita omn. At sensus, meo judicio, postulat ὑποχθονίων. Hic enim versus ab eo profertur, ut probet, non χθονίων & ἐπιχθονίων (qua de re nemo dubitat, cum χθονίους & ἐπιχθονίους promiscue usurpari paulo ante dixisset,) sed χθονίων & ὑποχθονίων communes esse qvadrupedes. At non satis video, qvamobrem χθονίοις iterum seqvente versu inculcetur. Ibid. D. 12. Τοῖς δὲ,) Malim conjuncte, Τοῖσδε.

Pag. 147. B. 1. λεχίνῳ, μίνυνθα δέ.) Ita recte distingvit. Alter è manusc. Sed idem χολᾶδῳ pro λοχεύῳ perperam legit. Arietem porro, Signorum in Zodiaco principem, innuit. ib. B. 3. τὰ τρία σύμβολα.) An qvod Ternarius numerus solidum aliqvid, communiqve vinculo nexum videatur?

Pag. 149. B. 4. Θεῷ.) Hic Porphyr. locus habetur 2. de animal. abstin. pag. 185. novæ editionis: qvem etiam laudat Cyrill. Alexandrin. tom. 2. lib. 1. cont. Julianum. fol. 36. cod. Græci; at Herveti 577. & Euseb. noster repetit; de Demonstrat. c. 4. Ib. B. 6. ἐδὲν χ' ἔνυλον, &c.) Vide, qvam bene Interpres Porphyrii: Qvippe, inconcretæ, & sine materia naturæ, nihil inveniri potest, qvod non sit impurum, & ejus majestatis indignum.

Ib. C. 3. θρησκεύσωμεν.) Porphyr. θρησκεύσωμεν.

Ib. C. 5. αὐτῶν ἀναγωγῶν,) Cyrill. ἑαυτῶν ἀγωγῶν. Ibid. C. 7. ὕμνον ἔσων.) Cyrill. ὁμιλοῦσαν, male. Ib. D. 4. Τοῖς δὲ, &c.) Continuanda hæc cum præcedentibus: sunt enim Porphyrii verba. Ib. D. 6. ἀπαρχὴ, melius qvam Porphyr. ἀπαρχῆς. Ib. D. 8. τὴν θυσίαν.) Recte, qvod perperam apud Porphyr. εἰς τὴν θυσίαν. Ib. D. penul. ἀκροδρύων. Ego pomorum verti, qvo nomine, ὀπώρα, genus omne arboreorum fructuum, maximeqve autumnalium intelligitur. Itaqve δράγματα simul, & ἀκρόδρυα conjunxit, qvæ sub idem fere tempus colligantur. Ita Cantici Canticor. 4. 13. Emissiones tuæ, paradisus malo- „ rum punicorum, cum pomorum fructib. Se- „ ptuag. μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων. Expendendus Plutarchi locus, in Alexandro, p. 678. Αὐτὸς μὲν δὴ καὶ ὄψων ἐγκρατὴς ἦν· ὥστε καὶ τὰ σπανιώτατα πολλάκις τῶν ἀπὸ θαλάττης αὐτῷ κομιζομένων ἀκροδρύων καὶ ἰχθύων, ἐκδιδοὺς διαπέμπεσθαι τῶν ἑταίρων, ἑαυτῷ μόνῳ μηδὲν καταλιπεῖν. Sunt, qvi testaceos pisces intellexerint, qvod putamine qvodam, uti nuces, ac cætera id genus ἀκρόδρυα, tecti videantur. Liceat igitur, opinor, nuces, aliosqve similes fructus, ὄστρεα nominare. Certe Plutarcho verba non deerant, qvibus pisces illos, si pisces erant, appellaret, ὄστρεα, ὀστρακόδερμα, λεπυρώδη, sive λεπυρώδη, & si qvæ al. Qvid qvod si ἀκρόδρυα pisces essent, nunqvam præmissa illa singulari piscium forma, genus ipsum, hoc est, ἰχθύας nude subjungeret? Ergo hic etiam retineatur propria vocis hujus acceptio: tantum, si cui nova hæc maris & ἀκροδρύων conjunctio videbitur, levi mutatione legat, κομιζομένων ἰχθύων καὶ ἀκροδρύων. Tametsi Amiotus qvidem, reddidit, ἀπὸ θαλάττης, *des pays voisins de la mer*: crediderim tamen, significari tantum fructus illos mari advectos esse, undecunqve tandem adveherentur. Qvod expressius p. 693. his verbis conceptum est, ἧκόν τινες, ὀπώραν ἑλληνικὴν ἀπὸ θαλάσσης τῷ βασιλεῖ κομίζοντες· ὁ δὲ θαυμάσας τὴν ἀκμὴν καὶ τὸ κάλλος, &c. En ὀπώρα, ἀντὶ τῶν ἀκροδρύων. Et ἀκμὴν qvam eleganter, qvod vulgo dicimus, *la frescheur*?

Pag. 150. A. 1. καλῶν ἐχαριστηρίων.) Distingve sic, καλῶν· ἐχαριστούντες ὤν, &c. qvi locus ita clarius & significantius reddi possit, *simulqve gratias, cum pro rebq illis, qvas eorum beneficio contemplamur.*

Ib. B. 4. ὅπως.) Hunc locum repetit l. 3. de Demonstr. c. 5. Ib. C. 4. ἧπερ.) Melius qvam in Demonstr. εἴπερ. Ib. C. 6. ὁ μὴ, &c.) In Demonstr. sic, ὃ ἢ περὶ σοὶ γε μίασμα.

Ib. C. 8. ἴσον.) Demonstr. ἴσον Ib. καὶ παρὰ τῷ καλῷ.) Hinc emendandum in Demonstr. ubi vitiose legitur, παρὰ δὲ τῷ καλλίστου τῶν ὄντων, διὰ τῷ καλλίστῳ τῷ ἐν ἡμῖν δόντι τὰ ἀγαθά.

Pag. 151. A. 1. Πέρρω.) Verba sunt Porphyrii, ex eod. 2. περὶ ἀποχ. p. 130. novæ edit. antiq. 22.

Ib. A. 2. περιϊουσῶν,) Melius, qvam ut Porphyr. περιεχουσῶν. Ib. A. 5. πρόσθεν ἡμῖν ἐλεχθείσας.) Porphyr. πρόσθε λεχθείσας καθ' ἡμῶν. Alter e manusc. προσοιχθείσας καθ' ἡμῶν. Qvæ lectiones nostræ omnino præstant.

Ib. A. 9. Τοιγαροῦν τὸ Δαιμόνιον,) Qvid seqvutus sit Porphyr. Interpres, non satis intelligo, dum ita vertit; Proinde, ait Theophrastus, qvia horum & illorum Numini qvidam succensuerunt, videtur conveniens pœna illis imposita, &c. Ib. B. 7. ἀψύχων θυμάτων.) His subdit Porphyrius. Thoas, populos ἐν Θράκης μεθορίοις οἰκήσαντας, qvod nullis omnino sacrificiis uterentur. ἀναρπαστοὺς ἐξ ἀνθρώπων γεγονέναι, qvorum ne tenuissimum qvidem vestigium superesset. Atqve illi sunt, qvos ἀθέους vocabat. Contra, Bassaros, (Bassara Lydiæ oppidum fuit, unde Bacchо Bassarei cognomentum) æstu qvodam ac furore superstitionis abreptos Taurorum immolationi, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων θυσιῶν βορὰν addidisse; qvos propterea

κακόφρονας appellabat, qvod pravam de Diis Deorumqꝫ sensu opinionem imbibissent. Hos mutuis inde vulneribus periisse tradit.

Ib. B. 8. Ὢν δή.) Eod. loco p. 138. novæ edit. Ib. C. 1. Καὶ μὴν,) Porphyr. p. 140. Ib. C. 5. ἀλλ' ἂν γε.) Porph. ἀλλ' ὅτι γε. Ib. C. 7. οὐδὲ ταῦτα.) Porph. delet οὐδ, qvia prius ὅτι γε, non οὐδὲ γε. Ib. C. pen. μὴ ἐθέλοντος.) Porph. μὴ ἐκ θέλοντος. qvod rectius videtur. Qvod seqvitur, πῶς γὰρ ὅσιον, ἀδικοῦν. emendatum a nobis est, cum in excuso Euseb. legeretur, πῶς γὰρ ὅσιον, οὐκ ἀδικεῖ. qvæ negatio sensum tollebat, nec in Porphyrio, nec in utroqve manusc. legebatur. Ib. D. 2. καρπῶν ὁ ἀφειδέστερος ἀλλοτρίων,) Porph. καρπὸς ὁ ἀφελόμενος ἄλλων. Ib. D. 3. τιμιώτατ(α).) Porph. τιμιώτερα. Ib. D. 5. αὐτὸ γίνεται.) Porph. ὅτω γίνεται. Ib. D. 8. ἀφεκτέον,) Porphyr. p. 142. Ib. D. 11. ὥστε καὶ τῶν ζώων.) Porph. pag. 162. Ib. D. 12 τινὸς ἕνεκα,) legend. ex Porph. τούτων τινὸς ἕνεκα. Illud vero τούτων. ad tria illa refertur, qvæ tanqvam solas immolandorum animalium causas, paulo ante protulerat, qvas ordine ac sigillatim hic refellit.

Pag. 152. A. 1. Ἄν τις τυγχάνῃ ἡμῶν ἢ θεός.) Porphyr. delet ἂν & ἢ, recte. Ib. B. 4. ὁ γὰρ ἀδικῶν πράξῃ, &c.) Interpr. Porphyr. sic. Qvi enim injuste agendo, cavet supplicium, formidolosus est, neqve bene meritus a qvoqvam gratiam habiturus est: sensu, ni fallor, plane contrario. Ib. C. 1. τούτων τινός.) Porph. τούτων non habet. Qvæ tamen vox necessaria est, qvia Theophrastus aliqva duntaxat ex illis tribus causis sacrificandum esse docuerat.

Ib. C. 4. Τοῖς μὲν γάρ.) Porphyr. p. 172. lin. 1. Fructuum autem sacrificia intelligit, qvæ sola primis illis temporibus in usu fuerant. Ib. C. 9. Ταύρων.) Empedoclis versus isti sunt, ut diserte Porphyrius. Sed pro ἀκράτοις, legit ἀκρίτοις, hoc est, vel promiscuis, vel injustis: qvasi miseræ animantes, indicta causa damnatæ jugularentur. ἄκρατος qvoqve rigidum nimis, austerumqve significat. Plutarch. Pomp. 674. B. ἥ τε σεμνότης, οὐκ ἄκρατον. ἀλλ' εὐχαριν ἔχουσα τὴν ὁμιλίαν. Ib. C. 9. ἀπορρέσαντας, &c.) Porphyr. ἀπορρέσαντας ἔδεμεναι: utiqve vitiosius. Conjiciebam ἀπορραίσαντας, qvod postea in altero e manusc. & Mont. reperi. Posset etiam ἀπορρήξαντας. Seqvitur ἠΐα γυῖα. Qvomodo leg. omnes. Vix tamen, credo, reperias, ἠΐα, qvod adjectivi loco sumatur: sunt enim τὰ ἤϊα proprie, τὰ ἐφόδια, τὰ καθ' ὁδὸν βρώματα. Crediderim legi posse ἐΐα, ab ἐΰς, hoc est, bona, qvæ tamen, pingvia dicere malui. Ib. C. 10. Ὅταν δ' νέος.) Porphyr. p. 232. sub libri 2. finem.

Ib. D. 1. πάντ' ἂν ἱκάν.) Melius, qvam Porphyr. παντ' ἂν ἱκάν. Legi possit, πῶς ἄν. Vereor ut interpres satis ad Porphyrii mentem, Qvis modus animum volenti ad omnia sapienter adhibere?

Pag. 153. A. 1. ἐκπαρασαλεύσει, &c.) Male enim excus. Porphyr. ἐκπαρασαλεύσει, καὶ παρακαλέσει. & v. 2. δώσει pro δόσει. Qvæ seqvuntur, Eusebii sunt.

Ib. C. 3. Οἶδε) Theologus Ille videlicet, qvem laudat eo loco Porphyr. l. 2. p. 189. ubi habetur ὅτι, pro ὁ τῆς, qvæ lectio probari etiam potest, pro ἀπ δή. Ib. C. 5. ἀλλ' ὅτι.) Porphyr. καὶ ἄλλοις ἤτοι mendose, ut videtur. Ib. C. 6. καὶ τῶν ἄχρι τινὸς, αὐτῶν δέοι.) Porphyr. αὐτό. nempe θύειν. Forte legend. sit, καὶ ἄχρι τινὸς, τῶν αὐτῶν δεομένων. Norat enim Theologus, non modo qvorum esset illis sacrificare, sed etiam ἄχρι τινὸς, supple, τὸ θύειν δέοι. I. qvatenus progredi sacrificando debeant; solos videlicet fructus offerendo, ab animatis abstinendo. Ib. C. 7. Ὅτι δέ.) Porph. ib. p. 229. Ib. D. 2. καὶ οὐκ ἀποχῇ.) Porphyr. εἰ οὐκ ἀποχῇ, recte. Subdit autem, qvod ad sensus integritatem pertinet, ἡμῖν ἀπεχομένοις ἐκ μόνων, ὧν ἐσθίομεν, καὶ τρέφομεν ἢ τὸ σῶμα, ἢ τὴν ψυχήν.

Pag. 155. A. 8. Καὶ ὅτι γ(ε) αὐτα.) Ex eod. l. 2. περὶ ἀποχ. p. 221. novæ edit. De qvo plura in Observationib. Eundem laudat Cyrillus Alexandrin. tomo 3. lib. 2. cont. Julian. p. 75. cod. Græci; Latini. a. l. 4. p. 598. colum. 2. sed qvædam subinde resecat. Ib. B. ult Κορωνεία, Cyrill. & Porphyr. Κορωνίδι. Stephani Epitom. Κορώνια Salaminis partem esse ait: Κορωνίδας vero nomen aliis urbibus tribuit; ex qvibus tamen unam in Cypro collocat, ubi & Salamis.

Ib. C. penult. Δίφιλος.) Alter ex manuscrip. Διάφιλος. Porphyr. Δίφιλος. Cyrillus ista præterit. Non dubito, qvin legend. sit Δίφιλος, qvod usitatissimum nomen est: Δίφιλος rarum, Διάφιλος vix auditum. Ib. C. ult. Σελεύκου τοῦ θεολόγου. (Ille ipse, credo, est, qvem Suidas Alexandrinum Grammaticum vocat, ad distinctionem alterius Emiseni. Eundem Homerici cognomentum habuisse tradit, atqve in omnes fere Poetas commentarios edidisse, ac præter alios plerosqve, centum de Diis scripsisse libros. Unde verisimile est, eum Theologi nomen accepisse.

Ib. D. 5. Ἄμωσις.) Hunc Ἄμωσιν pleriqve, Ἄμασιν nonnulli vocant. Georgius Syncellus Eusebiomastix, addit, Ἄμως, Africano dici. Verum apud Euseb. nostrum infra l. 10. tit. 10. p. 490. B. C. Ἄμωσιν Africanus aliqvoties nominat, ex Apione. Itemqve Tatianus tit. 11. pag. 493. D. ex Ptolemæo Sacerdote Ægyptio. Ex utroqve Clemens Alexandrin. tit. 12. pag. 497. A. C. At Josephus ibid. tit. 13. p. 501. C. Θμούθωσιν appellavit ex Manethone, qvi tamen hic Ἄμωσιν vocat. De hoc in Observationib. pluribus. Ib D. 10. ὑποτίθεσθαι,) F. ὑποτίθεσθαι, I. sufficì ac substitui vivorum loco.

Ib. D. pen. Εὐέλπης.) Qvi sit, nondum liqvet: Porphyrius Carystium facit. Est autem Κάρυστος oppidum in Eubœa. Ib. D. ult. Λακεδαιμονίους.) Locus hic Apollodori non occurrit; sed opera ejus plurima perierunt.

Pag. 156. A. 8. Ἴστρος.) Istri hujus infra qvoqꝫ meminit l. 10. Suidas, Macedo fuerit, an Cyrenæus, dubitat: Callimachi servum ac discipulum facit, Interpretem Athenæus. Multa versu & soluta oratione scripsit. ut refert idem Suidas. Clemens Alexandr. strom. 1. p. 326. D. opus ei tribuit, περὶ τῆς Αἰγυπτίων ἀποικίας Et l. 3. p. 326. D. alterum περὶ ἰδιότητος ἀθλ. v. Plutarch. opusc. de Pythiæ oracul. pag. 403. D. Ἀλύριον, Ἡσίοδον, Φιλόχορον, & Ἴστρον nominat, qvi τὰς ἐμμέτρους μαντείας συναγαγεῖν μάλιστα φιλοτιμηθέντες, tamen ἄνευ μέτρου χρησμοὺς γεγραφότες εἰσίν.

Ib. B. 3. ὅτι Ἀθριανοῦ.) Idem infra p. 164. D. 2. Et orat. de laudib. Constantini. Sed vide

Observat. Ib. B. 7. Ἰφικράτης.) Illene Atheniensis Imperator, Pharnabazi Persæ, & Agesilai Lacedæmonii æqvalis, reiqve militaris usu gloriaqve clarissimus? Qvo de, multa inter cæteros Plutarchus, & Diodor. Sicul. lib. 15. Verum, qvid ipsi cum Carthaginiensib. negotii fuerit, non reperio. Sanè hanc apud illos ἀνθρωποθυσίας κατάλυσιν, Geloni Syracusano Principi tribuunt, ut in Observationib. explicatur. Ib. B. 7. Καὶ Δουματηνοὶ δέ.) In priori edit. legebatur, ἢν Ἰφικράτης ἱστοροῖ καὶ Δουμάτης. οἱ δὲ τῆς Ἀραβ. Qvibus nihil depravatius. Veriorem ex Porphyrio lectionem repræsentavimus, qvam etiam habet Montac. Nisi tamen Δουμάθιοι, cum aspiratione legendum potiùs est, vel Δουμαθηνοί. Qvæ enim Stephani Epitomar. Δούμαθα est, eadem à Ptolemæo Δούμαιθα vocatur, & in Arabia deserta collocatur. Glauco tamen apud eund. Stephan. urbis hujus πολίτας Δουμαθηνοὺς appellare mavult.

Pag. 157. B. 9. Ἀριστομένης τῷ Ἰθωμήτῃ.) Melius, vel Ἰθωμαίῳ, vel Ἰθωμήτῃ, ut Stephan. & alii, vel etiam, ut Pausanias, Ἰθωμάτᾳ, aut Ἰθωμάτᾳ, qvod Doricum, planeqꝫ Messenicum est: abIthoma, Messeniæ monte, ubi oppidum ejusd. nominis, situ opereqve munitissimum. V. Observation. Ib. C. 9. Μόνιμος.) De hoc Scriptore, ejusqve ἀνθρωποθυσίᾳ nihil legi. Forte in Achillis immaturo fato rapti memoriam, Peleo ejus parenti, & Chironi nutricio scelus hoc institutum fuerit. Ib. C. 12. Λυκτίους.) Rectè: perperam enim apud Clement. habebatur Λυκίους. Ib. ult. Ἀντικλείδης ἐν Νόστοις.) Suidas. Ἀντικλείδης (inqvit) ἔγραψε περὶ νόστων, consule Observationes. Ib. D. 3. Δωσίδας.) Ignotus mihi est hic Auctor. Tantum apud Suid. reperio Δωσιάδης ὄνομα κύριον. Ignotus & Pythocles, qvi seqvitur D. 4. Ib. Φωκαεῖς.) Heruet. Phocenses: credo Operarum errore. Φώκαια Phocæa, urbs in Ionia, cujus cives Φωκαεῖς, interdum etiam Φωκαιεῖς, ut Πλαταιεῖς, Phocæenses, aut Phocæi. Horatius Epod. *Phocæorum velut profugit execrata civitas.* Φωκίς, Phocis Achaiæ regio: Incolæ Φωκεῖς, Phocenses. Thucydid. Scholiastes l. 1. p. 11. Φωκεῖς, inqvit, οἱ τῆς Ἑλλάδος, ἀπὸ Φωκίδος πόλεως· Φωκαεῖς, οἱ τῆς Ιωνίας, ἀπὸ Φωκαίας πόλεως. Haud scio, num rectè Phocidem urbem dixerit, qvam cæteri omnes regionem agnoscunt: tametsi Pompon. Mela Phocidem Ioniæ urbem nominet, librariorum, opinor, vitio, cum Phocæam, ut Græci omnes, scribere debuissent. Ib. ἀποπέμψομαι.) Clemens, ἀποπέμψομαι. qvod malim. Ib. D. 6. πρεσβύτης καὶ Μάριος.) V. Observationes.

Ib. D. 10. ὁ Μάριος.) Fallor, ni glossema est, istud ὁ Μάριος. Nec verò ante dixit, ὁ μὲν τῇ Φερεφάττῃ ὁ Ἐρεχθεύς. Qvid qvod barbara est hæc loqvendi ratio? Qvid qvod face opus non erat, ut posteriorem hunc Marium esse videremus, qvi Dorotheum, in rerum Italicar. libris, citari audiremus? Ib. πῶς δ' οὐκ ἀνόσιοι, &c.) Alter ex manusc. πῶς δ' οὐκ ἀνόσιοι ἀλόγως. Clemens. πῶς δ' οὐχ ὅσιοι ἀναλόγως. Forte, πῶς δ' εἰ καὶ ὅσιοι ἀναλόγως Utraqve interrogatio ironica est. Et bene ἀναλόγως, videtur enim qvædam ἀναλογία Dæmones inter ac disidæmones intercedere: cui ut qvoqvo modo servirem, δεισιδαίμονας hoc loco, dæmonum mancipia, qvàm superstitiosos vertere malui.

Pag. 158. A. ἡ ὀργῇ καὶ φιλαργυρίᾳ.) Heruetus, qvàm iræ & avaritiæ, & aliis similibus Dæmonib. &c. Pessimi sanè Dæmones, ira, & pecuniæ sitis. Sed aliam Clementis hoc loco mentem esse arbitror: alioqvi scribendum fuit, καὶ ἄλλοις ὁμοίοις. Corruptus locus est; qvi ut sanetur, primùm ex Clemente ὁμοίοις pro ὁμοίως reponendum videtur: nam similibus qvidem, non tamen similiter, in loco sacro pietatis causa, & in triviis, impellente vel iracundia vel avaritia, homines jugularentur. Deinde, post ἀνθρώπων, distingvendum. Postremo legi possit, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερεῖα ἱερεῖον ἐπιφημίσας. Qvorum verborum sententiam reddidi: tunc enim, ἐπιφημίσας ἂν, erit propriè, appellare jure possit: vel sola metathesi τοῦ ἄν, sic, ἀποσφάττοι ἂν τὸν ἄνθρωπον, ἱερὸν ἱερεῖον ἐπιφημίσας: ut ἀπὸ κοινοῦ intelligatur, ἱερεῖον γίνεται ὁ φόνος.

Ibid. B. 1. προφάζομαι.) Rectius, opinor, Clemens, προφάζομαι. tametsi præteritum illud aoristorum more, pro præsenti usurpari possit, vel per verbum, soleo, explicari.

Ib. B. 4. πόδ' ἔπη ῥις.) Homer. Ἰλιάδ. γ. v. 33. Notum & illud Æneid. 2. *Improvisum aspru.* Sed malui Græcam sententiam fidelius reddere.

Ib. B. pen. οὐκ ἐκτρέπεσθε.) Clemens, οὐκ ἐκτρέπεσθε: melius; nam & præcessit τὸ ἐκτρεπόμεθα, & seqvitur, οὐδ' ἀποστρέφεσθε. Qvid qvod minus erga Dæmones convenit illa pudoris verecundiæqve significatio? Ib. C. 10. οὐδὲν δ' οἷον.) Vulgo, nihil vetat, malui tamen, præstat; Nam præterqvam qvod οὐδὲν οἷον sæpe ὑποκοριστικὸν est, ut οὐχ ἥκιστα, pro μάλιστα: videtur etiam idem significare, qvod Gallicè dicimus, *Il ny à rien de tel, que, &c.* Demosth. in Midiam, οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκοῦσαι αὐτοῦ τοῦ νόμου. Qvod reddere malim, Nihil enim tanti fuerit, qvanti legem ipsam audire: qvàm, ut vulgo, nihil enim vetat. Gal. *Car il n'y à rien de tel, que d'entendre la loy mesme.* Ib. C penul. Ὀλίγον δὲ.) Locus extat lib. 1. p. 18. edition. Græco-lat. Ib. D. 8. πίνεσθαι σπουδαῖα.) Ad potum idonea; qvo modo σπουδαῖος οἶνος, σπουδαῖον μέλι, σπουδαῖα σιτία. Qvod vulgarius, infra l. 10. p. 677. πίνεσθαι χρηστὸν dixit, πίνεσθαί τε οὐκέτι χρηστὸν ὕδωρ τὸ ἐκ ποταμοῦ κομισθὲν ὕδωρ, Et hic, p. 159. A. 1. τρέφεσθαι χρηστόν, cujus loco, τρέφεσθαι σπουδαῖον dici qvoqve possit.

Pag. 159. A. vl. καὶ θύσεις δεκάτας.) Non absimile decimarum genus iis Dodonæus Jupiter imperarat, supra, p. 16. eos ad petendum Latium cohortatus. Oraculi verba. Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατόρνιον αἶαν. (Ita legend. non Σατορνίαν. Eam vero Latii partem intelligit, qvam Siculi jam insederant.)

Ἠδ' Ἀβοριγινέων κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται.
Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ.
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Sed de hoc iterum in Observationib.

Ib. B. 7. τὴν δ' αἰτίαν.) De causa illa plurib. disputat Dionys. pag. 20. 21. 22. 23. Concludit, meo judicio, verissime, gentes fuisse duas, Pelasgos, atqve Tyrrhenos; sic tamen, ut cùm Pelasgi ab Hellenibus patria pulsi, Tyrrhenorum in solo consedissent, non tantùm generis utriusqve facta permixtio sit, verum etiam nominis ejusdem seqvuta communio, ut

ut Tyrrheni omnes ab aliis, ab aliis Pelasgi promiscue dicerentur Sicante, Phrygum, Teucrorum, atqve Trojanorum fuerat; sic etiamnum viget Francorum Gallorumqve commune nomen. Ib. B. 9. τὰ λεγόμενα συμβαλεῖν.) V. Observationes. Ib. D. 9. ἀπαναστάσεις.) Conjiciebam μεταναστάσεις. At uterqve manuscr. ἀπαναστάσεις habet, non modo hic, sed etiam pag. seqvente A. 10. Qvæ vox & idem significat, & leviori mutatione sufficitur.

Ib. 10. θεοβλαβείᾳ ἀπηλαυνομένων.) Dion. ἀπηλαυνόμεναι, qvod duriusculum videtur. Genus hoc hominum iidem Græci πανήλατον significanter vocare solent.

Pag. 160. B. 1. Λέγουσι δὲ.) Idem Dionys. eod. lib. p. 30. Ib. 3. τέως. Melius qvadraret ἕως. Ib. B. 7. ἐπὶ τοῦ Σατορνίου.) Collem Capitolinum intelligit, qvem Saturnium antiqvitus vocabant. Idem pag. 27. diserte: λόφον ἐπιτήδειον ὁ Κρόνιος. τριστάδιον δὲ μάλιστα μῆκος τοῦ Παλλαντίου διεῤῥωγμένον, ὃς νῦν μὲν Καπιτωλῖνος ὀνομάζεται, ὑπὸ δὲ τῶν τότε ἀνθρώπων Σατόρνιος ἐλέγετο, ὥσπερ αἱ ποιλὺς ἑλλάδι φωνῇ, Κρόνιος. Porro de his Saturni ἀνθρωποθυσίαις, & Argeis (infra d.) in Tiberim hominum loco projectis, consule Observationes. Ib. ult. Ἀγαθοκλέους.) Fuse Diodor. Sicul. l. 19. ab initio, & lib. 20.

Pag. 161. A. 2. ἠπιῶντο, &c.) Diodor. l. 20. p. 756. D. edit. Græcol. post luculentam illam Agathoclis de Carthaginiensibus victoriam.

Ib. B. 8. συντεθέντα τ. π. ἀποκυλίεσθαι.) Facilis erat conjectura, legendum esse, ἐπιτεθέντα, & ἀποκυλίεσθαι: qvod utrumqꝫ postea in Diodoro reperi. Ib. D. ult. ἐξαίτεις κατέστησαν.) Id est, ὑγιαίνοντας ἀπέφηναν, εἰ τὴν ὑγίειαν ἀποκατέστησαν. Hesych. Ἐξάντης, ὁ τῆς νόσου ἔξω ὤν. Corrupta sunt, qvæ apud illum seqvuntur. Ἐξαντῶν, ἀνπιάζων τῆς κόρρης καὶ τὸ ὑπόγονον, οἷον ὑπογενειάζων ἢ οὕτως ἐξάντων κατὰ τῆς ὑγείας αὐτοῦ, ἐξορκῶν, τὸ ὑγιαίνοντα γὰρ ἐξάντη ἔλεγον. Forte legi possit, ἐξαντῶν, ἀντιάζων τῆς κόρρης καὶ τοῦ γενείου, vel τὸ ὑπὸ γένειον. οἷον ὑπογενειάζων. ἢ οὕτως· Ἐξαντῶν, κατὰ τῆς ὑγείας ἐξορκῶν· hoc est, per salutem aut sanitatem adjurans: nam istud κατὰ terrentis est, διὰ obtestantis esset, &c. Zenobius centur. 3. Parœm. 95. proverbialiter usurpari ait, Ἐξάντης λαβεῖν τοῦμον κακὸν ἄλλον ἔχοντας, additqve, Ἐξάντης τὸ ὑγιῆ δηλοῖ, καὶ τὸ ἔξω ἄτης. Ead. Suidas.

Pag. 162. A. 1. Ἀλλ' ἄνθρωπος.) Sup. pag. B. 156. & infra 164. D. id sub Hadriano potissimum contigisse refert. Nos etiam hac de re plura in Observat.

Pag. 163. D. 13. Καθαίρειν.) Malim omnino καθαιρεῖν, evertere, diruere. Jussit enim Moses templa illa non purgari, sed everti. Atqve ita leg. alt. ex Manuscr.

Pag. 164. C. 3. πανέλλησιν Ἀθηναίοις,) Ita Manuscr. ambo, nisi qvod habent ἐπὶ pro ἐπὶ, recte. Alter vero, παρ' Ἕλλησιν, pro πανέλλησιν. Montac. παρ' Ἕλλησι, καὶ ἐπὶ τοῖς τούτων κορυφαιοτάτοις Ἀθηναίοις. Recte: malim tamen, καὶ παρά γε τοῖς πανέλλησι, καὶ ἐπὶ τούτων τ. κ. Ἀθηναίοις. Istuc enim Πανέλληνας ad Philarchum pertinet, qvi paulo ante πάντας τοὺς Ἕλληνας hac impietate laborasse narrabat. Itaqꝫ vertendum erit, Imo & apud Græcos universos, ipsosqve adeo Athenienses, qvi eorum principes, &c. Ib. D. penult. Τούτους δέ.) Alt. e manuscr. legit, Τούτους δὲ, καὶ οὐκ ἄλλους, τοὺς μεγίστους θεοὺς, ἀγαθοὺς, καὶ σωτῆρας ἀναγορεύουσιν. Recte.

Pag. 165. B. 7. Στρατηγὸς, &c.) Manuscr. alter, πολέμου στρατηγὸς ἐς οἰκείους, πειρῶν διασώσασθαι. Vera lectio, si πειρῶν mutetur in πειρῶν. Ib. C. 2 τρισμύριοι Φύλακες. Mont. τρισμακάριοι. Utrumvis legatur, crediderim illos Hesiodi versus respici, qvos vulgo Christiani etiam Doctores, ut Lactantius Institut. 2. 15. ad persvadendum Angelorum tutelam, afferre solent. Extant. in ἔργ, a. ver. 121.

Τοὶ μὲν Δαίμονές εἰσι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς,
Ἐσθλοὶ, ἐπιχθόνιοι, Φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
Οἵ ῥα φυλάσσουσί τε δίκας, καὶ σχέτλια ἔργα.

Synesius l. de Provident. p. 99. D. Ἔστι μὲν γὰρ τῇδε καὶ Ἡρώων φῦλον ἱερὸν, ἐπιμελὲς ἀνθρώπων, καὶ τὰ σμικρὰ ὠφελεῖν δυνάμενον, καὶ τὸ πρεσβύτερον ἀγαθόν. Consule P. Petavii notam, qvi ex Platonis & Plutarchi verbis merito conjicit, aliter olim versus istos lectos esse, qvam vulgo concepti habeantur.

Pag. 166. B. 5. Διὸ συνετός.) Porphyrii locus est, 2. de abstinent. p. 204. Ib. D. 7. καὶ πρὸς αὐτὰ, καὶ κατ' αὐτὰ ζωῆς) Porph. καὶ τῆς πρὸς αὐτὰ ταῦτα ζωῆς. Ib. penult. Οὐ δὲ ἡμεῖς.) Multa prætermittit Eusebius: qvæ seqvuntur, leges p. 218.

Pag. 167. B. 2. ἔλως. Malim ἔλος, cum Porphyr. & Manuscr.

Pag. 168. C. penult. ἀκυλαίων.) Me tantum legere memini ἄκυλος, vel ἄκυλον.

Pag. 169. A. 3. ποδαπός.) γρ. πεζαπός. Sed perinde est. Hesych. ποδαπὸν, πεζαπὸν, ὁποῖον. Ib. D. 2. Πνεῦμα κυρίου.) Septuaginta, qvos habemus, nonnihil variant; & post ἀπέσταλκέ με, legunt, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τῇ καρδίᾳ, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Ib. ult. Ἐξαγαγεῖν, &c.) Septuag. ἐξαγαγεῖν ἐκ δεσμῶν δεδεμένους ἐξ οἴκου φυλακ. &c. Vulgata, Educere de conclusione vinctum, de domo, &c.

Pag. 170. B. 8. οὐχ ἥ.) Ita reposuimus ex altero Manusc. cui consentit Montac. cum ante perperam legeretur οὐχί. Ib. C. 3. ἀγυιάς.) Facilis erat emendatio, pro ἀγνείας, qvod habet vetus editio. Ib. D. 10. Ἐνοικήσω.) Locum hunc sumit Apostolus, partim ex Levitico, partim ex Ezechiele Propheta. Nam Levit. 26. 11. Ponam, inqvit tabernaculum meum in medio vestri. Septuag. Θήσω τὴν σκηνήν μου ἐν ὑμῖν. (pro qvo brevius & ἐμφατικώτερον Apostol. ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς.) Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosqve eritis populus meus. Qvæ cum litera tenus, de Tabernaculo fœderis eo loco dicerentur; Ezechiel. 37. 27. ad Christi Ecclesiam allegorice referens, ubi de uno Rege Christo multa præmisit: Et erit, inqvit, tabernaculum meum in eis: & ero ei Deus, & ipsi erunt mihi populus. Ubi notandum obiter, qvod in Levit. dictum erat, בתוככם In medio vestri; apud Ezechiel. dici עליהם, qvod proprie est, super illos: qvasi novum qvoddam & singulare tegendi simul & habitandi genus significare vellet. Ita Paulus, hunc locum ab historia simul & allegoria, transtulit ad mores.

Pag. 171. A. 6. χαρακτηρίζοντας.) Videtur addend. ἑαυτούς. Nam & D. 6. dicuntur à Porphyrio. χαρακτηρίζουσαι τὸ πνεῦμα αὐτῶν αἱ μορφαί. Forte etiam pro ἐκτυπουμένους, legi debeat ἐκτυπουμένους, qvia D. 6. habetur ἐκτυπούμεναι. Ib. B. 5.

οἷς χ.) χ. ὅτι τι. melius, ut paulo post ὅπως τε.

Ib. C. 3. Ὅσαι ἢ ψυχαί.) Porphyr. l. 2. de abstin. p. 31. edition. Florent. at novæ, p. 195.

Ib. D. 1. ἐναντίας δυνάμεως.) Meliores illos intelligit, de qvibus proxime ante disputavit.

Ib. D. 5. ἀλλ' ἐν σχήμασι πλείοσιν. Ita ex Porphyr. melius, qvam ut ante legebatur, ἀλλ' ἐν σχήμ. Porro distinctionem seqvuti sumus, qvam alter ex Manusc. habet, qvod perspicuum sensum efficiat. Namsi post ἐκτυπούμεναι, cum excuso Porphyr. distingvamus, necessario reponendum fuerit ἐκτυπούμενοι, vel potius ἐκτυπουμένας, ut vel referatur ad πάντες, vel subaudiatur μορφάς. Ea distinctio in causa est, qvamobrem in eod. excuso conseqventer legatur, αἱ ἢ χαρακτ. Ib. D. 11. τὸ ἢ ὑπό.) Malim τὸ δὲ cum Porphyr. & χ. Ib. ult. τρέπεσθαι. Hinc emendandus excus. in qvo perperam legitur τρέφεσθαι.

Pag. 172. A. 1. τὰ τῶν ἀγαθ.) Porphyr. τὸ τῶν ἀγ. Qvam lectionem seqvutus sum; recte opinor: subintelligitur enim πνεῦμα, cujus ex temperatione ac symmetria, corporum etiam temperatio & symmetria conseqvatur.

Ib. A. 3. οἱ πλεῖον, recte; non ut excus. οὐ, qvod miras offundit huic loco tenebras. Ib. A 4. οὐδὲν ὅ, τι.) Hinc etiam excusum corrige, qvi legit οὐδὲν ὄν, tanqvam initium aliqvod esset novæ periodi. Ib. A. 7. ἐστερημένον τε, &c.) Excusus opportune mutuam hic rependet vicem: legit enim, ut videtur, optime, ἐστερημένον τε τῆς φυλακῆς, τῆς ἀπὸ ἢ κρειττόνων δαιμονίων. Manuscriptus uterqve lectionem eand. tuetur, nisi qvod δαιμονίας pro δαιμονίων sufficit. Utramvis seqvare, gemina sententia est. Consule hic, si placet, Porphyrian. interpretem.

Ib. ταῦτα δὲ.) Porphyr. p. 199. nov. edition. ista pertexit. Dæmonum autem artes intelligit, qvibus id agerent, ut ab hominibus iidem omnino & malorum & bonorum auctores haberentur, itaqve facilius divinitatis opinionem impetrarent. Cæterum qvicqvid eo loco philosophetur Porphyrius, vere ac pie creditur, hujus vitæ calamitates divinæ Providentiæ non permittenti modo, sed etiam ut plurimum inferenti, atqve has scelerum nostrorum pœnas experienti, esse tribuendas. Ib. B. 6. προεστηκυῖα ἐξελήλυθεν, &c.) Adi Euseb. nostrum l. 4. de Demonstr. c. 9. ubi de Lucifero gemina philosophatur, qvem gravia licet omnia gentibus interminatum, potentiorem deinde ad eas subigendas voluptatis illecebram excogitasse demonstrat.

Ib. C. 4. ᾧ δὴ καὶ τετάραχθαι, &c. Porphyr. ὃ δὴ καὶ τετάρακται, φασί, πάντ' ἄνω κάτω. Vitiosum qvidem est, ὃ δή. at seqventia magis placent, hoc sensu; qvo qvidem, omnia, qvod ajunt, sursum ac deorsum acta sunt, atqve confusa. Ib. D. 7. πεπτωκυῖαν.) Non dubito, qvin legend. sit, qvomodo Porphyrius & χ. δυναμένη.

Pag. 173. A. 9. Διὰ μέντοι.) Porphyr. p. 203.

Ib. B. 3. Διὰ τούτων.) Maleficorum, an Dæmonum? si maleficorum; οἱ κακοδαίμονες, sunt mali dæmones; sin dæmonum οἱ κακοδαίμονες, miseri erunt. Sane his in rebus mutuam sibi Dæmones & malefici operam navant.

Ib. C. 3. θυσίαις.) Porphyr. κνίσαις, qvod malui. Ib. D. penul. ἤ τι προεστῶσα.) Debuit opinor, τήν τε προεστῶσαν αὐτῶν δύναμιν δοκεῖν θεὸν εἶναι τὸν μέγιστον, præcedit enim, φασὶ τὰς πονηρὰς &c.

Pag. 174. A. 4. Σάραπιν καὶ τὴν Ἑκάτην.) Supra p. 126. c. 11. solius Hecates meminit. De Serapide Porphyrius initio Tituli seqventis. De Hecate vero, p. 175. B. 11.

Pag. 175. B. 11. Καὶ ἡ Ἑκάτη.) Huc pertinent illa Hesiodi, qvibus præcipuum Hecatæ honorem ab Jove habitum ostendit, à ver. 411. Theogon.

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη Ἑκάτην τέκε, τὴν περὶ πάντων
Ζεὺς Κρονίδης τίμησε, πόρεν ἢ οἱ ἀγλαὰ δῶρα,
Μοῖραν ἔχειν γαίης τε, καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης.
Ἡ ἢ καὶ ἀστερόεντος ἀπ' οὐρανοῦ ἔμμορε τιμῆς,
Ἀθανάτοις τε θεοῖσι τετιμένη ἐστὶ μάλιστα, &c.

Qvibus eam omni hominum generi & conditioni præesse demonstrat. Ib. C. 8. ἀπειροτεχνής.) Verti, natorumqve expers, qvasi legeretur ἀπειροτεκνής, vel ἀπειρότεκνος, qvod tamen utrumq; rarum est: ἀπειρωδίν, & ἀπειρολεχής, longe freqventiora. Ac fortassis, ἀπειρολεχής, pro ἀπειροτεχνής, legi possit. Ib. D. 5. ἐνσφερῶν. malim ἐνσφαιρῶν.

Pag. 178. C. 7. οὐδ' ἄλλοτε.) Rectius videtur, οὐκ ἄλλοτε, ut alter manuscr. Ib. C. ult. τῶν ἑνός. Idem τοῦ ἑνός. Alter vero, locum integrum ita legit. τῆς ἑνὸς θεοῦ. ἢ παμβασιλέως καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων θεοῦ γνώσεως, φωτὸς δίκην. &c. Licet ad marginem reposita sint post ἑνὸς θεοῦ, illa ipsa verba, qvæ in excuso leguntur, καὶ Σωτῆρος, &c. Forte ex illis omnib. integra lectio conflari possit, hoc modo, τῆς ἑνὸς θεοῦ καὶ σωτῆρος Χριστοῦ, πλατυνθείσης ἐν γῇ, καὶ τῆς ἢ παμβασιλέως καὶ δημιουργοῦ τῶν ὅλων γνώσεως, φωτὸς δίκην, &c. Nisi brevius malis, τῆς ἑνὸς θ. κ. σ. χ. π. ἐν γῇ, καὶ φωτὸς δίκην, &c. Nos in vertendo priorem, ut pleniorem seqvuti sumus.

P. 181. B. 1. φιλοχωρεῦντες.) Mont. ἐμφιλοχωρεῦντες.

Ibid C. 3. ἐπιτρίβοντες.) Mont. ἐπεντρυφῶντες insultantes. Ibid. D. penult. ἐξάρχων θεῶν.) Omnino legend. videtur, ἐξάρχει, qvod idem est atqve ὑπερέχει, itemqve distinguendum post eandem vocem. Porro Theodoretus lib. 10. de Græcor. affectionibus, ipso statim initio, simillima disputat.

Pag. 182. D. 1. τῶν ἢ φαυλότατα.) Montac. τοὺς δὲ φαυλοτάτους. Ib. D. 9. τὸ διά,) Legend. credo, vel τὸ ἐκ τῶν διά, ut paulo ante πρῶτοι μὲν τὸ ἐκ τῶν. vel saltem τὸ τῶν διά. Qvod si ne τῶν quidem addere placuerit, τιμωμένων qvod seqvitur, in τιμώμενοι mutandum erit.

Pag. 184. A. 5. Εὖ μὲν οὖν.) Plutarch. de Oraculor. defectu pag. 414. F. 2. Ib. A. ἐν ὕλῃ, Plutarch. ὅπου ὕλην & φύσιν καλ.

Ib. B. 10. ἀναμεμιγμένα πολλά, &c. Melius opinor, qvam apud Plutarch. ἀναμεμιγμένα πρὸς τὰ θνητὰ καὶ πίνημα ἵνα τῶν ὀργ.

Ib. C. 4. Ἡσίοδος δὲ.) Non extat accurata illa & subtilis apud Hesiodum τῶν λογικῶν in qvatuor genera partitio. Tantum in Operib. à ver. 110. diversa illa mundi atqve hominum secula describit, sic tamen ut primum illud, Deorum potius videatur esse, qvam hominum; secundum & tertium, ad subterraneos Dæmones referri possit: qvartum Heroas & Semideos complectatur, de

qvibus ait,

——δικαιότερον καὶ ἄρειον
Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι.

Ib. C. 10. Ἀλλὰ περὶ μέν.) Plutarch. Ib. p. 416. C. 1. Ib. D. 3. ψυχὴ, ἢ Ἥρωος βίος.) Plutarch. ψυχὴν, ἢ Ἥρωος βίον. utrumq; rectum est. Plutarchus tamen eo loco Hesiodum innuere videtur, de qvo nihil referre ait, πότερον ἂν μεταλλάττη Δαίμονος ψυχὴν, ἢ Ἥρωος βίον ἐν τακτῷ τινι χρόνῳ, ἢ ἐν ἀτάκτῳ, i. utrum certi cujusdam temporis finibus, an planè incerto, Dæmonis animum, Heroisq; vitam circumscribat. Atqve ita intellexit Amiotus. Ib. D. 4. ἐφ' ᾧ.) γρ. ἐφ' ὃ. Verti perinde ac si haberetur, ἐπὶ ὃ, vel ὃ tantum: ita ut βούλεται & δεδείξεται, ad Hesiodum ipsum referantur. Video tamen, in illis vocib. ἐφ' ᾧ subaudiri posse, κριτῇ vel δικαστῇ, ut Gallice, *deuant qui il voudra*. sic ut τὸ βούλεται, pro ἂν βούλοιτο (supple Δημήτριος) usurpetur: δεδείξεται autem sit δεχθήσεται. ostendi poterit. Atq; ita Xylander. Amiotus vero, sic, *Tousiours sera-il prouue par leqvel des deux il voudra.* Qvod vereor ut satis defendi possit.

Ib. 5. σοφῶν. Plutar. σαφῶν, Elige. Ib. D. ult. τὸ μὲν οὖν ἐθελῆσαι.) Plutarch. p. 418. E. 1. ubi Heracleo loqvitur. Hunc locum, qvod magna esset eo in codice, qvo tunc utebar, cum ista verterem, paginarum ac numerorum perturbatio, reperire non licuerat. Nunc emendatiorem nactus, primum verba illa sic reddo, *Ego vero id poni non sine ratione posse existimo.* Deinde qvæ seqvuntur p. 185. A. μονονουχὶ ῥάδλω, lego ut Plut. μονονουχὶ ῥάβδῳ, &c. Sumpta qvasi ex Empedoclis carminibus, abrupta qvadam effræniqve licentia: vel, occasione propemodum ex Empedoclis versibus impetu qvodam arrepta. Uterq; manusc. legebat δραγμὸν, cum Theodoreto l. 10. de Græc. affect. p. 136. ubi Interpres, *collecta ex Empedoclis versibus sententia.* Minus improbarem δραγμήν. ut alter manusc. habet. Id enim de collecta qvadam criminum seqventium, qvasi qvisqviliarum colluvie posset intelligi. Versus autem Empedoclis, de qvibus hic, fortean illi sint, qvi lib. de Iside & Osir. p. 361. C. à Plutarcho laudantur, & ab Eusebio p. 187. D. referuntur. Sed v. infra p. 205. D. ubi locus hic sanior, pleniorqve producitur.

Pag. 185. A. 9. Καὶ πάλιν προστίθησι.) Imo apud Plut. hæc præcedunt, p. 417. B. 4. Ib. B. 6. διεσπαρμένας. Plutarch. ἐνδιεσπαρμένα, hoc est notas sacrificiis, ritibus & fabulis passim aspersas. Qvod rectius videtur. Ib. B. 9. εὔστομά μοι κείσθω.) Suidas, Εὐστομεῖν, τὸ εὐφημεῖν, ἢ οἱ Ἴωνες, εὔστομα κείσθω φασί. Herodot. non semel. Ib. C. 5. ῥιψαύχενοι.) Repone ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ ex Plutarcho, cum turbulenta cervicis jactatione. Ib. C. 7. Φήσαιμι ἂν πλεῖσθαι, &c. Plutarch. longe aliter, φήσαιμι ἂν πλεῖν μειλίχια ἢ παραμύθια, καὶ τὰς πάλαι ποιουμένας ἀνθρωποθυσίας ὑπὸ θεοὺς ἀπαιτεῖν. In qvib. saltem το πλεῖν in πλείω mutandum videtur.

Ib. C. pen. ἂν ἐδέχοντο. Plut. ἀνέχονται. F. ἀνείχοντο.

Ib. D. 3. Βαρυθυμίας ἀφοσιούμενοι, &c. Plutarch. ita legit ac distingvit, βαρυθυμίας ἀποσιοσάμενοι, ἢ ἀποπιμπλάντες ἀλαστόρων. ἐνίων δὲ μανικοὺς ἢ τυραννικοὺς ἔρωτας. In nostro meli9 videtur, ἀφοσιούμενοι. cætera susqve deqve.

Pag. 187. A. 5. Βέλτιον οὖν.) Plutarch. de If. & Osir. p. 360. D. 4. Ib. C. 4. ἢ πολλαί τινες.) Plut. καὶ Κρόνου τινός. Ib. C. 8. παρὰ πᾶσιν.) Plut. πᾶσιν tantum. Ibid C. 10. παρακαλυπτόμενα. Plut. ita leg. ἅ μικρὰ ὑπέμνημα, ἢ πλεταῖς ἄρρητα διασώζεται, ἢ ἄθεατα πρὸς τοὺς πολλοὺς, ὅμοιον ἐχ. λόγ. qvæ sensum hunc efficiunt, ab Eusebiano longe diversum: *sacris & ritibus involuta, vulgiq; auribus & oculis ignota conservantur, similes etiam habent explicatus.*

Ib. D. 7. δὲ χθονός.) Plut. δ' ἐς χθονός, ut conjiciebam. Ib. γαῖα δ' ἐς αὐτάς.) Plut. γαῖα δ' ἐς αὐγάς. Porro versus isti sunt, ex qvib. pag. 185. nonnullos occasionem avidius arripuisse dicebat, Dæmones gravius criminandi. Qvod tamen aliter accepit Theodoret. l. 10. de Græcor. affect., p. 136. extrema, dum ait ex Plutarcho intelligi, Dæmonum sacrificulos, τὰ ἔπη, οὐκ ἔχλινος θέσπισμα ἢ κατηχὼς λέγειν, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἐμπεδοκλέους συλλῶντας ποιήσεως. Qvi sensus (S. Patris pace dictum sit) vereor ut satis cum Plutarchi mente conveniat.

Pag. 188. A. 10. ἐκεῖνος μὲν οὖν.) Plutarch. de oracul. defect. p. 421. B. Ib. B. 6. εἰς τὰ Τέμπη.) Ubi opinor, Admeto Thessaliæ regi operam navarit. Hac ipsa de re Plutarch. eod. tractatu plurib. p. 418. A. B. C. Ubi & sacri novennalis qvod à Græcis, qvi extra Pylas degerent, omnibus peragebatur, ritum & causam exponit, & de piaculis ad Tempe fieri solitis hunc in modum loqvitur, οἱ τε γινόμενοι περὶ τὰ Τέμπη καθαρμοὶ, μεγάλου τινὸς ἄγους καὶ τολμήματος ὑπονοίαν ἔχουσι. παγγέλοιον γάρ ἐστιν, ὦ ἑταῖρε, τὸν Ἀπόλλω κτείναντα θηρίον, φεύγειν ἐπὶ πέρατα τῆς Ἑλλάδος, ἁγνισμοῦ δεόμενον, &c. Atqve ut hoc in fabularum genere certum nihil, Pausanias Corinth. p. 11. narrat Apollinem, & Dianam, interfecto Pythone, παραγενέσθαι εἰς τὴν Αἰγιάλειαν, καθαρσίων εἵνεκα. Inde fugam incolis, inde morbos: inde loco nomen, φόβον. tandem à 7. pueris, totidemqve virginibus adductos in Acropolim Deos: id qvod certo ritu qvotannis ibid. recolatur. Ib. B. 6. ...σθαι τὴν φυγήν.) Ex his Plutarchum emendes licet, apud qvem corrupte admodum, ...σθαι μετὰ τὸ φυγεῖν αὐτὸν ἐκπεσόντα κόσμον. ὕστερον δέ. interpretes vero Eusebianam lectionem seqvuti sunt. Ib. B. 9. Φοῖβον ὡς ἀληθῶς.) Hesych. Φοῖβος, καθαρὸς, λαμπρὸς, ἁγνὸς, ἀμίαντος. Et, Φοιβάζει· λαμπρύνει, καθαίρει, ἁγνίζει· ἢ Φοιβάσαι ὁμοίως. Ita enim distingvendum videtur: vult enim, opinor, τὸ Φοιβάσαι eadem omnia significare, qvæ τὸ Φοιβάζει. Seqvitur Φοιβᾶσθαι, καθαιρεῖσθαι, Legend. putem καθαίρεσθαι. Et παρὰ Φοιβήτρια, καθάρτρια. Etymolog. Auctor, ead. additqve Φοῖβος, esse qvasi φάοβος, παρὰ τὸ φάος ἢ τὸ βίος, ὁ καθαρὸν βίον ἔχων. Et Φοῖβαι, inqvit, αἱ καθαραὶ καὶ λαμπραὶ τρίχες. Ib. C. 3. δίκας.) Plutarch. δικαιώσεις. Ib. C. 9. Σολύμους.) Stephan. Οἱ Πισίδαι, inqvit, πρότερον Σόλυμοι ἐστὶ δὲ ἔθνος βάρβαρον, κατοικοῦν παρὰ τὴν Ἀσπένδον, καὶ τὴν Κιλικίαν. Plinius lib. 5. c. 27. idem scribit. Strabo tamen eos modo in Pisidia, modo Lyciam inter ac Pisidiam medios, atqve in summis Tauri jugis constituit. Sed tanta vicinitas facit, ut modo Lyciorum, modò Pisidarum nomine appellentur.

Sane paulo post Plutarchus Solymorum Numina cum Lyciis omnibus communicat. Apud Homer. Ιλ. ζ. Bellerophon in Lyciam profectus, *δεύτερον αὖ Σολύμοισι μαχέσσατο κυδαλίμοισι*. At ὀδυσ. ε, novos qvosdam Solymos ultra Oceanum fingit,

Τὸν δ' ἐξ Αἰθιόπων ἀνιὼν κρείων ἐνοσίχθων,
Τηλόθεν ἐκ Σολύμων ὀρέων ἴδεν.

Qvem in locum Strabo l. 1. *ἴσον τοῖς ἀπὸ μεσημβρινῶν τόπων· Σολύμους λέγειν, οὐ τοὺς ἐν τῇ Πισιδίᾳ, ἀλλὰ πλάσας τινὰς ὁμωνύμους, τοὺς ἀναλόγως ἔχοντας πρός τε τὸν πλέοντα, καὶ τοὺς ἐκεῖ μεσημβρινούς, ὡς αἱ Αἰθίοπες· ὡς οἱ Πισιδικοὶ πρός τε τὸν πόντον, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς Αἰγύπτου Αἰθίοπες.* Ib. *Ἀρσαλον*, &c.) Ita etiam Plutarch. At ejus socios, *Δρυον καὶ Τόσιβιν*, mutat in *Δρύον* & *Τρησοῦβιν*. Suidas Tosibis unius meminit, his verbis, *Τόσιβις, θεὸς τῶν*, deest, opinor, *Σολύμων*, aut *Λυκίων*.

Ib. D. 4. *Σχιρὸς θεός.*) V. Observat.

Pag. 190. A. 6. *ὁ ἐν Βραγχίδαις Ἀπόλλων.*) De Branchide, seu Branchiade Apolline, multi multa, secentes, antiqvi. Verbo sic habe. Qvadruplex ejus nomen, Milesius, Branchides, seu Branchiades, Philesius, & Didymæus. Primum vetustissimum fuit, seqventia duo mediæ qvasi vetustatis, qvartum idemqve postremum, recentius. Milesius, qvod in Milesiorum agro, abs Mileto stadiis ferme 200. oracula funderet, ut Plinius auctor est. 5. 29. Branchides, a Brancho, Apollinis vel filio, vel amoribus, qvo cum divinandi artem Apollo prolixe communicaverat. Ab eo qvoqve, loci ejus populis, Branchidarum appellatio. Philesius, *ἀπὸ τῶν φιλημάτων*, qvibus suis illis amoribus Apollo blandiebatur. Didymæus, vel qvod Jovis ibi socius, geminumqve adeo Numen præesset oraculo: nam & Jupiter Didymæus vocabatur: vel qvod deinde communibus templi & sacrorum honoribus Apollo Pater, Branchusqve filius colerentur, imo & magna tum esset oraculorum utriusqve communio. Inde fortassis, & loco nomen, Didyma. Sane Plinius l. 5. c. 29. & Pompon. Mela l. 1. c. 17. Didymæum ajunt vocatum postea, qvi Branchides olim dicebatur. Ex recentiorib. plura dabunt Bulengerus Noster l. 1. de Oracul. c. 9. Et Boissardus de divinatione, capite de Brancho.

P. 191. B. 5. *θεοῖς ποτ' ἀδείματον.*) Reddidi qvasi esset *ἀδείμαντον*, sine metu, qvod ipsi qvoqve Dii, ut ex seqventib. patebit, hominum se voces ac vincula metuere faterentur. Qvo illud Pselli, *πάντα τὰ δαιμόνια φῦλα, θρασέα, καὶ δειλὰ ἅμα λέγεται εἶναι.* Hoc tamen in sensu non acqviesco; maxime, qvod seqvens versus cum eo minus congruere videatur. Adde nec satis constare prosodiam. Manusc. leg. vel *διαμάταιον*, vel *διὰ μάταιον*: licet in uno repositum sit, *ἀδείματον*. Sanè *μάταιον* valde placet, qvod τῷ *ἀκράαντον* affine ac prope geminum sit. Et vero id unum agit Hecate, ut omnem abs se se oraculisqve suis dubiæ fidei suspicionem removeat. Tantum versui tibicine opus esset: nam, τὸ, *διαμάταιος*, vereor ut satis firmus habeatur. Cæterum, ut verum fatear, hoc in oraculo nihil video, cui cum seqventib. Porphyrii verbis magnopere conveniat; nisi forte *τὸ, δεσμῷ κλήιζε*, ut vinculi hujus nomine, illecebram intelligat, qva sic tanqvam vinculo constricta teneretur. De qvibus vinculis infra pluribus.

P. 192. A. pen. *Τιτηνίδα.*) An qvod Rhea Tellus esset, Titanes autem Cœli Terræq; filii putarentur? contra qvam Diana *Τιτηνὶς* dicta Nicandro in Theriacis, non qvod Titanum mater esset, sed qvod Titanis cujusdam & Latonæ filia, ut vult ibi Scholiastes. Imo supra p. 37. C. ult. Phœnicum ex Theologia, Titanidas septem, hoc est Dianas, Saturni & Astartes filias habebamus. Hoc si probas, ita versum concipe,

Rhea beatorum mater Titania divum.

Mihi sane durum videbatur, *Τιτηνίδα*, Titanum promiscue matrem significare, vel filiam. Qvid qvod Orpheo Rhea Terræ parens, non Terra ipsa est?

Μήτηρ, inqvit, *ἡδὲ θεῶν, ἡδὲ θνητῶν ἀνθρώπων,*
ἐκ σοῦ γὰρ καὶ γαῖα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, &c.

At in fabulis *οὐδὲν ὑγιές*, ac præter impietatem aut vecordiam constans nihil, ut Superiorib. L. Eusebius noster plurib. An *Τιτηνὶς*, Titææ filia, Titanumqve soror? Qva de re supra Noster, p. 57. B. C. Si conjectura placet, Atlantiorum Theologia transierit ad Milesios. An *Τιτηνὶς* pro *τιτήνη* positum, i. Regina, ut Hesychius explicat? En tibi Orpheus, *Παμβασίλεια Ῥέα, πολεμόκλονε, ὀβριμόθυμε*. An suum cum sorore nomen soror optima communicavit? supra enim p. 57. legebamus, cœlo natas esse filias, *Βασίλειαν καὶ Ῥέαν*. Qvid si *τιθηνὶς*, rariore licet vocabulo, aut usitatiore, *τιθήνη*, scriptum erat, ut ea Deorum & mater & nutrix diceretur? Ib. B. 2. *τυμπάνων.*) Prima brevi, ut Homer. hymno in matrem Deor.

Ἣ κροτάλων, τυμπάνων ἰαχή, σύν τε τρόμος αὐλῶν.

Orpheus sic illam appellat,

Τυμπανόδουπε, φιλοιστρομανές, χαλκόκροτε κούρη.

P. 193. B. pen. *οἱ ἀιδήλην.*) V. Observat. Ib. C. 4. *Μετά.*) Malim *κατά*, qvod tmesi paulo longiore, ad *λίπον* seq. vers. referatur. Ib. C. ult. *τέρπει.*) Omnino legend. ut *γε τέρπειν*. & seq. ver. *ἐπεὶ* pro *ἀδάη*. Homer. Il. ι.

Ὣς φάτο· τοῖσι δὲ πᾶσιν ἑαδότα μῦθον ἔειπεν.

Ib. D. 11 *θεοδάμοις.*) Theodoret. l. 10. de Græc. affect. p. 139. *Σεισοδόμοις*, vel *δόμοις*. ubi Sylburgius annotat, alibi qvoq; legi *θεοδάμνης*, qva voce sagam aliqvam intelligit, eamqve lectionem funditus repudiat. Optima tamen videtur, si subscribatur, sic, *θεοδάμνης*, Suidas, *θεοδάμνη· ἡ θεοὺς δαμάζουσα*. Qvid si *θεοδάμνης*, ut *πολυδάμνης*?

Ib. D. ult. *ἀπειρήτοις.*) Ita etiam Nicephorus, qvi locum hunc laudat, ad Synesium de Insomn. p. 361. ubi *ἀπειρήτοις*, immensis, reddidit interpres. Malim, novis & ignotis, non Diis aut Vatibus, sed hominum vulgo. Qvid si *ἀπειῤῥήτοις*; Hesychius enim, *ἀπείῤῥητον*, inqvit, *ἄῤῥητον, ἀνεκλάλητον*. Qvid si, qvod facilius est, *ἀποῤῥήτοις*; Ib. *ἴυγξιν.*) V. Observation.

P. 194. A. 5. *πανομφέας ὀνείρους.*) Ergo *πανομφής*, (rara utiq; vox) idem qvod *πανομφαῖος* cui, ut Hesych. loqvitur, *πᾶσα φήμη καὶ μαντεία ἀναφαίνεται*. Idem paulo ante, *πανομφαῖον, πεφημισμένον*, diverso nonnihil significatu; qvasi fama celebratum. Sed addit, *ὁ τὰ κακὰ ἀποστρέφων*. Qvid hæc ad *πανομφαῖον*; Crediderim huc ex superiore vocabulo, *πανάλεξις* irrepsisse: ut legi debeat *πανάλεξις, παμμακάριος, ὁ τὰ κακὰ ἀποστρέφων*. Hoc obiter. Sic Orpheus ad Somnium, *πανομφαῖε, ἄλλε ὄνειρε, ἄγγελε μελλόντων θνητοῖς, χρησμῷ δὲ μέγιστε*. Hinc etiam *ὀμφή, ἀντὶ τοῦ κατ' ὄνειρον*, seu *κατ' ὄναρ φαντάσματος*, Hesychio & Suidæ. Verè id qvidem. Nam Homerus Iliad. β. vers. 41.

de Agamemnonis somnio, Ἔγρετο δ' ἐξ ὕπνυ· Θεία δέ μιν ἀμφέχυτ' ὀμφή. Ubi Eustath. τὸν ὄνειρον, inqvit, καὶ ὀμφὴν λέγει, παρὰ τὸ ὂν φαίνειν. Similia tradit p. 711. Et Synes. tract. de insomn. ipso statim initio, προφήτας ὕπνυς appellat.

Ib. A. 7. ἀήκία.) Ita reposuimus ex manuscr. cui etiam Mont. consentit, pro ἀεὶ καὶ.

Ib. B. 2. ἐπιμύσαντες.) Non displicet: qvasi cæco qvodam impetu boni obedientiæ magistri raperentur. Alter ex manusc. videtur habuisse, ἐπιμύσαντες· qvod etiam probari posset. Hesych. enim, τὸ ἐπιμύει, explicat, non modo καμμύει, sed etiam ἐπιστενάζει, qvasi gemitum qvendam ac stridorem advolantia coactaqve Numina emitterent. Ib. 5. θνητοῖς ὑποφήταις, ἢ πρὸς θνητοὺς ὑποφήτας. vel καὶ θεοὶ κελεύουσιν ὑποφῆται. Ib. D. 1. φύσις.) Ita manusc. omnes, & recte: cum ante legeretur, φησί.

Pag. 195. D. 1. Τάμνον.) Corrigendum videtur θάμνον. Hesych. θάμνος, πυθμὴν δένδρυ, ὃ ῥίζα πολλοὺς κλάδους ἐκπέμπουσα. Addit. καὶ οἱ σύμφυτοι ἢ δενδρώδεις forte legend. ac supplend. καὶ οἱ σύμφυτοι, ἢ δενδρώδεις τόποι. Concludit, ἢ βάτος, ἢ ξύλον ἀκανθῶδες. Qvid mirum, si tam gravibus & aculeatis vinculis expediri bona Numina vehementer optarent? Ib. πολιὸν τύπον.) Credo veteli cujusdam Numinis, Saturni puta, canam hanc imaginem fuisse. Ib. D. 3. νηλείην ὀθόνην. En alterum vinculi genus, linteum. Sed pro νηλείην, qvæ vitiosa vox est, legend. aut νηλεῆ, acerbum & immite: aut Νειλαίην, Niliacum, ex Ægyptiaco lino contextum, qvod ab Herodoto l. 2. & Plinio l. 19. c. 1. commendatur. Consule & Apulejum in Apolog. ubi purgans illud, qvod lineo qvodam involucro nescio qvid tegeret, hæc habet inter cætera: *Mundissima, inqvit, Lini seges, inter optimas fruges terra exorta, non modo induvui & amictui sanctissimis Ægyptiorum Sacerdotibus, sed opertui qvoqve inde rebus sacris usurpatur.* Lege & Plutarch. de Iside & Osir. non procul ab initio, & Philostr. & de vita Apollonii p. 388. cui magiæ reo linea vestis crimini cum daretur, ἐπειδὴ, inqvit, μὴ ἀπ' ἐμψύχυ ἐσθῆς, (linum,) καθαρὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ Αἰγυπτίοις. ἐμοὶ δὲ καὶ Πυθαγόρᾳ, διὰ τῦτο, χρῆμα γέγονε, διαλεγομένοις, εὐχομένοις, θύυσι. Ib. D. penult. νεφέλην δοχῆα.) An Nubem intelligit, qva tectus inclususq; Dæmon se se mago sisteret? qvo Deorum involucro nihil apud Poetas freqventius. An potius ipsamet ὀθόνην, qva vinctus tenebatur, qvamqve Petronius nebulam lineam, & ventum textilem appellabat, usqve adeo tenuis erat, ac delicata carbasus. Sane Vopiscus extremo lib. Romanorum Principum hoc in genere luxum carpit, qvod ludis publicis, Ægyptiacas etiam lineas, largitionis suæ partem esse vellent.

P. 196. D. 3. a fin. τυχοῦσιν ἀνθρώποις χρεσμένοις.) Clemens Alexandr. in Protrept. Μάγοι δὲ ἤδη, δαιδαίας τῆς σφῶν αὐτῶν ὑπηρέτας δαίμονας αὐχῦσιν, οἰκέτας αὐτοὺς ἑαυτοῖς καταγράψαντες, τὰς κατηναγκασμένους δούλους ταῖς ἐπαοιδαῖς πεποιηκότες.

Pag. 198. A. 9. Τὸ γὰρ λέγει.) Hæc ipsa laudat Jamblic. lib. de Mysteriis. Audi hoc furore furentem apud Statium Thebaid. 4. Tiresiam:

Testor, ait, Divos, qvibus hunc sacravimus ignem,
Lævaq; convulsæ dedimus carchesia terræ:
Jam neqveo tolerare moram. Cassusne Sacerdos
Audior? An, rabido jubeat si Thessala cantu,
Ibitis, & Scythicis qvoties medicata pruinis
Colchis aget, trepido pallebunt Tartara motu?
Spernite ne, moneo: & nobis sævire facultas.
Scimus enim, & qvicqvid dici noscisq; timetis,
Et turbare Hecaten. &c.

Ib. A. 11. τὸ ἐν Ἀβύδῳ.) Abydenum hoc secretum adhuc me latet. Ib. 12. τῆ βάρει στόλη.) Baris Ægyptiacæ navis genus est, qvod tametsi latius pateret, præcipue tamen, & κατ' ἐξοχὴν, eam significabat, qvæ qvotannis Isidi publice dicabatur. V. Observationes.

Pag. 200. B. penult. Πηγάνυ ἐξ ἀγρίοιο.) De ruta & seqventib. consule Observationes.

Pag. 201. ult. ἐλέφαντος.) Ita manusc. optimè, pro λίθου, qvod ante legebatur.

Pag. 202. D. 3. ἐλαύνεται.) Ita legendum putavi cum altero manuscr. qvum prius ἐλαύνεται legeretur.

Pag. 203. Αἰόλην.) Mobilem verti, qvod proprium clavis epitheton videbatur. Hesych. Αἰολὸς, inqvit, ἢ εὐκίνητος. ἀπὸ τῦ αἰολεῖν, ὅ ἐστι κινεῖν, &c. Posset etiam idem esse, qvod πολύχρωμος.

Pag. 204. B. 6. τῶν εἰς ὑποδοχήν.) Alter è manuscript. præclaram huic loco navat operam: legit enim, ταῖς εἰς ὑποδοχὴν τῦ θεία, κατὰ τὸ ἐνάρετον καὶ φιλόθεον πρᾶξιν, προκατεσκευασμέναις ψυχαῖς· mentibus illis, qvæ sese jam ad excipiendum Numen, honestæ ac religiosæ vitæ rationibus compararint. Ib. D. 1. ἀμφὶ δέ.) Corruptum locum manuscripti fœdius lacerant. F. non incommode οἱ mutetur in σοι, nulla alia mutatione: nisi malis ἀμφὶ δέ σοι Πυθὼ, &c. Perinde autem in μαντεύματα prima corripitur, ut supra in τύμπανα videbamus. Legi tamen posset, ἀμφὶ δὲ Πυθὼ, καὶ Κλαρίην, μαντεύματα Φοίβυ. Ib. D. ult. Μυκαλήϊον ὕδωρ.) Ergo, ἀπὸ τῆς Μυκάλης, non tantum ὁ Μυκαλεὺς, & ὁ Μυκαλήσιος, sed etiam ὁ Μυκάλεος, sive Μυκαλήϊος. Sed qvomodo hæc aqva in Didymis? Est enim Mycale in Caria, urbis montisq; nomen: Didyma vero in Ionia. Et vero Mycalen inter atqve Posidium promontorium, (ultra qvod Didymæum oraculum fuit) septem stadiorum fretum interceptum erat, ut auctor est Strabo l. 14. Nodum solvit optimè Pausanias 1. Heliac. p. 153. extrema, Τῷ δὲ Ἀλφειῷ, inqvit, τὸ αὐτὸ πάσχει, ὃ ὕδωρ ἄλλο ἐν Ἰωνίᾳ. Τύτυ δὲ τῦ ὕδατος, πηγὴ μέν ἐστιν ἐν Μυκάλῃ τῷ ὄρει, διεξελθὸν δὲ θάλασσαν τὴν μεταξὺ, αὖθις ἀνίσιν ἀνδ... κατὰ Βραγχίδας, πρὸς λιμένι ὀνομαζομένῳ Πανόρμῳ. Recte igitur cum Alpheo fluvio comparatur, qvi juxta Elidem in Arcadia ortus, per Adriaticum mare defluere, ac rursus in Arethusam, qvi Siciliæ fons est, erumpere dicitur.

Pag. 205. A. 1. Πυθῶνος, &c.) Castaliam, seu Castalium fontem intelligit. Pausanias in Phocic. 324. Ἐκ δὲ τῦ γυμνασίυ, τὴν ἐς τὸ ἱερὸν (Delphicum) ἀνιόντι, ἔστιν ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ, τὸ ὕδωρ τῆς Κασταλίας, καὶ πιεῖν ἡδύ. En Pytho, seu Delphi. Parnassum dat paulo post ibid. Panyassis qvidam Poëta, qvi de Hercule.

Παρνασὸν νιφόεντα θοοῖς διὰ ποσσὶ περήσας,
Ἵκετο Κασταλίας Ἀχελωΐδος ἄμβροτον ὕδωρ.

Et Plinius lib. 4. c. 3. *Oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris Oraculo Apollinis: Fons Castalius: Amnis Cephissus, &c.* Ib. 3. κραναὰ

κλαρίῳ.) Forte κλαρίαν seu κλαρίδιν, fontem ipsum appellat, ut Castalia fons erat Castalius. Geographi certe omnes, omnesqve Historici κλάρον, non κλαρίαν, vel urbem vel montem appellant. Κραναὴν autem, credo qvod ex salebroso specu fons ille, seu lacuna fatidica prorumperet. Plin. l. 2. c. 103. Colophone, inqvit, in Apollinis Clarii specu, lacuna est, cujus potu mira redduntur oracula.

Ib. B. 4. Παυσαμένω.) Plutarch. de oracul. def. p. 411. D. Ib. B. penul. καὶ διαπορεῖν.) Hic omnino distingvendum videtur, & post ἀμαύρωσιν, virgula tantum adhibenda, hoc sensu: Nihil vero est, qvamobrem de unis illis sciscitemur atqve disputemus, cum hic etiam extincta esse oracula, vel potius uno alterove duntaxat exceptis, cætera passim omnia defecisse videamus. Ib. C. 2. ἀλλὰ κοινῇ.) Plutarch. ἀλλ' ἐκεῖνο. Ib. D. 7. τὸ μὲν ἐφεστάναι.) Supra Noster 184. D. ult. jam loci hujus principium attulit: qvem hic pertexit uberius.

Pag. 206. B. 2. ὁ δίδως.) Ita Plutarch. & bene, cum διδὺς perperam legeretur. Ib. C. 4. εὐλόγχων εἰδώλων.) Sic idem Philosophus sub initium Pauli Æmilii, Δημόκριτος μὲν γὰρ, inqvit, εὔχεσθαί φησι δεῖν, ὅπως εὐλόγχων εἰδώλων τυγχάνωμεν, καὶ τὰ σύμφορα καὶ τὰ χρηστὰ μᾶλλον ἡμῖν ἐκ τοῦ περιέχοντος, ἢ τὰ φαῦλα καὶ τὰ σκαιὰ συμφέρηται. Qvam tamen ejus precationem, ut superstitione plenam, & Philosopho indignam repudiat. Vide seqventia. Porro hunc locum docte & accurate Xylander illustrat, ex Tullio, epist. 16. l. 15. ad familiar. & 1. de Natura Deor. Ubi Orator, hæc inter cætera sect. 121. Mihi qvidem etiam Democritus nutare videtur in natura Deorum. Tum enim censet imagines divinitate præditas, inesse universitati rerum: tum animantes (for. animatas) imagines, qvæ vel prodesse nobis solent; (εὔλογχα hæc εἴδωλα sunt) vel nocere: (hæc δυσείδωλα) tum ingentes qvasdam imagines, tantasqve, ut universum mundum complectantur extrinsecus. Qvæ qvidem omnia sunt patria Democriti, qvam Democrito digniora. Vide & sect. 107. & 108. ejusd. l. Plutarch. in Sympos. qvam imagines istæ nihili fierent, ostendit his verb. τῶν δὲ Δημοκριτείων, inqvit, εἰδώλων, ὥσπερ Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος. Qvo de loco, V. infra p. 224. D. 9. in Not. Ib. C. 5. μοχθηρὰ, &c.) Plutarch. ita melius, μοχθηρὰς γνώμας ἔχοντα προαιρέσεις παρ' καὶ ὁρμάς. Ib. D. 6. ἐπιδεδήτηκότας ἦσαν.) Plut. brevius, Πῖνε ἔτι, διδήτηκότας. Ib. D. 8. Θαμνοῦ.) Plut. Θαμοῦ, & deinde Θαμοῦς constanter. Non abludit nomen urbis Ægyptii celeberrimæ, qvæ Θηβαῖς olim dicebatur. Et Plato Regem Ægyptium agnoscit in Phædro, Θαμοῦ nomine.

Pag. 207. D. 6. χαλάζας τρέφουσι.) Plutarch. ζάλας τρέπουσι.

Pag. 209. A. 9. τις τῶν νέων.) OEnomaus ille est, qvem infra, p. 213. c. 1. nominatim appellat, homo acer ac vehemens, qvi cum in fraudem ab oraculo qvodam inductus esset, oraculorum istorum vanitatem omnium in oculis defigere statuit. V. Observat. Ib. γοήτων φωρὰν.) Ita omnes. At pag. 213. c. 2. alter ex manuscript. habet φθορὰν. Utrumqve tamen repudiandum videtur, & mutandum in φωρᾶς. qvæ vox, præstigiatorum investigationem, & qvasi deprehensionem significat. Qvomodo legit Theodoret. l. 6. de Græcor. affection. p. 86. 22. ubi de OEnomao, καὶ τὸ μὲν σύγγραμμα, inqvit, φωρὰν γοήτων ὀνόμασε, i. ac suum illud opus, Præstigiatorum deprehensionem inscripsit. Erit igitur hic, γοήτων φωρὰν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι τι ποιούμενος, qvi peculiari libro præstigiatorum deprehensionem instituit: & p. 211. τὰ κατὰ τῆς τῶν γοήτων φωρᾶς, in sua illa Præstigiatorum deprehensione perseqvitur, & p. 254. D. 7. ubi ead. qvæ Theodoretus.

Pag. 210. C. 2. Ἀριστόμαχος, &c.) Totum hunc locum plurib. in Observationib. excutio.

Pag. 212. A. 3. τίνι ἐνθαυμάσας.) Affinia Theodoret. lib. cit. p. 139. 52. Καὶ ταῦτα ὁ Πύθιος δέδρακεν, inqvit, πολυτάλαντα παρ' ἐκείνου δεξάμενος δῶρα. Δυοῖν τοίνυν θάτερον, ἢ ἀλαζὼν ὤν, ἢ ἀχάριστος· ἢ γὰρ ἃ μὴ εἴδει, εἰδέναι βρενθύεται, ἢ εὐεργετούμενος, ἑκὼν γε ἀδικεῖ τοὺς θεραπεύειν ἐσπουδακότας. Adi Herodot. l. 1. p. 20. ubi regia plane donaria leguntur, qvibus Delphici Apollinis Templum Crœsus ornabat: & p. 42. ubi suam Apollini vanitatem, ac perfidiam objicit, legatosqve suos qværere nominatim jubet, Εἰ ἀχαρίστοισι νόμος εἶναι τοῖσι Ἑλληνικοῖσι θεοῖσι. Leges ibidem improbi Dæmonis apologiam.

Ib. C. 0. ἔσω ψάμμου ἀξία.) Subobscure videtur illud αἰνίττεσθαι Apollinis ejusdem responsum, qvod infra p. 204. B. 4. dimidiatum; apud Herodot. l. 1. p. 20. integrum citatur, & apud Suidam v. Κροῖσος,

Οἶδα δ' ἐγὼ ψάμμου τ' ἀριθμὸν, &c.

Qvod proœmium repetit OEnomaus infra, p. 230. B. 4. leviter immutatum. Ib. C. 8. κραταιρίνοιο χελώνης.) Herodot. ibid. ita responsum illud conceptum refert, qvo qvid certo die apud Crœsum fieret, Pythius indicabat,

Ὀδμή μ' ἐς φρένας ἦλθε κραταιρίνοιο χελώνης
Ἑψομένης ἐν χαλκῷ ἅμ' ἀρνείοισι κρέεσσι,
Ἡ χαλκὸς μὲν ὑπέστρωται, (Male apud Suid.
ὑπέρκειται, χαλκὸν δ' ἐπίεσαι. (for. χαλκοῦ
vel χαλκὸς ἐπίεσται.

Ita Herodoti editio Græcolat. Henr. Stephani: qvi e regione primi vers. annotat, in manuscr. legi κραταιρίνοιο, pro κρατηρὴ οἷα. Sanè vereor, ut κρατηρὸς valde sit in usu, pro κραταιρὸς, & noster hic OEnomaus aliqvid τοῦ κραταιρίνοιο similius probasse visus est. Id fortassis erat, κραταιρίνου. nam & Suidas hab. κραταιρίνοιο) ut enim dicunt κραταιγύαλος, κραταίπους, & simil. sic κραταίρινος dici qveat, hoc est, testæ durioris, σκληροτέρου καὶ στερροτέρου δέρματος. Est enim ῥινός, δέρμα, βύρσα, imo & ἀσπίς, ut notum est, cui non absimilis illa testudinis domuncula σύμφυτος. Andi Homerum hymno in Mercur. v. 48. ubi de testudine illa novam in citharam à Mercurio conformata,

Πειρήνας διὰ νῶτα διὰ ῥινοῖο χελώνης.

Prope est, ut legendum putem κραταιρίνοιο: qvæ enim, aut cujusmodi est ista conjunctio, διὰ νῶτα, διὰ ῥινοῖο? Hinc & Oppiano Ἀλιευτ. 1. ἀσπιδόεσσα χελώνη, clypeata testudo. Qvid testudo militaris, tam Latina, qvam Græca? Ibid. C. 10. ἐκ δ' ἀνιδὼν ἐν.) Aliter Herodoto persvasum: ὁ δὲ, (Crœsus) ὡς τὸ ἐκ Δελφῶν ἤκουσε, inqvit loco cit. αὐτίκα προσεύχετό τε, καὶ προσεδέξατο, νομίσας

μῦνον εἶναι μαντήιον τὸ ἐν Δελφοῖσι, ὅτι οἱ ἐξεῦρεν τὰ αὐτὸς ἐποίησε, &c. cum responso plane congruentia.

Pag. 213. A. 11. ἡμίονος.) Ita responderat Pythius apud Herodot.

> Ἀλλ' ὅταν ἡμίονος βασιλεὺς Μήδοισι γένηται
> Καὶ τότε, Λυδὲ ποδαβρὲ, πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον
> Φεύγειν, μηδὲ μένειν, μηδ' αἰδεῖσθαι κακὸς εἶναι.

Ib. B. 2. ἤδη.) Ita γε. & recte pro ἤδη.

Ib. B. pen. τί ἢ σὺ κηφίας,) Ita omnes: nisi qvod unus, σοὶ, pro σὺ legit. Mihi qvidem τὸ κηφίας, ignota vox est. Qvod sufficerem, aliud, præter τί δὲ σὺ κιλίσας; occurrit nihil: & ἀκολουθία οὐκ ἀπροσδιόνυσος.

Pag. 214. A. 2. περὶ σῦ.) Nulla hic erat ante distinctio, qvam tamen sententia maximam postulare videbatur. Oraculum enim, opinor, seqvitur, qvod bonum OEnomaum in errorem induxerat. Ib. ἐν Τρηχῖνος.) Ita etiam paulo post, Τρηχῖνα. Sed alter manuscr. habet Τραχῖνα. Qvæ mihi lectio rectior visa est. V. Observat. & inf. p. 260. A. 8. Ib. A. 4. παινημαδόν.) Rara vox, si proba est, qvæ παίνημαρ, credo, significat. Qvid si πανήμαρ, qvod Hesychio est διὰ βίου; Ib. ὑδάτεσιν.) V. Observat. Ib. A. 9. Ποικίλδονῖνα.) Tralatitium illud Hesiodi significat,

> Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
> Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν,
> Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
> Ῥηϊδίη δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

Porro hinc etiam liqvet, legend. Τραχῖνα, cum ex hoc nomine, τραχὺ & asperum aliqvid sonante, illum OEnomaus Hesiodi sudorem, καὶ τρηχὺν οἶμον ominaretur.

Ib. C. 8. Φάτνας.) Mensas reddere malui, qvam stabula, vel præsepia. Hesych. φάτνη· ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν, ἢ εἴ τι τῶν τοιούτων. Ead. Suidas habet: tametsi qvod ait OEnomaus, παροιμιῶδές τι præ se ferre, & Eqvos longo fessos itinere, & stabuli qvietem ac pabulum anhelantes respicere videatur.

Pag. 215. A. 3. εἴ τι τοῖσιν ἐυτελ.) Ad supplendum hoc oraculum, opus sit plusqvam OEdipo. Ib. A. 5. οὐδὲ μικρὸν ἔξεται.) e Manuscr. alter, οὐδὲ μὴν σκομφύξεται, & supra, σκομφύζεται. Alter, οὐδὲ μὴν σκομφυίζεται. Montac. οὐδὲ μίαν σκεμφυίζεται, & in margine, σκιμφίζεται. Multa, & mala, καὶ οὐδὲν ὑγιές.

Pag. 216. B. 4. Ω μέλεοι.) Vide Theodoret. lib. 10. de Græcor. affectionib. Pythiæ responsum hoc est, Aristonices nomine, ut scribit Herodot. lib. 7. p. 487. ubi Athenienses Græciæ σωτῆρας appellat, qvod frementibus licet oraculorum minis atqve terroribus, invadentem hostem fortiter excepissent. Magna in oraculo diversitas. In primo versu, λιπὼν φεῦγ', pro πόλιν φύγετ'. Secundus apud Herodot. additur, Δώματα; καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα. Tertius, qvi Herodoto qvartus, Οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὦν χέρες, οὔτε τι μέσσης. (Hinc qvintus seqvitur) λείπεται, ἀλλ' ἄζηλα πέλει, κατὰ γάρ μιν ἐρείπει) recte, non ἔρριψε, ut hic.) Qvartus, Herodoto sext. habet συρηγενὲς, melius qvam συγγενές. Qvintus, Herod. sept. Πολλὰ δὲ κἄλλ' ἀπολεῖ πυργώματα κοὐ τὸ σὸν οἶον. Post δώσει ἐν πυρὶ ... addit,

> —— κατὰ δ' ἀκροτάτοις ὀρόφοισι
> Αἷμα μέλαν κέχυται προϊδὸν (malim προϊδὸν)
> κακότητος ἀνάγκας.
> Ἀλλ' ἴτον ἐξ ἀδύτοιο, κακοῖς δ' ἐπικίδνατε θυμόν.

Ib. D. 4. οὐ δύναται.) Herodot. ibid. secundum versum implet, καὶ μῆτιν πυκνήν. Qvartum vero sic,

> —— ὅσα Κέκροπος οὖρος (Tum 5. seqvitur)
> Ἐντὸς ἔχει, κευθμών τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο·

Post τεῖχος ἰόντα, Addit Herod.

> Πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἥσυχος· ἀλλ' ὑποχωρεῖν

Tum seq.

Νῶτον ἐπιστρέψας, ἔτι τοί κοτε κἀντίος ἔσσῃ, i. si forte adversus adhuc eris. Sed alt. e manusc. ἔσῃ pro ἔσσῃ, qvod etiam malui, præsertim qvod OEnomaus inf. p. 218. C. 2. hanc vocem repetat. Porro qvæ necessaria non putabat, resecuit OEnomaus. Ib. D. 7. ἀδάμαντι.) Interpres Herodoti, adamanti propinqvans, vel, adamante, ut Nicephori Synesiani Interpres vertit p. 368. Ego, Minervam intellexi, cujus hic res agebatur. Ἀδάμας, qvasi ἀδάμαστος Minerva, non tantum διὰ τὸ ἐν πολέμοις ἄμαχον: qvo modo Hesych. τὸ ἀδάμας explicat, ἀθανάτης & ἰσχυρός; sed etiam qvod Virgo & innupta persisteret, & cognomento Παρθένος in Atheniensi arce coleretur. Ib. D. 10. Τριτογενὲς.) Alt. e manusc. Τριτογένεια. recte, κατὰ συνίζησιν. Porro Theodoretus, hæc cum præcedentibus pugnare contendit, τοῦτο γε, inqvit, (nempe τὸ, Οὐ δύναται Παλλὰς,) ἀντικρυς ἐναντίον τοῖς ἐφεξῆς. Εἰ γὰρ ὡς ὁ Ζεὺς ὑπὸ ἐπεισθη ταῖς ἱκετείαις τῆς Ἀθηνᾶς, ... μεταβληθεὶς ἔδωκε ... τεῖχος, &c. Responderet fortasse callidus Vates, ita placari Jovem non potuisse, ut a Persis urbi parceretur; hoc Minervæ tamen indulsisse, ut ligneo muro salutem qværerent.

Pag. 217. A. 1. Ω θεία Σαλαμίς.) Themistocles apud Plutarch. ex illo Salaminis epitheto bene ominari jubet. τῶ δὲ χρησμῷ, inqvit, Plut. πάλιν ἐδημαγώγει, λέγων μηδὲν ἄλλο δηλοῦσθαι ξύλινον τεῖχος, ἢ τὰς ναῦς. διὸ καὶ τὴν Σαλαμῖνα θείαν, οὐχὶ δειλὴν, οὐδὲ σχετλίαν καλεῖν τὸν θεὸν, ὡς εὐτυχήματος μεγάλου τοῖς Ἕλλησιν ἐπώνυμον ἐσομένην. Simile huic oraculum Pandosenis editum, Πανδοσίη τρικόλωνε, πολύν ποτε λαὸν ὀλέσσεις, ut est apud Steph. de urbib. v. Πανδοσία. Qvod oraculum Alexandro Æthole, circa illud Brettiorum oppidum, pestem creavit. Ib. C. 4. πῶς δὲ, ὦ μάκαρ.) Gemina Theodoret. χρόνον γὰρ πως ἔδειξε, τὰς πεντηκοντούτης, εἴτε Πέρσαι εἶεν, εἴτε Ἀθηναῖοι. διὰ τοῦτο γυναικῶν ἐμνήσθη μόνον, τὸ δὲ τούτων ἔθνος ἐσίγησε, καὶ τὸ σκιδναμένης δὲ δημητερος, ἢ συνιούσης, ἀγνοοῦντες ὅτι παντελῶς τῆς νίκης καιρόν. Eqvidem posteriorem hunc versum, de sementis messisve temporibus accipio, vere, autumno, vel adulta jam æstate. Nam in semente jactatur Ceres, in messe colligitur. Nec OEnomaus aliter accipit infra, D. V. tamen Observat. Ib 9. 10. οὐδὲ θεοὶ ἐπικυκλ.) γε. οὐδ' οἱ θεοὶ ἐπισυκλώμενοι. f. leg. ἐπισυκλώμενοι, vel ἐπικεκλημένοι, prius tamen illud malim.

Pag. 218. B. 2. σοί γε.) Malim σύ γε, qvemadmodum etiam altero in manuscr. reperi, licet τόσοι additum insuper fuerit. Ib. B. 4. μηδ' δεῖσθαι.) Clarum est legend. μηδ' αἰδεῖσθαι, qvemadmodum est in manusc. & apud Herodotum, qvi etiam κακὸς habet, non κακόν. Est enim versus hic tertius ex iis, qvibus Crœso respondit Oraculum, qvos supra exscripsimus ad p. 213.

h iiij

A. 11. Ib. B.6. ὁ χουῦ λυσάμενος.) Themistoclem innuit. Lege Herodot. lib.7. ubi varias intricati oraculi explicationes recenset.

Ib. B. ult. τὸν Λυδόν.) Crœsum.

Pag. 219. B. 1. ὑμῖν ὦ Σπάρτης.) Herodot. l. 7. p. 520. Spartam vocat εὐρύχορον, a regionis potius, qvam urbis amplitudine. Fuit enim Laconica, totius Peloponnesi magnitudine ac nobilitate princeps. Thucyd. l. 1. p. 8. Πελοποννήσου τῶν πέντε τὰς δύο μοίρας νέμονται, (Lacedæmonii) τῆς τε ξυμπάσης ἡγοῦνται· tametsi Scholiast. & Strabo l. 8. id sic intelligant, ut Lacedæmonii partes duas, Laconicam & Messeniam obtinerent. Aristotel. Polit. 2. c. 9. ait Spartanum Agrũ, χιλίους ἱππεῖς καὶ πεντακοσίους, καὶ ὁπλίτας τρισμυρίους alere potuisse. Fuit olim ἑκατόμπολις, ut Creta, qvi numerus ad triginta decrevit. Homerus item Iliad. β. Λακεδαίμονα κητώεσσαν nominans, regionem, non urbem intelligit: seqvitur enim Φᾶρίν τε Σπάρτην τε. At τὸ, κητώεσσα, inqvit Eustath. δηλοῖ τὴν μεγάλην, παρὰ τὸ κῆτος τὸ μεῖζον τῶν ἰχθύων. Qvam explicationem Strabo qvoqve mavult. l. 8. Urbem ipsam qvod attinet, Thucydid. loco citato scribit, eam οὔτε ξυνοικισθεῖσαν, οὔτε ἱεροῖς καὶ κατασκευαῖς πολυτελέσι χρησαμένην κατὰ κώμας δὲ τῷ παλαιῷ τῆς Ἑλλάδος τρόπῳ οἰκισθεῖσαν, φαίνεσθαι ἂν ὑποδεεστέραν. Athenæ contra si everterentur, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως τῆς πόλεως, ἢ ἔστιν.

Ib. B.6. Βασιλῆα.) Leonidam. Qvo de multa & præclara Historici, Herodotus in primis l. 7. Is ad Thermopylas, adversus terdecies centena Persarum millia, cum qvatuor Peloponnensium millib. dimicavit. unde illud Epigramma,

> Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
> Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

Imo dimissis postmodum sociis, sexcenti tantum fereqve Spartani, duce Leonida, castra qvingentorum millium irrupere, ut scribit Justin. l. 2. Ead. Diodor. Sicul. l. 1. p. 8. Herodot. de irruptione nihil. Adi Observationes.

Pag. 220. B. 4. οἱ Κνίδιοι.) Fuse Herodot. l. 1. p. 80. Lacedæmoniorum Coloni fuere, illamqve Asiæ regionem tenuere, qvæ Triopium ad mare vergebat. Ib. Ἁρπάγου.) Fuit is & Cyri servator infantis & fortissimus Imperator. Ib. Ἰσθμὸν μή.) Herodot. Ἰσθμὸν δὲ μή. Senarii duo sunt.

Pag. 221. (qvæ Typographor. errore notat. 223.) B. 5. ἐφίοσι.) Ita γρ. cum ante perperam editum esset, οὐδὲ φίσι. Ib. 8. ἀπάτῃ νικήσοντας.) Hanc victoriam Aristodemo Duce retulerunt Messenii, ut scribit Pausanias in Messenic. p. 121. ubi circa montem Ithomen insidias à Messeniis collocatas ait, qvæ victoriæ causa fuerint, cum recentes in fessos ac debilitatos irruissent. Οὗτοι μὲν, inqvit, ἐλόχων τῆς Ἰθώμης ἔνθα ἔμελλον ἥκιστα ἔσεσθαι σύνοπτοι, &c. Atqve hæc illa est ἀπάτη, cujus hic meminit. Ib. C. 1. Οὔ σοι μάχης.) Pythiæ oraculum est, qvod ab eod. Pausania refertur p. 122. Ib. C. 3. γαίας.) Pausan. λαίας. Oenomaus sine dubio legit γαίας, cum paulo ante dixerit, περὶ Μεσσηνίας καὶ τῆς γῆς, ἧς εἶχον, &c. Ib. Ἄλλος.) Pausan. λαός. Ib. τέχναις δ' ἧς.) Pausan. τέχναισιν ἀλώσῃ. Tum addit, Lacedæmonios in omnem se versasse partem, ut fraudi fraudem reponerent. Ib. C. 7. Εἰρωνείας μᾶλλον.) Aliter manuscr. & Mont. Εἰρωνείας ἢ μᾶλλ. Reponi fortasse possit, εἰρωνείας αὖ μᾶλλ. μ. κελεύοι. i. Juberet vero potius, &c. Nam qvæ seqvuntur, hanc sententiam postulant.

Ib. C. 8. Οἱ δέ.) Malim Οἵ γε, vel Οἱ δή.

Ib. C. 10. Αἰρησόμενοι.) Placuit ἐρησόμενοι, qvod habet γρ. i. Apollinem consulturi. Posset etiam αἰρόμενοι, elati. Ib. D. 8. Παρθένον, &c.) Consule Observationes.

Pag. 222. (qvæ vitiose not. 224.) B. ult. Ἥκεις.) Oraculi hujus meminerunt Herodot. l. 1. p. 28. Plutarch. in Lycurgo p. 42. Theodoret. 10. de Græcor. affect. Ib. D. penult. εἰ θεός.) Clarum est ita legend. fuisse non ἢ θεός.

Pag. 223. (qvæ male not. 225.) A. 11 διδῶντι.) Ita γρ. & recte, nam διδῶνται mendosum erat.

Ib. B. 2. ἐποπτεύομενοι.) Hesych. ἐπόπτευε, ἐπιτρέπου, ἐπιστρέφου, κατασκόπαζε, φυλάσσου.

Ib. Μενέλαον.) γρ. Μενελαῒ, recte, tametsi Μενέλαον, κατὰ συνίζησιν dici possit. Hæ porro, cum paulo post seqventib. leges videntur esse, qvas Herodot. l. 1. scribit, nonnullos putasse conceptis verbis à Pythia dictatas fuisse. Hoc ipsum Clem. Alexandr. l. 1. Strom. & Strabo l. 10. Ib. C. 2. Δήλοιο θυώδεος.) Ita reposui, cum perperam excusum esset, δὴ λοιοθυώδεος. Ib. C. penult. ἔτι.) Sensus postulare videtur, οὐκέτι. Ib. C. ult. συνθῶκου.) Ita conjunxi, qvæ distracta erant σὺν θώκου. Ib. D. 11. πέραν.) Plane legend. videtur περᾶν sensu facillimo, qvam etiam lectionem in Mont. reperi. Qvod seqvitur ἣν δὴ, retineri potest; nam ἡγεῖσθαι, pro ἡγοῦ, positum est, ut solet in legib. illis sanciendis, præceptisqve dandis, infinitivus Imperativi locum tenere.

Pag. 224. (qvæ male not. 226.) B. 4. ἄπορος.) Τυγχάνειν εἰς πᾶσαν καθιστᾶσι τὴν ἀπορίαν. Ad homines etiam vox ista, significatioqve transfertur, raro licet exemplo. Ita Plato in Apolog. ὅσοι δὲ φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι ὑμᾶς ἀνέπειθον οἱ δὲ, καὶ αὐτοὶ πεπεισμένοι ἄλλους πείθοντες, οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν. Qvem locum vereor ut satis fideliter Interpretes expresserint, maximeqꝫ postrema. Nam Serranus qvidem sic, *Illi vero nusqvam comparent.* Atqvi, ex eo potius qvod nusqvam ipsi comparerent, id seqvebatur, ut essent ἀπορώτατοι. Ficinus autem, *Hi omnes infiniti omnino sunt.* Credo, sine causa Socrates hac hyperbole uteretur. Integrum locum ita redderem; *Qvotqvot autem invidia calumniaqve usi, à vobis fidem impetrarunt: (qvi qvidem, hanc in opinionem inducti ipsi qvoqve, alios jam inducunt;) ii certe omnes, hanc mihi defensionem longe difficillimam efficiunt.* At si legeretur, οὗτοι πάντων ἀπορώτ. (qvod eqvidem optaverim) sensus esset, *Ii certe mihi longe difficiliorem, qvam cæteri omnes, defensionem efficiunt:* Τουτέστι, πάντων οὗτοί με ἀπορώτατον ἀποφαίνουσι, vel πλείστην ἐμοὶ πάντων καὶ μεγίστην παρέχονται τὴν ἀπορίαν. Ita πόρος interdum, ἀντὶ τῆς μεθόδου, qva obscurum aliqvid eruatur, aut difficile comparetur, Herodot. l. 2. p. 100. Ψαμμήτιχος γὰρ, ὡς οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν, οἳ γενοίατο πρῶτοι ἀνθρώπων, *ut vidit nullam qværenti sibi viam aperiri, qva hominum qvi primi extitissent, intelligeret.* Ib. C. 5. Ἡσίου.)

Herodot. l. 5. p. 366. Oraculi hujus mentionem facit, ubi plura de hoc Ectione, Cypseli Patre, qvi Cypselus Corinthi deinde tyrannidem arripuit. Ib. C. 6. Λάβδα κύῃ.) Hæc Eetionis uxor, Cypseli mater, Amphionis Bacchiadæ filia. Herodot. ib.

Ib. δ' ὀλοοίτροχον.) Herodot. ὀλοίτροχον, ut & alibi. Utrumqve in usu est; sæpius tamen ὀλοοίτροχον, leni spiritu, dum significat τὸν ἐπὶ τὴν ὄλεσιν τρέχοντα, ut hic. Πτολεμαῖος ὁ Ἀρισονικος, inqvit, Etymolog. magn. ψιλοῦσι παραξυόντες, ἀκούοντες τ ἐπὶ τὸ τρέχειν ὀλοόν. Qvam significationem ab Hesychio præteritam esse miror. Plura Eustath. ad vers. 137. Iliad. ν. Porrò hic, ὀλοοίτροχος, Cypselum subobscure significat, qvi tanqvam immanis qvidam & vastus molaris Corinthios obtriturus esset. V. infra p. 233. A. Cæterum idem Herodotus, lib. citato, p. 366. ex hujus Oraculi verbis, prius alterum à Corinthiis intellectum esse ait, qvod Bacchiadis editum fuerat hunc in modum:

αἰετὸς ἐν πέτρῃσι κύει, τέξει δὲ λέοντα,
Καρτερὸν, ὠμηστὴν. πολλῶν δ' ὑπὸ γούνατα λύσει, &c.

Aqvila Cypseli matrem Labdam significabat; Petra vero, tribum Petram nomine, in qva censebatur Eetio. Ib. D. 4. Γαίης μέσ.) Idem Oracul. refertur à Theodoreto l. 10. de Græcor. affection. & à Joann. Tzetze, chiliad. 9. histor. 291. & al. Ib. D. 3. Θρήκιαι.) Tzetzes habet Θεσσαλικαί. Sed Eqvi Thracii apud omnes laudatissimi. Athenæus tamen lib. 7. p. 278. ἵππον Θεσσαλικὴν maluit, ubi de Archestrato, qvi maria cuncta lustraverat, ut, ubi præstantissimum qvodvis edulium reperiretur, indicaret. Ib. Λακεδαιμόνιαι.) Theodor. loco citato, carpendi Oraculi ansam jure hinc arripiens, οὕτως, inqvit, καὶ τὰς Λακεδαιμονίων ἐπαινεῖ γυναῖκας, ἴσως οἷς ἂν ἐθέλωσι μιγνυμένας. Ib. D. 9. Ἀρεθούσης.) Tam incertum est, qvos Pythia viros intelligat, qvam multas ac celebres Arethusas fuisse constat. Porro Tzetzes his versib. alios qvinqve subjungit, idem ad Oraculum pertinentes. Hos accipe.

Ἀλλ' ἔτι, καὶ τῶνδ' εἰσὶν ἀμείνονες, οἳ τὸ μεσηγὺ
Τίρυνθος ναίουσι, καὶ Ἀρκαδίης πολυμήλου,
Ἀργεῖοι λινοθώρηκες, κέντρα πτολέμοιο.
Υμεῖς δ', Αἰγιέες, οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι,
Οὔτε δυωδέκατοι, οὔτ' ἐν λόγῳ, οὔτ' ἐν ἀριθμῷ.

Qvi Ægiensibus editum hoc oraculum fuisse volunt, penult. vers. ita scribunt, ὑμεῖς δ' Αἰγιέες, ut Tzetzes, Mnaseas, Stephanus in Αἴγιον, Suidas in Αἰγιεῖς. Qvi vero Megarensib. leg. ὑμεῖς δ' ὦ Μεγαρεῖς.) Plut. in Symposio, utrosqꝫ conjungit, τῶν δὲ Δημοκρατίων, inqvit, εἰδόλων, ὥσπερ Αἰγιέων, ἢ Μεγαρέων, ἀριθμὸς οὐδεὶς, οὐδὲ λόγος. Forte Megarenses cum Ægiensib. debellatis Ætolis, Pythiam una consuluerant. Qvi plura volet, adeat Parœmiographum, chil. 2. cent. 1. Proverb. 79. Sed caveat, ne ab eo Mneam pro Mnasea, vel Æginenses pro Ægiensib. accipiat.

Pag. 225. C. 1. εἴκοσι.) Meminit Athenæus lib. 1. p. 22. E. laudatqve Mnesitheum Atheniensem, aqvo proditum id memoriæ fuerit. Carmen sane τῶν ἀκρεθωρήκων poculis dignius, qvam Apollinis Cortina vel Tripode oraculum, nisi Dæmon Apollo foret. Ib. C. 6. Ἐργῖνε.) Pausanias in Bœotic. p. 311. pluribus. Erginus hic, Rex Orchomeniorum fuit, Clymenoqve Patri successit, Presbonis filio, Phrixi nepoti, a Thebanis interfecto. Is jam senior, liberorum cupidus, Apollinem consuluit. Cujus ex oraculo puellæ cum nupsisset, liberos ex ea duos suscepit. Trophonium, & Agamedem: tametsi Trophonius Apollinis non Ergini filius haberetur.

Pag. 226. C. penult. ἐπιμενίδειας καθαρμούς.) Phæstium Epimenidem spectat, cognomento καθαρτὴν, sive, qvod ἀτηκώτερον est, ἐπομάκτην, qvi, ut Suidas auctor est, πολλὰ μυστήρια ἐπῳδὰς ἔγραψε, Athenasqꝫ ipsas ἐκάθηρε τῦ Κυλωνίου ἄγους. Tullius 2. de Legib. *Illud*, inqvit, *vitiosum Athenis, qvod Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt contumeliæ fanum, & impudentiæ. Virtutes enim, non vitia consecrare decet.* Plutarch. in Solone p. 84. plurib. ubi eum a qvibusdam, omisso Periandro, septimum Sapientem habitum esse refert. ἐδόκει δέ, inqvit, ἐῖς εἶναι θεοφιλὴς, ὁ σοφὸς περὶ τὰ θεῖα, τὴν ἐνθουσιαστικὴν, καὶ τελεστικὴν σοφίαν. Τὸ δὲ μέγιστον, ἱλασμοῖς τισι, ὁ καθαρμοῖς, καὶ ἱδρύσεσι κατοργιάσας, καὶ καθοσιώσας τὴν πόλιν, ὑπήκοον τῆ δίκαιαι, καὶ μᾶλλον εὐπειθῆ πρὸς ὁμόνοιαν κατέστησε. V. Laertium in ejus vita, Pausaniam in Attic. Eusebius noster id factum ait Olymp. 45. an. ult.

Pag. 227. (non, ut male not. 229.) C. 3. Ἀθάνατοι.) Idem oraculum arguitur a Theodoreto, lib. 10. de Græcor. affection. ubi Archilochum ejusdem αἰσχρολογίας damnat. Suidas, Ἀρχίλοχον ποιητὴν ψόγιον πάνυ, εἴ τις αὐτὸ τὸ αἰσχροεπεῖς, (leg. αἰσχροεπὴς) καὶ τὸ κακόρρημον ἐφίλει, &c. Ob eandem, libris ejus Lacedæmonii locum in urbe nullum esse voluerunt, qvod, (ut Valerius Maxim l. 6. c. 3. loqvitur, eorum parum verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui, ne plus moribus noceret, qvam ingeniis prodesset. Multi hac de re multa.

Ib. C. 6. Μνησαρχίδη.) Μνήσαρχος etiam vocabatur. Suidas, Ἐτεαρχίδης, Μνήσαρχος, ἢ Μνησαρχίδης, καὶ Κλεήτης. Ib. D. 1. ἐκ Θέων ἱερῶν.) Idem Suid. νίκας δὲ εἵλετο πέντε, τὰς μὲν τέσσαρας πρώτων, τὴν δὲ μίαν μετὰ τελευτὴν, ἐπιδειξαμένου τὸ δρᾶμα τοῦ ἀδελφιδοῦ. Ib. D. 5. ἀμαυρῶν ἡελίων διοσῶν.) Duos oculos intelligo, qvo utroqve captus, ille μήορες Ομηρος.

Ib. C. 10. Ὄλβιε, &c.) Audi Theodoret. ibid. τὸ μὲν, inqvit, διὰ τὴν ἐπηγγελμένην τυφλότητα· τὸ δὲ, διὰ τὴν ποίησιν.

Pag. 228. B. penult. Μουσῶν θεράποντα, &c.) Suidas eadem in Archilocho. Ib. C. 4. τὸ Ἀρχίαν.) Interfectorem Archilochi, Suidas & alii, non Archiam, ut Œnomaus, sed Kallondam vocant, cognomento Coracem. Plutarchus de sera Numinis vindicta: p. 560. E. Ὁ γὰρ ἀποκτείνας, inqvit, ἐν τῇ μάχῃ τὸ Ἀρχίλοχον, ἐκαλεῖτο Καλλώνδης, ὡς ἔοικεν· ἦν δ' αὐτῷ Κόραξ ἐπωνύμιον. ἐκβληθεὶς δὲ τὸ πρῶτον ὑπὸ τῆς Πυθίας· ὡς ἱερὸν ἄνδρα τὸ Μουσῶν ἀνῃρηκὼς, εἶτα χρησάμενος λιταῖς τισι, καὶ προτροπαῖς μετὰ δικαιολογίας, ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν, ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν. Ib. C. 6. κελεύσεσι.) Perperam in excuso Græco. κελεύσας. Versus, qvo illum ex fano Pythia expulit, hic est, Μουσῶν θεράποντα κατέκτανες, ἔξιθι ναοῦ. Ib. C. 9. Οὐκοῦν.) Ita malui, qvam οὐκοῦν ut ante legebatur. Ib. D. 3. αὐτοῖς κλέος ἔργωσαν.) Existimo legend. αὐτοῖς [illegible]

κλέος ὄρωσιν. Qvæ postrema vox in altero manusc. extat. Et vero repetit Oenomaus oraculi verba, pag. præced. ubi legebatur, ἐς κλέος ἐσθλὸν ὀρθοῖ. Ib. D. 6. Τυράννοις ἥρεσκε.) Archelaum in primis, Macedoniæ Regem intelligit, apud qvem Euripides gratia & auctoritate valuit, mirum qvantum.

Ib. D. 9. Ἀθηναίων πόλις.) Etiam apud hostes. Plutarchus enim in Nicia, sub fin. p. 542. auctor est, Siculos victores, captivorum Atheniensium bene multis salutem dedisse, qvod ab illis versus Euripidis aliqvos didicissent: additq; τῶν σωθέντων οἴκαδε συχνοὺς ἀσπάσασθαι τὸν Εὐριπίδην φιλοφρόνως, καὶ διηγεῖσθαι, τοὺς μὲν ὅτι δουλεύοντες ἀφείθησαν, ἐκδιδάξαντες ὅσα τῶν ἐκείνου ποιημάτων ἐμέμνηντο. τοὺς δὲ, ὅτι πλανώμενοι μετὰ τὴν μάχην, τροφῆς καὶ ὕδατος μετέλαβον, τῶν μελῶν ᾄσαντες.

Pag. 229. A. 10. τῆς θείων.) Malim τῆς, vel τῶν θεῶν. Ib. B. 8. Πυκτῶν.) Qvid, si Ποιητῶν; hic enim de Poetis OEnomaus, paulo post de Pugilibus, eorumqve Principe Cleomede.

Ib C. 5. Πατρίδα δίζηαι.) Pausanias in Phocicis, p. 340. æreum Homeri simulacrum columnæ impositum fuisse ait, eiq; nostrum hoc inscriptum oraculum, in qvo tamen est aliqva diversitas. Ita habet.

Ὄλβιε, καὶ δύσδαιμον (ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισιν.)
Πατρίδα δίζηαι· μητρὶς δέ τοι, οὐ πατρὶς ἐστιν·
ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρίς, ἥ σε θανόντα
δέξεται· ἀλλὰ νέων παίδων αἴνιγμα φύλαξαι.

Ex qvibus utcunq; penultimus Eusebianæ lection. versus emendari potest, si legatur,

οὔτ' αὖ ἀπὸ γλώσσης γρῖφος τῶν παίδων αἴνιγμα.

Qvod seqvitur, πολλοῖσι λόγοις εἰρημένον, vix ad illud ænigma pertineat. Fortassis OEnomai verba fuerint, hoc fere modo castiganda. Πολλοῖς ἄρα λόγοις εἰρημένον. Id est, *Satis verbose tu qvidem.* Sanè puerorum istorum ænigma, puerisqve notissimum, qvod Herodotus in Homeri vita, ἀφελῶς admodum candideqve narrat, paucorum omnino verborum fuit. Mirum vero, ni secundo tertioqve versu indicare velit, Homerum terræ filium, incerto patre natum esse. Ib. D. 9. οἷον εἰ καὶ καὶ θαρρεῖς.) Vix adhuc OEnomaum tam naviter Cynicum habuimus.

Pag. 230. B. 4. Π εἰδώς.) Vide qvod annotatum est, p. 212. C. 6. Ib. C. 2. Κλεομήδης.) Hoc de Pugile similia Plutarch. in Romulo p. 35. Pausanias 2. Heliac. p. 186. & 187. Origenes in Celsum l. 3. p. 134. Theodoretus l. 8. de Græcor. affect. p. 115. Cyrillus Alexandrin. in Julianum Apostatam, p. 622. Herveti; at Græci Codicis manuscr. tomo 2. l. 2. Qvi postremi cultum SS. Martyribus à Christianis tributum, inita Cleomedis etiam contentione defendunt. Ib. C. 8. τὸν αὐταγωνιστήν.) Eum Pausanias Ικκον nominat, ἄνδρα Ἐπιδαύριον.

Ib. C. 11. προτιμηθείς.) Lego προτιμηθείς.

Ib. C. ult. ὑπ' ἀχθηδόνος, &c.) Pausan. ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης. Ib. D. 7. εἰς ἱερὸν κιβώτιον.) Pausan. in Minervæ Templo factum id esse narrat. Ib. D. 9. Post ἐξελκύσαι, manifesta trajectio est. Itaqve reponend. ἄρα Ἥρως οὐκ ἐστὶ θνητός; Π Κλεομήδης ἄρα τὰ μηχ.

Pag. 231. B. penult. Θασίῳ πύκτῃ.) Theagenes is fuit, de qvo in Observationib.

Pag. 232. C. 1. Εὐθυκλέα.) De hoc Euthycle nihil dum memini.

Pag. 233. A. 5. Κύψελος Λιακίδης.) De hoc V. Observationes. Ib. B. 2. καὶ Μελάνιππος.) Historiam integram dabunt inter cæteros, Athenæus l. 13. p. 602. ex Heraclide Pontico, & Ælianus var. histor. l. 2. c. 4. Sed cum aliqva varietate. Noster autem Heraclidi propior est. Ib. τῇ Γελῴων πόλει.) Virgil. Æneid. 3.

Apparet Camarina procul, campiq; Geloi,
Immanisqve Gela, fluvii cognomine dicta.

Græcis modo Γελῷοι, modo Γελῷοι, nonnunqvam & Γελῆνοι, Latinis fere Gelenses, aut Geloi. Longissime latissimeq; patebant, Gelam inter, & Naufriam amnes, urbs ipsa tam ampla, ut immanis à Virgilio dicta sit, suumqve ac proprium aliqvandiu Regem habuerit.

Alii ab his Gelæ, seu Geli, de qvib. infra p. 275. D. Ib. B. 7. Εὐδαίμων Φάλαρις.) Ludit in disticho illo, qvod ad perpetuam Charitonis & Melanippi amicitiæ memoriam Pythia fuderat,

Εὐδαίμων Χαρίτων, καὶ Μελάνιππος ἔφυ,
Θείας ἁγητῆρες ἐφημερίοις φιλότητος.

Sic enim Athenæus. Observat autem hoc in disticho, pentametrum hexametro priorem fuisse, ut hic etiam videmus: qvod idem à Dionysio qvodam Atheniensi, cognomento Æneo, suis in Elegiis factitatum ait, tametsi apud Ælianum hexameter præmittatur.

Ib. B. 11. ᾐκίσατο μέν.) Ita Athenæus. At Æliano solus Charito vapulat, Melanippus sponte se prodit, ambo pelluntur ex Sicilia.

Ib. D. 2. Ἀλλὰ καὶ Μηθύμνης.) Consule Observationes. Ib. D. 7. Post χρυσοῖς, non dubito, qvin legendum sit, οὐ μόνον δ' ἂν τοῖς Διονυσίοις, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις παμπολλ. &c. Nam posterius hoc loco Φαλληνοῖς, supervacaneum est, cum prius alterum sufficiat. Erroris causa, τὸ οὐ μόνον, semel iterumq; repositum.

Pag. 234. B. 4. Ἄπολλον, ξένε.) Facilis erat conjectura, cum in excuso legeretur, Ἀπολλοξένε. sane, qvam vitiose.

Pag. 237. A. 6. ἐκφύεται.) Χρησμὸς ὁ χρησμός, truncus, & σκοτεινός. Existimo tamen, ab illa verborum distinctione nostra, leviq; nonnullorum emendatione, lucis aliqvid afferri posse.

Ib. B. 3. ἤροσεν.) Explicat paulo post, ἐπὶ Ἀφροδίτην ἐφέρετο. Translatum ab aratro, qvod terram sulcando findit ac permeat.

Ib. D. 6. ἤϊστωσε.) Hoc est ἀφάνιστον ἐποίησεν, ἠφάνισεν. Hinc ἀϊστωτήριος, (qvam vocem nullus Grammaticus repræsentat) idem, qvi ἀφανιστικός. Lycophron v. 71. ubi Cassandra tertium illud, qvod jam animo præsentiebat, urbis excidium deplorans,

Στένω, στένω σε διοσὰ καὶ τριπλᾶ, δορὸς (i. πολέμου)
Αὖθις πρὸς ἀλκὴν, καὶ διαρπαγὰς δόμων,
Καὶ πῦρ ἐπαυγάζουσαν, αἰστήριον.

Sic enim distinguendi sunt isti versus: & αἰστήριον qvadrisyllabum, pro ἀϊστωτήριον, ratio carminis exigit. Idem videtur ἀΐσης, vel αἴσης, ut apud Oppian. l. 5.

Δαλὸν εὐδμήτων μεγάρων αἴσηρα φέροντες.

Licet alii ἀνὰ τὸ αἴθειν.

Pag. 238. C. 2. εἴο.) Vix dubito, qvin ἠῶ reponendum sit: illa qvippe nascendi primordia, eleganter auroram appellat.

Pag. 241. A. 1. ῥιπῇ.) Omnino sensus exigit, ut

vel ῥιπῇ, vel ἀλκῇ, in dandi casu ponatur: malim tamen ῥιπῇ. Nec minus in altero versu, τῷ δὲ, prætulerim τῶ, αἱ: agebatur enim, qvemadmodum iste vim illam Dæmonis evitare ac declinare posset.

Pag. 242. C. 2. ἴτω μὲν.) Constabit versus, si legetur, ἴτω μὲν ἐν πυρὶ, Φάσγανον δ' ἴτω, τέμνε.

Ib. C. 6. ἐμοῦ τι.) Rescribendum videtur σοι, clarissimo sensu.

Pag. 243. A. 6. βυθόν.) Montac. βάραθρον. Elige.

Ib. A. 6. θεοὶ καταπεπλήχασιν.) Videtur accusativus aliqvis desiderari, puta ἡμᾶς, τὰς θεραπεύοντας, aut al. simil. Ib B. 1. καὶ στίχ.) χς. Tollit istuc καί. rectè. Ib. C. 9. Καὶ ἐπὶ λης.) Alter e manuscr. leg. καὶ ἐπὶ λης. Recte. Ib. D. 9. Ταῦτα γάρ.) Malim, τοῦτο γὰρ, seqvitur enim τὸ μεταβάλλειν.

Pag 244. A. 4. εἰς τὸ προδηλοῦν.) Totum hoc membrum abesse posset, cum præcesserit προδηλοῦν καὶ διδάσκειν. Sed Græcorum hæc περισσολογία fuit, etiam σοφωτάτων. Cujusmodi apud Platonem ipsum pleraqve, singulis in paginis, ἐκ περιουσίας dicta reperias. Ib. C. 11. πρὸς τῷ προδηλ.) Rectius videretur. πρὸς τὸ πας. Aut si πρὸς τῷ retinetur, legendum putarim, Πρὸς δὲ τῷ, ut nova inde periodus ineatur; tuncqve D. 2. post πράγματα, minori distinctione opus fuerit. Prior tamen conjectura magis placet.

Pag. 245. B. 7. καταλαμβανομένων.) Forte legend. sit καταλαμβανομένοις, ut conveniat cum præcedentib. τῷ ἀλγεῖν, &c. Ib. 4. τὰ μὲν ἕξει.) Ἕξις, ut πολύσημον, sic & διαφέρεις ἀντικείμενον. Hoc qvidem loco ἕξις, & Φύσις opponuntur: meo judicio, qvod τὸ μὲν ἕξει κινεῖσθαι, fit ἐν τοῖς ἀλόγοις, τὸ κατὰ συνήθειαν, at vero Φύσει, ἀπὸ ταὐτομάτου, καὶ καθὼς ἕκαστον πέφυκεν. Sed de his, plurib. in Observationib.

Pag. 246. D. 5. ὑφ' ἡμῶν.) Dubium non est, qvin legend. sit, ἐφ' ἡμῖν, qvomodo Alt. manuscr.

Pag. 247. C. 5. ἀλίσκεσθαι.) Id est, ἐλέγχεσθαι, Φαίνεσθαι, ἀποδείκνυσθαι, τῷ λόγῳ αἱρεῖσθαι, vel τῇ ἀνάγκῃ ἐλέγχεσθαι. Nam ὁ λόγος αἱρεῖ, Id est, ratio convincit: ἀνάγκη ἐλέγχει necessario fatendum est. Herodot. l. 2. p. 114. D. 4. τὸν δὲ δεῖ πέμπειν τοῦτον τὸν παραδιδόντα, καὶ ἐπέδεχον συμβάλλεται εἶναι τὸ Νεῖλον· καὶ δὴ καὶ ὁ λόγος οὕτως αἱρέει. i. tum ratio etiam ipsa convincit. Idem Ibid. p. 109. D. ἐπεὶ οὖν τι τοιοῦτον οὐδὲν, ὡς ἡ ἀνάγκη ἐλέγχει ejusmodi esset nihil, ut necessaria & ἀποδεικτικὴ ratio probat. Ib. D. 5. περιστασιάζουσι.) Forte legend. περιστασιασθεῖσι, nisi subaudias τὸ σῶμα, vel τὸν ἄνθρωπον.

Pag. 249. A. 6. ὁμιλίαι κακαί.) Hoc Menandri versiculo, τὰς συνουσίας, proprie καὶ τὰς συμπεριφορὰς Apostolus intelligit. Recte tamen vulgat. Interpr. *Colloqvia*: fiunt enim διὰ λόγων potissimum, αἱ πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαι: nec alio fere telo gravius, teneræ adhuc & illibatæ mentes, qvam procaci oratione vulnerantur. Qva de re infra plurib. ubi ex Platone, de habendo fabularum, carminumqve delectu.

Ib. B. 6. ὅσα γε μήν.) Si locus integer est, ὅσα posuit, pro καθ' ὅσα, vel καθ' ὅσον, i. *qvatenus*.

Ib. D. penult. πολλοῦ δεῖ.) Ita reposuimus, ex alt. manusc. cum ante δὴ perperam legeretur.

Pag. 250. A. 8. ἀναδεδεγμένη.) Ita omnes. Sensus tamen postulare videtur, ἀναδεδεγμένη, hoc est, θεόθεν παραλαβοῦσα.

Pag. 251. B. 8. διασεβῶς ἄλλος, &c.) Omnino legend. videtur, δυσσεβέστερος ἄλλος, τὸν τῶν ὅλων θεὸν, &c. In fine autem membri, ἀσπαζόντος: qvam lectionem in vertendo seqvutus sum.

Pag. 255. B. ult. Δημόκριτος δέ.) Huc pertinent illa Tullii, ex fragm. de Fato. *Hinc Democritus*, inqvit, *auctor Atomorum, accipere maluit necessitate omnia fieri, qvam a corporibus individuis naturales motus avellere*. Idem plurib. interjectis, de utroqve sic loqvitur. *Ac mihi qvidem videtur*, inqvit, *cum duæ sententiæ fuissent veterum Philosophorum: una eorum, qvi censerent omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferet, in qva sententia Democritus, Heraclitus, Empedocles, Aristoteles fuit: Altera eorum, qvibus videretur, sine ullo fato, esse animorum motus voluntarii: Chrysippus, tanqvam arbiter honorarius, medium se ferre voluisse. Sed applicat se ad eos potius, qvi necessitate motus animos liberatos voluit. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus*.

Hoc in Ciceronis loco, viri docti, Victorium 1. Variar. 17. auctorem seqvuti, malunt *medium ferire*, qvam *medium se ferre*: qvo modo a Platone, dictum, μέσον τέμνειν. Sed vereor, ut hoc loqvendi genus vel ipsa Latinitas ferat, ne dum ut disertissimi hominis oratio. Viam secare, ὁδὸν τέμνειν, Poëtis, etiam Virgilio, placuit. *Viam*, aut *medium ferire*, hoc sensu, qvis Orator, qvis Poëta dixit? Ciceroni qvidem *medium tenere*, tam familiare est, qvam qvod maxime. Et *medium se ferre*, κυριώτατον est. In qvo tamen, si mutandum esset aliqvid, *sedere* potius, qvam *ferire* reponerem. Nam & Arbitrii sedere est. Ib. C. 9. Ἐχθρὲ περικτιόνεσσι.) Herodot. l. 7. p. 491. tertium huic Oraculo versum addit,

Καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο· κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

Græciæ Xerxes imminebat; infestos Argivi Lacedæmonios patiebantur: Delphicum Oraculum consulunt, qvid facto sit opus. qviescere jubet Oraculum. Ἐχθρὸς, igitur, περικτιόνεσσι Argivus, hoc est Lacedæmoniis, qvi paulo ante sex Argivorum millia ceciderant.

Ib. C. ult. εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων.) Interpres Herodoti, *Interius tutamen habens*. Malui, *Hastam intus cohibens*; (ut etiam Camerarius intellexit:) & irruentem, si forte, hostem, qvasi feram aliqvam, pressa, intentaqve hasta, venatoris instar expectans. Nam προβόλαιος: opinor, non absimilis προβόλῳ. Seqvitur, πεφυλαγμένος ἧσο, Valla, *Impune maneto*. πεφυλαγμένως ἔχειν, vigilantiæ ac solicitudinis est, non impunitatis. Qvod extremo versu, de tegendo capite admonet, Argos, credo, primariam urbem ac Metropolim intelligit.

Ib. D. 6. Χείρωνος.) Hoc Oraculum alibi nondum occurrit, Lectorum abutuntur otio, qvi Herodotum & Platonem citant, apud qvos de illo μηδὲ γρῦ. Ib. Κάρυστ.) Stephanus Κάρυστον scribit. ab eoqve Carystum in Eubœa conditum fuisse tradit, qvam Theoderidas Chironiam appellet, haud dubie, qvod Chironis filius Carystus esset.

Pag. 256. A. 11. Ἀγγέλου Παρίοις.) Idem Oraculum profert Stephanus, v. Θάσος, ubi & de antiqvo insulæ nomine, Aëria: οἱ δὲ καὶ Ἀερίαν Θάσος, inqvit, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ, τοῦ δοθέντος τοῦ τοῦ Αρ-

χιλέχου. Adde, πατρί. Alioqvi filium perperam innueret. Porro Herodotus, l. 2. & plurib. l. 6. Thasum urbem, a Phœnicib. Europam qværentib. conditam, atqve a Thaso expeditionis, ut videtur, Principe dictam esse tradit. Qvomodo igitur a Pariis, Duce Archilogo, uti etiam apud Strabon. l. 10. legimus, condita fuit? Forte instauratores ejus Parii, non primi conditores fuere: qvod de aliis plerisqve urbibus dici potest, qvarum vel instauratio, vel amplificatio notior, qvam conditus.

Pag. 257. B.1. ὅ, τί ποτε.) Addendum videtur, οὐκ εἰδὼς, aut aliqv. simile: alioqvi pendebit sententia. Ib. D. 1. καταδυναστεύσαι) Alterius manusc. lectio, καταδυναστευσεῖ, opportune supplet, qvicqvid hoc loco mutilum videri posset. Theodoret. vero l. 6. de curand. Græc. affect. ubi disputationis hujus particulam inserit, in præsenti legit, ἐκεῖ καταδυναστεύει.

Pag. 258. C. 6 καὶ ὁ ἘΤερμιῶνος) Trajecta nonnihil oratio; simplicior futura, si diceret, καὶ τοῦτ' ἐκεῖνο ἦν, ὃ ἔλεγεν ὁ ἘΤερμιῶνος ἀπόλλων. Sed isthæc amant Attici: ac sæpe cum aliqvo perspicuitatis periculo. Cujusmodi sunt apud Aristidem maxime qvam plurima, qvæ in errorem aliqvando solertissimos interpretes induxerūt. Tale est, ὅπερ εἶπον, illud ex Panathenaico: Ἔπειτα. εἰ μὲν μὴ, πολλῶν, καὶ καλῶν, καὶ μεγάλων ὄντων, ῥᾴδιον ἦν ἀκριβῶσαι ῥᾳδίως, ὅτι μετρῆσαι ἀδυνατῶν, τῶν εἰς τοσούτων τὴν πόλιν ἡκόντων, ἦν τι καὶ τοῦτο, τὸ τῶν λόγων ἦν ἀγαθὸν, οὐκ ἂν ἴσως ἡμῖν ὅτι παρακινδυνεύειν, ἀλλ' ἐὰν ὅπως ποτ' ἔχει τὰ τῆς δόξης αὐτῇ. Hæc Canterus ita reddit. *Deinde, si nec magna, nec multa essent, facileq; sub numerum & mensuram caderent ea, qvæ tantum decus attulerunt civitati; in iisq; numerarentur etiam orationes, non esset qvod audacius periclitaremur, aut urbis laudes tractaremus.* Qvæ vereor, ne plane sint Auctoris menti contraria. Offensionis causa, τὸ μὴ, qvod ille cum πολλῶν ὄντων contexuit, cum (ut existimo) ad ἦν τι, qvod seqvitur, referri debuerit. Ita, qvod negandum esset, affirmatur; qvod affirmandum negatur. Eqvidem ita malim; *Deinde, si qvidem in multis, iisq; præclaris, & ingentibus, qvæq; nec facilè numerari, nec pro dignitate æstimari possint, qvæq; urbem ad eam amplitudinem provexerunt; hoc etiam Eloqventiæ bonum minime censeretur: absurdum fortassis esset, temere certaminis hujus aleam subire, satiusq; foret, qvæ ad ipsius laudem pertinent, cui cuimodi sint, intacta relinqvere.*

Ib. D. 8. εἰ γὰρ ἂν.) Qvid si εἰ γὰρ αὐτῷ? alioqvi enim κύριος, non sui magis, qvam alterius, potentem ac dominum significat.

Pag. 259. B. 1. Ὁ δ' οὐκ ἐπιθυμῶ.) De Polynice ista dicuntur, non OEdipo, qvi nescio qvo pacto in versionem irrepserit. Ib. D. 7. ποιούμενα.) Subauditur ἐστὶν, aut al. simile.

Ib. D. 8. αὐτὰ ἄλλα,) Legebatur, opinor, in alt. Manuscr. αὐταὶ ἄλλα, sed postremum elementum abrasum est. Utrumqve, meo judicio, rectum: sed tamen αὐτὰ magis probatur. Ib. D. 10. ἐὰν μή.) Malim, ἂν μή.

Pag. 260. A. 8. Τρηχῖν' ἱξόλεις.) Vide supra, p. 214. A. 2.

Pag. 261. B. 2. ὅτι ἄνθρωπος, &c.) Voces aliqvot prætermissas ita supple, *neqve homo, ut etiam Sophista fuerit, hic jam ita demonstratu, necessitati,* &c. Nisi malumus, ὅτω περιελληλεγμένος, aut περιελληλεγμένον, ut ad Deum & hominem referatur, non ad res ipsas. Utrumlibet optetur, ἔλλειψις attica est, eaqve non infreqvens.

Pag. 262. A. 9. ἀλλ' ἐμὲ μὲν κήρ.) Homer. Ἰλιάδ. ψ. v. 19. Ib. B. 2. ὑπέρμορον.) Iliad. τ. 28.) Ib. B. 5. μήτηρ.) Addenda conjunctio καί. seqvens enim versus habetur Iliad. ζ. v. 488. Ib. C. 3. αὐτοὶ γάρ. (Iliad. δ. 409. Sed pro αὐτοὶ γὰρ, legitur, κεῖνοι δέ. At Odyss. α. 7. αὐτῶν γάρ. Ib. C. 6. ὢ πόποι.) Odyss. α. 32. ubi Eustathius, cum Diogeniano præclare consentiens, ex malis, qvæ vitam hominum infestam habeant, alia divinæ voluntati (qvam fati nomine intelligit) citra ullam eorum culpam attribuit, alia hominum ipsorum vel socordia, vel improbitate, non tamen præter divinæ Providentiæ consilium evenire docet. Observat idem præterea, τῶν παλαιῶν ἀκριβεστέρους, ὑπέρμορον qvam ὑπὲρ μόρον legere maluisse. Qvod autem addit ὑπέρμορον, vel ὑπὲρ μόρον, explicari etiam posse, ὑπὲρ τὸ καθῆκον, qvod μόρος interdum ἀντὶ τοῦ καθήκοντος, usurpetur: ut alibi forte locum id habeat, hunc tamen sensum hoc loco Poetæ verba non ferunt. Illud enim ὑπέρμορον intexuit, ut culpam in Deos immerito conferri ostenderet.

Pag. 263. C. 6. πεπρωμένην.) Theodoret. 6. de Græcor. affection. locum hunc, præterito Diogeniani nomine, totidem pene verbis conceptum habet.

Pag. 264. A. 8 προκαταβεβλημένας, &c.) An, ut alter ex manuscr. προκαταβεβλημένας? Elige, dum reponas ex eod. αἰτίας pro αἰτίοις. Προκαταβάλλεσθαι τὴν αἰτίαν, est προϋποτίθεσθαι, προϋποστῆναι, προϋπάρχειν: at προκαταλαμβάνεσθαι, est προδιορίζεσθαι, præcipi, ac præfiniri. Utrumq; Stoicorum dogma, prius tamen hoc loco malim. Caussas illas Tullius antecedentes, antegressas, præpositas, ante positas nominat, qvæ προηγουμένας, aut προκαταβεβλημένας. Ib. C 7. οὐ καλῶς ποτε.) Aut καλῶς mutandum in κακῶς. aut seqventi membro, negatio μὴ expungenda. Utrumlibet fiat, τοῦ qvod negationem illam præcedit, mendosum est, ejusqve loco, reponendum τὸ, cum altero manuscr.

Ib. D. 5. οὐδ' ὅπως ἐχρῆν φύσει.) Mendum hic agnoscere facile est; tollere difficile. Nec membranæ hilum juvant. Una Montacut. pro φύσει, legit φησι, hoc est, ni fallor, vitium auget. Qvid si rescribatur, οὐδ', vel οὐκ ἔχειν τοῦτο φύσιν, καὶ εἰ μὴ μαίνεσθαι, &c.) Notum est. φύσιν οὐκ ἔχειν, ἀντὶ τοῦ ἄτοπον εἶναι, καὶ ἀπεικός. Ita Demosthen. Olynth. 2. Ἀλλ' οὔτ' εὔλογον, οὔτ' ἔχον ἐστὶ φύσιν τοῦτό γε. Herodot. lib. 2. ἕνα ὄντα, (de Hercule loqvitur) κῶς φύσιν ἔχει πολλὰς μυριάδας φονεῦσαι;

Pag. 265. C. 2. ἀεί ποτε.) Omnino εἴ ποτε sensus postulat: seqvitur enim ἀλλ' ὅτι γε, &c. qvod minus possit cum ἀεὶ, convenire.

Ib. D. 13. οὐκ ἀπηλλάχθαι, &c.) Sophisticam hanc, & ματαιολόγον Chrysippi rationem diserte Tullius explicat lib. de Fato. Ubi hæc inter cætera. *Hæc ratio*, inqvit (ἀργὸς ille λόγος, ut Chrysippus vocabat; sed erat vere ad Proteum hunc constringendum, μάλα ἐνεργός τις, καὶ ἐνεργητικός) *à Chrysippo reprehenditur. Qvædam enim sunt*, inqvit, *in rebus simplicia, qvædam copulata. simplex*

Simplex est, Morietur eo die Socrates. Huic, sive quid fecerit, sive non fecerit, finitus est moriendi dies. At si ita fatum sit, Nascetur OEdipus Lajo: non poterit dici, sive fuerit hujus cum muliere, sive non fuerit: copulata enim res est, & confatalis, sic enim appellat. (Hoc ipsum est, qvod hic Diogenianus ait συγκαθειμάρθαι.) Pergit, *Si esset dictum, Luctabitur Olympiis Milo, & referret aliqvis,* (*hoc est,* κατ' ἀνθυποφορὰν συλλογίζοιτο.) *Ergo sive habuerit adversarium, sive non habuerit, luctabitur: errarct, est enim copulatum, luctabitur, qvia sine adversario nulla luctatio est. Omnes igitur istius generis captiones, eodem modo refelluntur, sive tu adhibueris Medicum, sive non adhibueris, convalesces: captiosum; tam enim est fatale, Medicum adhibere, qvam convalescere. Hæc, ut dixi, confatalia ille appellat.*

Pag. 266. A. 3. μετὰ τοῦ.) Ita recte Manusc. Altera editio, perperam μετὰ τό. • Ib. A. 9. Ηγήσαρχον.) Pugilis hujus inter cæteros Pausanias honorifice meminit, Ηλιακ. β. Tritæensem illum facit, Hæmostrati filium. qvem testis est publicis qvatuor certaminibus nobiles insignesqve palmas retulisse.

Ib. B. 9. καὶ τῶν ἐναργῶν.) Vereor, ut istæ vel Chrysippi, vel Diogeniani ἐνάργειαι sint admodum ἐναργεῖς. Mihi qvidem subobscuræ sunt. Existimavi tamen, novas hominis rationes sic appellari, qvas ipse perspicuas crederet, tanqvam ex qvotidiano rerum & exemplorum usu experientiaqve depromptas.

Pag. 273. B. 6 Εκ τῶν Βαρδισάνου.) Alter ex manuscr. Βαρδησάνου, per η. qvæ communior scriptura est. S. Epiphanius hæresi 36. qvæ alias 56. Βαρδησιανῶν vocat, ejusqve sectatores Βαρδησιανιστάς. Notior is est, qvam ut luce indigeat. Fragmentum hic habes elegantissimi & accuratissimi operis, qvod adversus Abidam Astrologum, vir Syriaca Græcaqve lingva disertissimus elaboravit, ut scribit Epiphanius. Librum inscripserat Antonino, ut Euseb. noster Histor. l. 4. c. ult. auctor est. Antoninum porro, non Pium, sed Verum intellige, ut monet Epiphanius. Eundem Hieronymus l. de Scriptor. Ecclesiastic. vir masculæ dictionis Judex acerrimus, non prædicat modo, sed etiam miratur. At cum ille vehemens adeo fuerit Fati oppugnator, qvemadmodum apud B. Augustinum, hæresi 35. irrepserit nescio, hunc ad Valentini errores, *addidisse de suo, ut fato adscriberet conversationes hominum.* Sed manuscrip. cod. clausulam istam expungunt. Huic porro Bardesanis disputationi gemina illa est, qvam in simili caussa bene longam Cæsarius instituit, tomo 1. Bibliothecæ Patrum, novæ edit. Græcolat. pag. 610 Dialogo 2. responsione ad qvæst. 109.

Pag. 274. B. 6. Αλαναίων.) De Alanæis nihil legi. Simile vero est, non alios esse, qvam Alanos, qvorum Josephus, Lucianus, alii pleriqve meminerunt. Ib. D. ult. παρὰ Σηρσί.) An Seræ a Seribus alii? Seres quidem a Cæsario nominantur. Σῆρες, inqvit, οἱ τὸ ἄκρον τῆς Χέρσου οἰκοῦντες, νόμον ἔχοντες τὸ πατρῷον ἔθος, μὴ ἑταιρίζεσθαι, μηδὲ συλᾶν, μὴ μοιχᾶσθαι, μὴ ξοάνοις προσκυνεῖν, ἢ τοῖς ἄλλοις δαίμοσι. μηδ' ὅλως ἐν αὐτοῖς ἐστι παρὰ ἐχθρὸν δοῦλον, ἢ ἑταίραν, ἢ μοιχαλίδα, ἢ συλῶντα, ἢ φονέα, ἢ λωποδύτην &c. Eusebianis prorsus affinia. Eosdem S. Epiphanius, pag. 1091. ubi etiam de diversis diversarum gentium ritibus, Σηροὺς appellat.

Pag. 275. B. 2. Βραχμάνων.) Cæsarius Βραχμανούς, vocat: sed το χ, credo, in γ, succisa tibiæ parte, decurtatum est. Νόμος, inqvit, παρὰ Βακτριανοῖς, ἤτοι Βραγμανοῖς, (Atqvi latius Bactriani patent, nec alterum pro altero promiscue sumitur.) ἡ ἐκ προγόνων παιδεία, (lege, ἢ ἐκ προγόνων παιδεία) μὴ μιαροφαγεῖν. Interpres legit, μὴ θύειν, μηδὲ ἀψύχων ἀπογεύεσθαι. (novum plane genus ἀποχῆς, & Pythagoreæ illi ἀντικειμένης. Lege cum nostro, μηδ' ἐμψύχων.) οὐκ οἴνου ἀπλαυστοῦ, ἢ νόθου μετέχειν. (Caussæ nihil erat; qvamobrem Interpres hic hæreret. Vinum ὀπλαστοῦ, hoc loco, γνήσιον, ex vite ἄκρατον: at νόθον, factitium, & qvasi adulterinum, aut spurium.) θεὸν τὸν ἐ... δεδοικότας. καὶ ἔτι τῶν παρακειμένων αὐτοῖς Ἰνδῶν, μιαιφονωτάτων, καὶ οἰνοφλυγοτάτων, καὶ ... ἢ συῶν δίκην θηλυμανεστάτων, καὶ τῷ πάθει κρατουμένων. De Brachmanis eorumqve moribus & institutis, accurate Strabo l. 15. Inter cætera, eos ait διατρίβειν ἐν ἄλσει, λιτῶς ζῶντας, ἐν στιβάσι καὶ δοραῖς, ἀπεχομένους ἐμψύχων, καὶ ἀφροδισίων, ἀκροωμένους λόγων σπουδαίων. Hic ἀνταγωνισταὶ Indi qvidam alii, Pramnæ nomine, de qvibus ibid. Strabo. Epiphanius p. 1091. num. 10 Philosophiæ sectas apud Indos 72. numerat, interqve cæteras, Brachmanorum, & Pseudobrachmanorum. Ib. B. penult. Φυλὴ ἕτερα Ἰνδῶν.) Idem Cæsarius, Ἐν δὲ τοῖς ἑσπερίοις κλίμασιν, ἐνδοτέρω τῶν ἐκεῖσε Ἰνδῶν, ξενοβόροι Ἰνδοὶ ὑπάρχοντες, τοὺς ἐπήλυδας ἀναιροῦντες ἐσθίουσι, καὶ οὐδεὶς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων, τῆς μιαιφονίας αὐτοὺς ἀπωσθῆναι ἴσχυσε μέχρι τήμερον. De prisco illorum Indorum moribus plura vide apud Herodot. l. 3. Diodor. Sicul. l. 2. Arrian. expedit. Alexand. l. 6. & de reb. Indicis lib. singulari. Strabon. l. 15. qvi omnium copiosissime hoc in argumento versati sunt. De hac tamen in vorandis hospitibus immanitate, nihil. Imo, qvod ἀντικρυς cum illa pugnat, de illorum φιλοξενίᾳ sic Diodorus p. 126. εἰσὶ δὲ παρ' Ἰνδοῖς, καὶ ἐπὶ τοὺς ξένους ἄρχοντες τεταγμένοι, καὶ φροντίζοντες, ὅπως μηδεὶς ξένος ἀδικῆται. τοῖς δ' ἀρρωστοῦσι ξένων ἰατροὺς εἰσάγουσι, καὶ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας ποιοῦνται, καὶ τελευτήσαντας θάπτουσιν. ἔτι δὲ τὰ καταλειφθέντα τοῦ ξένου χρήματα τοῖς προσήκουσιν ἀποδιδόασιν. Verum Cæsarius ξενοβόρους illos ἑσπέρια κλίματα tenuisse signanter habet. Dirius etiam illud est, qvod scribit Herodot. l. 3. Indos, Callatias dictos, defunctorum parentum corporibus saginari. Locus insignis est, ex qvo qvam suæ qvibusq; leges placeant, nemo non intelligat Δαρεῖος, inqvit, καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο ἐπὶ κόσῳ ἂν χρήματι βούλοιντο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι. οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα, καλέσας Ἰνδῶν τοὺς καλεομένους Καλλατίας, οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τίνι χρήματι δέξαιντ' ἂν, τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί. οἱ δὲ ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημεῖν μιν ἐκέλευον. Tum concludit, οὕτω μὲν νῦν ταῦτα νενόμισται, καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, Νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.

Ib. παρὰ Πέρσαις.) Has Persarum αἰσχρομιξίας plurimorum Scriptorum auctoritate damnat Brissonius in erudito de Persis commentario. Theodoret. l. 9. de Græcor. affectionibus p. 128. Zaradam impiarum legum auctorem facit, qvem Plato, ni fallor, Zarasdam alicubi nominat. Cæsarius loco cit.

Chaldæis & Babyloniis idem scelus tribuit, μητρογαμεῖν, ἀδελφοφθορεῖν, καὶ ταῖς σφῶν παισὶν ἐπιμαίνεσθαι. Theophilus ad Autolycum l. 3. p. 144. tom. 1. Biblioth. Patr. Græcol. Epicurum & Stoicos ejusd. flagitii reos agit, Ἐπίκουρος δὲ καὶ αὐτὸς, inqvit, σὺν τῷ ἀθεότητα διδάσκειν, συμβουλεύει καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ πέρα τῶν νόμων τῶν τοῦτο κωλυόντων. Subdit aliqvid de Solonis legibus; scribendum enim est Σόλων, non Σολομῶν. Et paulo post, πρὸς τί ἂν Ἐπίκουρος, καὶ οἱ Στωικοὶ δογματίζουσιν, ἀδελφοκοιτίας, καὶ ἀρρενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι; ἐξ ὧν διδασκαλιῶν μεστὰς βιβλιοθήκας πεποιήκασι. Similia doctissim. Tiraqvellus affatim perseqvitur, ad leg 7. Connubial. carptim autem ad Genial. dier. l. 1. c. 2. & 24. De Ægyptiis vide supra, p. 48. lin. ult. De Persis, p. 11. B. & infra, 279. A. 1.

Ib. C. pen. Μαγουσαῖοι.) Idem repetit p. 278. lin. ult. ac diserte Magusæos illos Persas fuisse docet. B. Epiphanius p. 1094. num. 12. inter Persicarum sectarum ἀρχηγοὺς eosd. numerat: & num. 13. repudiato cæterorum idolorum cultu, Solem tamen, Lunam, Ignemqve venerari scribit. Cave confundas cum Magusæis, seu Magusanis, Petrææ, ac felicis Arabiæ populis: nisi forte hi etiam ab illis prosеminati sunt: nam hic vides, Magusæos Persas, variis se populis ac gentibus insevisse.

Ib D. 8. παρὰ Γήλοις.) Cæsarius loco citato, Bardesanem κατὰ πόδας seqvitur, nisi qvod Γηλας, non Γήλους, vocat. Θάτερος, inqvit, παρὰ Γήλαις νόμος, γυναῖκας γεωργεῖν, καὶ οἰκοδομεῖν, καὶ τὰ ἀνδρῶν πράττειν, ἀλλὰ καὶ κοινωνεῖν οἷς ἂν βούλωνται τῶν ἐπηλύδων: οὐ μυρίζονται δὲ, οὐδὲ φυκίοις τὴν ὄψιν, νοθεύονται. &c. Οἱ δὲ ἄνδρες στολίζονται ἐσθῆτι μαλακῇ, καὶ ἀνθοβαφεῖ περιβολῇ, &c. de Stellarum in eorum ortu concurrentium diversitate. Epiphanius loco jam laudato, num. 10. Γηλοὺς nominat, itidem ut Bardesanes, & Ptolemæus: sed hoc iis singulare tribuit, ut apud ipsos οἱ τὰ φαῦλα δρῶντες. πρὸς τῶν νόμων αὐτῶν ἐπαινῶνται. Gelas Plinius l. 6. c. 16. inter alios Hyrcani maris accolas numerat, qvos Græci Cadusios appellarint. Gelas tamen a Cadusiis Strabo distingvit l. 11. ambos tamen ad Hyrcani seu Caspii maris orientalem, & Tauri montis Septentrionalem plagam constituit. Theophanes, qvi Pompeji castra seqvutus erat, apud eund. Strabonem, eodemqve lib. Amazonas inter & Albanos collocat Γήλας καὶ Λήγας, qvos Zonaras tomo 2. minus, ut opinor, recte, Γέλλας καὶ Λίγυας nominat. Deniqve Cedrenus p. 227. Cæsarii locum συντόμως afferens, Γηλαίους, non, ut est apud Ortelium, Gellæos; multo minus, ut est apud Interpretem, Agelæos vocat. Itaqve Γῆλοι, vel. ut al. Γηλοί, Γῆλαι, Γέλλαι, Γελαῖοι, apud diversos Auctores prorsus iidem, licet Γέλλαι & Γελαῖοι corruptum nomen videatur. Fœminæ autem Γέλισσαι dicebantur. At Γελῶοι, de qvibus supra p. 253. B. 1. qvi Γελαῖοι sæpius, & aliqvando Γελλαῖοι Latinis Gelani, & Gelenses, interdumqve Gellenses, in Sicilia sunt. Nam Γελῴους frustra Stephanus repudiat. Γελωνοὶ deniqve in Sarmatia, partim Europæa, partim Asiatica.

Pag. 276. A. ult. παρὰ Βάκτροις.) Cæsarius loco cit. de Bactrianis mulieribus nihil: at Susianis eadem attribuit. Ἐν δὲ Σούσοις, inqvit, τὰς Βαβυλωνίας, αἱ γυναῖκες παντὶ μύρῳ διαφέρειν, καὶ κόσμῳ χρῶνται, ἐπιπρεπέστεραι, καὶ φανερῶς προϊοῦσαι, σὺν βλασφημίᾳ, καὶ διαχύσει πολλῇ. Ib. C. 2. ἐν δὲ τῇ Λυβίᾳ.) Lege Tiraqvellum, ad leg. illam 7. Connub. hæc & similia pluribus exeqventem.

Ib. C. 5. παρὰ Πάρθοις.) Cruentæ hujus & impiæ consvetudinis mentionem alibi non reperio. Multa de Parthorum moribus in historicis commentariis Strabo scripserat, ut l. Geograph. 11. significat.

Pag. 277. C. 1. παρὰ Ταϊνοῖς, &c.) Hac de re ita Cæsarius, παρὰ δὲ Ἠλείοις, καὶ Σαρακηνοῖς, καὶ τοῖς ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Λιβύῃ, καὶ Μαύροις, κατὰ τὰς πέρας καὶ ὄχθας τοῦ Ὠκεανοῦ κατῳκισμένοις, καὶ ἐν τῇ ἐξωτέρᾳ Γερμανίᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀνωτέρᾳ Σαρματίᾳ, καὶ ἐν Σκυθίᾳ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἐξωτικοῖς μέρεσι, τοῖς ποντικοῖς ἔθνεσιν, οὐχ οἷόν τε εὑρεῖν κολλυβιστὴν, ἢ πλάστην, ἢ ζωγράφον, οὐκ ἀρχιτέκτονα, οὐ γυμνασιάρχην, οὐχ ὑποκριτὴν ποιημάτων, ὡς παρ᾽ ἡμῖν. Hic Ταϊνῶν mentio nulla, sed eorum in locum suffecti sunt Ἠλεῖοι. De prioribus ita Stephanus, Ταϊηνοί, (sic enim scribit) ἔθνος ἀπὸ τῶν Σαρακηνῶν, πρὸς μεσημβρίαν, ὡς Οὐλπιανὸς ἐν Ἀραβικοῖς, καὶ Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ. Nec satis noti, qvos Eleos Cæsarius nominat. Forte τοὺς ἀπὸ τῆς Ἠλιδος intelligit, qvam Stephanus, πρὸς τῇ Αἰγυπτίᾳ Ὀλυμπίᾳ urbem esse ait.

Pag. 278. A. 4. παντὶ τόπῳ.) Longe malim τρόπῳ: præcessit enim παντὶ ἔθνει, qvod etiam fere locum includit. Deinde qvis ita loqvatur, παντὶ τόπῳ φρόνιμος φρονοῦνται ἄνθρωποι; Ib. D. 4. ἀπεκρίνατο,) Aliena, credo, vox. Qvid enim est, ἀπόκρισις ἀπεκρίνατο; Ea si aberit, clarus integerqve locus. Ib. D. 11. κατὰ τοὺς Δεκανοὺς,) Utiqve. Duodecim enim in Zodiaco Signa: Signi cujusq; partes a Genethliacis triginta constitutæ: ac tres in Decurias tributæ, qvarum principes, Decani, Romanæ ex militiæ usu nominati: omnes proinde triginta sex.

Pag. 279. C. 3. ἐκτρεπόμενοι.) Malebam ἐντρεπόμενοι. sed libri omnes reclamabant. Montac. suggerit ἐντρεπόμενοι, &c. veriti, religiose observantes. Nec tamen ἐκτρεπόμενοι sensu caret: qvasi dicat, Judæos etiam eo sub climate degentes, qvod ab illo circumcidendi more alienum sit, ipsum tamen constanter ac perpetuo retinere.

Pag. 280. A. penul. οὐχ ἡ.) Melius οὐδ᾽ ἡ.

Pag. 281. B. 6. ἐπιλογῇ.) Verti, perinde ac si legeretur ἐπιπλοκῇ: qvæ vox habetur infra, p. 283. A. 1. περὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ἐπιπλοκῆς.

Pag. 282. B. 8. ἐὰν δὲ ἴσως.) Εἰς τοὺς Μανιχαίους αἰνίττεται, qvi mundum hunc, non boni, sed mali Dei opus esse jactabant. Ib. D. 10. δῆλον γάρ ἐστι τοὺς τοιούτους,) Forte delendum fuerit, τοὺς τοιούτους. Nisi dicamus, hunc accusativum pro nominativo usurpatum: ut in verborum activorum constructione fieri solet: v. c. cum dicunt οἶδα γάρ σε, ὅτι τοῦτο ἐποίησας, & simil. Prius tamen illud, apud antiqviores & Classicos, vereor, ut facile reperias.

Pag. 283. B. 5. τάδε τινὰ γινώσκουσιν.) Hæc omnino περιττὰ existimo, cum jam paulo ante præcesserit, ἀποφαίνονται τάδε τινὰ ὑγιῶς: aut si hæc qvoqve retineri placet, scribendum ante fuerit, καὶ τὸ πλῆθος, &c. Ib. C. 2. διαχέουσι.) Γρ. διαχεῖται: qvod magis probo: alioqvi c. 8. post alterum εἴποιτο, aut δὲ tollendum videtur, aut sumendum pro δὴ, qvod hoc lo-

loco minus placeret.

Pag. 284. B. ὁ θεός.) En, ut Origenis etiam ætate, illa Susannæ historia θεόπνευστος habeatur: non minus certe qvidem, qvam libri consequentes, ex qvibus idem Origenes testimonia producit. Nec ullus hic stramineæ Novatorum distinctioni locus; dum qvos ipsi sacrorum è numero libros expungunt, ex iis si qvid a Patribus tanqvam è Scriptura proferri videant, Scripturam vocari excipiunt, qvæ moribus informandis apta sit, non decretis Fidei sanciendis idonea. Ridiculè id qvidem: hac enim calumnia, nulli non Scripturæ parti fides abrogari qveat. Sed tamen, hic etiam ab Origene, Divinæ scientiæ fides asseritur; qvod, opinor, ex decretis illis unum esse, ut duri admodum oris sint, nunqvam negabunt.

Ib. B. 9. μηνὶ τῷ ὀγδόῳ.) Qvem ipse mensem finxerat de corde suo, ut seqventi versu diserte Scriptura loqvitur: id est, qvem αὐτομάτως, nulloq; Judæorum exemplo, per se se instituerat, ut ejus 15. impiæ consecrationis festum celebratur. Ib. B. penult. κατὰ τὴν ἑορτήν.) Qvod tandem festum illud est, cujus exemplum Jeroboamus seqvitur? Non placet διάφορον qvoddam intelligi, qvod nullam cum ista dedicatione affinitatem habuerit. Addit enim Scriptura, *in similitudinem solennitatis, &c.* Frustra qvoqve Encæniorum hic a qvibusdam mentio fit, qvæ Jeroboamus, tanto illis antiqvior, cogitare non potuit. Probabilius alii de Tabernaculorum festo accipiunt, cujus initium ab septimi Mensis decimo qvinto die ducebatur, Levit. 23. 34. & seq. Nec tamen satis video, qvam illius similitudinem Jeroboamus expresserit, nisi forte, qvod diem octavi mensis decimum qvintum delegerit. Nam Tabernaculorum celebritas, eo Levitici loco, tantum instituitur, *ut discant posteri*, (verba Dei sunt) *qvod in Tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti.* Malim omnino, Altaris Dedicationem a Salomone celebratam intelligere, qvæ octavo die septimi mensis inchoata, ad vigesimum secundum perducta est, qvo etiam Tabernaculorum celebritas claudebatur. Lege 3. Reg. c. 8. & Paralipom. c. 7. ubi v. 9. de Salomone habetur, *feceitq; die octavo collectam, eo qvod dedicasset Altare septem diebus, & solennitatem celebrasset diebus septem.* Ib. C. 1. ἐν γῇ Ἰούδα.) Rectius ἐν τῷ Ἰούδα. Ita enim ex Hebr. Septuaginta, & Vulgat. *in Juda.*

Ib. θυσιαστήριον τὸ ἐν Βαιθ. Reponendum videtur, ut est apud Septuag. θυσιαστήριον, ὃ ἐποίησεν ἐν Βαιθήλ, τοῦ θύειν ταῖς δαμάλεσιν, &c. Certe τοῦ θύειν, nec omitti potest, nec in particulam ἐν sine flagitio mutari. Porro Vulgat. Interpr. pro ὃ ἐποίησεν, habet, *similiter fecit*, ut in Hebr. כן עשה i. opinor, ut *fieri solebat in Juda.* Septuaginta vero subintellexerunt in Hebr. אשר, *qvod*, ut alibi passim.

Ib. C. 2. ἐν ταῖς δαμάλεσιν.) Ita Septuag. Vulgat. autem in mascul. *vitulis qvos.* vide Observationes nostras ad pag. 117. D. 5. ubi de Api Ægyptio, & Israelit. vitulis, plurib.

Ib. D. 5. ἡ πιότης.) Ut Septuag. Vulgat. autem, *Cinis.* Hebr. דשן, qvod cinerem, adipemqve significat. Ib. D. 13. ῥήγνυται.) Legend. videtur ῥαγήσεται, ut conveniat cum οἰκοδομῇ. Ib. penult. ἰσχὺν βασιλέων διαῤῥήξω.) Vulgat *dorsa Regum vertam.* מתני מלכים אפתח, Qvæ utrovis modo interpreteris licet, *lumbos, dorsa regum solvam*; vel *lumb. Reg. retegam, nudabo*: Priorem seqvuti Septuaginta, per lumbos, robur & fortitudinem intellexere: Posteriorem Vulgatus maluit, terga enim vertere, hosti nudare est. Ib. fin. ὄρη.) Vulgat. *gloriosos*, Hebr. הדורים qvæ vox tametsi a recentiorib. Hebræis, pro difficili, & obliqva via sumatur, cum tamen sit ex radice הדר, qvæ decorem, gloriamqve sonat, dubium non est, qvin optime gloriosos significet, qvos etiam montium nomine, Septuaginta intelligunt.

Pag. 285. A. 7. ὀνόματί μου.) Rescribe ὀνόματί σου cum Septuaginta, & al. omnib.

Ib. A. 8. καὶ προσδέξεταί σε.) Ita iid. Septuag. Vulgat. autem, *assimilavi te.* Hebr. אכנך. Radix כנה si recentiorib. Hebræis fides est, significat, subobscure indicare aut appellare, qvasi αἰνίττεσθαι πρός τινα. Sed malim Hieronymo credere, qvi non semel hanc vocem reddit, assimilare: præsertim cum longe sit illustrius, certis tanto ante ac perspicuis characteribus Cyrum informari, qvod hic assimilare significat, qvam αὐιδρῶς ἀπονομάζεσθαι. Adde proxime dictum esse, *vacavi te nomine tuo*: qvod multo est ἐναργέστερον, qvam obscure tantum appellare: qvæ μείωσις, vim prioris sententiæ mirum qvantum infringeret. Septuaginta qvod attinet, legisse videntur קנה qvod est, *emere, possidere*, non autem כנה

Ib. C. 2. τέσσαρας διαδόχους.) Hi enim præcipui qvatuor, Ptolemæus Lagi filius, qvi Ægyptum; Seleucus Nicator, seu Nicanor, qvi Babyloniam, Mediam, ac deinde Syriam; Antigonus, qvi præcipuas Asiæ partes; & Antipater, qvi Macedoniam obtinuit: cujus loco alii Philippum, sive Aridæum Alexandri fratrem sufficiunt. Ib. C. 4. καὶ Πτολεμαῖον.) Non video qvamobrem Origenes, post qvatuor illos Alexandri successores, Ptolemæi seorsum meminerit, qvum unus è qvatuor fuerit. Nisi fortè, cornu illud robustum & grande, cujus infra mentio, D. 3. Ptolemæum esse putaverit: in qvo longe cum ab Interpretum omnium sensu, qvi Antiochum Epiphanem, Antiochi Magni filium accipiunt, tum ab historica veritate discederet. Tametsi, qvod Septuaginta cornu ἰσχυρὸν dixerunt, id Hieronym. *modicum* reddidit, Hebr. seqvutus, מצעירה, qvod verè parvum qvid modicumve sonat. Sed cur Septuaginta robustum? Tantum occurrit, literarum metathesi, ערץ, sæpe idem esse qvod roborare: Inde עריץ, hoc est robustus, violentus: & מעריץ robur, ac fere violentum. Porro Antiochus Epiphanes, initio sane modicus; qvippe qvi Seleuci frater natu minor esset, ac proinde vivo, regnanteqve fratre delitesceret: at eo sublato, mirum in modum crevit. Ib. C. 5. ὁ ἐπικαλούμενος Λαγώς.) Repone Λαγῶ, vel Λαγοῦ. Dictus enim est Ptolemæus, non Lagus, sed Lagi, sup. filius; tametsi Macedones, ut scribit Pausanias in Atticis, (nec enim id ipsemet ἱστορεῖ.) Philippi Alexandri Patris filium esse dicerent, cujus mater uterum adhuc gestans Lago nu-

psisset. Ib. C. 10. ἐνώπιον τοῦ Οὐβάλ.) Hic & v. 3. Septuaginta Hebraicam vocem, אובל retinuere, qvi versu secundo verterant, ἐπὶ τῆς πύλης οὐλαί, qvo modo Hieronym. *super portam*, vel, *ante portam Ulai*, qvi tamen v. 3. *paludem* reddere maluit. Ergo utrumqꝫ vox illa significabat, paludem seu fluvium, unde fortassis paludes iis in partibus existerent, & portam, qva fluvius recta peteretur. Fluvius hic Ulai, (qvem nescio cur Græcor. Biblior. Regior. Interpres v. 2. in Atrium mutaverit:) Plinio l. 6. c. 27. Eulæus, affini sane vocabulo. Ib. D. 12. καὶ τὴν δύσιν.) Septuag. inter νότον & δύσιν, inserunt καὶ πρὸς ἀνατολήν. Hieronym. item ex Hebr. post Meridiem, addit, & contra Orientem, qvod utiqve addendum hic fuerit. Antiochus enim Epiphanes, Ptolemæum Philometorem Ægypti Regem, adeoqve totam Ægyptum, qvæ πρὸς τὴν Συρίαν, meridionalis est, pertinaci acerbitate vexavit: tum Orientem versus, in Persidem, vicinasqve Persidi regiones incubuit. Sed loco τοῦ πρὸς δύσιν, idem Hieronym. *& contra fortitudinem*; In Hebr. צבי, qvæ vox, cum vulgo, illustre aliqvid ac votis omnibus expetendum significare dicatur, tum etiam ut plurimum Judææ tribuitur. Hieronym. ἰσχὺν illam hoc loco intellexit, qvæ singulari ex fortitudine colligitur, qvamqve Judæis divina etiam virtute septis attribuit. Qvid si duo hæc צבי & צבא, non vocis modo, sed etiam significationis affinitatem aliqvam & communionem, Hieronymo notam habuere? Judæam porro, Antiochus, ut notissimum est, inusitato furore vastavit, atqve in ipsomet Templo, Jovis Olympii signum collocavit. Qvid Septuaginta seqvuti sint, cum δύσιν, i. occidentem verterunt, non satis intelligo. Hierosolyma certe qvidem, πρὸς γε τὴν Συρίαν, occidentalior est.

Pag. 288. B. 1. ἀνεδέχετο.) Facilis emendatio est, ἐνεδέχετο. Hoc enim verbum iis maxime de reb. usurpatur, qvæ utramqve in partem ἐξ ἴσου evenire possunt; ut paulo post sæpius.

Ib. B. 8. τοῦ θανατῶσαι.) Supple, ἕνεκα. Qvod in vulgata paulo obscurius, *& compunctum corde mortificare*: Itaqve post καρδίᾳ, & *corde*, adhibenda virgula est: significatur enim, cum hoc animo perseqvutum esse hominem dolore jam confectum, ut ei vitam eriperet. Ib. D. 5. τοῦ εἶναι.) Subobscurus locus. An mutanda distinctio est, & τοῦ εἶναι, cum ἐνδεχομένων ita construendum, ut subintelligas χάριν vel ἕνεκα; An ita potius ordinanda sententia? ὁ θεὸς τῇ προγνώσει αὐτοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ ἀληθὲς προγινώσκων τοῦ εἶναι τῶν προειρημένων ἐνδεχομένων. An deniqve, τοῦ εἶναι sumitur, pro τοῦ ὄντος, vel τοῦ ἐσομένου πράγματος; Elige: postremum hoc malui.

Pag. 289. B. 9. οὐ προσποιούμενος.) Gallicus etiam idiotismus est, *ne faisant pas semblant*: qvod Latinitas minus patitur: aliud enim est, *non simulo me audire*, aliud, *simulo me non audire*, hoc est, *audire me dissimulo*. At Græcis Gallisqve perinde est, seu præmittatur negatio, seu consequatur: tametsi longe sæpius præmitti Græce consveverit. Interdum vero, προσποιεῖσθαι, ἐλλειπτικῶς usurpatur, ut apud Demosthen. pro Coro. ὁρᾶ μὲν τούτων μὲν ἐχθρὸς ἦς, ἐμοὶ δὲ προσποιεῖ. subintelligitur, εἶναι, Ibid. adversus Æschinem, qvi a liberalib. doctrinis imparatus cum esset, eruditi nomen & famam ambiebat, τοῖς δὲ ἀπαιδεύτοις μὲν, ὥσπερ σοὶ προσποιουμένοις δι' ἀναισθησίας, τὸ τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν κοινὸν, ὅταν ἐγὼ σοῦ, οὐ τὸ δοκεῖν τοιούτοις εἶναι, συμβαίνει. Ib. C. 9. αἰτία γίνηται, &c.) Αἰτία hic, occasio est, ἀφορμή. Porro αἰτίαν ait, non absolute τοῦ μὴ ἀποτυχεῖν, sed τῶν ἁμαρτημάτων. Nec enim fieri potest, ut qvod mihi Deus certo futurum aperiat, id ipsum propterea non eveniat, qvod certo futurum aperuerit. hæc enim τῶν ἀντιμαχομένων ἐστίν. Ib. D. penult. ἅμα δὲ καὶ μαχόμενον.) Negari non potest, qvin hoc duriusculum sit: imo, si absit ὑπερβολή, falsum. Tantum enim abest, ut hæc duo pugnent, ut manifesta potius ἀκολουθία sit, aperiri divinitus, ὅτι πάντως ἔσται ἀγαθὸς, & tamen illum ipsum οὐκ ἀγαθὸν γίνεσθαι. Sed ratio qvam subjungit, molliorem interpretationem patitur, cum ea tantum futuri cognitione, vim & contentionem animi debilitatum iri significet: qvod, τό γε καθόλου, & verissimum est, & sanctorum Patrum ore freqventissimum.

Pag. 290. A. 3. πρὸς ὅσ᾽ ἔχομεν.) Integer locus est: tantum dandi casus χρεία, qvi seqvitur, in rectum mutandus videtur. Per ea vero, qvæ habemus, intelligit, opinor, τὰ ἡμῖν ἔμφυτα, & semina illa honestatis atqve virtutis, qvæ nobis cum ratione insita sunt. Ib. C. 1. πρᾶττει.) Vix dubito, qvin scripserit Origenes, πρᾶττεται, cum & sensus hoc postulet, & ἀμείνους ante dixerit, ἐπράττετο.

Ib. C. 4. τοῖς περιεργαζομένοις.) Qvæ vox seqventi versu repetitur. Malui tamen utrobiqve περιεργαζομένοις, ut habetur in alt. Manuscr. cum B. penult dictum fuerit, τὰ μὴ γινόμενα.

Ib. οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν.) Expungenda negatio est, alioqvi & sententia falsa esset, & ab Origenis mente prorsus aliena: falsa, qvia libertatem everteret; aliena, qvia libertatem hanc tuetur Origenes. Ib. D. 8. περὶ τῶν ἀνθρώπων.) Rescribendum existimo, περὶ τὸν ἄνθρωπον, vel τοὺς ἀνθρώπους, ut linea 11. περὶ τόνδε. Ib. D. 12. δι᾽ ἑτέρου.) Hic qvoqve alter. Manusc. seqvutus sum, ubi περὶ ἑτέρους legitur, qvi sensus longe convenientior est. Nec enim de pluribus hic schematismis agit, sed de uno tantum, qvem plurium ac præteritorum eventuum causam esse negat, ut ex seqventibus manifeste constat.

Pag. 291. C. penult. καθ᾽ ὁ δὴ ὅτι.) Pro καθ᾽ ὅ, τι, δὴ, qvod forte rescribendum est, clarius certe foret. Ib. σαφὲς τὸ μὴ,) Ita distingvendum fuit, τὸ σαφὲς, ab ἀληθὲς, qvod præcedit, alioqvi ἀσαφέστερος locus hic fuisset.

Ib. D. 5. ἀπήτησαι.) Reponendum existimo, ἀπήτησαι, alioqvi non solum τὸ, εἰ δὲ, qvod periodi est initium, ἀνανταπόδοτον futurum est: sed etiam τὸ, ἐρῶ, qvod seqvitur, ad Genethliacum defensorem, non ad oppugnatorem Origenem pertinebit: cum tamen Origenes non hanc ipsi per sese orationem attribuat, sed eam potius ex illius opinione seqvuturam velit. Ib. D. penult. ἐπαγγέλλονται.) Qvam argumentum hoc urgeat,

non ſentio. Reſponderet enim Genethliacus, totum hoc diſcrimen ex diverſa præteriti ac futuri conditione petendum eſſe.

Pag. 292. B 3. ἐμποδίζει.) Malim ἐμποδίζῃ. Nec enim id ante demonſtravit, niſi forte κατ' ἀκολουθίαν.

Pag. 293. B 6. ἑλκομένης.) ἑλκωμένης, opinor, vera lectio eſt, qvam etiam a manuſcript. alter repræſentat: ulcus enim ex circumciſione ſeqvebatur. Ib. C. 5. ἀπιστῆσαι μὲν.) Hæc duo verba libenter expunxerim, qvæ profecto ſenſum, absqve illis optime cohærentem interturbant. Ib D. 2. ἢ τὴν ἀστρογνωστικήν.) Manifeſta trajectio eſt. Legendum ergo, οὐχ ὅτι ἐν τὴν ἀστρονομικὴν, ἢ τὴν γενεθλιαλογ. Hic enim eadem eſt, ἀστρογνωστικὴ, & γενεθλιαλογική.

Pag. 294. D. penult. μορφώματος.) Poſt hanc vocem membrum alterum deeſſe credo, qvod ita concipi poſſit, οὐ μὴν λαμβανομένου τ' ἀληθῶς ἐκ τοῦ μορφώματος. Senſus enim id exigit: & manifeſte probant, qvæ ſeqvuntur. Vox, μορφώματος repetita, Librariorum, ut ſæpe fit, oculis impoſuit, ut poſteriorem prioris loco acciperent.

Pag. 295. A. 10. χείρονος ἀπὸ τῶδε.) Melius, ni fallor, abeſſet ἀπὸ, ut χείρονος τῶδε (nempe ἀστέρος cum præeunte particip. ἀπολυμένου conſtruatur. Sin autem (qvod minus probo) retinebitur ἀπὸ, tunc poſt χείρονος, apponenda virgula fuerit, ut ἀπὸ τῶδε cum ἀμαυρουμένου conjungatur.
Ib. C. 3. περὶ νομιζομ.) Lege, περὶ τὸ νομιζ. vel ἢ τὸ νομ.

Pag. 299. D. 11. πολὺ πρότερον.) Omnino legend. videtur πολὺ αἰσχρότερον, hæc enim turpium Numinum colluvies, ſiderum frugumqve θεοποιΐα poſterior fuit, uti non ſemel Euſebius ipſe tradidit.

Pag. 300. B. 7. καταδεδουλωμένοις.) Reſcribe καταδεδουλωμένον. Qvo enim accuſativus hic referatur?

Pag. 310. A. 3. καταφυρόμενοι.) Corrige, καταφυρομένοις: hactenus enim in dandi caſu, & ſeqvitur νενικηκόσι.

Pag. 303. B. 2. ὄντως.) Alter ex Manuſcr. ὄντως, recte. Ib. B. 3. γένος ἱερόν.) Idem Manuſcr. γένος ἐκλεκτὸν, ut in Græc. & Vulgat. Bibl.

Pag. 304. D. 2. ἄλλης τε μακρᾶς.) Non videbam, qvo genitivus iſte pertineret. Itaqve verti perinde ac ſi legeretur, ἄλλας τε μακρὰς πλεύσεις, & ἀποπλευσάσας, pro ἀποπλευσάσης, qvæ vera mihi lectio viſa eſt. Ib. D. 7. ἐλεύθερον καὶ ἀνειμένον.) Liberum hic & ſolutum vitæ genus, πρὸς καλοῦ λαπτ. ἐστιν, qvod absqve ulla vi, aut legum neceſſitate, virtutem ac pietatem coleret, nec graviori tot ceremoniarum onere premeretur. Ita fere Thucydides uſurpavit l. 2. ubi Pericles ἐν τῷ ἐπιταφίῳ λόγῳ liberiorem Athenienſium vivendi rationem, duriori & legum vinculis adſtrictæ Lacedæmoniorum diſciplinæ anteponens, ἐν ταῖς παιδείαις, inqvit, οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι ἐπιπόνῳ ἀσκήσει, εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται· ἡμεῖς δὲ, ἀνειμένως διαιτώμενοι οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. Imo τὴν ῥαθυμίαν paulo poſt, meliori ac laudabiliori ſignificatione poſuit. Καί τοι, εἰ ῥαθυμίᾳ μᾶλλον, inqvit, ἢ πόνων μελέτῃ, καὶ μὴ μετὰ νόμων τὸ πλεῖον, ἢ τρόπων ἀνδρείας ἐθέλοιμεν κινδυνεύειν. i. Qvod ſi ex faciliori potius vitæ genere, qvam aſſiduo laborum uſu, nec legum neceſſitate potius, qvam generoſa indolis virtute ducti, ad ſubeunda pericula venire ſtatuimus: ubi ῥαθυμίας ſic πόνων μελέτῃ oppoſuit, ut eandem tamen cum τρόπων ἀνδρείᾳ conjungeret. Qvo etiam pertinet illius vel moris, vel conſilii fructus, qvi ſeqvitur: περιγίγνεται ἡμῖν, τοῖς τε μέλλουσιν ἀλγεινοῖς μὴ προκάμνειν, καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσι, μὴ ἀτολμοτέρους τῶν ἀεὶ μοχθούντων φαίνεσθαι. Hoc inde conſeqvimur, ut nec futurarum ærumnarum ante tempus aſperitate frangamur, nec tamen poſtqvam in eas ventum eſt, illis ipſis qvi perpetua in contentione verſantur, meticuloſiores nos, aut ſegniores oſtendamus. Ib. D. ult. ἀφελῆ φέρειν.) Reponendum videtur, ἀφελῆ φέρειν. Reſpondet enim hoc membrum priori illi, βίῳ μὲν τῷ κατὰ τὴν φύσιν κεκοσμημένον.

Pag. 310. C. 3. καλεῖ.) Alt. e Manuſcr. ὀκνεῖ, qvod omnino præſtat. Ib. D. ult. περὶ τῆς τῶν παλαιῶν ἀνδρ.) Liber hic de numeroſa priſcorum hominum ſobole, cum al. plerisqve intercidit, nec ulla ejus eſt apud S. Hieronymum, Photium, aut Suidam mentio.

Pag. 313. C. 4. πρακτικόν.) Alterius Manuſcr. lectionem ſeqvutus ſum: habet enim προφητικὸν, cui ſeqvens ἀπαγορευτικὸν recte opponitur. Ib. C. 8. τῆς θεολογίας δέξασθαι, καί.) Hæc a Librario qvodam perperam inſerta ſunt, qvæ manuſcriptorum alter expungit.
Ib. C. 10. οἰκείοις νόμοις.) Mendoſa hæc ſunt; atqve in οἰκείοις νόμοις, ut videtur, mutanda. Ib. D. 2. οὐχὶ φίλον, &c.) Locum hunc ita concipit Alt. Manuſcr. οὐχ ὅτι Αἰγυπτίοις φίλον ἦν, ἀλλ' οὐδὲ Φοίνιξιν, ἢ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι παραπλησίως, εἰς πλῆθ. &c.) Rectius. Saltem pro οὐχὶ, omnino reponend. οὐχ ἤ.

Pag. 317. B. 4. προσλαμβάνειν.) Rectius, opinor, fuerit περιλαμβάνειν.

Pag. 320. C 9. δεύτερον οὐσίαν.) Euſebius hic ἀνθρώπους ἀφανίζει. Tametſi ejus orationem Trapezuntius ὑποκορίζεσθαι, & adhibito qvaſi ſtudio mollire videatur. Sed notus ſatis Euſebius; ac præſertim ante Nicænum Concilium, ante qvod hæc ab eo ſcripta fuiſſe non dubito.

Pag. 322. D. 3. a fine, διὰ δὲ.) Hæc Euſebius p. ſeq. B. 1. ſumpta eſſe ait ex l. 1. Qvæſtionum & Solutionum. S. Hieronym. 5. libros numerat Qvæſt. & Solut. in Exodum, qvi non extant. Euſeb. autem Hiſtor. 2. ante horum qvinqve librorum mentionem, Qvæſtionum & Solutionum meminit, qvas in Geneſin & Exodum ſcripſerat, τὰ δὲ, inqvit, κατὰ μέρος διαστολὰς τε διαλαβὼν, τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς ζητουμένων, ἀπορίας τε καὶ διαλύσεις πεποιημένος ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς, καταλλήλως τῶν ἐν Γενέσει, καὶ τῶν ἐν Ἐξαγωγῇ ζητημάτων καὶ λύσεων, τέθειται τὰς ἐπιγραφάς.

Pag. 323. A. 3. δεύτερον θεόν.) Hic vere Philo πλατωνίζει, ut ex ipſis Philoſophi verbis inferius patebit. Ib. B. 9. τῷ δευτέρῳ.) Ergo tunc duo iſti Philonis libri περὶ Γεωργίας, inſcripti erant: nunc tamen poſterior, περὶ φυτουργίας inſcribitur: idqve ſatis ex Philonis mente, qvi librum hunc ſic orditur, Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, τὰ περὶ γεωργικῆς τέχνης γενικῶς ὅσα καιρὸς ἦν εἴπομεν· ἐν δὲ τούτῳ περὶ τῆς κατ' εἶδος ἀμπελουργικῆς, ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ, ἀποδώσομεν.
Ib. B. 10. τὰς δυσερωτίας.) Extat hic locus p. 168. B. Philonis excuſi Græcol. paulo poſt initium. ubi pro δυσερωτίας, legitur, ut in

Manuſc. δυσοσμίας. Qvæ ſi vera lectio eſt, τὰς ἐν τοῖς διαπορηθεῖσι δυσοσμίας, pudendas difficultates appellat, qvæ hujusmodi qvæſtiones conſeqvuntur. Itaqve noſtra in verſione, pro *dubitationem*, legendum eſt, *has dubitationes*. Δυσχερεία, morum potius, qvam loci alicujus aſperitatem ſonat. Fortaſſis tamen, difficiliores etiam anguſtias ſignificare poſſit, in qvibus ægre convertere te, aut commovere poſſis. Præcipua qvæſtio ibi a Philone propoſita, hæc eſt, τίς ἐστι κόσμου βάσις, ἐφ' ἧς ὥσπερ αἰθερίας ἐφίδρυται. Qvam qvæſtionem ab iis ſine pudore ac probro tractari poſſe negat, qvi baſim illam ὑλώδη τε καὶ σωματώδες eſſe arbitrentur. Ib. C. 2. Λόγος ἐστι,) Excuſ leg. Νόμος δέ. Dubium eſſe non poteſt, qvin Euſebius noſter, Λόγος potius, qvam Νόμος legerit, cum hoc de Verbo Divino teſtimonium proferat. Et ſane, cum paulo poſt, Deum ejus Patrem appellet, commodius id de Verbo, qvam de lege accipias. Imo qvod addit, eſſe qvaſi μεθόριόν τι φωνῆς στοιχείων ἀφώνων, multo melius in Verbum, qvod vocale qvid ſonat, qvam in legem, καὶ φθόγγον ἔχει τι χρῆμα, conveniat. Ib. C. 8. ἄρρητον.) Philo ἀρρήκτων. Longe melius. Ib. D. 3. φωνῆν, Philo, καθάπερ φωνῆντα, qvod ſignificantius videtur. Ib. D. 5. ἐξ ἐχεμύθου Μουσικῆς.) Hinc excuſum corrigas licet, ubi perperam legitur ἐξ ἐχαυμάτου Μύσης.

Pag. 325. A. penult. δευτερεύοντες, &c.) His plane gemina Plato ſcribit inferius, p. 541. C. qvibus duæ lex impietas continetur, in Filium altera, altera in Spiritum ſanctum. Ib. B. 14. παρ' ἑτέρου. Seqventia τοῦ, ἢ περὶ Θεοῦ Λόγου, & mendoſa ſunt, & aſcititia, ideoqve expungenda.

Pag. 328. A. 1. περὶ ἀθλουμένων.) Vide locum perſimilem, Demonſtrat. Evangel. l. 4. c. 9.

Pag. 330. A. 1. θελγήτροις καὶ προβολίοις,) Ergo θέλγητρον, & προβόλιον, idem hoc loco. Certe Dæmoni periculoſius nullum eſt voluptate venabulum. Ita etiam corrigendus, & accipiendus videtur locus ille Demonſtrat. l. 4. c. 9. ubi de Lucifero ſic loqvitur Euſeb. δεινὰ δὲ κατὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀπειλήσας, θάτερα λῃπτοὺς τοῖς προβουλίοις ἀνθρώπους ὁρᾶτο. i. *At is populis omnibus tam gravia interminatus cum eſſet, alia tamen ratione, venabulis ſuis homines captu faciles eſſe cognovit.* ubi θάτερα pro θατέρα uſurpavit, & προβολίοις legendum, non autem προβουλίοις. Cujusmodi autem προβόλια iſta fuerint, ſic explicat, Ἔστι δὲ ταῦτα τῆς ἀπὸ τῶν κρειττόνων πίστεως τὰς πόλεις, καὶ ταῖς ἡδοναῖς δελέασιν, ἐπὶ πᾶν εἶδος φαυλότητος, τὰς τῶν πολλῶν κατέσπα ψυχὰς, &c. qvæ fuſius ibid. perſeqvitur. Ita θέλγητρον, δέλεαρ, προβόλιον, eod. ſenſu.

Pag. 333. C. 3. Διονυσίῳ.) Alexandrinum intelligit, Sabellii, a qvo Perſonarum in SS. Triade diſtinctio nefarie tollebatur, oppugnatorem acerrimum. Qvi cum nimio qvodam ſuſceptæ cauſæ ſtudio, in contrariam Arianorum hæreſin nonnihil inclinaſſe qvibusdam videretur, egregium in primis defenſorem nactus eſt B. Athanaſium, ejusdem poſtea Sedis Epiſcop. Vide Illuſtriſſ. Card. Baron. anno Chriſti, 263. Porro Sabellius, alterum hoc de Materia ſomnium ab Hermogene acceperat. Plures adverſus Sabellium iſtum libros, a Dionyſio elaboratos eſſe, non tantum unum, ut non nemo credidit, vel hoc Euſebii loco manifeſte convincitur.

Pag. 335. A. 1. ἀπορήσομεν.) Ingenioſæ ſunt, ac ſolidæ Origenis rationes iſtæ.

Pag. 336. B. 7. Περὶ δὲ τοῦ ποσοῦ.) Non extat opus illud Philonis de Providentia. Cæterum ex hoc fragmento auferri poteſt, Philonem Platonis ex mente ſenſiſſe, rudem & indigeſtam a Deo materiæ molem ante omnia creatam eſſe, ex qva deinde præclaram illam qvam cernimus rerum varietatem ac ſpeciem eduxerit. Ib. D. 8. ἔλαττον προσεθῆναι.) Senſus poſtulat ἐλάττονι προσθ. ut opponatur seqventi membro, ὡς περιττῆς ἀφαιρεῖν. Ib. D. ult. ἅπασιν ἐπαινετοῖς.) utramqve vocem, aut ſaltem ἐπαινετοῖς libenter expunxerim.

Pag. 337. A. 2. αἰτιατιθέμενος,) Vix dubito, qvin reponendum ſit, αἰτιτιθέμενος, vel αἰτίᾳ τιθέμενος, qvod paulo ποιητικώτερον eſt. Sed Philo qvemadmodum & Xenophon, Poetas interdum amat. Porro illud οὐκ ἂν φθάνοι, &c. hunc qvoqve ſenſum pati poſſet, *ut artificum omnium objiciat opera, nihil unqvam efficiet.* In eo tamen hæreo, qvam expreſſi, qvod is, meo qvidem judicio, cum ſeqventibus ἀλλὰ γὰρ σοφιστείας, &c. elegantius ornatiusqve cohæreat. Ib. A. 9. Μαξίμῳ δέ.) Nondum ſatis definio, qvis ille Maximus fuerit. Erat qvidem Maximus Hieroſolymorum Antiſtes, æqvalis Euſebii; ſed vereor, ut hunc vere maximum Arianæ impietatis hoſtem maximus Arianus intelligat: tametſi hunc, qviqvi ſit, Maximum, ut ſupra Dionyſium Alexandrinum, ſatis frigide appellarit. Cæterum, Dialogus fuit tota hæc de Materia diſputatio, ut legenti patet. Ib. B. 8. ἢ ὅτι κεχώρισται.) Prima hæc argumenta, nonniſi adverſus eos, qvi corporeum Deum fingerent, momenti qvicqvam habere poſſunt.

Pag. 338. A. 1. χωρητικόν.) Malim χωρητὸν cum altero Manuſc. Ib. C. 1. λέγει. εἰ δὲ, &c.) Poſt λέγει, minor adhibenda diſtinctio, & δὲ mutandum in γε, vel δή. Ib. D. 1. γενομένων αὐτῷ.) L. γινομένων ἐν αὐτῷ. Ib. D. 9. ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις.) Diſputationis hujus cardo poſtulat, ut ἀγέννητον inſeratur; eamqve vocem proxime conſeqventia deſiderant.

Pag. 339. A. 5. ἔγχεσθαι.) Corrigend. ex alter. Manuſc. ἔρχεσθαι, qvam lection. etiam Montac. repræſentat. Ib B. 4. ποιότητες τῶν ποιοτήτων ποιότης.) Lege & diſtingve, ποιότητες, τῶν ποιοτήτων ποιητής, cum alt. Manuſc. Ib. C. 5. συλλελόγισαι ὡς οὐκ ἀδύν.) Corrupta iſta ſunt, nec ſaniora illa Manuſcr. συλλελόγισαι ὡς οὐκ ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖν τὸν θεὸν, ἀδύνατον εἶναι δόξας. &c. Facile tamen emendari poſſunt, ſi legeris, ὡς συλλελογισμέναι ἀδύνατον εἶναι δόξας &c. Ib. C 7. ἀλλ' ὁ μὲν,) Conceſſio non eſt, ſed qvaſi tranſitio. Ib. C. 8 καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν.) Subtiliora ſunt, qvam ſolidiora, qvæ ſeqvuntur. Nec enim ὑλώδεις iſti, mundum ex alio mundo, ſed ex materia factum volebant: & ſatis, opinor, vidiſſent, artes illas ſingulares ac proprias, non jam ex nihilo repente naſci, ſed acri ſtudio, continenti uſu, improbo labore, ac ſimilium ar-

tium imitatione paulatim excitari ac perfici.

Pag. 340. B. 5. ὅτω περιλαβὼν,) Clarius eſſet, ὅτω γὰρ προλαβ. Cæterum hoc argumentum firmius eſt. Ib. D. 8. παραδείξαι.) Uſitatius fuerit, παραστῆσαι.

Pag. 341. B. 7. εἰ γὰρ ὅσιαι τὰ κακά, &c.) Mendoſa hæc ſunt: qvæ facile ſic emendes, Εἰ γὰρ μὴ ὅσιαι τὰ κακά, κακὸν δὲ ὁ Θεὸς, &c.

Pag. 342. A. 7. ἔσονται τύπων.) ἀσυλλόγιστος videtur iſta concluſio. Referendum enim potius fuiſſet, hominis qvoqve naturam, pro tanta rerum iſtarum, & actionum mutatione mutari, qvæ ſui tantopere diſſimilis, eſſe toties & inciperet, & deſineret.

Pag. 343. A. 1. παράλογον ὁρίζουσι μᾶλλον ἀφορμήν.) Hic ἀφορμὴν pro eo ſumi arbitror, qvod medium vulgo Logici nominant, ejusqve tam in majori qvam in minori collocationem: παράλογον autem ἀφορμὴν, Sophiſticam & ἀπατητικὴν argumentandi rationem, qva qvis velut ἀφορμῇ qvadam, ad facilius alterum in errorem inducendum abutatur. Qvales ἀφορμὰς Socratici captare videbantur.

Ib. A. 4. ἀλλ' εἴ τι.) Ante ἀλλὰ minori tantum diſtinctione opus eſt: pro εἴ τι vero, malim εἰ ὅ, τι. Ib. B. penult. περὶ τύτυ.) Virgulam puncti loco ſuffice. Ib. C. 1. δοκεῖ ἀλλαγήν.) Poſt δοκεῖ, tollenda diſtinctio eſt. ἀλλαγὴν autem reſcripſimus, pro ἀλλὰ γῆν, qvod manifeſte vitioſum erat.

Ib. 1. penult. τρέπειν.) Male τρέπον ante legebatur.

Pag. 344. D. 11. μεθ' ἑνός,) Legendum videtur, μηθ' ἑνός, vel unico verbo μηθενός.

Ib. D. 15. ἐπὶ εὐεργεσίᾳ.) Senſus poſtulat, ἐπ' εὐεργεσίᾳ, maxime cum ſeqvatur, ἐπὶ χείρονι.

Pag. 345. B. 3. δυνάμενοι.) Præſtat omnino δυνάμενα, ut referatur ad ταῦτα, non ad Θεοί.

Ib. C. 2. σύνθετος ἦν ὁ κόσμος.) Mutila iſta ſunt. Commode ſic expleas, πῶς δὴ σύνθετός ἐστιν ὁ κόσμος, καὶ &c. Ib. C. 4. τὴν γάρ.) Reſcribe τὸ γάρ. Ib. C. 8. ἂν ποτε καθ' ἑαυτά.) Negari facile poſſet, qvod hic aſſumitur. Ib. D. 14. σύγκειται.) Et hæc conſeqventia oppido qvam infirma. Tota enim hæc ἀντιπαράθεσις, eſt κατ' εἶδος, non καθ' ὕλην.

Pag. 350. A. 5. κατασταθείς.) Ariſtæus excuſus, leg. καταταχθείς: perinde eſt. Ib. A. 7. πολλὰ διάφορα.) Heſychius, τὸ διάφορον explicat, non tantum ἀμφίλεκτον, ſed etiam ἀνάλωμα διάφορον, qvæ vera hoc loco eſt hujus verbi ſignificatio. Ib. B. 4. 5. ὑπὲρ τὰς εἴκοσι. Joſephus Antiqvit. Judaic. l. 12. c. 2. περὶ εἴκοσι.) At S. Epiphanius, lib. de menſur. & ponderib. num 9. longe parcior, ἤσαν μὲν, inqvit, εἰσὶ μυριάδες πέντε βιβλίων, καὶ τετρακισχίλιαι ὀκτακόσιαι, πλεῖον, ἢ ἔλασσον. Sed Ariſtææ, cum Joſepho & Euſebio hærendum eſt. Ib. C. 8. ἐπὶ γραφῆναι.) Joſephus tantum γέγραφε. Sed vult opinor Ariſtæas, hoc Demetrio mandatum eſſe, uti Regis nomine ad ſummum Pontificem ſcriberet. Infra p. 351. D. 6. ἐκέλευσε γραφῆναι. Ib. C. ult. μεθ' ἕτερα.) Qvæ nimirum Ariſtæas de Judæis a Ptolemæo ſervitute liberatis interponit. Qvib. conficiendis ſeptem duntaxat dies impenſi, ut iidem Ariſt. & Joſeph. habent. Ib. D. 1. ἐκέλευσεν ἐκδοῦναι,) De hoc loco plura in obſervationib. Ib. D. 2. ἀναγραφῆς) Excuſ. ἀντιγραφῆς. Ib. D. 4. ἀμελείας.) Excuſ. ἀσυμφελείας. Ib. D. 5. ἀπεσταλμένας.) Excuſ. ἀπηριθμημένας.

Ib. D. 8. τῶν ἀποσταλμένων πλῆθος.) Donaria intelligit, Hieroſolymam a Rege miſſa, de qvibus inferius. Sic Joſephus locum ſupplevit, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἀποσταλμένων ἀναθημάτων, καὶ τὸ ἐφ' ἑκάστῳ κατασκευασθὲν, ὡς ἀκριβεστάτην εἶναι τὴν τῆς τέχνης τοῖς ὁρῶσι μεγαλουργίαν, καὶ διὰ τὴν τῶν κατασκευασμάτων ἐξοχὴν, τὸν ἑκάστου δημιουργὸν εἶναι εὐθέως γνώριμον. Ib. D. 9. μεγαλομερείας.) Excuſ. μεγαλομοιρίας. Sed Euſebio hærere malim: nam & Heſychius μεγαλομερῶς exponit, μεγάλως.

Pag. 351. A. 7. ἀπολειφθέντων.) Excuſ. ἀπολυθέντων. Joſeph. ἐπιλειπόντων, qvod rectius videtur.

Ib. A. 4. βιβλίων.) Joſeph. συγγραμμάτων.

Ib. A. 5. τὰ διαπεπτωκότα. &c.) Joſeph. περὶ τῶν διαπεπτωκότων, ὅπως τῆς δεούσης ἐπιμελείας τύχῃ. Elige. Tantum vereor, ne apud Joſephum idem bis dicatur: cum apud Ariſtæam & Euſebium, τὰ διαπεπτωκότα ſignificare videantur, partes aliqvas, qvæ ad comparatorum voluminum integritatem deeſſent, qvomodocunqve tandem excidiſſent. Unde ſeqvitur, τύχῃ τῆς προσηκούσης σπουδῆς, qvibus verbis juberi exiſtimo, ut ἐλλείμματα iſta, ſtudioſe ac diligenter expleantur. Sed Joſeph. in ſeqventibus, Ariſtææ verba ſæpe mutat, tametſi à ſententia vix recedat.

Ib. B. 6. ἀμελέστερον.) Conſule, ſi placet obſervationes. Ib. C. 1. πόῤῥω γεγόνασι, &c.) Mirum qvantum Latinus Ariſtæas, qvi extat tomo 7. Biblioth. Patrum, à Græco diſcedit. Habet enim, freqventem apud Hiſtoricos & Poetas horum voluminum eſſe mentionem. Joſephus cum Ariſtæa Euſebioqve conſentit.

Pag. 352. B. 1. βασιλεὺς Πτολεμ. &c.) Et hanc Epiſtolam Joſephus ſuis, non Ariſtææ verbis repræſentat. Ib. A. 4. αἰχμαλώτους.) Excuſ. Ariſtæas, ἀνασπάστους. Ib. B. 4. κατῳκίσθαι.) Eo nimirum, vel opinione ſua, vel ipſius victoris voluntate, vel dominorum venditione delatos. Ib. B. 5. ὑπὸ Περσῶν.) In edicto, qvo apud Ariſtæam & Joſephum libertas Judæis à Ptolemæo conceditur, de Perſis μηδὲ γρύ. nunc tamen ad Judæum ſcribens, paternæ invidiæ partem aliqvam in Perſas deonerat, qvodqve vere poterat, etiam prudenter adjungit.

Ib. B. 6. συνεληλυθέναι, &c. αἰχμαλώτους.) Molle id qvidem, ſed Joſephus longe adhuc mollius, & Patris in gratiam ὑποκοριστικώτερον, ὅς αἰχμαλωτισθέντας ὑπὸ Περσῶν, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐτίμησε. Ib. C. 2. φόβον ἔχῃ) Conſentit Joſeph. ἵνα τοῖς Αἰγυπτίοις ὦσι φοβεροί. Excuſ. tamen Ariſtæas, interpoſita negatione, φόβον μὴ ἔχῃ, contrarium plane ſenſum efficit, parum meo judicio probabilem. Nam qvi tandem Ægyptios omni Judæorum metu liberabat dum eos in locis opere ſituqve munitiſſimis, & tanto numero collocaret? Credibilius omnino, Ptolemæum Lagidem, qvi ab Alexandri obitu primus Ægyptum occupabat, qvod à Macedonum viribus ſatis fortaſſe paratus non eſſet, Ægyptios, ne qvid naſcente regno

turbarum excitarent, hoc Judæorum metu cohibere voluisse. Utut sit, qvamobrem id apud Judæum Pontificem negaret, causæ nihil erat; cur affirmaret, sane plurimum.

Pag. 353. A. 8. τὸν ἀρχισωματοφύλακα.) Excus. Arist. & Joseph. τὸν ἀρχισωματοφύλακα. Qvæ lectio hominis dignitati favet, cui tantum accedat necesse est, qvantum detrahitur ex sociis. Ib. B. 1. ἐνδεχομένως.) Vocem explicat Josephus ὡς ἐνῆν μάλιστα φιλοτίμως.

Ib. C. 1. καὶ τὰ τέκνα.) Locus difficilis, qvo de qvid probabilius nobis videatur, in Observationib. exponetur. Ib. D. 8. καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἐστίν.) Et Joseph. κἂν ᾖ παρὰ φύσιν. i. ut minus id cum ingenio, sensu, moribus nostris congrueret, cujusmodi etiam est sacrorum librorum communicatio.

Ib. D. penult. τῆς ἀδελφῆς, &c.) Montac. καὶ τῆς βασιλίσσης, καὶ ἀδελφῆς Ἀρσινόης.

Pag. 354. D. 7. προηρμηνευμένων. Utriusqve historiæ meminit Josephus, nec tamen addit, ullam divinæ Legis interpretationem, Septuaginta Seniorum opera priorem extitisse.

Ib. D. 10. τὴν αἴτησιν.) Dubium non est, qvin reponendum ex Aristæa sit, τὴν ἄνεσιν. Joseph. multitudinis num. περὶ τὰς ἀνέσεις. Ib. D. 12. μαθόντος.) Corrigend. ex Aristæa tam excuso, qvam manuscr. σημανθέντος. & lin. ultima, post ἀποχόμενον delenda conjunctio δέ. Legi etiam posset μαθεῖν, pro μαθόντος, servato δὲ post ἀποχόμ. vel eod. sublato, μαθόντα.

Pag. 355. A. 4. ἀπηγλαυκῶσθαι.) Vera lectio, ex qva corrigendus excus. Aristæas, apud qvem mendosissime legitur ἀπηγλυκλῶσθαι. Recte etiam Josephus, τὰς ὄψεις γλαυκωθείς. Notum est γλαύκωμα, & γλαύκωσιν, oculi vitium esse, qvo humor pupillæ crystallinus, cæsio præter naturam colore suffusus, vel ἀμαυροῦται, vel ἀποξηραίνεται. Plinius etiam glaucoma passim vocat. Hinc facetum illud Palæstrionis in Plauti Milite,

Et nos facetis fabricis, & doctis dolis,
Glaucomam ob oculos objiciemus, eumque ita
Faciemus, ut qvod viderit, non viderit.

Ubi Plautus *glaucomam*, pro *glaucoma*, posuit, ut *schemam* in Amphitruone, pro *schema*,

Huc processi sic cum servili schema.

Ita Syrmam, diademam, dogmam Latini veteres dixere. Priscianus l. 6. Ib. A. 8. καθὼς προεῖπον.) Prior editio; καθὼς προεῖπε περὶ τούτων τὰ περὶ τοῦ Δημητρίου προσκυνήσας, qvibus nihil corruptius. Aristæas excus. προεῖπον, περὶ τῶν τοῦ Δημητρίου προσκυνήσας: qvæ vix saniora sunt. Montacut. pro περὶ τοῦ Δημ. leg. παρὰ τοῦ Δημη. Emendatior locus erit, si leges, καθὼς προεῖπον, τούτων, (vel ταῦτα) παρὰ τοῦ Δημητρίου, προσκυνήσας, vel, ἢ προσκυνήσας. Nam Josephus ita scribit, παραλαβὼν ὁ ταῦτα ὁ βασιλεὺς, παρὰ τοῦ Δημητρίου, καθὼς προείρηται, προσκυνήσας αὐτοῖς. ubi ταῦτα, & αὐτοῖς, de libris ipsis Gelenius intelligit. Non improbo. Melius tamen fortasse de verbis Demetrii accipias, qvibus auditis, Ptolemæus sancta qvadam ut sit, admiratione perculsus, venerabundo similis, aut in genua procubuerit, aut simile qvid egerit: nam continuo seqvitur τῶν βιβλίων, cum alioqvi potius τὰ βιβλία, pro ταῦτα, dicere debuisset, ac deinde αὐτῶν, pro τῶν βιβλίων subjungere. Philo qvoqve lib. 2. de vita Mosis, de iis, qvi Græcam hanc divinæ Legis Interpretationem, Hebræo, vel, ut appellat, Chaldæo fonti simillimam cum admiratione venerarentur, καθάπερ ἀδελφάς, inqvit, μᾶλλον δ', ὡς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν, ἔν τε τοῖς πράγμασι, καὶ τοῖς ὀνόμασι, τεθήπασι, καὶ προσκυνοῦσιν· οὐχ ἑρμηνέας ἐκείνους, ἀλλ' ἱεροφάντας, καὶ προφήτας προσαγορεύοντες. Idem ante, de Judæorum annuo solenniqve jejunio, τίς ἢ τὴν λεγομένην νηστείαν οὐ τέθηπε, καὶ προσκυνεῖ; Ib. B. 7. ὑποθετικοῖς.) Malim ὑποθετικῶν, ex alt. Manuscr. Regio. Nec tamen satis constat, qvod operis genus illud fuerit, qvæ ὑποθετικὰ Philo inscripserit. Qvod si ex præsenti fragmento conjecturam ducere liceat, id ei placuisse nomen videtur, qvod hoc in opere, καθ' ὑπόθεσιν, ut plurimum disputaret, ac freqventer dilemmate proposito, alterutrius partis optionem daret: sic tamen, ut ex utraqve, postmodum καθ' ὑπόθεσιν ingeniose tractata, suam in rem argumenta duceret. Ib. C. 9. πρὸς δ' ἔτι, &c.) Hanc alter. Manuscr. lectionem editæ prætulimus, in qva, pro ἐντεθραμμένον, legebatur καὶ τεθραμμένον. ubi νεότητα, meo judicio, sic acceperit, ut animosa fere omnia νεανικὰ dici solent. Qvanqvam, ut verum fatear, νεότης ista, mihi qvidem nova nimium est. Qvid si ergo legeretur, πρὸς δ', ἐν τῇ νεότητι φρονηματίας, καὶ τεθραμμένοι μεγάλως; nam cogitationum ac sensuum novitatem intelligi, vix est ut credam. Ib. D. 4. μετελθεῖν.) Forte, μετ' ἐλθεῖν, vel potius, μὴ τὸ ἐλθεῖν.

Pag. 356. A. 7. ἐνεπιθεῖς.) Ita correximus, cum ante legeretur ἐνεπιθεῖν, cujus lectionis in alt. manuscr. non obscurum adhuc vestigium supererat. Ib. D. 4. ὑποτιμήσεως ἔχον.) Solennis ea est, qvam expressimus, in re forensi maxime, vocis hujus significatio. Nec aliud in eadem fuit ὑποτιμᾶσθαι, qvam Reum, aut Rei amicos graviorem pœnam deprecari, & cum leviore aliqva permutare. Secus tamen visum est, erudito Xenophont. Interpreti, qvi locum illum ex Apolog. pro Socrate, κελευόμενος ὑποτιμᾶσθαι, οὔτε ἑαυτὸν ὑπετιμήσατο, οὔτε τοὺς φίλους εἴασεν, ἀλλὰ καὶ ἔλεγεν, ὅτι τὸ ὑποτιμᾶσθαι ὁμολογοῦντος εἴη ἀδικεῖν. Ita reddit, *Jussus mulctam exolvere, neqve de suo eam solvit, neqve amicos id facere passus est; imo etiam dicebat, mulctæ solutionem ejus esse hominis, qvi se injuste fecisse fateri videretur.* Atqvi, jam capitali pœna non pecuniaria mulcta, damnatus erat Socrates: nec ὑποτιμᾶσθαι solventium est, sed æstimantium. Qvid qvod ex illo Socratis facto, Xenophon perspicue intelligi voluit, qvam nullo producendæ vitæ desiderio teneretur? Sensus igitur est, Socratem morte damnatum, qvod reis omnibus licebat, leviorem sibi pœnam, φυγεῖν, exilium, carcerem, aut pecuniariam mulctam irrogare, vel id ut per amicos fieret, pati noluisse. Apud Platonem, Socrates in Apologia, τὸ ἀντιτιμᾶσθαι cum Demosth. & al. eod. sensu accipit: τιμᾶται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου· ἐγὼ δὲ δὴ τίνος ὑμῖν ἀντιτιμήσομαι; Imo sæpius deinde τὸ τιμᾶσθαι. Hinc etiam factum videtur, ut ὑποτιμᾶσθαι dicerentur, qvi muneris impositi gravitatem, aut valetudinis, aut senectutis, aut simili qvadam excusa-

Pag. 416. B. 3. ἔτι δ' οἱ.) Hæc ipsa laudantur a B. Cyrillo Alexandr. lib. 1. contr. Julian. fol. 5. B. codic. Manuscr. edit. autem Græcol. p. 9. ubi ex nostro corrigendum ἐν τῇ, ac mutandum in ἐστί, qvod Ionicum est, & οἱ ante λέγεσι collocandum. Ib. ἐκ γῆς ἀνασχ.) Recte. Itaqve reponendum apud Cyrill. ἐκ γῆς, unde plurimum ei lucis. Ib. B. 6. πύργων τύρσιν.) Satis intelligebam πύργον, (unde majore vitio πύργων exstiterat) merum esse glossema, qvod τύρσιν, Ionicam poeticamqve vocem explicaret. Vestigium ejus in Cyrillo nullum. Ib. B. 8. θεοῖσι βιαθέντας.) Optime: qvæ voces in Cyrillo Manuscr. mixtim & confuse leguntur, εἰσαγαθῶθέντας, unde Borbonius fecit εἰς θέντας, vel potius εἰσθέντας. Ib. B. 10 δὴ τὰ.) Malim cum Cyrillo τὸ δὴ τά. Ib. B. 11. ἐκ θεῶν.) Duæ voces interpretanti exciderunt. verte si libet, *Deorum consilio, numine, voluntate.* Ib. πολύθρα.) Conjeceram πολύθρουν. firmat conjecturam Cyrillus. Ib. ult. μετὰ δὲ Κρο &c.) Hæc apud Cyrillum non habentur: multo minus qvæ seqvuntur, sunt enim Eusebii, non Abydeni. Ib. D. 1 Περὶ δὲ τῆς πυρ.) Josephus loco citato, pag. 12. Qvæ paulo ante locum Abydeni, laudat Cyrillus ex Alexandro Polyhistore. Ib. ult. τῷ ἐνυαλίῳ.) Male editum erat τῷ ἔτει. At Joseph. ἐνυαλίῳ, perperam ut videtur. Ἐνυάλιος quidem Mars fere dicebatur: hoc tamen cognomentum Baccho non invidit, ut constat ex Macrobio Saturnal. l. 1. c 19. initio. Cur invideret Jovi? Atqve is, si minus ἐνυάλιος, certe Ἄρειος, dictus reperitur apud Pausaniam, Ἠλιακ. α. pag. 161. τὸν βωμὸν, inqvit, εἶσιν Ἠλείων οἱ ὀνομάζουσιν Ἀρείου Διός. λέγουσι δὲ οἱ αὐτοὶ οὕτοι, καὶ ὡς Οἰνόμαος ἐπὶ τῷ βωμοῦ τούτου θύοι τῷ Ἀρείῳ Διΐ. Neutrum in Jove cognomentum doctissimus Gyraldus agnoscit.

Pag. 417. A. 1. σχίζαιται.) Seqventia caput sextum inchoant apud Josephum, cujus & verba sunt, non Hestiæi. Ib. τῆς ἀσυγλωσσίας.) Joseph. contra, ἀλλογλωσσίας. utrumqve recto sensu probari potest.

Ib. B. 3. ὑπομονῆς, &c.) Hic locus extat cap. 8. l. 1. Antiqvit. pag. 16. Ib D 1. λιμῶδες.) Hinc novum caput Josephus orditur, suisqve, non Nicolai, verbis utitur.

Pag. 418. C. 6. Εὐπόλεμος.) Hunc infra sæpe loqventem audiemus: qvem cum aliis duobus excusans Josephus lib. 1. cont. Apion. ὁ μὲν τοι Φαληρεὺς Δημήτριος, inqvit, καὶ Φίλων ὁ πρεσβύτερος, καὶ Εὐπόλεμος, οὐ πολὺ τῆς ἀληθείας διημαρτον' εἰς συγγνώμην ἄξιοι' οὐ γὰρ ἐνῆν αὐτοῖς μετὰ πάσης ἀκριβείας τοῖς ἡμετέροις γράμμασι παρακολουθεῖν.

Ib. 3. Οὐρίην.) Forte legend. Οὐρίην. Sic enim hanc urbem, Antiqvit lib. 1. c 7. p. 15. Josephus appellat. Ura, locus etiam Plinio, in ea regione, lib. 5. c. 24. sub fin. Genesis 11. Ur dicta est, qvam Septuaginta χώραν τῶν Χαλδαίων vertere maluerunt. אור. & Chaldaice אורא, lucem, ignem, vallemqve significat. Hinc urbis hujus nomen, vel qvod in vallibus sita, vel qvod ignis ibi præcipue cultus. Itaqve si Οὐρίην, sive Οὐρίην, Græce Χαλδαίων πόλιν, interpretatur Eupolemus, fidem non meretur. Sed credibilius, alterum ejus nomen, Καμαρίνην, ab eo sic explicari: ut per Chaldæos, non tam populum, qvam Sacerdotes, seu Philosophos intelligat, qvos Hebræi כמרים, Chaldæi כומרין vocabant, qvibus hæc urbs proprie attributa sit, ideoqve Camarine dicta. Hæc Scaligero conjectura debetur.
Ib D. 10. εἰς Φοινίκην, &c.) Non est a Scriptoribus istis exigendum, ut iis cum sacris literis ad amussim conveniat.

Pag. 419. A. 8. Ἀργαριζίν.) Forte Ἀργαριζίμ. vox e duabus conflata, הר גריזים mons Garisim, qvasi divisionum, aut divisus, biceps enim a plerisqve dicitur. Itaqve falsum est, qvod ait Eupolemus, ὄρος ὑψίστου hoc nomine significari licet, qvod in eo præcipue Deum Samaritani coluerint, ut in Sione Judæi, vere mons Altissimi dici potuerit. De hoc in Observationibus plusculа. Consule interea Deuteronomium, c. 11. v. 29. &c. 27. v. 12. Josue c. 8. v. 33. Judic. c. 9. v. 7. Et infr. p. 426. c. 1.
Ib. D. 7. υἱόν.) *Patrem*, in versionem irrepsit: repone, *Filium*.
Ib. C. 4. τὴν ἀστρολογίαν.) Joseph. Antiq. lib. 1. c. 9. τήν τε ἀριθμητικὴν αὐτοῖς χαρίζεται, καὶ τὰ περὶ ἀστρονομίαν παραδίδωσι. πρὸ γὰρ τῆς Ἀβράμου παρουσίας εἰς Αἴγυπτον, οἱ Αἰγύπτιοι τούτων εἶχον ἀμαθῶς. Parum sane probabiliter; cum & perbrevis ejus in Ægypto mora fuerit, & gravissimis non modo curis, sed etiam periculis occupata. Nam qvod adjungit Artapanus, Abraamum annos viginti hæsisse in Ægypto, luculentum est cumulatumq; mendacium.

Pag. 420. Ἑρμιούθ.) Pro Ἑρμιούθ, ut videtur; nisi etiam ita legendum est. Nam hanc qvoqve vocem, ex duab. coaluisse dici potest, ארם יהוד qvasi Syro-Judæus, non, Judæus tantum. At communi Syrorum nomine, prophani scriptores, Judæos sæpe designant. Herodot. l. 2. καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκὼς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε. Atqvi ex 4. Regum 23. constat Nechao Regem Ægypti, Josia interfecto, tributum Judæis indixisse: tametsi locum Mageddo Scriptura vocet, non Magdolum. Infra 430. A. eandem vocem iterum de Judæis Artapanus usurpat. Ib. D. 9. πατρὸς φίλον.)

Imo, אברם Pater excelſus eſt: & literæ unius acceſſione, אברהם, pleniore ac ſonantiore vocabulo, i. pater multarum, ſupp. gentium, ait B. Hieronym. Tradit. Hebraic. in Geneſ. Videtur ea vox compendio facta, ex trib. ſeq. אב רב המון, i. pater excelſus multitudinis, ſublata poſtrema ſyllaba ה, & ם qvod ſeqvitur ר. Et qvoniam המון, & multitudinem, & ſonitum ſeu fremitum ſignificat; Philo Judæus, qvi alioqvi Græce multo, qvam Hebraice doctior eſt, lib. de Gigantib. ſub fin. πατὴρ ἐκλεκτὸς, inqvit, ἠχοῦς, ἑρμηνεύεται θεὶς Ἀβραὰμ, ὁ γὰρ σπουδαῖος λογισμὸς ἐξειλεγμένος τε καὶ κεκαθαρμένος, καὶ πατὴρ φωνῆς ᾗ συνηχοῦμεν. Hæc ille, qvæ mihi qvidem videntur ejusmodi, ut hominis facilius, qvam verborum mentem aſſeqvare. Eam vero plenius intelliges ex ejusd. lib. de nominum mutatione. Sed vide Noſtrum infra, 518. c. Qvid ſeqvutus fuerit Melo, cum Πατρὸς φίλος redderet, etſi tanti non eſt qværere; conjicere tamen utcunqve poſſis, רחם non רהם eum audiiſſe: eſt enim רחם non tantum *miſereri*, ſed etiam *vehementer diligere*.

Pag. 421. A. 1. γεννῆσαι υἱοὺς ιβ.) Prorſus Iſmaelem cum Abraamo Patre confudit. Joſephus enim antiqvit. l. 1. c. 13. auctor eſt, Iſmaelem Ægyptiam uxorem duxiſſe, ex qva liberos duodecim, qvorum & nomina recenſet, ſusceperit. οὗτοι πᾶσαν, inqvit, τὴν ἀπ᾽ Εὐφράτου, καὶ καθήκουσαν πρὸς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν κατοικοῦσι, Ναβατηνὴν τὴν χώραν ὀνομάσαντες. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τῶν Ἀράβων ἔθνος, καὶ τὰς φυλὰς ἀπ᾽ αὐτῶν καλοῦσι, διά τε τὴν ἀρετὴν αὐτῶν, καὶ διὰ τὸ Ἀβράμου ἀξίωμα. Hæc ille. Nec abludunt a Scriptura: Geneſ. enim c. 17. *Super Iſmael*, (inqvit Deus ad Abraamum) *exaudivi te: ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde. Duodecim Duces generabit, & faciam illum in gentem magnam.* Et cap. 25. duodecim ejus liberi, tribuum ſuarum principes numerantur.

Ib. A. 8. γενόμενος δὲ.) Rurſus confundit ac permiſcet omnia.

Ib. C. 1. Φίλων ὁ.) Is credo eſt, qvem Joſephus lib. 1. in Apion. pag. 1051. Demetrio & Eupolemo annumerat, ac πρεσβύτερον Φίλωνα vocat: fortaſſis ut eum a Philone Judæo, & Philone Byblio diſtingvat, qvi ambo juniores. At ſeqventes vetuſtioris hujus Poetæ verſus, mihi qvidem tenebræ, καὶ μηδὲν ὑγιές. Nec Manuſcripti codices hilum juvant. Saltu igitur hæc ſuperare malui, qvam in ſingulis pene verbis offendere. V. infr. p. 430. B.

Pag. 422. A. 7. λέγεται δὲ, &c.) Joſephus hæc habet l. 1. Antiq. cap. 16.

Ib. ὁ Ἀφρέν.) Joſeph. ὁ Ὠφρής.

Ib. A. 10.) Ἀφερμα Joſeph. Ἀφερμας.

Ib. B. 2. Μαλχάς.) Joſeph. Μαλχόν.

Ib. B. 6. Ἀφὲρ, Ἀσὺρ, Ἀφράν.) Joſeph. Ἀφέραν, Σουρεὶμ, Ἰάφραν. qvæ paulo poſt cum aliqva etiam mutatione leguntur. De his vera & certa, vide, Geneſis 25. 1. & ſeqventibus.

Ib. D. 11. Δημήτριος.) Hoc Demetrii fragmentum, tametſi ſubinde nutet, multo tamen propius, qvam cæterorum, ad Hiſtoriæ ſacræ veritatem accedit.

Ib. D. 3. ἑβδομήκοντα πέντε.) Imo ſeptuaginta ſeptem, octavo forte jam inchoato. Annorum enim erat nonaginta unius, cum Joſephum ex Rachele ſuſcepit, poſt annos qvatuordecim, qvibus Labano ſervierat: ſi autem ex 91. ſubduxeris 14. reliqvos habebis 77. ſed error irrepſit in numerum: ideoqve ἑπτὰ pro πέντε reponendum: ut hac ipſa pagina, verſu ultimo legitur.

Pag. 423. A. 1. δύο θυγατέρας γῆμαι.) Recte: nam exacto primo illo ſervitutis voluntariæ ſeptennio, uxorem utramqve duxit: ac primo qvidem Liam, Soceri fraude calumniaqve victum: Rachelem inde, poſt 7. dies, in Sororis nuptiarum celebritatem impenſos: juxta illud Geneſis 29. 27. *Imple hebdomadam dierum hujus copulæ*, (tui cum Lia videlicet) *& hanc qvoqve dabo tibi.* Et verſu 29. *Acqvievit placito, & hebdomada tranſacta Rachel duxit uxorem.* Non audiendus ergo Joſephus qvi Antiqvit. l. 1. c. 19. hebdomada illa dierum, in annorum hebdomadam mutata, διελθούσης, inqvit, ἄλλης ἑπταετίας, τὴν Ῥαχήλαν παρέλαβεν. Qvod ſi verum eſſet, qvomodo tandem poſt 7. priores annos, ex 4. ſimul uxoribus liberos Jacob ſuſcepiſſet? Eundem in errorem inductus eſt B. Chryſoſtom. homil. 56. in Geneſ. Fons erroris videtur, qvod in Hebr. tantum legatur שבע זאת, & apud Septuag. τὰ ἕβδομα ταύτης. Cujus ſeptenarii ambiguitatem ut tolleret Hieronymus, *hebdomadam dierum*, optime reddidit. Illi 7. annos acceperunt. qvam iisdem ſuſpicionem auxit, qvod ſeqvitur, καὶ δώσω σοι καὶ ταύτην ἀντὶ (Chryſoſtom. ἀντὶ) τῆς ἐργασίας, ἧς ἐργᾷ, (Chryſ. ἐργάσῃ.) παρ᾽ ἐμοὶ ἔτι ἑπτὰ ἕτερα. At horum verborum ſenſus eſt, ea lege poſt ſeptem illos dies, ei ſe Rachelem uxorem dare, ut inito jam matrimonio, ſeptem alios ſerviret annos: non, qvod Joſephus putavit, poſtqvam alio ſeptennio ſerviſſet, futurum ut eam uxorem duceret.

Ib. A. 3. ὀγδοήκοντα τεσσάρων.) Et conſtat hic numerus ſeptennium integrum primæ ſervitutis includens. Falſo ergo Chronicum, anno Jacobi 80. natum eſſe Rubenum poſuit.

Ib. A. 4. μῆνας δέκα,) Qvod de menſibus tam accurate ſcribit Demetrius, ut novem circiter intervallo Ruben, Fratresqve naſcerentur; qvod etiam in cæteris omnibus liberis obſervavit: fides ſit penes auctorem Minutam hanc diligentiam Scriptura miſſam fecit.

Ib. A. 11. παιδίσκην Ζελφάν.) Nominum facta mutatio eſt. Bala enim Rachelis Ancilla vocabatur, Geneſ. 30. v. 3. Liæ vero, Zelpha; Ibid. v. 9. Hunc item Demetrii locum excutit Noſter Salianus, Annal. ſuor. tom. 1. Anno mundi 2283 ac præſertim in ſchol. & Petavius item Noſter lib. 9. cap. 19. magni vere operis de doctrina Temporum.

Ib. B. 1. συλλαβεῖν τὸν Νεφθαλείμ.) Veram habes Patriarcharum iſtorum ſeriem in Geneſ. cap. 29. & 30. Bala qvidem Nephthalimum genuit, ut habetur, Geneſ. 30. 8. Sed Demetrius bis peccavit: ſemel, qvod Liæ Balam attribuat; iterum qvod ei, qvam Liæ Ancillam fecerat, Nephthalimum hunc dederit.

Ib. B. 9. τὴν δὲ Ῥαχὴλ συλλαβεῖν. Et hic multa peccat Demetrius. Primum indicare videtur Liam concepiſſe, nec tamen fœtum ipſi ullum tribuit: (Græca ſane minus hic pura ſunt:) Deinde Zelpham Liæ reddit, qvam ante ſu-

stulerat: Tertio Issacharem filium ejus facit, qvem ipsamet Lia pepererat, Genes. 30. 18.

Ib. C. 7. παῖδα μὲν ἔτεκεν Δάν.) Caveas credas. Fuit enim Dan Balæ Rachelis ancillæ primogenitus. Genes. 30. 6.

Ib. D. 5. ἔτη εἴκοσι.) Genes. 31. 41. sicqve per viginti annos in domo tua servivi tibi, qvatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis. Perperam ergo Josephus Antiq. lib. 1. cap. 19. qvi Josephi ortu, qvem Scriptura decimo qvarto anno Racheli natum esse docet, hoc viginti annorum intervallum circumscribat. Statim enim post illa verba, γενομένης δ' ὑστέρου καὶ Ῥαχήλῃ γίνεται ὁ Ἰώσηπος παῖς, subjungit, Τούτων πάντα τὸν χρόνον, ἔτη δ' ὄντα εἴκοσιν, ἐποίμαινε τῷ πενθερῷ, &c. Nisi dicamus his verbis τούτων πάντα τὸν χρόνον, hanc qvoqve sex annorum προσθήκην inclusisse. Videat porro, qvi secum ipse consentiat, qvi superius non nisi post alterum servitutis septennium, ductam a Jacob Rachelem dixerit. An vero sex tantum annis conseqventibus, liberos ex Rachele suscepit? Falsum est. Nam conceptis verbis Scriptura tradit, simul ex ambabus, ambarumqve ancillis suscepisse: unde etiam illa duarum Sororum æmulatio. Ib. D. penult. Συμεὼνα ἐτῶν ιβ.) Legendum omnino ἐτῶν ια. alioqvi duob. mensib. Rubeno primogenito senior esset. Ib. D. ult. Λευὶν ἐτῶν ιβ.) Corrige similiter, ἐτῶν ι, alioqvi mensib. qvatuor fratrem natu maximum antecedet. Qvid qvod superior μῳολογία per sese id postulat?

Pag. 424. A. 7. ἔτη δέκα.) Genes. 33. 17. Jacob anteqvam ad Sichimos veniret, eo in loco tentoria figit, qvem propterea Sochot, id est Tabernacula, nominavit. Sed qvamdiu illic hæserit, Scriptura non docet. Sunt qvi decem fere annos in Sochot traductos fuisse velint, ut perbrevis apud Sichimitas ejus mora fuerit. Contra Demetrius Sochot ne meminit qvidem, ad decem annos ejus apud Hemorem habitationi tribuit. Sane probabilius videtur, paucis omnino vel annis, vel etiam mensibus, illam in Sochot moram circumscribi, cum Scriptura tantum dicat ibi fixa esse tentoria; apud Sichimitas autem domicilium esse collocatum. Qvod autem Genes. 34. 21. Hemor cum filio, Jacobi familiam apud Sichimitas commendans, viros pacificos esse dicat, &c. id tam brevis moræ argumento non est: nam aliqvot annis eorum mores & ingenia probari potuerunt. Nec urget illud Tornielli, qvod tum primum egressa Dina videatur, qvasi recens eo venisset. Nam qvod ante vel egressa non fuerit, vel si egressa est, probri nihil subierit: ejus rei, cum aliæ, tum hæc in primis causa esse potuit, qvod nondum per ætatem satis id liceret. At ex Demetrio, cum injuriam illam accepit, annorum sedecim fuit, aut circiter. Adde, tum forte oblatam, qvæ ante commoda satis non fuerat, ejus flagitii occasionem fuisse.

Pag. 425. A. 5. μίαν.) Sensus & ἀκολουθία postulat δύο: alioqvi sex tantum, non septem partes habiturus erat. Ib. B. 6. ἐν γῇ Χαναὰν οἰ.) Accurata chronologia. Nam Abraamus, qvi anno ætatis 75. in Chananitidem venerat, centenarius cum esset, Isaacum genuit, ut habetur Genes. 21. 5. Atqvi ab anno 75. ad 100. anni 25. numerantur. Isaacus autem sexagenarius, Jacobum & Esau ex Rebecca suscepit, Gen. 25. 26. qvi anni sexaginta cum prioribus viginti qvinqve, annos efficiunt octoginta qvinqve. Postremo Jacobus anno ætatis 130. in Ægyptum descendit, Genes. 47. 9. Qvibus si addideris priores 85. homadem illam habebis annor. 215.

Ib. B. ult. ἀσὴρ ἐτῶν, &c.) Seqvens annorum istorum ratio longius a veritate discedit. Primo enim, Dan a Juda proximus fuit, Genes. 30. 5. Deinde Nephthalimus Danum seqvitur, Nephthalimum Gadus, Gadum Aser, qvem hic ante Nephthalimum recenset, eodemqve tamen juniorem facit. Aserem seqvitur Issachar, Issacharem Zabulon, Zabulonem Dina, Dinam Josephus, Josephum Benjaminus. Ib. C. 4. ἐν Αἰγύπτῳ ἔτη λθ.) Imo nonaginta tres: siqvidem anno 17. in Ægyptum abductus, Genes. 37. 2. Ibidem anno 110. mortuus est, Genes. 50. 22. Ib. C. 5. ἀπὸ δὲ Ἀδάμ, &c.) Creato, an mortuo? undecunqve numeres, tam incertus est hic numerus, qvam annus orbis conditi. In Patris Petavii Chronologia, cui plurimum tribuo, annus ille Jacobi in Ægyptum καθόδου, mundi annus est, 2237. Diluvium incidit in ann. mundi 1655. qvam summam si detraxeris ex 2237. supererunt 582. proinde annus ille adventus in Ægyptum, ex ejusd. chronolog. principiis, erit annus a Diluvio 582. Ib. D. 3. ἐτῶν ὄντα π.) Circiter, non ἀκριβῶς. Tum enim, ut etiam ante Demetrius, annorum fuit 77.

Ib. D. 7. Κλάθ,) Caath vocabatur, non Clath. Ib. D. 8. γενέσθαι Κλάθ,) Imo sane multis ante Jacobi mortem annis: qvot tamen, certo definiri vix potest.

Ib. D. 10. ἐτῶν ρμζ.) Ita Genes. 47. 28. Ib. D. 12. Κλὰθ ὄντα ἐτῶν μ) Error ex priori conseqvens, qvo eod. anno & Jacobum mortuum, & Caathum in lucem editum posuit. Error autem est, cum inde seqvatur natum esse Caathum in Ægypto, cum tamen frater ejus Merari, natu minimus, ante illum in Ægypto natus fuerit, Genes. 46. 11. Multo ergo senior Caathus erat, cum Amraamum genuit. Annus tamen ille haud certius, qvam ejusd. Caathi ortus designari potest. Ib. D. 13. Ἀβραάμ,) Hebraice עמרם. Demetrius fecit Ἀβραάμ, sublato μ, & inserto α: nisi tamen scripserat ἀμραάμ. Septuaginta Ἀμβράμ, inserto β ob euphoniam. vulgaris enim hic error est, qvod in Manuscript. codicibus μ & β eod. fere modo pingerentur. Sic infra 447. B. 10. Μωαβίτας, pro Νωαβίτας, scriptum est.

Pag. 426. A. 9. Θεόδοτος.) Hunc etiam Josephus l. 1. advers. Apion. p. 1051. inter eos numerat, qvi Judæorum liberalius meminerunt. Josephi verba dabit infra Noster p. 458. Alius hic Theodotus videtur ab eo, qvem pag. 493. B. inter Phœnicios scriptores ex Tatiano recenset. Ib C. 1. δύ' ὄρεα.) Hebal, opinor, & Garisim. vide supra, p. 419. A. 8. tam in notis, qvam in Observation.

Ib. D. 6. ποιμένες.) Mendose. Qvid si ποιμανθὲν; Ib. D. 9. ἔτησιν.) Forte ἔπειτα, qvasi dicat, illo tempore. Qvid si

σύνησι? Nam hominum improbitas, p. 428. D. coarguitur.

Pag. 428. A. 5. εἰς γλυφὰς.) Uterqve Manuſcr. adhuc, ut videtur, corruptius γλυφὰς πεπηγμένας ἐπὶ δῶμα.

Pag. 430. B. 9. ὅλης.) Ita omnes, nullo tamen ſenſu. Forte ὅλως. Ib. D. 6. Βασσαρας υἱὸν, &c.) Verti, perinde ac ſi prius υἱὸν abeſſet, poſterius autem in Ἰωβ mutatum eſſet. Baſſaram Jobabi, qvem poſtea Jobum magno conſenſu dictum eſſe volunt, matrem, Septuaginta Boſſoram vocarunt, Geneſ. 36. 13 Gravis eſt qvæſtio, perdiuqve jactata, qvibus ex parentibus aut ubi natus Patriarcha Jobus: qva de, ut omittam cæteros, noviſſime pluribus diſputarunt, Salianus & Petavius, ambo Noſtri: alter eruditor. Annal. tom. 1. ann. Mundi 2319. Alter præclari operis de Doctrina Tempor. lib 9. c. 10. Nos in Obſervationibus ſi qvid neceſſe videbitur, afferemus.

Pag. 431. A. 1. Ἰωβάμ.) Legend. credo Ἰωβάβ. Similitudo τῦ μ, καὶ τῦ β, in Manuſcripr. codicibus hunc etiam errorem peperit.

Ib. D. 8. πάνυ υἱὸν.) Vox, *alterum*, in verſionem irrepſit, expunge. Ib. D. 4. Ἀρτάπανος.) De Artapani loco dicetur in Obſervationibus.

Pag. 433. B. penult. θέλων.) Corrige θέλοντα: poſtrema enim ſyllaba, ob ſeqventis ſimilitudinem abraſa eſt.

Pag. 436. D. 8. Ἐζεκιῆλος, &c.) De hoc, & tragico ejus fragmento, in Obſervationibus neceſſaria dabimus.

Pag. 437. B. 3. οἰκοδομαῖς.) Meliuſcule ſtabit hic verſus, ſi legeris, βαρείαις τ' οἰκοδομαῖς.

Ib. C. 2. παρ' ὄχθην.) Corrige ex alt. Manuſcr. παρ' ἄκραν: tum pro λάσιν, repone λάσια.

Pag. 438. C. 3. οἱ αὐτῶν.) Recte Manuſcript. δι' αὐτῶν.

Pag. 440. B. 1. σκῆπτρον δέ μοι, &c.) Qvi ſeqvuntur verſus, in priori editione fœdiſſime titubantes, in hac noſtra labis adhuc aliqvid retinentes, partim nonnulla Manuſcrip. ope, partim conjectura ſanari ac reſtitui poſſunt. Lege ergo,

Σκῆπτρον δέ μοι παρέδωκεν, κ' εἰς θρόνον μέγαν
Μ' εἶπεν καθῆσθαι, βασιλικὸν δέ μοι δίδε
Διάδημα, καὐτὸς ἐκ θρόνων χωρίζεται·
Ἐγὼ δ' ἐσεῖδον γῆν ἅπασαν ἔγκυκλον,
Κ' ἄνερθε γαίας, κἀξ ὕπερθεν οὐρανοῦ·
Καί μοί τι πλῆθος ἀστέρων πρὸς γούνατα
Ἔπιπτ'. Ἐγὼ δὲ πάντας ἠριθμησάμην·
Κἀμοὶ παρῆλθον ὡς παρεμβολὴ βροτῶν·
Εἶτ' ἐμφοβηθεὶς ἐξανίσταμαι ὕπνου.

Ib. C. 4. ξένε.) Manuſcr. ξένε recte.

Ib. C. 9. σε τεθνάναι.) Malim σ' εἰσθεᾶσθαι, qvod poſterius habet Manuſcr. Ib. C. 11. Forte legi poſſit, τά τε ὑπένερθεν γῆς, καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν.

Pag. 441. A. 1. ἐφέστηκας.) Legend. videtur ἔστηκας.

Pag 442. A. 2. τὸ ἄχθειν.) Omnino reponend. videtur τὸ πραχθέν. Ib. B. 4. ἀναβλέψας.) Malim ἀναβλέψαι cum Manuſcr.

Ib. C. 5. τρεῖς ἐφ' ἡμέρας.) In verſione legend. *volvers tridno*.

Pag. 443. A. 2. προσθεν.) L. πρόσθε.

Pag. 444. D. 10. ἀπελασθέντες.) Diſting. ἀπελασθέντες. Exodi 14. 9.

Pag. 445. A. 7. Κάππυε ὁ.) Delendum ὁ.

Pag. 447. A. 4. Εὐπόλεμος.) Seqventia Eupolemi loca in Obſervationibus qvoad neceſſe videbitur, excutiemus.

Pag. 448. C. penult διςμυρίας.) Reponend. opinor ἀνὰ διςμυρίας, hoc eſt qvadraginta millia ex duabus, viginti millia ex ſingulis, ut paulo poſt ἀνὰ μυρίας: alioqvi ſexaginta tantum, non octoginta millium ſumma futura eſt.

Ib. D. 4. γινομένης.) Legend. exiſtimo γινόμενοι Notus Helleniſmus. ἀπό τινος πράγματος γίνεσθαι, hoc eſt ἀπηλλάχθαι τῶ πράγματος, negotio perfunctum, vel ab eo recentem eſſe. Plutarch. Alexandr. ἀπὸ τῶν ἱερῶν γινομένῳ τῷ βασιλεῖ προσελθόντες, *Regem a peracto ſacrificio recentem adeuntes*. Ibid. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀπὸ τῆς πυρᾶς γινόμενος, καὶ συναγαγὼν πολλοὺς τῶν φίλων· *a buſto illo reverſus*. Id in Themiſtoc. γινομένοις δὲ ἐπὶ τῶν πράξεων ἐκείνων. Interdum ἐλλειπτικῶς, abſqve verbo: Herodian. l. 7. περιτυχόντες τινὶ ἀπὸ ὑπατείας ὄντι, *cum in aliqvem ex Conſularibus incidiſſent*. Sic οἱ ἀπὸ στρατηγίας, πρεσβείας, &c. *Imperio, legatione functi*.

Pag. 449. D. 11. καὶ περιχύν.) Καὶ rectius, opinor, expungatur. Ib. D. penult. πηχῶν ἑξ.) Verti perinde ac ſi legeretur πηχῶν ξ'. Conſule Joſephum Antiqvit. 8. 2.

Pag. 453. B. 1. ὀρθοῖς, &c.) Forte legend. ὑπαὶ πύργοισιν ὀρθοῖς.

Pag. 455. A. 2. Βηρωσσοῦ.) Eximium planeqve aureum eſt hoc Beroſi fragmentum, qvod Joſephus lib. 1. in Apionem, pag. 1044. & 1045. conſervavit, qvodqve in Obſervationibus paucis illuſtrabitur.

Pag. 456. D. 5. Μεγασθένης.) Fragmentum Beroſiano conjunctiſſimum, qvo de aliqvid etiam in Obſervationibus dicendum erit. Extat apud Joſeph. eod. l. 1. in Apion. ejus aliqva mentio. Ib. D. 12. ὅτι ἐών.) Conjiciebam ὅτε οἱ φθεγξάμενος εἶπεν.) Malo tamen ὅπως δὴ, ut legitur apud Scaligerum.

Pag. 457. B. 6. ἀποδείκνυσι βασιλέα) Legend. ἀποδέκνυσι βασιλ. non ἀποδείκνυσι, ut in priori editione. Nec enim Nabannidochum illum creavit Nerigliſſaras, qvi ſuperſtes non erat: ſed Babylonii. Ib. B. penult. λέγεται δὲ.) Seqventia unius Euſebii, qvod ſciam, diligentiæ accepta ferri debent.

Ib. C. 1 Βῆλον ἡ σοφία) F. Βῆλον ἐδ σοφίας τὸ κατακλυσμὸν, (aut alterius ſimil) παῦσαι, *hanc eluvionem repreſſiſſe*.

Pag. 461. B. penult. ὁ καθεῖς.) Omnino reponend. ex Manuſc. καθ' εἷς· nam εἷς καθ' εἷς, vel ὁ καθ' εἷς, paſſim apud recentiores ævi Scriptores, maximeqve ſacris in Literis, pro ἕκαστος uſurpatur. οἱ καθ' ἕνα, αἱ κατὰ μίαν, fere apud veteres. Ib. D. 6. Παραστήσαντες δὲ, &c.) Leges hunc loc. Strom. 6. non procul ab initio: p. 450. licet notetur 446. edit. Græcol. Ib. D. 7. σχινοίας.) Clem. διανοίας. Ib. D. 10. καθ' ὃ σημαινόμενον.) Græca hic ſubhorrida ſunt, nec tamen opinor, a Genio Clementis aliena. vult enim, hoc tantum ſenſu, qvatenus in Prophanorum cogitationem lucis aliqvid ex Divinorum librorum fonte redundavit, ad eosd. furtivam aliqvam veritatis particulam perveniſſe. Ib. D. 11. ἐκδεχόμενοι.) Hanc vocem junge cum ἀποσιωπῶμεν adverbialiter

enim ſumi videtur, pro ἐφεξῆς, ἐκδεχομένως, aut ſimil.

Pag. 462. D. 7. ὡς ὁρχήσονται.) Poſt hæc verba, ſeqvitur apud Clement. ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ Φρύγια αὐτικεὶς ὁ λέκληπρεὶ ἔχοντες διαλεχθήσονται αὐτοτελῶς γὰρ τὰ ἔπη. &c. Ib. D. 9. Εὐγάμμων.) Clementi Εὔγαμων dicitur, itemqve apud Euſebium noſtrum in Chronico, ubi eum ſub Olympiade 53. conſtituit. Nam Gregorius Gyrald. Dialogo de Poet. 3. Clementem Euſebiumqve laudans, antiqvam forte Euſebiani Chronici editionem ſeqvutus, Eugamnum, corrupto, ut videtur, nomine appellavit. Non ergo fugit hic Scriptor hominis oculatiſſimi diligentiam, ut putavit Scaliger. Is porro non tantum Theſprotia ſcripſit, ſed etiam Telegoniam, ut habetur in eod. Chronico, ſicut Homerus Ulyſſeam, Æneidem Virgilius, alii alia: niſi pro *Telegoniam*, malis *Theogoniam*, qvod in antiqva editione fuerat.

Ib. D. 14. ἐπιλείψει με ὁ βίος.) Extant ſeqventia apud Clement. eod. lib. 6. p. 253. C.

Pag. 463. A. 6. ἑλληνικῇ μυθολογίᾳ.) Melius, ut exiſtimo, qvam ap. Clem. ἑλληνικὴν μυθολογίαν.

Pag. 464. A. 6. Πλωτίνεια.) Legend. omnino cum alt Manuſcr. Πλαταίνεια. v. 467. ult.

Ib. D. 3. προρρήσεις.) Sane Laertius dictum Pythagoram fuiſſe tradit, παρὰ τὸ ὡς Πύθιον ἀγορεύειν, qvaſi non minor ejus, qvam Pythii Apollinis oraculis fides haberetur. Hinc & Magiæ ſuſpectus eſſe cœpit. Adi, ſi placet, Cœlium Rhodigin. lib. 19. c. 7. Ib. D. penult. ταῦτα καὶ αὐτὸς αὐ εἶπεν.) Malim ταῦτα καὶ αὐτὸς εἶπεν, ut αὐτὸς ad Andronem referatur. At in verſionem, pro Androne, Theopompus irrepſit.

Pag. 465. A. penul. Συβάρεως ἅλωσιν.) Lege Strabonem lib. 6. & Diodor. Sicul. l. 12. Trecenta Sybaritarum millia, a centum Crotoniatarum millibus, duce Milone Athleta fortisſimo, partim cæſa, partim profligata ſunt. Urbs ipſa mox æqvata ſolo: poſt annos 58. a Theſſalis inſtaurata: iterumqve luſtro vix exacto, novis incolis ab antiqvis victoribus ejectis ſemidiruta. Thurium ejus in locum ſucceſſit. Ib. C. ult. ἐπλήσθη.) Mont. ἐπλήχθη. Melius. Sed forte τὸ præcedens, in τὸ mutandum eſt.

Pag. 466. B. 7. Ἑκαταίου τοῦ Μιλησίου.) Scriptoris olim clariſſimi, qvo tempore Darius Hyſtaſpis filius, Perſis imperabat. Herodotus lib. 5. p. 343. auctor eſt, ei rebellioni, qva Mileſii a Perſis, Ariſtagora duce defecerunt, unum obſtitiſſe. Ejusdem Strabo pluribus in locis perhonorifice meminit. Mitto Suidam & al. Ib. C. 9. οὐ μὲν γάρ τι.) De muliebri neqvitia Clemens Alexandr. ſtrom. 6. p. 446. ex Orpheo, ὡς οὐ κύντερον ἄλλο, καὶ ῥίγιον ἄλλο γυναικός. Cui Homer. accinens Odyſſ. λ. ὡς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός.

Pag. 467. B. 1. ἰδεῖν.) Iliados γ. v. 554.

Ib. C. 3. λαῶν.) Odyſſ. β. v. 234.

Ib. οἱ δ' ἄρα.) Paſſim, ut Iliad. π. v. 563.

Pag. 468. D. 11. ἄλλῃ ἄλλως.) Malim ἀλλοιοτρόπως unica voce i. e. ἔτυχεν, ut explicat Suidas. Ib. D. ult. ἀγράφειν.) Senſus exigit ἐγγράφειν. Qvanqvam legi etiam poſſit γράφειν. Vulgus enim, ἀλλοιοτρόπως, temere ferebatur, Philoſophi judicio, & ratiocinatione, tanqvam regula qvadam ac perpendiculo utebantur.

Pag. 469. A. 8. οὐχ Ἑβραίων μόνον, &c.) Diogenes Laertius, in proœmio, τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. γεγενῆσθαι γὰρ παρὰ μὲν Πέρσαις Μάγους, παρὰ δὲ Βαβυλωνίοις ἢ Ἀσσυρίοις Χαλδαίους, καὶ Γυμνοσοφιστὰς παρ' Ἰνδοῖς, παρά τε Κελτοῖς καὶ Γαλάταις τοὺς καλουμένους Δρυΐδας καὶ Σεμνοθέους, &c. Ib. B. 1. Poſt τὰ δ' ἐξ Αἰγύπτου.) Clarius & diſtinctius legeretur, ἢ καὶ πόθεν ἄλλοθεν, περὶ θεῶν μυστήρια, &c. tametſi Græcorum, etiam diſertiſſimorum intricata ſæpe ac trajecta oratio eſt. Ib. C. 8. νεώς.) Qvid ſi νεώ, & lin. ſeqvente, κεκοσμημένον, pro κεκοσμημένους; Hæc ſane lectio cum priori, ἐκράτει λόγος, & ſeqventi, ξόανα ἐξείργαστο, conveniret. Ib. D. 6. Διδυμαῖος.) Præſtiterit Διδυμαῖος, ut jam ſub operis hujus initium me annotare memini. Sunt enim hæc Apollinis cognomenta.

Pag. 472. B. 6. Ἀρσεπεδονάπται.) Arſepedonaptæ qvi proprie fuerint, adhuc qværo. Alter Manuſcr. Legit Ἀρσαπεδονάπται, ſed in edit. noſtra magis acqvieſco. vox opinor, Græca eſt, non Ægyptiaca, & fortaſſis ex tribus, ἄρσις, πέδον, & ἅπτω compoſita: Erant enim iſti Mathematicorum filii, περὶ τῶν γραμμῶν συνθέσεις occupari, ut ait ipſe Democritus.

Ib. B. 7. ἔτεα ὀγδώκοντα.) Hic numerus in Obſervationibus expendetur.

Pag. 474. C. 4. λαβδ.) Leg. λαμδ, τὸ β. vulgari errore, ſubiit in locum τοῦ μ.

Pag. 475. B. 5. Ἰατρικήν.) Extat hic Clementis locus, Stromat. 1. pag. 225. edition. Græcol. Qvi locus ſubinde vel truncatur ab Euſebio, vel inſigni membrorum ac periodorum trajectione mutatur. Porro Theodoret. Græcar. affect. lib. 1. non procul ab initio, ſimili diſputationis in genere verſatur, ſed brevius. Fronto Noſter ὁ Μακαρίτης, diſſimulato nomine, locum illum Clementis erudite illuſtravit. Qvod neceſſarium videbitur, Obſervationes dabunt. Interim Plinium conſule l. 7. cap. 56. Ib. B. penult. ἔπλασεν.) Poſt hoc verbum, qvæ ſeqvuntur, præcedunt apud Clementem, p. 224. D. Ib. C. 1. Χαλδαῖοι.) Hic etiam ab Euſebio nonnulla reſecantur. Ib. C. 10. λύχνους τε ἀδυ.) Hæc item loco mota ſunt. Nam apud Clementem p. 224. e. ſtatim poſt Χαλδαῖοι, ante illa, εἰσὶ δὲ οἱ Κᾶρες leguntur.

Ib. D. 5. Τέλμις τε καὶ Δαμναμενεὺς, &c.) Hæc leges apud Clementem p. 225. A. 2. poſt ſuperius illud ἔπλασεν. Verum pro Τέλμις, editum eſt Κέλμις, & pro Δαμναμενεὺς, Δαμνανεύς. Recte Κέλμις, Δαμνανεὺς vitioſe. Auctor ejus carminis, qvod Phoronis dictum eſt.

ἔνθα γόητες
Ἰδαῖοι Φρύγες, ἄνδρες ὀρέστεροι οἰκί' ἔναιον·
Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ἄκμων,
Οἳ πρῶτοι τέχνῃ πολυμήτιος Ἡφαίστοιο
εὗρον ἐν οὐρείῃσι νάπαις, ἰόεντα σίδηρον
ἐς πῦρ τ' ἤνεγκαν, καὶ ἀριπρεπὲς ἔργον ἔδειξαν.

Hæc Phoronidis auctor Poeta. Sic dictum Carmen illud a Phoroneo Argivorum Rege. Cave enim Phoronidem Poetam fuiſſe putes, ut Eraſmus. Infra p. 497. D. 7. ex Clemente Alexandr. Ἀκουσίλαος, Φορωνέα πρῶτον ἄνθρωπον γενέσθαι λέγει· ὅθεν καὶ ὁ τῆς Φορωνίδος Ποιη-

τὰς, εἶναι αὐτὸν ἴδη πατέρα θνητῶν ἀνθρώπων.

Ib. D. 6. Ἰνδαῖοι) Manifestus error. Recte Clemens cum illo Phoronidis Auctore, Idæos vocavit. Ib. D. 7. Δέλας ἢ ἄλλος Ἰνδαῖος.) Clemens, ὁ ἢ ἄλλος Ἰδαῖος. Vere qvidem Ἰδαῖος, sed nomen Δέλας ex nostro Eusebio repetendum. Plinius lib. 7. c. 56. Æs conflare & temperare, Aristoteles Lydum Scythem, monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat.

P. 476. A. 7. αὐτόχθων. Recte ut paulo ante αὐτόχθονα dixerat. Clemens αὐτοχιδίω legit, corrupte, ut videtur. Ib. B. 5. περί τι Μουσικήν. Juvat Plinii locum ex lib. 7. c. 56. adscribere. Musicam, inqvit, Amphion: fistulam & Monaulon Pan Mercurii: obliqvam tibiam Midas in Phrygia: geminas tibias Marsyas in ead. gente: Lydios modulos Amphion: Dorios Thamyras Thrax: Phrygios Marsyas Phryx: Citharam Amphion: ut alii, Orpheus: ut alii, Linus: septem cordis additis Terpander: octavam Simonides addidit: nonam Timotheus: cithara sine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion: ut alii, Linus: citharœdica carmina composuit Terpander: cum tibiis, canere voce, Troezenius Dardanus instituit. Hic Thamyras Plinio dicitur, qvem paulo post Thamyrim vocat Eusebius, cum Homero. Ib. B. 8 περὶ χορὸν, &c.) Totum hoc membrum apud Clementem deerat, post tamen ex Nostro assutum est. Ib. B. 9. Σεμιράμεως βασιλίδος Ἀσσυρίων.) Hinc emendandus Clemens, apud qvem inveterato mendo legitur, Σεμιράμεως βασιλέως Αἰγυπτίων. Ib. D. 2. Σκάμωνι,) Clemens & Suidas Σκάμων. Ita etiam Athenæus lib. 14. ubi de Sicinnide, qvod saltationis genus erat, disputans, Σκάμων, inqvit, ἐν πρώτῳ τῶν εὑρημάτων. Cujus operis hic D 7. mentio est, tanqvam Scamoni cum al plerisqve communis.

Ib. D. 3. ὁ Ἐφέσιος.) Clemens, ὁ Ἐφέσιος. Legend. Ἐρέσιος. Sic enim apud Diogen. Laertium legitur; & Stephanus de urbibus Ἔρεσος, inqvit, πόλις ἐν Λέσβῳ, ἐξ ἧς Θεόφραστος Ἀριστοτέλους γνώριμος, καὶ διάδοχος. Τὸ ἐθνικὸν Ἐρέσιος, καὶ Ἐρεσίως.

Pag. 477. A. 7. Πρῶτον ἦν.) Josephus hæc habet lib. 1. contr. Apionem, ipso statim initio, p. 1023. edit. Græcol. Gelen. Ib. B. 8. εὑρήσεις.) Melius, qvam, ut Joseph. εὕρῃ.

Ib. D. 4. ὑφ᾽ ἑαυτοῦ.) Joseph. ἀφ᾽ ἑαυτῶν. F. ὑφ᾽ ἑαυτῶν. Ib. D. 8. ἀπ᾽ ἐκείνου.) τ. χ.) Malim ἐπ᾽ ἐκείνου, cum Josepho: Negat enim certam illius ævi cognitionem publicis ex monimentis hauriri posse; non autem rerum tempore illo posteriorum.

Pag. 478. A. 3. διὰ γραμμάτων.) Josephum seqvutus sum, apud qvem legitur, ἐκ τῶν ᾀσμάτων, qvæ vera lectio est. Ib. D. 10. ἢ τὰς περὶ τῶν ...) Omnino τὰς illud delendum est, nec apud Joseph. legitur.

Pag. 479. A. 2. ἐξ ἀρχῆς ἔφησαν. Corrigendum ex Josepho est: ἐξ ἀρχῆς. Ib. B. 10. Φοινικῶν.) Lege Φοινίκων, ex Josepho.

Pag. 480. A. 8. τούτων δ' ἡμῖν.) Diodori locus est ex lib. 1. Biblioth. pag. 86. edit. Græcolat.

Ib. C. 4. πάντων ἢ κατασκευάσαι.) Interpres Diodori, *desumptas à locis aut operibus appellationes.* Rectius visum est, *partim loca, partim opera qvædam, ipsorum cognominis insignia.* Qvomodo enim in Ægypto, Græcorum Philosophorum appellationes ostenderent, a locis operibusve desumptas? Facile autem, & loca qvædam, & opera ipsorum cognomentis insignia ostendere potuerunt: cum ibi & perdiu versati essent, & nonnulla industriæ suæ monimenta reliqvissent. Huc autem pertinet illud Strabonis lib. 17. ἐκεῖ δ' ἂν (de Ægypto loqvitur) ἐδείκνυντο δέ τε τῶν ἱερέων οἶκοι, καὶ Πλάτωνος, καὶ Εὐδόξου διατριβαί. Ib. C. 10. τὴν ἑαυτοῦ πλάσιν.) Mallem τὴν αὐτὴν πλάσιν. id est. τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ πεποιημένην.

Pag. 481. A. 2. μετὰ χεῖρας.) Post hæc verba, seqvitur apud Diodorum locus, ut in re fabulosa, perinsignis, ad eum fontem indicandum, unde Homerus, aliiqve deinceps Poetæ τὰ περὶ τὴν νεκύαν hausisse videantur. Ib. A. 3. Μελάμποδα.) Diodor. pag. 87. D. 2.

Ib. C. penult. τὸ γὰρ νηπενθὲς) Consule Odysseas δ. a v. 220. ubi Homerus ista copiose. Ib. D. 2. ἐκ τῶν Αἰγυπτίων.) Adde Θηβῶν, ex Diodoro, qvæ paulo post D. 9. appellantur. Ib. D. 3. τῆς Πολυδάμνης.) Diodorus & Manuscr Πολυμνήστης. Sed Homerus favet Eusebio,

Τοῖα Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητιόεντα,
ἐσθλά, τά οἱ Πολύδαμνα πόρεν Θῶνος παράκοιτις
Αἰγυπτίη, &c.

Favet & Justin. Martyr in Parænet. pag. 20. Τὸ νηπενθὲς, ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων φάρμακον, ἡ Ἑλένη λαβοῦσα παρὰ τῆς Θῶνος γυναικὸς Πολυδάμνας, εἰς τὴν Σπάρτην ἐκόμισεν.

Ib. D. 14. Μέμεμφιν.) Diodor. Μέμφιν. Sed vitiose, opinor. Primum enim, cur adderet ὀνομαζομένην, qvi Memphim jam sæpius ante nominarat? Deinde notior illa Memphis, qvam ut illam προσθήκην desideret. Postremo, nec Geographi Momemphin ignorarunt. Stephanus, Μώμεμφις πόλις Αἰγύπτου, unde Μωμεμφίτης Νόμος. Diodorus ipse p. 60. D. 3. de Psammiticho, ἐνίκησε περὶ τὴν πόλιν ὀνομαζομένην Μώμεμφιν. Strabo lib. 17. post Gynæcopolitanam Præfecturam, ἐφεξῆς δὲ Μώμεμφις καὶ Μωμεμφίτης Νόμος. Auræ qvidem Veneris non meminit, sed tamen Venerem a Momemphitis præcipue cultam esse tradit. At Justin. Martyr loco jam citato, καὶ χρυσῆς δὲ Ἀφροδίτην, inqvit, ὀνόματι ἐκ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ ἱστορίας, ἴσμεν γὰρ καὶ τέμενος, χρυσῆς Ἀφροδίτης ἐν Αἰγύπτῳ ἐσχηκέναι, καὶ πεδίον χρυσῆς Ἀφροδίτης ὀνομαζόμενον. Ejusd. Urbis mentio est apud Herodot. lib. 2.

Pag. 482. A. 6. κατησκευασμένον) Diodor. κατεσκευασμένον, qvod malo, tametsi alterum non improbem.

Ib. B. 5. Οἰνοπίδην.) OEnopidem Chium intelligit, de qvo Ælianus Var. Histor. l. 10. c. 7. Οἰνοπίδης ὁ Χῖος, inqvit, Ἀστρολόγος, ἀνέθηκεν ἐν Ὀλυμπίοις τὸ χαλκοῦν γραμματεῖον, ἐγγράψας τὴν ἀστρολογίαν τῶν ἐνὸς δεόντων ἑξήκοντα ἐτῶν, φήσας τὸν μέγαν ἐνιαυτὸν εἶναι τοῦτον. Ib B. ult Εὐδόξου.) Æschinis filium, Patria Gnidium, Platonis auditorem, atqve, ut Tullius lib. 2. de Divinat. loqvitur, in Astrologia, judicio doctissimorum hominum facile principem. Ejus vitam Diogen. Laertius lib. 8. conscripsit. Multi de eo multa, præcipueqve Plutarchus variis in locis. Ἔνδοξος, pro Εὔδοξος, ob summam nominis celebritatem cognominatus est. Profectus in

Ægyptum, cum Chrysippo Medico, ut Diogenes tradit: at Strabo, lib. 17. *συναιεθη γὰρ δὴ* (inqvit) *τῷ Πλάτωνι ὁ Εὔδοξος*, ὅτε ipse de Ægypto loqvitur *καὶ συνδιέτριψαν τοῖς ἱερεῦσιν ἐκεῖ*-*νοι ἐνταῦθα τρισκαίδεκα ἔτη, ὡς εἴρηταί τισι.* Consule Petavium nostrum lib. 2. c. 5. & 6. eximii operis de doctrina Temporum, ubi Scaligeri de Eudoxo, deqve ejus octaeteride somnia dissipantur. Ib. C. 5. *Τηλεκλέα καὶ Θεόδωρον*) Diodor. *Τηλεκλέα, ἢ υἱὸν*, qvæ vera lectio est. Sed addenda qvæ subdit eo loco Historicus, ad illud Apollinis signum pertinentia. *Τοῦ γὰρ ἀγάλματος*, inqvit, *ἐν Σάμῳ μὲν, ὑπὸ Τηλεκλέους ἱστορεῖται τὸ ἥμισυ δημιουργηθῆναι· κατὰ δὲ τὴν Ἔφεσον, ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοδώρου τὸ ἕτερον μέρος συντελεσθῆναι· συντεθέντα δὲ πρὸς ἄλληλα τὰ μέρη, συμφωνεῖν οὕτως, ὥστε δοκεῖν ὑφ' ἑνὸς τὸ πᾶν σῶμα κατεσκευάσθαι. Τοῦτο δὲ γένος τῆς ἐργασίας, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησι μηδαμῶς ἐπιτηδεύεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις μάλιστα συντελεῖσθαι.*

Hæc Diodorus. At Pausanias Theodorum illum, Theleclis non fratrem, sed filium vocat. Sic enim ille in Arcadicis, p. 248. *Διέχεαν δὲ χαλκὸν πρῶτοι, καὶ ἀγάλματα ἐχωνεύσαντο, Ῥοῖκός τε Φιλαίου, καὶ Θεόδωρος Τηλεκλέους Σάμιοι.* Tum de Theodoro nominatim. *Θεοδώρου δὲ ἔργον ἦν καὶ ἐπὶ τῇ λίθῳ τῆς σμαράγδου σφραγὶς, ἣν Πολυκράτης ὁ Σάμου τυραννήσας ἐφόρει.* Similia scribit in Phocicis, extremo lib. nisi qvod Rhœci Patrem Philæum, non Phixum, ut in Arcadic. nominat: licet Interpres *Φιλαίου* utrobiqꝫ legerit.

Pag. 483. C. 6. & 7. *δεύτερον ἔτος Δαρείου.*) Hæc & seqventia in Observationibus illustrabuntur.

Pag. 484. D. 5. post *βασιλείας.*) Addendum *ἐπὶ*, vel *εἰς*, ante *τὸν αἰῶνα.*

Pag. 485. B. 1. *ἀληθέστατα, ὅτι.*) Rectius videtur *ὅτι ἀληθέστατα*, qvemadmod. legit Scaliger: qvam lectionem si seqvemur, *ἀληθῶς* retinendum erit. Ib. B. 5. *Ἀβελβαλῶ.*) Apud Scaligerum, *Ἀβιβάλου.* utrum verius sit, nondum definio: utriusqve notatio facilis est, & cum Hebraica dialecto consentiens.

Ib. C. 7. *τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας.*) Apud Scaligerum adduntur pauca hæc. *ἢ περὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν, ἢ κατ' αὐτοὺς γε τοὺς χρόνους φέρεσθαι ἀναγέγραπται· τὰ δὲ τοῦ Σαγχουνιάθωνος, εἰς Ἑλλάδα γλῶσσαν ἡρμήνευσε Φίλων ὁ Βύβλιος.*

Pag. 486. C. 6. *μικροῦ.*) Lege *μικρόν.*

Pag. 489. A. 2. *ταῦτα γὰρ Ἀθηναίων ἱστορ.*) Malim *ταῦτα γὰρ ἱστοροῦσιν*, deleto *Ἀθηναίων.* Ib. A. penult. *ἐκ τε.*) Particula *τε*, aut expungenda est, aut aliqvid aliud postulat.

Ib. B. 4. *Αἰγυπτίου.*) Dele hanc vocem, aut repone *ἀπ' Αἰγύπτου.* Ib. B. 7. *ἀρχιθεῖσαι.*) Forte *ἀρχομένου*. Ib. D. penult. *ὡς τὸ τετρακόσιον.*) Deest hic aliqvid. Qvo enim *τὸ ὡς* referatur? Forte ante hunc articulum, scripserit Africanus, *τῆς δ' αἰχμαλωσίας ἑβδομήκοντα.* Certe summa illa mille ducentorum ac triginta septem annorum, qvos ab Exodo ad Cyrum usqve numerat, ex conseqventium annorum collectione non existet, nisi hos septuaginta insuper addideris: tametsi ut deesset omnino nihil, duobus & septuaginta opus esset. Nam detractis septuaginta, confiunt modo mille centum & sexaginta qvinqve, qvibus septuaginta si addideris, 1235. habiturus es. Sed (opinor) anni Mosis octogesimi partem adnumerat, & annum captivitatis septuagesimum ultra Cyri primum mensibus aliqvot excurrisse putat. Eam enim summam non ex librariorum errore, sed Africani ex mente conflatam esse, constat ex seqventibus, ubi sæpius eadem inculcatur.

Pag. 490. D. 2. *παρῆσαι.*) Supplendum credo, vel *ἐλθόντας*, vel *ἐπανῶσαι*, vel aliqv. simile. omnino enim post Europam, de Cadmo, Cadmiqve militibus ex Draconis dentibus repente satis, loqvutus videtur.

Pag. 491. C. 2. *νυνὶ δὲ προσήκειν.*) Hic Tatiani locus extat tomo 1. Bibliothecæ Patrum Græcolat. nuper edit. pag. 180.

Ib. D. 5. *τὸ μὲν γὰρ, ὅγκωμεν*, &c.) Interpres Tatiani, hæc ut arbitror minus Auctoris ex mente reddit, *ne qvid nobis suspectum, vel merito rejiciendum esse possit*: membra enim sunt *ἀντικείμενα*, prius illud *τὸ μὲν ἄγνωμον*, posterius hoc *τὸ δ' ἂν*, &c. Ib. D. 7. *ὅπλων ἀντερείδων.*) Vera lectio, ex qva Tatianus emendari possit, apud qvem vitiose *ὅλων ἀνανταπόδοτον.*

Pag. 492. A. 1. *Μεγακλείδης τε ἢ Καμελέων.*) Rectius, qvam ut apud Tatianum, *Μεγακλείδης τε ὁ Χαμαιλέων* posterior enim hæc lectio eidem homini utrumqve nomen attribuit, cum tamen duo illi fuerint. Corrigendum tamen videtur *Χαμαιλέων*, ut habetur in altero Manuscr. & legitur apud Clementem Alexandrin. Strom. 1. pag. 220. A. 1. edition. Græcolat. *τὸ μὲν ἐν Πυθῶ ἄδυτον*, inqvit, *οἱ μὲν Χίλωνος λέγουσι. Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ θεῶν*, &c. Et infr. eod. lib. p. 258. *Χαμαιλέων τε ὁ Ἡρακλεώτης ἐν τῷ περὶ μέθης.* Fuit igitur Heracleotes, atqve inter alia, de Diis ac de ebrietate scripsit. Idem nomen legitur apud Athenæum lib. 1. p. 21. *Χαμαιλέων γοῦν*, inqvit, *πρῶτον αὐτὸν φησι σχηματίσαι τοὺς χορούς*, &c. ubi de Æschylo poeta loqvitur. Ib. B. 9. *τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι διακοσίοις τεσσαράκοντα*) Tatianus excus. *τῶν Ἰλιακῶν διακοσίων πεντήκοντα.* Sed Fronto noster, *ὁ μακαρίτης*, observat in Manuscripto Regio Eusebianam extare lectionem. Certe *διακοσίοις*, non *διακοσίων*, legendum esset. De annis, vel qvadraginta, vel qvinqvaginta, adeoqve de migratione hac Jonica, in Observationibus pluscula. Ib. B. 10. *περὶ τῶν Ὀλυμπιάδων.*) Alt. Manuscr. habet *πρὸ* non *περί.* unde conjicio legendum esse, *πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων.* V. Observationes.

Ib. C. 9. *τοῖς τὴν ἀκριβῆ ἐξετάζειν δυναμένοις.*) Interpres Tatiani sic vertit, *aliis diligentius inqvirendum relinqvo*: at meo judicio, illa cum seqventib. *ἐμὸν ἐρεῖσθαι* conjungi debent: alioqvi nutaret ac penderet oratio. Ib. C. penult. *δυνατὸν γὰρ*, &c.) Alter Manuscript. hæc longe brevius, *εἰκὸς γὰρ ψευδῆ λόγον αἰτιᾶσθαι αὐτοὺς*, nempe *καὶ τὰ περὶ τὴν ἱστορίαν.* Tatianus excus. cum nostro consentit. nisi qvod paulo post D. 1. *περὶ τοὺς χρόνους* habet, non ut hic, *περὶ τοὺς λόγους.* Placet tamen Eusebiana lectio, propter seqventia: vult enim, ut patet, in ipsa qvoqve rerum historia, perfacilem iis lapsum fuisse, qvi jam in temporum descriptione titubassent. Ib D. 1. *παρ' οἷς γὰρ ἀσυνάρτητοι.*) Plane contrarium videtur, *τὸ ἀτρέμα συντάττεσθαι.* hoc est, *παντάπασιν ἁρμο-*

ζόντας καὶ ἀκριβῶς. Ita Plutarch. in Themistocle, singulari, ni fallor, exemplo. τοῖς χρονικοῖς, inqvit, δοκεῖ μᾶλλον Θουκυδίδης συμφέρεσθαι, καίπερ οὐδ' αὐτοῖς ἀτρέμα συντεταγμένοις. i. Thucydidi cum Annalibus, (vel temporum rationibus,) convenire magis videtur; tametsi ne ipsi qvidem exqvisite satis diligenterqve confecti sint: vel, tametsi ne ipsi qvidem ita confecti sint, ut in iis nihil omnino titubet, ac fluctuet. hoc enim proprie ἀτρέμα sonat. Nam Stephanum audire non possum, qvi *sensim & placide* reddidit: nisi (qvod tamen ipse reprehendit) placide factum id dicatur, qvod non tumultuarie, sed otiose, diligenterqve factum sit. Melius Amiot. *encor qu'elles mesmes ne soient gueres bien faictes*. Petavius noster cap. 25. lib. 10. de Doctrina Tempor. aliter accipit, ut Plutarchus, *non omnes istis Annalibus suffragari velit, atqve ideo, non qviete ac silentio perscriptos esse, sed ab aliis redargui.* Eos tamen ibidem pessimos fuisse probat.

Ib. D. 5. Πλὴν Ὁμήρου.) Hæc apud Tatianum reperies, tomo illo 1. Biblioth. Patr. pag. 184. Ib. μὴ μόνον ὕστερος τῶν Ἰλιακ.) Tatianus excus. expungit μὴ μόνον, atqve ὕστερον legit: qvod omnino esset pugnantia loqvi, licet verteretur ὕστερον, *statim post*. Hic autem apud Eusebium, Μὴ μόνον, ut sæpe μονονὶ, μονονουχὶ, ὀλίγου, & similia, est *non solum non*: qvæ lectio si probatur, membrum hoc opponi debet non tantum proxime consequenti, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνον τὸν πόλεμον καιρόν; nihil enim admodum novi concederet, qvi jam illum eo bello non posteriorem fuisse concessisset: sed etiam aliis, qvæ subjungit. Mallem tamen, ne qvid dissimulem, retenta negatione μὴ, adverbium μόνον expungere. Ib. D. 7. γεγονέναι.) Hoc etiam verbum apud Tatianum reponendum est: qvemadmodum & τὸ συνεκστρατεῦσαι, qvod paulo post hic seqvitur, præstat τῷ συστρατεῦσαι, qvod habet Tatianus. Ib. D. 11. τῆς δὲ γεγονυίας, &c.) Hinc etiam corrige Tatianum, apud qvem γεγονὼς, vitiose.

Pag. 493. A. 3. μετὰ Σέλευκον.) Ita omnes: Tatianus tamen habet αὐτὸν, qvod ad Alexandrum referri debet. Antiochus post Alexandrum tertius, idem esse non potest, qvi tertius post Seleucum. Nam tertius ab Alexandro fuit, Antiochus nominis primus, cognomento Soter, Seleuci filius: at tertius a Seleuco, Antiochus nominis secundus, cognomento Deus, Soteris filius. Ib. B. 9. Λοιπὸς.) Tatianus excus. χαῖος. Neutrum nomen alibi reperio. Ib. D. 7. εἰς ἄστυ ἦλθον χωρίον.) Tatian. εἰς ἄστυ ἦλθον, qvod magis probo. Ib. D. 8. λέγει δ' ὅπως.) Aut expungenda hæc verba sunt; aut resecta Ptolemæi oratio est, cujus fortassis initium fuerit, qvod seqvitur, ὁ δὲ Μωσῆς. Eqvidem expungi malim, qvod enim Mosem sub Amosi constituens, æqvalem eum Inacho Tatianus faciat, erroris illius est pridem inveterati, qvem primus sustulit Eusebius.

Ib. C. ult. Λυάρην.) V. Observationes.

Pag. 494. A. 4. Γεγόνασιν ἀρχαίων βασιλεῖς.) De his Regibus, eorumqve serie, aliqvid in Observationibus dicetur. Ib. C. 2. μετὰ τὸν Ἴναχον.) Tatian. μετὰ τὸν Ἴναχον. rectius, ut existimo, qvia seqvitur paulo post, καὶ μετὰ Μωσέα. Tametsi, cum Græcorum historiam ab Inacho fere duci confirmet, utrobiqve, κατὰ, non incommode legi possit. Atqve hanc lectionem seqvuti sumus.

Pag. 495. B. 1. ὡς μυθολογίας.) Tatian. ταῖς μυθολογίαις. Ib. C. 6. ἑρμηνεία.) Consule Observationes. Ib. D. 10. τὰ πλεῖονα, &c.) Verborum perspicua sententia est, at obscura sententiæ ratio. Cur enim Amphion, qvod res Trojanas duabus ætatibus antecedat, apud studiosos plura dici prohibeat? Alter Manuscr. habet πλείονας ex qvo πλείονας conjeci: qvasi dicat, Amphionem tam antiqvum esse, ut alium præterea φιλομαθῆ neminem qværi patiatur. Ib. D. penult. ὁ μὲν.) Phemius videlicet. Odyss. P. 262.

——ἐνὶ γάρ σφισι Φήμιος ἀείδει,
Φήμιος.

Et Odyss. χ. 330.

Τερπιάδης δ' ἔτ' ἀοιδὸς ἀλύσκαζε κῆρα μέλαιναν
Φήμιος.

Ib. ult. ὁ δὲ.) Demodocus, & ipse Cantor nobilissimus. De qvo Odyss. θ. sæpissime.

Ib. ὁ Θάμυρις.) Iliad. β. 595.

——ἔνθα τε Μοῦσαι
ἀντόμεναι, Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.

Pag. 496. D. 5. Εἴρηται μὲν οὖν.) Vide locum apud Clement. Græcolat. 1. Strom. pag. 234. E.

Ib. D. 7. Καστορος, &c.) V. Observationes.

Pag. 497. C. 8. τετρακοσιοστῷ.) Hic numerus in Observationibus expendetur. Ib. C. 10. τεσσαρακοστῷ.) Typographi *sexagesimo* ediderunt: repone, *trigesimo*. Ib. D. 10. βουληθείς.) De Solone loqvitur, qvi Sacerdotes Ægyptios eam in disputationem pertrahere conabatur. Ib. D. 11. τῇ πόλει.) Irreptitias voces expunge, qvas Plato non habet. Tantum post λόγος, distingvendum nonnihil. Ait enim Solonem, ut in eam de rebus antiqvis disputationem Ægyptios Sacerdotes pelliceret, de Græcanica antiqvitate sermonem injecisse. Sunt qvi τῇ δὲ accipiant pro ἐκεῖ, sed perperam. Locum integrum Serranus misere depravavit.

Ib. D. 12. ἐπιχειρεῖν.) Clemens ἐπιχειρεῖ. Nihil mutandum est; nam apud Platonem præcessit ἔφη, ad qvod τὸ ἐπιχειρεῖν refertur ἀπὸ κοινοῦ.

Pag. 498. A. 9. ἐπὶ ἐκ Κρήτης.) Hoc fabulæ monstrum est. Lege, ut sup. p. 494. D. 4. ex Tatiano, unde ista Clemens: ἐπὶ ἐκ Φοινίκης, τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Κρήτην ἀνακομιδή.

Ib. B. 1. Ἀγῖς καὶ Κέρκυλος.) Clemens Αἰγίας καὶ Δερκύλος. Difficile est statuere, utra lectio vera sit. Posterius nomen qvod attinet, plures opinor Δερκύλλους, seu Δερκύλους, qvam Κερκύλους, vocatos reperias. Ib. D. 1. Ὅμηρος μέμνηται.) Iliad. β. & ε. sæpissime. Heraclidem appellat Iliad. β. v. 554. Τληπόλεμος δ' Ἡρακλείδης, ἠΰς τε, μέγας τε. & Iliad. ε. 628.

Pag. 499. B. 5. Ἰσιδι.) Nomen Isidis ex Clemente supplevimus, qvod in Eusebio deerat; Isis enim illa est, qvam seqvente versu Io dictam esse confirmat. Ib. εἰσὶ δὲ οἳ τὴν Ἰώ, &c. Apud Clementem ita legitur, Ἰσιν ἢ, τὴν καὶ Ἰώ φασιν. Ib. C. 11. τίναξιν.) Et hanc utramqve vocem ex Clemente addidimus,

dimus. Ib. D. 2. καὶ Σάρωπιν.) Addit Clemens ante ὕστερον, συνηθείᾳ τινὶ τῶν ἐγχωρίων. Ib. D. 5. Αὐτῷ.) Versus est, Odyss. λ. 579.

Pag. 500. C. 1. Ἄρξομαι δέ.) Locum hunc leges apud Josephum lib. 1. contr. Appion. pag. 1039. edit. Græcol. ex vers. Gelenii. Hos autem contra Appionem libros, περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, inscriptos esse, ex hoc titulo 13. conjici possit. Ib. C. 3. οὐχ οἷόν τι παρατ. τακείνων.) Optima lectio, ex qva Josephi editionem corrigas, in qva legitur. οὐχ οἴονται παρ. καὶ κείνων· qvæ Interpres ita reddit, *qvas non arbitrantur commendare qva nostra sunt.* Divinare hoc fuit. Ib. D. 3 Τῦ Τίμαιος.) Supplendus & corrigendus hic locus ex Josepho, apud qvem Manethus ille sic incipit, ἐγένετο βασιλεὺς ἡμῖν Τίμαιος ὄνομα. In nomine Τίμαιος nihil mutandum putavi, qvod mihi de vera illius appellatione non constaret. Ib. D. 9. ἐκαλεῖτο δέ.) Joseph. p. 1040. B. ult. Qva de Manethonis historia, si tamen historia est, consule Observationes.

Ib. τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος Ὑκουσώς.) Joseph. τὸ ἔθνος Ὑκσώς, qvam vocem deinde tam constanter retinet, qvam Eusebius Ὑκουσώς. Nec facile sit homini non Ægyptio, veram lectionem divinare.

Pag. 501. A. 2. Ὑκουσώς.) Joseph. tantum ὑκ, sed male, ut ex seqventib. plane constat.

Ib. A. 4. Ὑκουσώς.) Hic vicissim repone tantum ὑκ, ex eod. Josepho. Ib. A. 9. καὶ τοὺς τῶν ποιμ.) Josephus delet καὶ, rectius, ut videtur: nisi malis τοὺς ἐκ τῶν ποιμ. qvod eorum ex numero Reges crearentur. Ib. B. 4. Μισφραγμούθωσις.) Joseph. Ἀλισφραγμούθωσις.

Ib. C. 2. Θμούθωσιν.) Joseph. Θούμωσιν, qvem pag. 1041. B. Τέθμωσιν appellat.

Ib. C. 3. πολιορκίας.) Repone πολιορκίας, ex Josepho. Ib. D. 8. ταῦτα μὲν, &c.) Adi Joseph. p. 1041 G.

Ib. D. penult. ἀπῴκησαν.) Corrigend. ex Josepho ἐπῴκησαν, nisi malis εἰς τὴν χώραν τ. ἀπῴκ.

Pag. 502. C. 8. Ἐπειδὴ τοίνυν, &c.) Clemens Alexandrin. lib. 1. Stromat. pag. 237. C. edit Græcol. eod. in argumento versatur.

Pag. 509. Ἀττικός.) De hoc nonnulla dabimus in Observationibus.

Pag. 510. A. 3. ἤδη αὐτῷ.) Malim abesse articulum ἡ. Ib. A. 11. Ἀριστοκλῆς.) De hoc etiam in Observationibus aliqvid.

Pag. 514. B. 1. μεγάλη Μωσέως ᾠδή.) Et hic locus in Observationibus illustrabitur.

Pag. 515. A. penult οὐκοῦν οὕτως ἀξιώσεις.) Extat hic Platonis locus in Cratylo, pag. 260. B. edition. Græcol. Ficini. Ib. B. 11. Ὀνομαθέτου.) Plato Νομοθέτου, qvemadmodum alt. Manuscript. Ficinus tamen vertit, *nominis impositor*. At νομοθέτου vera lectio est, tametsi primo aspectu, ὀνομαθέτου arrideat. Pagina enim præcedente, in eo maxime Plato fuit, ut nomina rebus imponere, sapientis Legislatoris esse confirmaret, ab eo loco literæ F. Ἆρ' οὐχὶ ὁ νόμος δοκεῖ σοι ὁ παραδιδοὺς αὐτά; (ὀνόματα;) ἔοικε. Νομοθέτου ἄρα ἔργῳ χρήσεται ὁ διδασκαλικὸς, ὅταν ὀνόματι χρῆται. Δοκεῖ μοι. Νομοθέτης δὲ σοι δοκεῖ πᾶς εἶναι ἀνὴρ, ὁ τὴν τέχνην ἔχων; Ὁ τὴν τέχνην, &c. Idem ex nostro perspicue satis auferes, infra pag. 510. D. 7.

Ib. D. 4. Ἐννοῶ ὅτι, &c.) Plures paginas transvolat Eusebius. Hæc leges pag. 268. A. 6.

Ib. D. 5. οἱ ὑπὸ τοῖς.) Articulum οἱ ex Platone addidimus. Ib. D. 6. Τί οὖν δή; &c.) Ita locum distinximus, Platonem seqvuti, apud qvem Τί οὖν δή; verba sunt Hermogenis: at Socratis, qvæ seqvuntur.

Ib. D. 10. εἰκότως.) Ita rursus distingvendum fuit; est enim hoc adverbium Hermogenis Socrati assentientis. Tum vero, πῦρ, ὕδωρ, κύνας, & alias ejusmodi voces, Phrygias potius esse qvam Græcas, ait Socrates. Idem tamen infra, pag. 274. D. indicare videtur, primorum nominum rationem, vel ad Deos, vel ad Barbaros homines revocare velle, speciosum qvoddam illius effugium esse, qvi rationis hujus reddendæ molestiam deprecetur. Εἰ μὴ ἄρα δὴ, inqvit, ὥσπερ οἱ Τραγῳδοποιοὶ, ἐπειδάν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς καταφεύγουσι, θεοὺς αἴροντες· καὶ ἡμεῖς οὕτως εἰπόντες ἀπαλλαγῶμεν, ὅτι τὰ πρῶτα ὀνόματα οἱ θεοὶ ἔθεσαν. Ἆρα καὶ ἡμῖν κράτιστος οὗτος τῶν λόγων; ἢ ἐκεῖνος, ὅτι παρὰ βαρβάρων τινῶν αὐτὰ παρειλήφαμεν; (εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι.) ἢ ὅτι ὑπὸ παλαιότητος ἀδύνατον αὐτὰ ἐπισκέψασθαι; Αὗται γὰρ ἂν πᾶσαι ἐκδύσεις εἶεν, καὶ μάλα κομψαὶ τῷ μὴ ἐθέλοντι λόγον διδόναι περὶ τῶν πρώτων ὀνομάτων, ὡς ὀρθῶς κεῖται.

Pag. 516. B. ult. ἀλλὰ τὸν μὲν γεώδη, &c.) Vide supra pag. 307. A.

Pag. 517. C. 10. παρὰ τὸ ΗΛ.) Recte. Est enim איל fortitudo: unde nascitur אל qvod præter fortitudinem, etiam fortem, Deumqve significat.

Pag. 518. C. 1. τὸν Ἀβραάμ.) Vide qvæ obiter supra notavimus, pag. 420. D. 9. de Abraami nomine.

Pag. 522. D. 4. τὰς αἰτίας τῆς.) Facile erat conjicere, supplendum esse aut διατάξεως, aut συστάσεως, aut φύσεως αὐτῶν, aut aliq. simile. Montac. Cod. suppl. τῶν ὄντων φύσεως, sed addendum videtur præterea, τὸ, ante δημῶδες. Ib. D. 5. πλὴν ὅσον.) Idem Montac. cod. suppl. ἢ ἀναγκαῖον. Sed Hellenismus his vocibus facile careat. Solum pro ὅτι μὴ, qvæ seqvuntur, mallem, ὅτι μηδέ.

Pag. 524. B. 8. Τί τὸ ὂν, &c.) Adi Platonem in Timæo, pag. 526. D. edit. Græcol. Ficini: ubi legitur, Τί τὸ ὂν μὲν ἀεί. Ib. B. 9. μὲν ἀεί.) Plato delet ἀεί. Ib. B. ult. Post αὐτὰ ὂν,) Plato sic leg. τὸ δ' αὖ δόξῃ, μετ' αἰσθήσεως ἀλόγου δοξαστὸν, γιγν. &c. (sic enim eo loco distingvendum.) Plura qvidem verba: sensus tamen idem. Cæterum longior iste orationis ductus, magis Platonis ex genio. V. infr. p. 526. D. 4. Ib. C. 6. λεπτότερον διαφύσας.) Hoc est σκαφίστερον. Ita etiam infra, τὴν διὰ τοῦ δόγματος διάνοιαν καὶ φίλων ὁ Ἑβραῖος λεπτότερον ἑρμηνεύσαν. Et lib. ult. λεπτοῖς τοῖς ἐλέγχοις ἀπηγόρευσε. Stratonis Jambographi versum, apud Athenæum lib. 9. pag. 383. Casaubonus sensum hunc seqvutus, solerter emendavit. Perperam ante legebatur.

> Πηγὸς πάρεστιν; Πηγός; οὐχὶ λευκὰ ἢ
> Ἐρεῖς, σαφέστερον θ', ὃ βούλει μοι λέγειν;

Reposuit ille,

> Πηγὸς πάρεστιν; Πηγός; οὐχὶ λευκὰ σὺ
> ἐρεῖς. &c.

Herus sal postulabat a coqvo, id enim erat

πηὸς πώρισιν; Coqvus vocis hujus insolens, ac dubius, πηός; inqvit, admiranti similis. Tum instans, uti qvid velit clarius aperiat, ἀχὶ λόγικά σὺ ἐρεῖς; &c. Ita λόγικα, & σαφέστερον ῥηθὲν, pro eodem sumuntur. Ib. D. 6. τὰ τοιαῦτα, &c.) Eodem in Timæo, pag. 529. D. Sed ibi locus hic ita concipitur, ταῦτα δὲ πάντα, μέρος χρόνου· καὶ τό τ' ἦν, τό τ' ἔσαι, χρόνου γεγονότος εἴδη φέροντες λανθάν. &c Eusebius sensum relinqvit integrum, verba decurtavit.

Ib. D. 11. γένεσιν ἔσων,) Plato γένεσιν ἰόντων, qvod est cum motu conjunctius.

Ib. D. ult. διά χρόνον.) Plato, ποτέ.

Pag. 525. A. 1. ἐδὲ γίνεσθαι ποτέ.) Hæc Plato non habet, qvæ tamen libenter cum Eusebio retinuerim. Ib. A. 2. ἔσεσθαι τὸ περιγενόμενον. &c.) Sinceriora hæc videntur, qvam ut apud Platonem legitur, ἔσεσθαι τὸ περιγενόμενον τε, ἐδὲν ὅσα γένεσις, &c. qvæ tamen lectio improbanda non est. Ib. A. 6. καὶ πρὸς ταύτας ἐπὶ τὰ τοιάδε. Verba etiam hæc Platonis sunt, non Eusebii, ut videri posset.

Ib. A. 8 εἶναι γινόμενον.) Sensus integritas paucula hæc exigebat, qvæ seqvuntur in Platone, καὶ τὸ μὴ ὄν, μὴ ὂν εἶναι· ὧν ἐδὲν ἀκριβῶς λέγομεν. Ib. D. 1. εἰκοῦν.) Legere malui ἔχουν· Negat enim, opinor, εἰκὸς esse, qvod seqvitur; non affirmat: alioqvi pugnantia loqveretur.

Pag. 526. B. 2. τῶ ὄντος ὀνόματος.) Vocem ὄντος libenter expunxerim. Ib. C. 2. εἶπεν.) Numenius ipse? an alii? Posterius hoc malui, qvod addiderit, qvæ audierat, ea se, qvantum meminisse potuit, retulisse.

Ib. C. 5. λέγων.) Legi mallem τὸ λόγον. ipsammet porro Platonis orationem intelligit, ut ex seqventibus manifeste constat.

Pag. 527. A. 3. ἀόριστον.) Sensus, ni fallor, postulat ὅριστον. Ib. καὶ ὥς φησι Πλατ.) Malim ὥς φησι Πλάτων, καὶ γινόμενον. nam illud qvoqve, δόξη μόνη δοξαστόν, Platonis erat.

Ib. D. 2. Οὔτι ἦν, &c.) Adi Plutarchum in Moralib. pag. 391. sub finem.

Pag. 528. A. 8. παθητῶν, καὶ μεταβλητῶν.) Rectius, ut videtur, qvam apud Plutarch. τῶν παθημάτων μεταβαίνων. Ib. A. 9. ἐνέργειαν.) Plutarchum seqvutus sum, apud qvem editum est ἐνάργειαν. Ib. B. 5. σκίδνησι, καὶ πάλιν συνάγει.) Clarius legeretur, σκίδναται, καὶ παλ. συνάγεται. Ib. C. 6. ἀέρι γένεσις.) Librariis Eusebianis exciderunt qvæ seqvuntur, καὶ ἀέρος θάνατος, ὕδατι γένεσις.

Ib. ἀλλ' ἔτι, &c.) Plutarch. ἀλλ' ἔτι σαφ. ἐπ' αὐτῶν ἴδοις ἄν. Lege ergo, ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' αὐτῶν ἡμῶν ἴδοις ἄν. Ib. D. 2. κοινὸν ἐκμαγεῖον.) Corpus, aut hominem ipsum, certa qvadam specie figuraqve præditum, κοινὸν ἐκμαγεῖον vocat: materia enim licet assiduas uno in corpore mutationes efficiat, corpus tamen unum, qvasi commune qvoddam exemplar, qvod adulterare sit nefas, intuetur. De alia vocis hujus acceptione, qva pro conceptaculo sumitur, consule Petavium nostrum in Not. ad orationem 1. Themistii pag. 517. Vide etiam infra pag. 845. D. ult. ubi materia ipsa, primo δεξαμενή, tum ἐκμαγεῖον vocatur.

Pag. 529. A. 4. καὶ κινουμένη συμφαντάζ, &c.) Ita reposuimus ex Plutarcho, cum perperam ante legeretur, ἡ κινουμένη, φανταζόμενον ὅλη.

Ib. A. 6. ἐξ ἕ.) Melius abesset præpos. ἐξ, ut apud Plutarch. expungitur. Ib. A. 9. μηδέπω.) Id etiam cum Plutarcho malui, qvam μηδέποτε, qvod melius cum ἤδη, qvod seqvitur, committi videretur. Ib. A. 13. ἐκλυόμενος.) Hanc lectionem vulgatæ illi apud Plutarch. prætulerim, ἄγαν ἐκδυόμενος. Eandem seqvutus videtur Latin. Interpres, cum reddidit, *elanguescens ratio perdit.* At Gallico non satis hic, opinor, cum Auctore convenit, qvi sic vertit, *la raison le descouurant incontinent, le destruict tout sur le champ.*

Ib. A. 14. ἐκβλίβεται γάρ.) Tempus? an ratio? Posterius malui, ob seqventem ex visu comparationem. Amiotus tamen ad tempus retulit, qvod etiam vereor ut satis cum superiori membro cohæreat, in qvo ἀπόλλυσι verterat, *destruict*, hoc est, *perimit.* Ib. A. 15. ὥσπερ αὐγῇ, &c.) Plutarch ὥσπερ ἀκμῇ βιαζόμενος ἰδεῖν, &c. Qvæ fœdissima labes doctissimo & elegantissimo Amioto imposuit. Sic enim ille, *comme le voulant voir necessairement mesparty en deux*, i. *qvasi duas in partes necessario distractum videre velit.* Latino Interpreti de Eusebiana lectione aliqvid suboluerat. Et altera lectio, qvæ apud eund. Plutarch. affertur, αὐγῇ pro ἀκμῇ, licet etiam depravata, nostræ tamen propior est, qvam vulgatæ. Tantum, seqvente versu, libenter legerim, τὸ ἐξ αὐτῆς.

Ib. A. 17 εἰ δέ.) Sic legendum, non ὁ δὲ, ut apud Plutarch. Ib. A. 18. ἡ μετρεμένη.) Hinc etiam fœdum errorem tolle, ἡ μέτρον μὲν, qvi apud excusum Plutarch. inveteravit, nec tamen eruditis Interpretibus imposuit. Ib. A. 19. ἐδὲ αὐτῇ μένον.) Mutuam Plutarchus operam commodat, apud qvem recte legitur, ἐδὲν αὐτῆς μένον. Nisi malis, ἐδὲ αὐτῇ μένον, qvod forte melius cum seqventi membro, ἀλλὰ γινομένη, congrueret.

Ib. A. 15. ἀλλὰ γινομένη.) Plutarchus ἀλλὰ γινόμενα πάντα, καὶ φθειρόμενα, κατ' αὐτὴν, πρὸς τὸν χρόνον συνεμιγη. Placet Eusebius.

Ib. A. 20.) ἐδὲν τοιῦτον.) Recte Plutarchus, ἐδὲ ὅσιον. Ib. C. 1. εἰ χρή.) Tollit particulam εἰ Plutarchus, & recte.

Ib. C. 4. καὶ ὃ πρότερον.) Hæc & seqventia περὶ τῷ θεῷ dicuntur a Plutarcho, non περὶ τῷ αἰῶνος, ut existimavit Latinus Interpres. Amiotus qvidem ad Deum retulit, sed vereor, ut satis ex Plutarchi mente reddiderit, *devant leqvel rien n'est*, i. *qvo prius nihil est.* Atqve id in causa est, qvamobrem Gallica seqvens oratio, minus cohærere videatur. Ib. C. 8. κατ' αὐτό.) Et hoc rectius, qvam, ut apud Plutarch. κατὰ τοῦτον.

Pag. 530. D. 5. Περὶ δὲ τοῦ συμβάντος.) Platonis hæc epistola est decima tertia, ad Dionysium vero, qvarta: pag. 728. C. edit. Fic. Fuit igitur ex iis Plato, qvi cum Deum cognovissent, non tamen sicut Deum glorificaverunt.

Ib. D. 6. πρὸς τὰς ἄλλας.) Plato περὶ τὰς ἐπ. melius.

Pag. 531. A. 2. ὁ μὲν δὴ θεός.) Prompta hæc sunt ex qvarto Legum, pag. 600. F. edit. Græcol. Fic. Ib. A. 4. ἐθείαν.) Manuscr. ἐθεῖα. Sed infra pag. 798. D. hujus edit. Atticus legit εὐθεῖα.

Pag. 533 B. 6. ὑπερεχής.) Nondum occurrit hic Philonis locus. Profitetur qvidem Eusebius

pagina seq. A. hæc apud Philonem haberi, eo in lib. cui titulum fecerit, περὶ τοῦ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. Qui liber etiamnum extat, neque tamen hanc ejus orationem repræsentat.

Pag. 534. A. 5. αὐτοῦ κρείτ.) Repone τοῦ κρείττ.

Ib. B. 3. ἐν τῷ Επιμενίδῃ.) Ita omnes, nec mutare libuit. Certum tamen est, Ἐπινομίδι legendum esse, cum nec ullus extet Platonis Dialogus, hoc Epimenidis titulo; & in Epinomide, quæ sequuntur, pluribus a Philosopho disputentur, pag. 702. G. Qui etiam locus citatur a B. Cyrillo Alexandrino, lib. 8. adversus Julianum, fol. 168. pag. B. codic. Manuscripti: & a B. Theodoreto, Græcar. affection. l. 2 pag. 32. Ib. B. 7. καὶ τιμὰς ἀποδιδῶμεν.) Soli videlicet, Lunæ, reliquisque Sideribus, de quibus ibi, tanquam de veris Numinibus, impie loquitur.

Ib. B. ult. τοῖς δὲ, μήτε τινὰ μοῖραν.) Post τοῖς δὲ, addend. videbatur, ἡμέρας. ut enim Soli annos, Lunæ menses, ita cæteris, Lunæque adeo ipsi, proprios in septimana dies adscribebant, quorum nomina etiam perseverant. Theodoretus legit, τῶν δὲ μηνός τινος μοῖραν τινά.

Ib. C. 6. καὶ ἐν Επιστολῇ.) Sexta est Platonis Epistola, cujus hic clausulam adscribit Eusebius; itemque BB. Clemens Alexandr. Strom. 5. pag. 436. C. & Cyrillus Alexandr. loco paulo ante laudato.

Ib. D. 1. κατὰ δύο κοινῇ, &c.) Plato sic tantum legit, κατὰ δύναμιν ὡς οἷόν τε ἑκάστῳ. Illa tamen κατὰ δύο κοινῇ, & vertuntur a Ficino, & necessaria sunt: nec dubito, quin κατὰ δύναμιν superflua sint, cum sequatur ὡς οἷόν τέ ἐστι.

Ib. D. 3. καὶ νόμῳ κυρίῳ.) Ita Plato. Hinc & Eusebium nostrum correximus, & corrigi Cyrillus potest, apud quos, καὶ νόμῳ, καὶ κυρίῳ τούτῳ, sensu plane nullo. Erat & alius error in nostro, κεχρῆσθαι, pro καὶ χρῆσθαι.

Pag. 535. B. 2. Κόσμον αἰσθητόν.) Locum hunc in Plotino leges, Enneadis 5. lib. 1. cap. 4. 5. 6. 7. & 8. Ib. C. 3. Τίς οὖν.) Capite 5. Plotini. Ib. C. 9. Πῶς οὖν.) Cap. 6. Plot. circa medium. Ib. περὶ ἐκεῖνο.) Τὸ ἓν intellige, quo de Plotinus ibi disputat. Ib. C. 11. οἷον ἡλίου, &c.) Hinc Plotinum corrige, apud quem mendosissime legitur, οἷον ἡλίου τὸ περὶ αὐτὸ λαμπρὸν, ὥσπερ περὶ θεόν. Ib. C. 12. ἐξ αὐτοῦ τε.) Hæc etiam integriora, quam ut apud Plotin. ἐξ αὐτοῦ ἀεὶ γεννώμενον μένοντος. Ib. D. 5. ἀρχετύπων.) Ita Plotinus & recte: cum apud Euseb. perperam ἀρχέτυπον legeretur.

Ib. D. penult. & ult. ὧν ἀπολ. ὑποστάντων.) Mallem οὐκ ἀπολ. ὑποστάντος, præcessit enim πρὸ αἰτίου τι.

Pag. 536. A. τέλεια.) Ut Plotin. male enim Euseb. τέλειον. Ib. τὸ δή.) Longe melius, quam τὸ δὲ, quod Plotinus habet.

Ib. A. τί οὖν χρή.) Hæc laudantur etiam a Cyrillo Alexandr. adversus Julianum Apost. lib. 8. fol. 169. pag. B. Manuscr. Græci: & Theodoreto l. 2. Græcar. affect. p. 33. Ib. A. 4. μετ' αὐτό.) Plotin. & Cyrill. μετ' αὐτὸν, rectius, cum sequatur ἐκεῖνον, ἐκεῖνος: alioqui τὸ τέλειον, quod antecessit, αὐτὸ & ἐκεῖνο postularet. Ib. A. 6. νοῦν εἶναι.) Subaudi χρὴ λέγειν, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, quod Plotino frequentissimum est. Ib. A. 9. μετ' αὐτόν.) Quæ apud Plotinum sequuntur, Cyrillo digna visa sunt, quæ attexeret. Et merito quidem: sic enim habent. οἷον καὶ ἡ ψυχὴ, λόγος νοῦ, καὶ ἐνέργειά τις, ὥσπερ αὐτὸς ἐκείνου· ἀλλὰ ψυχῆς μὲν ἀμυδρὸς ὁ λόγος· ὡς γὰρ εἴδωλον νοῦ, ταύτῃ καὶ εἰς νοῦν βλέπειν δεῖ· νοῦς δὲ ὡσαύτως πρὸς ἐκεῖνον, ἵνα ᾖ νοῦς. ὁρᾷ δὲ αὐτὸν, οὐ χωρισθεὶς, ἀλλ' ὅτι μετ' αὐτὸν καὶ μεταξὺ οὐδὲν, ὡς οὐδὲ ψυχῆς καὶ νοῦ. Quibus ille verbis, cum aliquam SS. Triadis umbram informaret, sed quæ Arianis favere nimium videretur, addidit Cyrillus antidotum, quod facile prætermisit Eusebius. Νοῦν μὲν γὰρ εἶναί φησι, τὸν καθ' ἡμᾶς Θεὸν Λόγον. inq. Cyrill. ἐπείτοι καὶ ἡμεῖς αὐτὸν Σοφίας ὀνομάζομεν. πλὴν οὐκ ἐν μείοσιν, ἢ δεύτεροις, κατά γε τὸν ὅλως, τῆς τοῦ Πατρὸς ὑπεροχῆς καὶ δόξης· ἅτε μὲν, ὡς οὐκ ἔχοντα τὸ αὐτοτελὲς, φαμὲν αὐτὸν τὸ γεννᾶσθαι, ὁρῶντα τῷ Πατρὶ, καίτοι δὴ τούτοις δοκεῖ, &c. Iterumque, Ἐκεῖνοι μὲν, ὡς οἱ τὰ δοξάζοντες, καὶ εἰς ἀνομοιότητα φύσεων κατασύροντες τὰ πρὸς γε σοφίαν τεθαυμασμένα, ψυχρῶς καὶ μειρακιωδέστατ' ἐπαυχῶσιν ἐννοίαις· ἡμεῖς δὲ παντὶ λόγῳ τελείαν φαμὲν τὸν Πατέρα, τελείως δὲ τὸν Υἱὸν, ὡς ἐκ τελείου τέλειον· καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Et Theodoretus, τὴν Πλάτωνος διάνοιαν, inquit, αἰαπτύοντες καὶ ὁ Πλωτῖνος καὶ ὁ Νουμήνιος, τρία φασὶν αὐτὸν εἰρηκέναι ὑπέρχρονα, καὶ ἀΐδια, τἀγαθὸν, καὶ Νοῦν, καὶ τὴν τοῦ παντὸς τὴν ψυχὴν· ὃν μὲν ἡμεῖς Πατέρα καλοῦμεν, Τἀγαθὸν ὀνομάζοντα, Νοῦν δὲ, ὃν ἡμεῖς Υἱὸν, καὶ Λόγον προσαγορεύομεν· τὴν δὲ τὰ πάντα ψυχοῦσαν, καὶ ζωοποιοῦσαν Δύναμιν, ψυχὴν καλοῦντα, ἣν Πνεῦμα ἅγιον οἱ θεῖοι προσαγορεύουσι λόγοι. Ib. A. 10. ποθεῖ δὲ.) Plotinus cap. 6. extremo: Cyrillus & Theodoretus locis jam citatis.

Ib. A. 10. καὶ τὸ γεγεννημένον.) Hæc unus habet Eusebius, quæ tamen retinenda existimo: solum τὸ, καὶ, libenter expungerem.

Ib. A. ult. τοῦτο ἀγαπᾷ, καὶ μ. ο. ω. ι. τ. γ. κ. τ. γ.) Hæc sumpsimus ex Plotino & Theodoreto, quæ non legebantur in nostro. Eadem Cyrillus agnoscit, nisi quod pro ὅταν ὦσι μόνοι, scribit ὅταν οὖν ὦσι, quod vereor ut Platonicis istis, aut Plotinicis in mentem venerit. Nec quenquam moveat istuc μόνοι, cum τὸ γεννῆσαν, καὶ τὸ γεγεννημένον: Græcorum hic idiotismus est, qui rei significatæ potius, quam vocum ipsarum rationem sæpe habent, ut cum μεγάλα καὶ τυχῆς dicuntur a Synesio, & al. id genus. Ib. D. 2. τὸ ἄριστον.) Ita omnes, præter Cyrillum, apud quem male τὸ ἄρειστον. Ib. τὸ γεννῆσαν.) Omnes præter Theodoretum, qui legit, τὸ γεγεννημένον. Ego libenter utrumque conjunxerim, ut legatur, ὅταν δὲ καὶ ἄριστον ᾖ τὸ γεγεννημένον, τὸ γεννῆσαν ἐξ ἀνάγκ. &c. Ib. B. 3. ὥστε.) Al. omnes ὡς τῷ, quod etiam prætulerim. Porro Cyrillus ista breviter & erudite sic explicat, τὸ διὰ μέσου κεῖσθαι μηδὲν, κεχωρίσθαι δὲ μηδὲν τῇ ἑτερότητι· καὶ ὅτι πρὸς τάχα τῇ κατὰ τὴν φύσιν· ἀλλ' ὅτι τὸ γεννῆσαν ἀεὶ τὸ γεννώμενον, μίαν πως ἔχει διαφορὰν, τὴν τὸ ἐπὶ τὸ μὲν γεγέννηκε, τὸ δὲ γεγέννηται. Ib. B. 6. καὶ διὰ τοῦτο.) Sequentia dabit Plotinus initio cap. 8. Qui locus a nobis in observationibus diligentius expendetur. Ib. C. penult. αὐτοῦ πλάτ.) Lege αὐτῷ τῷ Πλάτ. cum Plot. Ib. D. 10. Τὸν μέλλοντα.) Loci hujus principium a S. Cyrillo laudatur, & excutitur eod. l. 8. cont. Julian. fol. 169. pag. A. cod. Manuscr.

Pag. 537. A. 1. ἡ τῶ πρώιαιτ.) Hæc, usqve ad τάυτης lin. 4. inclusive, omittuntur a Cyrillo, qvæ tamen negligenda non sunt.

Ib. A. 4. προσκαλεσάμενοι.) Male apud Cyrill. προσκαλεσάμενος. Ib. A. 6. ἐρχόμεθα ὅπως.) Sic legend. non ἐρχόμεθα δὲ ὅπως, ut apud eund. Cyrillum. Ib. A. 7. ἐκτείνων μὲν ἤδη, ὁ. δ. δ.) Sunt hæc ἀνδρὸς μάλα εὐλαβουμένου, qvæ tamen Cyrillus præterit.

Ib. A. 10. ὁ θεὸς εἷς.) Cyrill. θεὸς ὁ εἷς. Nec plura subdit ex Numenio, credo qvod seqventia minus Christiana essent. Ib. B. 6. ἀνάγεται, &c.) Rectius opinor, & magis Auctoris ex sensu legeretur, ἐπάγει τε ε. ε. τ. ι κ. ἐς ἐπωρέξατο ὕλης, qvam lectionem in versione seqvutus sum. Ib. B. 9. ἐστὶ δημιουργοῦντος.) Interpolatus hic locus est, qvem partim ex Manuscr. partim etiam ex Cyrillo, qvi paucula hæc prioribus subjungit, emendare licet. Sic ergo legend. καὶ τὸν δημιουργοῦντος ἢ θεοῦ χρὴ εἶναι, καὶ νομίζεσθαι πατέρα τ. π. θ. Ib. C. 5. ἐλεῖν τὸν λόγον.) Prorsus, ut Gallice, *prendre son discours*. Nec alia est qvæ seqvitur, ἄλλως τὸν λόγου. Cujusmodi tamen ἑλληνισμὸν apud veteres observare me vix memini. Seqvens dictio magis adhuc intricata. Ib. D. 3. κηδεύοντα, &c.) Obsecro, qvid istuc est, κηδεύειν θεὸν τοῖς ἀκροβολισμοῖς; Reddidi, perinde ac si legeretur, κηδευόμενα. Nam ἀκροβολισμοὶ qvidem, significare videntur, ἄκρας τὰς ἀκτίνων βολάς. Hæc tamen pag. seq. B. 4. totidem verbis repetuntur.

Pag. 538. C. 1. τὰ φοιτῶντα.) Lege τὸν φυτεύοντα. Ex seqventibus enim manifeste constat, primum Deum cum Agricola, secundum vero cum Satore conferri. Ib. C. 2. θεῶν.) Qvid si ἔχει? nisi forte hic etiam subintelligas διαφερόμενος. Ib. D. 1. θεῷ.) Legend. videtur οἷα δὴ θεῷ, vel al. simile. Ib. D. 2. νόμισμα κοῖλον.) Aptius, opinor, ἀργύριον, vel ἄργυρον κοῖλον diceret, qvod cælatum argentum Latini vocarunt, eod. fortassis ex capite Pollux l. 1. c. 1. sect. 15. hæc inter se conjungit, ut admodum affinia, κοιλᾶναι λίθον εἰς θεοῦ μορφήν, καὶ διαγλύψαι, καὶ διατυπῶσαι, καὶ διαξέσαι. Excavantur enim, qvæ cælantur, licet aliæ subinde partes emineant. Aristoteles Oeconom. l. 2. ubi Didalis Persæ factum commemorat, περιελθὼν, inqvit, εἰς αὐτὸ (s. τὸ χωρίον) ἔλαβεν ἐκ τῶν ἐόντων ἱερῶν, ὅσος ἦν κοῖλος ἄργυρος. ubi omnes κοῖλον ἄργυρον, argentea vasa accipiunt, qvod ea fere cava esse soleant. Causæ nihil video, qvamobrem ἀργύριον κοῖλον Plutarcho, sit argentum cælatum, ἄργυρος κοῖλος Aristoteli, non sit. Ita qvicqvid præcipue, ac veluti, κατὰ τὸ προηγούμενον, altius profundiusqve subsidit, etiamsi κατ' ἀκολουθίαν aliunde simul intumescat, id κοῖλον, aut κοιλαινόμενον dicebatur: ut κοίλη θάλαττα, & κοιλαινομένη, subsidens, ac dehiscens mare, Polluci, l. 1. c. 19. sect. 16. Ita κοῖλος ἰὼν fluvius dicebatur, qvi vel depressior, vel tumidior flueret. Ælianus l. 15. de Animal. c. 27. scribit in Ægypto, τοῦ ποταμοῦ κοίλου ῥυέντος, λοιμὸν γίνεσθαι. Qvæ Socratis verba sunt, ut constat ex Athenæo lib. 9. pag. 388. initio: ubi tamen λιμὸς scribitur, non λοιμός. Appage fluvios Cœlum, & Olyram, qvos etiam Casaubonus rejicit. Fluvius aut depressior fluebat, aut tumidior, qvam par esset; inde regioni fames. Nam si λοιμὸν ex Æliano retinemus, tumidiorem potius accipe, qvam depressiorem: Immodica enim eluvio, æstuante præsertim cœlo, facilius pestilentiæ causa esse potuit. Videant obiter ἐτυμολογισταί, num Latini Cœlum etiam qvasi κοῖλον dixerint; id enim propius fuerit, qvam cavum, unde hoc nomen arcessunt.

Ib. D. 3. τὰ δὲ θεῖα.) Affini plane sensu loqvebatur Seneca, epist. 41. cum diceret, *Prope est a te Deus, tecum est, intus est. Ita dico, Lucili, sacer intra nos Spiritus sedet, &c. Quemadmodum radii Solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt, unde mittuntur: sic Animus magnus & sacer, & in hoc demissus, ut propius divina nossemus, conversatur qvidem nobiscum, sed hæret origini suæ: illinc pendet, illuc spectat, ac nititur: nostris tanqvam melior interest.*

Pag. 539. A. 10. ἔσαι ἑστώς.) Forte scribend. ὁ θεὸς ἑστώς, ut de secundo Deo dicitur, ὁ θεὸς κινούμενος. Nisi forte per futurum illud tempus, ἀμετακίνητον στάσιν indicare voluit, qvæ de constantiæ suæ gradu, nullo unqvam tempore sit movenda. Atqve is Hebræorum idiotismus est, apud qvos futurum præsentis loco maxime usurpatur, ubi eandem semper suiqve similem rei perpetuitatem significant. Hinc illud Exodi 3. 14. *Ego sum qvi sum*, ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, Hebraice legitur, אהיה אשר אהיה *Ero qvi ero*: Et paulo post, *Qvi est, misit me*: ὁ ὢν Hebr. אהיה qvod verbat. sonat, *Ero, misit me ad vos*. Clemens Alexandrin. l. 2. Strom. pluribus id agit, uti Deo qvi perpetuo stet, erecto similiter & constanti animo serviamus. ὅπως Ἀβραάμ, inqvit, ἑστὼς ἦν κατέναντι κυρίου· καὶ τῷ Μωσῇ λέγεται, σὺ δὲ αὐτοῦ στῆθι μετ' ἐμοῦ. Qvo etiam Simonianorum Hæreticorum consvetudinem revocat, qvi suum illud Numen stantes venerarentur. οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα, inqvit, τῷ ἑστῶτι, ὃν σέβουσι, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. An forte, ut Platonici, primum hunc Deum ἑστῶτα, secundum vero κινούμενον putaverunt? Ib. C. 10. σῶμα τε ὁ αὐτὸ.) Qvod de secundo illo Numenius falso dicebat, id de Christiani hominis Animo, qvi cœleste qvoddam vitæ genus instituat, usurpari merito possit. Nec aliud spectabat Paulus cum diceret, *Conversatio nostra in Cœlis est*, aut cum homines Christianos, *cives Sanctorum, ac Dei domesticos esse cupiebat.* Ib. D. 4. διαχεῖσθαι.) Forte, διαχεῦσθαι, vel διακεχυθῆναι, ut cum seqventi ἀποπλαγχθῆναι conveniat. Ibid. D. 7. τῆς ὕλης.) Perspicuum glossema est, cum præcedat ὑπὲρ ταύτης.

Pag. 540. A. 10. ὑβρίζων.) Rectius ἐβρίζων, cum alter. Manuscripto. Ib. B. 4. Ἀμελίου.) De Amelio, nonnulla in Observationibus. Interea vero Theodoretum adi lib. 2. de Græcor. affect. pag. 33. & Cyrillum Alexandrin. lib. in Julianum 8. fol. 177. pag. 1. cod. Græci Manuscript. qvi ambo locum hunc Amelii proferunt: nisi qvod Cyrillus eum ex Porphyrio potius, sed Amelium suum laudante, qvam ex ipsomet Amelio, videtur hausisse. Ib. B. 9. ἀξιώσας.) Post ἀξιώσαν, addit Cyrillus εἶναι. Ibid. C. 1. καὶ ἀξία.) Ita reposuimus ex Manuscripto, cui similes Theodoretus & Cyrillus, cum perpe-

ram editum esset ἀταξία. Ib. D. 1. καταχθῆναι.) Cyrill. κατηνεχθῆναι.

Ib. D. 11. πρὸς τὸ ϑεῖον.) Hactenus B. Joannis verba in priori editione citabantur. nos tamen, qvod ita locus exigere videretur, reliqva ex Manuscripto addidimus.

Pag. 541. C. 8. περὶ τὸ πάντων βασιλέα.) Hic locus in Observationibus excutitur, ad pag. Eusebianæ hujus edition. 536. B.

Pag. 542. B. 4. λεγόμενον δή.) Paucula hæc leges in Timæo, sub initium pag. 527. versionis Ficini. Ib. B. 6. ἐξηγήσοιτ' ἄν.) Plato Ficini & Serrani, ἐξηγεῖται. qvibuscum & Manuscr. congruit. Hoc certe magis ex svavitate Platonis. Ib. B. 9. ἄρ' ἂν οὐ καί.) Extat locus lib 6. de Repub. pag. 478. Fic. Ib D. 2. ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι.) Hæc usqve ad οὐκ οὐσίας, ex Platone supplevimus, alioqvi pendebat illud μὴ μόνον, qvod præcesserat. Librariorum oculos, verborum παρεῖναι & προσεῖναι similitudo σαρήγαγε.

Pag. 544. C. 4. δεῖν συντετύχηκε.) Subobscura videtur hyppallage, pro δεῖ vel ἔδει συντετυχηκέναι. Ib. D. 2. ἀποδείκνυ.) Vox contrita Philosophis, ac viris eruditis pridem observata, hoc est, dialectico præsertim more aliqvid efficere, demonstrare, & simil. Qvo sensu, aliqvando τὸν λόγον adjunctum habet, aliqvando per se solum ponitur. Numenius hic ista conjunxit, ἐκ συλλογισμοῦ ἀποδιδόναι. Ib. D. 5 γὰρ τὸ κυκλικόν.) Mallem abesset τὸ γὰρ, ut postulat orationis nexus. Cæterum vel addenda vox λόγον, vel certe supplenda: κυκλικὸν autem λόγον appellat, opinor, vulgatam & Philosophorum ore tritam orationem, qvæ nihil admodum haberet exqvisiti, cujusmodi est qvod seqvitur, Bonum, Boni, adeoqve Artificis Numinis ideam esse. vide sup. p. 39. D. 13. ubi de Cyclicis Poetis.

Pag. 545. A. 4. οὕτω δὴ γεγενημένος.) Hæc fusius a Platone disputantur in Timæo, pag. 526. Fici. litera F. Ib. δηλονότι ὁ κόσμος.) Hæc Parenthesis Eusebii est. Ib. A. 8. ἴσως εἶναι.) Post hæc verba, multa seqvuntur in Platone qvæ prætermittit Eusebius. Paucula vero qvæ subtexit. leges ibid. pag. 527. C. Ib. B. 4. Διδύμου.) Notus ille est, de qvo hæc Suidas Δίδυμος, inqvit, Ἀτήιος, ἢ Ἀττιος χρηματίσας, φιλόσοφος ἀκαδημαϊκός, πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις β, καὶ ἄλλα πολλά. Ib. D. 11. ἡμέραν τε.) ἀπὸ κοινοῦ subintellige περί: nec enim vult, opinor, diem alium, aliamqve noctem cæteraqve similiter, tanqvam distinctas singularum creaturarum Ideas: sed illam duntaxat lucem, qva de Scriptura loqvitur, qvasi communem universi hujus Ideam, ante alia omnia divinitus, & qvasi προηγουμένως extitisse.

Pag. 546. A. 10. Τίς ἐξήγειρεν, &c.) Locus hic aliter in vulgatis Septuag. concipitur, Τίς ἐξ. ἀ. ἀ. δ. ἐ. ἀ. κατὰ πόδας αὐτοῦ, καὶ πορεύσεται· δώσει ἐναντίον ἐθνῶν; Dubium non est, qvin apud Euseb corrupta postrema sint. Nam & Hebraice legitur, לרגלו ad pedem ejus: & δώσει, pro δώσει, Hebr. יתן, vitiose scriptum est. Latin. Vulgat. pro justitiam, justum reddidit: licet enim צדק, proprie justitiam sonet, recte tamen significationis potius, qvam vocis rationem habendam putavit. Justum enim aliqvem Propheta indicabat, seu Cyrum, seu Abraamum seu, qvod mavult Hieronymus, Christum ipsum. Ib. B. 3. κοινὸς ἡμ. λόγος.) Ludit in ea voce λόγος, qvia vulgaris hic communisqve λόγος, i. superior hac de re tractatio, proprium illum singularemqve Λόγον, Verbum, inqvam, Divinum, humanæ naturæ conditione, nobis similem esse confirmavit.

Ib. B. 6. ἐγγυηθῇ.) In vulgat. edit. ἐγγυηθῇ, unico ac simplici. Ib. B. ult. εἰ δή.) Ita Manuscr. ex qvo, οἱ δή, alterius editionis vitium, corrigas. Ib. D. 11. εἰ δέ τις, &c.) Leguntur hæc apud Philonem, lib. de Mundi opificio, pag. 4. C.

Pag 547. A. 9. εἰ μείζων, &c.) Locum hunc emendabimus ex Philone, apud qvem ita conceptus est, ὁ μείζων ἐστὶ τῆς ἀνθρωπίνης, μίμημα θείας εἰκόνος δῆλον ὅτι ἐστὶ ἡ ἀρχ. &c. Ib. B. 7. τοῦ κόσμου.) Philo, τοῦ οὐρανοῦ. Ib. C. 2. ἀφιλόσοφον.) Philo add. τῷ ὄντι. Ib. C. 7. πρῶτον ὄν.) Philo, post has voc. ante ὁ ποιῶν inserit, περὶ τοῦ νοητοῦ κόσμου. *Ex mundi mente percepti exemplari*, vel, *ad mundi m. p. exemplar*, non, ut al. *in mundo intelligibili*. Ib. C. penult. καινόν.) Lege κενὸν ex Philone.

Ib. D. 8. ὑπερβάλλον.) Philo ὑπερβαλλόντως.

Ib. D. ult. τὰ κριτήρια.) Repone τῶν αἰσθητικῶν κριτηρίων, ex Philone

Pag. 548. A. 2. τὸ δὲ ἀόρατον, &c.) Philonem Eusebius decurtavit. Sic enim ille, τὸ δὲ ἀόρατον, καὶ νοητὸν, θεῖον λόγον, καὶ θεοῦ λόγον, εἰκόνα λέγει θεοῦ· καὶ ταύτης εἰκόνα, τὸ (Lege τὸ) νοητὸν φῶς ἐκεῖνο, ὃ θείου λόγου γέγονεν εἰκών, τὸ διερ. &c. Ib. C. 10. τοῦ ὄντως.) Legend. τοῦ πέμπτου. Ibi enim pag. 432. edit. Græcol. locus hic habetur.

Ib. D. 7. τὸ καλόν.) Rectius, qvam ut apud Clement. καλούμενον.

Pag. 549. A. 10. κατὰ τὰ γῆν.) Vera lectio, non καὶ τὰ γῆν, ut est apud Clement. Ib. C. 9. ψυχὴν διοικοῦσαν.) Plato Leg. 10. p 669. B Fici.

Ib. D. 7. ἐπειδὴ γάρ.) Ibid. Plato, p. 673. A. Ib. D. 10. πλειόνων δὲ τῶν μή.) Ficinus vertit, *& quidem plurium*: qvem sensum vulgata lectio ferre non potest, nisi dicamus, post μή, subaudiend. esse ἐναντίων, ut sensus sit, ἐναντία πλείονα εἶναι τῶν μὴ ἐναντίων, hoc est, κακὰ πλείονα τῶν ἀγαθῶν. Sed hæc mera videtur ἀκυρολογία. Cogitabam τινῶν, pro τῶν, rescribi posse; ut vellet Plato, in Cœlo duo tantum esse rerum genera, bonarum & malarum, non aliud qvicqvam ex utroq; qvasi temperatum, qvod pugnã illam vel tollere possit, vel lenire.

Pag. 550. B. 6. ὁ αἰών.) Hæc vox in vulgat. etiam Græcis legitur, qvam Latina Interpretatio non agnoscit. Ib. B. 11. ἀγγέλων θεοῦ.) Ita Septuaginta: cum cæteri omn. Interpret. habeant υἱῶν Ἰσραήλ, *filiorum Israel*: ut Hebr. בני ישראל.

Pag 551. A. 11. ἐν τῷ Ἀλκιβιάδῃ.) Priorem intelligit. v. p. 27. D. 5. edit Fic. Consule præterea lib. 10. de Repub. p. 516. D. ubi de ead. immortalitate disserit. Ib. B. 5. φαίνεται.) Hic, apud Platonem maxima distinctio est. Illud enim φαίνεται Alcibiad respondenti tribuitur. Inde Socrates alia perrogat, ab Eusebianis diversissima. Nostris tamen hærendum censeo, qvæ cum proximis & superioribus optime

conveniat. Præcessit enim apud Platon. Ἐννοήσας οὖν, ὅτι τοῦ ἐμβλέποντος εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τὸ πρόσωπον ἐμφαίνεται ἐν τῇ ἐξ ἐναντίας ὄψει ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ· ὃ δὴ καὶ κόρην καλοῦμεν, εἴδωλον ὂν τοῦ ἐμβλέποντος. (Qvo loco vitiose κορυφὴν, pro κόρην, editum arbitror.) Et paulo post. Ὀφθαλμὸς ἄρα, εἰ μέλλει ἰδεῖν ἑαυτὸν, εἰς ὀφθαλμὸν αὐτῷ βλεπτέον, καὶ τοῦ ὄμματος εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ τυγχάνει ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ ἐγγιγνομένη. &c. in qvibus comparationis hujus ἀπόδοσις. Ib. C. 6. ἡμῖν ἄν.) Seqventia leges in Phædone, pag. 385 B. Fici. Serrani autem 79. Ib. D. 2. ἄλλο δή τι.) Plato particul. δὴ non agnoscit. Ib. D. 3 τὸ μὲν σῶμα.) Plato τὸ μὲν σ.

Pag. 553 C. 9. μελετῶσι, &c.) Periodus Platonico more producta, suspensa, impedita.

Pag. 554. D. 10. καὶ αὐτοῦ.) Qvid si καὶ ἁπλῶς, vel καὶ λυτοῦ, qvæ voces paulo post adhibentur.

Pag. 555. B. 8. περιαιρεῖν.) Alias περιαιρεῖν, circumcidere, aut omnino tollere est; hic ut videtur, περιλαβεῖν, sed καταλαβεῖν. Ib. B. 9. ὃν πεποίηκε.) Dubitari non potest, qvin desideretur aliqvid. Forte subaudiend. ὡς αὐτὸν ἀποδέχεται, vel ὡς διεξέρχεται, aut al. simile. Nisi malis qvod alt. Manuscript. repræsentat, περιαιρῶν ὁ βοηθὸς, ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου γεγραφότος, nec Imperativum ἐπακούετε agnoscit.

Ib. C. 8. Κροτωνιάτης Φυσικός.) Pythagoras, credo. Nam Crotone potissimum, Italicæ Philosophiæ scholam, ut constat, aperuit, & pro animorum immortalitate studiose acriterqve pugnavit.

Pag. 557. D. 6. Πᾶν τὸ γιγνόμενον.) Platonem consule in Timæo, pag. 520. D. Fici.

Ib. D. 9. ὁ κόσμος.) Rectius Plato & Manuscr. ὁ κόσμος.

Pag. 558. A. 3. περιληπτά.) Plato inter hanc vocem & seqvent. inserit μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα.

Ib. A. 5. δημιουργόν.) Plato πατέρα.

Ib. C. 5. ἐξ ὧν λόγον.) Idem Plato ibid. pag. 529 G. Fici. Ib. C. 9. φυλακὴν χρόνου.) Plato & Manuscr. Euseb. inserunt ἀριθμῶν.

Pag. 559. B. 11. ξυνεστήσατο οὐρανόν.) Plato ibid. pag. 527. F. Ib C. 7. χρόνος ὤν.) Plato pag. 529. E. Ib. C. 9. Plato. 530. G.

Ib. ult. ἐμοῦ γε θελ.) Ita etiam Plato. Ad Manuscript. Euseb. ἐμοῦ γε μὴ θελ. Qvam lectionem seqvutus est Cicero, cum locum istum verteret. Ib. D. 8. ὅτι ἐγίγνεσθε.) Manuscr. ὅτι ἐγιγ. recte. Nam & Plato ὅτ' cum apostrophe. Ib. τὸ γὰρ πᾶν.) Plato in Politico, pag. 174 G. Ib. D. 11. προσδόμενος.) Γρ. & Plato προσδεόμενον, qvod magis placet. Ib. D. ult. εἰληφός.) Plato εἰληχός.

Pag. 560. A. 1. πάλιν.) Plato melius, ἀνάπαλιν.

Ib. A. 2. γεγονέναι.) Plato, & Manusc. Euseb. γέγονε, sine interrogatione, qvæ vera lectio est. Ib. A. 3. Διὰ τὸ ποῖον δή, &c.) Ita rescripsimus & distinximus ex eod. Platone, apud qvem ista, Διὰ τὸ ποῖον δή; Socrati; qvæ seqvuntur, Hospiti cum eo disputanti tribuuntur. Ib. A. 6 δὲ φύσις.) Ita Plato & Manuscr. Prior editio, inter utramqve vocem, inserebat ἐστι. Ib. ὃν δή.) Γρ. & Plato ἐνόν. Elige. Ib. B. 1. ἀνακυκλήσεις.) Ficinus reddit *circuitum*: *revolutionem* malui, qvæ vox mutationem & regressum involvit, de qvo ibi Plato. Ib. D. 4. ἐπισκευαστόν.) Ficinus *præparatam*. Ego, *subinde instauratam*. In eo enim Plato est, ut mundum sibi permissum deficere, ac propemodum interire, mox diviniore manu gubernatum instaurari denuo, & qvasi reviviscere doceat. Habet igitur immortalitatem, non αὐτόθεν, aut ἰσχυρὰν ὄντως ἀεὶ, sed ἐπισκευαστήν, qvæ subinde qvodammodo sarciatur.

Ib. C. 5. δι' ἑαυτοῦ.) Rectius, qvam ut in Platone, ἑαυτόν. Ib. C. ult. λογιζόμενοι δή.) Melius Plato, λογισάμενοι δή.

Pag. 561. A. 9. καθεστηκυίας.) Ita Plato & γρ. Euseb. recte. Perperam enim legebatur καθεστηκυῖα.

Ib. B. 7. φύσεις δέ.) Platonem consule in eod. Politico, pag. 175. E. Fici.

Ib. C. 1. ὅτι τὸ μὲν, &c.) Ficinus ita vertit, *qvod illis temporibus nihil genus hoc ex sese propagabat*. vereor, ut satis apte. Ib. C. 3. τὸ γηγενὲς, &c.) Hæc etiam Ficinus obscurius. *Qvod autem dicitur, qvandoqve genus ortum ex terra fuisse, hoc ea tempestate fuit rursus ex terra conversum*. Qvid enim est, rursus ex terra converti? Ib. C. 7. πλαστούσῃ.) Ita recte Plato & Manuscr. Editum pessime fuerat πλαστοῦσι. Ib. πλαστεῖα.) Plato πρότερα. Melius & significantius. Qvæ verba sic Ficinus, *qvi statim post primam revolutionem orti sunt*, qvo unico membro Græca duo complexus est. Ego utrumqve exprimere sum conatus.

Pag. 562. A. 4. ἐπειδή.) Plato in eod. Politico, pag. 176. C. Ib. A. penult. πεσούσης.) Active sumpsit, pro βαλούσης, raro admodum exemplo. Ib. D. 10. ταῦτα τοίνυν.) Seqventia leges apud eund. Platon. lib. de Repub. 10 pag. 518. F. Ib. D. ult. ἑκάτερον.) Probum videlicet, atqve improbum.

Pag. 563. A 6. Ἦρος τοῦ Ἀρμενίου.) Erem istum, Armenii filium, proprioqve nomine Zoroastrem dictum esse tradit Clemens Alexandr. Stromate 5. p. 436. D. edit. Græcolat. Qvem locum Noster infra laudat, pag. 675. D. De hoc ita Macrobius lib. 1. in somn. Scipion. cap. 1. *Sed ille Platonicus secretorum Relator*, inqvit, *Er qvidam nomine fuit, natione Pamphylius, miles officio: qvi cum vulneribus in prælio acceptis vitam effudisse visus, duodecimo demum die, inter cæteros unaperemptos, ultimo esset honorandus igne: subito, seu recepta anima, seu retenta, qvicqvid emensis inter utramqve vitam diebus egerat videratve, tanqvam publicum professus indicium, humano generi nuntiavit*. Ejusdem meminit Valerius Maxim. l. 1. cap. 8. Sed Eris, pro Eri, reponendum est. Vide etiam B. Justinum Martyrem in Parænetico, Origenem contra Celsum, lib. 2. p. 72. & Plutarchum lib. 9. Sympos. Problem. 5. ubi Ἁρμόνιος, pro Ἀρμένιος, Eris Pater dicitur: ipsum autem Erem, male Ἥρα scriptum reperies. Ib. B. 3. δαιμόνιον.) Ficinus vertit, *dæmonum*: ego, *admirabilem*, malui. Qvæ enim rara, nova, inusitata, in utramqve partem, ea δαιμόνια vocari solent. Ib. D. 2. Αντύλλω.) Hunc Plutarchi locum non reperio. Similem tamen reperio in opusculo de sera Numinis vindicta, pag. 563. de Thespesio qvodam Solensi multo recentiore, qvi τριταῖος ἤδη περὶ τὰς ταφὰς αὐτὰς ἀνήνεγκε, ac dein-

ceps, cum πάνυ ἀχλάδως ante vixiſſet, ἄπιστον ἵνα τὸν βίον τὴν μεταβολὴν ἐποίησεν. Is Aridæus antea vocabatur, Θεσπέσιος poſtea vocatus eſt, qvod μοῖρα ἦν θεῶν eum in locum, ſolo τῷ Φρονεῖν, i. ſola mente, adſpiraſſet. vide ſi lubet cætera, ſane qvam longa. Qvi plura volet de παλιμβίοις iſtis, adeat Plinium hiſtor. lib. 7. cap. 52. Valerium Maxim. lib. 1. cap. 8. de Attilio Aviola Conſulari, & L. Lamia Prætorio. Itemqve Fulgoſum lib. 1. cap. 6. ubi multa id genus exempla commemorat, duoqve in primis huic Plutarchi Antyllo plane ſimilia: alterum Curinæ cujuſd. Hipponenſis, qvi cum mortuus putaretur, excitatus repente, Curinam alterum fabrum ferrarium indicavit, eumqve, non ſe, morti addictum eſſe narravit. Alterum Stephani Romani, cujus loco alter item Stephanus a Judice nominatim poſtulatus, interiit. Similia narrat Phlegon Trallianus de Mirabilibus & longævis.

Pag. 546. D. 1. ἀλλὰ μέν τοι.) Plato in Phædone, pag. 398. D. Fici. Ib. D. 9. πέπεισμαι.) Melius qvam πέπυσμαι, ut apud Platon. Nam paulo poſt, hoc eſt verſu ab hinc 3. idem πίπυσμαι repetitur.

Pag. 567. A. 4. ὧν τὰ πολλά.) Plato ὄντα πολλὰ πλῆθει. longe melius. Ib. A. 5. πολλαχοῦ.) Plato πανταχοῦ. Ib. B. 3. κρεῖσσον ψυχῶν.) Vide Triſmegiſtum in Æſculapio, cap. 10. non abſimilia diſputantem. Ib. C. 4. Τρίτος ἢ ποταμός.) Adi Phædonem, pag. 400. C. Fici. Qvi locus citatur etiam a Theodoreto lib. 11. de Græcor. affectionibus pag. 154. lib. Græcolat. Ib. C. penult. κύκλῳ.) Ita Plato & Manuſcr. recte, non κύκλος, ut ante.

Pag. 569 A. 4. καμάτων.) Plato συνιάτων. Omnino Euſebius καμάτων legit, qvemadmodum & Theodoretus, ut conſtat ex primo verſu literæ D, infra hac pag. ubi eadem vox & repetitur, & cum ſcripturæ verbis componitur. Ib C. 2. τίς ἀναγγελεῖ, &c.) Ita Septuaginta. Vulgatus longe diſſimilis. *Qvis poterit habitare de vobis cum igne devorante? aut qvis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis;* Hebraice, מי יגור *qvis habitabit?* Septuag. credo legerunt מי יגיד qvis nuntiabit? In fine verſus, pro ardoribus ſempiternis, Hebr. מוקדי עולם, foci æternitatis, Septuag. legisſe videntur מקום, i. locus.

Pag. 573. B. ult. εἰ αὖ τὸ εἶναι.) Plato 1. leg. pag. 569. A. Fici.

Pag. 574. B. 1. σὺν τῷ νῦν.) Plato ibid. 567. B. Fici. Ib. C. 3. πιστὸς ἀνήρ.) Hæc ead. Theodoretus, lib. 1. de curand. Græcor. affectionib. pag. 13. ubi αὐταρύσασθαι legitur, pro αὐτηρύσασθαι. utrumqve placet. Porro ibi fides, pro fidelitate potius accipitur, qvam ea virtute, unde Chriſtianis Fidelium nomen impoſitum. Nec alia mens videtur teſtimoniorum, qvæ paulo poſt ex Evangelio proferuntur.

Pag. 575. B. 6. εἰς ἵνα γάρ.) Plato leg. 11. pag. 680. G. Fici. Ib. B. 9. καὶ τῶν κατά.) Plato ἢ τῶν κατ', rectius Malim tamen utramqve vocem adhiberi ἢ καὶ τῶν κατά.

Ib. D. 8. λόγον δέ.) Plato, lib. 2. de Republ. pag. 429 D. Fici.

Pag. 576. B. 7. σὺν τῷ νῦν οἶδ'.) Plato ibid. E.

Pag. 577. A. 8. ἀκμῆ δή.) Plato in Georgia, pag. 312. E. Fici. Ib. B. 3. ἢ μὴν δικαίως.) Multa hanc in rem diſputat idem Plato, lib. 10. de Republ. pag. 519. Fici. Ib. C. 2. ἔρημοι πάντων, &c.) Ficinus hæc de reo ipſo, aut judicium ſubeunte accipit, non de Judice. Eqvidem id qvoqve mallem, ſi verba paterentur. Paterentur autem, ſi pro καταλείποντα, ſive καταλιπόντα, qvod habet Plato, legeretur καταλειπόντων vel certe ἔρημον in ἐρήμων, & καταλιπόντα in καταλιπόντος mutaretur. Verum qvidem eſt, nudum etiam a Platone Judicem poſtulari; ſed oculis, auribus, & corpore toto nudum. paulo enim ante præceſſerat, καὶ ἅμα καὶ αὐτοὶ ἀμπεχόμενοι δικάζουσι, πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς αὐτῶν, ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα, καὶ ὅλον τὸ σῶμα προκεκαλυμμένοι. Qvod autem hic ait, propinqvorum ſuorum comitatu nudos eſſe oportere, meo judicio, reis potius, qvam Judicibus conveniat. Illa qvoqve ſpecies, & pompa qvædam exterior, in reo potius, qvam in Judice metuenda. Ib. C. 10. οὐδὲν ἧττον.) Plato, οὐ πολὺ ἧττον. Et paulo poſt, ὥσπερ pro ὥσπερ, & particulam καὶ delet, ante τὸ φύσει.

Pag. 578. C. 9. ἰάσιμα ἁμαρτήματα.) Hauſit hinc Syneſius, qvæ in epiſt. 40. effundit, qvibus Joannem illum parricidii ſuſpectum hortatur, ut voluntaria pœna, futuri ſupplicii gravitatem ac perpetuitatem redimat. Ἐὰν γὰρ λέγῃν, inqvit, (τι πολλοῖς ἱματίοις) ἐρρωμένως οὕτως ἐκφυσιωθεῖσα διὰ τὸ βάθος, ὡς ἀναπόπλυτος εἶναι· καὶ φθάνει διαφθαρεῖσα, πρὶν εἰς τὴν φύσιν ἐπανελθεῖν, ὅτι τὸ πάθος αὐτοῖς γέγονε φύσις, ἢ διὰ χρόνου πλῆθος, ἢ διὰ μέγεθος. οὕτω δὴ ἴσχυσεν ἡ ψυχή, καλῶς αὖ εἴληχεν εἶναι ἀρετῇ· νῦν δὲ τὰ μὲν ἁμαρτήματα λόγον ἔχει πρὸς τὰς αἰσχπλύτους κηλῖδας· ἡ ψυχὴ δὲ οὐκ ἔπαρεῖς δοίμαιον ἐκεῖνο, τὸ πιναρόν τι, καὶ οὐκ ἀντέχον· ἀλλ᾽ ἀθάνατος οὖσα, τίνει δίκην ἀθάνατον, ὅταν ἁμάρτῃ ἀδιόρθωτά τι καὶ ἀνανίπτα. ἀλλ᾽ ἐν ᾧδέ γε τις ἥμαρτε βίῳ, δίκας διδῷ, οὐ πάνυ προεστηκὸς ἔχει καὶ προσοίζησαι τὸ πάθος, ἀλλ᾽ ὡς ἂν εἴποι τις, δευσοφὴς οὖσα ψυχή, τάχιστα πλύνεται, &c. Ib. D. 4. παραδείγματα γίνεται.) Qvalis ille, qvi apud Virgil. in 6. ſuccla mabat aſſidue,

Diſcite Juſtitiam moniti, & non temnere Divos.

Qvibus autem παραδείγματα? Mortuis, qvi, ex Platone, revicturi denuo.

Pag. 579. B. 6. χαλεπὸν γάρ.) Clemens Alexandrin. in Protreptico, ubi de Imperatore, qvi Antinoum Ganymedem ſuum conſecrari juſſerat, οὐ γὰρ κωλύεται ῥᾳδίως ἐπιθυμία, φόβον οὐκ ἔχουσα. Ib. C. 4. κακοὶ γίγνονται.) Apud Platonem, hunc locum ita conceptum leges, κακοὶ γίγνονται τῶν δυναστῶν. Οὐδὲν ἐνδέχεται, ἀλλ' ἂν, &c. Ib. D. penult. ...) Vox utiqve Chriſtiani hominis ore ſenſuqve digniſſima, qvæqve vecordem ac ſtolidam nonnullorum ſecuritatem & fiduciam jugulat.

Pag. 580. A. 9. Καὶ ὀνειδίζω σε, &c.) Syneſius epiſt. 44. Platonico ex Genio, Καὶ τίς ἂν γένοιο, τοῦ σώματος ἐξελθών, εἰ ὑπὸ βιαίας δίκης, εἴτε ἑτέρως τρόπον. κἄπειτα αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῷ τῇ ψυχῇ θεασάμενος, οὐκ ἴσως ἀρνεῖσθαί σοι γλῶτταν, ἀλλ᾽ ἐκκεκολαμμένον ἔχων τὸ ... τὸ τῆς πράξεως; οὐκ ἰλιγγιάσεις; οὐκ ἀποστρέψεις, ἐλέγχοντι σιγῶν καὶ ἐκκλίνοντι τῇ δίκῃ. καὶ οὐ, καὶ γὰρ καὶ ... οὐ προσκαθαίρει ... &c. Ib. οἷός τε εἶ.) Plato οἷός τε ἔσῃ, qvod rectius videtur.

Ib. C.6. *ἀπολαβεῖν οἴει.*) Non auro contra cara est hæc Platonis oratio, qvam noluissem ab Eusebio decurtari. Addit enim hæc non minus illustria, *ἐὰν δέ τις κατά τι κακὸς γίγνηται, κολαστέος ἐστί. καὶ τοῦτο δεύτερον ἀγαθὸν, μετὰ τὸ εἶναι δίκαιον, τὸ γίγνεσθαι, καὶ κολαζόμενον διδόναι δίκην· καὶ πᾶσαν κολακείαν, καὶ τὴν περὶ ἑαυτὸν, καὶ τὴν περὶ τοὺς ἄλλους, καὶ περὶ ὀλίγους, καὶ περὶ πολλοὺς φευκτέον. Ἐμοὶ μὲν οὖν πειθόμενος, ἀκολούθησον ἐνταῦθα, οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις, καὶ ζῶν, καὶ τελευτήσας· καὶ ἔασόν τινά σου καταφρονῆσαι, ὡς ἀνοήτου, καὶ προπηλακίσαι, ἐὰν βούληται· Καὶ ναὶ μὰ Δία, σύ γε θαῤῥῶν πατάξαι τὴν ἄτιμον ταύτην πληγήν· οὐδὲν γὰρ δεινὸν πείσῃ, ἐὰν τῷ ὄντι ᾖς καλὸς κἀγαθὸς ἀσκῶν ἀρετήν.* Hæc Plato, qvem seqvutus epistola 44. Synesius, *ἀλλ' ἀνδρειότερον, ὦ γενναῖε, γενναῖος γὰρ εἶ· καὶ τοῖς μὲν ἡδονῶν ὑπερορατέον, ἃς ἀδικοῦντες ἐπαγγελλόμεθα, τοὺς δὲ ἀνθρώπους οὐκ ἀγνωστέον· ἀλλὰ τῷ δικαστῇ μὲν ὁμολογητέον τὴν πρᾶξιν, ἀξιωτέον δὲ τῆς παραυτίκα τίσεως, τὰς κάτω ποινάς. Μέγιστον γὰρ ὄντος ἀγαθοῦ, τὸ μὴ ἁμαρτεῖν, δεύτερον ἀγαθὸν τὸ δικαιωθῆναι· ὅστις δὲ χρόνον πολὺν ἀδικῶν ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν ἀτυχέστατον, οὗ μήτε θεὸς, μήτ' ἄνθρωπος κήδεται.* Audi & Senecam epist 76. (SS. enim Patrum voces hic omitto.) *In illo loco*, inqvit, *in qvo vir bonus discitur, paucissimi sedent: & hi plerisqve videntur nihil boni negotii habere qvod agant; inepti inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus. Æqvo animo audienda sunt imperitorum convicia, & ad honesta vadenti contemnendus est iste contemptus.*

Pag. 581. A. 5. *εὐλαβοῦ.*) Hæc Plato, Epist. 2. ad Dionysium. pag. 707. E. Ficini vers. qvæ laudantur etiam a Theodoreto lib. 1. de Græcor. affect. qvi est de Fide, pag. 19. ubi pluribus hoc ipsum Argumentum tractat, qvam parce graviora mysteria, cum plebejis aut rudibus ingeniis communicanda sint. Clemens Alexandr. strom.5. *Οἱ θεολογήσαντες*, inqvit, *βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες, τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο, τὴν δ' ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ συμβόλοις, ἀλληγορίαις τε αὖ καὶ μεταφοραῖς παραδεδώκασιν.* Hinc & nostra fides Apostolo, *ἐν μυστηρίῳ ἀποκεκρυμμένη*, *ἵνα*, inqvit Clemens, *ζητητικοὶ ὑπάρχωμεν, καὶ προσαγρυπνοῦμεν ἀεὶ τῇ τῶν σωτηρίων λόγων εὑρέσει.* Hinc illa apud Philosophos *τῶν ἐξωτερικῶν*, qvæ popularia magis & obvia, ab *ἀκροαματικοῖς* & *ἐποπτικοῖς*, qvæ purioribus tantum & acutioribus oculis pateant, accurata distinctio, qvam ibid. Clemens pluribus perseqvitur. Lege si libet Francisc. Patritium, Disputat. Peripateticar. Tomo 1. lib. 6. tuam affatim cupiditatem explebit. Ib. C. 5. *Καὶ δὴ καί.*) Locum hunc Platonis, sexto Legum reperire non potui. At lib 7. de Repub. pluribus ab eo de necessaria Magistratibus scientia disputatur.

Pag. 582. C. ult *οὐκοῦν ὦ Θρασύμαχε.*) Plato, lib. 1. de Repub. pag. 417 G. Fici.

Pag. 583. B. 3. *τὸν δ' ἄν.*) Plato 2. de Repub. p. 423. B. Ib. C. 9. *ὢν δὲ δίκαιος.*) Verba hæc a librariis prætermissa, ex Platone supplevimus.

Pag. 584. D. ult. *Ὅτι ἐγένετο.*) Plato in Convivio, pag. 328. A. Porro fabulæ hujus explicationem apud Plotinum leges, Ennead. 3. lib. 6. a capite 6. ad libri finem. Summa est. Venerem *τὴν ψυχὴν* esse docet: Porum, *τὸν πάντων λόγον*: Jovem *βασιλικὸν νοῦν*: Pori ebrietatem *λόγον ἀπὸ κρειττόνων ἀρχῶν πεσόντα εἰς ἐλάττονα*: Jovis hortum, qvod hortus omnis *ἀγλάϊσμα* sit, *καὶ πλούτου ἐγκαλλώπισμα*, aliud esse nihil, qvam *τὰ παρ' ἐκείνου εἰς τὴν ψυχὴν ἐλθόντα ἀγλαΐσματα*, hoc est, *τοὺς λόγους, τοὺς παρ' αὐτοῦ ῥυέντας.* Amorem, Ipsum Animæ desiderium *πρὸς τὸ κρεῖττον*: Ex Poro & Paupertate natum, qvia *μετέχει μὲν ἐνδείας, ᾗ πληρωθῆναι θέλει, οὐκ ἄμοιρον δ' εὐπορίας ἐστὶν, ᾗ οὐκ ἔχει τὸ ἐλλεῖπον ζητεῖ.*

Pag. 585. C. 10. *δεῖ δὲ πρῶτον,*) Plato in eod. Convivio, p. 322. Fici. Ib. D. 11. *ὦτα.*) Plato *ὦτα* sed linea seqvente, habetur *ὦα.* Sunt qvibus *ζῶα*, vel *νῶτα* placeat: Ego nihil mutandum putavi. non qvod aures bifariam secari dixerit, sed qvod eadem facilitate partem utramqve Jupiter diviserit, qva geminæ aures postmodum condiendæ secarentur.

Ib. D. penult. *τέμνει.*) Ita Plato, & recte, *ἡμῶν* enim in al. editione perperam legebatur.

Pag. 586. B. 2. *Θεὸς ἐνεμεν.*) Plato in Politico, p. 175. H. Fici. Ib. D. 2. *ἄρξαντος.*) Ita etiam Plato. Ficinus tamen vertit, *expediti.*

Ib. D. 7. *Εἰ μὲν τοίνυν.*) Idem Plato ibid. pag. 176. B. 1.

Pag. 587. A. 10. *ὥστε γε κατ'.*) Melius, ut videtur, qvam apud Platonem, *ὥστε κατά.*

Ib. C. penult. *ἆρ' οὖν.*) Plato lib. 3. Leg. pag. 585. C. Fici.

Pag. 589. A. 2. *Πῶς δὴ οὖν.*) Plato, Lib. 1. Leg. pag. 567. F. Ib. B 10. *αὖ τοῖν.*) Ita recte Plato vocem utramqve distingvit, male conjungebat prior editio. Ib. B. 11. *ἀγαθῶν.*) Plato *ἀγαθόν.* Ib. *φρονήσεις.*) Glossema videri possit. Plato tamen, ejusmodi voces, minus sæpe necessarias inculcare solet. Ib. C. ult. *βλέπει*) Plato *βλέπειν*, qvod magis probo. Qvæ seqvuntur, trajecta nonnihil videntur. Itaqve legere malim *βλέπειν. Μετὰ δὲ ταῦτα, περὶ τοὺς γάμους ἀλλ. ἐπιμ. ἐν ταῖς τῶν παίδων*, &c. Ib. D. 7. *ὁμιλίαις.*) Ita hoc membrum a seqventib. distingvendum: secus non levis est sententiæ futura perturbatio, ut ex Ficini versione constare potest. Nam qvæ seqvuntur, ita reddit: *Contra vero dolores, voluptates, & cupiditates, in omni conversatione vituperet*, &c. Atqvi nolebat Plato dolorem omnem, aut omnem animi commotionem reprehendi, sed potius qvod in qvaqve rectum laudari, vituperari contra qvod vitiosum, ut ex disputationis contextu manifeste patet. Ib. D. 15. *ἀληθοῦς δόξης.*) Ficinus, *vera opinione.* Sed qvæ tandem vera hæc opinio? & si qva est, qvid eam inter prudentiamqve discriminis? *δόξα* hic opinor, gloria est, multa enim Plato de laude honestis actionibus tribuenda disputaverat: adeoqve proxime ante *κλέους*, in eo præcipue versatus erat.

Pag. 590. A. 6. *τάξιν εἰληφότα.*) Ficin. *& qvonam ordine posita pateant illi.* &c. Vereor, ut Platonis ex mente. Hæc enim ex superioribus intelligenda sunt, ubi de ordine, qvo statui leges oporteret, disputatum erat: qvem ipse ordinem in Cretensium & Lacedæmoniorum legibus aperiri vellet, qvi peritus notus ac perspectus haberetur, aliis tamen perobscurus esset. Ib. 8. *ἄλλοις δ' οὖν.*) Prorsus, ut nos vernacule, *a nous autres.* Qvem

etiam idiotismum apud Demosthenem non semel leges: ut in Mediana, τῶν ἴσων ἢ μετέχε τοῖς ἄλλοις ἡμῖν. Id. Plato non Thæteto, ἡμῖν ἢ τοῖς ἄλλοις, περὶ τ̃ ἀπὸ κρίσεως, τίς περι οὐκ ἐστι κριταῖς γίνεσθαι; Ib. A. 10. τὴν βασιλείαν, ἢ δικαιοσύνην.) Addidisset βασιλ. τ̃ Θεοῦ, ἢ δικ. αὐτ., ut est in Evangelio. Ib. C. 4. λέγω ἄν.) Plato lib. 1. Leg. pag. 572. Fici.

Pag. 591. B. 5. Μὴ τείνω.) Plato ibid. G.

Ib. B. 9. ἐνίοτε τις.) Mallem ἐνίοτε τῶν τις.

Ib. C. 1. μάλιστα, &c.) Plato sic, μάλα πάντα δ. ἀνθρώπων φύσιν: Qvod magis probo.

Ib. C. 3. εἶναι παιδείας.) Qvæ seqvuntur apud Eusebium, usqve ad alterum παιδείας, apud Platonem reponenda sunt.

Ib. C. 9. ὡς ἐμοὶ φαίνεται.) Et hoc rectius videtur, qvam apud Platonem, ἐξ ὧν φαίνεται.

Ib. D. 10. κ̃ δύναμιν.) Verba superflua, qvæqve Plato non agnoscit.

Ib. D. penult. παιδείας.) Idem Plato lib. 2. Legum, initio, pag. 575. F.

Pag. 592. A. 3. λόγον λαμβάνειν.) Id malim, qvam λόγῳ λαμ. seqvitur enim, λαβόντων ἢ τ̃ λόγον, qvod etiam agnoscitur à Platone.

Ib. A. 4. συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, &c.) Ficin. *Rationi consentiant, propter superiorem bonorum morum consvetudinem*, qvasi esset τῷ ἐθίζ., vel διὰ τὸ ἐθίζ. Vide num id Plato velit.

Ib. 5. αὐτῆς.) Hinc Platonem corrigas, apud qvem male, αὐτῆς δ' ἡ συμφ. Ib. A. 7. τεθραμμένον.) Nescio qvo pacto in marginem irrepserit, qvod ibi notatur, apud Platon. esse τετραμμένον. Apud illum enim, tam in Ficini, qvam in Serrani editione, qvemadmodum & in omnib. Manuscr. habetur τεθραμμένον. Mihi tamen, τετραμμένον aptius videretur; qvid enim est τὸ τῆς ἀρετῆς τεθραμμένον περὶ τὰς ἡδονάς. Ib. C. 12. ἀσεβείας.) Legend. εὐσεβείας, aut certe εὐσεβείας ἢ ἀρετῆς ἀνάληψιν.

Pag. 593. A. 4. Θεῷ δή.) Plato 6. de Repub. pag. 475. G. ubi legitur, θείῳ δὴ καὶ κοσμίῳ.

Ib. C. 2. ἀλλ' ἄνθρ.) Hæc Ficinus cum interrogatione conjungit, minus, opinor, Platonis ex sensu. Idem enim est, qvi cum id paulo difficilius esse dixisset, Philosophis tamen longe facilius esse confirmat.

Ib. C. 3. διαδεῖξαι.) Id malim, qvod διαδεικνύειν, qvod apud Platon. legitur, cum ὅτι præcesserit. Ib. C. 4. ἐθελήσαιεν ἄν.) Omnino sic legendum ex Platone, & Manuscr. vitiosa enim prior editio, ἐθελήσαιεν. Ib. D. 7. ὅ δή.) Ita recte Plato, non τὸ δή, ut in priori editione.

Pag. 594. A. 7. Δοκεῖ μοι.) Plato, lib. 1. Leg. pag. 578. E. Fici. Ib. B. 7. τεθραμμένοις.) Plato πεπεισμένοις: qvod eo magis probandum videri possit, qvod paulo post seqvatur, οἷος ὁ γέρων, qvasi unus sit hic senior, ex illis ὑπὸ τῶν νόμων πεπεισμένοις. Ib. B. 10. αἱ ᾠδαὶ καλοῦμεν.) Hiulca, pendens, & attico, maximeqve Platonico more intricata simul, & trajecta oratio. Nam illud qvidem, αἳ ᾠδαὶ καλοῦμεν, omnino pendet. Qvæ seqvuntur, usqve ad πράττεσθαι, parenthesi claudenda existimo: ita qvidem, ut γεγονέναι, καλεῖσθαι, πράττεσθαι, posita fuerint, pro γένοιντ' ἄν, καλοῖντο, πράττοιντο, vel (qvod Platoni, Demostheni, & aliis ἀττικωτέροις familiarissimum est) pro Imperativis usurpata. Consule, si placet, Ficini versionem. Ib. D. 2. ἐν τῷ ῥυθμοῖς σχήματα, &c.) Ficini. *Tam figuris rerum rhythmis, qvam accentu harmoniæ.* Σχήματα, seu σχήματα, hic, & alibi passim, certi qvidam corporis motus, qvos in saltationibus edebant in numerum; Latinis staticuli dicebantur. Aristoteles lib. de Poetica, οἱ ὀρχησταὶ διὰ τῶν σχηματιζομένων ῥυθμῶν, μιμοῦνται καὶ ἤθη, καὶ πάθη, καὶ πράξεις. Aristophanes Pace, Μελανθίως πρὸς θεῶν Πρᾶγμα κάλλιστον διεξήειρηται διὰ τὰ σχήματα. Ib. Ἀλλ' ἔγωγ' ἐν σχήματί τι βούλομαι. Id erat λέγειν κ̃ τὴν ὄρχησιν, i. ipso gestu motuqve corporis, aliqvid inter saltandum venuste ac decore exprimere, ut loqvitur Athenæus lib. 14. Qvid ῥυθμοῦ nomine Plato intelligat, ex toto illo lib. 2. de Legib. cognosci potest, maximeqve pag. 580. F. dum ita statuit, τῇ δὲ τῆς κινήσεως τάξει, ῥυθμὸς ὄνομα εἴη. Tum de harmonia, τῇ δ' αὖ τῆς φωνῆς, τοῦ τε ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκεραννυμένων, ἁρμονίας ὄνομα προσαγορεύοιτο. Et pag. 582. E ubi voces illæ σχῆμα, μέλος, ῥυθμός, clarius usurpantur: οὐ γὰρ ἄν, inqvit, ἐκεῖναί γε (Musæ) ἐξαμάρτοιέν ποτε τοσοῦτον, ὥστε ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι, τὸ χρῶμα γυναικῶν ἢ μέλος ἀποδοῦναι, ἢ μέλος ἐλευθέρων αὖ ἢ σχήματα συνθεῖσαι, ῥυθμοὺς δούλων καὶ ἀνελευθέρων προσαρμόττειν. Ib. D. 11. Τοὺς ποιητάς.) Plato eod lib. 2. de Legib. pag. 579. A.

Pag. 595. B. 6. τρίτον ἢ πλοῦτος.) Platonem seqvutus sum, apud qvem legitur, τρίτον ἢ ἰσχὺς, τέταρτον ἢ πλοῦτος. Ib. C. 3. ὡς ταῦτα δὴ ξύμπαντα.) Huc pertinent illa Synesii orat. de regno, pag. 8. ubi cum τὰ θυραῖα τῶν ἀγαθῶν, Platonico & Aristotelico more ὀργανικὰ vocavisset, utpote ὑπηρετεῖν εἰδότα κακίαις ἢ μὴ, ἢ ἀρεταῖς ita proseqvitur, ὥστε δὲ ἂν ὁ χρῆς ἄξιον, ἀπεῖναι τ̃ φαύλῳ τὰ ὄργανα, ὅπως ἀνέργητον ἔχῃ τὴν μοχθηρίαν ἢ τε παρεῖναι τοῦ καλῶς χρησομένου, ἢ πάντες ἂν ἢ πόλεις ἢ ἰδιῶται δύναιντο. ἵνα μὴ ἀχρεία καὶ ἄπρακτος ἀρετῆς φύσις, ἀγοραῖα μαραίνηται, ἀλλ' εἰς ἀνθρώπων εὐεργεσίας δαπανήσῃ τὴν δύναμιν. Ib. D. 6. ἢ γὰρ ὁρᾶτε.) Familiaris, ut in Dialogis, compellatio, nec vernaculæ nostræ dissimilis, *Car, voyez-vous bien? Mais voyez-vous bien?*

Pag. 596. B. 9. νομοθετικόν.) Plato, eod. l. 2. Leg. pag. 577. D. Ib. D. 7. Συγχωρεῖ.) Id. ibid. p. 578. C.

Pag. 597. θατέρῳ.) Ita etiam Plato; sed omnino reponendum θάτερον, ex alt. Manuscr.

Ib. C. 9. Καὶ ἐπεὶ.) Ibid. pag. 585. C.

Ib. D. 5. ἔτι μᾶλλον.) Præstat ἔτι μᾶλλον, ex Platone. Ib. D. 6. ἀεί.) Melius qvam εἰ apud Platonem.

Pag. 598. C. 4. Εἰ μὴ τις.) Plato 2. Leg. 4. 584. D. Ib. C. 6. τῷ σωφρονεῖν.) Male apud Platon. τῷ σωφρ. Ib. C. 7. μελέτη.) Ita reposuimus ex Manuscr. licet etiam apud Platon. μελέτης haberetur.

Pag. 599. D. 6. εἰ ζῶον.) Exile hoc fragmentum non reperi, nec tanti est. Ib. D. penult. ἑτοίμως.) Præmittenda, credo, negatio est: itemqve paulo post, ante γέγονεν: vix enim mihi persvaserim, Platonem hoc admodum pugnare voluisse, genus illud Reip. jam olim inter Barbaros extitisse: satis est, si negare nollet.

Pag. 600. A. 3. ἀδύνατον.) Sensus omnino postulat δυνατόν, eaqve mens Eusebii.

Ib. B. 1. Αὐτὸ δή.) Plato lib. 1. Leg. pag. 565. G.

Porro locum hunc insinuabat Themistius, orat. 10. pag. 229. cum ita loqveretur, Καὶ τοῦτο οὖν ἐγὼ Πλάτωνος θαυμάζω, καὶ ἔτι μᾶλλον, ὅταν διδάσκῃ, ὅτι πολέμου καὶ εἰρήνης σπέρματα ἐν ἑκάστῃ ψυχῇ πρῶτον ἔστι. Καὶ ἔστιν οἷός τε πρὸς ἑαυτὸν ἄγειν εἰρήνην, οὕτως οἷος τε καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους (Malim πολεμίους, qvid enim est ἄγειν εἰρήνην πρὸς τὸν πόλεμον;) ᾧ ἡ ἀδύνατος ἡ πρὸς ἑαυτὸν ἐκεχειρία, χολῇ ποτ' αὖ οὗτος τὰς πρὸς ἀλλήλους σπονδὰς ἀγαπήσειεν. Εἶναι γάρ τι καὶ ἐν ἑκάστῳ βάρβαρον φῦλον, λίαν αὐθάδες καὶ δυσπειθές, τὸν θυμὸν λέγω, καὶ τὰς ἀπλήστους ἐπιθυμίας, ἀντικαθήμενα γῆν τῷ λογισμῷ, καθάπερ Ῥωμαῖοι (malim Ῥωμαίοις) Σκύθαι, καὶ Γερμανοί, &c. Ib. C. 7. Οὐκοῦν ἕνα.) Plato ibid. pag. 573. B. C D. Ib. D. 11. οὐδέ.) Ita reposuimus ex Platone, & Manuscr. pro οὐ δε, qvod vitiosum erat.

Pag. 601. A. 3. εἴδεσιν ὁμοίας.) Plato post ὁμοίας, minorem distinctionem adhibet, dum legit, δεῖν τῇ καλλίστῃ. &c. sine δέ. Ego Eusebium seqvi malo, vellem tamen ante πρὸς ἢ ἄλλας, aliqvid præmitti: V. C. καὶ τὴν μὲν τοσαύτῃ εἶναι, ut magis seqventibus opponeretur, qvas ait παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας, qvemadmodum alias qvidem σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς, hanc vero μαλακὴν καὶ χρυσῆν esse dixerat. Ib. A. 8. & 9. καὶ οὕτως δή, &c.) Vide num Ficini congruat interpretatio: *Et si fabula, qvia mira res, homo esse narratur, virtute servabitur.* Eqvidem hæc non intelligo. Vult, opinor, Philosophus, ea demum ratione, qvam præscribit, intellectum iri, qvod plerisqve fabulosum videatur, homines virtutis studiosos miraculi similes esse: prorsus enim admirabile qviddam est, in homine uno, tantam ac tam assiduam esse cum vitiis & cupiditatibus rationis virtutisqve pugnam, in qva vincat sæpius triumphetqve virtus. Ib. D. 5. μεμνήμεθα.) Plato lib. 10. Leg. pag. 669. D.

Pag. 602. C. 6. Λέγωμεν δή.) Plato in Theæteto, pag. 127. E. Qvi locus plane insignis & eximius est. Ib. D. 4. οὐδ' ὄναρ πράττει.) Subaudi τὰ τοιαῦτα: superiora enim in nominandi casu, attico more pendent. Ita etiam vulgo diceremus, *Car les brigues, &c. ils n'y songent pas mesmes.* Ib. D. 7. μᾶλλον αὐτόν.) Pro αὐτούς. Crebra hæc apud Atticos, maximeqve Platonem, casuum mutatio; apud Hebræos longe creberrima.

Pag. 603. D. 9. ποιμαίνει.) Reponend. ex Platone, & Manuscr. ποιμαίνει.

Pag. 604. A. 1. μυρία.) Ita qvidem omnes. Legendum tamen est μύρια, cum seqvatur, ἢ ἔτι πλείω, qvod absurde post μυρία seqveretur. Ib. A. 4. τὰ δὲ δὴ γένη.) Huc Satira Juvenalis octava pertinet, *Stemmata qvid faciunt?* Persius itidem Sat. 3. inane hoc in Romanis adolescentibus αὔχημα castigabat.

An deceat pulmonem rumpere ventis,
Stemmate qvod Tusco ramum millesime ducas?

Adi & Senecam epist. 44. *Iterum*, inqvit, *tu mihi te pusillum facis, & dicis, malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam: cum possis te extrahere vulgo, & ad felicitatem omnium maximam emergere. Si qvid aliud est in Philosophia boni, hoc est, qvod stemma non inspicit.* Qvam hoc nostri Platonis ex genio? Ib. A. 10. πάππων καὶ προγόνων.) Seneca ibid. aureis plane verbis atqve sententiis. *Omnibus nobis, totidem ante nos sunt: nullius non origo ultra memoriam jacet. Plato ait,* (utiq; hoc ipso loco, qvi Lipsio πολυμαθεῖ non veniebat in mentem) *Neminem Regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex Regibus. Omnia ista longa varietas miscuit, & sursum deorsum fortuna versavit. Qvis ergo generosus? ad virtutem bene a natura compositus. Hoc unum est intuendum. alioqvi, si ad vetera revocas, nemo non inde est, ante qvod nihil est. A primo mundi ortu, usque in hoc tempus, perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series.* Audi & Juvenalem cum Satyrico sale,

Et tamen, ut longe repetas, longeqve revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis asylo.
Majorum primus, qvisqvis fuit ille tuorum,
Aut Pastor fuit, aut illud qvod dicere nolo.

Qvi famem tuam expleri hoc cibo voles, Tiraqvellum perlege, vivam illam ac spirantem Bibliothecam, in opere de Nobilitate, maximeqve cap. 22. num. 4. & seq.

Ib. B. 6. σμικρολογίας.) Lege τῆς σμικρολ. ex Platone, & Manuscripto. Ib C. 5. αὐτός.) Recte, non αὐτόν, ut in Platone. Deinceps enim de Philosopho ipso loqvitur, qvi vicissim hominem ἀφιλόσοφον, καὶ ἀγροικόν τινα, traducat, ridendumqve propinet. Ib. τις αὐτῶν.) Mallem abesse τις, & αὐτῶν in αὐτὸν mutari, sensu clarissimo, qvi alioqvi perobscurus. Ib. D. 9. ἀληθείας.) Reponend. ex Platone, & Manuscript. ἠλιθίας.

Pag. 605. A. 10. οὐδ' ἁρμονίας.) Melius ex Platone, οὐδέ γε ἁρμ. Ib. C. 4. ἵνα δέ.) Leg. ἵνα δή, ut apud Platon. Ib. C. 10. περὶ τοῦτον, &c.) Apud Platonem hæc ita leguntur, περὶ τούτου καὶ ἡ ὡς ἀληθῶς δεινότης ἀνδρός, καὶ οὐδενία τε, καὶ ἀνανδρία. Qvæ lectio mihi ob seqventia vehementer probatur, in qvibus σοφία & ἀρετὴ ab ἀμαθίᾳ & κακίᾳ distingvuntur. Mallem tamen περὶ τοῦτο, qvam περὶ τούτου, aut περὶ τοῦτον. Ib. D. 7. τὸ μὴ συγχωρεῖν, &c.) Ficin. vertit, *si nihil vafritie possit, nec artibus malis utamur.* (Leg. utatur.) At Philosophus tantum vult, etiamsi talis re ipsa sit, agendum esse tamen, ne talem se haberi sentiat.

Pag. 606. A. 5. οὐδὲν ἐλαττον πάσχουσι.) Si οὐδὲν cum πάσχουσι conjungatur, sensus erit, *cum horum aliqvando nihil sufferant, qvi peccarunt.* Sin vero, cum ἀδικοῦντες, sensus est, qvem expressimus. At Ficinus posteriorem hunc seqvutus, post ἀδικοῦντες, legisse videtur, ἐκφεύγουσι οἱ ἀδικοῦντες, addit enim, *& injusti sæpe devitant.* Cui lectioni admodum faveo.

Pag. 607. D. 3. Νομοθέτης.) Plato 2. Leg. pag. 580. C. Ib. D. 7. ἐστὶν ὅτι. &c.) Ita Plato, & recte; qvi etiam periodum interrogatione claudit. Ib. D. 10. τὰ δίκαια;) Deest verbum, puta πράττειν, προτιμᾶν, ἑλέσθαι, προαιρεῖσθαι, aut al. simile: nam πείθειν, qvod præcedit, cum participio δυνάμενον construitur.

Pag. 608. B. 2. ἄρ' ἂν οἴει.) Plato 2. Leg. p. 580. H. Qvibus non absimilia disputantur a Clemente Alexandrino, Strom. lib. 4. pag. 365. ubi etiam ex Epicuri mente, nulli aut ætati aut conditioni prohibendus est ad Philosophiam aditus. Ib. τά τε.) Melius τά γε, ut Plato. Ib. B. 3. περὶ τὸ δεῖν, &c.)

Etiamsi hæc oratio vitii nihil habeat, Platoni tamen hærere malui, apud qvem, Τοῦ πέρι; cum interrogatione legitur, & Cliniæ tribuitur. Seqventia ita concipiuntur, Τὸ δεῖν πάντα &c. qvæ ab Atheniensi respondentur.

Ib. B. 8. παντός.) Plato πάντως.

Ib. C. 4. οἶσθά που.) Plato 5. de Repub. pag. 458. F.

Ib. C. 6. ταῦτα.) Mallem ταὐτά.

Ib. D. penult. οὐδὲ πολεμικά.) Legend. καὶ πολεμική. Male item apud Platon. καὶ γυμναστικὴ, οὐδ᾽ ἄρα ἡ, οὐδὲ πολεμική. qvorsum enim seqvens ταυτολογία, ἡ δὲ ἀπόλεμος, καὶ οὐ φιλογυμναστική;

Pag. 609. A. 2. ἢ δὲ ἄθυμος ἐστι;) Malim, ut apud Platonem, ἡ δὲ ἄθυμος; Ἔστι καὶ ταῦτα.

Ib. C. 6. ἐργασίμοις χωρίοις.) Culta loca intelligit, qvæ sæpissime uno verbo ἔργα dicuntur. Xenoph. passim, ut in Κυνηγετ. Τὰ μὲν ὄρη οἷόν ἐστι καὶ ἰχνεύειν, καὶ μεταθεῖν καθαρῶς· τὰ δὲ ἔργα, οὐδέτερα, διὰ τὰς τρίμμους. i. montes & investigari, & transcurri sine offensione possunt; arva neutrum patiuntur, ob tramites limitesqve crebros. Contra ὀργάς, ἀδος, i. ἄνετος γῆ, terra inculta, qvalis est saltus.

Pag. 610. B. 2. τῶν πολιτῶν.) Plato, lib. 7. Leg. pag. 632. A.

Ib. C. 7. ἐν γ. Πολιτείας.) Imo lib. 4. de Repub. pag. 446.

Ib. D. ult. Παῖς δέ γ᾽ ὢν ἔχων.) Legum 11. pag. 682. H. ubi παῖς δή.

Ib. F. hac ipsa de re ita scribit, Οἴδιπος, inqvit, ἀτιμασθεὶς, ἐπεύξατο τοῖς αὐτοῦ τέκνοις, ἃ δὴ καὶ πᾶς ὑμνεῖ τέλεα καὶ ἐπήκοα γενέσθαι παρὰ θεῶν· Ἀμύντορά τε Φοίνικι τῷ ἑαυτοῦ ἐπαράσασθαι παιδὶ θυμωθέντα, καὶ Ἱππολύτῳ Θησέα, καὶ ἑτέρους ἄλλοις μυρίους μυρίοις· ὧν γέγονε σαφὲς, ἐπηκόους εἶναι γονεῦσι πρὸς τέκνα θεούς.

Pag. 611. A. 3. Πᾶς ἡμῖν αἰδ.) Lib. 9. Legum, pag. 662. F.

Ib. B. 7. μηδὲ Ἕλληνα.) Lib. 5. de Repub. pag. 464. D. ubi hæc pluribus. Qvæ lex apud Christianos pie sancteqve viget.

Ib. C. 5. μὴ κινείτω.) Lib. 8. de Legib. pag. 648. D. Διὸς ὁρίου primam hanc legem esse jubet. Mosaica Lex Deuteron. 19. 14. ita habet, *Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua.* Et cap. 27. *Maledictus, qui transfert terminos proximi sui: & dicet omnis populus, Amen.*

Pag. 612. Ἐὰν κλέψῃ τις.) Exodi 22. 1. & 4. Plato autem 9. Leg. pag. 653. C.

Ib. B. 9. τοῦ καταδικαζόμενον.) Plato, ἢ τείσῃ τὸ καταδικασθέν. Qvam lectionem, ut veram, seqvuti sumus.

Ib. C. 2. ἐὰν δὲ ἐν τῷ διωκ.) Exodi 22. initio, Plato autem 9. Leg. pag. 660. E. ubi de cæde multa.

Ib. D. 3. ἐπὶ δὲ ἄρα.) Plato ibid. C. Exodi autem 21. 28.

Pag. 613. B 10. Ἐσμὲν γὰρ δή.) Plato lib. 3. de Repub. pag. 443. H. Vide Observationes.

Pag. 614. C. 1. Νῦν δὲ ὁρᾷς.) Primo de Rep. 417. C.

Ib. C. 3. Ἰατρόν.) Post hanc vocem deesse aliqvid suspicor, id nimirum qvod Medicum esse definit; v. c. τῶν καμνόντων θεραπευτήν. Ita enim supra, pag. 415. F. Ὁ τῷ ἀκριβεῖ λόγῳ ἰατρὸς, πότερον χρηματιστής ἐστιν, ἢ τῶν καμνόντων θεραπευτής; Καὶ λέγε τὸν τῷ ὄντι ἰατρὸν ὄντα. Τῶν καμνόντων, ἔφη, θεραπευτής.

Ib. C. 6. ποιμαίνειν.) MS. παίειν, qvod valde probo.

Pag. 615. C. 3. νυῦ δ᾽ ἔφην.) Plato l. 9. de Repub. pag. 509. B. At in Phædro, pag. 344. E. longe aliam Animi hominisqve speciem exhibet. Sic enim ille, Ἔοικε δὴ τῇ ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου. Et qvibusd. interjectis: Πῇ δὴ οὖν θνητόν τε καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. Ἡ ψυχὴ πᾶσα παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτ᾽ ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη. Tū de perfecta, Τελέα μὲν οὖν οὖσα καὶ ἐπτερωμένη, μετεωροπολεῖ τε, καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ. At de imperfecta Ἡ δὲ, πτερορρυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται· οὗ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήϊνον λαβοῦσα, αὐτὸ αὑτὸ δοκοῦν κινεῖν, διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῶον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγέν, &c.

Pag. 616. D. 9. Δώδεκα μέν.) Plato lib. 6. pag. 617. A. Qvod ipsum jam sub libri qvinti finem, pag. 612. A. 3. de ipsamet urbe ita statuerat, Μετὰ δὲ ταῦτα, μέρη δώδεκα διελέσθαι, θέμενον Ἑστίας πρῶτον, καὶ Διὸς, καὶ Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἀκρόπολιν ὀνομάζοντα· κύκλον περιβάλλοντα, ἀφ᾽ οὗ τὰ δώδεκα μέρη τέμνειν. ἴσα δὲ δεῖ γίγνεσθαι τὰ δώδεκα μέρη, &c. Eadem olim apud Persas divisio. Xenophon, παιδείας lib. 1. pag. 4. Ἀρχοντες δὲ, inqvit, ἐφ᾽ ἑκάστῳ τούτων τῶν μερῶν, εἰσὶ δώδεκα· δώδεκα γὰρ καὶ Περσῶν φυλαὶ διῄρηνται. Imo & apud Ægyptios, post obitum Vulcani Sacerdotis, Herodot. lib. 2. pag. 166. Ἐλευθερωθέντες Αἰγύπτιοι, μετὰ τὸν ἱρέα τοῦ Ἡφαίστου βασιλεύσαντα, ἐστήσαντο δυώδεκα βασιλέας, ἐς δυώδεκα μοίρας δασάμενοι Αἴγυπτον πᾶσαν. Sed exemplum Atticæ, Platoni propius, qvæ jam olim duodecim in partes a Cecrope distributa. Strabo lib. 9. ex Philochoro, Φησὶ Φιλόχορος, πορθουμένης τῆς χώρας, ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος. Tum singulas nominatim appellat. Eadem Pausanias in Atticis, & Alii.

Ib. D. 10. νενεμήσθω.) Melius qvam apud Platon. νενέμηται, ut paulo post παρεχέτω.

Ib. 11. Φυλή.) Ita ex Platone: perperam enim Φυλακὴ legebatur: & paulo post, Φυλάρχους pro Φρουράρχους. Nam de Φρουράρχοις ibidem Plato postmodum præcipit.

Pag. 617. B. 5. τόδε δὲ περί.) Plato lib. 4. Leg. initio.

Ib. B. 11. κατ᾽ αὐτῆς.) Plato κατὰ ταῦτα αὐτῆς. Forte κατὰ ταυτὰ αὐτῆς; vel brevius κατ᾽ αὐτήν;

Pag. 618. C. 4 Ὡς μὲν πρὸς ὑμᾶς.) Plato lib. 10. de Repub. initio.

Ib. εἰρῆσθαι.) Plato εἰρῆσθαι.

Ib. C. penult. τῆς τῶν ἀκουόντ.) Hæc usqve ad αὐτὰ supplevimus ex Platone, qvæ Librariorum oculis vocum τοιαῦτα & αὐτὰ similitudo subduxerat.

Ib. D. 9. τῶν μὲν τοίνυν.) Plato pag. 512. F.

Pag. 619. D. 3 Κρεώφυλος.) Ita etiam Plato. At Eustathius Iliad. β. pag. 330. extrema, & Suidas, Κρεόφυλον scribunt, per ο. Suidæ Astyclis filius, patria Chius aut Samius dicitur: Eustathio Samius διωρισμένως. Is Homerum hospitio cum excepisset, ἔλαβε δῶρον ἐξ αὐτοῦ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ Ποιήματος, ὃ καλοῦσιν Οἰχαλίας ἅλωσιν· τουτέστιν, ἔσχεν εἰς ἀπόδοσιν ἐξ Ὁμήρου, τὸ μὴ ἐπιγράφεσθαι τὸ βιβλίον ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ φίλου Κρεοφύλου. Alii Poematis auctorem Creophylum ipsum agnoscunt, qvod tamen Homero propter hospitii necessitudinem inscripserit. Unde Callimachus hanc isti Poemati vocem attribuit,

Τοῦ Σαμίου πόνος εἰμὶ, δόμῳ ποτὲ θεῖον Ὅμηρον
Δεξαμένου· Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα· Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα.

Trunci versus: Nam secundus, opinor, πεντά-

μετρ☉ esse debuit: tertius iterum ἑξάμετρος: Qvartus est integer. Nihil tamen ex sensu detractum. Addit Eustathius, nonnullos Creophylum istum Homeri Præceptorem appellasse. At Platoni hoc loco non tantum nomine, sed etiam institutione ridiculus est, qvod vix in Homeri Præceptorem cadat. Et subobscurum est, qvod insinuat, qvam ridiculus ipse fuerit, ex iis qvæ de Homero traduntur, intelligi: nisi τȣ̃ γελοίȣ causam inde sumat, qvod ei Carmini nomen suum inscribi pateretur, cujus parens Homerus esset.

Ib. D. 7. πολλὴν ἀμέλ(ε)ια.) Incertum est, utrum adversus Homerum Creophylus, an Homerus erga Creophylum negligentior fuerit; an deniqve neglectus a suis Creophylus, etiam dum Homerus viveret. Eandem in versione ambiguitatem retinuit, contemptum qvidem illum in Creophylum cadere, vel eo probabile fit, qvod ridiculus Platoni dicatur. Nec veri tamen absimile, qvin Homero conveniat, qvem sui omnes ut paulo post significat, errare passim & vagari paterentur.

Pag. 620. A. Πρωταγόρας.) Notissimus hic, vel Philosophus, vel Sophista, ex Diogene, Athenæo, Suida, Platone in Protagora, & alibi passim, & al. Diogenes Thurios solum nominat, qvos legibus instituerit: forte cum Athenis pulsus, eam in Italiæ oram, Pythagoræ adventu & disciplina jam celebrem migrasset. Nec Prodicus ignotior, patria Κεῖος, hoc est Ceus, non Χεῖος, aut Χῖος, i. Chius, ut hanc in editionem, qvemadmodum & in Ficini versionem, irrepsit. Suidam consule, qvi eum Protagoræ discipulum fuisse tradit. Huic Xenophon Memorabil. 2. pag. 737. opus attribuit de Hercule in bivio, qvem hinc inde Virtus & Voluptas allicerent. Qvæ civitas ejus aut præceptis, aut legib. usa fuerit, non reperio. Ib. A. 4. παρεστάναι.) Malim παρεστάναι.) ex Platone.

Ib. A. 6. οἰκεῖν.) Plato, διοικεῖν. Ib. B. 9. οἴκοι.) Hanc vocem Plato non agnoscit. Ib C. 4. ἑκάστω.) Plato ἑκάστων. Neutrum satis mihi probatur; mallem ἑκάστη. Ib. D. 1. ἀπογυμνωθέντα,) Purior ac tersior Platonis lectio est, ἐπεὶ γυμνωθέντα γε τ.τ.μ.χ. τὰ τῶν ποιητῶν, &c.

Pag. 621. A. 5. λέγουσί πȣ.) Plato Leg. 10. pag. 665. H. Ib. A. ult. ἐπίμβροί γε.) Ficinus hæc non satis ex Philosophi mente; *Qvare seqvamur ipsos, inqviramusqve qvidnam intellexerint.* Ib. C. 10. ὄντας γεγονέναι.) Qvid si ὄντως γεγονέναι; ut paulo ante, C. 3. διὰ τȣ́των γεγονέναι. Nec enim ὄντως cum ταύτῃ, & κατὰ ταυτὰ, sine intolerabili ταυτολογία, conjungi potest; nec γεγονέναι qvo referatur, qvicqvam habet. Ib. D. 6. παιδιᾶς.) Plato παιδείας, Ficinus *res.* Malui παιδιᾶς cum Eusebio; seqvitur enim κατ' ἀνθρωποφυΐαν, D. 9. αἳ δὲ ἦν καὶ σπουδαῖον ἄρα γέγονώσιν. Ex aliis igitur παιδιὰς ἦν, αἱ existere vult, ex aliis σπουδαῖον ἦν nasci utcunqve concedit. Ib. D 8. ἑαυτῶν.) Qvorum obsecro? an εἰδώλων? ridicula esset ista sententia, imo nulla. Scribendum igitur αὐτῆς, ut referatur ad θνητῶν, aut αὐτῆς ut cum ἀληθείας conjungatur.

Pag. 622. A. 5. ἄλλη.) Plato ἄλλοις.

Ib. A. 6. νομοθετȣ́μενοι.) Ficinus pro νομοθετȣ̃ντες intellexit: vertit enim, *prout singuli secum consentientes lege sanxerunt.* Rectius multo de Diis ipsis, pro legum diversitate diversis, intelligas. Ib. B. 4. ἰδιωτῶν.) Qvare Ficinus ἰδιώτας scriptores verterit, non video.

Pag. 623. A. 1. σωμάτων ἐμπροσθεν.) Hoc argumentum, qvo Animorum immortalitatem concludit, uberius in Phædone perseqvitur.

Ib. B. 2. ὀρθῶς αὐτοὶ, &c.) Plato hæc ita legit ὀρθῶς ἐπονομάζουσιν αὐτὸ τȣ̃το, ὕστερα, &c. Qvæ verior lectio est, sane apud Eusebium τȣ́τȣ ὕστερα, in τȣ́των ὕστερα mutandum esset.

Ib. B. 6. ψυχὴ δ' ἐν πρώτοις.) Platonica redundantia est, qvæ in seqventibus etiam cernitur, cum addit ἂν ψυχὴ πως ἀποδείξῃ πρεσβυτέρα οὖσα σώματος Tu, si placet, Græca cum Ficini versione compone. Ib. B. 8. διαφερόντως φύσει &c.) Corrigendus hic ex Platone locus, apud qvem ita legitur, διαφερόντως, ὅτι φύσει ταῦτα ἐσθ' ὅπως ἔχοντα, &c.

Ib. C. 6. λέγε δὴ, &c. Plato Legum 10. pag. 667. F. Ib. θεόν.) Forte θεὸς, seqvitur enim ἐπί γε ἀπόδειξιν τὴν αὐτῶν.

Ib. C. ult. παρακαλεῖσθαι.) Ita, si θεὸν legamus; si θεὸς, παρακεκλῆσθαι. Apud Platon. παρακεκλῆσθαι. Ib. ἰσχόμβροι δὲ, &c.) Ficinus, *rationemqve ingrediamur, rudentibus tutissime tensis.* Judica. Ib. D. 4. φαίνεται κατὰ τάδε.) Hinc emendari Plato possit, apud qvem vitiose legitur, φαίνεται· κα̉ τα δὲ, ὦ ξένε, &c.

Pag. 624. A. 1. εἰ ἐπεὶ τῆδε.) Plato ibid. pag. 668. D. unde sumpsimus ἐπὶ, pro ἐπεὶ, qvod ante legebatur: seqventia καὶ τῆδε retinui, licet apud Platonem habeatur, ὅτι καὶ τόδε.

Ib. A. 7. ἄλλω.) Sic Plato, non ἄλλης, ut prior editio. Ib. C. 1. μῶν ἄλλο, &c.) Ficinus, *Num ob aliud vivere ipsum, qvam ob hoc putabimus? Ob hoc ipsum.* Legit forte ἐν ἴσῃ, non ἐν ἴσῃ, & τȣ́τῳ pro ταύτῃ τῇ ψυχῇ sumpsit. At Plato nondum id agit, ut corpus Animo vivere ostendat; sed tantum, ut animum ipsum per se se vivere doceat. Forte τȣ̃το pro τȣ́τῳ melius legeretur. Ib. D. 2. δὶς ἴσα μέρη.) Hæc Plato non habet.

Ib. D. 10. ἄρτιον ὀνόματι. &c.) Ficinus legit, ὀνόματι, καὶ λόγῳ δίχα διαιρούμενον, ut ἄρτιον cum solo ὀνόματι, & διαιρούμενον cum λόγῳ conjungatur. Nec displicet ea distinctio. Utramqve tamen editionem seqvutus sum, qvod in lectione major qvædam, & qvalis a Platone postulatur, ὀνόματος & λόγȣ conjunctio videatur.

Pag. 626. D. penult. τῶν ἀπάντων) Post ἀπάντων, prioris editionis turpe glossema cum Platone sustulimus; legebatur enim, τȣ́τοις δὴ τὴν κινήσιν.

Pag. 627. A. 3. τὴν ἐν ἑνὶ φερομένην.) Ita reposui ex alt. MS. cum & in priori editione, & apud Platonem legeretur, τὴν ἐν ἑνὶ φερομένων. Sane qvæ seqvuntur, αὐτὴν, οἰκειοτάτην, ὁμοίαν, huic emendationi egregie suffragantur.

Ib. A. 5. ὅσων.) Sic omnino legend. non ὅσων, ut Plato & prior editio. Ib. A. ult. ἀπεικασμένα.) Ita recte Plato, non ἀπεικασμένην, qvod perperam ante legebatur.

Ib. D. 5. ἐλπὶς πολλή.) Non vertit Ficinus. Idem est, ac κινδυνεύει, ἔοικεν, φαίνεται, & cætera id genus Platoni familiaria, cum verisimile qvid esse ait.

Pag. 628.

Pag. 628. A. 10. διάγειν.) Mirum eſt præteritam ab Euſebio ſeqventem periodum, qvæ conceptis verbis Animum illum, alium non eſſe, qvam Deum, ita concludit. Αὐτῦ (Ἡλίȣ) δὲ ἀμείνω ταύτην τὴν ψυχὴν, εἴτε ἐν ἅρμασιν ἔχουσα ἡμῖν ἥλιον, ἄγει φῶς τοῖς ἅπασιν, εἴτ᾽ ἔξωθεν, εἴθ᾽ ὅπως εἴθ᾽ ὅπῃ, θεὸν ἡγεῖσθαι χρεὼν πάντα ἄνδρα, ἢ πῶς; καὶ, τόν γε τȣ μὴ ἐπὶ τὸ ἔσχατον ἀφιγμένον ἀνοίας. Ib. B. 3. Παῖτες γάρ.) Plato pag. 79. D. Ib. ὄντως.) Melius, qvam ut in Platone ὄντως. Ib. D. 4. καὶ μὴ μόνον. &c.) Ficinus, *nec modo putemus alia ſine periculo proferri non poſſe:* nullo, ut videtur, ſenſu, aut plane contrario.

Pag. 629. D. 8. σωμασκίαν.) Plato σῶμα, σκιὰ, flagitioſo errore, qvi Ficino admodum impoſuit: vertit enim, *animum corpusque prabet, dum imprimit umbram.*

Pag. 630. C. 3. τὸν δι᾽ ἡγούμενον.) Plato Leg. 10. pag. 670. D. Ib. D. 6. σαφέστην σαυτȣ.) Hæc apud Platonem ita leges, σαφέστην ταυτȣ ἐν ἅπασι τούτοις ἰδὼν ἢ δι᾽ α. α. ἢ κ. π. αὐτὸς αὐτόπτης προστυχὼν, &c. Ego libenter αὐτὸν ἤ expunxerim, ſeqvitur enim de pluribus γενομένων ὑοῖ. At ὅταν retineo, præſertim cum ſeqvatur τότε. Credo etiam ἰδὼν abeſſe poſſe, niſi ſit, εἰδὼς, ſcire autem poteſt, ſeu qvod viderit, ſeu qvod audierit.

Pag. 631. A. 6. προσιόν.) Mallem προϊόν. Ib. D. 4. ὁ Ποιητής.) Heſiodus cujus in ἔργ. illud eſt,

——ὅς κεν ἀεργὸς

Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις εἴκελος ὀργήν.

Virgil. 4. Georg.

Ignavum fucos pecus a præſepibus arcent.

Ib. D. 5. τοιȣ̃τος.) Ficinus & Serranus vertunt, *odio habeatur.* Qvæ odium ſignificet, vox nulla eſt: ſed Platonica trajectio, qvaſi diceret τοιȣ̃τος ἂν γίγνοιτο, ὃν ὁ Ποιητὴς, &c. Articulus autem ὁ cum τοιȣ̃τος attice conjunctus eſt. Ib. D. 13. τῶν μὲν μεγάλων.) μεγάλων & σμικρῶν vertenti exciderunt. Corrige, *majora curabit, negliget minora.*

Pag. 632. A. 2. Ποίω δὴ λεγομένω.) Rectius, qvam apud Platon. Ποίω δή; λεγομένω.

Pag. 633. B. 4. ἐπιμελὲς ἐσται.) Plato ἐπιμελȣμένω. Ib. ἀμελής.) Plato ἀμελȣ̃ντι. Ib. B. 5. εἴθ᾽.) Non habet Plato iſtud εἴθ᾽ Ib. D. 3. μὴ λέγειν ὀρθῶς.) Recte. Nam apud Platonem, ὀρθῶς, reſpondenti Cliniæ perperam tribuitur. Ib. D. 6. τοῖς λόγοις.) Poſt λόγοις, in priori editione addebatur, ὁμολογεῖν αὐτὸν μὴ λέγειν ὀρθῶς: ſed hæc Plato non agnoſcit, & ſuperioribus ex verſibus alienum in locum irrepſerant.

Pag. 634. A. 3. οἱ δὲ λέληθε, &c.) S. Auguſtin. lib. 1. cont. Academic. initio. *Etenim fortaſſe* inqvit, *qvæ vulgo Fortuna nominatur, occulto qvodam ordine regitur, nihilqve ſeu commodi, ſeu incommodi contingit in parte, qvod non conveniat & congruat univerſo.* Ib. C. 1. ἐμψύχων.) Legebatur ἔμψυχον, ut apud Platonem: ſed annotat Serranus, alibi etiam legi ἐμψύχον, ex qvo ἐμψύχων facere malui; vere enim aqva illa, qvæ frigida prius & immota conſiſtebat, ſubjecto igne incaleſcens & ebulliens, μετασχηματίζεται, ac propemodum ἐμψύχεται.

Ib. C. 4. τῆς μεταπηθήσεως.) Uſitatius & clarius diceretur, μεταπηδήσεως τῆς κοσμικῆς.

Ib. D. 4. τὸ δὲ κακόν, βλάπτειν.) Mallem, τὸ δὲ βλάπτειν, κακόν.

Pag. 635. A. 8. ἐλάττω.) Forte, ἐλάττω μὲν ἢ δικαιότερα, ut iis opponantur, qvæ paulo poſt πλείω καὶ ἀδικώτερα. Ib. B. 3. μείζω δὴ ψυχή.) Corruptus hic locus eſt. Editio Ficini & Serrani habet, μείζων δὲ δὴ ψ. κ. η. α. ο. μεταλάβῃ. Conjiciebam, μείζων δὲ ψ. κακίας ἢ ἀρετῆ, (vel κακίαν ἢ ἀρετὴν) ὁπόταν μεταβάλλῃ.

Ib. B. 7. τοιαῦτα διαφέροντα.) Plato τοιαύτη διαφέροντα. Serranus aliam lectionem affert, τοιαύτη διαφέρεται. Ergo, ſi τοιαύτη retineatur, & διαφέροντα, vel διαφέρεται rejiciatur, obſcuritatis nihil admodum fore arbitror. Ib. B. 10. μεθιδρύσατο.) Melius, qvam apud Platon. μεθιδρύσατο, convenit enim cum præcedenti μετέβαλε. Ib. C. 3. πάσχειν τι.) Plato poſt πάσχειν τι, addit καὶ ποιεῖν, qvod hic in periodi finem rejicitur. Ib. C. 4. προσφυέσι.) Plato προσφερέσι, melius, cum ſeqvatur προσφερεῖς. Ib. C. 6. ἀτυχής.) Ficinus legit, εὐτυχής.

Ib. D. 5. ἁγιώτερον.) Plato ἀχειώτερον, qvod magis placet, vel ἀτοπώτερον, ut etiam legi Serranus annotat.

Pag. 639. D. 1. Περὶ δὲ τῶν ἄλλ.) Idem locus citatur infra, pag. 692. B. penult. Habetur autem in Timæo, pag. 530. F. Clemens Alexandrin. 5. Stromat. pag. 429. edit Græcol. eundem laudat, ex qvo id concludit, multo verius Chriſto, ſanctisqve Prophetis res divinas pandentibus fidem haberi. Οὐκ οἶμαι, inqvit, σαφέστερον ὑπὸ Ἑλλήνων προσμαρτυρῆσθαι, τὸν Σωτῆρα ἡμῶν, καὶ τοὺς εἰς προφητείαν κεχρισμένους, τοὺς μὲν παῖδας θεοῦ ἀναγορευομένους, τὸν δὲ Κύριον υἱὸν ὄντα γνήσιον. ἀληθεῖς εἶναι περὶ τῶν θείων μάρτυρας. διὸ καὶ δεῖν πιστεύειν αὐτοῖς, ἐνθέοις οὖσι, προσέθηκε. Euſebius contra, hæc a Platone εἰρωνικῶς & χλευαστικῶς dicta interpretatur; licet eum infra, pag. 692. ſerio reprehendat, qvod Poetis tantum in Timæo tribuerit, qvibus alibi fidem prope omnem detraheret.

Pag. 641. A. 6. ἐν τοῖς μείζοσιν.) Plato 2. de Repub. pag. 429. F. Ib. C. 10. χοῖρον.) Hujus victimæ præ cæteris meminit, vel qvod antiqviſſima fuerit, maximeqve vulgaris, ut ex Varrone aliisqve conſtat: qvo pertinet illud Clement. Alexandrin. Strom. 2. pag. 297. λέγεταί γ᾽ οὖν τινα τῶν φιλοσοφούντων, ἐτυμολογοῦντα τὸν ὗν, θῦν εἶναι φάναι, ὡς εἰς θύσιν καὶ σφαγὴν μόνον ἐπιτήδειον. Itaqve Plato eam μεγάλῳ καὶ ἀπόρῳ θύματι oppoſuerit. Vel potius, qvod in arcanis Cereris & Bacchi ſacris, præcipuum hoc victimæ genus haberetur, qvo verba illa ſpectant, δι᾽ ἀπορρήτων ἀκούειν, &c. Ariſtophani, ejusqve Scholiaſtæ crebra moris hujus mentio. Βατραχ. Act. 1. 7.

Ω πότνια πολυτίμητε Δήμητρος Κόρη,

Ὡς ἡδύ μοι προσέπνευσε χοιρείων κρεῶν.

Scholiaſt. πρὸς ὃν, inqvit, χοίρȣς τῇ Δήμητρι, καὶ τῷ Διονύσῳ ἔθυον, ὡς λυμαντικοὶ τῶν θεοῖν δωρημάτων. Et in Acharn. Act. 3. 2. Megarenſis qvidam Mercator, puellas geminas porculorum larvis induebat, qvas ſub Myſteriorum tempus in Attico foro vende-

ret: His in saccum subeuntibus edicebat,

χ' ὁ σῖτη φωνὰν χοιρίων μυστηρικῶν.

Ubi Scholiast Οἱ ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος χοῖρες θύσται· ἀνάκειται ἡ τὸ ζῶον τῇ θεῷ· ἕκαστος δὲ τῶν θυομένων (for. θυόντων) ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔθυεν. Ibidem Quærenti Dicæopoli, Τίδαι φέρεις; respondet Megarensis,

——χοίρως ἐγώνγα μυστικώς.

Hoc ipsum innuit Tibullus lib. 1. Eleg. 10.

At nobis aerata Lares depellite tela,
Hostiaque e plena mystica porcus hara.

Pag. 643. B. 3. *δύω δοιοί.*) Iliad. ω. v. 527. versus isti sic leguntur,

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

Qui secundus, alius a Platonico est, sed Platonicus longe melior. Seqvitur,

Ὧ μέν κ' ἀμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος.
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὅ γε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.

Ita etiam Plato. Noster autem, κακῶν, ἐσθλῶν. utrumqve rectum est. Concludit.

Ὧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε,
Καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.

Adi Eustathium hoc loco, ubi monet nonnullos secundi versus ambiguitate deceptos, tria dolia pro duobus accepisse; ipsumqve adeo Pindarum, ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν οἷς λέγει,

Ἓν παρ' ἐσθλὸν πήματα σύνδυο δαίονται βροτοῖς ἀθάνατοι.

Qvod explicans Eustath. λέγει δὲ, inqvit, ἓν μὲν ἐσθλὸν, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς πίθου σύνδυο δὲ, τὰ ἐκ τῶν ἑτέρων δύο πίθων. Atqve hinc omnino constat, cum Pindarus integro fere seculo Platonem antecesserit, secundum illud carmen jam olim ita lectum esse, ut hodieqve legitur: Platonem vero τὸ ἀμφίβολον tollere voluisse. Ἐλλείψει agnoscit Eustathius, ut κακῶν sit, pro εἷς μὲν κακῶν. Ib. C. 3. Ταμίας ὁ Ζεὺς.) Allusit forte ad illud Homer. Iliad. δ. v 84.

Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται.

Qvi versus Iliad. τ. 224. reperitur. Ib. C. 5. ὁ Πάνδαρος συνέχεεν.) Consule Homerum Ἰλιάδ. δ. ubi Pandarus Minervæ qvidem, sed Jovi obtemperantis consilio atq; impulsu, Menelaum vulnerat, ac fœdus jam affectum omnino disturbat. Qvo Virgilian. illud Æneid. 5.

Pandare, qui quondam jussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achivos.

Ib. C. 8. Θέμιδος καὶ Διός.) Homer. Ἰλιάδ. υ. initio. Adi præterea Qvintum Smyrnæum lib. 12. a vers. 198. ubi Themis acerrimam Deorum contentionem, absente Jove concitatam, leni ac placida oratione sedat.

Ὣς φάτο· τοὶ δ' ἐπίθοντο, Διὸς τρομέοντες ὁμοκλὴν,
Τερπίνης δ' ἔσχοντο, χόλον δ' ἀπὸ νόσφι βάλοντο
Ἀργαλέον. φιλότητα δ' ὁμηθέα ποιήσαντο.

Ib. C. ult. ὅτι θεός.) Hic locus in Tragœdiis Æschili, qvæ nunc extant, non occurrit.

Ib. D. ult. λέγομεν.) Pro λέγοι: linea enim præcedente ποιητὴν dixerat. Familiaris Platoni numerorum mutatio.

Pag. 644. A. 1. καλοί.) Reponend. κακοὶ ex Platone. Atqve ita legitur infra, pag. 648. B. 5.

Ib. B. 5. ἀπόχρη.) Approbantis vox est, qvam satis feliciter æmulamur, cum dicimus, *C'est assez*; aut, *Cela va tres-bien.* Ib. C. ult. αἰδημονέστερον.) Plato ὅντων ἀνδρεῖοι. Sed nostra Lectio magis placet. Qvod si negatio adhiberetur, mallem ante ἥκιστα collocari, qvæ significaret nonne?

Pag. 645. B. 9. ὡς θεοὶ ξείνοισιν.) Homerus Odyss. ρ. v. 486.

Pag. 646. A. 7. ἐν τῇ ψυχῇ, &c.) Plato sic, ἡ ἐν τῇ ψυχῇ ἄγνοια, ἡ τοῦ ἐψευσμένου. Mallem τῷ τοῦ ἐψ. Ficinus, *in animo mentientis inscitia*. Imo, qvi mentitur, contra mentem ipse suam, ac verum illud, cujus sibi conscius est, loqvitur. Est ergo passivum ἐψευσμένος.

Ib. D. ult. ἐνύπνιον ποιμήν.) Homerus Iliad. β. initio.

Pag. 647. A. 3. ἐνδατεῖσθαι.) Hæc apud Æschylum non legi. Apud Platonem, est ἐνδατεῖσθαι. Hesychio ἐνδατεῖσθαι, non tantum ἐπιλαμβάνειν μέρη, μερίζεσθαι, sed etiam ἐνδατούμενος, οἱονεὶ κακῶς λέγων ὁ φοβερῶς. Hic videtur esse ἐνδατεῖσθαι, seu ἐνδατεῖσθαι, ἐν δαιτὶ κατηγορεῖσθαι: sensus qvidem id postulat. Ficinus hoc verbum præterit. Ib. A. 4. μακραίωνος βίου.) Hoc malo, qvam μακραίωνας βίους, ut apud Platonem. Ib. A. penult. χορὸν ὁ ἐών μὴ.) Neqve id vertit Ficinus. Notum est qvi Tragœdiam docebat, huic legendi qvoqve docendiqve chori potestatem fieri solitam.

Pag. 649. B. 10. φιλικοί τι καὶ ἀποστροφήν.) Ita Clemens Alexandrin. Protrepticon suum concludit, Εἰ δὲ κοινὰ τὰ φίλων, θεοφιλὴς δὲ ὁ ἄνθρωπος τῷ θεῷ (f. addend. φίλος) καὶ γὰρ οὖν φίλος, μεσιτεύοντος τοῦ λόγου· γίνεται δὴ οὖν τὰ πάντα τοῦ ἀνθρώπου, ὅτι τὰ πάντα τοῦ θεοῦ, καὶ κοινὰ ἀμφοῖν τοῖν φίλοιν τὰ πάντα, τοῦ θεοῦ καὶ ἀνθρώπου. Et paulo post de verborum operumqve similitudine, Ὧδέ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα, τῶν Χριστοῦ ὀπαδῶν· οἷαι μὲν αἱ βουλαὶ, τοῖοι καὶ οἱ λόγοι· ὁποῖοι δὲ οἱ λόγοι, τοιάδε καὶ αἱ πράξεις· καὶ ὁποῖα τὰ ἔργα, τοιοῦτος ὁ βίος· Χριστὸς ὁ σύμπας ἀνθρώπων βίος, τῶν Χριστὸν ἐγνωκότων. Ibid. D. 6. λυτοὶ δὲ.) Plato in Euthyphrone, pag. 49. Hic autem loqvitur Euthyphro, qvi factum ipse suum, Deorum Maximi exemplo defendebat. Ib. penult. αὐτῶν.) Melius αὖ τὸν, ut Plato.

Pag. 650 A. 4. ἆρα γε, ὦ.) Ille Socrates loqvitur.

Pag. 651. B. 6. Ὦ φίλε Κρίτων.) Plato in Critone, pag. 371. B. Ib. C. 6. Animus Philosopho dignus. Audi & Senecam, sed jam senem, ac morti propinqviorem, Epist. 26. Ego certe, inqvit, velut appropinqvet experimentum, & ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit ita me observo & alloqvor. Nihil est, inqvam, adhuc, qvod aut rebus, aut verbis exhibuimus. Levia sunt ista, & fallacia pignora animi, multisqve involuta lenociniis. Qvid profecerim, morti crediturus sum. Non timide componor ad illum diem, qvo remotis strophis, ac fucis, de me judicaturus sum, utrum loqvar fortia, an sentiam: numqvid simulatio fuerit, & mimus, qvicqvid contra fortunam jactavi verborum contumacium. Disputationes & literata colloqvia, & ex præceptis Sapientium verba col-

lecta, & eruditus sermo, non ostendunt verum robur animi. Est enim oratio, etiam timidissimis audax. *Quidegeris, tunc apparebit, cum animam ages.* Vide & epistol. 30.. Qualis extremo illo actu, re ipsa fuerit, disces ex Tacito, lib. Annal. 15. nam supremas ejus voces temporum invidit injuria.

Pag. 652. B. 9. τῦτο πρᾶττων.) Malui uno verbo, *studiose*: Idem tamen est, qvod Latini a Numa instituti, feriis in rebus, ac præsertim in sacris admonebant. *Hoc age*, Plutarch. in Numa, ἀν ἴχνῳ ἢ μέχρι νῦν διαφυλάττοντες, ὅταν ἄρχων περὶ ὄρνισιν ἢ θυσίαις διατρίβῃ, βοῶσιν ΟΚ ΑΓΕ. σημαίνει δὲ ἡ φωνή, τῦτο πρᾶσσε. Idem in Rom. Qvæstion. Ρωμαῖοι τὸ παλαιὸν ἐν ταῖς ἑορταῖς ὐδὲν ἐικονόμουν, ὐδὲ ἐφρόντιζον, ἀλλ' ἢ περὶ τὰς θυσίας ἠσχολοῦντο, ἐ τῦτο ἔπραττον. Ib. C. 4. τῶ ἐνὸς ἐκείνυ.) Seneca in qvad. Epist. *Argumentum pessimi turba est.* Et, *Numeranda non sunt judicia, sed ponderanda.*

Pag. 653 A. 8. ἀλλὰ μετ' ἐκείνυ.) Animum accipe. Id enim vult Socrates, si ægro corpore injucunda vita est, corrupto animo, qvi solus justitiæ capax & injustitiæ, longe graviorem eam videri debere. Ib. D. 5. ὐδενὶ τρόπῳ.) Plato, in eod. Critone, pag. 372. F.

Pag. 655. B. penult. Σὺ δὴ σκόπει.) Ibid. pag. 374. A. Ib. D. 1. ἀλλὰ τί ἄν.) Plato, ἄλλο ἂν (φαῖεν) ἤ. Legendum arbitror, ἄλλο τι ἂν (φαῖεν) ἤ, phrasi ac sensu Platoni familiarissimis.

Pag. 658. A. 4. ὐκ ἐμμένεις.) Locus hic in priori editione misere truncatus fuerat: legebatur enim, ὐκ ἐμμένεις τοῖς ὡμολ. ἐὰν ἡμῖν, &c. contrario plane sensu. Integrum hic dedimus ex Platone. Ib. B. 2. ὅςις γὰρ νόμων.) Plato ibid. pag. 374. D. Ib. D. 3. ὐδεὶς ὅς ἐρεῖ;) Ita recte scribit distingvitqve Plato: male in priori editione ὐδεὶς σε ἐρεῖ ἴσως.

Pag. 659. D. 2. ἴσως δέ.) Plato, in Apolog. Socrat. 363. D.

Pag. 661. C. 4. Καὶ μετὰ βραχέα.) Imo satis multa; seqventia enim habentur pag. 368.

Ib. C. 5. ὡς πολλὴ ἐλπίς.) Cicero Tuscul. 1. sect. 97. locum hunc convertit ille qvidem, sed tamen sæpe Socratem minus κατὰ πόδας seqvitur. Qvantum licuit, divini hominis in dicendo voces atqve sententias orationi nostræ intexuimus.

Ib. D. 10. τὸν μέγαν βασιλέα.) Persarum Regem, Græcorum more, fortassis intelligit; malui tamen de qvocunqve accipere, ut latius pateret Socratis oratio: qvam hoc loco, minus, ut mihi videtur, fideliter expressit Ficinus, ut facile deprehendet, qvi cum singulis singula contulerit.

Pag. 663. A. 1. τῶν δὴ ἐπ.) Plato lib. 5. de Republ. pag. 464. B. C. Qvibus similia Menexeno toto, sapienter & copiose persequitur, pag. 402. & seq.

Ib. C. 10. ἀριςείδυ.) Hunc etiam supra laudavit. pag. 324. A. & 376. A.

Pag. 664 A. 2. διαφυλάττεται γάρ.) Vide supra. pag. 351. B. 354. A. 410. D.

Ib. D. 1. Φθέγξομαι, &c.) Consule Justinum Martyrem in Parænet. pag. 12. ubi Orphei loco hæc præmittit. Ορφέως γ' ἄν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονώς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτῦ Μυσαῖον, καὶ τὸς λοιπὺς γνησίως ἀκροατάς, ὕςερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνυ θεῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. Adi & Clement. Alexandrin. Strom. 5. pag. 443. nisi malis apud Nostrum legere, infr. pag. 685. ubi carptim ex eod. Orpheo nonnulla delibat. Aristobulus plenissime.

Pag. 665. A. 3. αὐτοτελής.) Justinus αὐτογενής.)

Ib. αὐτὸ δ' ὑπὸ, &c.) Justinus & Clemens, αὐτῦ δ' ἔκγονα πάντα τέτυκται. Addit Clemens, legi etiam πέφυκεν Ib. A. 5. περινίσεται.) Justin. περιγίνεται.

Ib. A. 7. ψυχῶν θνητῶν, &c.) Justin. θνητῶν αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται. Certe apud Eusebium, aut ψυχῶν pro αἰθερίων sumitur; aut scribuntur pugnantia: seqvitur enim, νῷ δ' εἰσοράεται. Nisi hæc Orpheo subtilitas placuit, ut animo Deum videri negaret, mente concederet. Ib. A. 8. Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθῶν, &c.) Clemens infra pag. 687. B. 1. Αὐτὸς δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι φυτεύει,

Καὶ πόλεμον κρυόεντα·

Justinus autem,

Οὗτος δ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν θνητοῖσι δίδωσι,
Καὶ πόλεμον κρυόεντα, καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

Qvorum versuum alia longe mens videtur. Eusebianorum sensus est, Deum ex bonorum suorum thesauris mala proprie dicta, non immittere, tametsi bellum & aliæ id genus calamitates, qvæ malorum pœnæ, non mala sint, ab eodem inferantur. Apud Justinum & Clementem, ἐξ ἀγαθῦ, vel est μετὰ τ' ἀγαθὸν, vel ἐξ ἀγαθῆς διαθέσεως ut ἀπὸ τῦ βελτίςυ, seu τῦ κρατίςυ, *optima fide*, *optimoqve consilio*. Dionys. Halicarnass. l. 1. αἰσθόμενος ὐκ ἀπὸ τῦ βελτίςυ τοῦτο πράττοντα τὸν ἀδελφὸν, i. *ubi sensisset hac a fratre animo non optimo fieri.* Et lib. 7. ὁ δ' ἀγαθὸς, ἐ ἀπὸ τῦ κρατίςυ πρὸς τὰ κοινὰ πρoσιὼν, *at vir bonus, optimoqve animo ad Rempub. accedens.* Interdum ἀπὸ παντὸς τῦ βελτίςυ. Idem lib. 3. τοῖς δ' ἀπὸ παντὸς τῦ βελτίςυ κρίνυσι τὸ συμβεβηκὸς, *At iis, qui de illo casu bono ac syncero animo judicabant.* Ib. B. 1. σὺ δὲ καν, &c.) Justin. χωρὶς μεγάλυ βασιλῆος. Qvæ seqvuntur, omittit, usqve ad, Αὐτὸν δ' ὐχ ὁρόω. Ib. B. 9. post ἐςήρικται,) Justin. & Clemens addunt.

Πᾶσιν γὰρ (malim δ') θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις.

Seqviturqve apud Justin.

Ἀσθενέες δ' ἰδέειν Δία τὸν πάντων μεδέοντα.

Apud Clementem vero,

Μικραὶ, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀςέα ἐμπεφύασιν.

Ib. C. 1. λοιπὸν ἐμοί, &c.) Hæc & seqventia, usqve ad, Αὐτὸς δὴ μέγαν D. 4. Justinus, non repræsentat. Hic autem forte legend. λοιπὸν ἐμ' ἰςάσιν. Ib. C. 5. εἰ μυνογενής.) Clemens infra, 685. B.

Ib. D. 2. Νάματος, &c.) Hic versus a Clemente omittitur.

Ib. D. 4. Αὐτὸς δὴ μέγαν.) Justinus.

Οὗτος γὰρ χάλκειον ἐς ὐρανὸν ἐςήρικται.

Ib. D. 6. γαίῃ δ' ὑπὸ π.) Justin. γαίης δ' ἐπὶ ποσί. Juxta illud Isaiæ, *Terra autem scabellum pedum meorum.* Ib. D. 10. ἐκτέτακεν, &c.) Justin. Πάντοθεν ἐκτέτακεν· περὶ γὰρ (mallem δὲ) τρέμει ὄρεα μακρὰ, Καὶ ποταμοὶ, πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης. Cætera

non habet.

Pag. 666. A. 3. *καὶ μέσον.*) Rectius Clemens infr. p. 685. penult. *ἅμα, καὶ μέσον.*

Pag. 668. D. 1. *Τὰ δ' ἑξῆς.*) Clemens Alexandrin. Stromat. 5. pag. 431. A. editio. Græcol. at Latinæ 594. Ib. D. 9. *καθάπερ οἱ σοφοὶ παλαισταί.*) Clementis Interpres hæc παρακοῦσαι videtur: vertit enim, *si nec sapientes luctatores, aliud eas ostendere significant.* Atqvi similitudo petitur a Palæstritis, qvi aliud ipso motu corporis, oculorumve conjectu, præ se ferunt, aliud re ipsa cogitant. Vulgo dicimus, *faire des feintes.*

Pag. 669. A. 11. *τὸ μὴ τόδε,* &c.) Hæc apud Clementem ita concepta reperies: *καὶ τὸ λαμπρότερον ἤδη μὴ ἂν πρὸς τ. 11. εἰρῆσθαι. καὶ μὴ τι μυστικώτατα μίαν τὴν ὄντως,* &c. Qvibus similia leguntur in MS Euseb. Nihil tamen in nostra lectione mutandum censeo, præsertim cum ex illis *καὶ μή τι μυστικ.* satis commoda exprimi sententia neqveat. Ib. D. 4. *ἐνταῦθα δή.*) Plato lib. 10. de Repub. pag. 519. D.

Ib. 5. *τὸ φθέγμα.*) Hervetus reddit, *Sermonem intelligentes.* *Φθέγμα*, hic *φθόγγος* est, & *μύκημα*, mugitus, qvem immanis hiatus ediderat. Præcessit enim apud Platon. *οὓς* (homines teterrimos) *οἰομένους ἤδη ἀναβήσεσθαι, οὐκ ἐδέχετο τὸ στόμιον, ἀλλ' ἐμυκᾶτο, ὁπότε τις τῶν οὕτως ἀνιάτως ἐχόντων εἰς πονηρίαν, ἢ μὴ ἱκανῶς δεδωκὼς δίκην, ἐπιχειροίη ἀνιέναι.* Ib. D. 6. *Ἀρδιαῖον.*) Ita Justin. Martyr in Parænet. pag. 19. Clem. *Ἀριδαῖον.* At Plato *Ἀρδιαῖον.* Ib. D. 8. *καταβαλόντες.*) Clemens *καταλαβόντες.*

Ib. D. 10. *κάμπτοντες.*) Justin. *γνάμπτοντες.* Plato, *κνάμπτοντες*, eod. sensu. Clemens & MS. *κνάμπτοντες.* Qvod postremum si probatur, dicendum est eos non utcunqve carptos & laceratos esse, verum etiam ad majorem doloris sensum aspalathis impositos. Ego alterum prætulerim. Ib. *οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες.*) Justinus inde Resurrectionis etiam dogma colligens, *ἐνταῦθα*, inqvit, *μοι δοκεῖ ὁ Πλάτων, οὐ μόνον τὸ περὶ κρίσεως, παρὰ τῶν Προφητῶν μεμαθηκέναι λόγον, ἀλλὰ καὶ τὸ περὶ τῆς ἀπισουμένης παρ' Ἕλλησιν ἀναστάσεως· τὸ γὰρ μετὰ σώματος κρίνεσθαι τὴν ψυχὴν φῆσαι, οὐδὲν ἕτερον δηλοῖ, ἢ ὅτι τῷ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπίστευσε λόγῳ. οὐ γὰρ δὴ σὺν τὴν ψυχήν, κεφαλήν, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ δέρμα, ἔχειν ἠσχυν.*

Pag. 670. A. 6. *ποιητικῶς.*) Clementem corrige, apud qvem male, *προφητικῶς.*

Ib. B. 3. *ἐπειδὴ δ' ἦν.*) Plato l. 10. de Repub. p. 521. D. ista pluribus. Ib. B. 4. *περιεῖναι.*) Mendose apud Clement. *περιεῖναι.*

Ib. C. 1. *ὁρατός τε γὰρ,* &c.) Plato *ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τέ ἐστι, καὶ σῶμα ἔχων.* At Clemens, *ὁρατός τε γὰρ ὤν, ἁπτός ἐστιν· ἁπτός τε ὤν, καὶ σῶμα ἔχει.* Ib. 5. *ὡς αὖ ἐκ μόνου γένους.*) Sensus qvidem sine alior. verborum accessione constat: plenius tamen apud Clement. post *σημαίνει*, legitur, *καθάπερ υἱὸν, πατέρα δὲ αὐτοῦ κεκλῆσθαι, ὡς ἂν ἐκ μόνου γεν.* Ib. ult. *τῶν ἐν οὐρανοῖς.*) Vulgo sic legitur, *τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.*

Pag. 671. B. ult. *κατὰ τὰ γένη.*) Recte. Apud Clement. autem vitiose *καὶ* pro *κατά*, qvod etiam imposuit Interpreti. Certe Plato non *δημιουργεῖ τὰ νοητά*, sed *τὰ αἰσθητά*, ad exemplar *τῶν νοητῶν* elaborata significat.

Ib. D. penult. *ἐν τῷ Φαίδρῳ.*) Pag. 348.

Pag. 672. A. 2. *Λύσιδι.*) Vera lectio, & Platonica. Itaqve Corrigend. Clemens, apud qvem mendose legitur, *Λυσίᾳ.* Fuit qvippe Lysias Rhetor, alius a Platonico Lyside. Locus autem extat apud Platon. pag. 110. & seq.

Ib. A. 4. *Ἀθηναῖος ξένος.*) Plato lib. 4. Leg. pag. 601. A. Ib. B. 7. *ἐπαινέτης τε, ὅρκος τε.*) De Juramento pluribus disputat lib. 12. Leg. pag. 689.

Ib. B. 9. *μετὰ βραχέα.*, Imo, at multa, qvæ hic prætermittit Euseb. cujus verba ista sunt, *καὶ μετὰ βραχέα.* Seqventia vero, *ἀδελφοὺς δὲ,* &c. sunt Clementis. pag. 434. edit. Græcol.

Ib. D. 6. *λέγω μὲν δή.*) Locum hunc integrum supra leges, pag. 602. C.

Pag. 673. C. 8. *ἀλλ' ὑμεῖς μὲν.*) Iliad. η. v. 99. Menelaus paulo commotior ita Græcos alloqvitur, *τοὺς μὴ ἑτοίμους δεξαμένους τὴν τοῦ Ἕκτορος περὶ τῆς μονομαχίας πρόσκλησιν*, ut legimus apud Justin. Martyr. in Parænet. pag. 23. Qvod Eustathius sic explicat, *αὐτὶ τοῦ, νεκρωθείητε*, inqvit, *καὶ τοῦ μὲν ζωογόνου πνεύματος θερμοῦ, στερηθείητε, γένοισθε δὲ ὕδωρ καὶ γῆ, ἃ δὴ ἐναπομένει τοῖς νεκροῖς σώμασι.* Ib. D. 1. *Ἡνίοχος.*) Ita versus istos ex Clemente distinximus, ac restituimus. Ib. *Προμηθεῖας.*) Legend. *Προμηθεὺς*, ut versus constet.

Pag. 674. A. 7. *Ἤδη γὰρ δηρόν.*) Homerus Iliad. ξ. vers. 206. Ib. B. 6. *Θεῷ δυνατόν.*) Pindari fragmenta locum hunc repræsentant.

Pag. 675. B. 2. *Ἓν ἀνδρῶν.*) Theodor. Canterus lib. 2. variar. lection. cap. 11. hos Pindari versus illustrat. Ib. B 5. *ἀριστοτέχνας πατέρα.*) Canterus ibid. Plutarchi loca profert, ubi ex Pindaro, id nominis Deo tribuitur. Pindari versus idem ex Dionis Chrysostomi Olympico, hunc in modum refert,

Δαιδαλαῖς μεγαλοθενὴς,

Ἀριστοτέχνα Πάτερ.

Licet ibi nominatim Pindarus non appelletur.

Pag. 676. B. penult. *ἀπτόμενον μέτρα,* &c.) Hinc Clementem emendes licet, apud qvem vitiose admodum legitur, *ἀπτόμενον μέτρα, καὶ ἀποσβεννύμενον μέτρα*: qvæ simili vitio reddidit Interpr. *mensuras accendens, & extingvens mensuras;*

Pag. 677. A. 10. *ἐπειδὴ δὲ τοῖς.*) Plato, 10. de Repub. pag. 519. E. Ib. D. 8 *Καλλίμαχος.*) Supra, Lino tribuebatur hic versus.

Pag. 678. A. 9. *Σόλωνος ἐλεγεῖαι.*) Adi eundem Clementem lib. 6. pag. 494. ubi septenarii numeri mysteria uberius perseqvens, de Solone sic loqvitur, *Τάς τε τῶν ἡλικιῶν μεταβολὰς κατὰ ἑβδομάδας γίνεσθαι, Σόλωνος αἱ ἐλεγεῖαι δηλοῦσιν, ὧδέ πως.*

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
Φύσας, ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἑπτ' ἔτεσιν·
Τοὺς δ' ἑτέρους, ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἑπτ' ἐνιαυτοὺς,
Ἥβης ἐκφαίνει σπέρματα γεινομένης· &c.

Ib. B. penult. *Ξενοφῶν.*) Hæc totidem verbis apud Xenophontem non reperio. Est tamen Memorabil. 4. pag. 802. locus huic admodum affinis, *ὁ τὸν ὅλον κόσμον*, inqvit, *συντάττων τε, καὶ συνέχων,* &c. *οὗτος τὰ μέγιστα μὲν πράττων ὁρᾶται, τάδε δὲ οἰκονομῶν, ἀόρατος ἡμῖν ἐστιν. ἐννόει δὲ, ὅτι καὶ ὁ πᾶσι φανερὸς δοκῶν εἶναι Ἥλιος,*

οὐκ ἐπιτρέπει τοῖς ἀνθρώποις ἑαυτὸν ἀκριβῶς ὁρᾷν· ἀλλ' ἐάν τις αὐτὸν ἀναιδῶς ἐγχειρῇ θεᾶσθαι, τὴν ὄψιν ἀφαιρεῖται. Tum de fulmine, ventis, Animo, qvæ per se se videri cum neqveant, admirabiles tamen effectus virium suarum indices ac testes relinqvunt.

Pag. 679. A. 1. τῶν σφετέρων.) Apud Theodoretum, lib. 3. de Græc. affect. cur. pag. 49. hic versus ita legitur,

Καὶ ἴσην τ' αἴσθησιν ἔχειν, φωνήν τε, δέμας τε.

Ib. A. 4. ἀλλ' εἰ χεῖρας.) Theodoretus ibid. ἀλλ' εἴ τοι χεῖρας εἶχον βόες, ἠ' ἐλέφαντες. Ib. A. 9. ὅμοιοι.) Theodoret. ὁμοίας, uti conjeceram. Subdit idem Græcorum Medicus, Xenophanem illum eod. in argumento versantem, populorum qvorundam ex more, huic suæ cogitationi fidem asserere. Τοὺς μὲν γὰρ Αἰθίοπας, μέλανας καὶ σιμοὺς γράφειν ἔφησι τοὺς οἰκείους θεούς, ὁποῖοι δὴ καὶ αὐτοὶ πεφύκασιν· τοὺς δέ γε Θρᾷκας, γλαυκούς τε καὶ ἐρυθρούς· καὶ μέν τοι καὶ Μήδους, καὶ Πέρσας, σφίσιν αὐτοῖς ἐοικότας· καὶ Αἰγυπτίους ὡσαύτως αὐτοὺς διαμορφοῦν, πρὸς τὴν οἰκείαν μορφήν. Ib. B. 5. ἀενάοιον.) Longe melius, qvam, ut apud Clement. ἀεὶ καὶ λίαν. Ib. B. 9. Τἀγαθὸν ἐρωτᾷς.) Hunc Cleanthis locum jam laudaverat in Protreptico, pag. 35. B. Sunt autem Jambici Senarii, qvos ante perturbatos, qvantum licuit digessimus. Cæterum major est Eusebii cum Clemente similitudo, in Protrept. qvam in Stromat. Ib. C. 6. ὠφέλιμον.) Clemens utrobiqve, ὠφέλιμον, ἀρέσκον, ὁμολογούμενον. Qvi versus omnino constat.

Ib. D. ult. Σὲ δ' ἄνήρ.) Corrige ex Clemente, Σοὶ πείθεσθ' ἐς ἀνήρ.

Pag. 680. A. 8. μοιχικοῖς ἐπεσάλη.) Clemens, νυμφικοῖς ἐπεσφάλη. Ib. B. 2. ἐθέργετο.) Clemens ἐθρύπτετο, honestiore vocabulo.

Ib. D. 5. Εἰς ταῖς.) Idem locus habetur apud Justin. Martyr. in Parænetico, pag. 13. fine: apud Clementem Nostrum in Protrept. pag. 36. edit. Græcol. apud Theodoretum lib. 7. de cur. Græc. affect. pag. 109.

Ib. D. 10. πολλοὶ καρδίας.) Clemens in Protrept. & Theodoret. πολυκαρδία, qvod mendosum est. Lege πολλὸν καρδίαν, ut est apud eundem Clement. hoc 5. Stromat. & legend. conjeceram. Ib. D. 12. ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων.) Justinus, λίθων τε καὶ ξύλων, Elige; sed emenda Clementem in Protrept. ubi mendosissime legitur, ἐκ λιθίνων, ἢ ξύλων, ἢ χαλκέων.

Pag. 681. A. 1. Στέφοντες.) Justinus, τέρποντες. Clemens in Protrept. Νέμοντες. Perinde est.

Ib. A. ult. ῥόμβον.) Vera lectio. Clemens enim mendose, ὄμβρον. Ib. B. 7. Εὐφορίωνος Αἰσχύλος.) Recte. Fuit enim, ut constat, Euphorionis filius Æschylus. Tolle ergo mendum ex Clemente, apud qvem leges, ὅτε εὐφορίων, ὅτε Αἰσχύλος. Ib. D. 1. μία ἀρχά.) Plato in Phædro, pag. 344. eod. genio. Ἀρχὴ δὲ, inqvit, ἀγένητον. ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γιγνόμενον γίγνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἑνός. Εἰ γὰρ ἔκ του ἀρχὴ γίγνοιτο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίγνοιτο. (Forte, οὐκ ἂν ἀρχὴ γίγνοιτο, ut Timæus hic, οὐκ ἂν ἔτι εἴη ἀρχά. Atqve ita Tullius reddidit, Tuscul. 2. *Nec enim esset id principium, qvod gignebatur aliunde.* vulgata tamen lectio defendi potest. Ἐπειδὴ δὲ ἀγένητόν ἐστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι, &c. Ib. ult. γινώσκειν.) Clemens ὀμηγινώσκειν.

Pag. 682. A. 4. τίπτε με.) Iliad. χ. ver. 9. Apollo insequentem Achillem compellat.

Ib. C. 4. κατὰ τρόπον, &c.) Reponendum ex Clemente, κατὰ τρόπον σώζει. Εἶτα. Nisi malis καὶ σώζει κατὰ τρόπ. aut, qvod seqvutus sum, καὶ σώζει τρόπον. Si tamen retineatur κατὰ, vox τρόπον, modum potius, qvam mores significabit.

Ib. C. 6. Ἐστι ἀνθρώπων.) Et hic Clementem seqvor: scribit enim, εἰ ἔστιν ἀνθρώπῳ λογ.

Ib. C. 9. καταστροφάς.) Vera, ut opinor, Lectio: ex qva vicissim Clementem corrigas, apud qvem vitiose, καὶ ταῖς τροφαῖς. Ib. D. 13. Μένανδρος ὁ Κωμικός) Justinus lib. de Monarchia, seqventes versus Philemoni tribuit, non Menandro.

Pag. 683. A. 1. ἢ ῥίφων.) Clemens, ἢ ῥίφων. Omissus est apex ante ρ, cum scribend. fuerit ἢ ῥίφων. Ib. A. 6. ζῶδια.) Operarum vitio, in versione legitur *animantes imitans*. Corrige, *animante mutans*. Ib. A. ult. ἅμ' ὅπη.) Ita ex Clemente malui, qvam ut legebatur, ἐν ἅμα ἐπιθυμήσῃς, tametsi ἐν ἅμμ' ἐπιθυμῇς retineri possit.

Ib. B. penult. μηδὲ βελόνης.) Aliter atqve aliter apud Clementem hi versus & incipiunt & desinunt. Sed neqve hic, neqve illic sua singulis ratio satis constat: nec facile constitui potest. Ib. D. 4. Οἴει σύ.) Laudat etiam hunc locum Justin. lib. de Monarchia, & Theodoret. l. 6. de cur. Græc. affect. pag. 88. Ib. ὦ Νικήρατε.) Justin. ὦ Νικόστρατε. Ib. D. penult. Μίαν δικαίων, &c.) Seqventes versus aliter etiam apud Nostrum, apud Clementem aliter ordinantur: sed utrobiqve sæpe claudicant: gravius tamen apud Clementem. Nam apud Justinum locus admodum decurtatus est.

Pag. 684. A. 1. τῷ παντί,) Clemens ordinem hunc mutat; nam post ἔργῳ, legit, Καὶ εἰ τοὺς δύο καλύψῃ ἡ γῆ,

Tum sic

Φησὶ τῷ παντὶ χρόνῳ· ἅρπαξ ἀπελθὼν,
Κλέπτ' ἀποστερεῖ, κύκα. μηδὲν πλανηθῇς,
Ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις.

Qvi ordo, mihi qvidem magis placuit: sed versus pessime depravati sunt. Malim ergo legere, post ἔργῳ, hoc modo,

Κ' εἰ τοὺς δύο καλύψῃ ἡ γῆ, φασὶ, χρόνῳ.
Τῷ παντ' · ἀπελθὼν, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα·
Μηδὲν πλανηθῇς, ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις.

Ib. C. 5. γῆ δ' ἱδρύνν.) Clemens, γῆ δ' ἱδρυνθεῖσ' ... γάρ τ' ἔπι Recte. Ib. C. 7. Κἄπειτα παῖδας.) Qvæ huic etiam versui deerant, ex Clemente supplevimus: ante legebatur, Κἄπειτα τοὺς πρόσθεν ἀπώλεσαν: nullo sensu.

Pag. 685. A. 1. Εὄντες,) Qvid si legas? Ἀνδρείων ὄντες (vel etiam ἐόντες) ἀρχέων ἀποκλαρεῖ, ἀπηρεῖς.

Pag. 686. D. 5. Ας ποτι.) Libentissime subscribo Frontoni nostro, τῷ μακαρίτῃ, qvi Σὰς ποτι legendum optime conjicit: ut ante habes, σὺν ἔαρ. σὺς χειμῶν. Simul etiam βακχευτὰς pro βακχεύτας, legi possit.

Pag. 687. A. 3. προβολάς.) Adi Observationes.

Ib. A. 6. διαγγελλειν.) Μνημονεύεν ἁμάρτημα est. Locus enim habetur Amos 4.13.

Pag. 689. B. 2. σάπῃ.) Lege αὐτῇ, ex Clemente. Ib. B. 5. ἄπλατος.) Quid si ἄπλησος; Quid si ἀπέλαστος; quasi ἀπρόσιτος.

Ib. C. 2. ἐπί.) Rectius ex Clemente versum hunc clauserit μέγα, quam ἐπί. Tum seqvens ex Justino in lib. de Monarch. hoc modo restituendus.

Ὅταν ἐπιβλέψῃ γοργὸν ὄμμα δεσπότου,

Ib. C. 4. δεσπότου.) Et hunc eod. ex Justino sic corrige,

Πάντα δύναται γὰρ, δόξα δ' ὑψίστου θεοῦ.

Mallem tamen,

Πάντα δύναται γὰρ δόξα ὑψίστου θεοῦ.

Ib. D. 6. ἡ δύναται.) Oraculum hoc plurib. supra leges apud Nostrum, lib. 5. pag. 216. D.

Pag. 690. B. 1. ὁ Πλάτων.) Vide locum lib. 7. de Repub. pag. 482. D. Ἡμέτερον δὴ ἔργον, (ἦν δ' ἐγώ) τῶν οἰκιστῶν τὰς τε βελτίστας φύσεις ἀναγκάσαι ἀφικέσθαι πρὸς τὸ μάθημα, ὃ ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔφαμεν εἶναι μέγιστον, ἰδεῖν τε τὸ ἀγαθὸν, καὶ ἀναβῆναι ἐκείνην τὴν ἀνάβασιν· καὶ ἐπειδὰν ἀναβάντες ἱκανῶς ἴδωσι, μὴ ἐπιτρέπειν αὐτοῖς, ὃ νῦν ἐπιτρέπεται. Ib. B. 5. ὀξεῖαν περιστροφή.) Necessaria dabimus in Observationibus. Ib. B. ult. χρυσοῦ φύσις. Clemens locum hunc ita legit, χρυσοῦ φύσις κρίνειν ἀνεψεύσατα, καὶ πάντη. Τις πατρὸς ἄρα καὶ ποιητοῦ, &c. Recte. Si tamen asteriscum nostrum explere velis, non incommode legeris, καὶ πάντη εἰσὶν ἱκανοί. Qvod etiam Sylburgio in mentem venit. Ib. C. 4. συμπαθοῦντα.) Recte Clemens συμπαθοῦντα τῷ ζώῳ, vel τοῖς ζώοις. Tum addit, τῶν δ' ἐμψύχων, omisso τῶν ἢ ζώων, qvod qvidem facile abesse possit. Ib. C. 5. τὰ δὲ καθ' ἡμέραν ἐγ.) Clemens ἀθάνατα, καθ' ἡμερ. ἐγ. sine τὰ δὲ: nec incommodo sensu: fortassis enim Solem, Lunam, aliaqve sidera intelligat: tum alterum divisionis suæ membrum, hæc est, τὰ θνητά, qvæ ἀθανάτοις opposita, in alia duo genera partiatur. Ib. C. 8. Καὶ τῶν αἰθρώπων.) Hervetus brevius & obscurius, qvam par esset, ita vertit, *Ut ex hominibus omnes Græci & Barbari.* Ib. C. penult. νομάδων.) Pascuales homines, aut etiam Nomadas intelligere potest. Elige. Ib. D. 1. ἑώων.) Clemens, ἑώων, πάντη ἑσπερίων ἀντόμενον, ἢ βόρειον τε, &c. Ib. D. 6. ἐπεργεσμάτων.) Clemens, & MS. Euseb. ἐνεργημάτων, utrumqve rectum: posterius tamen seqvutus sum, & magis etiamnum probo. Ib. D. penult. περγασίαι.) Clemens περγοίαι. Placuit Eusebius.

Pag. 691. A. 3. κατὰ περίφρασιν.) Clemens κατὰ περίφασιν qvasi Deus ipsos mediocri qvadam illustratione circumfundat. Malo tamen περίφρασιν. Ita enim Stromate 1. pag. 231. A. ubi Apostolicum illud, Actor. 17. *Qvem ergo ignorantes colitis,* &c. ex professo tractans, ἐξ ὧν, inqvit, δῆλον, ὅτι καὶ ποιητικοῖς χρώμενος παραδείγμασιν, ἐκ τῶν Ἀράτου Φαινομένων, δοκιμάζει τὰ παρ' Ἕλλησι καλῶς εἰρημένα, καὶ διὰ τοῦ ἀγνώστου θεοῦ, τιμᾶσθαι μὲν κατὰ περίφρασιν πρὸς τῶν Ἑλλήνων, τὸν Δημιουργὸν Θεὸν ᾐνίξατο· κατ' ἐπίγνωσιν δὲ, δεῖν δὲ τοῦ παραλαβεῖν τε καὶ μαθεῖν. ubi περίφρασιν τοῦ δημιουργοῦ θεοῦ, ait esse τὸν ἄγνωστον θεόν. & huic περίφρασι opponit ἐπίγνωσιν; hoc est veram ac propriam cognitionem. Et paulo post adhuc illustrius ἤτοι οὖν οἱ ἀνοιγόμενοι τυφλῶν ὀφθαλμοὶ, (ab Apostolis videlicet) ἡ δὲ τοῦ ἐπιγνώσις ἐστι, τοῦ Πατρὸς, ἡ τῆς περιφράσεως τῆς Ἑλληνικῆς κατάληψις.

Illæ enim Græcorum etiam Poetarum & Philosophorum circumlocutiones, ante Christi adventum, plane comprehendi non poterant.

Pag. 693. A. 10. βελτίμην.) Homerus Odyss. λ. v. 488. Achilles apud inferos loqvitur.

Ib. B. 4. Ἄλλοτ' Iliad. α. v. 10.

Ib. C. 5. Ἀρεώς τε, &c.) Ita hunc locum ex Platone restituimus, cum ante perperam legeretur, Ἀρεώς τε καὶ Ἡφαίστου ἀπὸ Ἀφροδίτης δεσμὸν, δι' ἑτέρα τοιαῦτα.

Pag. 695. A. 11. ἀσωμάτων.) Malo σωμάτων ex MS. Ib. C. 1. τοιόσδε.) Forte, τοιοῖσδε. Nam de Dæmonibus loqvitur.

Pag. 696 A. 8. περὶ ψυχῆς.) In hac de Animis disputatione, a principibus etiam Philosophis graviter erratum esse, cum alii, tum inprimis B. Chrysostom. ostendit homil. 1. in Joannem. Δογμάτων δὲ ἕνεκεν τῶν περὶ ψυχῆς, inqvit, οὐδὲ ὑπερβολὴν ἵνα καταλίπῃ αἰσχύνης λοιπόν. Et καθάπερ τῶν τὰ φρένας ἔξωθεν κεκονιαμένοις, ἀν αποφαίνωσιν, ἰχῶρ καὶ δυσωδίας, καὶ δυσφορήτων ὄψεις γέμοντας ὄσων ὅτι καὶ τὰ τοῦ Φιλοσόφου (Platonis) δόγματα, ἂν τῆς κατὰ τὴν λέξιν ἀπογυμνώσῃς ὥρας, πολλῆς ὄψει τῆς βδελυγμίας πεπληρωμένα, καὶ μάλιστα ὅταν περὶ ψυχῆς φιλοσοφῇ, ἀμέτρως ἡμῖν τι αὐτὴν, καὶ βλασφημῶν. Ib. B 8. ἐκ δὲ τῆς γενέσεως.) Locus est ex Timæo, pag. 528. D. qvem Tullius lib. de Universo, sect. 19. convertit; qvia tamen minus interdum Philosophi verbis hærere videbatur, nostro ipsi sensu ea utcunqve reddere maluimus. Adi & Plutarch. in opusculo integro περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας, ubi Platonis sententiam enucleat, liberisqve suis aperit, a qvibus ea de re consultus fuerat.

Ib. C. 1. τῆς ἀμερίστου.) Plutarchus loco cit. τῆς ἀμεροῦς. Porro Philosophus ibi præcipue de Mundi anima disputat, qvæ cum ἀναλογία in cæteras animas refunduntur.

Ib. D. penult. Καὶ μέχρι γε.) Plato in Phædone, pag. 386. D.

Pag. 697. A. 9. Πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις. Hæc, qvæ in versione omissa sunt, ita redde; *Admodum tu qvidem verisimilia loqveris.* Ib. C. 6. Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτό.) In Phædro, pag. 345. F.

Ib. C. 8. ἐτῶν μυρίων.) Legend existimo πρὸ ἐτῶν μυρίων, vel εἰ μὴ διὰ τ. μυρ. vel aliqvid simile: altoqvi negaret, qvod affirmare videatur.

Pag. 698. A. 1 ἰδεῖν μὲν γάρ.) Lib. 10. de Repub. sub finem, pag. 531. Ib. A. 10. Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου.) Lege Plutarchum lib. Sympoliac. 9. Problem. 5. Διὰ τί Πλάτων εἰκοστὴν ἔφη ψυχὴν τὴν Αἴαντος ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐλθεῖν; ubi partim facetas & ridiculas, partim serias qvæstionis hujus solutiones comminiscitur: sed inanes omnes. Ut tamen in re ficta, non absimilis veri, qvam Marcus Grammaticus afferebat; in Homeri νεκυίᾳ, si Elpenoris ac Tiresiæ animas subduxeris, qvorum alter adhuc insepultus esset, alter singulari prærogativa uteretur; Aiacis animam ordine vicesimam Ulyssis in conspectum venisse. Ib. B. 7. Ἐπειοῦ.) Fuit is Eqvi Trojani Architectus, de qvo Virgil. 2. Æn.

——*Et ipse doli fabricator Epeus.*

Pag. 699. C. 9. τὸν μὲν δικαίως.) Plato in Gorgia, pag. 312. sub Dialogi finem. Ib. D. 8. ἄλλοι δὲ ὀνίνανται.) Qvi? aut qvomodo?

Defuncti nimirum, sed levioribus criminibus obnoxii, qvi postqvam denuo revixerint, tantorum cruciatuum memores, castius & sanctius novam hanc vitam instituent, ne iterum mortui, qvorum scelera imitati essent, eorum etiam pœnas sustinere cogerentur.

Pag. 700. D. ult. τὸ μαλακόν.) Post hæc verba, duarum sententiarum trajectionem contigisse puto; proindeqve sic legendum, τὸ μαλακὸν, τῇ τε ἀπαθεῖ οὐσίᾳ πρὸς τὴν παθητὴν, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις μίαν ἄλλην πάντων κοινωνίαν· τὰ δὲ κραθέντα, &c. Qvam conjecturam in versione seqvutus sum.

Pag. 702. B. 3. Φαινομένων) Mallem cum altero, MS. Φωτεινῶν. Porro non illa tantum a Platone traduntur, sed etiam animata esse Astra, qvi alius error est. Ib. B. 8. Τίνα δὴ καὶ σιμ.) In Epinomide, pag. 699. B. Ib. C. 5. Θεοὺς δὲ δή.) Ibid. pag. 702. C. Ib. C. 10. ἀέριον δὲ φύσις.) Ficinus hæc cum præcedente, δαίμονας, ita conjungit, ut per appositionem, δαίμονας ἀέριον γένος, dici existimet: ad qvem & Serranus accedit, qvi superiora mire turbat. Plato ubiqve genus hoc aerium, ab superiorum Dæmonum turba sejungit. Ib. D. 1. ἐσφήνου διαπορίας.) Pauca & necessaria dabimus in Observationibus. Ib. D. 4. Οτι πῦρ.) In Timæo, pag. 527. F. sed pauca ex superioribus, ad trunca orationis intelligentiam, repetenda. Sic enim ille, Νῦν δὲ, (&c.) οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ, ἀέρα τε, ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, καὶ πρὸς ἄλληλα, καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν, ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ὅ, τι πῦρ πρὸς ἀέρα, &c.

Ib. D 5. τοῦτο ἀέρ.) Plato ἀέρα, qvod rectum est; refertur enim ad præcedens ἀπεργασάμενος. Hæc apud Tull. conversa leges in Timæo, sect. 13.

Pag. 703. A. 1. ψυχὴν δέ.) Ibid. pag. 528. C. Tull. sect. 18. Ib. A. 2. ἔξωθεν τὸ σῶμα α. π.) Plato ἔξω, &c. Tullius, *Deinde cum circumdedit corpore, & restituit extrinsecus.* Mihi qvidem adversus hoc Nomen vel hiscere, religio sit: Mens tamen Philosophi videbatur, Animum illum, non tantum omnibus mundi partibus interfusum esse, verum etiam toti ejus corpori circumdatum atqve circumfusum. Id qvod ex seqventibus auferri qveat. Postqvam enim Animum hunc arbitrio suo temperavit; tum pag. 529. A. de illius in Universo situ & collocatione sic disputat. ἐπεὶ δὲ, inqvit, κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι, πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο, μετὰ τοῦτο, πᾶν τὸ σωματοειδὲς ἐντὸς αὐτῆς ἐτεκταίνετο, καὶ μέσον μέσῃ ξυναγαγὼν προσήρμοττεν.

Hactenus Virgilian. illud,

Spiritus intus alit, totamqve infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Qvid deinde? Audi. Ἡ δὲ (ψυχὴ) ἐκ μέσου πρὸς τὸν ἔσχατον οὐρανὸν διαπλακεῖσα, κύκλῳ τε αὐτὸν ἔξωθεν περικαλύψασα, αὐτή τε ἐν αὐτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ ἔμφρονος βίου, πρὸς τὸν ξύμπαντα χρόνον. Qvam postremam periodum Tullius ita vertit; *Sic animus a medio profectus,* (διαπλακεῖσα, qvasi traductus, atqve transmissus) *extremitatem cœli a suprema regione, rotundo ambitu circumjecit, seseqve ipse versans, divinæ, sempiternæ, sapientisqve vitæ induxit exordium.* Ergo illud κύκλῳ περικαλύψασα, reddit, *rotundo ambitu circumjecit.* Si removebitur Ciceronis auctoritas, velle mihi Philosophus videtur, *Animum se ipso extremum illud cælum in orbem,* id enim est, κύκλῳ *undiqve circumdedisse:* atqve ita longe facilius, qvod adjungit, intelligas, *Animum semet ipsum in se se versare.* Sane Timæus ille Locrus, in suo de Natura opusculo, qvod Platonici Timæi qvoddam qvasi semen dici qveat, ita clarissime, τὰν δὲ τῶ κόσμω ψυχὰν, μέσοθεν ἐξάψας, ἐπάγαγεν ἔξω, περικαλύψας αὐτὸν ὅλον αὐτᾷ, κρᾶμα αὐτὰν κερασάμενος, ἔκ τε τᾶς ἀμερίστω μορφᾶς, καὶ τᾶς μεριστᾶς οὐσίας. Ib. A. 3. καὶ κυκλῳ δὲ, &c.) Tullius, *Caloqve solivago, & volubili, & in orbem incitato complexus est.* Acrioris esset ac fidentioris ingenii, hæc & alia pleraqve, ad Philosophi verba κριτικώτερον expendere. Tantum moneo, leviter mutandum videri qvod apud Tullium seqvitur, *qvod secum ipsum propter virtutem facile esse posset, nec desideraret alterum, satis sibi ipse natus & familiaris.* Scribendum enim est, *notum & familiare:* nam de Cœlo loqvitur. Ib. A. 6. ἐξ ἧς λόγω.) Plato ib. 529. F. Tullius sect. 26.

Ib. B. 6. μεταβάλλει μέν τοι γε) Idem lib. 10. Leg. pag. 672. C. D. Ib. B. 8 μεταβαλόντα δὲ φέρεται.) Plato, μεταβάλλοντα δὲ φαίνεται. Elige. Ib. C. 1. Εἰ δὴ ἄν μεταβάλλει.) Videntur hæc, ad simile usqve periodi principium c. 8. perperam inculcata. Atqve hæc insulsa repetitio Librariorum oscitantiæ tribuenda est, qvi cum in hac periodo exscribenda, ad illas voces pervenissent, μεταβολῆς αἰτίας, qvæ jam ex Platone præcesserant, periodum integram denuo ad finem usqve pertexuerunt, cum seqvi debuisset ex Eusebio, οὐρανὸς δὲ, &c. qvæ habentur c. 10.

Pag. 704. B. 9. Τούς ἥλιον.) Locum hunc Philonis extare non credo. Extant alii duo in lib. de Mundi opificio, qvorum posteriorem indicamus in Observationibus ad pag. 286. priorem hic dabimus ex Philon. pag. 7. ubi rationem afferens, qvamobrem post terræ germina, Stellas Deus effecerit. Προλαβὼν γὰρ περὶ τῶν ὕστερον γενομένων ἀνθρώπων, οἷοι ταῖς γνώμαις ἔσονται, στοχαστικοὶ τῶν εἰκότων καὶ πιθανῶν, ἐν οἷς τὸ πολὺ τὸ εὔλογον, ἀλλ᾽ οὐχὶ τῆς ἀκραιφνοῦς ἀληθείας· καὶ ὅτι πεπιστεύουσι τοῖς φαινομένοις μᾶλλον, ἢ θεῷ, σοφιστείαν περὶ σοφίας θαυμάσαντες· καθιδόντες τε αὖθις τὰς ἡλίου καὶ σελήνης περιόδους, δι᾽ ὧν θέρη, χειμῶνες, ἔαρες, μετόπωρα τροπαί τε, τῶν ἐκ γῆς ἀνὰ πᾶν ἔτος φυομένων καὶ γινομένων ἁπάντων αἰτίας ὑπολήψονται τὰς τῶν κατ᾽ οὐρανὸν ἀστέρων περιπολήσεις· ἵνα μηδεὶ θνητῷ τὰς πρώτας ἀναλίθεναι τινὸς τολμῶσιν αἰτίας, ἢ διὰ θράσος ἀναισχυντον, ἢ δι᾽ ἀμαθίαν ὑπερβάλλουσαν ἀναδραμέτωσαν, φησὶ, ταῖς διανοίαις ἐπὶ τὴν πρώτην τῶν ὅλων γένεσιν, ὅτε πρὸ ἡλίου καὶ σελήνης, παντοῖα μὲν φυτὰ, παντοίους δὲ καρποὺς ἤνεγκεν ἡ γῆ, &c. qvæ satis cum hoc loco infra D. 10. conveniunt.

Pag. 706, A. 1. ἴσως δή.) Plato lib. 5. de Repub. pag. 457. C. ista pluribus. Eadem citantur ac refelluntur a Theodoreto. lib. 9. de cur. Græcor. affect. pag. 129. & 130. Ο δὲ ταῦτα νομοθετῶν, inqvit, οὐδὲ τῶν τῆς Κανδαύλου γυναικὸς λόγων ἐμνήσθη· ἐκείνη γάρ τοι, τοὺς ἀνδρὸς γυμνὸν οἱ δείξαι τὸ σῶμα κελεύσαντος, μάλα ἔφη σωφρόνως, ὅτι ἀποδυομένη τὸν χιτῶνα, ξυναποδύεται καὶ τὴν αἰδῶ ἡ γυνή. Τοιγαροῦν ὁ φιλόσοφος τὰς ξυμφιλοσοφούσας γυμνοῖ τῆς αἰδοῦς, καὶ ἀναιδεστάτας ἀποφαίνει. Fœdissimi hujus instituti, sicut alior. plurimorum, auctores habuit Lacedæmonios; ut videre est apud Thucydid. lib. 1. Plutarch. in Lycurgo, & Apoph-

chegmat. Cui flagitio frustra speciem aliqvam & colorem qværit.

Ib. a. 10. Φιλογυμναςάσαι.) Malui φιλογυμναςῦσι cum Platone, & M. S.

Ib. 1. ult. ἅπ᾽ ἁπλ.) Plato ἁπλῆ.

Ib. b. 8. Ηδ᾽ αὖ πη.) Plato lib. 7. Leg. pag. 630. G. Minervam autem, ut constat intelligit.

Ib. c. 4. ἐν δὲ τόποις.) Eod. lib. 7. Leg. pag. 634. b. Qva de re nonnulla in Observat.

Ib. C. 5. δεῖ.) Additum hoc verbum ab Eusebio est, ad aliqvam sensus integritatem.

Ib. c. 6. οἰκῦντας.) Conjiciebam οὐκ ὄντας, qvam lectionem postea deprehendi, a Serrano, in M. S. repertam fuisse. Et vera est, ut opinor, ne peregrinos ritus, qvod tantopere cavendum putabat, suam in Rempub. inveheret. Idem etiam Lacedæmone cautum.

Ib. c. 10. τῆς παιδείας.) Plato communius, ταῖς παιδείαις.

Ib. d. 7. Γυμνάσια τιθῶμεν.) Plato ibid. pag. 637. G.

Ib. d. 11. διεξόδων τακτικῶν.) Ficinus *acierum ordinationes.* Probare vix possum. Διέξοδος, etiam in re militari, aliqvando profectionem ipsam, atqve ὁδοιπορίαν absolute significat, adeoqve militarem ipsam expeditionem. Dionys. Halicarnass. l. 1. Antiq. p. 16. πείσαντες τοὺς Ἀβοριγῖνας, συνδέξασθαι σφίσι τῆς διεξόδου, στρατεύουσιν ἐπὶ τοὺς Ομβρικούς. Diodor. Sicul. lib. 2. p. 136. ubi de inviis Arabiæ tractibus, καθάπερ οἱ ἐν τοῖς πελάγεσι, πρὸς ταῖς ἀπὸ τ̃ ἄρκτων σημασίαις τὴν διέξοδον ποιῦνται. Qvo fere sensu, loca etiam difficilia, τὴν διέξοδον ἐπίπονον habere dicuntur. Alias, certum qvoddam ac peculiare τῆς πορείας genus, vel κ̄τ̄ διεκτροπὴν, vel κ̄τ̄ ἐπιτροπὴν, vel κ̄τ̄ εἰσβολὴν, aut ἐκβολήν. Qvemadmodum enim ipsi viarum itinerumqve flexus & exitus, διέξοδοι vocabantur; ut apud Xiphilinum, in Vitellio, τὰς διεξόδους τῶν στενωπῶν ἀκριβῶς εἰδότες. & apud Dionys. Halicarnass. lib. 5. ῥᾷον οἱ φεύγοντες ἐσώζοντο, &c. ἢ διώκοντες κατελαμβάνον, δι᾽ ἀπειρίαν τῶν διεξόδων. Sic flexiones etiam militum, διέξοδοι sunt. Idem Xiphilin. in Severo, de Pertinacis funere; οἵ τε ἱππεῖς, καὶ πεζοὶ, περὶ τὴν πυρὰν, πολιτικάς τε ἅμα, καὶ ποιητικὰς διεξόδους διελίττοντες διεξῆλθον. ubi πολιτικαὶ διέξοδοι, civiles, opinor, ac sedatiores flexiones significant, qvales etiam ex Platone nostro proferuntur. πολεμικαὶ vero, seu στρατιωτικαὶ, (utrovis enim modo legendum potius existimo, qvam ποιητικαὶ) ex militiæ præceptis legibusqve perfectas: nisi ποιητικὰς artificiosas reddere libet. Alias impetum aliqvem vox ista sonat, ut cum Suidas illud Davidis, διεξόδους ὑδάτων κατέδυσαν οἱ ὀφθαλμοί μου, explicat, κρουνηδὸν ἐφέροντο τὰ δάκρυα. Is autem impetus, fit καὶ εἰσβολὴν ἅμα, καὶ πάλιν ἀποστροφὴν, ut ὁ διέκπλους in re nautica. Thucydides lib. 1. διέκπλοι δ᾽ οὐκ ἦσαν, ἀλλὰ θυμῷ, καὶ ῥώμῃ τὸ πλέον ἐναυμάχουν, ἢ ἐπιστήμῃ. ubi Scholiast. διέκπλουν ποιεῖν explicat, τὸ ἐμβαλεῖν, καὶ πάλιν ἀποστρέψαι, καὶ αὖθις ἐμβαλεῖν. Idem lib. 2. διέκπλοι τε οὐκ εἰσιν, οὐδὲ ἀναστροφαὶ, ἅπερ νεῶν ἄμεινον πλεουσῶν ἔργα ἐστίν. Hic ego διεξόδους τακτικὰς hoc utroqve sensu intellexi, qvod peculiare qvoddam exercitationis bellicæ genus Plato significet, non autem profectiones ipsas, aut expeditiones militares: præsertim, cum indicata illa τῶν διεξόδων specie, τὸ καθόλα adjungat, καὶ ἁπάσης πορείας, qvod in Gymnasiis illis omnia exercitationum militarium genera obiri vellet. Qvæ τῆς διεξόδου acceptio, ac præsertim, pro illo erumpendi, vel irrumpendi conatu & impetu, clarius etiam intelligitur, ex verbis infra pag. 707. a. 7. seqventibus, ubi mulieres inter cætera vult, τῶν διεξόδων ἅπτεσθαι, qvod Ficinus vertit, *castra movere*, qvi tamen paulo ante διεξόδους, *acierum ordinationes reddiderat.* Atqvi hac in lege ferenda, id se Plato seqvi profitetur; non, ut mulieres exercitum ducant, sed ut, si qvando res ferat, urbi præsidio esse, hostesqve propulsare possint: qvo cum egregie ista vel irrumpendi, vel erumpendi significatio convenit.

Pag. 707. A. 8. θέσεως, καὶ ἀναιρέσεως ὅπλων.) θέσις illa, propositioqve armorum, non est, meo qvidem judicio, vere & proprie dicta ἀπόθεσις: qvid enim bellicæ exercitationis in ea vel fingi possit? Et tamen hoc in exercitationum genere Platonis mens oratioqve versantur. Deinde, qvis unqvam Græce dixerit, θέσεως ὅπλων ἅπτεσθαι, l. *abjiciendis armis studere?* Erit igitur, ista θέσις, cum armato militi consistendum est, nec invadendus, sed expectandus hostis, militari tamen ordine studiose diligenterqve servato.

Hinc illud, τίθεσθαι τὰ ὅπλα, qvod & mihi uberius explicandum videtur, qvo hac de phrasi, apud Lexicographos vix certi qvicqvam reperias. Vulgo qvidem sumi video, pro ὅπλα κατατίθεσθαι, vel ἀποτίθεσθαι, Gallice, *mettre bas les armes.* Mihi nondum locus occurrit, in qvo ita proprie sumi credam: nisi qvi armati consistunt, nec tamen re ipsa pugnant, ii proprie arma dicantur abjicere. Qvatuor præcipue modis usurpari reperio, qvorum tres postremi, communi qvodam ex fonte manant. Primus est, pro τάττειν, vel τάττεσθαι, l. *aciem instruere, vel instrui*, non tam ad certamen ineundum, qvam vel πρὸς ἐπίδειξιν, Gall. *pour faire monstre*: (Plutarch. in Pomp. ἐξεπλάξεν, καὶ διακοσμεῖν τὴν δύναμιν) vel ad securitatem, dum v. c. bellicum habetur concilium, aut urgente hoste milites Imperator alloqvitur. Xenoph. expedit. lib. 7. p. 395. εἰ δὲ τάχιον ἐπιθυμεῖτε, θέσθε τὰ ὅπλα ἐν τάξει, ὡς τάχιστα: l. *Hæc si expetitis, jam jam armati ordine consistite*: ubi Xenophon Imperator vagum & inordinatum militem alloqvitur. Et paulo post, τοὺς ἄλλους (ἡγεμόνας) ἐκέλευσε ταὐτὰ παραγγέλλειν, καὶ τίθεσθαι τὰ ὅπλα. l. *Alios (Duces) jubebat eadem ad suos cohortatione uti, ac milites ordinare.* Qvi sensus clare constat ex seqventibus. Subjungit enim de militibus οἱ δὲ ὑφ᾽ ἑαυτῶν ἐτάττοντο, &c. Tum infert, ἐπεὶ δὲ ἔκειντο τὰ ὅπλα, l. *postqvam ordinata acies, & qvieta constitit.* Sic Thucydid. lib. 2. ἀνεῖπεν ὁ κῆρυξ, εἴ τις βούλεται κ̄τ̄ τὰ πάτρια τῶν πάντων Βοιωτῶν ξυμμαχεῖν, τίθεσθαι παρ᾽ αὐτοὺς τὰ ὅπλα. *Edixit Præco, qui ex patriis Bœotorum omnium institutis, in belli societatem venire vellent, ii ut secum in armis consisterent*: Gall. *qu'ils se rengeassent avec eux en armes.* Non, ut Inter-

pres, *apud ipsos arma poneret.* Melius Scholiast. συὺ αὐτοῖς ἐπιλέξασθαι. Et lib. 8. pag. 620. καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐξεκκλησίασαν. I. *armis instructi, & ordine collocati, concionem habuerunt.* Imminebat enim hostis.

Secundus est, pro κατασρατοπεδεύεσθαι. Qvi usus, inter cæteros, Dionyl. Halicarnass. perfamiliaris est. ut lib. 5. pag. 311. θέμενοι δὲ (Sabini) πλησίον αὐτῶν τὰ ὅπλα, I. *juxta eos castrametati.* & al.

Tertius, præcedenti affinis, pro *castra munire* potius, qvam metari: Gall. *se fortifier.* Idem. Dionys. lib. 8. pag. 546. ὀλίγοι τινὲς, ὡς ἔρυς κορυφήν τινα ἀνάδραμον, καὶ θέμενοι ἐνταῦθα τὰ ὅπλα, τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα διέμενον. I. Exigua manus, conscenso montis jugo, & castris eo in loco munitis, seqventem ibi noctem exegit. Thucydid. lib 2. de Thebanis, qvi Platæam invaserant, θέμενοι δὲ εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα. Qvis ibi vertat, arma abjicere, cum hostilem urbem invaderent? Sholiastes explic. ἐπιτίθεσθαι, *arma induere:* sed armati jam erant. Idem lib. 8. p. 620. εὐθὺς ἐχώρουν ἐς τὸ ἄστυ, καὶ ἔθεντο αὐτοῦ τὰ ὅπλα. ubi male Scholiast. ἀπέθεντο.

Qvartus, cum secundo tertioqve conjunctior, ἀντὶ τοῦ πολιορκεῖν, Gall. *planter son camp.* Thucydid. l. 8. p. 573. πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν τὰ ὅπλα τίθενται. Herodot. lib. 1. ubi de Pisistrato ab exilio redeunte, atqve Athenas invadente, οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ἀπικνέοντες ἐπὶ Παλληνίδος Ἀθηναίης ἱερὸν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. Qvæ postrema Interpres sic vertit, *altrinsecus arma posuerunt.* clarius omnino, *castris positis obsidere cœperunt.* Sæpe apud Thucydid. maxime, τὸ καθίζεσθαι, gemino plane sensu positum reperias. Ib. b. 9. Γυναιξὶ δὲ.) lib. 8. Leg. pag. 644. f.

Ib. b. 11. δίαυλον, δόλιχον.) Adi, si placet, doctiss. Fabrum in Agonistic. hæc solita ubertate tractantem.

Ib. b. ult. μηνύσης κοινῇ.) Rectius omnino, qvam ut apud Platon. μὴ ὕσαις, aut μηνύσαις, ut in MS. Ib. c. 7. τῶν ἐν τ. ὅπλ. μάχην.) Subintelligendum ἀπὸ κοινοῦ, δῆσομεν, qvod paulo ante præcessit.

Pag. 708. a 2. Ἐάν τις παῖδας.) Plato lib. 11. leg. pag. 680. a. Sed locus in suo fonte, satis obscurus, obscurior ab Eusebio factus est, paucorum verborum decurtatione. Lege ergo cum Plat. ὁσαύτως δὲ καὶ τὸ γένος ἀεὶ πορίζεσθαι κατ' ἀγχιστείαν, ἐάν τις παῖδας, &c. loqvitur autem de viris, qvibuscum fœminæ illæ matrimonio conjungendæ sint.

Ib. a. 3. ἐπαινῶν.) Repone ἐπαινῶν ex Platone; τὸ γένος scilicet.

Ib. a. penult. τῆς ἂν ζωαύτης.) Idem 6. leg. 621. G. Ibid. b. 8. τὸ τῷ ἠνδ' ἐγώ.) Idem lib. 5. de Repub. p. 459.

Pag. 709. a. 1. 2. Γυναικί μεν.) Idem ibid. pag. 460. Ibid. c. 2. ὅσην δὲ χρόν.) Idem in Phædro. pag. 348. d.

Ib. c. ult. ἀλλωμένη.) longe melius, qvam ἀλωμένη, ut apud Platon.

Pag. 711. b. 5. ὅ, τι δ' ἄν.) Idem lib 11. Leg initio. Ib. c. penult. δῆλον δὲ.) Idem lib. 9. Leg. 657. G. Qvæ jam pluribus pag. 656. G. statuerat.

Pag. 712. a. 4. Ἐὰν δέ, ὅ γυ.) Idem ibid. p. 658. a. Ib. Ἐὰν ἀδελφὸς.) Plato enucleatius, καὶ ἐὰν ἀδελφὸς ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφὴν ἢ ἀδελφὴ ἀδελφὸν, ἢ ἀδελφὴν θυμῷ κτείνῃ.

Ib. c. 1 ἀδελφός.) Id. ibid. 658. d. Ib. C. ult. ἐς ἀεὶ ἐκ νόμων.) Ante legebatur εἰς ἀεὶ ἐκ νόμων. sed nullo sensu. Certe apud Platonem, post ἐκ τῶν νόμων, istuc εἰς, aut ἐς, non seqvitur: sed pag. 659. a. ἐς αἰεὶ ἐκ νόμων. ut in M. S. qvod novæ Legis initium est. Ib. d. 7. ὁ γὰρ νόμος ἀπαγορεύει.) Plato addit, qvod ἐμφανικώτερον est, ὁ ἀπαγορεύων ὑπὲρ πάσης τῆς πόλεως ἂν φαίνεται τι καὶ φανεῖται. Ib. d. 8. μὴ προσαγορεύειν, εἴργεσθαι.) Plato longe aliter, ἢ μὴ προσαγορεύειν εἴργεσθαι τοῦ τοιούτου ἀσεβοῦντος, πρὸς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν προσῆκεν τῷ τε δυστήσαντι πρῶτον μὲν τὸ μίασμα εἰς αὐτὸν, καὶ τὴν τῶν θεῶν ἔχθραν δέχοιτο, ὡς ἡ τοῦ νόμου ἀρὰ τὴν φήμην προστρίψεται. τὸ δὲ δεύτερον, &c. qvæ ita decurtavit Eusebius, ut sensum qvoqve perverterit.

Pag. 713. c. 4. ὅταν τὴν ἐξουσίαν.) Idem lib. 8. Leg. pag. 649. b. ubi legitur, ὃς δ' ἂν τ. γ.

Ib. C. 9. τῷ λόγῳ.) Melius τῷ νόμῳ, ut apud Platon.

Pag. 717. c. 8. μοι πᾶν.) Lege μοι πᾶς.

Pag. 720 d. penult. Ἐκ δὲ δὴ φορᾶς.) Plato in Theæteto, pag. 118. f.

Pag. 723. b. 5. Προσπταίειν.) Ibidem, pag 130. b.

Ib. b. 8. οὐχ ὑγιές.) Ita Platonis ex genio Persius, Satyra 3.

—Sonat vitium percussa, maligne
Respondet viridi non cocta fidelia limo.

Et Satyra 5.

—Pulsa, dignoscere cautus
Qvid solidum crepet.

Ib. c. 1. χορηγῶσι τοῦ λόγου.) χορηγεῖν istuc, opinor, metaphoricum est, ἀντὶ τοῦ διδάσκειν. Communius esset παραδοῦναι, ut Latinis, tradere: sed hominum hoc in doctrinæ genere liberalitatem & ἀφθονίαν indicare voluit. Est autem τοῦ λόγου, Atticum, ut jam ante monui. Ib. c. 8. οὐδὲν μᾶλλον οἴονται.) vera lectio ex Platone restituta, cum ante mendosissime legeretur, οὐδὲν γὰρ μᾶλλον οἴονται. Ib. c. 10. κατὰ συσχ. Plato καὶ τὰ συσχ. Eusebio hærendum putavi. Ib. d. 2. μηδὲ σμικρόν.) Istuc μηδὲ inseruimus, ex Platone.

Pag. 724. D. 1. μή τι.) Ita legend. ex Platone, non μήτι. Ib. d. 8. 9. ξυνέλαβές μοι.) Idem in Sophista, pag. 158. G.

Pag. 725. a. 10. Σικελικαί τινες.) Empedoclem Agrigentinum intelligit, τὸν ποιητὴν φιλόσοφον, qvi qvatuor Elementis φιλίαν τι, ut Diogenes loqvitur, ἡ συγκρίνεται, καὶ νεῖκος, ᾧ διακρίνεται, adjungebat. Ib b. 4. τὸ μὲν ἀεὶ.) Ficinus, *semper hac ita solvunt, suspenduntqve.* Pauci, credo, id satis intelligant. Platonis mens videtur, sententiam illam qvæ ἀεὶ τὸ πᾶν οὕτως ἔχειν defendebat, utpote συντονωτέραν, a Siculis istis χαλασθῆναι, laxatam nonnihil ac mollitam esse.

Pag. 728. a. 10. ἀγαπῶντας.) Subobscure dicta hæc sunt. Ego mentem hominis potius, qvam verba seqvutus sum. An forte ἀγαπῶντας, hoc loco, σφοδρῶς καὶ συντόνως; qvod qvæ diligimus, ea fere vehementer defendamus. An ἀλλήλους, pro ἀγαπῶντας, repo-

nendum? Certe Numenius hic, parum ubiqve tersus. Ib. B. 1. εἴξασι.) Omnino, vel ἐοίκασι reponendum est; vel εἴξασι pro ἐοίκασι positum, raro, ni fallor, exemplo, saltem apud solutæ orationis Auctores.

Ib. b. 8. σκαριφηθμοῖς.) MS. σκαρφηθμοῖς, adhuc vitiosius. Credo legendum σκαριφισμοῖς, hoc est λεπτολογίαις, & contortulis argutiis, qvibus carptim aliqvid perstringatur potius, & qvasi vellicetur, qvam diligentius enucleetur. Aristophanes ἐν βατράχ. Act. 4.

Τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσι λόγοις,
Καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων
Διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι,
Παραφρονοῦντος ἀνδρός.

Σκαριφήματα qvoqve dicebantur: imo, ut κωμικώτερον Aristophani, σκαλαθυρμάτια, in Nubib. pag. 164. ὅστις σκαλαθυρμάτι' ἄττα μικρὰ μανθάνων. Scholiast. explicat, σκαλεύματα μικρὰ, καὶ λεπτὰ παντάπασι νοήματα, ἢ σκαριφήματα. Subdit autem, ἐκ τούτου δὲ διαβάλλει Σωκράτην, ὡς ἁπλῇ εἴπεν, ἃ διδάσκει, καὶ οὐδενὸς ἄξια λόγου.

Pag. 729. a. 10. τῆς εἰρωνείας.) Tullius 4. Academic. sect. 15. Cum aliud diceret, atqve sentiret, (Socrates) libenter uti solitus est ea dissimulatione, qvam Græci εἰρωνείαν vocant.

Ib. b. 5. φροῦδος ἀναδραμών.) Hoc est, opinor, λάθρα, tamqve celeriter, ut oculos fallere possint: ut solent qvi φροῦδοι γίνονται.

Ib. d. 4. πρόσθεν...γον.) Ex illo versiculo ἐπιπαρῳδήθη.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση τε χίμαιρα.

Ib. D. 11. Μενεδήμου.) Perperam apud Diogenem lib. 4. de Arcesilao, habetur Μενέδημος. Hæc enim de Arcesila, non de Menedemo dicuntur. Ib. d. penult. θύσεται.) Hinc etiam Diogenes corrigendus, apud qvem male, θήσεται.

Ib d. penult. ἢ Πύρρωνα.) Nihil muto. dixit enim ἔχων Πύρρωνα, ἢ Διόδωρον, uti Μενέδημον μόλυβδον. Mavult tamen Casaubonus εἰς Πύρρωνα, qvemadmodum apud Diogenem seqvitur, Νήξομαι εἰς Πύρρωνα, καὶ εἰς σκολιὸν Διόδωρον. Meo judicio, εἰς Πύρρωνα, non est πρὸς Πυῤῥ. aut κατὰ Πύρρωνα, sed potius δίκην Πύρρωνος καὶ Διοδώρου, cum utrumqve potius æmularetur, qvam in alterutrum, aut utrumqve ferretur. In nostris autem versibus, qvorsum, ut δίκην Πύρρωνος aut Διοδώρου curreret, Menedemi plumbum pectore circumferret, non video.

Pag. 730. b. 6. Ὁμηρικοῦ Τυδείδου.) Nobis Homeri versus 85. Iliad. ε.

Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης, ποτέροισι μετείη,
Ἠὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλέοι, ἦ μετ' Ἀχαιοῖς.

Ib. d. 5. ἀλλήλων.) ἀλληλίζων, opinor, scripserat. Ib. d. 6. ἤρεσεν.) Qvid si ἤρεσκεν?

Pag. 731. a. 8. πιθήνια.) Mallem πιθηνά, vel πιθήνια. Ib. b. 6. αἰαῖνα, &c.) Forte, αἲ δικαίως ὑπὸ τῶν Πύῤῥων. Ib. d 2. σὺν δ' ἔβαλον.) Iliad. δ. v. 447. & Iliad. γ. 131. ubi non legitur ἐδνοπάλιζεν.

Pag. 732. a. 7. ἡ μὴν δὴ ἀρχὴ ἦν.) Non satis, opinor, cum Numenii mente verba consentiunt. verbis enim tenus Stoicis ἀρχὴν tribuit, vel eam certe qvidem ostendit, qvam adversus Academicos objicere debuissent: & tamen paulo ante de Academicis cum diceret, εἰ μὴ τὴν ἀρχὴν ἔχειν, suum qvoddam illos Principium habuisse declarabat, qvod a Stoicis convellendum fuisset. Ib. A. 10 ...ταν.) Locus, ut patet, corruptus est. Forte legi possit, ἀφορμὴν, ἦν, εἴπου μόνου, &c. ut paulo ante legitur ἀρχὴ ἦν. Sensus tamen obscurus perplexusqve manet, qvod minus ἐναργῶς, qvæ Academicorum erant, a Stoicorum factione & oratione secernat. Et qvidem si de Stoicorum Decreto membrum hoc sumimus, velle Numenius id videtur, Arcesilam & profectos ab illo Academicos, ea qvam avide arripiebant, pugnandi ansa carituros fuisse, si Zeno aliqvid de suo illo Decreto remittere voluisset, qvo tam absolute comprehendendi vim phantasiæ tribuebat: de qvo infra p. 733. B. Sin (qvod mihi certe probabilius est) de Academicorum Decreto dictum id fuerit: hoc opinor, significat, hominibus nihil omnino percipi & comprehendi posse καθόλου ἐπιζομένοις, unum duntaxat aliqvid auferendum ac detrahendum fuisse, qvod vel ipsi perceptum satis & comprehensum fateri cogerentur. Qvid autem illud? Non declarat Numenius: facile tamen intelligitur, id ipsum videlicet, *Percipi nihil comprehendique posse*. Audi Tullium lib. 4. Academic. sect. 18. *Ex hoc*, inqvit, *illud est natum, qvod postulabat Hortensius, ut id ipsum saltem perceptum a Sapiente diceretis, nihil posse percipi.* Et vero, licet Carneades, ne id qvidem exceptum esse pateretur, *Antiochus tamen, ad istum locum* (verba Tullii sunt) *pressius videbatur accedere. Qvoniam enim id haberent Academici Decretum; nihil posse percipi, non debere eos in suo Decreto, sicut in ceteris rebus fluctuare, præsertim cum in eo summa consisteret.* &c. qvæ Tullius ita concludit, *Hoc igitur modo potius erat ab his postulandum, ut hoc unum saltem, PERCIPI NIHIL POSSE, perceptum esse dicerent.* Porro, totam illam Stoicorum de phantasia, seu viso, & comprehensione doctrinam, accurate idem Cicero ac diligenter exponit lib. 1. Academic. sect. 39. 40. 41. Sed alius ille locus ex 4. ejusd. operis sect. 18. qvi huc etiam maxime pertinet, sic legendus videtur. Cum enim ita negaret (Philo, qvi Zenonis definitionem respuebat) qvicqvam esse, qvod comprehendi posset" (id enim volumus esse ἀκατάληπτον.) si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum, (jam enim" hoc pro φαντασία verbum satis hesterno sermone trivimus) visum igitur impressum, effictumqve ex eo, unde esset, qvale esse non" posset ex eo, unde non esset: (Id nos a Zenone definitum rectissime dicimus. Qvi enim" potest qvidqvam comprehendi, ut plane" confidas id perceptum cognitumqve esse," qvod est tale, qvale vel falsum esse possit?)" Hoc cum infirmat tollitqve Philo, &c. Lambini emendatio a mente Ciceronis admodum" videtur aliena. Nos particulam unicam, ut," expungimus, post, *non posset*; illa vero, *id,*" *nos a Zenone*, usqve ad *esse posse*, parenthesi" includimus. Hæc tamen Platonico potius," qvam Tulliano more intricata videri possint."

Ib. C. 10. εἰρηνεύσας.) Lege cum MS. εἰρήνης. Ib. D. 1. ὅτι ἐποίησαν) Pendet sententia. Legendum videtur ὅπως ἐποίησαν.

Pag. 733. B. 1. ...ἀδιάφορον ἂν.) Expungendum

arbitror participium ὤν, ut Arceſilam ἀσθενέστερον vocet. Ib. D. 4. Πιταναῖος.) Diogenes Laertius lib. 4. Ἀρκεσίλαος, inqvit, Σεύθου, ἢ Σκύθου, Πιταναῖος, τῆς Αἰολίδος.

Ibid. Ἦν μὲν δὲ αὐτῷ καὶ ἐν Πιτάνῃ οὐσία, ἀφ' ἧς ἀπέστελλεν αὐτῷ Πυλάδης ὁ ἀδελφός.

Pag. 734. A. 6. περὶ δὲ Λακύδου.) Eadem commemorat Diogenes lib. 4. ſed longe ſiccius, atqve frigidius. Subobſcura videtur narratio, qvæ tamen diligentius attendenti, ſatis perſpicuam habet explicatamqve rationem. Ib. B. 1. οἰκονομικός.) Significare videtur, aliqvem eo tempore notiſſimum fuiſſe, qvem διὰ τῆς ἀκριβεστέρας οἰκονομίας, οἰκονομικὸν vulgo nominarent. Laertius de Lacyde noſtro, τοῦτόν φασι καὶ περὶ οἰκονομίαν γλυκύτατα ἐσχηκέναι. Interpres γλυκύτατα, *feliciſſime*, reddidit. Qvid ſi *lepidiſſime*?

Ib. C. 2. δακτύλιον.) Ne illum, aut clavim amitteret, hanc in occulta qvadam arcula deponebat, illum per ſeræ foramen intra cellam ipſam evolvebat. Servi reperta clavi, ſigillum revellebant, tum reſerata janua, jacentem intro anulum colligebant; inde ubi genio liberaliter indulſiſſent, clauſo oſtio ſimile priori ſigillum imprimebant, & anulo per eandem ſeram immiſſo, clavim ſua in arcula reponebant. Porro, cui ſuus toties anulus impoſuerat, idem (ut ſcribit Plutarch. opuſc. de Adulator. & amici diſcrim.) Cephiſocratem amicum in judicio periclitantem, ſubducto Judicum oculis, ipſius anulo liberavit. Τοῦ κατηγόρου, inqvit, τὸν δακτύλιον αἰτήσαντος, ὁ μὲν (Reus) ἡσυχῇ παρακαθῆκεν· αἰσθόμενος δὲ ὁ Λακύδης ἐπέθη τῷ ποδί, καὶ ἐπέκρυψεν· ἦν γὰρ ὁ ἔλεγχος ἐν ἐκείνῳ. μετὰ δὲ τὴν ἀπόφασιν, ὁ Κηφισοκράτης δεξιούμενος τοὺς δικαστάς, εἷς τις, ὡς ἔοικεν, ἑωρακὼς τὸ γενόμενον, ἐκέλευσε Λακύδῃ χάριν ἔχειν· καὶ τὸ πρᾶγμα διηγήσατο, Λακύδου πρὸς μηδένα φράσαντος.

Pag. 735. B. 10. καταλαμβάνει τὰ ἀφειμένα.) Id eſt, opinor, re ipſa percepit, ac certo intellexit, qvam multa negligenter habita profligaſſet. Ibid. καὶ μάτην.) Qvid ſi, καὶ ὅτι μάτην? Ib. B. ult. Φόρτακες.) Hic novo ſatis exemplo, Φόρτακες dicti videntur, οἱ φορτικοί, τουτέστι φορτικῶς χλευαστικοί, qvod ex ſeqventibus facile intelligitur. Φόρτος Atticis, riſus eſt, ſed immodicus, ac moleſtus. Ariſtophan. in Pluto. Ἔπειτα, καὶ τὸν φόρτον ἐκφύγοιμεν ἄν. Idem in Pace, ubi eum laudans, qvi ſcurriles iſtos & illiberales riſus ex Comœdia ſuſtuliſſet.

> Ταῦτ' ἀφελὼν κακὰ, καὶ φόρτον, καὶ βωμολοχεύματ' ἀγεννῆ,
> Ἐποίησε τέχνην μεγάλην ἡμῖν.

Hinc & Heſychio τὰ φορτικὰ dicuntur γελοῖα, & ὑπερβολίας σκώμματα. Ariſtophan. Veſpis,

> Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν λογίδιον, γνώμην ἔχον, ὑμῶν μὲν αὐτῶν οὐχὶ δεξιώτερον,
> Κωμῳδίας δὲ φορτικῆς σοφώτερον.

Ubi meo judicio, κωμῳδία φορτική, non eſt vel αἰσχρά, ἐν ᾗ φορτικά τινα εἰσάγουσι, ut Scholiaſtes exponit; nec, ut apud Stephan. alii, *inſulſa & inepta*; ſed potius, *ſcurrilis nimium, & in riſus effuſa petulantiores*, narratio enim qvam ſubjungit, faceta eſt illa qvidem, ſed liberalis tamen ac civilis. Ib. C. 1. Γέται καὶ Δᾶοι.) Δάκοι ſæpius qvam Δᾶοι reperias. Stephanus de urbibus, in voce Δακία, ſic habet: οἱ Δάκοι, οὓς καλοῦμεν Δάους. Γέτας γὰρ τοὺς πρὸς τὸν Πόντον κεκλιμένους, καὶ τὴν ἕω· Δάους δὲ, τοὺς πρὸς τἀναντία, πρὸς Γερμανίαν, καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. Καὶ παρ' Ἀττικοῖς δὲ, τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Δᾶοι, καὶ Γέται. Strabo lib. 7. hoc ipſum plenius. Δάκους δὲ, (&c.) οὓς οἶμαι Δάους καλεῖσθαι τὸ παλαιόν· ἀφ' οὗ καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐπεπόλασε τὰ τῶν οἰκετῶν ὀνόματα, Γέται, καὶ Δᾶοι. Atq; id probabilius judicat, qvam Davos illos a Scythis, οὓς καλοῦσι Δάας, ortos eſſe. Getarum & Davorum ex Terentii qvoqve Fabulis nota dicacitas atqve στωμυλία.

Ibid. C. 2. λαλεῖν στωμυλήθρας.) Τὸ λαλεῖν, minus hic neceſſarium videtur. στωμυλήθρα vero, pro στωμυλία & βωμολοχία, veterum Comicorũ vox erat. Athenæo lib. 7. στωμυλήθρας δαιταλεῖς, I. *loqvaces & dicaces convivæ*: ſed, opinor, legendum στωμύληθροι, ut apud Suidam, στωμύληθρος, pro στωμύλεθρος. Apud eundem Grammatic. legitur ῥομβοστωμυλήθρα: tum ſeqvitur, Εὐβουλίδης φησὶν, ἐριστικὸς κερατίνας ἐρωτῶν, καὶ ψευδαλαζόσι λόγοις, τοὺς ῥήτορας κυλίων, ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥομβοστωμυλήθραν. Qvi locus intelligi debet ex Diogene Laertio lib. 2. ubi Euclidis vitam pertexens, inter ejus ſucceſſores Eubulidem nominat, de qvo hæc inter alia, περὶ τούτου φησί τις τῶν Κωμικῶν.

> Οὑριστικὸς δ' Εὐβουλίδης, κερατίνας ἐρωτῶν,
> Καὶ ψευδέσι ἀλαζόσι λόγοις τοὺς ῥήτορας κυλίων,
> Ἀπῆλθ' ἔχων Δημοσθένους τὴν ῥωβοστωμυλήθραν.

Itaqve apud Suidam legendum videtur, Οὑριστικὸς, (φησί τις τῶν Κωμικῶν) Εὐβουλίδης, &c. verſus enim illi, non Eubulidis ſunt, ſed adverſus Eubulidem. utrum legas οὑριστικὸς, an ἐριστικὸς vix refert: fuit enim is, & ὑβριστικὸς, ut ex Diogene, loco citato, & Ariſtocle apud Euſeb. Noſtrum infra, p. 792. D. maniſeſte conſtat: fuit etiam ἐριστικὸς, ut pote Euclidis τῶν Ἐριστικῶν Principis diſcipulus atqve ſucceſſor. Seqvitur κερατίνας ἐρωτῶν ſupple ἐρωτήσεις, qvod graviter ac ſæpius utrinqve ferirent. At ψευδαλαζόσι, qvod habet Suidas, rectius videtur, qvam ψευδέσι ἀλαζόσι. Deniqve ῥομβοστωμυλήθρα, ſive ῥωβοστωμυλήθρα, ficta vox eſt. utrum legas elige; ῥωβο, duæ primæ, ut videtur, ſyllabæ ſunt, verborum ῥώω, & βοάω.

Pag. 736. εἶτα μὴ ἐξελέγξαι.) MS. εἶτε μὴ ἐξελέγχοι πάντα ἀνατρέψεσθαι, &c. Ex qvibus vera, opinor, lectio conjici poſſit, εἶτα ἂν μὴ ἐξελέγχοι, (vel εἶτα μὴ ἐξελέγξαι.) πάντα ἀνατρέψεσθαι ἑαυτῷ δοκεῖν.

Pag. 737. B. 2. οὐ χείρων.) Οὐ. Cujus tandem? Platonis, opinor In hoc qvippe multus ante Numenius fuerat. Ib. B 8. ἀπέφερεν.) Qvid ſi ἔφερεν? Eſt enim, ut pueris notum, ἄγειν καὶ φέρειν, ſurſum deorſumq; miſcere. Ib. E. 4. σφοδρῶς ῥέων.) hæc gloſſemati ſimillima, cum præcedat ῥοώδης. Ibid. D. ult. καὶ οὐ μεμενηκότα.) Legendum καὶ οὐκ ἔμεμεν. vel, qvod qvidem malim, οὐ προσεδέχετο, καὶ ἐμέμφετο, ἑκὼν ἠμέλει.

Pag. 742. B. 9. ἐδίδασκε δέ.) Xenophon Memorabil. lib. 4. pag. 814. B. Qvatenus earum doctrinarum ſtudiis eruditos eſſe oporteat Reipub. Principes, pluribus a Platone

lib. de Repub. 7. diſputatur. λογιστικῆς ſummam cognitionem eſſe jubet: Geometriæ ſecundo loco dari operam, qvatenus πρὸς τὰς στρατοπεδεύσεις, καὶ καταλήψεις χωρίων, καὶ συναγωγὰς, καὶ ἐκτάσεις στρατιᾶς, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα σχηματίζουσι τὰ στρατόπεδα, conferre poteſt. De Aſtronomia, qvid ſtatuat, ſubobſcurum eſt, niſi qvod ἀτεχνῶς parum admodum περὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ curioſos eſſe vult; atqve in illis cœleſtium urbium ac ſiderum converſionibus, umbram potius aut ſimilitudinem veritatis, qvam ipſammet veritatem agnoſcit.

Pag. 745 A. 6. ὅτι μὲν γάρ.) Idem Xenophon pag. 1000. B. Ib. A. 7. τῷ κρείττονι τῆς δυνάμεως, &c.) Xenophontis Interpres hæc ita mutat, τὸ κρεῖττον τῆς δυνάμεως αὐτὰ σέβειν. Metuit nimirum τὸ σολοικοφανές. Præceſſit enim τὰ θεῖα, tum ſeqvitur αὐτούς. Qvidni ergo ſimiliter οἷοι, qvod ſeqvitur, mutabat in οἷα? Meo judicio, ſolicitandum nihil eſt. Atticis enim, Xenophonti præſertim & Platoni familiariſſimum, caſus, genera, modosqve mutare, ubi potiſſimum ſignificationis potius, qvam vocum rationem habendam exiſtimant. Qvid autem ſunt τὰ θεῖα, niſi θεοί? qvod etiam τῷ κρείττονι, ſeu τὸ κρεῖττον τῆς δυνάμεως, ita vertit, majorem ob poteſtatem, vereor ut Xenophontis ex mente ſit: alioqvi dixiſſet, opinor, ἐπὶ τῷ κρείττονι, vel διὰ τὸ κρεῖττον. Ib. B. 1. δούλους εἰδέναι, &c.) Xenophon, δούλους δεῖ εἰδέναι, εἰς οὐδὲν πλέον τῆς ὑπηρεσίας προσήκει, qvæ oratio plenior eſt. Ib. B. 4. τόσον τόδε, &c.) Vitioſum eſt qvod apud Xenophont. in margine adnotatur, τόσον τόδε τοῖς.

Ib. D. 3. ὡς τὸ πλεῖστ.) Ita Xenophon. Male in priori editione ὡς τὸ πλεῖστ.

Ib. D. 5. Σικελιώτης τράπεζα.) Plato ipſe, qvi tacite hic a Xenophonte mordetur, lib. 3. de Repub. Socratem habet Adimanto ſic loqventem, Συρακοσίαν δὲ, ὦ φίλε, τράπεζαν, καὶ Σικελικὴν ποικιλίαν ὄψων, ὡς ἔοικας, οὐκ αἰνεῖς, εἴπερ σοι ταῦτα δοκεῖ ὀρθῶς ἔχειν.

Pag. 746. A. 5. τί ἂν οὖν εἴη.) Plato lib 7. de Repub. pag. 483. C Fici. Serrani autem 521. D. Ib. A. ult. δεῖ ἄρα καὶ τοῦτο, &c.) Ficinus, non ita, ut videtur, Auctoris ex ſenſu vertit: oportet ergo hanc præterea ſuperiori addere diſciplinam, qvam qværimus. προσέχειν non eſt προσθεῖναι. Ib. C. 1. ἀντίστροφος τῆς γυμναστικῆς.) Sororem vocat lib. 3. de Repub. ubi de Muſica ex profeſſo diſputat, ἆρ' οὖν, inqvit, ἡ βελτίστη γυμναστική, ἀδελφή τις ἂν εἴη τῆς ἁπλῆς μουσικῆς;

Ib. C. 2. ἔθεσι.) Qvantum valeat Muſica πρὸς τὰ ἤθη, eod. lib. 3. pluribus, ubi Gymnaſticam corporis, Muſicam animi propriam eſſe docet. Ib. D. ult. πυκνώματα.) Gellius l. 1. C. 11. Qvid enim foret ea re ineptius? ſi, ut Planipedi ſaltanti, ita Gracco concionanti, numeros & modos, & freqventamenta varia Tibicen incineret? numeros ῥυθμούς, modos μέλη, freqventamenta πυκνώματα dixit.

Pag. 747. D. 8. Θαλῆς Μιλήσιος.) Plutarch. in Moralib. de Plac. Philoſop. p. 875. D.

Pag. 748. B. 3. Ὠκεανόν.) Homer. Iliad. ξ. 246.

Ib. B. ult. καὶ ἡ γένεσις.) Plutarch. non habet illud καὶ, ſed iſta conjungit, ἵνα μηδὲν ἐλλείπῃ ἡ γένεσις, &c. Melius. Καὶ tamen retineri optime poteſt, modo ſeqvatur ἦ, pro ἡ, qvod mihi magis probaretur.

Ib. C. 6. ἐνέργεια.) Hoc malo, qvam ἐνέργεια, ut eſt apud Plutarchum, ubi Latin. Interpres hæc verba, οὐ δύναται δὲ ἡ ὕλη εἶναι ἐνέργεια, vertit, materia rem creare nullam poteſt. Plutarchi mens nunqvam iſta fuit.

Ib. C. 7. ὑπόθηται.) Plutarch.) ὑποκείηται. Utrumqve defendi poteſt: ὑπόθηται tamen magis placet. Ib. C. penult. ἀὴρ ὢν, &c.) Plutarch. ἀὴρ ὢν συγκρατεῖ ἡμᾶς, καὶ ὅλον τὸν κόσμον. Ib. D. 5. τῶν ὄντων ὑποστῆναι.) Plutarch. τῶν ὄντων, ἐξ ἧς πάντα, ὑποστῆναι, qvod ſignificantius videtur. Ib. D. 10. Ἡράκλειτος.) Præterit Euſebius, Anaxagoram, Archelaum, & Pythagoram. qvid ſeqvutus, non video: niſi qvod paulo poſt, pag. 750. D. Anaxagoræ ſententiam pluribus ex Platone traditurus eſſet: at de Archelao & Pythagora, nihil.

Pag. 749. A. 3. γῆν γίνεται.) Facilis erat conjectura, reponendum γῆν γίγνεσθαι, qvam lectionem Plutarchus repræſentat.

Ib. A. 8. ἀναλῦσθαι.) Qvid ſi ἀναλύεσθαι. Ib. A. 10. Δημόκριτος.) Apud Plutarchum ita leges. Ἐπίκουρος Νεοκλέους, Ἀθηναῖος, κατὰ Δημόκριτον φιλοσοφήσας, ἔφη τὰς ἀρχὰς τῶν ὄντων, σώματα λόγῳ θεωρητά, &c. Porro certum eſt Epicurum longe Democrito juniorem fuiſſe: qvot tamen annis poſt eum natus fuerit, eo incertum manet, qvod minus conſtans reperiatur Chronologorum de Democriti ortu interituqve ſententia. Adi Petavium Noſtrum tomo 1. de Doct. tempor. in Paralipomenis, pag. 862. 863.

Ib. D. 3. λόγῳ ἀπαθῆ.) Melius Plutarch. λόγῳ, καὶ ἀπαθῆ.

Pag. 750. A. 7. οὐδέ τι.) Mallem οὐδέ τινα.

Ib. B. 5. μηλόβοτον.) Plato in Hippia majore, Τοὐναντίον γὰρ Ἀναξαγόρᾳ φασὶ συμβῆναι, ἢ ὑμῖν· καταλειφθέντων γὰρ αὐτῷ πολλῶν χρημάτων, καταμελῆσαι, καὶ ἀπολέσαι πάντα. Diogenes Laertius, Οὗτος εὐγενείᾳ, καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν, ἀλλὰ καὶ μεγαλοφροσύνῃ, ὅς γε τὰ πατρῷα παρεχώρησε τοῖς οἰκείοις. Αἰτιαθεὶς γὰρ ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἀμελῶν· Τί οὖν, ἔφη, οὐχ ὑμεῖς ἐπιμελεῖσθε; Urbanum illud, καὶ σοφόν. hoc qvod ſeqvitur, κρεῖττον ἢ κατὰ φιλόσοφον. Objicienti enim, οὐδέν σοι μέλει τῆς πατρίδος; εὐφήμει, ἔφη, ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος, δείξας τὸν οὐρανόν. Digna vox, meliore lingva, meliore ſenſu. Ib. B. 10. ἦν γὰρ ἐν ἀρχῇ.) Plutarchus ſupra, p. 876. D. hæc paulo aliter, ἄρχεται δὲ οὕτως, inqvit; Ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, Νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε, καὶ διεκόσμησε· χρήματα λέγων, τὰ πράγματα. Conſule Diogenem. Ib. D. 5. ἀλλ' ἀκούσας.) Platonis locus eſt in Phædone, pag. 393. C. Ficini.

Pag. 751. A. 2. τιθέναι.) Ita malui ex Platone, qvam τιθέντα, ut in priori edit.

Ib. D. 8. ἔπειτα δὲ πρῶτον.) Plato uterqve, Ἐπειδή. Sed præſtat ἔπειτα qvod hic pro ἀλλά, vel ἔπειτα uſurpatur. Qvomodo a Plutarcho præcipue ſumitur, ut jam Stephanus in Notis obſervavit. Sic & apud Herodot. l. 2. p. 114. ἐπειδὰν τὰς ἱερείας ἀποπέμπωσιν, ἰέναι τὰ πρῶτα μὲν

μὲν διὰ τῆς οἰκουμένης. I. *Inde*, vel *Tum igitur dimissos adolescentes, primum quidem cultam regionem peragrasse.* ubi oratio, qvemadmodum & hic, nisi amico modo sumeretur, esset prorsus ἀναπόδοτος.

Pag.752.D.3. δινῶν περιτιθεῖς, &c.) Ficinus, *vertiginem circumponentes terræ sub cœlo.* Serranus autem *dum grandem aqvarum gurgitem terræ circumponunt sub Cœlo.* Existimavi perpetuam aeris agitationem intelligi; & ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, non cum superiore membro conjungendum, sed novi membri principium statuendum esse. Ib.D.6. βάθρον τ᾽ ἀέρα.) Ficinus Legit βάθρῳ τῷ ἀέρι, vertit enim, *aere velut basi.* Mihi nihil mutandum videtur.

Pag. 753. B. 7. κοινὰ τῶν φιλ.) Plutarch. de Placit. Philosophor. cap. 7. p. 880. Ex qvo Eusebius κατ᾽ ἐπιτομήν. Ib. C.3. ὅτι τέ τοις.) Hæc, usqꝫ ad λέγει δὲ οὕτως. Eusebii verba sunt. Ib D.5. κοινοῖς ἄν.) Imo Tu solus, Plutarche, gnaviter impius es, qvi Deo rerum humanarum curam eripias, & Divinæ Mentis ac felicitatis magnitudinem infinitam, angustis & iniqvis ingenii tui finibus metiare. Ib.D.9. πεπληρωμένον πάντων.) Nota, pro πάντων ἀγαθῶν, qvæ & alibi reperias.

Pag. 754. A. 10. θανάτου πολύκες.) Vocem ὕπνου, qvæ post θανάτου seqvebatur, cum Plutarcho sustulimus. Merum glossema fuit, qvo nescio qvis explicare voluit τὸ ἐγγὺς θανάτου. Itaqve adscripsit ὕπνος, (non ὕπνου) qvi vere morti simillimus. Ib. B.1. πεπλήρωτο ἐν μακαριότητι) Rectius, qvam ut apud Plutarchum, πεπληρώκει μακαριότητα. Ib.B.4. μηδὲν γὰρ ἐλλείπων.) Imo certe, qvod optime Plato vidit, id omnino summæ ejus & infinitæ bonitati debebatur. Cæterum in priori editione perperam legebatur, μηδὲν γὰρ ἔλλειπον. Ib. D.5. μετὰ δὲ ταῦτα.) Eusebius loqvitur, usq; ad ἄκουε.

Pag. 755. B. διὰ τῆς ὕλης, &c.) Hinc Plutarchum emendes licet, apud qvem minus recte, δι᾽ ὅλης τῆς ὕλης, δι᾽ ἧς κεχωρήκει, παραλλάξαι. Ib.B.10. ὁμοιομερείας.) Verbo dixit, qvod Plutarch. ὁμοιότητας· αὐτὰς δὲ λέγονται ὁμοιομέρειαι. Ib.C. τῆς κεφαλ. ἀρχαιολογίας.) Supple ἕνεκα. I. ὅσα γε πρὸς τὴν κεφ. ἀρχαιολογίαν. Ib.C.8. Ἕλλησι, &c.) Manifesta hic trajectio est. Lege ergo, Ἕλλησι, παρά τε Φοίνιξι, καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς πρόπαλαι τὴν πο... δεδοξασμένοις γεγυμνασμένοις, ἢ ..., &c. Imo ante τῆς πρόπαλαι, libenter, τὸ καὶ, expunxerim.

Pag.756.C.2. καὶ τὸ μὴ ὂν ἕτερον εἶναι.) Repone cum alt. MS. καὶ τὸ ἕτερον μὴ εἶναι.

Pag.757.A.5. αὐτίκ᾽ ἔπειτ᾽) Iliad. ε.v.214.

Pag.758.C.1. ἀναγκαίως.) Subtilis ac solida est tota hæc ab Aristocle contra Scepticos suscepta disputatio.

Pag. 760.D 5. εἰ δὲ ἐγίνωσκε.) B. Augustinus lib. de Religione, qværenti veritatem, *Saltem*, inqvit, *scis te dubitare an sit aliqvid veri, & hoc ipsum est veritas.*

Pag. 761.b 5. ἀντὶ χορευτοῦ φιλόσοφος.) Diogenes Laertius lib.9. ex Simone qvodam Apollonide. Timonem hanc significat, a saltatione jam abstinere cœpisse, anteqvam in Pyrrhonem incidisset. Σίμων ὁ Ἀπολλωνίδης, inqvit, φησὶ τὸν Τίμωνα εἶναι πατρὸς μὲν Τιμάρχου, Φλιάσιον τὸ γένος. νέον δὲ καταλειφθέντα χορεύειν, ἔπειτα καταγνόντα, ἀποδημῆσαι εἰς Μέγαρα πρὸς Στίλπωνα, &c. εἶτα (I. contractis jã nuptiis) πρὸς Πύρρωνα εἰς Ἦλιν ἀποδημῆσαι μετὰ γυναικός. &c. Vide infra, p.763.C. Ib.B.9. Σίλλοι.) Vide eund. locum p. 763. C. Diogenes lib. 9. auctor est Simonem etiam illum Apollonidem, qvi de Timone loqvebatur, Sillorum opus scripsisse, qvod Tiberio Cæsari dedicarit, in qvod Diogenes ipse commentarios edidisset. Tum de Timonis operibus, Τῶν δὲ Σίλλων, inqvit, τρία ἐστὶ (βιβλία) ἐν οἷς, ὡς ἂν Σκεπτικὸς ὤν, πάντας λοιδορεῖ, καὶ σιλλαίνει τοὺς Δογματικοὺς, ἐν παρῳδίας εἴδει. ὧν τὸ μὲν πρῶτον, αὐτοδιήγητον ἔχει τὴν ἑρμηνείαν, τὸ δὲ δεύτερον καὶ τρίτον, ἐν διαλόγου σχήματι. Operis initium hoc fuisse tradit, Ἔσπετε νῦν μοι ὅσοι πολυπράγμονές ἐστε Σοφισταί.

Pag.766.C.10. ὁ Πλάτων.) Locus extat in Theæteto, p.118. Fici.D. Ubi postqvam a Protagora hominem rerum omnium mensuram constitui docuit, ita proseqvitur: Οὐκοῦν οὕτω πως λέγει, (Protagoras) ὡς οἷα μὲν ἕκαστα ἐμοὶ φαίνεται, τοιαῦτα μέν ἐστιν ἐμοί· οἷα δὲ σοί, τοιαῦτα αὖ σοί. ἄνθρωπος δὲ σύ τε, κἀγώ. Tum hominem ita refellit, Ἆρ᾽ οὐκ ἐνίοτε πνέοντος ἀνέμου τοῦ αὐτοῦ, ὁ μὲν ἡμῶν ῥιγοῖ, ὁ δ᾽ οὔ; καὶ ὁ μὲν ἠρέμα, ὁ δὲ σφόδρα; Καὶ μάλα. Πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ πνεῦμα, ψυχρὸν, ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; ἢ πεισόμεθα τῷ Πρωταγόρᾳ, ὅτι τῷ μὲν ῥιγοῦντι ψυχρὸν, τῷ δὲ μὴ, οὔ; &c. At plurib. interjectis, ita miserum σκώπτει, ut illud de se cogitare videatur. *Quid faciam? sed sum petulanti splene cachinno.* τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου τεθαύμακα, inqvit, ὅτι οὐκ εἶπεν ἀρχόμενος τῆς Ἀληθείας, ὅτι πάντων χρημάτων μέτρον ἐστὶν ὗς, ἢ κυνοκέφαλος, ἤ τι ἄλλο ἀτοπώτερον τῶν ἐχόντων αἴσθησιν. ἵνα μεγαλοπρεπῶς, καὶ πάνυ καταφρονητικῶς ἤρξατο (f. ἄρξαιτο) ἡμῖν λέγειν, ἐνδεικνύμενος ὅτι ἡμεῖς μὲν αὐτὸν, ὥσπερ θεὸν, ἐθαυμάζομεν ἐπὶ σοφίᾳ, ὁ δ᾽ ἄρα ἐτύγχανεν ὢν εἰς φρόνησιν οὐδὲν βελτίων βατράχου γυρίνου, μὴ ὅτι ἄλλου του ἀνθρώπων. Ib.D.4. εἰ δὴ τῆς τις, &c.) Plato ibid. hæc plurib. Εἰ γὰρ δὴ ἑκάστῳ ἀληθὲς ἔσται, ὃ ἂν δι᾽ αἰσθήσεως δοξάζῃ, καὶ μήτε τὸ ἄλλου πάθος ἄλλος βέλτιον διακρινεῖ, μήτε τὴν δόξαν κυριώτερος ἔσται ἐπισκέψασθαι ἕτερος τὴν ἑτέρου, ὀρθὴ ἢ ψευδής. ἀλλ᾽ αὐτὸς τὰ αὑτοῦ ἕκαστος μόνον δοξάσει, ταῦτα δὲ πάντα ὀρθὰ καὶ ἀληθῆ. τί δήποτε, Πρωταγόρας μὲν σοφὸς, ὥστε καὶ ἄλλων διδάσκαλος ἀξιοῦσθαι δικαίως μετὰ μεγάλων μισθῶν· ἡμεῖς δὲ ἀμαθέστεροί τε, καὶ φοιτητέον ἡμῖν ἦν παρ᾽ ἐκεῖνον, μέτρῳ ὄντι αὐτῷ ἑκάστῳ τῆς αὑτοῦ σοφίας; &c. Ib.D 9. ὅ γε μὴν θεασάμ.) Et hoc argumentum solenni ubertate Plato perseqvitur, Ἆρα δυνατὸν, inqvit, ὅτου τις ἐπιστήμων γένοιτό ποτε, ἔτι ἔχοντα μνήμην αὐτοῦ τούτου, καὶ σωζόμενον, τότε ὅτε μέμνηται· μὴ ἐπίστασθαι αὐτὸ τοῦτο, ὃ μέμνηται; Μακρολογῶ δὲ, ὡς ἔοικε, βουλόμενος ἐρέσθαι, εἰ μαθών τίς τι, μεμνημένος, μὴ οἶδε; Καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; τέρας γὰρ ἂν εἴη ὃ λέγεις. Et paulo post, pressius. ὁ δέ γε ἑωρακὼς, ἐπιστήμων γεγονὼς οὗ ἑώρα, ἐὰν μύσῃ, μέμνηται μὲν, οὐχ ὁρᾷ δὲ αὐτό· ἦ γάρ; Ναί. Τὸ δέ γε, οὐχ ὁρᾷ, οὐκ ἐπίσταταί ἐστιν, εἴπερ καὶ τὸ ὁρᾷ, ἐπίσταται. Tũ concludens, Συμβαίνει ἄρα, οὗ τις ἐπιστήμων ἐγένετο ἔτι μεμνημένον αὐτὸν, μὴ ἐπίστασθαι, ἐπειδὴ οὐχ ὁρᾷ. ὃ τέρας ἔφαμεν ἂν εἶναι, εἰ γίγνοιτο. Τῶν ἀδυνάτων δή τι συμβαίνειν φαίνεται, ἐάν τις ἐπιστήμην καὶ αἴσθησιν ταὐτὸν φῇ εἶναι.

Ib.D.penult. Καὶ ἐν θατέρῳ.) Plato ibid. fusius. Cum enim hoc δεινότατον, ut ipse vocat, ἐρώτημα proposuisset, ἆρα, οἷόν τε τὸν αὐτὸν, εἰδότα τι, τοῦτο ὃ οἶδε, μὴ εἰδέναι; id vero ἀδύνατον esse negat, εἰ τὸ ὁρᾶν γε ἐπίστασθαι θήσεις. Τί γὰρ χρήσῃ ἀφύκτῳ ἐρωτήματι, ὅταν ἐρωτᾷ ἀνέκπληκτος ἀνὴρ, καταλαβὼν τῇ χειρὶ σοῦ τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν, εἰ ὁρᾷς τὸ ἱμάτιον τῷ κατειλημμένῳ, Respondentiq; Theæteto, οὐ φήσω τούτῳ γε, τῷ μέντοι ἑτέρῳ. Ille contra instat, Οὐκοῦν ὁρᾷς τε, καὶ οὐχ ὁρᾷς ἅμα ταὐτόν; Annuenti Theæteto, refert, οὐδὲν ἐγὼ, ἐρεῖ, (legendum videtur, οὐδ᾽ ἐγώ, φημί,) τοῦτο, οὔτε τάττω, οὔτε ἠρόμην τὸ ὅπως. Qvasi dicat ego id ut fateare, non jubeo, neqve id qvomodo fieri posset, ex te

qværebam. Qvid ergo? qvod seqvitur, ἀλλ' εἰ, ὃ ἐπίστασαι, τοῦτο καὶ οὐκ ἐπίστασαι. Νῦν δὲ, ὃ οὐχ ὁρᾷς, ὁρῶν φαίνῃ (sponte enim id fateris:) ἀναλογικῶς δὲ συμβαίνεις, τὸ ὁρᾷν, ἐπίστασθαι, καὶ τὸ μὴ ὁρᾷν, μὴ ἐπίστασθαι. Ἐξ ὧν τούτων λογίζῃ τί σοι συμβαίνει; Id nimirum qvod Theætetus ultro concedens, ἀλλὰ λογίζομαι, inqvit, ὅτι τἀναντία οἷς ὑπεθέμην, hóc est, fieri posse, ut idem simul & sciret aliqvid, & nesciret. Mihi tamen usqvadeo solidum hoc argumentum non videtur. Qvi enim altero duntaxat oculo aliqvid videt, vere illud videt, nec simul, ut alterum claudat, non videt.

Pag. 767. A. 1. εἰ τὸ φαινόμενον.) Et hoc Platonicum est. Sic enim ibid. ille: Ἔπειτά γε τοῦτο ἔχει κομψότατον. ἐκεῖνος μὲν περὶ τῆς αὐτοῦ οἰήσεως, τὴν τῶν ἀντιδοξαζόντων οἴησιν, ᾗ ἐκεῖνον ἡγοῦνται ψεύδεσθαι, συγχωρεῖ που ἀληθῆ εἶναι, ὁμολογῶν τὰ ὄντα δοξάζειν ἅπαντας. Οὐκοῦν τὴν αὑτοῦ ἂν ψευδῆ συγχωροῖ, εἰ τὴν τῶν ἡγουμένων αὐτὸν ψεύδεσθαι, ὁμολογεῖ ἀληθῆ εἶναι.

Pag. 770. B. 4. Καθ' ἓν ἕκαστον.) Extremo dialogo, p. 94. D. 4. Fici. at Serrani To. 2. p. 65. initio. Primum hoc membrum Ficinus ita vertit, *Secundum qvodlibet igitur horum trium, de voluptate & Sapientia judicemus.* Aliud, opinor, Plato vult. h. e. tria illa, pulcritudinem, veritatem, mediocritatem, cum voluptate ac mente seorsim conferenda esse, ut ex illa contentione intelligi possit, utri ea, mentine similiora sint, an voluptati. Ib. c. ult. πότερον ἡδονὴ φρονήσεως.) Dubium non est, qvin corrupta hæc sint. Qværebatur enim, utra esset mediocritati similior, mens an voluptas; non autem, utrum plus in voluptate prudentiæ, an contra voluptatis in prudentia. Itaqve sic reponendum videtur, πότερον ἡδονὴ μετριότητος, ἢ φρόνησις, (vel νοῦς) πλείω κέκτηται. unde seqvitur d. 4. τῆς ἡδονῆς οὐδὲν ἀμετρότερον, νοῦ δὲ οὐδὲν ἐμμετρότερον. Ib. D ult. γεγνόμενον.) Legendum puto, ψευδόμενον, seqvitur enim οὔτε ὄντα, οὔτε ἐσόμενα.

Pag. 771 A. 6. φῶς οὐδέν.) Plato φῶς οὐδέν. utrumq; rectum, Eusebio tamen hæreo. Ib. B. 11. τέλεον.) Ita reposuimus ex Platone, barbaramqve vocem τέλαπε, dispunximus.

Ib. B. ult. ἢ τῆς ἡδονῆς.) Tollenda videtur disjunctiva ἢ. Qværitur enim, utrum illa cum bono conjunctiora sint, qvam voluptas; non autem, sintne cum bono magis, qvam cum voluptate conjuncta. Ib. B. penult. ἐπὶ τῶν δευτερείων περιοδ.) Rectius ex Platone legeretur, ὑπὲρ τῶν δευτερείων, νῦν πρὸς ἡδ. &c.

Pag. 772. B. 1. πρῶτον δέ γε οὐ. &c.) Recte. nam apud Platonem pessime, πρῶτον δέ γε οὐκ ἂν οἱ πάντες, &c. Ib. D. 2. Διονυσίου.) Pulcherrimum hoc S. Patris fragmentum, qvod ad libri hujus 14. finem perducitur, Eusebianæ diligentiæ beneficium est, qvo alioqvi, præter alia pleraqve sapientissimi Viri monimenta, careremus.

Pag. 773. D. 8. ἀλλ' οὐδὲ ἀπὸ τῶν μικρῶν.) Deesse aliqvid videtur: pendent enim ista, nec verbo ullo fulciuntur. Qvid si ἐξ ὧν, qvod seqvitur d. 10. tolleretur? Qvid si post παραδειγμάτων, adderetur φιλοσοφοῦσιν, aut al. simile? Qvid si, qvod magis placet, νουθετούντων, mutaretur in νουθετοῦνται?

Pag. 774. B. 7. ἑκατέρας συνεκδήμους καίρουσιν.) Hæc mutila sunt. Legi qveat, εἰς τὸν ἑκατέρας, &c. ἑκατέρας autem, νεὼς scilicet & ἁμάξης. Ib. c. 3. ὁράτωσαν γὰρ, &c. Neqve hæc satis casta. Qvæ enim illæ sunt ἀθέατοι, qvas videre, qvæ porro ἀνόητοι, qvas cogitare jubet? An forte subintelligit φύσεις;

Esto. qvi deinde sententiarum istarum nexus est futurus? Alter qvidem ex MMSS. pro ἀθεάτους, ἀθέτους habet: unde sensus hic elici possit, ut eos jubeat incompositas illas, & ἀνοήτους, h. e. stolidas atomos diligentius expendere, non segnius & obiter intueri, (qvod abs se se factum David olim fatebatur, in sui ipsius adhuc imperfecti cogitatione informanda:) qvo facilius intelligant, ex tanta illarum perturbatione, ordinatum politumqve nihil existere potuisse. Ib. c. 7. τὸ ἀκατέργαστον.) Locus mihi qvidem perobscurus. Primum tamen, pro ἴδωσαν, legend. ἴδον, vel εἶδον, ut apud Chrysost. & alios, atqve in omnib. græcor. Biblior. editionibus. Deinde, relictam illam ab cæter. omnib. lectionem seqvutus est, ἀκατέργαστόν σου, & ὀφθαλμοί μου. Illa enim φανερῶς, ἐν ἑαυτῷ, significant, non Dei, sed Davidis oculos id vidisse: hoc opinor. sensu, τὸ ἀκατέργαστόν σου, l. *Qvod ex tuis operibus imperfectum adhuc & impolitum videbatur, oculi tandem mei perviderunt*, ubi videlicet majori abs te luce perfusi, caligare desierunt. Hæc ad aperiendam utcunqve Dionysii sententiam. Cæterum communis eademqve certior lectio est, τὸ ἀκατέργαστόν μου, εἶδον (vel ἴδον, οἱ ὀφθαλμοί σου. ut Hebr. גלמי ראו עיניך l. me: cum adhuc materno in utero ἀνέκφυτος & inchoatus embryo clausus tenerer, oculi tui clarissime perviderunt: Id enim est, [illegible] גלמי. Qvæ Chrysostomus, Symmachi explicationem seqvutus, cum seqventib. ita pertexit; Ἀμόρφωτόν με, τουτέστι, μηδένα λαβόντα τύπον, ἔτι πλαττόμενον, ἔτι ὑφ' αἰνόμενον, καὶ οὔπω μὲν ἰδὼν συμφυῶς, ὡς ἐκεῖνοι τὸν πεπληρωμένον, καὶ ἡσυχίας ἡμέρας ἐπιτελούμενον, πρὸς τὴν ἀπαρτισιν. Et paulo post ὁμοίως ἐκείνοις με εἶδες, τοῖς πλαττομένοις, ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἡμέραις, αἷς οὐκ ἐστὶ οὐδεμία ἡμέρα. Ib. D. 5. ἢ τὸν μέγαν. Hæc cum superioribus contexi debent.

Pag. 780. B. penult. ἐπιπολῆς.) Eum mihi sensum expressisse videor, qvi ex verbis illis exprimi poterat: sed tamen illa duo, l. ὡς ἂν οἷοί τε ἐσμέν, θεωρῆσαι, & ἐπιπολῆς, minus conjuncta esse posse arbitror. Mallem igitur ἐπὶ πολλοῖς, supp. ῥήμασι, seu λόγοις. Particula κἄν vel abesse potest, vel si retinetur, emphasin habet cum asseveratione conjunctam, ut sæpe alias.

Pag. 781. C. 3. μηδ' ἀναβάλλεσθαι.) Hesiodi verba sunt, in ἔργ. v. 408.

Μηδ' ἀναβάλλεσθαι εἰς αὔριον, εἰς τ' ἔνηφιν.

Qvi seqvitur, αἰεὶ δ' ἀμβολιεργός, &c. ibid. 411.

Pag. 782. A. 9 φύσις γὰρ γνώμη.) Præclare Tullius pro Marcello, sect. 7. *Nunqvam temeritas cum Sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur.* Ib. B. 9. τὴν τύχην.) Hactenus verba Democriti: qvæ seqvuntur, Dionysii sunt. Ib. c. 7. δωτῆρας ἐάων.) Homerus Odyss. θ. v. 325.

Ἔσταν δ' ἐν προθύροισι θεοὶ δωτῆρες ἐάων.

Et v. 335.

Ἑρμεία, Διὸς υἱὲ, διάκτορε, δῶτορ ἐάων.

Et alibi. Ib. c. 9 ἀδώρητοι.) Id est, *nullorum auctores donorum*; hoc qvidem loco, ubi δωτῆρες, & ἀδώρητοι opponuntur.

Pag. 784. A. 5. τῆς τ θαυμ.) Subaudi αἱρέσεως, ἀπὸ κοινοῦ.

Pag. 788. A. 4. τὴν πολιτείαν.) Hic incipit Hopperi versio, Trapezuntiana fidelior illa qvidem; ejusmodi tamen, postqvam, neminem futurum spero, qvi supervacaneum abs me susceptum laborem arbitretur.

Pag. 789. A. 8. μεμαρτυρημένην.) Deest. verb. ἐπακολ-

μῦθα, vel aliud simile.

Pag. 791. C. 10. Ἀλεξῖνυ τοῦ ἐριςικοῦ.) Notus hic ex Diogene lib. 2. in Euclide, Eristicorum Principe. Τῆς Εὐκλείδυ διαδοχῆς, inqvit, Ἀλεξῖνος ἐγένετο, Ἠλεῖος ἀνὴρ, φιλονεικότατος, διὸ καὶ Ἀλεξῖνος ἐπεκλήθη. Lege cum Hesychio Milesio, Ἐλεγξῖνος ἐπεκλήθη. Ib. D. 5. Εὐβυλίδης.) Diogenes ibid. Euclidis successorem, Alexini Magistrum fuisse tradit. De qvo, præter illa, qvæ supra pag. 755. c. 2. obiter annotavimus, hæc etiam habet, cum Aristocle cohærentia: ὁ δ' Εὐβυλίδης, inqvit, καὶ πρὸς Ἀριστοτέλην διεφέρετο, καὶ πολλὰ αὐτὸν διαβέβληκε. Ib. D. 11. Δημοχάρυς.) An ille Demochares, Demosthenis ex sorore nepos, de qvo Plutarchus in decem Oratoribus? ἀνὴρ, inqvit, καὶ κατὰ πόλεμον ἀγαθὸς, καὶ κατὰ τὰς πολιτικὰς λόγυς ὐδενὸς χείρων. At ibi nihil de contumeliosis hominis operibus, de odio in Aristotelem, nihil. Nec Suidas qvicqvam ea de re suggerit. Tullius in Bruto, historicum eum fuisse scribit; *Demochares*, inqvit, *Demosthenis nepos, historiam earum rerum, quæ erant gestæ sua ætate Athenis, non tam historico, qvam oratorio genere perscripsit.* Idem παῤῥησιαςὴς, ob φορτικωτάτην lingvæ παῤῥησίαν, cognomento dictus. Seneca lib. 3. de Ira, cap. 23 ubi de Philippi Macedonum Regis patientia. *Demochares*, inqvit, *ad illam, Parrhesiastes, ob nimiam & procacem linguam appellatus, inter alios Atheniensium Legatos venerat. Audita benigne legatione Philippus, Dicite*, inqvit, *mihi facere qvid possum, qvod sit Atheniensibus gratum? Excepit Demochares, Te*, inqvit, *suspendere.* Potuit Aristoteli hæc lingva non parcere.

Pag. 792 A. 7. Κηφισοδώρυ.) Athenæus Κηφισόδωρον nominat lib. 2. pag. 60. D. Κηφισόδωρος, inqvit, ὁ Ἰσοκράτυς μαθητὴς, ἐν τοῖς κατ' Ἀριστοτέλυς, τέσσαρα δ' ἐςὶ ταῦτα βιβλία, ἐπιτιμᾷ τῷ φιλοσόφῳ, ὡς ὐ ποιήσαντι λόγυ ἄξιον, τὸ παροιμίας ἀθροῖσαι. Qvæ postrema verba, mirum qvam Interpres doctissim. Dalechamp, dum vertit, *qvod parœmias coacervare, & in libros congerere, operæ pretiū esse non duxerit.* verte: *qvod in congerendis proverbiis inanem ac futilem operam posuerit.* Extabat enim olim, teste Diogene, syntagma Proverbiorum ab Aristotele nominatum, & digestum. Alterius Cephisodori, plani hominis atq; ridiculi, meminit idem Athenæus l. 14. pag. 615. Ib. A. 10. Λύκωνος.) Diogenes l. 5 in Lycone Peripatetico, Γεγόνασι δὲ καὶ ἄλλοι Λύκωνες· πρῶτος Πυθαγορικὸς, δεύτερος αὐτὸς οὗτος· (qvorsum igitur præmisit, καὶ ἄλλοι? dixisset potius τέσσαρες.) τρίτος ἐπῶν ποιητὴς, τέταρτος ἐπιγραμμάτων ποιητὴς. De hoc Pythagorico nihil alibi reperio. De Peripatetico, ejusq; profuso luxu, multi multa, in qvib. Athenæus lib. 12. p. 547. Porro, qvod hic ἀσεβείας crimen Aristoteli a Lycone objectum dicitur, Diog. Aristippo tribuit, cujus cum ab Eurymedonte qvodam reus agendus esset, eum voluntario aconiti haustu obiisse tradit.

Pag. 793. A. 6. Εὐβύλυ δύλυ.) Eubulus iste Hermiæ dominus fuerat, ut ex Diogene didici, lib. 5. in Aristotele, ὡς φησὶ Δημήτριος ὁ Μάγνης, inqvit, ὃς καὶ δύλον Εὐβύλυ φησὶ γενέσθαι τὸν Ἑρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα, καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Porro levi mutatione versum hunc idem Diogenes ita legit. Ἑρμείω εὐνύχυ, ἠδ' Εὐβύλυ, ἅμα δύλυ. Qvem Interpres minus ex Theocriti mente reddidit.

Hermiæ Eunuchi, simul Eubulique sepulchrum.

Ib A. 9. εἵλετο ναίειν, &c.) Plutarchus opusculo de Exilio, pag. 603. Ἀριστοτέλην, inqvit, λοιδορήσας Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας. —— Εἵλετο ναίειν Ἀντ' Ἀκαδημείας, Βορβόρυ ἐν προχοαῖς.

ἔςι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλαν, ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλῦσι. Ib. B. 5. Ἀπελλίκων.) Notissimus Apellicon ille Teius, qvi Aristotelis libros abs Nelei posteris coemit, in qvibus multa longo situ carieqve corrosa dum supplere gestiret, plane corrupit. Adi Strabonem lib. 13. Plutarchum in Sylla, Athenæum var. in locis.

Pag. 794. C. 2. ὁ Περιπατητικὸς.) Ita MS. longe melius, qvam ὡς Περιπατ.

Pag. 795. B. 3. ἡ τύχῃ τινί.) Hæc lectio debetur uni MS. nam in priori editione corruptissime legebatur, εἰ μὴ τῇ ἢ τύχῃ τινὶ ἰδίᾳ χρωμένυς. Ib. D. 5. καὶ ποθεῖνυς.) For. καὶ πόθεν; καὶ τίς;

Pag. 796. C. Πριαμικαῖς τύχαις.) Alludit ad illud Aristotelis, lib. 1. de Moribus, cap. 11. Εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν ὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων· ὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ.

Pag. 798. ὡς γὰρ ὐκ ἔςι.) Homerus Iliad. X. ver. 262. qvibus verbis Hectorem Achilles gravius sane duriusqve mordebat. Ib. C. 9 τῷ δηλωθέντος.) Δηλωθέντος, Viri nomen esse proprium existimavit Hopperus. Ib. D. 4. ὕπτιον, &c.) Recte hic emendasse mihi videor, ὕπτιον; cujus pronunciatio sæpe nonnullorum in ore degenerat in ὕψιον, Latino more. Est hic ὕπτιος, *planus, rectus, facilis, expeditus*, qva significatione opponi τῷ σκολιῷ possit. Itaqve paulo post, pro ἀναβαίνει, sensus omnino postulat ἀποβαίνει.

Ib. D. 7. ἀρχὴν τινα καὶ μέσα.) Platonis locum habes sup. pag. 531. A. 2. Ib. D. 11. 12. ἤτοι δὲ ἐκτὸς ὄντα Mallem, τῦτον δὲ τὸν ἐκτὸς ὄντα, τὸν δὲ αὐτὸν ἐκτὸς ὄντα.

Pag. 799. A. 8. 9. ὅπως.) Malim ὄντως, cum alt. MS. Ib. c. 1. Χρηςὸς ἐςιν.) For. Χρηςὸς, hoc loco χαρίεις, vulgo, *plaisant, gracieux.* Ib. D. 10. τὸ δὲ χειμένων τῶν; &c.) Si κειμένων placet, lege αὐτῶν, pro τῶν. Sed præstat, opinor, cum altero MMSS. Reg. & Montac. legere, τὸ δ' ἐκείνων μηδένων κατ' ἡμῶν, &c.

Pag. 800. A 3. ὅτι, τῦτον, ὅτι ἐκεῖνον.) Legend. videtur οὔτε τῦτο, οὔτε ἐκεῖνο, tametsi vulgata lectio ferri possit. Ib. B. 9. ἅπαντα κοινωνία.) Ita ex alt. MS. reposui, cum perperam ante legeretur, ἅπαντα κοινωνία, qvibus ex verbis contrarius omnino sensus existebat. Ib c. 5. κατ' ἐπίκυρον.) Libenter reponerem κατ' Ἐπίκυρον. Cæterum hic nonnullorum de Epicuro sensus, a Tullio agnoscitur, lib. 1. de Natura Deor. sect. 86. *Qvanqvam*, inqvit, *video, nonnullis videri, Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliqvisse Deos, re sustulisse. Itaq; in illis selectis ejus brevibusqve sententiis, qvas appellatis κυρίας δόξας, hæc, ut opinor, prior sententia est, Qvod beatum & immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiqvam negotium. In hac ita exposita sententia, sunt qvi existiment, qvod inscitia plane loqvendi fecerit, fecisse consulto. De homine minime vafro male existimant. Dubium est enim, utrum aliqvid dicat iste beatum & immortale; an, si qvod sit beatum, id esse immortale.* Ib. D. 3. δοξάσειας γάρ.) Qvid tandem? Deos, opinor. Itaq; addendum videtur, τὺς θεὺς, ut paulo post θεὺς ἐπινοήσας.

Pag. 801. B. ult. Πρῶτον δὲ, &c.) Vide supra lib. 11. cap. 29. & seqvent.

Pag. 802. B. 6 ταῦτα βέβαιοι.) Ante legebatur ὐ ταῦτα βέβαιοι, sed uterqve MMSS. recte negationem expungit. Negat enim Atticus, & vere, hoc in

dogmate Aristoteli cum Platone convenire. Et qvæ seqvuntur c. 1. πόθεν ὄν. &c. huic emendationi clarissime suffragantur.

Ib c.7. τό τε μὴ ἀπολλύμενον.) Reponendum videtur, ὅ τι μὴ διαπολλυμένη, vel τό τι μὴ ἀπολλυμένον, vel si ἀπολλύμενον retinebitur, paulo post neutrum, τὸ, ante ἄφθαρτον. rectius expungetur.

Ib D. 8. Φθαρησόμενον.) Ita correximus ex altero MS. vitiosum enim erat φρονούμενον, qvod ante legebatur, ut patet.

Pag. 803. B. 5. κατὰ βραχύ.) Ferri potest. Mallem tamen, καὶ βραχύν τινα θείας, &c. Ib. c. 5. ὁ γάρ.) Rectius, ut videtur, MMSS. ὁ γάρ.

Pag. 806. c. 3. ἐκ πυρὸς ἔχειν.) Plato in Timæo, pag. 530. C. qvatuor animantium ideas constituit: primam, οὐράνιον θεῶν γένος. secundam, πτηνὸν καὶ ἀεροπόρον. tertiam ἔνυδρον εἶδος. qvartam, πεζὸν καὶ χερσαῖον. Tum de prima, τῆς μὲν οὖν θείας τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο, ὅπως ὅτι λαμπρότατον, ἰδεῖν τε κάλλιστον εἴη. Addunt Proclus & Alcinous, Platonem sentire, ex Elementorum flore, ac veluti deliciis, excellentissimum illud corpus esse conflatum, sic tamen ut hac in temperatione principem Ignis locum obtineret. Vide infra p. 838. D. & 839. A. B. Pleriqve SS. Patrum, non Græcorum modo, sed etiam Latinorum in eadem opinione versati sunt: inprimis Basilius Homil. 3. in Hexaemer. Theodoret. qvæst. 11. in Genesin: Ambrosius l. 2. in Hexaemer. c. 3. Augustin. passim, ut lib. 2. de Genesi ad Liter. cap. 3. ubi ex communi qvadam sententia, qvam in dubium nullo modo vocat, sic loqvitur, *Itaque super Aerem, purus Ignis esse dicitur Cælum, unde etiam sidera, atque luminaria facta conjectant, illius videlicet ignea lucis in eas formas, quas in Cælo cernimus, conglobata dispositaque natura.*

Ib. C. 4. ὁ δὲ, μηδαμῇ.) Non tantum in lib. de Cœlo, ubi pluribus Cœlum ostendit, longe alia, qvam τὰ ὑπὸ Σελήνην, natura constare: nominatimqve lib. 1. cap. 2. sub. fin. & lib. 2. c. 7. sed etiam lib. 3. Meteoror. c. 3. Pererius Noster lib. 2. in Genes. qvæst. 10. hanc Aristotelis sententiam erudite defendit. Ib. c. 6. ἐν τῇ δευτέρᾳ.) Plato in eod. Timæo pag. 529. F. & 530. A.

Ib. D. 1. ἀποχωρήσεις, &c.) Plato ibid. 530. E. χορείας δὲ τούτων αὐτῶν, καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, καὶ περὶ τὰς τῶν κύκλων πρὸς ἑαυτοὺς ἐπανακυκλήσεις καὶ προχωρήσεις, &c. ubi forte præpositio, περὶ, expungenda est. Tullius hæc ita reddit, *Flexiones autem Deorum, & inter ipsos Deos concursiones; qvæqve in orbibus eorum conversiones, antecessionesqve eveniant*, &c. Ergo nec τὸ περὶ agnoscit, & προχωρήσεις, legit, non προχωρήσεις. Ib. D. 9. ἀποκρίσεις, &c.) Voces ἀποκρίσεις & προσκρίσεις, aut in superiores illas ἀποχωρήσεις & προχωρήσεις mutandæ sunt; aut idem plane significant: Aliam enim hic Plato nullam vel ἀπόκρισιν novit, qvam ἀποχώρησιν, vel πρόσκρισιν, qvam προχώρησιν. Et Atticus ipse paulo post, Aristotelicam sententiam asserens, Platonicæ contrariam, μήτε πως αὐτοῖς ἀποχωροῦντος, ait, μήτε προσιόντος, cum dicere potuisset, ἀποκρινομένου, & προσκρινομένου.

Pag. 807. A. 1. ἑτέραν κίνησιν.) Plotinus Ennead. 2. lib. 2. c. 1. extremo Καὶ Πλάτων δὲ, inqvit, τοῖς ἄστροις οὐ μόνον τὴν μετὰ τῆς ὅλης σφαίρας κίνησιν, ἀλλὰ καὶ ἑκάστῳ δίδωσι τὴν περὶ τὸ κέντρον αὐτῶν· ἕκαστον γὰρ, οὗ ἐστι περιειληφὸς τὸν θεὸν, ἀγάλλεται, οὐ λογισμῷ, ἀλλὰ φυσικαῖς ἀνάγκαις. Ib. A. 6. ὁ δὲ, καὶ ταύτης.) Aristoteles lib. 2. de Cœlo, cap. 1. extremo, ἀλλὰ μὴν, οὔτε ὑπὸ ψυχῆς εὔλογον, ἀναγκαζούσης μένειν ἀΐδιον· οὐδὲ γὰρ τὴν ψυχῆς οἷόν τ' εἶναι τοιαύτην ζωὴν, ἄλυπον, καὶ μακαρίαν. ἀνάγκη γὰρ, καὶ τὴν κίνησιν, μετὰ βίας οὖσαν, εἴπερ κινεῖ, φέρεσθαι πεφυκότος τοῦ πρώτου σώματος ἄλλως, καὶ κινεῖ συνεχῶς, ἄσχολον εἶναι, καὶ πάσης ἀπηλλαγμένην ῥαστώνης ἔμφρονος εἴ γε, μηδ' ὥσπερ τῇ ψυχῇ τῇ τῶν θνητῶν ζώων, ἔστιν ἀνάπαυσις, ἡ περὶ τὸν ὕπνον γινομένη τοῦ σώματος ἄνεσις· ἀλλ' ἀναγκαῖον Ἰξίονός τινος μοῖραν κατέχειν αὐτὴν, ἀΐδιον καὶ ἄτρυτον. Id est, *Neqve vero id ipsum Animo, qvi sempiternum illud manere cogat, jure tribuatur. Nec enim fieri profecto potest, ut Animus iste vitam, qvæ qvidem ejusmodi sit, dolore vacuam habeat ac beatam. Necesse enim etiam est, ut motus, qvi per vim fiat, (si qvidem primo corpore ut aliter feratur, a natura ipsa comparato, movet illud tamen, assidueqve movet;) qviete omni careat, omniqve prudenti otio vacuus sit: cum ne illa qvidem, qvæ mortalium animantium animæ conceditur, cessatione, hoc est corporis in somno relaxatione perfruatur: sed potius Ixionis cujusdam æterni & inviolabilis fati necessitate teneatur.* Ib. A. ult. παθοῦσι. αἱ τῆς ἡμετέρας &c.) Aristoteles lib. 2. de Cœlo, cap. 8. ἡ γὰρ ὄψις ἀποτεινομένη μακρὰν, ἑλίσσεται, διὰ τὴν ἀσθένειαν· ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλβειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδεδεμένους, τοὺς δὲ πλανήτας μὴ στίλβειν. οἱ μὲν γὰρ πλανῆται ἐγγύς εἰσιν, ὥστ' εἰσικνεῖται πρὸς αὐτοὺς ἀφ' ἱκνεῖται ἡ ὄψις. πρὸς δὲ τοὺς μένοντας, κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀποτεινομένη πόρρω λίαν· ὁ δὲ τρόμος αὐτῆς, ποιεῖ τὴν τοῦ ἄστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν· οὐθὲν γὰρ διαφέρει, κινεῖν τὴν ὄψιν, ἢ τὸ ὁρώμενον. Ib. c. 9. ὁ μὲν γὰρ Πλάτων) Cicero Tuscul. 1. sect. 4. ex parte locum hunc eleganter illustrat. Ib. ὁ δὲ, ἢ παρ' ἄλλο.) Aristoteles lib. 1. de Cœlo, cap. 2. toto, ubi ex propria circularis motus ratione, qvinti corporis, cui naturalis motus ille sit, necessitatem ostendit.

Ib. D. 10. ἀκινησίας μᾶλλον) Imo, qvod gravitatis sit ac levitatis expers, inde tantum seqvitur, uti ex se se nec sursum feratur, nec deorsum. Porro, cum idem Cœlum & globosa figura sit, & tamen non per se se, at ὑπὸ τοῦ παρεσχημένου ἔνδον, moveatur, omnino fatendum est, & circularem ei motum, & qvietem ipsam, ex propriis naturæ principiis convenire: motus convenit, qvod eum τῶν ὑπὸ Σελήνην generatio desideret: convenit etiam qvies, cum illa generatio perpetua esse non debeat. Alia est Aristotelis ratiocinatio, sed qvæ minus cum Fidei principiis cohæreat. Ib. D. 10. ἀλλ' οὐ) Pro οὐ, qvi qvidem idiotismus Thucydidi, inter alios, maxime proprius est. Ib D. 11 Εἰ γὰρ τοῖς ἐπὶ τῆς &c.) Locus hic magnam patitur lectionum varietatem. Alter e MMSS Regiis, post αἰτίαν ἔχει, expungit εἰ γὰρ, tum ita proseqvitur, τῆς ἐπὶ τῆς θείας κινουμένης τὸ σχῆμα (sine οὖν τ.α.ε.τ.κ. α.κ.ρ. σῶμα οὐ μόνον ἐν... ὄν, &c cujus lectionis vitium per se se patet Alter post, ἐν κύκλῳ κινήσεως, ita pergit; τῆς ἐπ' εὐθείας κινουμένης τὸ σχῆμα τὴν αἰτίαν ἔχον] κ.α.κ.ρ. σῶμα οὐ μόνον ἐν μέσῳ τ.ε..τ.ο.ε. περικλιθῇ, ἀλλ' ἐν κύκλῳ περιτεθὲν, ὃ πλανεῖτ' ἐπὶ δεξιὰ, &c. ubi vix qvicqvam ὑγιές. Montacut denique hoc modo legit, κινήσεως τοῖς ἐπὶ τῆς θείας κινουμένοις τὸ σχῆμα, &c. tum pro ὅμοιον habet etiam οὐ μόνον & post ἔξει, περικλιθῇ, ἀλλ' ἐν κύκλῳ περιτεθὲν ὁποίῳ τινὶ, οὐχ ἕξει τοῦ ἐπὶ πλάνης. Ego vulgatam lectionem omnibus antepono: tantum moneo illud, ὅμοιον ἐν μέσῳ τεθὲν ὁμοίως τινὸς, dictum videri de globoso Sideris corpore, qvod globoso itē Cœlo includitur: nisi malis pro ὁμοίου τινὸς, reponere ὁμοίῳ τινί. Qvod seqvitur, ἐπ' ἐπὶ δεξιὰ ἰέναι, castius videretur, si abesset ἰέναι, nisi

ad sidus & cœlum referri placet. Porro facile Attico respondeas, in motu circulari, τὴν κλίσιν proprie locum non habere.

Pag. 808. A. 5. τῷ κινεῖσθαι δ' ἐκεῖνο.) At licet proprium qvendam locum non qværat cœlum, dum movetur, φύσει tamen, non vi ulla movetur, qvod eum cœli motum universi ratio & incolumitas exigat. Ib. A. 10. ζητήσαντι γὰρ Πλάτωνι.) In Timæo, pag. 540. A. Fici. Ib. B. 4. κατὰ τὰς τῶν σωμάτων οἰκειότητας.) Prorsus ita Plato philosophatur; ait enim, p. 540. D. ult. Τόδε γε μὴν ἐν τῷ διανοεῖσθαι περὶ πάντων αὐτῶν, ὡς ἡ μὲν πρὸς τὸ ξυγγενὲς ὁδὸς ἑκάστοις οὖσα, βαρὺ μὲν τὸ φερόμενον ποιεῖ, τὸν δὲ τόπον, εἰς ὃ τὸ τοιοῦτον φέρεται, κάτω. τὰ δὲ τούτοις ἔχοντα ὡς ἑτέρως, θάτερα. Ita ex mente Platonis, cum ignis in proprium suum locum evolat, deorsum fertur: idem cum terram versus per vim excutitur ac dejicitur, sursum accipi dicendus est. Ib. B. 9. μέσῳ τὸ μέσον, &c.) Plato ibid B. ὁ μὲν γὰρ μέσος ἐν αὐτῷ (κόσμου, τόπος, ὅτι κάτω πέφυκε, &c.) ... ἄλλ' αὐτὸ, ἐν μέσῳ ... supp. ἀπὸ κενοῦ, λέγεσθαι δίκαιος. Ib B. 10. ὁ δὲ ἀντιλέγων.) Aristoteles lib. 4. de Cœlo, hæc ad finem usqve persequitur: ac præsertim cap. 1. tex. 4. Platonis de gravi leviqve doctrinam reprehendens, τὰ μὲν γὰρ, inqvit, ἀεὶ πεφυκεν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι, τὰ δ' ἀεὶ πρὸς τὸ μέσον. τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φερόμενον, ἄνω λέγω φέρεσθαι, κάτω δὲ, τὸ πρὸς μέσον. ἄτοπον γὰρ, (Platonem insinuat) τὸ μὴ νομίζειν εἶναι ἐν τῷ οὐρανῷ, τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς ἀξιοῦσιν. οὐ γὰρ εἶναι τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω φασίν, εἴπερ πάντῃ ὁμοιός ἐστι, καὶ πάντοθεν ἀντίπους ἔσεσθαι ... ἕκαστος αὐτὸς αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ... λέγομεν ἄνω, καὶ τῇ θέσει πρῶτον. Ἐπειδὴ ... ἔσχατον, καὶ μέσον, δῆλον ὅτι ἔστι καὶ ἄνω, καὶ κάτω. Hæc ille. ubi obiter observandum, qvod ait, ἐν τῷ οὐρανῷ esse τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, id non ita de cœlo ipso accipiendum videri, qvasi partes in eo superiores inferioresqve distinguat: sed potius, qvod ἄνω dicitur, id ex cœlesti regione petendum esse; qvod autem κάτω, ad eam pertinere, qvæ infra cœlum ad medium subsideat. Itemqve qvod addit, εἶναί τι ἔσχατον ... καὶ μέσον, non partem in cœlo extremam aliam, aliam vero mediam indicare: sed ita explicandum esse, ut habita ratione cœli, aliqvid in universo extremum statuatur, hoc est cœlum ipsum, aut concava ejus superficies, qvod paulo ante τὸ ἔσχατον clarius dixerat: aliqvid item medium, hoc est, terra, circa qvam idem cœlum perpetua conversione volvatur. Sic enim ipse concludit, Ἁπλῶς μὲν οὖν κοῦφον λέγομεν, τὸ ἄνω φερόμενον, καὶ πρὸς τὸ ἔσχατον· βαρὺ δὲ, τὸ ... κάτω, καὶ πρὸς τὸ μέσον. Qvæ sunt verissima. Plutarch. de Oraculor. defect. p. 424. D. parum feliciter horum in refutatione versatur.

Pag. 809. B. 8 μαθήσεις, ἀναμνήσεις.) Vide Platonem in Phædone, p. 382. & seq. pro hujus erroris defensione longius qvam par esset, acriusqve pugnantem. Ib D. 5. τὸ σῶμα δὲ.) Hæc si retines, sententiam funditus omnem evertis, ut mediocriter attendenti patet. At τοσοῦτο, vel τόσῳ, δὲ, & sensum implet, & superiori ὅσῳ optime respondet. Ib. D. 7. ἄπτει γὰρ ... μα, &c. Lege Aristotelem lib. 1. de Anima, cap. 2. & seq. ad libri calcem. Ib. D. 12. πρωτουργοὺς κινήσεις.) Plato lib. 10. de Legib. ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα τὰ κατ' οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, ταῖς αὑτῆς κινήσεσιν, αἷς ὀνόματά ἐστι, βούλεσθαι, σκοπεῖσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, βουλεύεσθαι, δοξάζειν ὀρθῶς, ἐψευσμένως, χαίρουσαν, λυπουμένην, θαρροῦσαν, φοβουμένην, μισοῦσαν, στέργουσαν, καὶ πάσαις, ὅσαι τούτων ξυγγενεῖς, ἢ πρωτουργοὶ κινήσεις, τὰς δευτερουργοὺς αὖ παραλαμβάνουσαι κινήσεις σωμάτων, ἄγουσι πάντα εἰς αὔξησιν, καὶ φθίσιν, καὶ διάκρισιν, καὶ σύγκρισιν, &c. Aristoteles autem lib. 1. de Anima, cap. 5. vel 4. ut in al. editionib functiones istas toti potius homini, qvam Animo uni tribuendas existimat. τὸ δὲ λέγειν, inqvit, ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι, τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν, ἢ οἰκοδομεῖν. βέλτιον γὰρ ἴσως, μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν, ἢ μανθάνειν, ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. Qvæ doctrina vera est, nec, opinor, a Platone ipso negata: qvemadmodum alias idem Aristoteles, vere Animum, seu Mentem intelligere pronuntiat; ut lib. 3. de Anima, cap. 5. ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς Νοῦς (λέγω δὲ Νοῦν, ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή.

Pag. 810. A 9 Δικαίαρχος.) Hopperus Aristotelem hic δικαίαρχον, Justitiæ principem dici arbitratus est. Dicæarchus iste, Philosophus erat ex Messana Siciliæ urbe, Ἀριστοτέλους ἀκουστής, ut scribit Suidas. De hoc multa passim Tullius, ut Tuscul. 1. sect. 21. *Dicæarchus autem,* inqvit, *in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, primo libro multos loquentes facit duobus Pherecratem qvendam Phthiotam senem, quem ait Deucalione ortum, disserentem inducit; nihil esse omnino animum, & hoc esse totum nomen inane, frustraque animalia, & animantes appellari.* Et sect. 77. *Acerrime autem,* inqvit, *deliciæ meæ Dicæarchus, contra hanc immortalitatem disseruit: Is enim tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mitylenis sermo habetur, in quibus vult efficere animos esse mortales.* Hujus etiam apud Plutarchum, Athenæum, alios, crebra mentio.

Pag. 811. B. 6. τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας.) Locum hunc Plotini extare non puto. Mihi qvidem libri tantum secundi Ennead. 4. principium occurrit, ubi verbo uno Entelechiam perstringit. Nam de Animæ immortalitate, non duos, sed unum duntaxat librum ab eo scriptum esse reperio, qvi septimus est ejusd. Ennead. 4. In qvo tamen de Entelechia οὐδὲ γρῦ. Porro vitrea sunt hæc Plotini argumenta, qvibus Aristotelicam Entelechiam oppugnat.

Pag. 812. A 9. καὶ κάτω.) Alt. MS. legit καὶ τὰ κάτω qvod mihi magis probatur; velim tamen post κάτω virgulam adhiberi, & particulam ὡς antece ... inferri, hoc modo, ... κάτω, ὡς ἐν πολλοῖς. Ib. C. ... ζῶν, &c.) Totum hunc locum sic distingvendum, ac legendum existimo: ... ζῶν, ... τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ ... eo sensu qvem expressi. Ib. C. 4 εἰ δὲ.) Vel δὲ, pro γὰρ usurpatum, vel in γὰρ mutandum videtur. Ib. C. ὅτι ἐν.) Reponendum arbitror ὅ, τι ἐν. apud Philosophos enim, τὸ τί ἦν εἶναι, freqventissimum est, ... Ib. D 8. ... ἐν τῷ ...) Porphyriana hæc, Plotinianis robustiora non sunt.

Pag. 813. A. 6. ὡς ζῶν.) Utramqve vocem expungo.

Ib. D ult. ἀπὸ τῶν αὐτῶν.) Legendum ἀπὸ τῶν Ἀττικοῦ. Seqventes enim disputationes Attici sunt; ut ex stylo, & tota disserendi ratione manifeste constat.

Pag. 815. A. 1. τὸ δὲ κεφάλαιον, &c.) Ita Socrates ipse apud Lucianum, Dial. qvi βίων πρᾶσις inscribitur. Qværebat ex eo Mercator, τῆς δὲ σοφίας, τί σοι τὸ κεφάλαιον; Respondet Socrates, αἱ ἰδέαι, καὶ τὰ τῶν ὄντων παραδείγματα. ὁπόσα γὰρ δὴ ὁρᾷς, τὴν γῆν, τὰ ἐπὶ γῆς, τὸν οὐρανὸν, τὴν θάλατταν· ἁπάντων τούτων εἰκόνες ἀφανεῖς ἑστᾶσιν ἔξω τῶν ὅλων. Cui Mercat. ποῦ δὲ ἑστᾶσιν; Ille autem, ὅδαμοῦ (corr. οὐδαμοῦ) εἰ γάρ πού εἶεν, οὐκ ἂν εἶεν, &c. in qvibus & ridiculus est more suo Lucianus, & ridiculum Socratem facit.

Ib. B. 3. ἰδίας φύσεως.) Qvid si ἀϊδίας φύσεως?

Ib. B. 4. τερετίσματα.) Alludit ad locum illum Aristotelis, ex Analyticor. Posterior. lib. 1. cap. 22. τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ ἐστι. καὶ εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν· ἡ γὰρ ἀπόδειξις περὶ τῶν τοιούτων εἰσίν. Errant, qvi τερετίσματα, terriculamenta vertunt, qvasi essent τερατίσματα. Notum est τερετίσματα, esse fractos solutosqve cantus, & metaphorice, μωρολογίας τε καὶ λήρους.

Ib. D. 11. νοηθέντι κατ' πιν.) Novo more dictum videtur, pro τῷ νοηθέντος ἀντικρύς.

Pag. 817. A. 4. Ἀρείου Διδύμου.) Plures Didymos novimus: qvi Arius diceretur, mihi qvidem ignotus est: & tamen constanter apud Eusebium sic vocatur. Suspicor, non Ἀρείου, sed Ἀττίου, vel Ἀττίου legendum esse. Suidas, Δίδυμος, inqvit, Ἀττικὸς, ἢ Ἄττιος χρηματίσας, φιλόσοφος Ἀκαδημαϊκὸς, πιθανῶν καὶ σοφισμάτων λύσεις ἐν βιβλίοις ϛ. καὶ ἄλλα πολλά.

Pag. 820. D. ult. τὸ ... ἀναξηράνασα.) Loci hujus lacunam utramqve, ex Montac. codice supplevimus; priorem his verbis τέλος ἀναξηράνασα, posteriorem istis, ἐν τῇ πάσῃ οὐσίᾳ.

Ib. C. 9. οἷον εἰς σπέρμα.) Vide observationes.

Pag. 821. A. 5. ἡ ἀποκατάστασις.) Nemo est qvi hoc Stoicorum dogma fuisse non agnoscat. B. Epiphanius, hæresi 5. qvem Auctorem seqvutus, nescio, Mundi παλιγγενεσίαν tacet, Animorum μεταγγισμοὺς καὶ μετενσωματώσεις iisdem attribuit, qvæ Pythagoræorum ac Platonicorum fuere. Imo, qvod valde mirum est, hæresi 7. Peripateticos eodem errore simul involuit.

Ib. D. 5. σύζευγον τὴν π τ. α.) Hic etiam ex Montac. codice pauca verba supplevimus, qvorum locus in priori editione vacat.

Pag. 822. C. 7. ἀπὸ τῶν ἐπιτομῶν Ἀρείου Διδύμου.) Ita, qvæ deerant, Montac. codex implet. Melius tamen legeretur, ἀπὸ τῶν Ἀρείου (vel potius Ἀττίου, sive Ἀττίου) Διδύμου κατ' ἐπιτομὴν συνεχ.

Pag. 823. ὧν φησιν Ὅμηρος.) Iliad. Σ. ver. 373.

——τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν,
Ἑστάμεναι περὶ τοῖχον ἐϋσταθέος μεγάροιο.
Χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα ἑκάστῳ πυθμένι θῆκεν,
Ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ' (vel δύσονται) ἀγῶνα.

Hic ἀγὼν, non est certamen; ut Hopperus vertit; sed vel cœtus, vel cœnaculum: ut alias sæpe, pro loco in qvem multi conveniunt, aut pro ipsa vel hominum, vel aliarum qvoqve rerum multitudine sumitur. De Ancillis istis, idem Homer. ibid. vers. 417. ubi de Vulcano,

——ὑπὸ δ' ἀμφίπολοι ῥώοντο ἄνακτι,
Χρύσειαι, ζωῇσι νεήνισιν εἰοικυῖαι·
Τῆς ἐν μὲν νόος ἐστὶ μετὰ φρεσὶν, ἐν δὲ καὶ αὐδὴ,
Καὶ σθένος· ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν·
Αἱ μὲν ὕπαιθα ἄνακτος ἐποίπνυον.

Adi Eustathium, de Vulcanianarum ancillarum monstro disputantem.

Ib. C. 4. ἀμφὶ τὸ ...) Suppleta hæc sunt ex Mont. cod. malim tamen ἀμφ' ὃν, qvam ἀμφ᾽ ὧν.

Ib. C. 5. Φησιν. Τί γὰρ ...) Et hæc Montac. codici accepta fero, qvemadmodum & qvæ seqvuntur, καὶ ψυχὴ, καὶ δή.

Ib. C. 10. σώζειν.) Hoc est, tueri, defendere; qvod barbari, salvare dicunt. Gallice, *le sauver*, eodem sensu accipitur. Plutarchus ἀνασώζειν dixit, Alexandro, p. 686. A. Εἰκότως ἂν, inqvit, ὥσπερ τὸν μῦθον ἀνασώζοντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν· *fabulam ad veritatem revocantes*, vel, *fabulam veritate ipsa defendentes*. Alias, ἀνασώζεσθαι εἰς ἑαυτὸν I. *pristinam formam recuperare*. Lucianus in Asino, ἐλπίδας ἔχει πάντως ποτὲ ἐμπεσεῖσθαι εἰς τὰ ῥόδα, καὶ τοῦτον εἰς ἑαυτὸν ἀνασωθήσεσθαι.

Pag. 824. A. 5. εἰ δὲ ἐστιν.) Plotini longissima hæc disputatio, habetur Ennead. 4. lib. 7. initio: cujus integram ex Ficino versionem Hopperus exscripsit. Locus erat apud Eusebium Nostrum indignissime deformatus, ac mille scatens erroribus, qvorum partem, ut speramus, maximam Plotini opera sustulimus: tametsi non desint, in qvibus ex Nostro vicissim Plotinum emendare liceat. Porro multa Plotini argumenta, vel concludunt omnino nihil, vel ipsarum qvoqve brutarum animas spiritales esse concludunt.

Ib. A. 7. ἄπεστιν αὐτος.) Vera lectio: nec audiend. meo judicio Ficinus, qvi ἄπεστιν in ἄπεστι mutandum statuit.

Ib. B. 3. 4. κατασκευασθέν.) Ita reposuimus ex Plotino, cum ante legeretur, κατασκευασθείον.

Ib. B. 5. ἤτι αἴσθησις.) Ex Plotino, & duplici MS. pro οὗτοι.

Ib B 9. καὶ ἀπολλυμένος.) Id ex Plotino supplevimus.

Ib. B. 11. ἐν παρῇ τοῖς εἴδεσι.) Hæc etiam ex Plotino addidimus.

Ib. B. ult. λύσιν δεχόμενα.) Ita Montac. At Plotinus, δεχόμενον. utrumqve probari potest.

Ib. C. 7. αὐτό.) Ita Plotinus, & recte; non αὐτοῖς.

Ib. C. 9. εἰη ἂν ἡ, &c.) Locus integer apud Plotinum ita concipitur, αἰθέριος εἴη ἂν ἡ ὕλη εἶδος, πρὸς ὕλην, τὸ τοιοῦτον πρὸς σῶμα, εἴπερ τοῦτο κατὰ τὸ εἶδος, ὡς πρὸς ὕλην τὸ σῶμα, ἐκ τοῦ χ. ὕλ. &c. Primo, post ἄνθρωπος, adhibenda distinctio est, tollenda post ἄν. Seqventia ex Nostro corrigenda sunt. secundam enim habent vitiosamqve redundantiam, qvæ Ficino etiam imposuit.

Ib. D. 4. πρῶτον δὲ σκεπτέον.) Hæc Plotinus addit, rectissime: alias sensus plane nullus.

Pag. 825. A. 7. στοιχεῖα, ταῦτα ἕτερα σώματα.) Apud Plotinum ita hæc distincta reperies, στοιχεῖα τ. ταῦτα, ἕτερα σώματα. qvod Ficinus seqvutus est. Mihi neutra distinctio placere potest. Malim ergo sic, στοιχεῖα, τούτων ἕτερα, σώματα, οὐ ψυχάς. verte igitur, *Et si qvibus, præter hæc, alia qvædam elementa esse placet, ea tamen nec animos ipsi vocant, sed corpora, nec vitam ex se se habere volunt.*

Pag. 826. A. 1. ἐπίκειται.) Ita ex Plotino: non ἀπέχον, ut ante. Ib. A. 3. ἐν φορᾷ.) ut Plotin. non οὐ φορᾷ, ut prius.

Pag. 827. A. 3. πτῶμα. &c.) Duarum vocum metathesi, hoc est, πτῶμα & ὄνομα, sensus omnis apud Eusebium perturbatus erat: ὄνομα enim initio, πτῶμα in fine membri legebatur. Ib. A. 6. 7. ὄνομα τὰ πάντα.) Recte; non ὀνόματα ταῦτα, ut apud Plotinum. Ib. A. 9. ἢ αὐτό, τιν.) Id ex Plotino supplevimus. οὖν qvod seqvebatur, ex eodem, expunximus: & seqventi linea, ἢ οὔ, ex eod. addidimus. Ib. B. 1. καὶ ἐκ τῶνδε.) Ante legebatur, καὶ ὅπως ἐκ τῶνδε, nullo sensu.

Pag. 828. A. 6. τὸ πεπονθὸς μέρος.) Ex Plotino additum est: ἐψύχωται vero, mutatum in ψυχῶσθαι. Ib. A. 10. ἔτι.) Ita Plotin. non ἤ. Ib. C. 9. καί τοι εἰδ, &c.) Prior editio miras huic loco tenebras offuderat. Ib. D. 3. ἐφ' ἑκάτερα.) Plotinus ἀλλ' ἐφ' ἑκάτερα, qvod tametsi utcunqꝫ defendi possit; particula tamen, ἀλλ', longe melius abfuerit. Ib. D. 4. ἢ ἐπὶ τὸ μεῖζον.) Ex Plotino supplevimus

Pag. 829. A. 2. κλεπτόμενα.) Et hoc furtum ex Plotino restituimus. Ib. A. 4. post οὐσίας. addi possit ex eod. Plotino αὐτό.

Ib D. 4. ἄλλο ἄλλα μέρους.) Recte: perperam apud Plotin. ἄλλο ἄλλα μέρους. qvæ Lectio Ficinum in errorem induxit. Vertit enim, *Itaqve pars alia sentiet aliam, nihilqve in nobis sentiendam rem totam percipiet.* ubi etiam pro μηδέν, qvod rectum est, legit μηδέν.

Ib. D 7. ἐν ἑνί.) Recte, ut Plotin. non ut ante ἕνεκα. Ib. ἡ διαίρεσις, ἤ.) Additum ex Plotino. Ib. D. 10. δεῖ ὅμοιον ἔχει.) Et hanc desperato loco medicinam Plotinus fecit: cum ante ἀεὶ σῶν χρῆ legeretur.

Pag. 830. A. 1. καὶ τοῖς μορίοις αὐτὸ αἰσθάνεται.) Corrupte legebatur, καὶ εἰ τῶν μορίων αὐτὸ αἰσθάνεται. Ib. 2. ἢ αἰσθητικῶν, &c.) Totam hanc sententiam, usqve ad alterum αἰσθάνεται, Plotino debemus, qvam prius αἰσθάνεται Librariorum oculis subduxerat. Ib. D. 6. τὸ ὕστερον, τὸ ἡγεμ. &c.) Ita correximus ex Plotino; cum pessime legeretur, ὥσπερ τὸ ἡγεμονικὸν ὁ νοῦς, ἢ αἰσθάνεσθαι. Ib. D. 9. ἀλλὰ τὴν μὲν ἐφεξῆς.) Hæc & seqventia satis impedita, longe magis intricare Ficinus videtur. Confer, si vacat. Porro has qvinqve lineas, usqve ad αἰσθάνεσθαι, Plotino mecum acceptas feres; qvas similitudo vocum ἀλγήματος, ἀλγήματος, & ἄλλα ἄλλα, nobis inviderant.

Pag. 831. A. 4. ἄλλου πονοῦντος, ἄλλο.) Ita recte Plotin. in priori editione desunt, πονοῦντος, ἄλλο. Ib. A. 7. τὸ αἰσθανόμενον.) Non placet active sumi τὸ αἰσθανόμενον, hoc est, *qvod sentiat;* præsertim cum seqvatur, τοῦτο δὲ ποιεῖν, &c. Minus enim apte dicatur Animus efficere, ut idem ipsemet ubiqve sit: aptissime contra, ut dolor ille, qvi sentitur, per qvascunqve partes subeat atqve propagetur, sibi tamen ubiqꝫ similis permaneat. Atqve is est, ni fallor, germanus Plotini sensus.

Ib. B. 8. ἐπὶ αἰσθητ.) In priori editione, ἐπὶ τῇ αἰσθ. qvod non emendassem, si postea seqvutum esset, ἐπὶ τούτῳ δέ. Male autem apud Plotinum ἐπεὶ αἰσθ. Dubium non est, qvin ἐπὶ sit factum sit ex ἐπεί. Ib. C. 8. αὐτὸ ἕκαστον, ἀδιάστατον.) Rectius omnino, qvam ut apud Plotinum, καθαρωτάτων, αὐτὸ ἑκάστου ἀνδρὸς. Marsilius Ficin. αὐτὸ ἕκαστον vertit, *scilicet unumqvodqve, ut dici solet, abstracti:* parum, opinor, ex mente Plotini. Ib. C. 9. τὸ νοῦν, &c.) Hoc etiam loco Plotinum seqvutus sum. Ante legebatur, τὸν νοῦν σώματος καθαρὸν ὄντα, εἰσαγόμενον γενόμενον. Forte τὸ εἰσαγόμενον, pro ἢ γινόμενον, legi qveat: id est, qvod *ipsa in mente imprimitur.* Ib. D. 6 αὐταρκῶς.) Ex Plotino. pessime editum erat, μεγέθους. Ib. D. 8. τὰ ἀμερῆ.) Ex eod. pro τὰ μέρη, qvod perspicue vitiosum erat.

Ib. D. penult. δικαιοσύνη.) Ab hac voce, qvæ seqvuntur hic apud Eusebium, ad capitis usqve finem, apud Plotinum eo loco non reperies, nec Hopperus illa, nec Ficinus repræsentat. Sunt tamen Plotini ex genio, cum superioribus aptissime connectuntur, eaqve Regii MMSS. & Montac. agnoscunt. Sane qvæ apud Plotinum, post δικαιοσύνη, seqvuntur, nullo sensu, vel dicuntur, vel desinunt. Ita hoc tam insigne fragmentum Eusebius, cum iis qvæ hactenus ex Plotino mutuatus erat, non sine fœnore compensabit.

Pag. 832. A. 6. πνεῦμα τι.) Mallem πνεῦμα τι. Ib. A. 8. ὤν.) Ex utroqve MMSS. non οὐ, ut ante. Ib. A. 10. ψυχῆς.) Ita Regii duo & Montac. non ψύχους. Homericum illud spectare visus est, Odyss. κ. v. 555. ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων κατέλειψεν, οἰνοβαρείων.

Ib. A. 11. ἁπλοῖς.) Imo certe, ἁπλοῖς. alioqvi duplicia, ut plurimum simplicibus molliora. Ib. C. 5. ἀγνοεῖσθαι, ὡς καί.) Paucula hæc, sed necessaria, ex Montac. codice supplevimus. ταῦτα, qvod seqvitur melius abesset. Ib. A. 6. ἀσωμάτοις. ταῦτα.) Et hanc utramqve vocem eod. ex Montac. addidimus. Ib. A. 8. περὶ ψυχῆς.) Ex eod. additum. Ib. D. 5. ἃ δύναται.) Ex eodem.

Pag. 833. A. ult. ὅσαι.) Legendum εἶναι.

Ib. B. 9. Ἔτι δ, &c.) Ante legebatur ψυχὴ δ' εἰ σῶμα ἐστι. Montac. ψυχὴ δ' ὅτι εἰ ζῇ. Mihi τὸ ἔτι δ, probatum est: ψυχὴ abundare vitium, seqvitur enim ex eod. Mont. ἡ ψυχὴ ἐνέργεια, qvæ verba deerant in priori editione.

Ib. D. penult. τοῖς ἄλλοις.) Additum ex eod. Montac. Ib. C. 2 οὐδὲν ἐνέργεια εἶναι.) In priori edit. deerant hæc ἐνέργεια εἶναι. Montac. legebat οὐδὲν ἐνέργεια εἰπεῖν. Correxi οὐδὲν ἐνεργείᾳ, dandi casu. Verbum εἰπεῖν retineri potest; mallem tamen εἶναι, ut paulo post, εἶναι τοῖς οὖσι. non εἰπεῖν.

Pag. 834. A. 1. φύσιν μέν.) Legendum videtur φύσιν μέν, ut paulo post linea 7.

Ib. A. 4. οὐδέ.) MMSS. ὃ δή. Sed, τὸ δή, longe præstat. Ib. B. 6. εἰ τι δυνάμεις, &c.) Legendum existimo, εἰ γὰρ τι δυνάμεις, si φθάνοιτο, qvod seqvitur, retineri placet. Sin, qvod ego mallem, φθάνοιτο, delebitur, particula γὰρ nihil opus erit: nec qvicqvam deerit ad loci hujus integritatem. Ib. B. ult. ὁ δ' ἐν ὧν.) Ita recte Montac. In priori edit. ὁ, & τοῦ, deerant. Ib. C. 4 τὸ κρεῖττον.) Hæc usqve ad τὸ ἀεί, debentur eid. Montac. Ib. D 1. Ἐπεὶ δέ.) Ambo MMSS. Regii, καὶ δ' ἄλλως φύσεως. recte

vacuo sententiam attendamus. Lege qvartum Physicor. a cap. 8. ad cap. 14. qvam ipse ab inani abhorruerit, intelliges. Sed cur Platonem continuo negat, hoc inane, vel intra vel extra mundum posuisse? Credo, qvod Aristotelem putaret, illud ex mundo solum tollere, extra mundum admittere: atqve ita legendum esset, ἀριστοτέλης ἐντὸς μηδὲν εἶναι κενόν. Neqve hoc divinare est: idem enim Plutarchus, ejusd. oper. lib. 1. cap. 18. de eod. Inani Philosophorum opiniones exponens, ita de Aristotele nominatim, ἀριστοτέλης τοσοῦτον εἶναι τὸ κενὸν ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ὥστε ἀναπνεῖν τὸν οὐρανόν. Verum, ut fatear, parum hoc in genere ἀκριβὴς, imo & sibi constans fuisse Plutarchus videtur. Primum enim hic Pythagoreis tribuit, qvod illo l. 1. cap. 18. affingit Aristoteli. Deinde ubi tandem Aristoteles, aut Cælum respirare docuit; aut, qvod ibid. seqvitur, πύρινον, igneum esse tradidit? Imo, qvoties in libris de Cœlo igneum pernegavit? At ne extra mundum qvidem Inane collocavit: Imo negavit ullum esse. Libro enim 1. de Cœlo, cap. 9. nullum extra cœlum corpus esse posse defendit: Inane autem Aristotelicum, idemqve proprie dictum, corpus est, seu locus corporeus corpore vacuus, ejusmodi tamen, qvi corpore impleri suapte natura possit. Qvin & paulo post diserte, ἅμα δὲ δῆλον, inqvit, ὅτι οὐδὲ τόπος, οὐδὲ κενόν, οὐδὲ χρόνος ἐστὶν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ· qvod subinde totidem pene verbis repetit. Mirum sane est, hæc a Plutarcho, vel lecta non esse, vel esse neglecta. Qvanqvam illa Plutarchi opuscula, non Auctoris, sed Librariorum scatent erroribus; parumqꝫ omnino sibi consuluit qvi propterea vel illos Aristotelis libros in νοθείας, vel Philosophum ipsum, in ἀντιλογίας, suspicionem vocavit. Platonem vero qvod attinet; Is in Timæo, pag. 538 non obscure vacuum omne repudians, ἡ δὲ παντὸς περίοδος, inqvit, ἐπειδὴ συμπεριέλαβε τὰ γένη, κυκλοτερὴς οὖσα, καὶ πρὸς αὐτὴν πεφυκυῖα βούλεσθαι ξυνιέναι, σφίγγει πάντα, καὶ κενὴν χώραν οὐδεμίαν ἐᾷ λείπεσθαι. Hæc ille, Locrum Præceptorem seqvutus, qvi opusc. de natura: Ἅπαντα δ' ὤν, inqvit, πλήρη ἐστὶ, οὐδὲν κενὸν ἀπολειπομένα.

Pag. 845. A. 5 δεξιὰ τοῦ κόσμου.) Aristoteles, lib. 2. de Cœlo, cap. 2. δεξιὸν γὰρ, inqvit, ἑκάστου λέγομεν, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως· τοῦ δ' οὐρανοῦ ἀρχὴ τῆς περιφορᾶς, ὅθεν αἱ ἀνατολαὶ τῶν ἄστρων· ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη δεξιόν· οὗ δ' αἱ δύσεις, ἀριστερόν. Itaqve concludit, si principis orbium cœlestium motus ratio habeatur, nos qvi sub Arctico Polo versamur, inferiorem ac sinistram mundi partem occupare; superiorem ac dextram, qvi sub Antarctico. sin alter ac secundus ille motus spectabitur, qvi Astrorum proprius est, contrarium omnino statuendum. Sed aliter atqve aliter Astrologi, Geographi, Poetæ, Augures, in cœlo dextrum & sinistrum assignarunt: qvod nemo nescit.

Ib. B. 4. περιφοράν.) Hoc loco περιφορὰ, est περίφραγμα, sive μέρος τὸ ἔξω, καὶ περιφερόμενον Sic Aristoteles loqvitur, ut lib. 1. de Cœlo, cap 9. Ἕνα μὲν δὴ τρόπον, οὐρανὸν λέγομεν, τὴν οὐσίαν τὴν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντὸς περιφορᾶς· ubi sane περιφορὰ, ambitus est, non conversio, nisi καταχρηστικῶς, qvia hic ambitus perpetuo convertitur.

Ib. B. 5. τὴν ἐξωτάτω, γαιώδη εἶναι.) Pessime in priori edit. legebatur, τῆς ἐξωτάτω ξώνης εἶναι. Plutarch. τὴν ἐξωτάτω, γεώδη· qvam postremam vocem apprime necessariam, Xylander omisit, aut Eusebianam lectionem seqvutus est: vertit enim, *rotationem esse extremi orbis*: qvod depravatissimum est.

Ib. B. ult. ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ.) Non occurrit, ubi Aristoteles de Cœlo ita statuat: ubi contrarium doceat, locos habes in libr. de Cœlo, & Meteorolog. complures; qvorum etiam nonnullos supra indicavimus.

Ib. C. 4. συγκεκραμένως.) Plutarchus ibid. lib 1. cap. 8.

Ib. D. penult. δεξαμένη.) Ita ex Plutarcho: male enim ante κενὴν legebatur.

Ib. D ult. ἐκμαγεῖον.) Vide supra, Notam ad pag. 528. D. 2. Xylander hic vertit, *subjectum, in quo rerum imagines impressa referantur*. Amiotus, *le moule*: qvod mihi aptius visum est. Nec enim hic pro ex, . esso simulacro sumi potest, qvod ἀποσφράγισμα, vel ἐκτύπωμα vulgo dicunt, ut facile qvivis intelligit. Nec materia subjectum est, in qvo formæ imprimantur, ut constat. Nec rursus, *conceptaculum*, aut *receptaculum* absolute verti debuit: non modo, qvod jam præcesserit δεξαμένη, qvæ vox id proprie significat: sed etiam, qvod ἐκμαγεῖον, cum de materia dicitur, aliqvid omnino significet, unde imagines exprimantur. Est ergo typus materia, non qvod impressos ullos habeat formarum qvasi characteres, ut typi proprie dicti: sed qvod δυνάμει formas omnes suo qvasi gremio clausas tectasq; contineat: qvatenus illæ non in materia tantum recipiuntur, sed etiam ex illius, ut loqvuntur, potentia educuntur; ut ex uno eodemqve typo simulacra plurima exprimuntur. Itaqve in Elementorum mutationibus, id ἐνεργείᾳ fieri materia dicitur, qvod δυνάμει ante jam erat. Aristotel. 4. Physicor. ἡ αὐτὴ ὕλη, ὃ ἦν δυνάμει, ἐνεργείᾳ γίγνεται, & alibi passim. Ἐκμαγεῖον tamen, qvod qvidem meminerim, non appellat: vocem hanc amasse Pythagoras videtur, a qvo Timæus, Socrates, Ocellus, Plato, & si qvi alii, acceperint Timæus qvidem ita loqvitur, τὰν δ' ὕλαν, ἐκμαγεῖον, καὶ ματέρα, τιθήναν τε, καὶ γεννατικάν. Cur autem? audi. δεξαμέναν γὰρ τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὰν, καὶ οἷον ἀναμαξαμέναν, ἀποτελεῖν ταῦτα τὰ γενέσια. Ocellus in libello de Natura, πρῶτον μὲν, τὸ πρὸς ἀφὴν ὑποκείμενον σῶμα. πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις· τοῦτο δ' ἂν εἴη πανδεχὲς, καὶ ἐκμαγεῖον αὐτῆς τῆς γενέσεως. Itaqve τὸ ἐκμαγεῖον tria significat. Primum est, *expressum quoddam simulacrum*, qvæ vulgaris est, atqve omnibus ex Lexicis nota significatio. Vide supra pag. 528. D. 2. Secundum est, *conceptaculum*, non qvodlibet, sed in qvo formæ qvædam, seu characteres imprimantur; qvo pacto cera τῶν ἐντυπωμάτων ἐκμαγεῖον vocari potest. Hoc modo sumit Themisti⁹ orat. 1 pag. 5. καὶ ὥσπερ σκληρίας ἀποτελεῖν ξυμπαγῆ τὸ ἐκμαγεῖον, ὥστε καὶ πάνυ βιλομένοις αὐτοῖς, (leg. vid. βυλομένοις αὐτοῖς) δυσχερῶς μὴ δύνασθαι τὰ ἰνδάλματα. Qvo loco vide Petavium Nostrum. Tertium ac postremum est, *conceptaculum, ex quo forma quadam & imagines exprimantur*, cujusmodi typus est. Hac tertia notione potius qvam secunda, materiam veteres ἐκμαγεῖον dixere, qvod ex ea formæ

omnes non secus exprimantur, quam si omnibus ac singulis reapse consignata esset.

Pag. 846. A. 7. σώματος.) Recte. Amiotus tamen legit σωματος, vertit enim, *la substance du corps*: quæ lectio vitiosissima est.

Ib. A. 8. ὑφεσῶσα.) Plutarch. μὴ ὑφεστῶσα. Ita legit Amiotus. Alii ut in Nostro. Utrum scripserit Plutarch. is tantum statuere possit, qui ejus de Ideis sententiam noverit. Aliis enim sunt καθ' αὑτὰς ὑφεστώσας, aliis minime.

Ib. B. 5. ἐξ ὧν γεγονώς.) Plutarch. ὁ ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Eusebianam lectionem sequutus videtur Xylander: vertit enim, *Idem enim alienus fuit ab ea opinione, quæ Deo creationem adscribit*. Itaque subintelligit in Græcis, ὑποστῆναι τὸν κόσμον, vel al. simile. Amiotus Plutarcho nobiscum hæsit. Legendum tamen videtur, ὡς ἐξ ὧν γεγονὸς τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, vel si ὃ & ὡς sustuleris, ἐξ ὧν γεγονέναι τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Etiamsi enim Platonicas, hoc est quæ Platoni vulgo tribuuntur, Ideas Aristoteles exploderet; in effectrice tamen causa informatam efficiendæ rei notionem & ideam agnoscebat. Quid quod, ne creationem quidem ipsam ab eo ignoratam esse plerique defendunt? Ib. C. 1. Ξενοκράτης.) Plutarchus ibid. lib. 2. cap. 15.

Pag. 847. D. 4. Θάλης.) Ibid. lib. 2. cap. 24.

Ib. D. 7. ὑπολείπεσθαι τοῦ δίσκου.) Xyland. *idque in speculis cerni, subjici Soli discum Lunæ*. Coacta nimis interpretatio, quamque Plutarchi verba pati non possint.

Ib. D. ult. ἐπεγείρεσθαι πάλιν.) Amiotus de uno eodemque Sole, qui semel extinctus denuo renascatur. At paulo post diserte Plutarchus habet, plures Xenophanem, tum Soles, tum Lunas posuisse.

Pag. 848 A. 6. Σελήνην. Plutarch. τὴν γῆν, quod sequitur Amiotus. Xylander σελήνην legit, ut apud nostrum. Ib. B. penult.

Ἀναξίμανδρος.) Plutarch. ib. l. 2. cap. 29 Ἀναξιμένης. Sed retinendus Ἀναξίμανδρος, quem ante jam vidimus, hoc in Sole & Luna σύμιον πρὸς τὴν ἀναπνοὴν statuere.

Pag. 849. A. 2. ζῶα.) Addit Plutarch. τῇ δυνάμει. Sed auctarium istuc alienum est: tantum enim præcessit, μείζοσι ζώοις, ut de sola magnitudine contentionem instituat. Ib. A. 3.

τὴν ἡμέραν.) Amiotus legit τὴν νύκτα, errore manifesto. Id autem Pythagorei volebant, totidem hunc nostrum diem a Lunaribus superari, quot animantes a Lunaribus nostræ superentur. Ib. A. 4.

Διὰ αἰσωμαλότητα.) Plutarch. tollit præposit. Διὰ, quomodo legerunt Interpretes. Eusebio tamen hærendum videtur: nec enim hic de causa τῆς ἀνωμαλότητος disputatur; sed causa tantum redditur, quamobrem Luna terrestris appareat. Ib. A. 5 ψυχρώδης.)

Plutarch. ψυχομιγής. Ib. A. 8.

ἀερομιγής.) Plutarch. ὑπερεχὲς, quo modo legunt Interpretes; nec male.

Ib. B. 7. πυραν σίας καὶ ἑξακισμυρίας.) Plutarch. ἑνδεκάκις ... quæ summa longe minor.

Ibid. τὴν δὲ σελήνην.) Hanc de Luna clausulam nec Plutarchus habet, nec legit Amiotus: Xylander tamen repræsentat. Et certe necessaria est. Ib. C. 7.

μέγαν ἐνιαυτόν.) Adi Censorinum in opusculo de Natali die, cap. 18 & Petavium Nostrum lib. 1. & 2. de Doctrina Temporum.

Ib D. 7. Θαλῆς. Plutarch. ib. lib. 3 cap. 9.

Pag. 850. B. 10. περιφερομένην τῇ ἀντίχθονι) Amiotus, *qui tourne (entour de la contre-terre.* Hoc si verum esset, nostri orbis incolæ Antipodas illos facilius videre possent: tantum abest, ut ista conversio aspectum illum impedire posset.

Ib. D. 2. ἀλλὰ τρόπαιας.) Hæc addenda Plutarcho. Ib. D. 3. ἐν δὲ περιφορᾷ.) Plutarch. ἐξωνισμένην, quæ nihili vox est. Certe Xylander Eusebium sequitur; licet Amiotus vertit, *estant environnée comme une roue, de bandes*. Hic profecto de Terræ non rotis, sed motu agebatur. Ib. D. 6

πλάζεσθαι. Xylander, *afflatam fuisse terram*. Legit πλάσθαι, vel πλασθῆναι, quo nihil alienius.

Pag. 851. A. 4. Ἀναξίμανδρος.) Plutarch. ib. 3. 16.

Ib. A. 8. ἐκκαυσιν.) Ex Plutarcho, pro ἕλιον, quod ante legebatur. Ib. B. 6. ὑπὸ τὸ πλῆθος τῶν ...) Plutarch. ὑπὸ πλάσιν πλύσιν. quod magis placet: sed clarius verteretur, *propter aquarum vim (seu eluvionem) ei superfusam*: quasi dicat hanc fuisse causam, quæ in ejusmodi opinionem Empedoclem impulerit. Ib. D. 4. Πυθαγόρας, Ibid. ... 4. cap. 4.

Pag. 853. C. 1. ὕδως.) Xenophon. l. 1. Memorabil. pag. 710.

FINIS NOTARUM AD LIBROS EUSEBII DE PRÆPARATIONE EVANGELICA.

